BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXI
H
18
NAZ

XXI.
H
18

CAROLI

MOLINÆI

FRANCIÆ ET GERMANIÆ CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI, ET IN supremo Parisiorum Senatu antiqui Aduocati, Operum

TOMVS TERTIVS.

Seriem pagina subsequens indicabit.

PARISIIS,
Apud viduam MATHVRINI DV PVIS, viâ Iacobæâ sub signo Coronæ Aureæ.

M. DC. LVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

IN TERTIO TOMO.

Commentarius Analyticus in Regulas Cancellariæ Romanæ hactenus in jure receptas. page 1

Commentarius ad edictum Henrici 2. contra parvas Datas & abusus Curiæ Romanæ p. 362

* Commentaire Analytique tant sur l'Edict des petites Dattes, que sur vn ancien Arrest de la Cour touchant les reseruations, preuentions, annates, exactions, vsurpations & abus des Papes. p. 505

* Factum pour la justification du Traicté de Maistre Charles du Moulin *contra parvas Datas.* p. 801

* *Annotationes ad jus Pontificium, quibus accesserunt veteri Editioni Annotationes in Sextum, Clementinas, Extravagantes Ioann. 22. & communes, & in vitam Bonifacij 8. Clement. 5. & Ioann. 22. quæ huic editioni additæ sunt.* p. 809. *& seq.*

* *Notæ in Tractatum Ioannis de Selua de Beneficio.* p. 1017

* *Notæ in Commentarium Diui Muxellani in regulas Iuris Pontificij.* p. 1027

Traicté de l'origine, progrez, & excellence du Royaume & Monarchie des François. p. 1037

Tractatus de origine, progressu, & præstantia Monarchiæ regnique Francorum. p. 1079

* *Collatio & vnio quatuor Euangelistarum cum Annotationibus eiusdem.* p. 1125

* La deffense de Maistre Charles du Moulin, & aurres gens de sçauoir contre les calomnies des Caluinistes par Maistre Simon Taludre Professeur des saintes Lettres. p. 1423

* Copie des articles presentez par Maistre Charles du Moulin contre les Ministres de la Religion Pretenduë Reformée de son temps pour en faire informer. p. 1451

* Copie de l'information faite à la requeste de Maistre Charles du Moulin de l'Ordonnance de la Cour en vertu de la Commission d'icelle, du 20. Fevrier 1565. par Boutheroüe Huissier de la Cour. p. 1459

* *Consilia & responsa Iuris Analytica quibus accesserunt Consilia duo super facto Concilij Tridentini, & super commodis vel incommodis nouæ sectæ & factitiæ Religionis Iesuitarum & duo alia in materia legitimationis.* p. 401. *& suiu.*

COMMENTARIVS ANALYTICVS

IN REGVLAS CANCELLARIÆ ROMANÆ

HACTENVS IN REGNO FRANCIÆ
vſu receptas.

Opus iampridem deſideratum, & ab ipſo Authore ita recognitum, vt planè cuiuis abſolutum videatur. Nunc verò in lucem editum in gratiam eorum qui ſacerdotia appetunt: non minùs vtile eorum patronis quàm iis qui in foro cauſas agunt.

Quæ huic editioni præter acceſſerunt, ſequens pagina indicabit.

TITVLORVM QVI SVPER REGVLA CANCELL. XVIII. HVIC EDITIONI, PRÆTER precedentes acceſſerunt,

ELENCHVS.

De indultis Cardinalium. Q. 4. num. 163. vſque ad num. 223.
De indulto curiæ Parlamenti. Q. 5 n. 224. aduſque num. 249. 281.
De mandatis. nu. 250. vſque 280. & n. 427. vſque ad finem.

In fine operis additæ ſunt.

Regula 32. de annali poſſeſſore.
Regula 19. de Idiomate.

ECCLESIASTES I.

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, &c. Hanc occupationem paſſiuam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.

ECCLESIASTICI XI.

Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus & iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium.

AVGTOR.

O vtinam prolixæ & laborioſæ hæ commentationes meæ, breui, vni ſanctæ, honeſtæ, vtili, tum Eccleſiæ, tum Eccleſiaſticorum in doctrina, vita, & exemplo reformationi, cederent: Faxit Deus miſericorditer prævenienſ, ne Iudicio ſuo adobruat obſtinatos & negligens, ſeuerus vltor.

1. REG. 18. ELIAS IN ACHAB.

Non ego turbaui Iſraël, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim.

HIEREM. 22. D.

Non ſunt oculi tui, & cor tuum, niſi ad auaritiam tuam, & ad ſanguinem innocentem fundendum.

EPITOME REGVLÆ CANCELL.

XVIII. DE INFIRMIS RESIGNANTIBVS.

1. *Tex. reg. cum ſcholiis.*
2. *Intelligitur de reſignatione perfecta: aliàs eſt paratio ad reſignandum.*
   Promiſſio non acceptata, non eſt Pactum.
3. *Errores Gomeſij.*
4. *Reſignans ante admiſſionẽ reſignationis ab habente poteſtatem, nec titulum, nec poſſeſſionem amittit. numero. 7. & 414.*
   Sed poteſt agere vt prius: & impetrando aliud beneficium, tenetur mentionem facere de reſignato.
5. *Contra Ioan. Andr.*
6. *Non dicitur propriè electivum beneficium, in quo non ſeruatur forma, c. Quia propter.*
   Et in tali beneficio, valet collatio Epiſcopi de conſenſu electorum ſine alia electione.
7. *In hac regula ſatis eſt, admiſſam eſſe reſignationem, nec requiritur collationem eſſe factam.*
8. *Præſumitur quis ex eadem infirmitate deceſiſſe. 325.*
9. *Idem ſi alio caſu obiit, ſi tamen erat omnino infra 20. dies de eadem infirmitate moriturus.*
   Peritis in arte medica ſtandum.
10. *Poſt Iul. 2. hi 20. dies à die conſenſus tantùm incipiunt. 11.*
12. *Quotuplex ſit ſimplex reſignatio.*
13. *Abdicatoria, ſucceſſoria, captatoria, penſionaria, & hæc perſonalis aut realis.*
14. *Penſio non debet excedere tertiam, tamen excedens vitiatur nec vitiat, niſi reſignans initio nolit poſſeſſionem dimittere, niſi tutus de maiori penſione. 15.*
15. *Quintus gradus dupla, ſed non mutua.*
    Sextus gradus regreſſoriæ, quæ apud nos tranſit in ſimplicem, niſi vt num. 14. in fi.
16. *Sufficit morbũ incepiſſe tempore reſignationis admiſſa vel collationis vel præſtitis conſenſus: Idem ſi priùs inceperit & vltra xx. dies, ſed non à tempore dicti conſenſus duraverit. 17.*
18. *In reſignatione* In fauorem *non eſt aliud tempus admiſſionis & collationis, quia conditionalis eſt, Secus in propriè ſimplici 19.*
20. *In qua poſt menſem admiſſionis Papa poteſtas reuertitur ad ordinarium non obſtante reſeruatione, vel prouiſione Papæ nullitèr factâ 21.*
22. *Quæſtio 3. an reg. locum habeat in Ordinario?*
23. *Contra Gomeſium.*
24. *Quòd fuit hæc quæſtio ambagioſa, 30. 31 32.*
25. *Hypotheſis. 26.*
27. *Mandatum non finitur ex primo actu, ſi nondum ſequitur effectus mandati.*
28. *Legatus poteſt diſpenſare, nedum in ſua, ſed etiam in Ordinarij collatione.*
29. *Diſpenſatio cenſetur in dubio, reſtricta ad actum ſuper quo fit. 161. & in reg. ſeq. numero 249.*
30. *Regula non habet locum in Ordinario, etiam ſi* cauſa permutationis. *71. 107. 331. fallit. 438 439.*
31. *Nõ licet epiſcopo de beneficiis negotiari. 84. 99.*
32. *Quandoque ordinarius iterum confert per obitum ſed in vim iuris communis.*
    Reſignans quandoque reuertitur ipſo iure, ſine noua collatione.
33. *Hæc regula non eſt facta in fauorem nominati, graduati, vel mandatarij, niſi in conſequentiam. 110. 288.*
34. *Areſtum ſolenne.*
35. *Natura regularum Cancellaria. 105.*
36. *Duplex ratio huius regulæ. 37.*
    Beneficia non debent eſſe hæreditaria.
    Duo frequentes modi vacandi.
38. *Solus Papa poteſt filium præficere loco patris, & admittere reſignationes* in fauorem.
39. *Differentia inter prouiſiones Ordinariorum & Papæ. 85. 181 368.*
    Abuſus ordinariorum.
40. *Quantam confuſionem inducant præuentiones Papæ.*
41. *Forma c. ſi. de elect. in vj. non ſeruatur in præſentationibus, niſi in Neuſtria.*
    Cur hodie permutationes expediuntur, Epiſcopis & patronis Eccleſiaſticis irrequiſitis.
42. *Feruente incendio, domus alienæ, etiam peritura dirui poteſt.*
43. *Etiam patroni exempti ſpernuntur in permutatione, etiam ſi patronus ſit externus, nec poteſt præſentare externum. 44.*
45. *Permutatio non poteſt fieri ſine conſenſu patroni laici, nec Papa poteſt eum præuenire: nec vacat in curia.*
46. *Ampl. ij. etiã ſi permutatio ſit neceſſaria, vel vtilis Eccleſiæ: quia huius cognitio ſpectat ad Ordinarios, non ad Papam, ſed abuſus eſſet.*
47. *Ampl. iij. etiam ſi ius patronatus competat ex priuilegio, vel præſcriptione.*

115. *Valet Arg. à corruptione diſciplinæ eccleſiaſticæ, vt mutationes legum à moribus mutatæ.*
116. *Semel malus in eodem genere mali ſemper malus præſumitur, etiam præſul.*
118. *c. ij. de renunciat. in 6. extenditur ad ſimilia* 120. 122.
119. *Nec penſio excuſat, ſed quantò maior cautela, tanto euidentior fraus.*
121. *Is cui non debetur beneficium, non poteſt vti. c. 2. de renunciat. in 6.*
123. *Alias ſufficit docere de fraude vnius.*
124. *Non eſt vitium reſignare in fauorem digni & honeſti etiam conſanguinei, ſi tamen eſt adminiſtraturus.* 126.
125. *Honeſta cauſa præualet.*
127. *Quæſtio ij. an huic reg. poſſit derogari? Legatus non poteſt, niſi ſpecialiter in mandatis habeat.*
128. *Papa non eſt dominus Eccleſiæ.*
129. *Princeps cohibere poteſt abuſus Prælatorum.*
130. *An Papa vel Legatus derogare poſſint huic reg. in præiudicium academiarum, ſeu nominatorum.*
131. *Derogatio generalis, non extenditur ad conceſſa miſerationis causâ, nec ad caſum Reipublicæ contrarium.*
132. *Nec ad priuilegium conceſſum Vniuerſitati. Plura ſpecialia non debent concurrere. Quantò pluret diſpenſationes, tantò facilius ſubreptio inducitur.*
133. *Hypotheſis.*
134. *Derogatio huius reg. ſatis operatur contra Ordinarios, & nominatos, quorum reſpectu multa obſtant.* 92.
135. *Nominati & graduati, in dubio præferendi. Diſpenſatio odioſa & lucratiua eſt.*
136. *Beneficium Concilij, datum Scholis, non debuit reſtringi Bituris.*
137. *Prætitio Papa reſeruata, intelligitur de ſimplici, non de diſpenſatoria contra hanc regulam, vel contra reg. de veriſimili notitia.* 335.
138. *Derogatio huius reg. ſpecies eſt reſeruationis per Concilia & Concordata damnatæ.* 335.
139. *Legati à latere poteſtas limitatur in hoc Regno, nec poteſt præuenire Ordinarios niſi per vulgares dietas.* 140.
141. *Vniuerſitates & ſtudioſi patientiam habere debent, quandiu illis non auditis toleratur derogatio legati.*
143. *Hypotheſis multiceps. Inſtrumentum referens non probat ſine relato, quod eſt pars referentis.*
143. *Scholares non ſunt idonei teſtes in reſignatione beneficij.* 145.
144. *Edictum inſinuationum non ſeruatur, niſi contra ſuſpectos fraudis.*
145. *Suſpecta ſunt acta à morientibus elicita.*
146. *Falſa doctrinæ qualitas gratiam vitiat, etiã ſi Papa vel Legatus de illa non curet.*
147. *Locus non præſumitur religioſus & multo minùs beneficium eccleſiaſticum.*
148. *Permutatio dici non poteſt, niſi impleta.*
149. *Noua hypotheſis.*
152. *In dependentibus à voluntate ſuperioris, eius, non inferiorum, voluntas attenditur.*
153. *Omnis permutatio duplicem habet conditionẽ, ſuſpenſiuam & reſolutoriam.* 154.
155. *An ſuperſtes vti poſſit bona fortuna.*
156. *Procurator ad reſignandum, non poteſt habere fidem de reciproca reſignatione.*
157. *Correlatiuorum alterum ſine altero non ſubſiſtit.*
158. *Papa non poteſt homologare concordata, in quibus agitur de beneficio tertij nõ conſentientis.*
159. *Quæſtio. III.*
Derogatio in ſecunda reſignatione, neutri prodeſt, ita ſi facta ſint eidem, neutra ei prodeſt. 161.
160. *Plures titulos cumulare non licet, niſi quatenus excludit ſecundum.* 162.
161. *Derogatio fieri poteſt ex interuallo, ſi hoc conſtet, & fiat in ſubiecto valido.*
163. *Quæſtio IV. de indultis Cardinalitiũ.* 187. 188. *Compactum in concluſi electionis Paul. IV. ne Papa poſſet illis, nec regulæ de infirmis, eorum reſpectu derogare.* 166.
164. *Thema: in dictis indultis excipiuntur reſignata in manu Papæ, ſed non excipitur caſus quo ea reſignatio etiam per hanc regulam vel alias reſoluitur.* 165. 181.
165. *Papa non concurrit cum Ordinariis Cardinalibus.* 168. 182.
167. *Negotiatores Chriſtus è templo eiecit.*
169. *Ordinarius 6. menſes habet poſt menſem Papa lapſum.*
Valet collatio Ordinarij infra illum menſem facta, ceſſante Papa. 171. 176. 178.
171. *Culpa ſua impedito tempus non currit.*
172. *Qua arte irrepſit vacatio in curia Papæ.*
173. *Quæ nouum eſt inuentum.* 174.
177. *Decretum etiam fauore Papæ appoſitum, intelligitur, ſi ſe vti velit.*
178. *Appoſitio manus Papæ inutilis non impedit Ordinarium.*
179. *Nec bulla, nec ſignatura poſt ius alij quæſitũ, vel poſt editionem reformari poſſunt.*
180. *Indulta Cardinalium ſingulis data ſunt, non vt collegio, ſed compactum collegio datum.* 181.
181. *Inutilis præuentio Papæ nunquam conualeſcit.*
182. *Vacantia in curia poſt menſem Ordinarius nõ ſolum per ſe, ſed etiam per vicarium liberè conferre poteſt.*
183. *Thema Auenionenſe.*
184. *Legatus non poteſt admittere reſignationes in fauorem in hoc regno.*
185. *Reſignatio in fauorem etiam tacita nõ valet.*
186. *Clauſulæ inſolitæ & accerſitæ arguunt fraudẽ. Quoties Legatus aliquid facit vltra facultates datas vel receptas, licet appellare, ſiquid ab abuſu.* 204.
188. *Legatio non eſt officium formatum, ſed extinguibile morte vel reuocatione Legati: non autem vacabile nec conferibile.* 190.
189. *Aliud Epiſcopus Auenionenſis, aliud gubernator, aliud Legatus, aliud facultas conferendi beneficia intra illud territorium Papæ, aliud facultas extra idem territorium.*

190. *Legatus etiam de latere non habet poteſtatē beneficia conferendi, niſi vt delegatus: & vel ignorans reuocari poteſt.193.197.*

192. *Legatus non poteſt ſubdelegare ad conferenda beneficia.*

193. *Indulta Cardinalium non egent notificatione, & ſunt fauorabilia.197.215.*

194. *Octo rationes C. dudum de præb. in 6.195. 196. 197.*

196. *Ordinarius certat de damno vitando, & cui præferendus.*

198. *Papa non habet poteſtatem mittendi Legatū in regnum Francia ſine permiſſu Regis.*

Ius ordinandi Papam, Epiſcopos & Archiepiſc. datum eſt Carolo magno vt Francorum Regi.

199. *Ludouicus Pius dedit Romanis ius eligendi ſummum pontificem, dummodo omnes concorditer ſine pecunia & promiſſionibus eligant: alias remanet electio penes Reges Francorum, & ius examinandi.*

200. *Sequeſtrum non poteſt fieri per eccleſiaſticum, nec per iudicem ſecularem, tanquam eccleſiaſtici executorem.*

201. *Indulta Cardinalium nec mandata, nec nominationes impediunt, nec habent locum in ſpectantibus ad Cardinales iure deuolato. Sed excludunt Papam etiam in menſibus ei reſeruatis in Britannia & patria obedientiæ.*

202. *Legatus nihil poteſt contra indulta Cardinalium. Appellans tanquam ab abuſu non impeditur iure ſuo vti.*

203. *Ordinarius etiā Cardinalis non poteſt vti hac Regula poſtquam contulit per reſignationem etiam à Legato prius admiſſam niſi eidem ad cautelam per obitum conferendo.104.*

205. *Per reſignationem* In fauorem, *nihil vacat niſi ad effectum, vel niſi priuatione ſequuta per ſententiam, vel poſtquam reſignans de facto reliquit poſſeſſionem reſignatario. 206.*

206. *Decretum de pacificis nunquam locum habet vbi poteſt appellari tanquam ab abuſu.*

207. *Qui reſignauit in fauorem in manus non habentis poteſtatem, iterum ante poſſeſſionem dimiſſam poteſt reſignare ſimpliciter apud ordinarium vel in fauorem apud Papam: ſed tunc debet mentionem facere de priori reſignatione abuſiua.*

208. *Modificatio vt legatus non poſſit derogare regulæ de publicandis & de veniſimili notitia arguit permiſſionem derogandi huic regulæ.*

209. *Sufficit ita ſeruari de facto.*

210. *Compactum de quo ſup. n.163. fauorabile eſt.*

212. *Papa non poteſt derogare huic regulæ in præiudicium Cardinalium.*

213. *Epiſcopus reſignans retenta collatione beneficiorum habet illam iure ordinario non vt delegatus aut Vicarius Papæ.*

215. *Cardinalis habens inſtitutionem non poteſt preueniri à Papa etiam infrà primum ſemeſtre patroni eccleſiaſtici non Cardinalis.*

216. *Nec etiam infra ſecundum ſemeſtre ſua deuolutionis.*

217. *Non eſt abſurdum quod ordinarius habeat duo ſemeſtria contra Papam & legatum.*

Tempore Decretalium non erat ius preuentionis nec Papa contrauenichat conſilio Lateranenſi.

Ordinarius habet ſexdecim menſes reſpectu beneficiorum quæ ſunt in patronatu laico, liberos ſi eſt Cardinalis contra Papam & legatos.

218. *Patronus granatus mandato conſentiendo mandatarium inſtitui, ſeſe exonerat, nec mandatarius debet adire ſuum executorem, quia non eſt refutatus, ſed petere inſtitutionem ab epiſcopo.219.*

220. *Mandatarius refutatus poteſt adire executorem, vel expectare pœnitentiam refutantis, & tempore eius lapſo adire ſuperiorem.*

Conferentes iure deuoluto tenentur eiſdem perſonis conferre.

221. *Mandatarius impetrans iure ordinario beneficium ſibi debitum, non poteſt illud defendere in vim mandati & nihilominus mandatum extinguetur. 222.*

223. *Inutile præuentio Papa poſtea nō conualeſcit.*

224. *Q. V. de induleo Parlamenti Pariſienſis.*

225. *Curia nunquā olim vti voluit, Quia Eug. IV. depoſitus & damnatus in concilio Baſilienſi nūquam reſtitutus fuit.*

226. *Nec tempore quidem Anglorū curia voluit obtemperare Eug. IV. ſed etiam Anglorū regi, quamquam tum dominanti reſtitit.227.*

227. *Carol. VII. vetuit omnibus prælatis regni, ire Ferrariam aut ad aliud concilium Eugenij.*

228. *Paul III. indultum curiæ dedit.*

229. *Quod præfertur indultis Cardinalium.*

230. *Sed in præiudicio indulti curia poteſt legatus derogare huic reg. per reg. quod quiſque iuris.*

231. *Niſi granatus ſit Cardinalis.*

232. *Requiſitio ante vocationem, non plus datiuris quam inſinuatio.237.238.*

233. *An currenti per reſignationem tempus veriſimilis notitia ſemper curat à data procuratorij. 234.*

235. *Genus quod non poteſt niſi in vna ſpecie verificari, ſpecies eſt.*

236. *Expectatiua locum habent in Britannia per VIII menſes.*

237. *Papa præuenit indultum curiæ niſi ordinarius ſit Cardinalis.*

Armorica regno Franciæ vnica.

239. *Centum anni ſunt longiſſimum tempus vitæ hominis.*

240. *Abſurdum eſt collegia non grauari indulto curiæ, niſi ſemel in 100. annis.*

241. *Henric. II. Rex declarauit quod ſemel in vita regis grauari poſſunt.*

242. *Nominatio ſub nomine dignitatis in ſucceſſorem tranſit. 245.246.*

247. *Ordinarius qui dignitatem reſignatā in vim prioris tituli recuperat, idem ordinarius eſt: ſecus ſi in vim noui tituli.*

248. *Cōmenda temporalis nō imputatur vitæ ſucceſſoris: ſed commenda furioſi vita eiuſdem.*

249. *Pluribus beneficiis ſimul vacantibus non eſt electio nominati curiæ ſed grauati, dummodo non det minori valore ducentarum librarum.*

250. *Mandata Papiſtica limitantur ad formam c.mandatum de reſcript.*
251. *Intellect.c.ſi plurib⁹ de præb.in 6. quod receptum eſt in mandatis.* 252.
252. *L.vlt. de conſtitutio.princip. fallit in beneficio principis ſpectante ad grauamen alterius.*
253. *Ordinarius abſenti mandatario conferendo ſeſe exonerat.*
255. *Ordinarius non poteſt gratificare mandatario vltra formam mandati.*
256. *Hodie nulla ſunt mandata in regna in forma pauperum, ſed vulgaria mandata ſunt in forma gratia.*257.
257. *Et extinguitur adepto beneficio incompatibili, aliàs pendet ab euentu.* 258.
259. *Clauſula motus proprij & pro expreſſis habentes nondum natæ tempore decretalium,*
260. *Papa poteſt reſtringere vel alterare formam mandatorum: dummodo non plus lædat ius commune, nec ordinarios, etiam ſi præiudicet mandatarijs.*261. 432.
262. *Mandata Papa intelligũtur vt regularia regularibus, ſecularia ſecularibus, non obſtante quauis diſpenſatione.*
263. *Vtraque bulla gratioſa & rigoroſa debet inſinuari.*
264. *Collatio facta tanquam graduato inſinuato & legitimè qualificato non limitatur ad illam causã neceſſariã, quãdo aliàs ex forma collationis appareat, quod nõ poteſt eo modo valere.* 265.
266. *Mandata morte Papæ expirant non obſtante etiam fulminatione bullarum.*
267. *Suſpecta eſt matrix quando album vacuum nouæ recenti manu ibi repletur.*
268. *Mandatum ad acceptandum non extenditur ad eligendum vel optandum.*270.
269. *Habens mandatum ad eligendum non poteſt eligere nimis vilitus.*
271. *Officialis Epiſcopi executor bullarum Papæ poteſt eas tam epiſcopali ſede vacãte exequi.*
272. *An nominati fauorabiliores mandatarijs.*
273. *Papa ſolebat parochiales eccleſias etiã ciuitatum vel oppidorum indoctis, qui nunquam ſtuduerant conferre, etiam iure præuentionis nedum per mandata.*276.278.
274 §. *ſtatuimus loquẽs de dictis parochialib.habet locum etiam in nominatis curiæ vel mandatarijs. Collatio delegatorũ vel executorũ Papæ non poteſt valere ire prærogato præuentionis.*
275. *Nec Papa, nec Legatus derogare poſſunt d. §. ſtatuimus.*
276. *Quando lex nona intelligitur ſecundum priorem.*
277. *Generalis ſermo non implicat perſonam loquentis.*
278. *Verbum liberè.*
279. *Henricus II. correxit errorem Papæ in parochialibus eccleſijs vbium regni ſui.*
280. *In dictis parochialibus eccleſijs non ſufficit tempus ſtudij ſine gradu.*
281. *An indultum curiæ extendatur ad ordinarios exteros pro beneficijs in regno ſitis.*
Verba intelliguntur ſecundum conditionem perſonæ cui datur.
282. *Indultum curiæ comprehendit conuentualia collatiua.*
283. *Reg.ampliat.1. Vt ſit vera vacatio per obitũ, non ſolùm in terminis iuris communis ſed etiam in terminis aliarum regularum Cancellaria.* 284.291.
Tituli beneficiorum ſunt de iure nouo & poſitiuo: ſed in primitiua Eccleſia tantùm erant adminiſtrationes.
285. *Ampliat.2. Vt Ordinarius conferat per obitũ, etiam ſi reſignatio facta ſit in Curia, dummodo deceſſerit extra Curiam.*
286. *Vacantia apud Legatum non dicuntur vacare in eius Curia.*
287. *Reprobatur opinio Romani & Gomeſij.*288.
289. *Ampliat.3. etiam ſi reſignatio ſit admiſſa per ordinarium, ſed collatio facta per Papam, vel Legatum.*
Quando ſunt plures rationes legis, vna ceſſante, non ceſſat lex.
290. *Hæc reg. ſanet prouiſis per Ordinarios, cõtra prouiſos per Papam, vel Legatum.*
Reg.43. de conſenſu, habet locum, etiam ſi reſignatio admiſſa ſit per inferiorem.
291. *Ampliat. 4. per interpretationem paſſiuam, etiam omnium ſtatutorum, vel regularum.*
Reg 30. De familia Card. *habet locum in terminis huius reg.* 453.454.
292. *Interpretatio paſſiua nõ habet locũ, in diſpoſitione iure communi damnata, & reprobata.*
293. *Gratia* ad vacatura per obitum, *nõ habet locum in obitu ciuili, nec in naturali introducto per hanc reg. de publican.*
294. *Gratiæ* ad vacatura, *tanquam damnabiles quo iure, quaque occaſione excludi debent.*
295. *Ampliat.5.6.7.8 9.*
296. *Ampliat. 10. etiam ſi reſignatarius ignoret, & conſtet non eſſe factum animo fraudandi.*
Hæc reg. non procedit præſumendo, ſed præciſè ſtatuendo.
Cõtra cauſam lucratiuã, ſat eſt re, licèt nõ cõſilio.
297. *Ampliat.11. vt etiam diſpenſationes, & derogationes, acceſſoria reſoluantur.*
298. *Quot ſunt res, diſtributo pretio vendita, tot ſunt venditiones.*
299. *Clauſula generales Bullæ non comprehendunt futuram vacationem* 300.
301. *Pœna recipienti ſecundum incompatibile.*
302. *Etiam ſi diſpenſationem Bullæ ad hæc extẽdi putet, licet alias error iuris excuſet in damnis vitandis, quia hic ius reſiſtit.*
303. *Nec minor annis excuſatur.*305.
304. *Ad acceptandum poſſeſſionem beneficij requiritur indultum mandatum.*
306. *Amplia* 12. *in commenda perpetua.*
307. *Commenda præſumitur perpetua.*
308. *Amplia* 13 *etiam ex ſimplici ſignatura, quia gratia ſolo verbo perfecta eſt. quod in praxi non admittitur, niſi ſcripto conſtet.*
309. *Amplia.*14. *etiam in litigioſo.*

310. *Amplia 15. etiam contra Cardinales.*
Amplia 16. etiam contra Cardinalet.
311. *Amplia 17. etiam in fœminis.*
312. *Rex ſolebat nominare ad monaſteria monialium.* 314.
313. *Etiam ad commendarias Rhodienſium, ſed vtcumque correctum fuit.*
314. *Iul. III. Papa dicebat concordata morte Regis Franciſci finita.*
315. *Decanatus electini non ſpectant ad nominationem regis in vim concordatorum.*
316. *Sed in vim indultorum ampliatinorum morto regis finitorum.* 404.
317. *Idem de nominatione ad monaſteria habentia priuilegium eligendi.*
318. *Decretum de pacificis non habet locum contra habentem iuſtam ignorantiam & contra alium litigantem: & actor ſuccumbens in hoc decreto perdit tantum beneficium decreti, ſed vincens vincit in totum.* 319.
320. *Amplia 18. etiam in manualibus.*
321. *Amplia 19. in hoſpitalibus, ſi in titulum conferantur.*
Commenda ſancti Io. Hieroſolymitani, nõ ſunt beneficia.
322. *Amplia 20. etiam in permutatione aquali contra Gomeſium.*
323. *Amplia 21. etiam in reſignatione facta retentis fructibus, nec licèt excedere tertiam.*
324. *Amplia 22 etiam in reſignante peſtifero, contra Gomeſium.*
326. *Amplia 23. etiam ſi ſanus ſit tempore cõfecti mandati ad reſignandum, contra Gomeſium.*
327. *Amplia 24. Vt dies præfixi conſenſus non computentur in numero.*
328. *Amplia 25. etiam adiecta clauſula* quouiſmodo. 329.
330. *Amplia 26. vbicunq; Papa præuenire poteſt.*
331. *Amplia 27. in collatione Papa vel Legati ad præſentationem patroni ordinarius non tenetur admittere reſignationem.*
332. *Reſignatio fieri poteſt ſine cõſenſu patroni, ſed non inſtitutio niſi ex cauſa permutationis.*
Sed tempus non currit patrono antequam ſciat.
334. *Amplia 28. etiem ſi Papa interim moriatur.*
335. *Amplia 29. Vt Papa huic regulæ derogare non poſſit.* 336. 340.
336. *Hypotheſis.*
337. *Ordinarius poteſt conferre beneficium vacãs, per extrauagantem* Execrabilis.
340. *Legatus Papa nihil poteſt in regno, abſque Regis permiſſione, & Senatus authoritate.*
341. *Limito 1. in infirmitate inopinata.*
342. *Verba legis non debent captari.*
343. *Reſignatio non eſt priuſquam ſit ab habente poteſtatem admiſſa.* 344.
346. *Reſignans in manu Laici non continuo priuandus eſt.*
347. *Limit. 2. in ægritudine animi.*
348. *Furioſus non præſumitur reſignaſſe, tempore dilucidi interualli, ſed reſignatarius debet hoc probare.*
349. *Limito 3. in ſene.*
350. *Limito 5. in morbo ciuili.* 383.
352. *Etiã ſi ſtatutũ dicat per ceſſum vel deceſſum.*
353. *Reg.* 30. de impetran. benefi. per obitum famil. Card. 362.
354. *Tres rationes Barba. refelluntur.*
355. *Concilium Conſtantienſe tret Papas depoſuit.*
356. *Panor. adfuit concilio Baſileenſi, vbi à Felice V. Cardinalis factus eſt.*
357. *Electio Papæ ſpectat ad Concilium, non ad Cardinales.*
358. *Author obloquutoribus non reſpondet, quia centiha vniuerſalia & claſſici authores ſatis reſpondent.*
359. *Niſi eſſet Concilium, in quo ſoli deputati Papa præſident, quod eius morte finitur.*
Concilium Tridentinum factum ad inſeruiendum affectibus quorundam Principum, & Papæ.
360. *Sed verum generale Concilium eſt ſupra Papam, & Cardinales.*
361. *Pœna debet dare immunitatem.*
363. *Quod dicitur ſubreptione eſſe*, ſi Papa difficilius conceſſiſſet, *debet intelligi de difficultate iuris vel rationi conformi, non autem de carnali, vel ambitioſo affectu.* 365.
364. *Cauſæ de futuro, non inducunt ſubreptionem.*
366. *Papa bene volnit reſignationem infirmi pendere à fato, ſed non ab hominis arbitrio.*
367. *Hac regula non habet locum in eo, qui eſt priuandus per ſententiam, ſed non poteſt reſignare in fauorem.* 368.
369. *Alienatio, vel reſignatio beneficij, in fraudem accuſationis non valet.* 375. 376. 378.
370. *Reprobatur communis error gloſ. & Canoniſtarum.* 372.
371. *Diſcuſſio Canonum.* 372.
373. *Plena diſtinctio.*
374. *Regulariter crimen non priuat beneficio, ipſo iure. ſal. n.* 386.
Vbicunq; quis priuatus eſt ipſo iure, poteſt beneficii ſtatim cõferri: ſed collatarius nõ poteſt poſſeſſorem deturbare, niſi poſt ſententiam. 385. 388.
377. *Collatarius, etiam ex cauſa permutationis, habet cauſam lucratiuam.*
378. *Si Papa, vel Legatus admittãt reſignationẽ accuſati coram Ordinario, de crimine priuatione digno, poteſt* tanquam ab abuſu *appellari.*
379. *Accuſato, tanquã innocente abſolute, valet alienatio, vel reſignatio interim ſponte facta.*
380. *Sed ſi abſoluitur per gratiã, prouiſio Papæ vel Legati remanet nulla, ſed Ordinarij conualeſcit.*
381. *Si Papa delegat ad inquirendum de crimine, & conuicti beneficium conferendum in impetrãte, duplex eſt abuſus.*
382. *Mox priuandus per ſententiam Canonis, libere reſignare poteſt ſine metu huius regulæ.*
383. *Idem de priuando* niſi pareat conditioni.
384. *Multa patienter tolerantur quæ in ius deducta corriguntur.*
386. *Papa lapſus in hereſin deſinit eſſe Papa.*
387. *Impetrans beneficiũ vinentis fit incapax* 391.
389. *Beneficiũ ipſo iure vacans per delictum vel*

ex cauſa infamante non poteſt ſententiam declaratoriam impetrari: vel ante mortem vel abdicationem.

390. *Domini locorum ſeculares vel eccleſiaſtici qui poſſunt officiales ad nutum reuocare, nõ poſſont ex cauſa infamante, niſi cognita.*

392. *Tempus veriſimilis notitia non incipit niſi à libera vacatione, puta poſt dictam ſententiam declaratoriam.*

393. *In crimine leſæ maieſtatis non fit confiſcatio ipſo iure, ſed tantùm interdicta adminiſtratio.*

394. *Confiſcatio quæſita principi, non poteſt ab eo peti, niſi poſt declarationem.*

395. *Beneficia non vacant ipſo iure per contumaciam etiam ex cauſa hæreſis.*
Sententia per contumaciam lata non facit ius contra alios.

396. *Eccleſia non iudicot nec ligat occulta.*

397. *Homicidiũ & quæuis irregularitas extinguit mãdata, nominationes & quaſuis expectatiuas, & ius ad rem, non autem ius realiter quæſitum.*

398. *Papa non poteſt rehabilitare ad effectum retroactiuum.*

399. *Reſtitutio quæ non fit per viam Iuſtitiæ, non traãtur retro in præiudicium tertij.*

400. *Limita. 6. in Conſiſtorialibus. 405.*

401. *Beneficia verè electiua non vacant in Curia, hodie nominatio Regis eſt.*

402. *Priuilegium iuri communi cõforme, abrogatur iure communi per viam legis* Abrogato: *ſecus ſi per viam contractus odioſi.*

403. *Priuilegia eligendi, in Concordatis excepta.*

404. *Poſtea abrogata.*

406 *Beneficia ſpectantia ad nominationẽ Regis, non poſſunt vacare in Curia, niſi fortè per naturalem obitum.*

407. *Nec poſſunt etiam in fauorem reſignari, ſine conſenſu Regis.*

408. *Pluribus nominatis à Rege, prior nominatus præfertur, nec Rex variare debet. 412.*

409. *In nominatione Regis non ſeruatur hac regula ſed eius voluntas.*

410. *Et Papa fruſtra derogaret in præiudicium Regis.*

411. *Nec etiã Papa in eis poteſt apponere clauſulas* quouiſmodo vacet, *ſed ſpectat ad Regem.*

413. *Relatum eſt referenti.*

414. *Clauſulæ ſoliẽ pro appoſitis habentur.*

415. *Clauſulæ generales, nominationis Regis, referuntur ad modum vacandi in ea expreſſum*

416 *In beneficiis ſpectantib ad liberam collationẽ Regis, nõ ſeruatur hac regula ſed Regis voluntas.*

417. *Beneficia ſpectantia ad collationem laici, nõ ſunt propriè Eccleſiaſtica, nec his poteſt cura parochialis annecti: ſecus de beneficijs quæ ſubſunt regalia Regis. 420.*

418. *Et iudex ſecularis etiam de horum petitorio cognoſcit.*

419. *Nec in his ſeruantur iura Papalia, ſed leges regni & domini dant ius ad vacatura.*

421. *Senatus Pariſienſis cognoſcit etiam in petitorio de beneficijs vacantibus in regalia, per totum Regnum.*

422. *Durante Regalia, poteſt Rex expedire permutationes, & reſignationes in fauorem, & pẽſiones creare.*

423. *Hæc reg. non habet locum in Papa, in quantum eſt diœceſanus.*

424. Nec *in officus.*

425. *A legato ſuis facultatibus ad quæſtum abuenente poteſt tanquam ab abuſu appellari.*

426. *Clauſula noua quatenus abſens in derogatione huius reg. in ſignatura legati, ſed in bulla omiſſa, reddit eam ſuſpectam. 427.*

428. *Et tunc non poteſt legatus pro ea vice conferre per obitum. 429.*

430. *Et poteſt reſignatarius ſe defendere contra prouiſum per obitum ab eodem legato: ſed non contra pronũſum à Papa vel ordinario.*

431. *Legatus vel eius datarius decipiens, tenetur ad damna & intereſſe.*
Mandatum impetratum à monacho alterius monaſterij nullum eſt ab initio: ſecus de prouiſione ordinarij. 438 439.

435. *Intellectus nouæ §. prohibemus in c. cum ſingula. de præben. in 6. 437.*

437. *Clauſula motus proprij etiam naturalis nullã inducit diſpenſationem, nec habilitatem.*

439. *Nõ eſt facienda mentio prioris diſpenſationis quando noua diſpenſatio non additur, niſi concedens voluntatem mutauerit: quo caſu nec clauſula motus proprij inuæ contra veriſimilemmentem.*

440. *Ordinarius poteſt præuenire Legatum ex capite reſignationis per Legatum admiſſæ.*

441. *Mãdatarius qui requiſiuit ex capite reſignationis debet in caſum reg. de publicandis iterum requirere per obitum. aliàs conſumitur mandatum. 442. 444.*

441. *Hæc reg. habet locũ in collatione ordinarij ex capite reſignationis admiſſa per legatum. 434.*

445. *Legatus etiam ſpecialem facultatem habens derogandi huic reg non poteſt derogare in præiudicium mandatarij, ſed bene in eius commodum. 447. 448.*
Amplia. 30. ad hanc reg. 448.

446. *Mandatarius tanquam de damno vitando certans, per iuſtam ignorantiam excuſatur: etiã per errorem iuris. Idem de nominatis & aliis quibus beneficia ſunt debita.*

448. *Derogatio diſpenſatoria limitatur ad eum ius fauore ſit, nec ad alios extenditur.*

449. *Legatus non poteſt conferre graduatis, quia non poteſt tollere gratificationem ordinariorum quam non habet.*

450. *Legatus non poteſt uti præuentione in præiudicium nominatorum vel graduatorum.*

451. *Secus in Papa, qui tamen poſtquã unus graduatorũ requiſiuit ab ordinario, non poteſt amplius Papa etiam per viam gratificationis graduato debitè qualificato conferre.*

COMMENTARIVS ANALYTICVS.

In Regulas Cancellariæ Romanæ, hactenus in Curia, Regnóque Franciæ receptas, cum noua explicatione dubiorum circa rem beneficialem quotidie in foro versantium.

Regula 18. de Infirmis resignantibus. Innoc. VIII. Iul. II.

1 ¶ ITEM[a] voluit, quòd si quis in infirmitate constitutus, resignauerit[a] aliquod beneficium, siue simpliciter, siue[b] ex causa permutationis, & posteà infrà viginti dies (à die per ipsum resignantem præstandi consensus, [c] computandos) de ipsa infirmitate decesserit: ac ipsum beneficium [d] conferatur[e] per resignationem sic factam, collatio[f] huiusmodi nulla sit, ipsúmque beneficium per obitum vacare censeatur.[g]

a *Resignauerit.*) In manus Papæ vel Legati: quia reg. non habet locum in Ordinario: vt infr. q. 1. n. 34. Item cum effectu, sc. resignatione admissa, nec prius currere possunt hi 20 dies, etiam si consensus ante admissionem præstitus sit: & adhuc non currunt nisi post consensum, vt sequitur.
b *Siue.*) & sic in omni specie resign. n. 12.
c *Consensus*) hæc fuit ampliatio Iulij a meritò in vsum recepta, & intelligitur de consensu præstito tempore admissæ resignationis, vel postea, & non priùs vt infr. n. 10. cum seq. & siue collatio sequatur, siue non n. 7. in fi.

d *Beneficium*) hic Paul. III. addidit *quauis authoritate*, quæ additio in vsum recepta non est Gallis.
e *Conferatur.*) hoc, augendo dicitur, quia non requiritur post collationem secutam, vt inf. n. 7. & Reg. seq. n. 173.
f *Collatione*) ergo multo magis resignatio tantùm admissa.
g *Censeantur.*) veritatem operatur, non fictionem. vt infr. n. 183.

10

Resignatio non est, nisi admissa.

TRIA duntaxat hîc requiruntur:

2 ¶ Primum, quod resignans sit infirmus: Secundum, quòd de eadem infirmitate decesserit: Tertium, quòd infra viginti dies. Circa primum, intelligendum est de resignatione in se perfecta: videlicet, facta in manus habentis potestatem admittendi, & per eum admissa: alioqui non esset opus hac regula: quia etiam si resignans superuiueret vltra annum, vel etiam (sanitate recuperata) alio morbo, vel casu obiret, non posset beneficium vacare per resignationem, sed per obitum: si resignatio re integra, (hoc est ante mortem & aliam canonicam reuocationem,) non fuerit ab habente potestatem admissa, tantisper enim non est verè & propriè resignatio, sed animus, seu præparatio, vel mandatum ad resignandum: vt in *l. si is qui.* & *l. ex ea scriptura* ibi, faciendum parabatur. *de test. l. qui absensi. in prin.* ibi, sed magis destinationem. *de acqui. vel amit. possess. l. cum de bonis.* ibi, destinatione magis. *C. de donatio.* Oldr. cons. 119. Alex. consil. 73. cum seq. lib. 1. quemadmodum sola promissio acceptata non est pactum, sed nec pars quidem pacti, nisi æquiuocè: quia nondum vllum pactum, vlla obligatio est, sed tantùm præparatio quædam ad paciscendum, dixi in tub. *de verb. obligat.* in lectione Dolana. Alioquin resignatio penderet à sola voluntate resignantis, vel alterius non habentis potestatem admittendi: quod falsum est, & contra text. in c. *Admonet.* & in c. *quod in dubiis.* ibi, nullam obtinet firmitatem. & in c. *vlt. ibi*, cedere sine licentia nostra nequiuerit. *& ibi*, quo integrè restituto vice nostra accipiatis cessionem ipsius ext. *de renuntiat.*

3 ¶ Nec hæc vtpote protrita vrgerem, nisi in his impegisse comperissem doctum alioquin, multæque lectionis & experientiæ virum, do. Lud. Gomesium super hac regula. quæst. 29. vbi tenet, quòd ad perdendum ius beneficij, admissio superioris nihil facit, sed quòd per solam renuntiationem non admissam, statim titulus beneficij vacet: & quòd eo ipso quòd quis renuntiat, amittit ius, & omnem possessionem quam habebat, licèt Superior renuntiationem non admittat. Qui sunt pudendi errores, imperitis ab trapezitis simoniacæ negotiationis orti, qui ex aditu datarij, vel etiam aduentitij

Contra Gomesium

curſoris, negocium ſuum pro confecto habere ſolent, A niſi defectus nummorum obſit. ex quibus alium errorem infert Gomeſius, videlicet quòd hi 20. dies computandi ſunt à tempore conſenſus primæ reſignationis non admiſſæ: quod tam falſum eſt, quàm quod maximè: quia nullum text. nullam rationem citat, ſed tantum authoritates, falſo vel perperàm expenſas. Quod enim citat deciſ. Caſſadori, quæ habetur ſub titulo *de renunciat.* deciſ. 2. Caſſadorus ibi oppoſitum firmat, tenens & bene, quòd per ceſſionem, vel reſignationem non amittitur ius, nec vacat beneficium, donec fuerit admiſſa per habentem poteſtatem: Idem firmat Caſſado. eod. tit. deciſ. 3. Idem tenet Panor. C. *ad aures.* numer. 7. *de his quæ vi metuſve cau.*

4 ¶ Rurſus. Gomeſ. citat pro ſe Rot. deciſ. 352. B quæ eſt 4. *de renunciat. in nouis*, ſed illa deciſio (præter id quòd non eſt expedita, nec ex concordia omnium dominorum Rotæ, vt ibi patet) videtur fundari in præſumptione admiſſionis, per locum *à communiter accidentibus.* licèt admiſſio non ſit ſcripta in inſtrumento reſignationis exhibito. Præterea ſtante quòd non ſit admiſſa illa deciſio, nullo iure probatur, ſed ſolitaria, & Saturnina eſt, iuxta Bald. in e. *cæterum.* col. 4. *de iudi* vtpote nuſquam relata, nec vſquam recepta. *Lt. in fi. de Sena.* Quinimò nominatim ab aliis deciſ. Rot. reprobatur, vt apud Bernard. de Biſneto. *de renunciat.* deciſ. 3. & 4. Caſſado. d. deciſ. 2. vbi reprobando contrarias opiniones, tenent eum qui reſignauit poſſe agere, & repetere beneficium ab intruſo, vel ſpoliatore, donec ipſe reſignans fuerit priua- C tus, vel reſignatio per habentem poteſtatem te integra admiſſa, & quòd etiam interim in impetratione alterius beneficij tenetur mentionem facere de beneficio taliter reſignato, reſignatione nondum admiſſa per Superiorem, vt decidit Rot. deciſio 577. *Quidam Cardinalis, de renunciat.* in antiq. & firmat. Fel. in c. *in noſtra.* coroll. 34. *de Reſcript.* interim enim non valet, etiam in præiudicium reſignantis. Panor. e. *ad aures.* col. vlr. *de his quæ vi metuſve cauſ.* Excipio tamen bonam fidem. vnde ſi quis dedit mandatum ad reſignandum beneficium: & dum putat illud executum, impetrat aliud non facta mentione prioris, quo ſe priuatum putat, nec illud per ſe vel alium ſubornatum retinere ſatagit: valet impetratio ſecundi etiam à Papa vel Legato. Quòd ſi præter ſpem man- D datum non habuit effectum, habebit electionem quod, vt nouum, notat rurſus, Gomeſius falſo allegat Abbatem, in e. *Sollicitæ. de reſtit. ſpoliat.* ſequi dictam deciſ. Rot. 352. quia imo Abbas ibi num. 10. reprobando diſtinctionem Io. And. & Goff. inter poſſeſſorium, & petitorium, decidit, quòd aut in reſignatione interuenit conſenſus, & ſic admiſſio Superioris, & tunc debet reſignatio præiudicare, ſcilicet tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio: aut non interuenit, & tunc non præiudicat: & ſic apertè ſentit quòd reſignatio etiam in manus Superioris poteſtatem habentis facta, niſi ſit per eum admiſſa, in neutro præiudicat, nec in poſſeſſorio nec in petitorio, quod verum eſt, provt etiam expreſsè vult Panor. in d. e. *ad aures.* numer. 7. Minus obſtat quod Rota dicit, quod ſtatim vt coram Notario reſignatum eſt, vacat alio non expectato. ſaltem vt poſſit Papa conferre: quia iſtud tam eſt ridiculum, vt non ſit æſtimandum dictum Rotæ, ſed allegatio vulgarium, quæ quando- Error vulgarium. que referendo argumenta, etiam vulgaria, non autem approbando, recitatur à Collectaneo deciſionum Rotæ. ex eo enim, quod ſtylus quorundam imperitorum Tabellionum ſic habet, Titius perſonaliter comparens reſignauit, provt de facto reſignat in mei præſentia, & tales ad hoc conſtituit procuratores, &c. putant & argutantur vulgares, ſtatim reſignationem eſſe factam, quod eſt falſum: quia nemo ſe ipſum deſtituere poteſt, nec Tabellio quidem, qui non habet hanc poteſtatem, nec hoc intendit. Tum ſequeretur quòd beneficium non vacatet in Curia, ſed in partibus vbi confectum eſt inſtrumentum, etiam ſi poſtea deferretur Romam, & ibi rurſus reſignaretur, quia non inciperet ibi vacare, & ſic non in Curia, cùm iam vacaſſet, ſed in partibus, vbi priùs vacauit. Nimis ergo abſurda eſt illa opinio. Tum quantumcumque verba inſtrumenti concepta fuerint in verbis præſentis, vel etiam præteriti temporis, tamen antequam res ſit debitè delata ad ſuperiorem, & debitè admiſſa, ſemper poteſt reuocari: & conſequenter admiſſio ſuperioris non poteſt retrotrahi, nec valere *vt ex tunc*, ſed tantùm *vt ex nunc*, ergo interim nihil actum erat.

5 ¶ Et tamen rurſus Gomeſ. ad idem & falſius citat Io. Andr. *in mercuria.* Non firmatur. de reg. Iuris in ſexto. quia Io. Andr. ibi conſutatis contrariis argumentis, contrarium expreſsè tenet, decidens electionem & confirmationem, de qua ibi, ipſo iure non valere, ex eo quod eſt facta ad Eccleſiam non vacantem: & ſic decidit, reſignationem factam in manibus Presbyteri recipientis nomine Epiſcopi, qui mox, vt poſt obitum ſciuit, ratificauit, nullo tamen modo valuiſſe: ſed omnino per obitum, non autem per reſignationem (ex eo quod re integra non fuit admiſſa) vacauiſſe, nec ratihabitionem aliquid operari, & ſequitur Philipp. Fran. *peronatis* (vt ſolet) *pedibus.* Ratio enim decidendi veriſſima eſt, vt dixit, ſed per aliam rationem, deciſio illa Io. Andr. falſa eſt, & iniqua. Quæſtio erat de Archipresbytero, qui in mortis articulo volens omnino renunciare archypresbyteratui, malè forſan parto, non valens habere copiam Epiſcopi, vel ius Vicarij poteſtatem habentis, renunciauit in manibus Presbyteri recipientis nomine Epiſcopi, & ſtatim Canonici elegerunt Titium in Archipresbyterum: deinde poſt biduum, mortuo reſignante, Epiſcopus veritate cognita electionem confirmauit: Io. Andr. poſt longam diſputationem (non obſtante quod quidam dicerent reſignationem valuiſſe quoad renunciantem, licet non quoad Superiorem qui poteſt eam non habere gratam) decidit reſignationem abſolutè non valuiſſe: & conſequenter tanquam de non vacanti non valuiſſe electionem nec confirmationem. Contra Ioan. Andr.

6 ¶ Ego quidem cum Ioan. Andr. Philip. Fran. & aliis, fateor quòd vacauit per obitum: ſed dico quòd poſtquàm eligentes ſcienter poſt obitum perſeuerauerunt in electione Titij, quam Epiſcopus, hæc omnia ſciens, confirmauit, quòd valet confirmatio, reiecta formularum ſcrupuloſitate, provt inanis eſt, & reiicienda vbi conſtat de veritate, certa ſcientia, & voluntate poteſtatem habentium, ad quos ſpectat electio, & confirmatio. Non enim erat beneficium per quod viduata eſſet Eccleſia, nec in quo requireretur forma ſolemnis electionis, de qua in c. *Quia propter.* &c. *Ne pro officio de electio.* & ſic cenſeretur magis collatinum, quàm electiuum: vt per Oldra. q. 145. Rot. deciſ. 124. Nota quòd in antiq. ita quod collatio vel inſtitutio Epiſcopi de conſenſu habentium eligere, ſine alia electionis formula valeret: quemadmodum collatio Epiſcopi, de conſenſu patroni, ſine alia præſentatione. vt infra eo nu. 46. larè Rota deciſ. 341. fuit dubitatum in nouis. Amplio etiam ſi illa electio ex conſuetudine vel ſtatuto deberet fieri ſecundum formam. d. e. *quia propter.* quia non ob id ea dignitas diceretur propriè & ſtrictè electiua, provt non eſt talis de iure communi. vnde nullo modo ſpectaret ad nominationem regis iuſta concordata in ritu. *de electio. ſublat* vt nuper reſpondi de decanatu Eccleſiæ collegiatæ ſancti Marcelli in ſuburbiis Beneficium electiuum.

huius vrbis Pariſienſis, & illud concordatum in d. tit. *de cleſt. ſubl.* ſatis operatur in his per quæ viduata dicitur Eccleſia, & in quibus iure communi ordinario non autem extraordinario ſeruanda eſt forma d. c. *quia propter. l. Seio amico. §. medico de annu. legat.* Hæc obiter dixi, ne videret Iniquam illam Ioan. Andr. deciſionem vel tacitè approbare. Non obſtat quòd Nico. Boer. deciſ. Burdegal. 2. numer. 5. imprudenter ſequens dictam deciſionem Ioan. Andr. addit rationem, quia in electionibus initium ſpectandum. c. *Auditis. c. Dudum. 1 & 2. de cleſt.* quia verũ eſt in veris electionibus, in quibus requireretur forma. c. *quia propter.* quæ eſt individua, provt dicta iura loquuntur, ſecus in aliis, etiam in quibus (vt nuper dixi) requireretur ea forma iure ſpeciali cui poſſet renunciari.

Reſignatione non admiſſa, non vacat.

7 ¶ Redeundo ad rem ſtat propugnata communis & vera concluſio, quòd reſignatio etiam abſoluta, non admiſſa, nullam vacationem inducit, nec poſſeſſionis quidem, niſi (quatum ad poſſeſſionem) fiat animo ex tunc (ſine alia ſuperioris admiſſione, vel authoritate) poſſeſſionem abdicandi, & de facto illam deferendo: vt dixi in Conſuet. Pariſien. tit. 3. & ſic loquitur hæc reg. de reſignatione per habentem poteſtatem admiſſa, & aliàs valida, & efficaci, vt vacate per obitum impediat citra hanc reg. quæ aliàs non quadraret, ſed ſuperuacua eſſet: Non tamen requiritur collationem eſſe factam. Quod enim hîc dicitur, *ac ipſum beneficium conferatur per reſignationem ſic factam*: Tum cauſa frequentiæ dicitur, quia ferè ſemper contingit eodem quo reſignatur inſtanti, conferri: Tum ad excludendum maiorem dubitationem; ſiue implicando caſum dubitabiliorem, videlicet vt regula nedum procedat in ſimplici reſignatione admiſſa, & conſummata: ſed etiam collatione ex ea ſecuta, & ſic multo magis locum habet, ſi fortè tantùm ſit admiſſa: Tum alioquin via eſſet aperta fraudandi paſſim hanc regul. quia reſignatarius ſupplicaret Papæ vel Legato, vel faceret ſupplicari nomine cedentis, de ſimplici admiſſione, vt ſic non poſſet amplius, nec facto hominis nec fato reuocari: clauſulam verò collationis faceret ſeorſum expediri in ſupplicatione ſeparata, vel ſub parua data, vel vſque ad viginti dies differri, quibus lapſis, & conſenſu de data primæ ſupplicationis præſtito faceret ſibi tutò conferri per reſignationem ante viginti dies admiſſam, etiam ſi reſignans interim obiiſſet, provt iure communi non vacat per obitum ſuperuenientem, ſed remaneret vacans per reſignationem præcedentem, niſi per hanc reg. occurreremus, & niſi diceremus eam locum habere etiam collatione non facta, ſed vel poſt obitum dilata: non igitur refert quantum ad hoc an collatio ſequatur, vel non ſequatur infra viginti dies, vel poſt, ſed ſicut reſignatio admiſſa reſoluitur, ita & collatio, ſi qua ſecuta ſit, & quicquid inde ſecutum eſt.

Præſumitur quis non eadẽ infirmitate deceſſiſſe.

8 ¶ Circa ſecundum, ſuprà num. 2. in princip. dicitur eadem infirmitas, etiam ſi ſpecies febris, vel etiam genus morbi variauit, ſi tamen occaſione infirmitatis, ſeu vulneris quo reſignans tempore reſignationis laborabat, ſine interuallis recuperatæ ſanitatis proceſſit: & in dubio, ob temporis breuitatem, præſumitur ex eadem infirmitate deceſſiſſe, niſi contrà probetur: Bart. in Tract. *de præſcuſſ.* Bald. c. 1. *quibus modis feud. amit.* Ang. Salic. *l. Vnica, in fin. C. de emend. ſe.* nec curandum an leuis, an mortalis eſſet infirmitas, ex quo de ea deceſſit, quia ſatis eſt ad effectum huius reg. vt rectè ait Ludo. Gomeſius. hîc quæſt. 2. ad fin. & quæſt. 28. ſecus ſi criminaliter ageretur, quia tunc clarior probatio exigeretur, vt per Fran. de capit. inter conſilia cauſa. etiam. Cepola *cauſarum criminalium*, conſil. 62. col. fi. quem ſequitur Hippolit. Marſi. ſing. 218. & con. 6. Et nota quod beneficium huius reg. non eſt neceſſe probare de qualitate grauitatis infirmitatis, & quòd tunc omnino deſperabatur de vita, provt aliàs in terminis iuris communis vel de concurſu aliarum præſumptionum probandum eſſet per tio. Alber. Roſatis. in *l. filiæ meæ egræ.* numero 2. *ſolut. matrimonio.*

9 ¶ Sed quid ſi conſtat hunc infirmum infra viginti dies, veneno, lapſu, gladio, vel alio caſu ſublatum, ita quòd non perijt ex infirmitate, qua tempore reſignationis laborabat? certè ceſſant verba huius reg. & ſic videtur eius ceſſare diſpoſitio, ſaltem ceſſante ſuſpicione mortis acceleratæ, vel aliter in fraudem inflictæ: Tamen quia fauorabilis eſt in ſe, fraudeſque præcludit, & ordinariis fauet, puto eam interpretationem adiuuandam, intra fines mentis & ſcopi quò tendit duntaxat *l. hoc modo, de cond. & demonſtrat.* Dico igitur ſi conſter quòd omnino intra viginti dies ex priore infirmitate moriturus erat, locum eſſe reg. quia hoc caſu eadem, imò maior, & fortior eſt ratio regulæ fraudiſque amoliendæ: quanrò uiator eſt occaſio, & præſumptio fraudis, ſiue reſignationis mortis imminentis ergò, & non ex mera liberalitate factæ, quando fit ab eo, quem certum eſt lethali morbo correptum, & inde infra viginti dies moriturum, etiam ſi caſu contingat mortem accelerari: quàm quando morbus lethalis non eſt, vel talis non apparet, niſi ex poſt facto, euenni mortis infra viginti dies ſecuto. vbi igitur vicinæ mortis adeſt certitudo, non opus eſt coniecturis mortis infra viginti dies conſequentis. *l. Continuus. §. cum ita*, in fin. *de verb. oblig.* & ita nouè concludo, & intelligo cunctare ſecundùm communes medicorum vel chirurgorum canones, quibus in ſua arte ſtandum eſt. *l. Semel. C. de re milit.* lib. 12. c. *Significaſti. 1. de homicid.* Cano. in c. *Propoſuiſti de proba.* Bal. in prima conſt. C. col. 1. not. vt Ang. Areti. §. Præterea quod per alluuionem. col. 2. Inſtit. *de rerum diuiſ.* aliàs, vel in dubio, verbis regulæ ſtandum, vt eis deficientibus deficiat l. 1. §. *Si ei qui manum, de exercit. actt l. 4. §. Toties.* & ibi, vterque Imola, *de damno infecto.* Fely. latè in c. *Nonnulli de reſcrip. c. Tertio loco. col. 2. de præſumptio.* Rurſus ad maiorem explicationem quæro de quæſtione quam vidi in facto. Quidam ceciderat ex equo, vnde ſæpius infirmabatur, tamen ibat & redibat, & exiſtens Pariſiis reſignauit ſimpliciter. Poſteà in itinere ad decem leucas infra viceſimum reſignationis admiſſæ diem obiit: reſpondeo, Non eſt locus huic regulæ: quia non erat infirmus ſontica de qua hîc. Idem etiam quamuis tam reſignatio quam mors, in menſe graduati contigent, tamen non eſt ſuſpicio: nec locus regulæ, niſi conſter quòd ſaltem à die bullæ vel conſenſus, ſi poſtea præſtitus ſit, morbum continuum habuit, ex quo ab ea die intra viginti dies deceſſit per ea quæ nouè dicemus numer.

10 ¶ Circa tertium ſuprà. num. 2. in prin. notandum quòd ante Iuliom 2. hi viginti dies currere incipiebant ſtatim à reſignatione admiſſa, ſiue collatio ſtatim eſſet facta, ſiue dilata, & non priùs: vnde ſi conſtaret de inſtrumento reſignationis, ut Camera, vel Cancellaria Papæ, vel Legati de latere, & conſtaret ſuſpenſam vel dilatam eſſe admiſſionem (quod minimè ſolent) ſi tamen quocunque caſu contingeret diffiſam eſſe admiſſionem, non inciperent currere 20. dies (etiam ceſſante regula Iul.) niſi à die admiſſionis, vt ſuprà probauimus, quicquid

Q. 1. incidens

Diſtinctio.

Medicis ſtandum.

Iulij 2. quid ſcripſerit Gomeſ. Sed ab aduentu Iulij 2. qui, die 28. Nouembris 1503. anno. 1. hanc tegulam rurſus innouauit & publicauit, eique primus addidit clauſulam illam: *à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos*: ex tunc, inquam, hoc tempus non incœpit, nec deinceps currere incipit à die ſolius reſignationis admiſſæ, veræque vacationis per reſignationem admiſſam, imò nec à die collationis: ſed tantùm à die qua ipſemet reſignans, perſonaliter (ſi præſens ſit in Curia) aliàs, per procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum expeditioni Bullarum conſenſerit, & iutauerit vt moris eſt, ſecundùm tegul. 44. Inn. 8.

11 ¶ Et quamuis dicta clauſula non habeatur in veteri textu huiuſmodi regulæ, diu ante aduentum præfati Iulij 2. in vſum receptæ, & etiam in hoc ſummo Panſiorum Senatu, & in publica monumenta relatæ: Tamen ita proculdubio obſeruandum, & iudicandum eſt: vtpote quum per hanc clauſulam iuſtè additam, magis obuietur fraudibus, & plenius Ordinariorum libertati conſulatur. Et effectus poteſt eſſe magnus, ſi conſtet reſignationem infirmi eſſe admiſſam in manu, vel Cancellaria Papæ, vel Legati: prædictum verò conſenſum, qui collationem præcedere, vel ſequi poteſt, quacunque cauſa, vel occaſione dilatum eſſe: quia quantocunque tempore ſuperuiuat infirmus, ſemper vacare poteſt per obitum, prout vacabit, ſi infra viceſimum diem à die dicti conſenſus, etiam poſt ſex, decem, vel plures menſes à dicta reſignatione, quandocunque præſtiti, de eadem infirmitate decedat. Et aduerte, quòd hæc additio debet intelligi augendo, non autem teſtringendo tempus, & diſpoſitionem regulæ, vt dixi: Vnde debet de conſenſu præſtito in ipſa admiſſione, vel poſteà quandocuoque: non autem de præſtito ante reſignationem admiſſam intelligi. quod patet: primò per tex. ibi. *Reſignantem*: ergo reſignatione iam admiſſa, vel dum admittitur, quia priùs non dicitur reſignans, ſed reſignaturus per prædicta. Secundò, quia aliàs eſſet hanc regulam deſtruere & eludere, quia per ſimplicem præſtationem conſenſus, ante reſignationem admiſſam non ligatur reſignans, ſed ſemper donec admiſſa ſit, poteſt pœnitere, vel procuratorem reuocare: tum nihil eſt quod reſoluatur, tempus autem ad reſoluendum non poteſt currere ante ipſum reſolubile, quia quod non eſt, deſinere non poteſt. *l. Titio vſus fructus de cond. & d. monſt. l. Sempronius Attalus, de vſuf. le.* & aliter intelligère, id eſſet & verba, & mentem reg. & authoris præpoſterare.

Quæſt. 1. An in ordinario locum habeat hæc regula.

12 ¶ Iam ſatis expeditum eſt principium horum 20. dierum: ſed nondum morbi principium, quod tamen explicatu neceſſarium eſt, ſed breuioris methodi gratia prius diſcuriendum eſt quid ſit, & quotuplicitet ſit in hoc text. ſimpliciter reſignare. videtur enim ſimplex reſignatio ea demum quæ ſit abſolutè per meram abdicationem, vt tactum ſuprà numer. 5. Et iure quidem antiquo, & adhuc iure communi ita eſt: ſed hodie non ita eſt de praxi Curiæ & Cancellariæ Romanæ, quæ poſtquam Pontifices Romani reſignationes in fauorem paſſim admittere conſueuerunt, inoleuit. Cùm enim non ſoleant adiri pro reſignatione abdicatiua, ſed ſucceſſoria quæ in fauorem ſit, cœpit apud eos hæc ſucceſſiua reſignatio canonibus antiquis vetita, & ſimoniaca ſimplex haberi & dici. Imò ad differentiam mutuæ reſignationis ſeu permutationis, vel reſeruati regreſſus omnem aliam reſignationis ſpeciem ſimplicem vocant: Cuius itaque ceperunt plures eſſe gradus.

Quotuplex ſimplex reſignatio.

13 ¶ Primus abdicatoriæ ſeu meræ puréque ſimplicis. Secundus ſucceſſoriæ quæ ſit in fauorem certæ à reſignante delectæ & nominatæ perſonæ. Quæ poſt magnum ſchiſma, ſcilicet poſt obitum Gregorij XI. frequentiſſima eſſe cœpit. Tertius captatoriæ, quando in fauorem perſonæ per tertium etiam laicum nominandæ, vt dixi in comment. *ad edictum contra parnas datas.* §. 10. gloſſ. 2. num. 11. cum ſeq. Quartus quando etiam tetenta penſione, qui etiam frequens eſt, & toleratur ad tertiam partem fructuum, & ad vitam veri titularij reſignantis tantùm: & dicitur perſonalis, quando non eſt expreſſim penſionem tranſire ad ſucceſſores reſignatarij prout aliàs, niſi cautum ſit, non tranſit, & quando (vt aſſolet) expreſſum eſt, dicitur realis. Abdicatoria. Succeſſoria. Captatoria. Penſionaria.

14 ¶ Et ſupet hoc illud obiter adnotabo, quòd quamuis clauſula reſeruationis medietatis fructuum loco penſionis vel certorum membrorum ſeu fundorum tertiam vel medietatem excedentium non vitiet, ſed reducatur ad tertiam conquerente reſignatario, vel eius quouis ſucceſſore, qui poteſt cogere reſignantem pati moderationem hanc, etiam ſi primus reſignatarius nunquam fuit conqueſtus, nec poteſt reſignans petere recurſum ad beneficium teſignatum, ex quo non ſolum de iure, ſed etiam de facto illud ceſſit, poſſeſſione relicta reſignatario, quem ſciebat vel ſcire debebat poſſe petere dictam reductionem, etiam non obſtante quòd in bullis eſſet clauſula regreſſus quæ eſt abuſiua, tum quia contra decretum de reſignationibus ſublatis, tum quia in fraudem ſeu pœnam dictæ moderationis per ſummorum huius regni tribunalium arreſta receptæ: tamen ſi inino reſignans manet in poſſeſſione, nec vult remittere de conditionibus appoſitis in procuratorio præcisè concluſis ſub verbo, nec aliàs, nec aliter, nec alio modo, niſi per manus ſuas poſſeſſionem vſque ad medietatem fructuum retineat: vel ſibi caueatur de tanta penſione continuanda abſque vlla moderatione: tunc ſatis apparet reſignationem factam præcisè ſub conditione impoſſibili, & ſic nullam: ita quòd ſi moriatur in poſſeſſione etiam infrà menſem vel ſex menſes vacat per obitum, ex quo conſtat quod præciſe volnit quod non potuit, & quod potuit noluit. Sed in dubio præſumitur voluiſſe penſionem, prout & quatenus haberi & tolerari poteſt, & ita nuper conſului.

5. Gradus.

15 ¶ Quintus gradus quando teſignat in fauorem & ad effectum concordati. Quò reſignatarius debet certum aliud beneficium tertio reſignare. Iſta enim quanquã ſit duplex reſignatio, tamen non eſt mutua, ſed duæ, quas vocant ſimplices, quia non ſunt teciproçe, nec in formam permutationis. Sextus ſucceſſit gradus in teſignatione cum regreſſu, præmoriente teſignãte, quia allo mortuo ante reſignatarium, reſignatio remanet ſimplex, etiam apud Romanenſes: ſed apud nos etiam ab initio teſignatio ſimplex eſt, quia regreſſus vitiatur & non vitiat. Illa enim clauſula, regreſſus ab initio, abuſiua eſt in hoc regno per decretum *de reſeruation. ſublatis*, teſignatio tamen valet & liberè vacabit per obitum reſignatarij ſolo regreſſu vitiato à cuius clauſula tanquam ab abuſu appellari poteſt: quia, vt dixi, non præſumitur in dubio limitata intentio, ita demum ſi regreſſus valeat, & non aliàs, niſi conſtet teſignantem manere in poſſeſſione, & noluiſſe nec velle recedere, niſi clauſula regreſſus ſit valida. Tunc enim vacabit per reſignatus obitum tanquam teſignatione facta ſub conditione impoſſibili & nulla, & in patria, quam Papiſtæ vocant obedientiæ, non dicitur reſignatio ſimplex, ſed reſignatio *cappelloria* propriam habens ſacris canonibus damnatam ſpeciem: & interim nos Galli, quia religioſi eſſe volumus, probris & dirs Duplex non mutua. Regreſſoria.

ab illis afficimur, ſed nulliter & abuſiuè *c. ipſe liganti. c. illud c. iniuſtum 11. queſt. 3.*

16 ¶ Nunc videamus de principio morbi, videlicet quando requiritur & ſufficit reſignantem morbo laborare. Et quidam putant tequiri morbum tempore procuratorij ad reſignandum confecti: ſed non eſt ita: alioquin paſſim fieret fraus huic regulæ. Rogaretur enim inſtrumentum procuratorij tempore ſanitatis, nec leuaretur, ſed cuſtoditur vſque in tempus morbi. Vnde meritò text. huius reg. pro principio morbi non ponderat, nec tequirit aliud initium quàm tempos vel datam ipſius reſignationis, ergo admiſſionis, vt ſuprà nu. 4. nu. 7. Ex quibus infero deciſionem valdè neceſſariam & notandam in praxi, videlicet quòd ſufficit ad effectum huius regulæ, reſignantem eſſe infirmum tempore reſignationis admiſſæ, vel etiam tempore collationis, ſi diu poſt ſequatur, vel etiam tempore præſtiti conſenſus, ſi poſtea præſtitus fuerit, quantumuis prioribus temporibus nedum ſanus fuerit, ſed ſine ſuſpicione infirmitatis. Ita enim per extrauagantem clem. 7. & Paul 3. declaratum fuit, & ſtatuerunt ſufficere reſignantem fuiſſe infirmum tempore datæ conſenſus, quantumuis primæ etiamſi tempore admiſſæ reſignationis ſanus fuerit, vt ſi de illa infirmitate infrà 20. diem obierit, vacet per obitum, vt hîc refert & hodie ſeruandum tenet D. Lud. Gomeſ. q. 12. in fi. Quod cum ſit liberali ordinariorũ fauorabile & ad fraudes patuarum datarum reſtringendas vtque veteres ſacri Canones minùs corrigantur & fraudentur, nunúſque pateat via ſucceſſionis carnalis in beneficiis Eccleſiaſticis vtiliter ſtatutum, omnino tenendum & practicandum eſt. vt ergo hi viginti dies nõ incipiunt à primo actu, videlicet à data procuratorij, (vt vulgares putant) ſed nec à ſecundo actu, videlicet ab admiſſione, ſed nec à tertio quidẽ, videlicet à collatione citra dictum conſenſum: ſed tantùm à data conſenſus ſi vltimus ſit vel data collationis, ſi dictum conſenſum ſecuta ſit, ita non requiritur principium infirmitatis eſſe vel iam adeſſe tempore datæ procuratorij, ſed ſufficit infirmitatem incepiſſe, die ipſa præſtiti conſenſus, etiam ſi poſtremo loco ſecutus ſit, vel tempore datæ bullæ, vel allationis, ſi poſt datam conſenſus, ſecuta ſit. Finge mandatum datum. Cal. Ianuarij, admiſſum à Papa vel legato Cal. Maij; cõſenſum autem præſtitum cal. Auguſti, qua die teſignans, qui ſemper ſanus fuerat, morbo correptus, ex illo 20. Auguſti obiit, vacat per obitum. Idem ſi conſenſus præſtitus erat cal. Maij, admiſſio verò & collatio cal. Auguſti per paſſiuam interpretationem eorum quæ diximus ẽ. num. 7. cum ſeq. Idem multomagis ſi tempore datæ procuratorij eodem morbo correptus erat, & vltra ſeptem vel & decem mẽſes ſuperuixerit. Sed tamen intra 20 diem bullæ vel conſenſus præſtiti ſeu vltimi horum obiit.

magis dicenda.

17 ¶ Sed quid ſi eodem themate retento alia ſit data admiſſionis, alia allationis; Quod tametſi ratò in curia Papæ vel legati, tamen aliquando contingere poteſt, puta mandatũ cal. Ianuarij, ſimplex admiſſio cal. Maij, cõſenſus cal. Auguſti. collatio ſeu data bullæ cal. Decemb. obitus 20. Decemb. Et videretur non eſſe conſiderandum tempus collationis, vt tetigimus ẽ. nu. 7. in fi. Et ſic omni caſu hîc ceſſare regulam. Aut enim non erat infirmus tempore dicti conſenſus, & tunc cum ſit ſecutus poſt admiſſionem, non curatur quid poſtea contigerit, nec locus huic regulæ. Aut erat infirmus, & tametſi maximè de eadem infirmitate conſtet obiiſſe, tamen nõ ſolùm viginti dies à dicto conſenſu, ſed quatuor menſes ſuperuixit, & ſic nullo caſu locus regulæ. Solue quod ẽ. *num.* 7. carptim dixi de admiſſione, intelligendum eſt de pura & perfecta admiſſione, quæ puram puræ vacationem induxit: vt quãdo quis non ſolùm ſimpliciter, ſed etiã abſolutè, & non alterius fauore in manus Papæ vel Legati reſignauit, tunc enim quoad hanc regulam nihil attinet collationem ſequi vel non.

18 ¶ Secus quando reſignatio fit in fauorem & non alias, quia hæc cõditionalis eſt, vt j. *nu* 103 *& in regu. ſeq. nu.* 89 *cum ſeq. nu.* 252 *& ſuper regu. de verisimili notitia, nu.* 81. *cum ſeq.* Quapropter Papa vel Legatus huiuſmodi reſignationem tantùm admittẽdo, & collationem differendo, nihil agit. Et aduerte non intelligo differẽdo bullas, ſed ipſam collationẽ iuris & rituli differendam. Et ſi de hoc conſtet, id eſt, condinonem, ſub qoa fit reſignatio, non implendo, ſed impleti impediendo vel differendo. Hæc enim non eſt verè reſignatio nec admiſſio, ſed reſignationis quidem deſtinatio nixúſve, admiſſionis autẽ non ſolùm ſuſpenſio, ſed ipſius etiam futuræ reſignationis ſuſpenſio, & ſic omnia integra manent vt ante admiſſionem nec poteſt huiuſmodi admiſſio à collatione ſeparari, iure huiuſmodi vera reſignatio, admiſſio & collatio, ante ſimul ſunt aut nihil ſunt, ſicut punctatio vel ſubſtantia actus conditionalis non poteſt ab euentu conditionis ſeparari. 19 ¶ Quando verò admiſſio ſeparari poteſt à collatione vt teſignatio propriè ſimplex & abſoluta, tunc non curatur de collatione quoad hanc regulam, ſed hi viginti dies incipiunt à die vel nudæ admiſſionis vel conſenſus (vter poſterior fuerit) currere, ſed etiam nuda huiuſmodi admiſſione facta, præter id quod ſi teſignans erat infirmus, dèque eo morbo infra 20. dies obierat, ſtatim potuit ordinarius cõferre per obitũ, ptout ſtarim à ſimili admiſſione facta per legatum poteſt tanquam vacans per reſignationem liberam conferre, quia nihil proinde vacat in curia legati, vt dicã in regul. *de publicandis, q* 3. *n.* 20. Etiam ſi legatus reſeruauit: quia non poteſt in hoc regno, & eſſet abuſus. 20 ¶ Sed præterea vera huiuſmodi admiſſione facta per Papam, ſi contingeret reſignantem ſuperuiuere 20. dies, vel eũm ſanus fuiſſet, paoló poſt quandocunqoe mortuum, tunc menſe lapſo à dicta admiſſione, ſi Papa non contulerit, poterit ordinarius liberè infrà ſemeſtre tanquam per liberam teſignationem vacans conferre: text. in *c. ſtatutum de præb. in* 6. & poſt ſemeſtre alij ordinarij iure deuoluto. *ca.* 2. *extrà de conceſſio. præb.*

21 ¶ Amplio etiam ſi Papa durante dicto menſe vel qoandocunque reſeruauerit, qoicqnid dicat Io. Staphil. in tractatu de literis gratiæ, in præludio nu. 20. nec curandum de prætenſis extrauagantibus Bonifa. & Io. 22. quas citat. Et quamuis Io. And. in *d. c. ſtatutum*, in nouel. referat Bonifac. VIII. per ſuam extrauagantem reuocaſſe, *d. c. ſtatutum*, tamen Dominicos de ſanct. Geminia in *conſ.* 80 *col.* 2. *dicit d. c.* Obſeruandum etiam in Italia, & bene, quod eſt expeditum in toto hoc regno, in quo reſeruationes omnes etiam præteritæ (niſi quatenus in corpore iuris clauſæ ſunt) & futuræ ſublatæ ſunt: ita vt liceat tanquam ab abuſu ad ſumma tribunalia prouocare. plus dic, quod ſi Papa pendente dicto menſe contulerit incapaci vel aliàs nolliter, puta per obreptionem, collatio Papæ inualida non impedit curſum menſis & poteſtatem teuerti ad ordinarium, *per regul. iur. commu. de qua in* 6. quicquid canoniſtarum turbæ dixerint, vt dixi in annotat. ad Philip. Dec. Quod ſi Papa contulerit capaci adhuc defectu publicationis, infrà ſemeſtre admiſſionis poterit otdinarius conferre per obitum morientis in poſſeſſione poſt ſemeſtre, vel poſt menſem expeditionis legati, vt in reg. ſeq. ex his molta decidere licet in praxi.

Contra Staphil.

22 ¶ Nunc textualibus expeditis præcipua & famigerata occurrit Quæſtio, an hæc teg. locum habeat in Ordinario collatore? nunquam enim dubitatũ fuit de Legato etiam à latere, ſed in Ordinario, magna & non ridiculoſa fuit Quæſtio apud nos, donec ſolemni Areſto Senatus noſtri Pariſienſis nũc ex deciſa fuit,

Quæſtio 2. An in ordinario locum habeat hæc regula.

vt mox dicam num. 34. Quare omiſſis turbis argumentorum, quæ olim accuratè partim collegi, partim inueni, idque ab vtraque contentionis parte, tam principalis quæſtionis, quàm ſingularum indidem ſuper ea variè conflatarum opinionum, ſumma tantùm ſequar rerum faſtigia, vtpote in re hodie explanata, & deciſa. Quidam abſolutè negant dictam regulam locum habere in inſtitutione, vel ordinario: & reſtringunt ad collationem proprie ſumptam, & ad ſummum Pontificem, vt Philip. Decius conſi. 224.

2. Opinio.

Philip. Deci.

2 Quidam abſolutè tenent locum habere in Ordinario, vt Perrus Rebuff. in tract. nomina. q. 17. num. 5.

3 Quidam prolixus apoſtilator (vt vocant) ad Io. Monachum in *c. Cùm in illis, col. 12. de præb.* in 6. extendit etiam ad inſtitutionem, quod ſaruum eſt reſpectu inſtituentis, de ipſo verò patrono idem quod de ordinario, vt infrà 331.

4 23 ¶ Quidam, tametſi dicant locum habere in Ordinario, negant tamen locum habere in inſtitutione, vt Ludo. Gomeſ. hîc q. 17. & q. 26. Vbi ſibi ipſi non conſtat, quia in q. 26. tenet quòd regula procedit in Ordinario, ſed in d. q. 17. reſtringit, vt non habeat locum in inſtitutione: & rationem reddit, quia vbi eſt conſenſus patroni, ad quem in omnem euentum ſpectat præſentatio beneficij, ſiue per renunciationem, ſiue per mortem vacantis, ceſſat fraus, ſed ipſe non aduertit, quòd iſtud nihil aliud eſt dicere, quàm quòd dicta regula non habet locum in Ordinario ſimpliciter loquendo, ex quo interuenit conſenſus Ordinarij, ad quem in omnem euentum ſpectat collatio, ſiue per ceſſionem, ſiue per mortem vacet: ita quòd palam eſt nullam eſſe rationem differentiæ inter patronum & Ordinarium, imò patronus, ſaltem Eccleſiaſticus, eſt verus (quantum ad hoc) Ordinarius: multa etiam miſcet Do. Go. in d. q. 17. vbi tres caſus ſuperuacuò, & præter rationem diſtinguit.

Gomeſ.

24 ¶ Breuiter quod ad ſcribentes attinet, omnes aduſque lapſi ſunt: nec minùs variatum eſt in Foro à conſulentibus, & iudicantibus, fuit enim tempus ante viginti annos, quo maior pars Togatorum noſtri ordinis, cenſebat locum habere in Ordinario, & quamuis iam tunc auditem paucos quoſdam (ſed antiquiores, & doctiores) cenſere, & conſulere non habere locum in Ordinario: tamen affirmatiua numero præualebat, quàm plerique fundabant in quodam Regeſto huius Curiæ, continente prætenſam regulam Maroni V. vbi ſunt verba hæc: *Vbicunque, etiamſi in Romana Curia*: de quo infra *num.* 105. atque ita crebriùs iudicabatur, etiam nondum duodecim anni ſunt hoc anno, 1550. quo hæc ſcribo. Vnum tantùm ex multis inſignem caſum referam.

Varietas fori.

Hypotheſis.

25 ¶ Claudius Vaulat Canonicus præbendarius Capituli Matiſconenſis, die 23. Septembris, anno 1534. infirmus, per procuratorem reſignauit Canonicatum, & præbendam, in manus dicti Capituli, *cauſa permutationis*, ad Parrochiam de Vici eiuſdem Diœceſis, quam tenebat Philibertus Bernicot, qui vi dictæ reſignationis prouiſus fuit, & in poſſeſſionem canonicatus miſſus per dictum Capitulum collatorem Ordinarium: deinde poſt biduum reſignationis, videns vicinam mortem reſignantis, ſuo forte iuri diffidens metu huius regulæ, vel potiùs ad maiorem cautelam, rurſus curauit idem procuratorium, ſcilicet mandati inſtrumentum, quod factum erat ad reſignandum in manus Ordinarij, vel alterius cuiuſcunque poteſtatem habentis, per eundem procuratorem expediri apud Legatum Pratenſem, qui facultatem ſpecialem habebat huic regulæ derogandi: deinde poſt tres aut quatuor dies, reſignans de eadem infirmitate deceſſit, per cuius obitum Franciſco de Bourges prouidetur per idem Capitulum Ordinarium: hinc eodem anno lis coram Conſeruatore Regio Scolæ Pariſienſis, qui Fiduciariam poſſeſſionem lite pendente (quam Recredentiam vocant) dicto Franciſco, tanquam potiora iura habenti & quia de obitu literis conſtabat, adiudicat: reſignatarius appellauit, pro quo in hoc Senatu copioſè ſcripſi, iam enim ſentiebam cum paucis doctioribus hanc regulam ceſſare in Ordinario.

26 ¶ Nihilominus Arreſto Senatus, ſententia confirmata fuit, anno 1538. hoc prætextu, quod collatio Ordinarij per reſignationem facta reſoluta fuit per hanc regulã, & ſic vacauit per obitum, non obſtante collatione, & derogatione Legati, quia tempore prouiſionis Legati, reſignans qui iam de facto reſignauerat, adhuc viuebat, & ſic beneficium repletum erat de perſona reſignatarij, qui verus erat titulatius, quamdiu incertum erat an reſignans ſuperuiueret 20. dies, vel non: & ſi collatio Ordinarij per reſignationem ſtabat, licèt eius reſolutio penderet, & conſequentet quòd prouiſio Legati non valebat, propter præuentionem Ordinarij adhuc ſtantem, & eadem conſequentia quod omnes clauſulæ, & derogationes in Bulla Legati contentæ corruebant. Præterea quòd expeditio facta coram Legato carebat fundamento, quia mandatum ad reſignandum ſemel fuerat executum, & conſumptum coram Ordinario: reſignatio autem ſecunda, facta coram Legato, non erat facta in vim noui mandati, ſed in vim vnius eiuſdem mandati iam conſumpti, & per eundem procuratorem iam officio functum.

Arreſtum.

27 ¶ Sed iſtud vltimum, quòd nonnullis doctis magnóque in precio habitis ineluctabile videbatur, clariſſimè diluebam. Primò, quia tametſi procederet in tetminis ſimplicis reſignationis, non tamen in terminis reſignationis *ex cauſa permutationis*, quæ eſt onerosa, & debita in tantum quod ipſius reſignantis interet, vel ſæpius (ſi opus eſſet) reſignari: donec reſignatio plenum & tutum ſortiretur effectum, quoniam alioquin non poſſet aſſequi Parrochiam, cuius gratia reſignabat. Secundò quòd non intendebat ſimpliciter vel abſolutè reſignare, ſeu abdicare, ſed effectualiter reſignare, ita vt reſignatarius cum effectu aſſequeretur, & ſic mandatum non erat conſumptum per primum actum, niſi plenum, tutúmque ſortiretur effectum, ad commodum reſignatarij: & ſic turſus idem procurator, in vim eiuſdem mandati, ad eundem finem, reſignare potuit coram Legato, quò tunc eſſet actus permutationis: & hæc veritas, vt per Bald. in *l. imitus. in fi. C. de procurat.* in *l. ſi quis ex argentariis, in fi. de eden.* Roma. in *l. Prætor ait §: Hoc autem de operis no. nunciat.* Socin. in *l. Hæc condit. 6. 1. num. 5. de condit. & demonſtrat.* Iaſ. in *l. Apud Iulianum. §. ſi quis alicui. de leg. 1.* Philip. Decius *c. Quanto, col. 3. de iudic.* conſ. 77. col. 2. vbi in annotatio. tetigi. Carol. Rhinus conſil. 164. column. 3. lib. 3.

Mandatum quando non finitur per primũ actum

28 ¶ Tertiò, quia expeditio facta apud Legatũ, non erat propriè noua reſignatio, nec noua impetranda niſi quatenus opus eſſet: ſed erat orioris reſignationis, & prouiſionis (quæ narrabant. 1) cõfirmatio, cum expreſſa derogatione regulæ *de viginti diebus*, vt liquebat per Bullã Legati, qui ex certa ſcientia, omnes defectus & obſtãtias, ſuppleuit & aboleuit, & vina, in quantũ opus eſſet, de nouo admiſit, approbauit, & ratificauit dictã reſignationẽ, dictũque Canonicatũ & præbẽdam contulit, viuo adhuc reſignante, & in priore voluntate perſeuerante, prout cõſtabat ex actis & productis: vnde patet ſolutio ad primum obiectum. porrò mera cauillatio erat dicere, quòd Legatus diſpenſauerat de hac regula, quoad ſuã collationẽ tantùm, & non quoad collationẽ Ordinarij: quia de contrario liquebat per tenorem Bullę, videlicet quod expreſsè derogauit, reſpectu collationis Ordinarij, & ad effectũ vt ea collatio valeret, ſtabiliſq; maneret, quod ſecundũ receptũ vſũ (*vſ. eo. n. 317. cũ ſeq.*) *Leg. poterat*;

cùm id expreſsè haberet in mandatis, in eodem Senatu publicatis, nec ad prouiſiones ab ipſo faciendas, limitans, ſed ſimpliciter.

Diſpenſatio limitatur ad actum ſuper quo fit.

29 ¶ Alioqoin ſi Legatus ſimpliciter contulit, & diſpenſauit, non cenſetur niſi prouidendo, & ſic quoad ſuam collationẽ tantùm diſpenſaſſe: præſertim cum ſit odioſa diſpẽſatio, nec debeat extendi, ſed reſtringi. Cæterùm, etiam ſi hæc regula procederet in Ordinario, tamen per prædicta, ſaltem per derogationem Legati, nocere nequibat appellanti pro quo ſcripſi, etiam ſi huius ſolius regulæ prætextu, Fiduciariam poſſeſſionem quam Recredentiam vocant, amiſerit: quod præturum videtur, cùm impetrans per obitum, veniret ad merum luctum, quippe qui non eſſet mandatarius, nec graduatus, aut nominatus, nec aliter beneficium eſſet ei debitum, vel affectũ, nec aliter argueret reſignationẽ de fraude, vel ſimulatione, iuxta *c. 1. de renunciat.* in 6. cum eius reſpectu, nulla ſubeſſet occaſio fraudis, vel ſimulationis. Cum beneficium nullo modo ei deberetur. Saluo vt dicam, infra, nu. 91. 92. quod areſtum ex actis cauſæ aliam habuit rationem: ficta enim erat permutatio ad priuandum ordinarium libera collatione mox imminenti, & ſic potuit ordinarius conqueri & conferre per obitum, & conſequentet tam collatio quàm derogatio legati ſubreptiua erat tacita ac fraude vel ſimulatione, de qua ex proceſſu ſatis apparuit, & prætextu quorundam huiuſmodi areſtorum, quæ pragmatici formulanj ſolent indiſtinctè pro regula arripere, præpollebat olim generaliter opinio affirmatiua, quæ vt Io. Papus, & prima hac noſtra editione Gallicè vertendo tranſcripſit in ſua farragine areſtorum lib. 3. titu. 2. ſenſim ab ann. 1540. flaccceſſere cœpit: negatiua verò inualeſcere, vtpote rerum cauſis, cum tempore, melius conſideratis, & intellectis, latis etiam pro negatiua quibuſdam Areſtis, tam in hoc Senatu, quàm in magno Regis conſilio.

30 ¶ Interim quidam ex doctioribus noſtri ordinis diſtinguebant, An fieret reſignatio *cauſa permutationis*, in manus Ordinarij, & tunc locũ haberet hæc regula vt in præfato areſto. Idem ſi ad alterius præſentationem inſtitueret: An verò fieret ſimplicitet, & locus non eſſet regulæ: & hæc ratio differentiæ, prima quidem frotte plauſibilis eſt: quoniam quando reſignatur ex cauſa permutationis, collatio neceſſaria eſt, clement. vnica. *de rer. permutat.* meritò nõ eſt quod imputetur Ordinario. Quare iuſtum eſt, eum hoc caſu gaudere beneficio huius regulæ: videlicet vt *per obitum* reſignantis infirmi liberè conferre poſſit, ſi de eadem infirmitate infra 20. dies deceſſerit, nec ei debeat imputari præcedens collatio ex capite dictæ reſignationis, vt pote coacta, & neceſſaria, & ex qua nullum ius grarificandi, nullum commodum habuit: Secus ſi ab infirmo reſignatũ ſit putè & ſimpliciter, quia tunc Ordinarius liberè vſque ad 6. menſes differre, vel conferre poterat cui volebat: & ſic ſi liberè & voluntariè cõtulit, ſatis eſt quia tantùm habet, tantúmque lucratur per hanc vacationem ex capite reſignationis ſimplicis, quantum habuurus & lucraturus erat ex capite vacationis *per obitum*, nec ex eadem efficaci vacatione duplex eommodum habere deber. 31 ¶ Sed certè tempore & ſtatu veteris diſciplinæ inſpecto, mala & improba eſt hæc ratio differẽtiæ: quia fundatur in hoc, quòd liceat Ordinario de collatione beneficiorum negotiari, ſuámque ſanctam adminiſtrationem in quæſtuariam cauponationem conuertere, quaſi non alieni curator: ſed iurium & fructuum proprij fundi perſecutor: quod ex diametro repugnat Euangelio, & ſpectat ad Regnũ Simonis magi. Siue ergo neceſſaria, ſiue voluntaria ſit collatio, non refert niſi ob aliam iuſtam cauſam, vt infrà quia non licet Epiſcopo negotiari, ſaltem in iſtis: quare de eius lucro vel commodo curandum non eſt. Nec obſtat quòd ex reſignatione *cauſa permutationis*, decipi potent in mala ordinatione Eccleſiæ, ſi indigno, vel in fraudem ſucceſſionis hæreditariæ reſignetur: quia liberum eſt illi non admittere reſignationem, niſi de iuſta, vtili, vel neceſſaria cauſa ſibi liqueat, de qua etiam ex Paſtorali officio tenetur inquirere, non ſolùm iure diuino. 1. Timoth. 5. *nemini cito manum imponas*: ſed etiam iure pontificio. c. *Quæſitum de rer. permut.* Minùs obſtat quòd eo cunctante, vel etiam iuſtè reſtante curretur ad alium: qui incunctanter admittet: & ſic priuabitur Ordinarius collatione ſua: quia iſtud non eſt niſi allegare inconuenies. Cæterum Ordinario longè melius eſt abſtinere à malo, quàm authorem eſſe mali, etiamſi alij abuſum ſint: nec (vt dixi) habenda eſt conſideratio locri ipſius Ordinarij, in conferendo vel non. Si igitur Ordinarius contulerit per reſignationem *ex cauſa permutationis*, non poterit amplius confrrre per obitum in vim huius regulæ, ſed nec Papa, Legatus, aut quiuis alius: quia regula non diſponit de collatione Ordinarij.

32 ¶ Sed bene poterit Ordinarius iterum conferre per obitum, non in vim huius regulæ: ſed in vim iuris communis, ſi caſus contingat, vt contingit dupliciter. Primo quando ab initio reſignatio non valuit, quia permutatio ſubſiſtere non poterat, vt ex eo quod compermutans non habebat verum ius in beneficio quod permutabat, vel non erat illius qualitatis quam in tractatu permutandi expreſſit, vel ſi erratum fuit in corpore, vel etiam in qualitate ad quam conſenſus erat limitatus, ſeu qua deficiente non erat animus permutandi *l. alioquin de contraben. empt. & vend* vt quando quis putabat eſſe ſæculare quod erat regulare, vel contra: vel eſſe Ciſtercienſis quod erat Calmadunenſis ordinis. Et ſeeundo contingere poteſt etiam ſi ab initio reſignatio tenuit efficaciter, ſed viuo reſignante compermutans fefellit & implere noluit, vel mandatum reuocauit. Quo caſu etiam ſine noua collatione ius reuertitur ad reſignantem, vt poſt Io. And. in *c. ſi beneficia de præb. in 6.* Et in *c 1. de rer. permut.* in 6. tenet Federic. de Senis in *tract. de permut. benefi.* q. 8. Cardin. Flot. Ioann. Imol. in c. *quæſitum, extra de rer. permut.* D. de ſancto Gemmia. conſil. 45. in fi. Panorm. *cum inter l. de electio.* Bonifacius de Vitali. in cle. vnic. eolum. pen. *de rer. permutat.* Alexander Antilla. in rep. c. 1. *de rer. permutat.* in 6. Steph. Bertrand. in conſil. 133. *viſo proceſſu*, colum. 4. nu. 24. lib. 2. Philipp. Dec. in c. *Cùm venerabilis*, num. 18. *de exceptio.* Nicol. Boer. deciſ. Burdegal. 97. & ita notoriè practicatur etiam in foro ſæculari per viam poſſeſſorij, quandoque cum literis regiis, quandoque ſine illis, vt dixi in annotatio. ad Phil. Dec. in *d. c. cum venerabilis.* Et ſic verè & iure cõmuni vacat per obitum quia non dicitur reſignatũ. Tertiò poteſt eidem reſignatario ſtatim conferre per obitum: nec dicitur variare, ſed prouiſionem ſoam quouiſmodo confirmare ad vitandas futuras iniurias & vexationes eorũ qui prætenderent vacare per obitũ, & à Papa vel Legato impetrarent: & potent reſignatarius hunc nouũ titulum eiuſdem Ordinarij cumulare, pro vt licitũ eſt, niſi in electionibus, vt not. in *c. qui duas de elect. in 6.* & dicam infrà. 33 ¶ Alius aurẽ (videlicet in laborioſis meis cõmentationibus) aliter diſtinguebat, vt locum non haberet regula in collatione Ordinarij, ſi de ſolo Ordinarij præiudicio ageretur, cùm fuerit, vel eſſe debuerit certus de collatione ſua, & de eius & maximè perſonarũ circunſtantiis, quæ etiã vſque adeò fauorabilis eſt, vt obreptioni & ſubreptioni non ſubiaceat: & ſic tantò firmior, & minùs reſolubilis eſſe debet, quod non eſt in collatione Papę, vel Legati. Cl. 2. *de offi. ordina.* Secus ſi de alterius quã Ordinarij intereſſe ageretur, puta nominati, graduati, vel mandatarij:

Non licet Epiſcopo negotiari de beneficiis.

Nominati mandatarij.

& hæc quidem diſtinctio iuſtior & æquior eſſet priore, §. *num.* 30. & propiùs veritati necnon praxi, vt poſtea dicam accedit, ſed adhuc in meris terminis iuris non ſubſiſtit, quia hæc regula non eſt facta in fauorem graduatorum, nominatorum, vel mandatariorum, aut ſimilium expectantium: ſed in fauorem Ordinarij, & inris communis, vt nos in Gallia interpretamur: vtque politia Eccleſiaſtica tanto minùs violetur. Tum nominati, graduati, & mandatarij habent ius limitatum ad beneficia ſpectantia ad collationem Ordinariorum grauatorum: & ſic ad vacantia in eorum collatione duntaxat, & ſic conſtare liqueréque, priùs oportet vacare, & ad liberam prouiſionẽ ipſius grauati ſpectare, & ſic eiuſmodi expectantibus bene poteſt hæc regula prodeſſe in conſequentiam, videlicet inquantum vi huius regulæ prouiſio per obitum, ſed directò non poſſunt iuuari hac regula quæ de ipſis non loquitur, nec eorum fauorem directo reſpicit. Non enim eorum fauore ſpecialiter inducitur aliqua vacatio: ſed poſtquàm alias contingit vacatio, poteſt expectantibus prodeſſe, ſi conditiones & qualitates expectatiuæ eorum in vacatione occurrente verificentur, & non aliàs nec aliter in terminis iuris dicuntur habere intereſſe, niſi ſubſiſtente præſumptione fraudis vt in *c. 2. de nunciat.* in vi. vel alias, vt infrà dicam.

Areſtum ſolenne. 34 ¶ Inualuit itaque pars negatiua, ipſéque ſecundùm eam anno 1556. paſſim conſului, & à cæteris rogatis noſtri ordinis, eorúmve maiori & ſaniori parte certatim conſuli & reſponderi vidi, ſit que deinceps annis ſequentibus: tandem in hoc Senatu pluribus claſſibus congregatis emanauit Areſtum hoc anno 1550. ab illuſtriſſ. Do. Ægid. Magiſtri ſupremi noſtri ſenatus præſide primario ſolenniter in purpura pronuntiatum die Iouis 14. Auguſti, ſuper Parrochia, *De la Boiſſiere* Diœceſis Andegauen. quæ. 14. Iulij 1542. per Epiſcopum Ordinarium collata fuerat ad reſignationem infirmi, qui poſteà eodem menſe, & ſic infra 20. dies ex eadem infirmitate deceſſit: vnde Epiſcopus contulit alij *per obitum*, qui reperiens reſignatarium priorem in poſſeſſione, contra eum agit poſſeſſorio coram Senechallo Andeganenſi, vbi Recredentiam obtinet, reſignatarius appellat: & per Areſtum dictum eſt malè iudicatum, bene appellarum: intimatus *per obitum prouiſus* in expenſis cauſæ appellationis condemnatus: & emendando iudicium, reſignatario diſſininuè adiudicatum plenum poſſeſſorium, cum expenſis damni, & intereſſe cauſæ principalis. Iterum aliud ſimile areſtum ab eodem ſummo præſide in purpura pronunciatum die Veneris 23. Decembris anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſecundo. vnde liquet quod multo fortiùs idem iudicatum fuiſſet, ſi quis à Papa vel Legato per obitum impetraſſet. Et quamuis de re ſic præiudicata ſupervacuum ſit deinceps apud nos diſputare, tamen plenioris doctrinæ cauſa, vtque Quæſtionum inde dependentium expediuor ſit ſolutio, & ſimul quorundam obſtrepentium ora obſtruantur.

35 ¶ Dico rectè iudicatum fuiſſe per hæc nouiſſima & ſolenniſſima Ateſta, atque ita ſi res integra eſſet, iudicandum fore. Quod duplicitet conuincitur: Primò ex verbis, phraſi, & tenore literæ huius regulæ, etiam nullo addito, nec detracto: Secundò ex ratione, mente & cauſa finali. Quoad primum, quòd hæc regula non comprehendat niſi reſignationes quæ fiunt & expediuntur in Curia Romana, ſiue per Romanum Pontificem vbicunque ſit, vel per eius Legatum, qui eodem ſtilo eiſdémque regulis vti debet: conſtat ab ipſa denominatione, & eſſentia huius regulæ: quia eo ipſo quòd eſt, & denominatur regula Cancellariæ Romanæ, & pro tali condita eſt (licèt vbique liget quoad id de quo diſponit) tamen eo ipſo apparet quòd non loquitur, nec diſponit niſi de negotiis, vel reſignationibus quæ fiunt & expediuntur in Curia & Cancellaria Romana, vel ſub Legato: non autem de iis quæ fiunt ab Ordinariis locorum. Tum ſecundò verba & phraſis totius huius regulæ non conueniunt niſi talibus negotiis, quæ ſcilicet fiunt in Curia: non autem his quæ fiunt ab Ordinatus, quibus proinde non conuenit, nec adaptatur diſpoſitio per iura vulgaria: patet ibi *à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos.* Tum tertiò verba reg. comprehendunt teſignationes in fauorem, de quibus potiſſimum loquitur, quas nullo modo poſſunt Ordinarij admittere, ergo non conuenit, nec adaptari poteſt Ordinariis.

Duplex ratio huius regulæ. 36 ¶ Quod ad Secundum, vina ipſa ratio & finis huius regulæ duplex eſt: Prima, ne beneficia fiant hæreditaria, præſertim per eos, qui quandiu vixerunt nunquàm cedere voluerunt, morientes autem velut ſupremo quodam iudicio, & inſtar ſucceſſionis cuiuſdam hæreditariæ, tranſmittere ſatagunt in certam perſonam, velut teſtamento inſtitutam, contra canones, *c. Apoſtolic. 8. q. 1. c. Ad decorem, de inſtitutio. c. Ad extirpandas de filijs pres yter. c. Conſuluit. de iure patronat.* niſi enim quadamtenus frænaret hæc regula, promptum eſſet cuiuis, in articulo mortis hęredem vel ſucceſſorem beneficij deligere, & per Papæ Legatue cuſtores inſtituere: quod nec ſummo quidẽ Pontifici licitum eſt. §. *His omnibus*, & ibi gloſſ. *c. ſi ergo 8. q. 1.* Card. Flor. clem. *ne Romani.* in prin. q. 5. de elect. Secunda, ne Ordinarij nimiùm fruſtentur iure ſuo, quod ferè penitus abſorberetur: Cùm enim duo tantùm ſint frequentes modi vacandi, videlicet *per ceſſũ, vel deceſſum, c. quamuis 2. de præben.* in 6. *c. vlt. de verbo ſignifica.* in vi. & tam rariſſimè contingat Ordinarios conferre poſſe *per ceſſum*, quàm ratò contingit beneficia merè & abſolutè reſignari: hoc eſt ſpontè protſus abdicari. (Quod etiam iura nunquàm præſumunt. *c. Super hoc de renuntiat.*) 37 ¶ Sed frequenter *in fauorem*, quod Papa ſolus admittit, ad quam ob id quotidie cutritur: ſupereſt Ordinariis ſola vacatio *per obitum*, qua tamen ſæpe fruſtrantur per præuentiones quas Papæ vſurparunt, & adhuc (ſi quando contingere poſſet Ordinarium diligentiorem eſſe curſoribus Papæ velocioribus aquilis) facilè eſt cuius vel in ipſo mortis articulo, procuratore præmiſſo diligentiam omnem Ordinarij, imò vacationem omnem anteuertere, reſignando *in fauorem*, in manus Papæ, qui velut Dea Fortuna, clauſis oculis non digniorem, ſed præoccupantem ditat: & ſic Ordinarij etiam facultate conferendi *per obitum*, priuarentur. Quibus ambabus fraudibus hac regula (velut vno collyrio) quadamtenus medetur. Non enim voluit Papa penitus omnem occaſionem fraudis in totum reſcindere (iuriſdictionem Ordinariam intactam relinquendo) ne currentes à ſe ablegaret, potentiamque ſuam minuetet: nec etiam voluit poteſtatem Ordinariotum penitus abſoiberi. Quare hoc accommodo temperamento vſus eſt, ne nimis fraudibus indulgere, potentiáve ſua licentioſiùs abuti videretur. Quàm autem horum viginti dierum taxatio non fuerit arbitraria, ſed à Natura, veriſimilitudine, longa experientia, medicorúmque placitis tracta, vide Gomeſium hic q. 25.

Duo frequentes modi vacandi.

PP. ſimilia Deæ Fortunæ.

Regulæ Cancellariæ.

38 ¶ Porrò vtraque ratio ceſſat, quando Ordinarius ipſe ceſſionem admittit: ergo hæc regula nec ex natura huiuſmodi regularum, nec ex verbis, nec ex mente, ſeu cauſa finali locũ habet in Ordinario, & eſt ipſa veritas in terminis iuris: & poſt primam huius noſtri tractatus editionem, idem tenuit Io. Imber. in enchiridio verb. *regula Cancellaria*: vbi citat Petr. Anchar. conſ. 297. vbi non loquitur de hac regula, quæ etiam rempore ſuo tondum erat facta. De poſteriore ratione per ſe liquet: cùm enim in manus ipſius Ordinarij reſignatur, nullo modo metuendum eſt, ne

per prævẽtiones Papæ fruſtretur iure ſuo. De priore quoque conſtat: quia coram Ordinario non poteſt fieri reſignano in fauorem, ſed tantùm mera & abſoluta abdicatio, ita vt ei liberum ſit conferre cui vult, & pro Paſtorali officio, idoneiorem deligere: & ſic per ceſſionem in manu Ordinarij non aperitur, ſed magis excluditur occaſio fraudandi Canones, qui vetant ſucceſſionem hæreditariam in beneficiis, imò etiam ſi Ordinarius proprio motu, vel quãtumuis aliàs ſancto zelo, beneficium *quouiſmodo vacans*, conferre velit filio vel nepoti, etiam legitimo vltimi Canonici deceſſoris, quantumuis aliàs idoneo & bene merito, etiam ſi id euidens Eccleſiæ vtilitas expoſtulet, non poteſt. c. *Quoniam.* c. *Ad extirpandas de filiis presbyter.* licet Papa, quantumuis ſpurium & indignum immediatè patri ſubrogare poſſit.

Obiectio. 39 ¶ Quod ſi dicas hæc procedere in ſimplici reſignatione: non autem in permutatione, in qua neceſſe eſt compermutanti (in cuius fauorem ceditur) & non alij conferre. clemen. 1. *de rer. permut.* cuius permutationis prætextu poteſt fieri fraus (vt regula ſuppoſitr) quæ idcirco non loquitur de ſola *ſimplici reſignatione*, ſed eam quoque quę *permutandi cauſa* fit, æquè coniungit. Cùm igitur ex *cauſa permutationis* poſſit Ordinarius admittere & expedire, videtur in ea, etiam reſpectu Ordinarij, prior ratio regulæ procederc. Solutio manifeſta duplex eſt: Prima quia noo

Sol. 1; licet Epiſcopo, paſſim & liberè permutationibus authorari, ſed tantum ex cauſa vtili, & neceſſaria Eccleſiis, tex. in c. *Quæſitum ibi.* ſi autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, & c. *de rerum permut.* c. *mutationes.* c. *ſcias.* c. *Epiſcopus* 1. *q.* 1. Nam etiam ipſa permutatio beneficiorum eſt iure communi prohibita, niſi in quantum Epiſcopus inſpexerit cauſã ſubeſſe neceſſariam, d. c. *quæſitum.* Ita quod etiam ſi habera collatio & prouiſio ſpectet ad inferiores, tamen ipſi noo poſſunt admittere reſignationes, & prouidere ex cauſa permutationis, ſed boc ipſius Epiſcopi iuriſdictioni & præeminentię attributum eſt, vt etiam inquirat an vitium Simoniæ, aot labes alterius maculæ intercedat in quo iura de epiſcopali authoritate, & non inferioris confundunt. Ægidius Bellamera conſi. 27. quanquam & hoc tandem vſurpatum, vt

Sol. 2. inſtrà *nu.* 40. cum ſeq. Secũda, quia licèt Epiſcopi bodie oon exerceant hanc authoritatem, & cauſæ cognitionem, tamen non eſt, nec imminet tanta fraus, nec

Inconuenientis prouentionũ Papæ. tam frequens occaſio abuſus in prouiſionibos Ordinariorum, qui habent poteſtatem limitatam, & iuri ſubſunt, contra quod diſpenſare nequeunt ſicut in prouiſionib. Papæ qui oullis legibus tenetur, ſed omnibus derogat, & vno verbo, defectus, & obices omnes abolet, quem palàm eſt nullum habere delectũ:

40 ¶ Quinimò creberrimæ illæ & repẽtinæ prævẽtiones Papæ, quæ etiam per curſores ocyſſimos, & non per dietas admiſſæ ſunt, in cauſa ſunt, vt vix Epiſcopi delectum habere poſſint, nec in permutationibus quidem cauſæ cognitionem adhibere: Si enim vel hac ratione, vel paululum cunctentur, ſtat vbique Trapezites, paratus per veredarios breui quicquid libitum fuerit Romæ expedire: quin eadem ratione perdũt Epiſcopi authoritatem, quam de iure habent in permutationibus inferiorum collatorum, *d. c. Quæſitum*, ioferiores enim collatores Beneficiorũ ad ſuam collationem pertinentium, permutationes inconſultis Diœceſanis apud nos expediunt, & hoc contra ius Pontificiũ in Gallia toleratur, oc deteriùs contiogat: ſcilicet negotium nihilominus inconſultis Diœceſanis expedirı Romæ, Regnicolaſque vexari, & pecunias

Areſtum. transferri, Hinc Areſto huius Senatus, pronuntiato die 7. Septembris, anno 1479. prohibitum fuit Capitulo Carnotenſi, cauſæ cognitionem in collationibus præbendarum adhibere. Sed certè non ſolùm id metu prævẽtionum Romanarum, & ad eas excludendas factum eſt: ſed alia quoque ratione, videlicet ad vitandum abuſum ipſorummet Ordinanorum, qui ſæpios Mammonæ ſeruiunt, nec zelo Dei ducuntur, quare vt minorem habeant occaſionem de his negotiandi, latum eſt illud areſtum à ſenatu noſtro.

41 ¶ Hinc eſt etiam, quod iam Ordinarij non ampluſs inquirunt de vita, moribus, & ſcientia præſentari: ſed ſtatim quoſuis præſentatos inſtituunt: contra illud Apoſtoli 1. *ad Timoth* 5. *Nemini citò manum imponas*, & veteres Canones 73. c. *quideſt*, nec obſeruatur communis opinio. glo. 1. & Doct. in c. vlti. *de electio.* in vi. vt etiam faterur Ægidius Bellamere, deciſ. 62. vt dixi in *conſuetud. Pariſ.* §. 37. gloſſ. 10. *nu.* 27. niſi in Neuſtria, vbi adhuc bodtc eam obſeruant, etiam in præſentationibus laicorum patronorũ quos Papa prævenire nequit, vt tetigi in ann. ad Phi. Dec. c. *Poſtquam* ad fi. *de electio.* In his ergo refrixit neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, notio cootrario more: vt 5. *nu.* 40. in fi. approbato, non ſolùm metu dictarum prævẽtiooum (quibus locus non eſt poſtquam præſentatio patroni etiam Eccleſiaſtici, pullaut aures Ordinarij, & ius ad rem quæſitum) ſed etiam ne Ordinarij occaſionem atriperent ea mora, deteriùs negotiandi. Patroni verò Eccleſiaſtici ob inconuenientia dictarum prævẽtionum, ius ſuum (velut Diœceſani) prorſus amiſerunt in permutationibus, quo etiam veteri diſciplina ſenſim eneruata per inferiores collatores expediuntur, contemptis & irrequiſitis, & patronis Eccleſiaſticis, & Diœceſanis: nec cenſetur illis iniuria fieri, ſtante & feruente tam crebro, celeríque curſu prævẽtionum Papæ, per quas nihilo ſeciùs excluderentur: etiam per Legatos à latere, ſuo iure (quod Apoſtolicum vocant) vel per Legatos miſſos, ſi habeant ſpecialiter in mandatis, cap. *dilectus de officio Legat.*

42 ¶ Quemadmodum enim feruente incendio, non fit iniuria vicino, cuius ædes (alioquin periturę) incendij arcendi gratia deſtruuntur. *l. 1. Si quis ſumo.* §. 1. *ad leg. Aquil.* Ita & hîc, præſertim cùm ius, & quaſi poſſeſſio potronatus eorum, non minùs per collationes Ordinariorum (alioqnin ius tantùm inſtituendi habentium) quàm per Bullas Papæ conſeruetur: vt in *d. c. Dilectus*, in fi. quippe cum æquè vtrobiqoo narretur beneficiũ ſpectare ad præſentationem talis.

43 ¶ Cùm itaque patroni Eccleſiaſtici excludi poſſunt, cũ vexadooc continuóqoc exhauſtu pecuniarũ Regni: ſanùs eſt per Ordinarios collatores rem minorc Reip. damno, nec maiore patronorum incommodo, vtpote fructu præſentadonis æquè perituro) expediri: quod tanquam minus malum eligitur, & toleratur, adeò vt nec exemptis quidem parcatur: quia idem eſt, quantumuis patroous Eccleſiaſticus ſit exemptus, vt enim non refert an ſit ſubditus inſtituentis, vel non: ita noo refert an ſit in totum exemptus, vel non. Tom ius præſentandi non eſt niſi quædam ſeruitus. Cardi. Florẽt. clement. vnnic. *de ſupplen. negli. prælato.* & ſic nõ debet extendi ad deſtitutionẽ: vt contra Phili. Deci. *diui conſi.* 224. *nu* 7. in anoot. *ad eum.* Tum etiam alia ratione, quia ſub Papa iura inſtituendi, præſentandi, vel conferendi, nihil habent commune cũ ſubiectione, vel exẽptione, ſeu cum iuriſdictione eorum: licet apod eos, iuriſdictio, & ius præſentãdi, vel conferẽdi, æquè ſint in fructu. *c. Olim de maioritate. & obedien* quẽadmodũ ius inoeſtiturę Feudalis, nihil habet cõmunc cum iuriſdictione, licèt per abusũ contingat, nõ minùs hanc, quàm illã apud oos eſſe in fructu: vt latè dixi, in *conſuet. Pariſ* §. 1. *glo.* 5. *nu* 45.

44 ¶ Amplio non ſolùm in patrono Eccleſiaſtico non ſubiecto, vel prorſus exempto, ſed etiam extero, vltra Regnum ſito, quia dummodo beneficiũ quo de agitur, ſitum ſit in Regno, adhuc idem eſt: quia per conſtitutionem, quam poſiu poſt ſtylum Parlamẽtu,

parte 3. ſub Rubr. 32. *ne alienigenæ, vel mendic.* §. 1. & quæ ibi in aonot. dixi, non poſſunt beneficia Regni conferri niſi Regnicolis, & ſic vtrobique eadem ratio & idem Regnicolarum intereſſe verſatur.

45 ¶ Patroni verò laici huius Regni ounquam ſubiecerint colla dictis præuentionibus, ideo ſecus eſt in ſpectantibus ad præſentationem laici, vel etiam clerici ratione patrimonij ſui, quod idem eſt: Inno. c. *mouerit. de ſent. excom.* gl. & Doct. in c. *Dilectus de off. Leg.* & in c. *cum dilect. de iure patro. dixi* in conſ. Pariſ. §. 46. *nu* 20. Idem ſi ratione patrimonij eccleſiæ, ſed initio fuit fundario laica, & nunc ſpectat ad eccleſiam ratione caſtri vel alterius rei temporalis, cui annexum eſt, & à quo dependet. quia eccleſia non eſt patrona niſi inquantum domina talis caſtri vel rei temporalis. & ſic ius patronatus laicum eſt per ea quæ ſcripſi in conſuet. Pariſ. §. 46. *nu.* 24. Amplio etiam ſi alterum tantùm permutandorum beneficiorum ſit de patronatu laici, adhuc noo poterit nec per Papam quidem, ſine conſenſu, vel præſentatione laici permutatio expediri. Et ita nuper iudicatum fuit in magno conſibo Regis ſuper decanatu Melodunenſi ſpectante ad prouiſiooem Regis, & plenum poſſeſſorium adiudicatum prouiſo per Regem contra prouiſum per Papam ex cauſa permutationis factæ Romæ. Ratio vnica eſt, quia in his quæ ſunt de patronatu laico, non habent locum præuentiones Papæ nec receptæ ſunt in hoc Regoo, etiam ſi maximè Papa iuri patronatus pro hac vice deroget, quia nec præuentio, nec derogatio qualibuſcúnque diris vel decretis munita toleratur in hoc Regoo, vt in Regeſtis meis ſuper iure patronatus fuiſſe diſcuſſi.

47 ¶ Sed quia vereor, ne per negocia forenſia (quibus pluſquàm libeat inuitus implicor) temporiſque, & quorundam ingratitudine ea pereant: priuſque deficiam, quàm (ea quibus in conſuetudines magis ab implacabilibus expoſtulatoribus vrgeor adornando) ad reliqua edenda otium ſuperſit, ſummam rerum ſuper hoc puncto (poſtquam huc incidit) ἐφεπῶν ἡ πραγμάτων tradam.

Summa de iure patronatus in præſi.

Amplio ſecundò præfatam concluſionem ẽ. *nu.* 31. etiam ſi in caſu ſubiectio maxima & iuſtiſſima ſubſit cauſa cogendi patroni permutationi neceſſariæ & vtili Eccleſiæ conſentire, etiam ſi ea cauſa notoria ſit, & in Bullis Papæ expreſſa: quia his ooo obſtantibus, etiam à conceſſione, ſaltem ab executione huiuſmodi Bullarum, quantum ad has clauſulas, iuſtè ad ſumma Tribunalia, Regia, (quas Parlamentares Curias vocant) appellaretur tanquam ab abuſu, ioxta Decretum *de cauſis* 1 per quod Papa non poteſt eam cauſæ cognitionem ſibi arrogare, vel præripere: ſed omnino relinqoere ſubetur Ordinariis.

47 ¶ Amplio tertiò, non ſolùm ſi ius patronatus competit laico ex fundatioo e, conſtructione, vel donatione: ſed etiam ſi ex priuilegio, vel temporis præſcriptione: quamuis Philip. Decius ita diſtinguat poſt Felyn. in tract. *quando litera Apoſto. nocent patrono*: & quoſdam altos, in conſ. 124. in fin. conſil 117. *nu.* 2. & malè, vt ibi dixi in annot. quò remitto: & ita indiſtinctè apud nos obſeruatur.

48 ¶ Amplio quartò, vt nec Papæ præuentio, vel derogatio (& idem de Legato) coonaleſcant ſi patronus poſtea negligens ſit, & permittat labi tempus quadrimeſtre ad præſentandum: ſed poterit Ordinarius lapſo quadrimeſtri, iure deuoluto conferre: & taliter prouiſus iure deuoluto, poterit deducere nullitatem dictæ præuentionis, & derogaoonis, per viam exceptionis, vel replicationis, coram iudice ordinario, vel etiam tanquam ab abuſu appellare à conceſſione, vel execunone dictæ derogationis Papæ vel Legati, ſi pinguìs ſibi conſultum iri videat per huiuſmodi appellaoonem ad præfata ſumma Tribunalia, provt etiam quãdoque neceſſaria eſt: vt primò ſi in petitorio lis agitaretur coram quodam iudice Eccleſiaſtico, qui magis delaturus eſſet Bullis Papæ, turbíſque Canoniſtarum, quàm conſeruationi iuris antiqui & vſus noſtri communis: vel ſecundò ex eo, quòd ſi æquus iudex contingeret, ab eo tandem prouocari poſſet ad iudicem Papiſticum, hoc eſt per Reſcriptum in partibus ad nominationem impetrantis delegatum. Hanc quartam ampliationem limito, vt procedat in ſimplici præuentione vel derogatione de præſenti, quia tunc quàm bulla ſit ab initio ipſo iure vel nulla, vel ſurreptiua, nunquam poſteà coonaleſcere poteſt. c. *quod ab initio de reg. iur.* in 6. Secus ſi Papa vel Legatus noluit præuenire patronum, ſed ſolùm Ordinarium: oon impediendo ius patroni, vt quia dixit accedente tamen conſenſu patroni. Quia tunc ſi conſenſus accedat, perinde eſt ac ſi patronus ipſe præſentaſſet, & ad eius præſentationem Papa vel Legatus inſtituiſſet, non tamen quòd Papa vel Legatus poſſit inſtituere ad præſentationem patroni laici, non ſibi, ſed Ordinario ſuo directã, quia præſentatio ſtricti iuris eſt, nec poteſt extendi: & alius eſt Ordinarius, alius Papa vel Legatus, qui quamuis dicantur cum eo concurrere, verum eſt in caſibus vſurpatis duntaxat, qui non debent extendi, ſed potiùs reſtringi. Sed quando ab initio Papa vel Legatus confert de conſenſu patroni, vel eius collaoo non laborat ſubreptione, ita quod poteſt conſenſus patroni ſuperuenire, nihil eſt qood impediat, quia nec patroni nec Ordinarij hoc caſu intereſt.

50 ¶ Hoc tamen excepto, quòd ſi vſurpatio gliſceret, vt quia inciperent patroni, paſſim conficere præſentationes ſuas generaliter ad Ordinariom vel quemuis alium poteſtatem habentem, & præſentati motem nouum inciperent, omiſſo vero & nattitali Ordinario (qui ſortè de eorum indignitate vel incapacitare inquireret) ad Papam vel Legatum qui de hoc non curant, ſed quoſcunque viliſſimos & ignotos, modò oummos adferẽtes pro honeſtis & probis non ſolùm habent, ſed apertis bullis tales eſſe prædicant, eo fortè prætextu, quòd in eiſdem bollis (quarum vi iuxta Hoſtien. omnia etiam quadrata rotundis mutantur) eos à quibuſus criminibus & cenſuris etiam nec confeſſos nec pœnitentes abſoluunt. Hoc inquam gliſcẽs malum Regius procurator præcedere poſſet, vel ea ſola tatione ſubdio aſſueſcerent Ordinarios ſuos ſpernere, néve hac via pecuniæ extra regnum transferrentur, & vacationis materia ſterneretur. Quo remedio minimè opus eſſet io Neuſtria vel ſimili loco, vbi vetus ea diſciplina de qua ẽ. *num.* 41. ſeruatur: quia ibi non poteſt fieri præſentatio niſi apud ſuum Ordinarium, qui priùs ſolenniter inquirit quam manoum imponat.

51 ¶ Amplio quintò, etiam ſi (vt quandoque ſolet) fundatio & erectio iuris patronatus facta per Ordinarium, ſit à Papa confirmata, qui ius præuentionis expreſsè ſibi reſeruauit: quia niſi aliter quàm per bullas Papæ, appareat de ſpontaneo, & expreſſo conſenſu, & deſtinatione fundatorum, oõ valet dicta clauſula, tanquam ambitioſa vel extorta, vel per bulliſtas Papæ, illo (vt ſæpè) inſcio appoſita: nec ſufficeret apparere de conſenſo, per verba narratiua dictæ Bullæ, tum per eaſdem rationes prædictas, tum (etiam ſi ceſſarent) per Decretum *de ſublatione cle. Literis*: & loquor de ſimplici confirmatione in forma communi, quæ nihil addit, vt latè ſcripſi in Conſuet. Pariſ. §. 5. *num.* 69. ſecus ſi eſſet confirmaoo cauſa cognita, vel ſi primariò in Curia Romana, vel etiam in partibus, ſed per Legatum eius, & oon Ordoaria authoritate, authoraretur illa fundatio, & erectio: quia etiamſi nihil reſeruaretur Papæ, actus eſſet nullus & abuſious, vtpote contra Decretum *de cauſis*, quo iſta fieri debent ordinaria tantùm authoritate, & ita ſæpius in hoc Senatu multis Areſtis iudicatum eſt:

Digitized by Google

tamen vltimus hîc abuſus non vitiat conſenſum fundatoris, ſi ſponte & expreſsè voluit ius præuentionis Papæ reſeruari. Et ceſſante hoc vltimo abuſu, adhuc poteſt tanquam ab abuſu, appellari ab executione Bullæ ipſius fundationis, quantum ad clauſulam reſeruationis iuris, demgandi huic patronatui: vt vidi, in hoc Senatu, die 17. Martij anno 1541. niſi alitet de expreſſo, & ſpontaneo conſenſu fundatoris appareat vt dixi.

52 ¶ Amplio ſextò, vt à dicta abuſiua derogatione non ſolùm patronus ipſe laicus, non ſolùm prouiſus ad eius præſentationem (de quibus non dubitatur (appellare poſſint tanquam ab abuſu: ſed etiam is qui iure deuoluto, ab Ordinario, vel à Papa, vel Legato impetrauit, poſtquàm patronus neglexit: quia ob id non conualeſcit collatio Papæ vel Legati interim facta, nec ſi patronus quidem ratum habeat, etiamſi durante ſuo quadrimeſtri tatum habeat, vel conſentiat: quia quod ab initio propter ambitionem, & obreptionem funditus nullum eſt, nec ratificari nec confirmari poteſt. c. *Examinata. de confirmat. vtili vel inut.* c. *Quia diuerſitatem de conceſſ. præb.* facit, quod factum per falſum procuratorem in audientia Principis non conualeſcit per ratificationem. c. *Ex parte decani.* & ibi Innoc. *de Reſcrip.* quod expreſsè ſequitur Bald. in l. *falſus.* col. 1. verſic. *Secundò permitte. C. de fürt.* addens rationem propter vitium obreptionis, *quia* (inquit) *eſt valdè deteſtabile in adiutorio Principis, & ideo puniendum.* Igitur de integro ritè fieri oportet, & ſic de nouo conferri ad præſentationem patroni, ſi eſt infrà tempus continuum vel vtile, aliàs liberè prouidebit is ad quem (non obſtante dicta præuentione) deuolutum eſt.

53 ¶ Tunc autem per conſenſum patroni conualeſcit dicta præuentio, quando ſurreptitia non eſt; videlicet quando facta eſt ſub conditione, ſcilicet ſi accedat conſenſus patroni, vel patronorum, aut maioris partis, vt fieri ſoler, & tunc diligenter aduertè, quòd non ſufficit conſenſus patroni poſt tempus, vel ius à ſe deuolutum: ſed requiritur quòd conſentiat infrà tempus quo præſentare poteſt, aliàs libere deuoluitur ad Ordinatium non obſtantibus clauſulis *quouiſmodo, etiam ſi iure deuoluto*, aut alijs quibuſcunque, ſolitis, vel inſolitis in Bullis Papæ, vel Legati: quia non poſſunt extendi ad deuolutionem futuram, quæ tempore datæ Bullarum nondum erat, & ſi extenderentur, abuſiuæ eſſent, tanquam contra Decretum *de reſeruationibus ſublatis*, vt j. quòd ſi ſint plures patroni, non ſufficit conſenſus maioris partis ſingulariter, ſed requiritur collegialiter (vt Fori verbis vtar) & talitet, quòd ad validam præſentationem ſufficeret. Et ſic verba dictarum bullarum verificari nõ poſſunt, in conſenſu patronorum tacito, puta per negligentiam, vel lapſum temporis: quia eſſet in fraudem, vel præoccupationem futuræ deuolutionis, & ſic potiùs eſſet ſpecies reſeruationis, quàm mera & ſimplex præuentio: ſed nulla præuentio Papæ, vel Legati, etiam beneficij dudum vacantis, valere poteſt in vim deuolutionis ſecutæ poſt datam Bullæ, per prædicta: facit quæ dixi in Conſuet. Pariſ. §. 37. glo. 10. *nu.* 29. Et ſic deuolutarius (vt eorum verbis vtar) à poſteriori impetrans, verum ius obtinebit: Si igitur certet cum Papiſta vel Legatario (vt Foti verbis vtar) qui dictam clauſulam derogatoriam obiciat, poterit de eius nullitate replicare: vel (ſi magis è re ſua fore videat) ab executione Bullæ, quantum ad dictam clauſulam, appellare, vt nuper in 4. ampliatione dictum eſt: beneficium enim appellandi, non ſolùm principali, videlicet patrono, ſed alij cuius intereſt (vt huic deuolutario) eõpetit. l. *à ſententia. de appel.*

54 ¶ Amplio ſeptimò, vt impetrans à Papa, vel legato cum dicta derogatione, non ſolùm nullum, ſed nec coloratum quidem titulum habeat, adeo vt non poſſit vti beneficio decreti *de pacificis poſſeſſoribus*, etiam ſi vltra triennium pacificè poſſederit: & hoc dummodo patronus, vel legitimè prouiſus ad præſentationem patroni laici conqueratur, & præſentano facta ſit, iure patrom adhuc durante, quod (licèt raro, aliquando tamen (contingere poteſt, vt caſu quem mox ſubiiciam. *nu.* 43. & idem multo fortiùs de prouiſo per Ordinarium ſpreto patrono laico: ſecùs de Eccleſiaſtico, item ſecùs ſi patronus laicus non conqueritur, nec præſentatus ab eo: vel ſi conqueruntur, præſentatio facta eſt poſt ius patroni ad Ordinarium deuolutum & ſic malè, & nulliter conqueruntur, quod idem eſt. l. *quoties.* & ibi Alex. & Iaſ. *qui ſatisd. cog.* quia tunc licet prouiſus à Papa iure Patroni pendente, nullum initio ius habeat, tamen cùm nullum legitimè præſentatum concurrentem habeat, titulum habet colotatum, ſicut & præſentatus à vicario patroni mortui.

55 ¶ Quod vltimum amplio, vt etiam habeat timlum coloratum, contra eum qui ab initio verum ius, verúmque titulum habeat, puta contra eum qui poſt vtile quadrimeſtre lapſum, iure deuolutò canonicè impetrauit: quia ſi iſte permiſerit prouiſum & iotruſum ſpreto patrono, pacificam continuò triennij poſſeſſionem explere, non poterit ampliùs illum impetere, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio, obſtante ſibi decreto *de pacificis*: & idem, ſi poſt illud triennium iure deuoluto impetrauerit, vel ius alterius deuolutanj ſibi cedi fecerit: & ita exemplificatur illud decretum, excludens etiam ius nouiter quæſitum. Secus ſi contingeret patronum eſſe intra tempus vtile etiam poſt triennium, vt j. *num.* 59. quia nunc legitimè præſentando nõ ſolùm ſubſiſtentiam ſed omnem etiam tituli colotem cuiuſcũque, interim à quocunque (ſpreto ſe) prouiſi, & vltra triennium pacificè poſſidentis penitus aboleret, niſi nouiter præſentatus & inſtimtus, per aliud triennij ſileret: & ita obſeruatur.

56 ¶ Amplio octauò, etiam ſi in ipſa fundatione, & creatione iuris patronatus in partibus facta per Ordinarios, ius præuentionis reſeruatum ſit, vel ſi in Curia Romana confirmata ſit, vel etiam ante Decretum *de cauſis*, facta in dicta Curia, ſub dicta reſeruatione non tamen libera, ſed ſub certa forma vel expreſſione faciendi: quia illi formę, nullo verbotum machinamento Papa derogare poteſt: & ſi attentet, nullum erit, & tanquam ab abuſu poterit appellari, vt dixi: ſecus ſi liberè & ſimpliciter reſeruata eſſet dicta præuentio, cuius nullum adhuc exemplum vidi, ſed bene in quo reſeruata erat ſub forma, vt in illa inſigni & famigera cauſa decanatus *de Caſtelgelouſ*, in qua conſului.

Hypotheſis.

57 ¶ Erat enim olim ſimplex parochialis Eccleſia: quæ reditibus fortàn adiectis per quendam Albreti dominum, Henrici Albreti, Nauarræ Regis auum, vel proauũ, in decanatum (tanquã vulgo imperito maioris dignitatis titulũ) authoritate Papæ erecta fuit, reſeruato iure præuentionis Papæ, non liberè ſed expnmendo de verbo adverbũ datã, & ſingula ſpecificè, & noo per clauſulas generales. Accidit quòd Io. du Puy, decanus pacificus reſignauit in fauorẽ Arnaldi de Labat, qui ſine præſentatione patroni, per Papam prouiſus fuit, eũ derogatione iuris patronatus laici ad dominum Albreti ſpectantis, & cum aliis clauſulis ampliſſimis: omiſſa vna ſola clauſula, videlicet quòd ille patronatus tantæ erat potentiæ ſicut patronatus Regum vel Ducũ, dictus de Labat bullis obtẽtis poſſeſſionem accepit: & ferè quinque annis pacificè poſſedit, viuo reſignante, ibidẽ conuerſante. Sed reſignante mortuo, Nauarrę Rex Albreti dominus, alium per obitum dicti Io. præſentauit: qui virtute huius præſentationis, per Ordinarium prouiſus, diem dicit reſignatio: non in petitorio, ſed in poſſeſſorio: in quo reus videbatur ſuperior, ob poſſeſſionem pluſquam

quadriennalem, titulúmque Papiſticum, vtque tam longæ poſſeſſionis probationem per teſtes, & inſtrumenta ad finem etiam peritori faceret: reſcriptum à Cancellaria Regis obtinuit, in forma *de pacificis poſſeſſ.*

58 ¶ Actor autem ſentiens magnum litium anfractum ſibi non poſſidenti, nec interim poſſeſſuro obuci (quia quæſtio huiuſmodi reſcripti, ſequæſtrationem, omnémque aliam prouiſionem impedit) patronum ſuum aduocauit: qui gladium radici adigens, cauſámque maturans, tanquam ab abuſu appellauit à conceſſione & executione bullarum rei, quantum ad clauſulam derogationis iuris patronatus: & ſic excluſit, ſaltem ſuſpendit, quæſtionem & virtutem reſcripti *de pacificis*. Reus latè derogatum oſtendebat etiam expreſſo nomine Albreti: de reſeruatione verò iuris præueniendi, & derogandi, docebat per bullam fundationis & electionis dicti decanatus. Sed inerat clauſula elegans ſi: videlicet quòd illud ius patronatus eſſet tantæ potentiæ ſicut patronatus Regum & Ducum: de qua clauſula non erat facta mentio in bulla & clauſula derogatoria, & conſequenter abuſiua fuerat derogatio: licèt expreſſum eſſet nomen Albreti & dignitas Regis Nauarræ.

59 ¶ Vnum tantùm ſuperterat: videlicet quòd patronus non præſentauerat infrà quadrimeſtre. Sed reſponſum fuit, hoc tempus initiò eſſe vtile, nec ignoranti currere. Lapus allegat. 78. verſ. *ad quartum*. & dixi in Conſuet. Pariſ. §. 37. gl. 10. *nu.* 20. Cùm autem dictus Io. reſignans, hacteuus ſemper vixiſſet, & in eodem loco conuerſatus fuiſſet: potuit Rex Nauarræ ſemper abſens (licet multos officiarios in eo loco haberet: qui etiam executioni dictæ permutationis ab initio ſe oppoſuerant: ſed profecuti non erant) executionẽ dictæ permutationis, & poſſeſſionis rei ignorare: prout ignorantiam allegabat: imò fortùs reſponderi poterat, quòd etiam ſi ſciuiſſet, tamen quia ſine eius conſenſu facta permutatio non valebat, & non conſentire tenebatur: cùm non liqueret eſſe factam ex neceſſitate Eccleſiæ: & ſi ita fuiſſet, non poterat cogi conſentire, niſi cauſa cognita, quod factum non ſuit, & ſic permutatio nullo modo valuit: & conſequenter decanatus ille per obitum Ioan. vacauit.

Petrus Aalmundus Rothomagenſis. Tum illuſtriſſimus ille Dominus Petrus Raimũdus, inſi nis Rothomagenſis Senatus præſes primus, & arcani Regis conſilij βούλαρος dignißimus, tunc in hoc Pariſienſi Senatu Regius patronus, pro intereſſe Regis tanquam feudalis, directóque domini loci de Albreto, velut ab abuſu, vnà cum Rege Nauarræ appellauerat ab executione bullæ ipſius fundationis & erectionis in clauſula reſeruatoria poteſtatis derogandi ius patronatus: quam clauſulam contendebat perculoſiorem, & magis abuſiuam eſſe, quàm ipſa particularis derogatio. Et cauſa in publicis actionibus noſtri Senatus, die Iouis 16. Martij, anno 1541. (more Gallico computando) ſplendidè agitata, reus ſtatim & in rotum ſuccubuiſſet: niſi in facto poſuiſſet, quòd Rex Nauarræ dictam permutationem ſciuerat, & approbauerat, & ab initio, ȝ. quadrimeſtre continuum, ſcripſerat dictum reum tuendum: & ſic titè conſenſerat. Et huius facti occaſione, Senatus interlocutus eſt, quod infra menſem partes inquirerent, & probarent, vt præſens ipſe vidi, & audiui.

60 ¶ Cæterùm quæ diximus de patrono laico, ſanè intelligenda ſunt reſpectu præuentionum Papæ, vel Legatorũ eius, de quibus tantùm dixi: ſecùs de prætẽtione Ordinarij, quæ propriè non eſt præuentio, ſed Ordinaria collatio, omiſſo patrono facta. Hæc enim non eſt funditus nulla: ſed annullanda patrono ritè infrà tempus debitum conquerente. tex. in *c. illud*, in fin. *de iure patro*. Fedet. Senen. in tract. *de rer. permut. q.* 30. Rota in antiquis, & nouis, ſub titulo *de rer. permut.* Petrus Anchar. Philip. Franc. c. *vnico*. col. 3. eodẽ tit. in 6. Imol. c. fin. nu. 16. & *extra eod.* Guido. Papę conA cil. 71. col. 1. gl. pragm. *de elect.* §. 2. verb. *die*. Steph. Aufrerius deciſ. Tholoſ. *gn.* 107. Fely. in tract. *quando hr. apoſt. no. patr. limit.* 10. Steph. aertrãd. cõſ. 189. l. 2. pnùs ann. 1532. impreſſorum Marth. Pacus. tract. *de mand.* part. 1. nu. 58. & eſt vera, & communis ſententia. Sed hic incautè & imperitè loquuntur Doctores, qui dicunt collationem Ordinarij reconualeſcere conſummata negligentia patroni: & deterius labuntur, qui putant huiuſmodi collationem, patruno inſra tempus veniente, annullandam eſſe per ſententiam, & cauſa cognita, hoc eſt enim contra textum totundum. in c. *decernimus. 16. q. 7.* Vbi ad præſentationem patroni infra tempus venientis, de nouo ordinatur Eccleſia: non obſtante priori Ordinatione Epiſcopi, tanquam ipſo facto tunc demum irrita ſit: videlicet patrono B debitè præſentante. debet enim tex. ille integrè & cum ſua cauſa accipi. Collatio ordinarij an cõ ualeſcat.

61 ¶ Et ſic probat quòd patrono negligente, remanet valida: non in vim tacitæ conſenſus patroni, nec quaſi ſuperueniente cauſa confirmante (vt Doctores vulgo male loquuntur) ſed ex primæua ſua & ordinaria virtute, & poteſtate: & ſic, diſertè, & propriè loquendo, non reconualeſcit, ſed non reſoluitur, non quòd ſuperueniat cauſa confirmans, prout in ſimili decidit Panor. in c. *Cum ex officij. de præſcripto.* vbi loquitur de collatione facta per Ordinarium infra menſem datum expectantibus: quem ſequitur Io. Selua in tract. *de benef.* parte 9. *q. 9.* & bene, vt dixi in conſ. Pariſ. §. 37. gl. 10. *nu.* 29. & clarius in terminis noſtris, Fran. Zabar. in cle. *vnica*. in prin. in 6. *q. princ. de ſupp. neglig. Prælat.* vbi col. 7. latè probat ius patronatus non eſſe aliud, quàm ſpeciem ſeruitutis iuris conferendi, quia *Præſentatio* (inquit) *non eſt pars ſubſtantifica inſtitutionis: ſed in tantum quædam ſeruitus beneficij*: & ſequitur Fely. in c. *auditis*. col. 2 *de præſcr.* C

62 ¶ Cùm ergo Epiſcopus iure communi fundatus ſit in libera ordinatione omnium Eccleſiarũ ſuæ diœceſis: 10. *q. 1. c. 1.* & per tot. 16. *q. 1. c. nullus omnino*. & ibi Arch. c. *ex frequentibus de inſt. c. xenodochiis. de relig. domib. c. 1. de capel. monach.* Si qua iuri pàtronatus ſeruit, adhuc primò liberas æder habet Epiſcopus, contra omnes alios à patrono. l. *loci corpus. §. competit*. in fi. *ff. ſeruit. vend.* Secundò, deficiente patrono vel nõ vtente iure ſuo, Epiſcopus vtetur ſuo & primitiuo iure. Epiſcopus iure communi fundatur in tota diœceſi.

Aut ergo Epiſcopus (& idem de quocunque inferiori ad quem ſpectat inſtitutio) infra tempus patronis datum bberè contulit & tunc ſi patronus debitè præſentet, ipſo facto reſoluitur prior collatio Epiſcopi. d. c. *decernimus. 16. q. 7.* etiam ſi præſentatio fiat de eodem collatario, quia de integro debet Epiſcopus ad præſentationem inſtituere, ſi hoc exigat patronus: ſi verò patronus conſentiat priorem collationem ſtare, vel negligat, aut non debitè præſentet, remanet collatio iure ſuo primitiuo valida. Nec refert inter conſenſum expreſſum patroni, & eius negligentiam, niſi quod per expreſſum conſenſum ſtatim collatio Epiſcopi ſit incommutabilis, non expectato lapſu reſidui temporis: ſed non per negligentiam, niſi ea per lapſum totius temporis conſummata. D

Reprobatur diſtinctio Panor.

63 ¶ Et ſic reprobo diſtinctionem Panor. quantumuis anxiam & elaboratã: qui in diſputat. 5. *adgerro*. col. 12. facit differentiam inter conſenſũ patroni, infrà tempus præſentandi præſtitutũ (vt tunc conualideret collatio Epiſcopi *vt ex nunc*, non autem *vt ex tunc*) & inter negligentiam patroni, qui tẽpore lapſo priuatur iure ſuo: vt tunc valeat collatio Epiſcopi, nõ *vt ex nũc* ſed retrò *vt ex tunc*, quaſi tamen ceſſante cauſa impedienre, & ſuperueniente cauſa confirmãte. Quia imò vtroque caſu ſemper, & vniformiter valet retrò *vt ex tunc*: niſi in ſuperiore cauſa, quãdo patronus diſſentit, & vult (licèt eundẽ) ritè & actualiter præſentare: quia tunc demum noua ordinatione opus eſt, quæ valet vt ex nunc non *vt ex tunc*. & tamen etiam ſi ſit patronus E

Eccleſiaſticus, prior illa collatio interim valuit: ad impediendum præuentiones Papæ vel Legati, vt poſt dicam.

64 ¶ Aut verò Epiſcopus expectauit patronum per totum tempus iuris: & tunc etiam liberè prouidebit, non proprie ex nouo iure quæſito, & ad ſe deuoluto à patrono: ſed iure ſuo primitiuo: quod hactenus habebat, non liberum, ſed nunc liberum habet, remoto ſeruitutis obſtaculo: vt inquit Card. Flor. vbi ſuprà, quamuis pendente illo obſtaculo vel impedimento, nõ cucurrerit ei tempus concilij Lateranenſis: de quo in c. *nulla*. & in c. *quia diuerſitatem. de conceſſ. præb.* Quod procedit ſine patronus ſit Eccleſiaſticus, ſiue laicus: reprobata inepta & præpoſtera quorundam diſtinctione, inter patronum laicum & clericum: apud Rotam deciſ. 257. *in antiquis*.

65 ¶ Et iſta ſunt valdè vtilia, imo dictu neceſſaria in praxi: ſequitur enim quòd Ordinarius poſt tempus patroni lapſum, & ius liberum ad ſe deuolutum, non tenetur hoc exprimere conferendo, nec dicere quòd confert iure deuoluto: ſed poteſt ſimpliciter conferre, & valet collatio: ſiue facta ſit infra ſemeſtre Eccleſiaſtici, vel infra quadrimeſtre laici patroni: ſiue facta ſit vltima die anni, vel ſecundi ſemeſtris vacationis in Eccleſiaſtico, vel vltima die decimi mẽſis in laico. Quia vtroque caſu non confert iure deuoluto, ſed proprio, & primitiuo: quamuis priore caſu iure nondum liberato, ſed ſeruiente, & commutabili: ſecundo verò caſu iure libero, & incommutabili.

66 ¶ Porro quamuis Ordinarius pendente patroni tempore, mero quidem iure conferre poſſit, non tamen ob id grauari poteſt, nec anticipare tenetur: ne periculum ſubeat actus nugatorij, imò nõ ſolum non tenetur, ſed nec debet de honeſtate: ne quid admittat, vnde poſtea verecundetur: vt in c. *decernimus. 16. q. 7.* vnde interim non eurrit ei tempus Lateranenſis concilij: de quo in c. *nulla. de conceſſ. præb.* quia de tali tẽpore omne impedimentum, etiam culpa incurſum ſubducitur. c. *quia diuerſitatem.* eod. tit. Errant ergo vulgares, qui, prætextu ſeruitutis patronalis, putant non poſſe Ordinarium poſt patronorũ tempora conferre, niſi iure deuoluto, nec valere collationem (niſi in ea expreſſa deuolutionis qualitate) factam. Atqui ſi poteſt ſimpliciter iure Ordinario conferre ante dicta tempora, ſpretis patronis: multo magis id poteſt poſt ea tempora: quia ſeruitus poſtquam ſublata eſt, minùs impedire debet libertatem domini, quàm quandiu manet, & impendet: Et ſic error ille vulgaris nedum falſus, ſed ineptus, & præpoſterus eſt.

67 ¶ Secus in vera deuolutione, per quam ius quæritur non habenti, puta Archiepiſcopo per negligentiam Epiſcopi: quia tunc collatio ſiue ſimpliciter, ſiue in qualitate iuris deuoluti anticipata prorſus nulla eſt, nec vſquam vel deuolutione ſecuta conualeſcit: vt poſt Panor. in c. *cum ex officij de præſcription.* tenent omnes vbique. Collatio verò poſt deuolutionẽ ſimpliciter facta non valet. quia intelligitur facta iure Ordinario: & ſic à non habente poteſtatẽ. Tunc ergo neceſſe eſt non modò verè deuolutũ eſſe: ſed etiam in ea expreſſa qualitate conferre: quia illa qualitas non ſolũ eſt intrinſeca, & neceſſaria ad actũ: ſed etiam dat ius & poteſtatẽ, quæ aliàs originaliter non competit: & ſic exprimẽda eſt: vt per noſtrien. panot. in c. *ex parte de conceſſ. præbend. not.* in c. *cum in iure perſuas. de elect.* Quemadmodũ enim in iurisdictionalibus nullã poteſtatem habet Archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganei, etiam conſentientes: niſi in caſu appellationis, & in ipſo appellationis articulo. c. *Romana. de foro competen.* in 6. Ita in beneficialibus nullam poteſtatẽ habet, niſi in caſu canonicæ deuolutionis, & in ea qualitate tantùm. idem tamen de Epiſcopo, quantum ad beneficia, quorũ collato ſpectat ad inferiorẽ: quãuis ſubditus inferioris Eccleſiaſtici poſſit prorogare iuriſdictionem ſui diœceſani: vt not. in c. *fin. de foro compet.*

68 ¶ Ex prædictis etiam Neuſtrica quædam praxis, inter aperto reprobatur: quia normani pragmatici (vt ab ampliſſimo viro Do. Ioan. Igneo, Rothomagenſis Senatus pteſide meritiſſimo, viua voce excepi) tenent in patronatu laico (qui ibi frequẽs eſt collationẽ Ordinarij, eo ſpatio infra quadrimeſtre factam, prorſus & indiſtinctè irritam eſſe: etiam ſi patronus per totũ tempus negligat. adeo vt nullo modo conualeſcat, ſed iure deuoluto impetran & conferri debeat etiam ab eodẽ Ordinario, quod non ſolùm eſt contra iura prædicta, ſed etiam iniquũ: quia ſaltẽ Ordinarius tenetur collationẽ quam fecit, habere ratam. c. *inter cætera. de præb.* vbi etiam eunctionẽ paſſo, tenemur aliud ſimile cõferre. Et ſic multomin⁹ poteſt ex ſua perſona, etiam prætextu nouæ deuolutionis, contrauenire. & euincere, l. *vend. de euict.* l. *excepit.* C. eod. prout etiam ſitmat Panor. in. d. diſputatione. 5. col. 12. Nec eſt ſimile de præuentione Papę vel Legati pendente dicto tempore facta, quę ptorſus nulla eſt, nec vnquam conualeſcit: quia ambitioſa eſt, odioſa, & ſubreptitia, & ſic funditus nulla: vt ſuprà. *nu.* 55. Contra collatio Ordinarij ſanotabilis eſt, in iure communi, actu, & habitu fundata, niſi quatenus illius iuris vtilitatem ſeruitus patroni temotatur vel impedit: qua ceſſante, collatio Epiſcopi manet in naturali vigore ſuo.

69 ¶ Et nota quod circa beneficia patronata collatio Papæ & Ordinarij habent ſe vt excedentia & exceſſa: quia in patronatu quidem Eccleſiaſtico, & idem de laico, qus tenus ius præuẽnonis Papæ teſeruatũ eſt, & forma ſi qua ſit obſeruata, vt ꝛ. *nu.* 56. collatio Papę debitè præuenientis valet, & vtrũque, tam Ordinarij quam patronum ſupplantat: quamuis Ordinarius patronũ, ſiue laicum, ſiue Eccleſiaſticum, niſi conſentiem, aut per tonm tempus iuris negligentem, ſupplantare non poſſit: & ſic in hoc, collano Papæ vincit collationem Ordinarij. Contrà viciſſim in patronatu laico (& idẽ de Eccleſiaſtico, ſi Papa. tali patrono ius præuentionis remiſerit) Ordinarius mero quidẽ iure, non expectato patrono conferre poteſt, & ratum manebit, etiam priuatiuè ad Papam, vel Legatum, ſiue præuenientem, ſiue poſtea conſerentem: cuius collatio nunquam conuſeſcit: ſiue patronus neglegat, ſiue ſuo iure vtatur. Collatio verò Ordinarij vna ſola cauſa irritatur: videlicet patrono infra tempus ſuum debitè ptæſentante. Et ſic ordinarius poteſt, quod Papa nullo modo poteſt. Et quamuis interim Papa poſſit conditionaliter prouidere: vt ꝛ. *nu.* 55. tamen illa prouiſio Papæ non impedit ſiue præcedentem, ſiue ſequentem collationem Ordinarij: qui nihilominus conferre poterit, & ſtabit eius collatio priuatiuè, vt ſupra, niſi patronus infra tempus ſuum non tacitè, ſed expreſsè conſenſu ad præſentationem idoneo, laudauerit prouiſionem Papæ.

70 ¶ Et iſta ſunt vtilia, & magni effectus in praxi: quia ſi forſan ius præuentionis, in fundatione patroni laici, Papæ teſeruatum ſit, vt ꝛ. *nu.* 56. tacdante patrono, Ordinarius vigilare poteſt: & tam ſuum quam laici ius conſeruare, conferendo inre Ordinario. ſic enim fiet vt Papa ab eo præuentus, amplius præuenire nequeat: & conſeruent ius laici per totum quadrimeſtre continuum, vel etiam vtile: infra quod cum effectu præſentare poterit, nec obſtabit præuentio Papæ, vtpote nulla propter collationem Epiſcopi. Minùs obſtat quòd Papa vincit patronum vincẽtem Epiſcopum, ergo Epiſcopum quoque vincere debet. c. *authoritate. de conteſſ. præben.* in 6. *de acceſſionibus.* *de diuerſ. & tempor. præſcrip.* quia eſt ſoluto: Prima quòd hæc argutia in vtrũque aciem verſatilis eſt, æquè enim torquen poteſt pro patrono, quia vincentem Papam, ergo & Papiſtam vincit: & ſic huiuſmodi argumentatio vtrinque conuertibilis non valet.

71 ¶ Secunda, quia vt in dictis iuribus notat gl. &

Reprobatur praxis Normanica. Igneus.

Poteſtas Papæ, & Ordinarij inuicem excedunt & excedantur.

Arg. Vincere vincentẽ &c.

doct. non procedit illud argumentum, niſi quando eadem eſt, & identifica ratio vincendi: quæ hic longe diuerſa eſt. Ordinatius enim vincit Papam iure commun, Papa verò non vincit hunc patronum niſi iure ſpeciali. Tum Ordinarius vincit iure fauorabili, Papa verò iure odioſo, & exorbitanti. Tertia quia minor falſa eſt, nec enim verum eſt Papam vincere patronum ſimpliciter: ſed ita demum ſi non ſit altàs præuentus, provt hîc præuentus eſt per Ordinarium. Quarta, quia imò Papa nullo modo cenſetur præuenisſe: quia præuentio ſua penitus nulla eſt, propter vitium ſubreptionis. interim enim beneficium non vacabat per prædicta, ſed repletum erat de perſona collatarij Epiſcopi: licèt reſolubiliter reſpectu ſolius patroni, non autem reſpectu alterius etiã Papæ contra quos Epiſcopus liberas ædes habet. l. *loci corpus.* §. *competit. ſi ſeruus. vendic.* Reſeruatio autem facultatis præueniendi in dicta fundatione facta Papæ intelligitur de prærogatiua canonica, valida, & efficaci, non ſubreptitia nec aliter vitioſa, & de beneficio rune verè vacanti, & purè & libere conferibili. Nec concluſioni noſtræ 3. *nu* 20. obſtat quòd interim collatio Epiſcopi reſolubilis erat: Tum, quia verum eſt reſpectu patroni, non autem reſpectu quotumcumque ab eo contra quos liberas ædes habet.

72 ¶ Tum, quia (quod fortius eſt) etiam collatio pendens impedit præuentionem Papæ eámque tollam & ſubreptitiam reddit: text. in c. *ſi tibi abſenti, de præben.* in 6. vbi facta abſenti pendet, ſi & donec ratã habeat, & tamen interim nec Epiſcopus, nec quicunque alius conferre poteſt: & ibi glo. in verbo alius, exemplificat etiam in Legato de latere, ſed idem eſt in Papa, ſaltem ſi (hoc tacito) ab eo impetretur: quia quælibet vel minima ſubreptio gratiam eius reddit ipſo iure nullã. c. *poſtulaſti*, ad finem *de reſcript.* Et ita contra papiſtam iudicatum fuit, Ateſto Senatus noſtri Pariſienſis: quamuis Guido Papa conſilio 48. contrarium teneat in Papa, & malè. Quòd ſi collatio pẽdens inducit ſubreptionem, multo magis collatio ſtatim mero iure ſubſiſtens quamuis reſolubiliter, & pendente implicito ſtatu reſolubili: quia plus eſt collationem ſtatim tenere, & titulum imprimere, licet reſolubiliter: quam collationem pendere: vt in. d. c. *ſi tibi*, per text. & gloſ. in l. 2. *de in diem addict.* Oldr. quæſt. 285. allegationes, col. 2. Quòd autem in d. c. *ſi tibi* pendeat, liquet, quia interim non imprimit titulum, nec ius in re quæritur abſenti, & remanet interim beneficium vacans: licèt non liberè, vt tenet ibi gloſ. in verbo *alius.* & Doctor.

c. ſi tibi de præb in 6.

Res id rem.

73 ¶ Imò generaliter ius ad rem (quod minus eſt iure in re, licèt reſolubili) impedit prærogatiuas Papæ vel Legati, eáſque nullas & ſubreptitias (mentione non facta) reddit. text. & ibi Gemmian. Philipp. Fran. in c. *quia ſæpe de præbend.* in 6. Philip. Fran. in c. *ſi motu.* colum. 2. *de præb.* in 6. Rota deciſ. 220. *ſi A. habens. in nouis.* Ægid. Bellamere deciſ. 167. Philip. Decius c. 1. col. 3. (vbi in ann. dixi) *de reſcript.*

Præuentio Epiſcopi quibus prodeſt.

74 ¶ Quinta, quia plus iuris habet Epiſcopus quàm patronus in prouiſione beneficij: c. *dilectus extra de offic. lega.* ſi igitur præſentatio ſolius patroni dictam præuentionẽ impedit: quanto magis præuentio ſolius Epiſcopi? Sexta, reſeruatio facta Papæ, eſt ius ſpeciale quod non debet extendi, ſed ſatis operatur quando neuter, nec Epiſcopus nec patronus præuenit: igitur non deber extendi, ſed ceſſare poteſt per præuentionẽ Epiſcopi. *Septima* ſolutio ad argu. *ſi vinco, vincentem te, 3. num.* l. in ti. *quia.* Tum maior coniunctio eſt inter patronum & Epiſcopum, quàm inter patronum & Papam: & ſic præuentio Epiſcopi patrono potius, etiam Eccleſiaſtico quàm Papæ prodeſſe debet, provt etiam in ſimili, nominatus, vel graduatis ſimplicibus, aut mandatarius prodeſt, non autẽ Papiſtis, per prædicta: vt Ateſtis ſupremi huius noſtri Senatus ſæpe iudicatum, & deciſum fuit, & bene. Et ſic deinceps corrigenda eſt praxis illa erronea Neuſtriæ, & bæ ad alia quoque quotidie emergentia proſunt.

Collatio præbendarum ad quos ſpectat.

75 ¶ Scis enim collationẽ canonicarum & prębendarum cathedralis Eccleſiæ, ſpectare de iure communi ad Epiſcopum, & eiuſdẽ Eccleſiæ capitulum ſimul, eiſque cõmunem eſſe: quamuis collatio aliorũ beneficiorũ, quæ non ſunt de corpore ipſius Eccleſiæ: ſpectet regulariter ad ſolum Epiſcopum, de conſilio tamẽ ſui capituli c. *ea noſcitur c. tua* & per totum. *de his quæ fiunt à Prælſine conſen.* cap. *Canon. iſte* in c. *cum Eccle. de elect.* in c. *ſi capit. de conceſſ. prebend.* in 6. c. *vnico. ne ſede vacan* c. vlt. *de reg.* 1. eod.] 6 *gloſ. prag. de collat.* §. *ità ſẽſuit.* verb. *collegiatis.* Ioan. Selua. in tract. *de benefic.* part. 2. quæſt. 22. nu. 11. Paul. Caſtreſ. conſ. 355. lib. 1. niſi in prębendis inferiorũ collegiorum quæ ſpectant ad eadẽ collegia. Rota deciſ. 167. *de collatione.* in nouis. Et quãuis Epiſcopi in hoc regno crebrius id iuris ſibi ſolis, etiam ſine cõſilio capituli vſurpauerint, & de facto multi præſcripſerunt: in tantum vt crebriore conſuetudine huius regni, non ſoleat fieri deuolutio de Epiſcopo ad capitulũ, velut penitus extraneum: ſed ad ſuperiorẽ Epiſcopi immediatũ, cõtra cõſilium Lateranẽſe, de quo in c. *nulla de conceſſ. præb.*

Epiſcopi Galliæ iura ſua expendiu præſcripſerunt.

Vetus mos Eccleſiæ Carnotenſis.

76 ¶ Tamen in Eccleſia Carnotenſi, circa collationes prębendarum eiuſdem Eccleſiæ, vetus mos inoleuit vt canonicandus (quem vocant) per Epiſcopum (ſi præſens ſit) vel ſuum vicarium pridie collationis ſuæ, perſonaliter præſentetur, quatuor dignitatibus eiuſdem capituli examinandus: poſtridie in eodem capitulo (ſi ſufficiens & idoneus inuentus ſit, & renuntiatus per eaſdem dignitates, eorum ve vicarios) vice & nomine totius capituli repræſentetur Epiſcopo, eiúſve vicatio: vt mox eidem in eodem capitulo, viua voce canonicatum & prębendam conferat, quæ conſuetudo, & ſolennitas dudum confirmata fuit ſupremi huius Senatus areſto, die ſeptima Septembris, anno milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo nono, prouuntiato in cauſa poſſeſſoria collationis prębendarum, inter Epiſcopum Carnotenſem & capitulum: eodémque areſto vetitum eſt capitulum cauſæ cognitionem adhibere, in, vel ſuper collatione dictarum prębendarum, quarum etiam deuolutio fit ad capitulum: tuſi intra ſemeſtre Epiſcopus, prædicto modo in eodem capitulo viua voce prouiderit. Et per idem areſtum definitum eſt ipſum capitulum eſſe in iuſta & canonica poſſeſſione ne liceat epiſcopo aliter prouidere: neque teneatur capitulum admittere prouiſos in ſcriptis per Epiſcopum: ſed tantùm viua voce ſub forma prædicta.

Areſtum.

Hypotheſis.

77 ¶ Deinde circitet poſt ſexaginta annos, in controuerſiam venit caſus huiuſmodi. Legatus agens Rothomagi prębendã dicti capituli vacantẽ, *per obitum*, eadẽ die contulit: Epiſ. autem agens Pariſ. eadem quoque die confert alij, adiecta hora in literis collationis ſuæ, quã in ſcriptis fecit Pariſijs: & tuhlominus mandauit certo vicario, vt quendam tertium capitulo præſentet examinandum, vt ei tanquã ſufficienter repræſentato in craſtino, viua voce conferat, præfatam conſuetam formã obſeruando: quod factum eſt, nulla in eodem capitulo mennone facta præcedentis collationis in ſcriptis. Hinc lis inſignis & famoſa naſcitur, coram præſide Pariſienſi, conſeruatore regiorum priuilegiorum ſcholæ Pariſ. inter prouiſum à Legato, actorem interdicto *vti poſſidetis*, & prouiſum ab Epiſ. reũ. Cùm autem actor prærogationẽ Legati vrgeret, collationem verò Epiſcopi in ſcriptis eadem die factam, non obſtante priore rei poſſeſſione, & diſpoſitione. c. *Si à ſede de præb* in 6. ex eo impugnaret, quòd Epiſcopus, per præfatũ Areſtum, veritus eſſet per ſe conferre in ſcriptis: ſaltẽ declaratum eſſet, Epiſcopum nõ

eſſe in poſſeſſione liberè conferendi in ſcriptis, ſed tantùm viua voce in Capitulo, præſcripta forma obſeruata: Idem Epiſcopus ſeſe cum eo collatario ſuo in hoc iunxit, ad defendendũ ius ſuum conferendi in ſcriptis, ad obuiandum præuentionibus Papæ vel Legati. Quod animaduertens Capitulum, quorundam errore (vt aſſolet) incitatum, ſeſe inconſultè ac præpoſterè iunxit cum actore, ad impugnandam collationem per ſolum Epiſcopum in ſcriptis factã: & eodem præpoſtero errore malè intellecti præfati arteſti, præſes fiduciariam poſſeſſionem (quam tecredentiã vocant) actori in vim præuentionis Legati adiudicauit.

Arestum

78 ¶ Sed re mehùs & exactius perſpecta in hoc Senatu: ad quem teus & Epiſcopus prouocarunt: per Arteſtum, vltima die Iunij, anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo, ſententia à qua iuſtè fuerat prouocatum) teſciſſa, Capitulum ab inepta ſua adiunctione, tanquã iniuſta, & fine interceſſe facta, penitus excluſum fuit: declarãdo Epiſcopum iuſtè ſe cum eo collatario ſuo adiunxiſſe: cui fiduciaria poſſeſſio, pendente principali lite adiudicata fuit: huiuſque arteſti eundem & æquitas, & ratio eſſe potuit ex prædictis. Quæ non ſatis perpendentes inferiores quidam iudices, hoc menſe Nouembri, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo exiſtimauerunt, quin & iudicarunt (vt intellexi) antiquum illum morem dictæ Eccleſiæ, & vetus iſtud areſtum correctum & abrogatum fuiſſe nouiſſimo hoc areſto anni 1540. Vt ſic Epiſcopo nouiſſime agẽti interdicto *vti poſſidetis* contra ſuum capitulum, plenum poſſeſſorium adiudicauerint dictas præbendas vbius conferendi in ſcriptis: non ſolùm ad finem impediendi præuentiones Papæ vel Legati: ſed etiam ad finem impediendæ deuolutionis ad capitulum, propter omiſſionem dictarum conſuetarũ ſolennitatum, velut ſuperuacaneariũ, quantùm ad dandum, & imprimendum titulum, etiam teſpectu capituli: vtque Epiſcopus minimè teneretur eas obſeruare, nec viua voce in capitulo præſcripta forma conferre: niſi ad finem vt eius collatarius actualiter reciperetur: & inſtallaretur in capitulo: fructúſque perciperet: Capitulum verò (quod pro conſeruatione antiquæ conſuetudinis, & poſſeſſionis interceſſerat) ab huiuſmodi interceſſione excluſerunt: & in expenſas, damna, & intereſſe erga Epiſcopum condemnarunt.

Error quorũ damnat cens

79 ¶ Sed tam malè, quàm oſcitanter & inconſideratè. Illud enim nouiſſimum areſtum (in quo ſolo hæc noua dica Epiſcopi ſententia que fundatur) nullo modo repugnat nec derogat veteri conſuetudini dictæ Eccleſiæ, nec iuribus, & poſſeſſionibus antiquis capituli, nec veteri illi areſto, veluti nec contra capitulum, eúſque iura, & poſſeſſiones latũ eſt, nec contra ſub præfata forma prouiſum in capitulo: ſed contra prouiſum a Legato duntaxat, & in effectu, contra præuentiones ambitioſas, & odioſas Papæ, vel Legati, ſiue pro libertate iuris Epiſcopalis: non contra capitulum, & veteres Eccleſiæ conſuetudines: ſed contra dictas præuentiones tantùm. Quamuis enim reſpectu capituli collatio Epiſcopi, eúſque poteſtas & authoritas ſeruat præfatæ conſuetæ formæ & ſolennitati, ad conſeruationem iuris, & poſſeſſionis ipſius capituli: tamen ſolus Epiſcopus collator dat, & imprimit titulum, & quantùm ad hoc liberas ædes habet contra omnes a capitulo: in cuius præiudicium, nihil penitus agere poteſt iure teſiſtente: quemadmodum & in aliis beneficiis patronaus ſuæ Diœceſis, liberè confert, & liberas ædes habet contra omnes alios a patronis, præſertim contra dictas præuentiones: vt ſæpe diximus.

80 ¶ Et ſic, quemadmodum in beneficiis patronatis ſtatim quidem valet libera collatio Epiſcopi, contra omnes, ſed teſolubiliter reſpectu patroni tantùm: ita hìc ſtatim quidem valet collatio Epiſcopi contra omnes alios a Capitulo, ſed reſolubiliter reſpectu ipſius Capituli & formæ conſuetæ. Alioquin, tuli capitulum illam pro hac viee remittat, & collatarium Epiſcopi ſine alia præſentatione, & collatione recipiat: teſoluetur collatio Epiſcopi: iúſque conferendi, ad Capitulum pro antiquo more deuoluetur: quemadmodum in *Conſ. Pariſ.* §. 37. gl. 10. *nu.* 17. probauimus valere præſentationem factam à ſolo proprietario, ſi vſufructuarius patiatur: vel a ſolo vſufructuario etiam qui poſt vacationem ſupereuenit, ſi proprietarius patiatur: & ibid. *nu.* 24. ab vno ſolo ex patronis, ſi alij patiantur: qui tamen nec ius, nec quaſi poſſeſſionem perdunt, vel immutant in ſeqoentibus vacationibus, & patiter ſi collatio præbendæ (vt ſæpe in hoc Regno) ſpectat ad dominum temporalem loci: valet collatio ſolius proprietarij, vſufructuario connenieote: & contrà, ſolius vſufructuarij, etiam ſi ante vſumfructum conſtitutum vacauerat. Præſentatio proprietarij.

81 ¶ Cæterùm nec nouum, nec abſurdum eſt, collationem beneficij ſtatim quidem valere, & ntulum impnmere: ſed reſolubiliter, prout de iure communi notum eſt in collatione Ordinarij facta ſpreto patrono, ſiue Eccleſiaſtico, ſiue laico: quia ſtatim mero iure tenet, ſed reſolubiliter, patrono infra tempus à iure communi ſibi præfixum debitè præſentante, vt ẽ. *nu.* 60. Idem ſi Ordinarius contulerit infra menſem datum expectantibus: vt ẽ. *nu.* 61. qua ſtatim valet, & ſi expectans non acceptet, temanet incommutabilis, interim ergo valet, ſed reſolubiliter: quia ſi expectans infra tempus debitum accepteet, ipſo iure reſoluitur: alioquin temanet valida *vt ex tunc*. idque incommutabiliter teſpectu omnium ab expectante: ſed ſolius expectantis reſpectu, commutabiliter vſque ad tempus acceptandi duntaxat, ſecundùm Panor. in c. *cùm ex officij. de præſcript.* quamus Felv. in d. c. *cùm ex officij.* col. pen. alitet ſentiat, & malè vt dixi in *Conſuet. Pariſien* §. 37. gl 10. *num.* 29.

82 ¶ Sic in noſtris mandatis, collatio Ordinarij ſtatim quidem valet, & incommutabiliter contra omnes à mandatario: reſpectu verò mandatarij ſtatim quidem valet, ſed commutabiliter: quia eo debitè infra ſemeſtre veniente reſoluitur: interim autem non pendet, ſed valet mero iure, ſed reſpectu ſolius mãdatarij habet ſtatũ implicitũ teſolubilitatis & illa quidẽ reſolubilitas eſt in pẽdenti, non autẽ collato, quę interim ſubſiſtit l. vl. ff. *ſi ex noxa. cauſa agat.* l. 2. *de in diem addicto*. Idẽ de collatione facta mãdatario poſteriori, quia ſtatim valet incõmutabiliter, reſpectu omnium a priori mandatario: quo proſequẽte collatio poſterioris reſoluitur, necnon mandatum ipſum perpetuò extinguitur, ſi Ordinarius eſt ſemel, vel bis cum effectu grauatus: alioquin ſecundum poſterius mandatum in aliam vacationem differtur. Non eſt igitur nouum, nec inconueniens, ſed frequens etiã in terminis iuris cõmunis, collationẽ Ordinarij ab initio ſtatim quidẽ validam eſſe, ſed teſolubiliter & eam nihilominus interim præuentiones Papę vel Legati impedire, eaſque ſubrepticias & nullas reddere: cum beneficium ſit tepletum, per text. à fortiori in c. *ſi tibi de præb.* in 6. vbi collatio nondũ valet nec ſubſiſtit, ſed pendet, vtpote facta abſenti, qui nondũ acceptauit, & tamen interim alij conferri nequit. Igitur multominus præuenire poſſunt, quando collatio ſtatim mero iure tenet quamuis reſolubiliter, vt dictum eſt ẽ. *num.* 80.

83 ¶ Et idem extra terminos iuris communis, vt in terminis huius regul. ſtatim quidem valet collatio, ſed reſolubiliter, ſi teſignans de eadem infirmitate infra viginti dies decedat. Sic in terminis reg. *de publicandis*, ſtatim quidem valet, ſed teſolubiliter, ſi teſignans, poſt tempus ibi præfixum, moriatur in poſſeſſione. Sic in terminis Pragmaticæ vel Concordatorum ſi Ordinarius beneficium vacans in menſe ſimplicis gradum conferat alij, non eſt nulla collatio: ſed ſtatim tenet, ſub ſtatu tamen teſolubili, ſi infrà ſemeſtre Exit.

ſemeſtre veniat graduatus debitè qualificatus: quia tunc ipſo iure reſoluitur: alioquin remanet valida ex data ſua antiqua. Quod luculentius eſt in menſe nominatorum, quia ſi collatio fiat non nominato, ſtatim quidem valet: ſed reſolubiliter, quouis nominato infra ſemeſtre veniente. Rurſus ſi aliquis nominatus poſt tres menſes venerit, ſi quidem tantùm venerit, necdum cum effectu proſecutus fuerit, collationem obtinendo ab Ordinario grauato, vel eo refutante, à ſuperiore immediato: tunc nondum reſolvitur, ſed dumtaxat periclitatur titulus primi collatarij, qui validus remanet dicto nominato non proſequente. Sed eo cum effectu proſequente & collationem ab Ordinario obtinente, tunc demum ipſo iure reſoluitur titulus, & collatio prioris collatarij: & ſtatim valet collatio facta huic nominato, reſolubiliter tamen: quia ſi infra reliquum temporis veniat nominatus antiquior, collatio præcedens periclitatur quandiu nominatus antiquior proſequitur: quo ceſſante rata manet: ſed eo cum effectu proſequente, reſoluitur: & ita deinceps, ſi infra reſiduum eiuſdem ſemeſtris veniat nominatus adhuc antiquior, vt patet in Pragmatica & Concordatis, & ſic prima collatio valet reſpectu omnium à nominaris, quorum reſpectu non valet: ſecunda verò collatio valet reſpectu nominatorum poſteriorum, ſed reſpectu antiquorum reſolubilis eſt: & tamen interim Hypotheſis. præuentiones impedit, quia meto iure tenet, & beneficium teplet quamquam reſolubiliter. Ex his deciditur quæſtio quam nuper vidi in facto: In menſe graduati ſimplicis vacauit beneficium in præſentatione patroni Eccleſiaſtici, qui præſentauit non graduatum, qui inſtitutus fuit. Deinde infra ſemeſtre vacationis notæ in loco iuxta Clem. j. in fi. *de conceſſ. præb.* venit graduatus petens præſentari in vim gradus & inſinuationis: patronus recuſat. Ille verò non expectato fine ſemeſtris impetrat ab Epiſcopo, ſed poſt ſemeſtre venit alius graduatus, qui ad refutationem patroni ab Epiſcopo vel ſuperiore impetrat. Tertius iure deuoluto ab Epiſcopo impetrat. Quartus iure Ordinario impetrauerat ab Epiſcopo etiam ante requiſitionem primi graduari. Quintus à Papa etiam ante dictam requiſitionem, ſed poſt præſentationem patroni de non graduato. Quis eorum habet ius? videbatur quòd præſentatus à patrono ex quo primus graduatus tempus gratificationis anticipauit impetrando ante finem ſemeſtris. Sed imò iſte ſolus habet verum ius, quia ex quo patronus refutauit eum, priuauit ſe gratificatione & iſtam cauſam dedit refutato ſtatim ſuperiorem immediatum adeundi & collationem ab eo impetrandi. Plus dico quòd etiam ſi patronus non refutaſſet, ſed nihil reſpondiſſet concedendo actum requiſitionis: vel etiam ſi dixiſſet ſe velle deliberare & vti gratificatione: Tamen ex quo infra illud ſemeſtre nemo alius graduatus venit & patronus nemini debitè qualificato gratificauit, perinde eſt ac ſi nō eſſet locus gratificationi. Ita quod etiam hodie poſt illud ſemeſtre poſſet petere ſibi iterum ad maiorem cautelam conferri per Epiſcopum, ex quo requiſiuit beneficium infra ſemeſtre, & ſibi ſoli debetur: tamen non opus eſt noua collatione, quia prior irreuocabiliter confirmatur ſtatim quod patronus alij non gratificauit & gratificare poſſe deſiit: ſed interim commutabilis erat per prædicta.

84 ¶ Eadem vt ab hoc non minùs vtili, quàm neceſſario paregr⁹ redeamus, vnde ſuprà numero 46. digreſſi ſumus: Liquet ex prædictis, magnam & euidentem eſſe rationem differentiæ inter prouiſiones Papæ, & Ordinariorum in vacantibus per reſignationem, quæ non ſpectant ad præſentationem patroni laici. Quia Ordinarius regulariter liberè confert cui vult, & perſonę quam ad hoc approbat: non enim poteſt admittere reſignationes *in fauorem* (vt mox dicetur) niſi ſint cauſæ permutationis honeſtæ. Contrà palàm eſt, quod non ſolet ad Papam cum ſumptu curri pro mera & ſimplici abdicatione beneficij, cùm ſufficiat Ordinarius: nec etiam pro permutationibus, niſi ſubſint aliqua pacta de iure illicita, vel ſuſpicio aliarum vacationum, vel incapacitatum, quas ob tes dubitetur de poteſtate, aut voluntate Ordinarij, & ſic Papa non eligit nec aliter approbat perſonas, cùm neceſſariò conferre habeat illis *in quorum fauorem*. & adhuc raró ſolet recurri ad Papam, niſi in fraudē Ordinarij, vel alterius, puta expectantis *per obitum*. Quare iuſtū eſt reſignationes quæ fiunt apud Papam hoc veluti temperamento (vt quadtenus fraudibus obuietur) tēperari: quæ omnia ceſſant in Ordinario.

85 ¶ Si igitur Ordinarius libetam & ſimplicem reſignationem infirmi admiſerit, prout debet, (quia reſignans licèt infirmus, non eſt prolubendus onera excutere, & fortè quieti conſcientiæ conſulere, abdicando beneficia per ſimoniam aut aliud flagitium malè quæſita, & peius adminiſtrata, priuſquàm moriatur) & ſtatim contulerit, non eſt iuſtum, nec honeſtum quòd reſignante paulò poſt moriente, & alia cauſa non exiſtente, alij conferat, quum perſonam primi collatarij ſemel approbauerit: cui etiam de euictione potiùs teneretur, iuxta cap. *inter cætera de præbend.* quæ ratio communiter ceſſat in prouiſione facta per Papam ex cauſa reſignationis. Tum, vt dixi ſuprà, nu. 31. non licet Epiſcopo de beneficiorum collatione negotiari, nec ferendus eſt ſi illudere velit, prout non debet ei illudi. clement. *vnica de renuntia.* cap. *bonæ 2. verſic. nec obſtabat. de poſtulatio. prælato.*

68 ¶ Et ſic ſtat firma & vera concluſio, quod hæc regula non habet locum in Ordinario: non enim facta eſt, id eſt, apud nos in vim legis recepta, ad commodum Papæ, ſuorúmve officialium contra Ordinarios: ſed contra Papam, ſuóſque officiales, & currentes ad eum, ad commodum & libertatem Ordinariorum. Sighanter autem dixi inquantum apud nos in vim legis recepta eſt, quia in veritate Papa condendo hanc regulam non tam de diſciplina Eccleſiaſtica & veterum canonum & libertate Ordinariorum ſollicitus fuit, quàm de ſua & officialium ſuorū commodis: vt poſtquàm cootuliſſet per reſignationem, rurſus conferre poſſet per obitum vel derogationem huius regulæ vendere: alioquin non acciperet quinque ducatos pro eius derogatione, nec adderet clauſulam. Et ſi per obitum præueniendo notitiā, & veriſimilitudinē notitiæ obirus. Sed in hoc regno iamdudum pro lege recepta eſt in quantum vulnerationem ſacrorum canonum & libertatis ordinariorum reſtringit. Et hic verus eſt ſcopus, & elenchus huius regulæ, quæ eſt detogariua actus, non per Ordinarium (de quo non loquitur) ſed geſti per Papam, vel eius Cancellariam, de qua, & in cuius præiudicium loquitur, & ſancitur: ad commodum, inquam Ordinarij: hactenus, vt æquè iure ſuo poſſit vti *per obitū*, ac ſi nihil geſtū eſſet in Curia Romana, hoc eſt vt iure communi vti poſſit: non autem vt nouum, exorbitans, & extraordinarium ius alijs de nouo *per obitum*, conferendi (poſtquàm *per reſignationem* contulit) acquirat prætextu huius regulæ: quæ non eſt hoc modo lata, nec inuenta ad commodum Ordinarij, ſed modo canonico, vt dixi: videlicet ad conſeruandū eum in iure communi, ſiue in libertate veteri, & canonica iuris communis: non antē vt poſtquàm aliàs canonicè *per reſignationem* contulerit, rurſus poſſit *per obitum* conferre prætextu huius regulæ. 87 ¶ Eſſet enim adducere multiplex inconueniens: Primùm hanc regulam præpoſterare, & de geſtis in Curia Romana (de quibus taotùm loquitur) ad geſta per Ordinarios in partibus extendere: inter quæ oppoſita eſt & diuerſa ratio. Secundùm eſſet dare Ordinarijs nouum & exorbitans genus illudendi, & negotiandi de collatione

Hæc reg. ad commodum Ordinarij.

Et quatenus

beneficiorum, contra ſcopum & mentem huius regu- A
læ, quę tendit ad quadamtenus reſtringendũ negotia-
tiones currentium ad Curiam Romanã, vel legationẽ:
tantũ abeſt vt velit nouũ genus aucupij aperire, præ-
ſertim Ordinarijs. Si igitur Ordinarius reſignaoonẽ
quantumuis infirmi, admiſerit, & contulerit: non po-
teſt obitu reſignãtis ſecuto, turſus, ſiue eidem, ſiue alij
per obitum conferre prætextu huius regulæ: ſed nec
Legatus à latere, nec Papa quidem poſſunt: igitur
multo minus idem Ordinarius. Tertium eſſet aperire
nouum genus aucupij Papæ: quia ſi Ordinarius poſſet
iterum conferre per obitum, ergo Papa vel Legatus,
etiamſi conſtaret Ordinarium nolle variare.

88 ¶ Quartum, quia Epiſcopus officio ſuo canonicè
fungens obligaretur ex facto, imò temeritate & cupi-
ditate aliena, de euictione ſine vlla ſua culpa. Fac Epiſ- B
copum plures habere idoneos & diſpoſitos ad ſacer-
dotium, quos promouere ſuperſeder, donec beneficia
idonea eiſdem conferenda vacent, iuxta c. *cum ſecun-
dum Apoſtolum, extra de præb.* duobus ergo vel tribus
ſimpliciter reſignatis beneficiis promouet illos, & re-
ſignata beneficia eiſdem confert. Nunc ſi contingat
probari reſignantes tunc morbo laboraſſe, & de eo in-
fra viginti dies obiiſſe, ſi locus ſit huic regulę, Papa vel
Legatus cuiuis etiam indigno & incognito cõferent.
Et ſic tenebitur non ſolùm Epiſcopus, ſed etiam eius
ſucceſſores, promotis ad ſacrũ preſbyteratus ordinẽ,
alimenta & neceſſaria ſecundùm decẽtiam ſtatus da-
re, donec de congruis beneficiis prouiderint. d. c. *Cum
ſecundum.* & c. ſeq. *de præb.* Non ergo vnum, ſed plura
ſequerẽtur abſurda & iniqua. Præterea in vacantibus C
partibus Papa nullum habet ius niſi concurrẽdo cum
Ordinario: ſed quãdo Ordinarius contulit, non poteſt
variare nec vn hac regula quæ de Ordinario nou lo-
quitur, nec ei congruit, ergo nec Papa poſtquam pro-
uiſio facta eſt per Ordinariũ. Concluſionem noſtram
in dicta hipotheſi ſupra nu. 85. hodie & à tempore di-
cti ſecundi areſti, ſupra nu. 34. indubitatam,

89 ¶ Amplio primò etiam in reſignatione ex cauſa
permutationis. Subamplio etiãſi permutatio eſſet fa-
cta inuito Ordinario, ad hoc ex iuſta cauſa & cognita
cõpulſo iuxta no. per tex. & Panor. in c. *quæſitum. ex-
tra de rer. permuta.* & quę tetigi ſupra nu. 39. Quia nec
adhuc locus erit regulæ quæ nõ loquitur de facto Or-
dinarij, ſiue ſimpliciter, ſiue cauſa permutationis con-
ferat. Aduerte, quia multi etiam non errãt, tametſi pul- D
chrè ſibi videantur philoſophari diſtinguendo inter
reſignationẽ ex cauſa permutationis, in qua nihil po-
teſt imputari Ordinario, vtpote coacto & inter reſi-
gnationem abſolutã in qua eſt quod ei imputetur. Et
quia hanc differentiæ rationem ſatis confutaui ſupra
nu. 31. 90 ¶ Addo aliam magis picturatam penino-
ris explicationis gratia, quia in reſignatione ex cauſa
permutationis reſignatarius aliquid accipit à reſignã-
te, imò totum ab eo accipit, & nihil à collatore, qui eſt
vt merus executor, nullam habens electionem perſo-
næ: ſed coactus certæ perſonæ conferre, aliàs nihil va-
caret c. 1. & ibi Ioan. Monach. *de rer. permutatio.* in 6.
Sed totus delectus eſt ſolius reſignantis, & ſic merum
teſtamentũ mera ſucceſſio in beneficiis Eccleſiaſticis. E
Igitur nou minus in huiuſmodi reſignatione permu-
tatoria locus eſſe debet regulæ, quàm in reſignatione
in fauorem per quã ſucceſſionibus pnuatis via aperi-
tur: vt ſuprà nu. 36. & infra n. 101. Secùs in reſignatio-
ne mera & abſoluta, quia in iſta collatarius non dici-
tur reſignatarius, ſed ſimplex collatarius, nihil enim
prorſus accipit à reſignante, ſed totum à collatore &
mero eius delectu & arbitrio. Et ſic nulla ſucceſſio,
nulla fraus vetetibus ſacris canonibus. Quanto ergo
manifeſtior eſt & iuſtior differẽtiæ ratio, tanto iuſtior
& æquior videtur diſtinctio illa prima, de qua ſ. n. 20.
Et ita non parum multi putant cõcilianda eſſe duo illa
areſta vt primum affirmatiuum, ſupra n. 26. procedat

in permutatione de qua etiam nominatim loquitur: A
ſecundum verò negatiuum, ſ. n. 34. procedat in mera
reſignatione ſeu abdicatione de qua tantùm loquitur.

91 ¶ Verùm qui ita ruditer & ad corticem areſta ca-
piunt & conciliant, vulgarium pragmaticorum more
faciunt, qui nihil abud intelligunt quàm quod extrin-
ſecus ſonat. Sed interioti ſenſu latẽte impingunt: quid
enim iniquius, quàm prætextu dicti prioris areſti, ſu-
pra nu. 26. ſtatuere regulã vt indiſtinctè locus ſit huic
regulæ in prouiſione Ordinarij ex cauſa permutatio-
nis vel alia neceſſaria ſeu debita cauſa facta? Sequere-
tur enim primo quod alterutrius permutantis infirmi-
tas impediret actum legitimum & canonicũ, qui non
poſſet tutò fieri per Ordinarium. Secundò eſſet aperi-
re viam currentibus ad Papam vel Legatum ſine cau-
ſæ cognitione, rumpendo prouidè & canonicè etiam B
cauſa cognita geſta ab Ordinario. Tertiò ſi Ordinarius
non variat nec conqueritur, ſed ſtat prouiſioni ſuæ,
vt debet: quî fieri poteſt vt Papa vel Legatus con-
queri aut inuolare poſſit, cùm non habeant ius niſi
concurrendo? Quartò vt vnius error alium allicit, vt
cæſas nubes extenduat ad inſtitutionem, vt ſit Ordi-
narius ad præſentationem patroni ex cauſa reſigna-
tionis, ſiue ſimplicis, ſiue ex cauſa permutationis in-
ſtituerit, vt infra viceſimum diem mortuo reſignante
qui infirmus erat, poſſit iterum & liberè aliis confer-
re per obitum, quod eſt fatuum: quia ſpectaret ad pa-
tronum qui eſt verus Ordinarius, vt tetigi ſupra num.
23. in fi. & qui ſolus poſſit conqueri ſi fraus ſibi facta
eſſet, & ſolus intra noua ſua tempora adiri, ſi alius C
cui beneficium debebatur, oſtenderet fraudem ſibi
factam, aliàs nec tertio expectante nec Ordinario
conquerente, nullius legitimè intereſt, nec habentis
inſtituere, nec eius ad quem fieret deuolutio, nec Pa-
pæ, nec Legati, poſſunt conqueri.

92 ¶ Stat ergo concluſio noſtra ſic ampliata, quam
ego limito ſeu potiùs declaro, quod vtroque caſu vel
mẽbro, tam ſimplicis & abſolutæ reſignationis, quàm
ex cauſa permutationis, ſi appareat hanc reſignationẽ
procutatam in fraudem. Sed tunc proprie non in vim
huius regulę dicitur vacare per obitum. Sed in vim iu-
ris communis etiam regula ceſſante, vt & ante tẽpus
regulæ conditæ. Reliquitur ergo, quod proprie non
habet locũ niſi in Papa vel Legato, quia in eorũ pro-
uiſionibus aliud non requiritur quàm nudos termi-
nos huius reg. verificari, nec requiritur aliqua allega- D
no vel probatio fraudis. In illis ergo non in Ordina-
rio militat, prout de illis tantum & non de Ordinario
loquitur. Concluſionem noſtram vltra not. ſ. nu. 89.
Amplio ſecundò etiam ſi reſignatio ipſa de facto ex-
pedita ſit apud Legatum, ſed nulliter, ſiue quia Lega-
tus non habebat facultatem admittendi reſignatio-
nes, quia tunc etſi ſit de latere, nec meram quidem
abdicationem recipere poteſt, vel ſi habet talem fa-
cultatẽ; tamen Ordinarius Cardinalis eſt & à Legato
exẽptus, vt infrà n. 202. 203. Et tatum habẽdo dictam Concluſio
reſignationẽ confert, non eſt locus huic regulæ. Vera areſtorum.
autem conciliatio dictorum duorum areſtorum eſt
quod in priore, ſupra nu. 26. Ordinarius iuſtam habe-
bat cauſam conquerendi de permutatione quæ non
ſolùm fraudulenta, ſed ficta erat, & inſuper nunquam
fuerat impleta, & ſic non erat permutatio. *l. 1. ff. de
rer. permut.* & inſuper. conſtabat quod impleri non
potuiſſet in vita moribundi, ſed quod ſi moribundus
eſſet ſuperuiſſet, uoluiſſet pro pingui præbenda du-
ram modici valoris & magni oneris accipere: &
multo minus moriens: & ſic permutatio non ſolùm
fraudulenta erat, ſed imperfecta, & quæ viuo moriẽte
impleri non potuiſſet, & eo ſuperuiuente minus im-
pleta fuiſſet, vode meritò debuit Ordinarius conqueri
& liberè cõferre per obitũ. In poſteriore verò areſto,
ſupra nu. 34. nullo modo conſtabat de fraude nec de
ſimulatione reſignationis, & Ordinarius nullã iuſtam

cauſam habebat conquerendi aut variandi. Præterea A ſenſus communis oſtendit reſignationes morientium noo tam ſuſpectas eſſe fraudis, ſi fiãt ſimpliciter & per abſolutam abdicationem vt ſupra, nu. 85. quàm ſi fiant prætextu permutationis, quam facis cõſtat accerſitam & artificosè prætextam eſſe. Concludo igitur quòd contra prouiſiones Ordinariorum non ſufficit oudam hanc regu. allegare. 93 ¶ Sed ſi quis alio legitimo modo, quàm in vim ſolius dictæ regulæ probare veller reſignationem oullam eſſe de iure cõmuni, pota factam à furioſo, vel per metũ, qui eam nullam teddit (etiam extra caſum clem. multorum. §. *ſaue de panis.* ſecundum veram opinionem, quam tenet glo. pragm. *de election.* §. 4. verbo *liberè.* Rota deciſ. 10. *de renuntiat. in nouis.* vt dixi in annotat. ad Philip. Deciũ in c. 2. n. 4. *de reſcrip. & c. uſil.* 219. n. 5. vel factam per ſimoniam, B vel per falſum, aut reuocatum vicarium admiſſam, aut aliàs de iure nullam: poteſt idem Ordinarius alij *per obitum*, tanquam per primũ, verum, & ſolum de iure communi vacandi modum conferre. Sed hæc omnia, & ſingula nihil habent commune cum dicta regula.

Hypotheſis. 94 ¶ Hic recordor quæſtionis quam dudum vidi in facto. Hebdomadarij canonici, ex ſtatum capituli cõferebant prębendas: iuxta c. vlt. in princip. *de præbend.* in 6. vous eorum, infirmus, cupiens præbendam ſuam conferri Titio, cum expectaſſet hebdomadã amici ſui, vel amici Titij, purè & abſolutè reſignauit, & collata eſt Titio: ſequente verò hebdomada reſignans, de eadem iofirmitate deceſſit: vnde æmulus eius, tunc hebdomadarius *per obitum*, alij cõtulit: qui contendit reſignationẽ acceleratam in fraudẽ ſequentis hebdomadarii, occaſionemque captatam mutui amici, & fortè conſanguinei reſignantis, & reſignatarij. Ego veto, ſimul cum peritionibus togati noſtri ordinis reſpondi non eſſe locũ huic regulę, vtpote in Ordinario: nec dictas cauſificationes fraudem aliquam arguere contra dictum c. 2. vel alia iura. Nec enim contra iura bonóſve mores eſt, ſine pacto, & alia ſimonia vti ſimplici occaſione amici, & æmulorum ſimultates, quæ in talibus collegijs eſſe ſolent, declinare fa. infra. e. n. c. 24. Secus ſi probaretur, inter reſignãtem & collatorem. vel collatarium pactum fuiſſe: vel ſub ea tantùm condirione reſignarum, vt Titio conferretur, & non aliàs: vel quid aliud ſimoniacum concluſum, & executum inter eos: quia tunc valeret collatio *per obitum*, non per hanc regulam, quæ ceſſat in Ordinario, ſed per alia iura, vt per glo. & Doct. in c. *ſuper hoc de renunciat.* Rota deciſ. 236. ooto quod reſignatio in antiquis. germinia. conſi. 125. vel alia fraude probata: vt ſupra nu. 32. nu. 93. Adde quæ tetigi ad Philip. Decium conſi. 118. 95 ¶ Cæterùm non ignoro quoſdã, quos refert & ſequitur Gomeſius quæſt. 17. dicere hanc regulam concordare cum iure cõmuni: de quo in c. 2. *de renunciat.* in 6. hãcque regulã, & dictum c. 2. eundẽ ſpiritum & mentem habuiſſe, quod eſt nimis abſolutè dictum, nihil enim habet commune, cum d. c. 2. niſi in genere fraudis auertendæ (qno modo æqnè conuenit cum *c. ad noſtram. de empt. & vendit. & c. illo vo. de pignor.* & cum not. in *l. poſt contractũ. de donation.*) at in ſpecie, & in effectu prorſus differt à d. c. 2. quia ibi non agitur de reſignatione E facta in fraudem legis, vel iuris pnblici, ſiue contra ius ipsũ legis, vel ius cõmune: ſed de reſignatione facta in fraudẽ hominis, & contra ius priuati expectantis tantùm: Hic autem agitur de reſignatione facta in fraudẽ legis, videlicet Canonũ vetantium ſucceſſionem hæreditariam in beneficijs: item cõtra ius publicum, videlicet in fraudem poteſtatis Ordinariæ, quæ non eſt iuris priuati, ſed iuris poblici, quod longè fortius eſt *l. 1. §. 1. ibi cum ius in ſacris. de iuſtitia & iure.* 96 ¶ Hæ autẽ fraudes multũ differunt, & diuerſos habent effectus: vt eſt text. in *l. ſi libertus. de iure patronat.* quem nouè explicaui in tractat. *de inoffic. teſtamen. donatio. & dotib.* n. 30. cum ſeq. quem nuper Lugduni trãſiens edidi. R orſus in d. c. 2. non agitur de fraude circa ipſum beneficium reſignatũ, ſed circa aliud quod ſperatur mox vacaturum: hic autem agitur de fraude circa vnum & idem beneficium duntaxat. Tertiò in d. c. 2. non agitur de fraude vel culpa eius ex cuius perſona vacaturum eſt beneficium, cuius vacatio immioet: ſed de fraude terij aliud beneficium reſignantis. Et hic agitur de fraude eius ex cuios perſona vacare debet. Effectus etiam longè diuerſi ſunt: (quæ eſt quarta diff rentia) quia ibi reſignatio non annullatur nec reuocatur, nec modus vacandi mutatur, ſed beneficium reſignatum manet reſignatum: tamẽ propter fraudem reſignantis non tenetur mandatarius illud acceptare niſi velit, ſed poterit aliud immediatè vacans, acceptare, etiam diuerſum ab eo in cuius fraudem fiebat dicta fraudulenta reſignaoo, hic autem reſignatio, & qnicquid in de ſecutũ eſt, ipſo iure reuocatur, & inducitur alia noua vacatio per obitum reſignantis. R orſus (qnæ eſt quinta differentia) illud c. 2. factum eſt in fauorem certæ perſonæ priuatæ, videlicet mandatarij: hæc autem regula ſancita ſaltem apud nos recepta eſt fauore libertatis Ordinariorum, vtque ius publicum minùs fraudetur. Viden' quàm lnbricum eſt in iure paralogiſare, ad panca aduertendo, & non ſingula exactè perſcrutando? 1 abrcus laſus in iure.

97 ¶ Vnde meliùs ſcripſit Philip. Deci. conſi. 124. vbi ait hanc reg. eſſe contra ius commune, & proinde non extendendam extra terminos ſuos. Et meliùs dixiſſet Gomeſius hanc reg. fundatam eſſe in opinione vtriuſque Imolæ in l. *filia meæ agræ. ſolut. matr.* C vbi per illam l. & per c. 2. *de renuntiat* in 6. quod dicunt fundatum ſuper d. l. *filia.* inſerunt extenſiuè, quòd ſi eſt, expectant vacaturum per mortem, & habens pingue: reſignat infirmus conſanguineo ſuo vt pertineat ad domum, ſiquidem moriatur, vacat per obitum & debetur expectanti. Si verò non moriatur, tener reſignaoo, quia ſoli reſignanti nociua eſt, & cenſent, cõſtare de fraude eo ipſo qnòd reſignans conſtitutus erat in infirmitate, de qua veriſimiliter moriturus erat, vterque enim Imola obiit ante Papatũ Innoc. VIII. & ſic nondũ nata erat hæc regula: & multo minus quando ita ſcribebant & conſulebant. hęc antẽ regu. plenior eſt, nec exigit tam grauem infirmitatem, de qua iam deſperetur de vita prout doctor. ind. l. *filia.* præſertim Alberij. ibi. nn. ij. tequirunt.

98 ¶ Hæc tamen regula, quamuis nouam diſpoſitionẽ contineat, & quodammodo pœnalis ſit, actum annullãdo in odiũ fraudis: iuxta not. per Panorm. Felyn. Philip. Deciũ in c. 2. *de conſtitution.* Bald. Iaſ. in l. *Non dubium. c. de legib.* non tamen odioſa eſt, nec exorbitans, ſed fanorabilis, vtpote facta tum ad fraudes vitandas, ſaltem qnadamtenus reſtringendas, quod è republica eſt, & ſic fanorabile. *l. ita vulneratus. ad leg. Aquil.* Bar. Alex. Iſa. in *l. ſi conſtante.* in princ. *ſol. matrim.* tum ad conſeruandum in hoc ſtatum & libertatem Ordinariæ poteſtatis: quæ longè fauorabilior eſt præuentionibus Papæ, quæ ambitioſæ ſunt, odioſæ, & reſtringendę. c. 2. *de præbend.* in 6. in clemcu. 2. *de offic. Ordina.* Eadem regula iuri communi eſt tam conſona, quàm nouum remedium contra nouas, vel nimis increbreſcentes fraudes ad conſeruationem iuris communis inuenta. Hoc de[illegible]m modo hæc regula fauorabilis eſt, iuriſque con[illegible]ſum habet: non tamen ob id ſequitur quòd extendi queat ad Ordinarium: quia eſſet & verba & mentem præpoſterare, vt dixi. Benè verum eſt quòd extendi poteſt, & debet ad Legatum quia in eo eadem eſt ratio: idem etiam ſtilus Legati qui & cancellariæ Romanæ, & ſic in eo eadem neceſſitas huius regulæ: ſecus in Ordinario, in quo non eadem, ſed diuerſa, imò oppoſita eſt.

99 ¶ Hic controuertentes rogatos velim, vt ad ſe redeant, & iotus ſeſe excutiant: ſic enim facilè inuenient, ſe non alio zelo, non alia ratione contendere

Hæc reg. nihil habet cõmune cum c. 2. de renun. in 6.

Reſiſt. fraudẽ. fieri. l. vel homini.

huic regulę in Otdinario locum esse: quàm ób id quòd existimant, id è te Otdinarij esse, æquúmque putãt ius & potestatem Otdinarij augen: hoc est vt pluties, & pluribus breui momento possit idem beneficium conferre, reditúsque sigillorum augere, vel pluris elocare, vel addicere, ne quid acerbius dicam. Atqui hoc ius, hæc vtilitas, non spectat ad debitum officij Pastoralis: hoc est ad fidelitatem ministerij, nec ad decorem, nec ad vtilitatem Ecclesiæ: cuius non dominus, nec mercenarius, sed minister esse debet quicunque præficitur: Ioan. 10. 1. Corinth. 4. 1. Per. 5. sed spectat ad negotiandum de beneficijs Ecclesiasticis, & ad affectum, & tegnum Simonis magi. Erubescenda igitur est ea opinio, quæ etiam tendit ad nouam extensionem (contra omnes iuris: rectæque topices regulas, videlicet contra naturam hatum regulatuon: contra verba, quæ non congruunt Ordinarin: contra mentem & scopum, cessante ratione, imo contra oppositam rationem) de dispositione annullatoua præuentionis ambitiosæ & odiosæ, ad annullationem potestatis ordinariæ: & de annullatione resignatoonis *in fauorem*, (quæ iure communi prohibita, odiosa, & simoniaca est) ad annullationem resignationis puræ, & simplicis, honestæ, licitæ, & omni iure petmissæ.

Resignatio in fauorẽ odiosa & simoniaca.

Ineptæ ratificationes Romanensium.

100 ¶ Eodem quo nuper dixi zelo, nonnunquam audiui Romipetas, cunęque Papalis sequaces illachrymantes, & incusaotes durnam, & iniquitatem (quam etiam bæresim vocant) statutorum Galliæ, de non adminendis reseruationibus, & quibusdam aliis dictæ Curiæ nundinaoonibus. Dicebant enim tuhil vtilius & æquius esse, quàm licere, beneficium mulos laboribus & sumpoonibus quæsitum, reseruate nepoti, filióve benefactoris, vel alij de se bene merito. Sic enim fieri, vt beneficium non momento (vt in horas accidere potest) perdatur: sed conseruetur in familiam, vel bene colloceturisimúlque fieri, vt homines faciliùs alliciantur ad beneficia, præsertim pauperibus cognatis vel amicis curanda, vtpotè non de facili amittenda, sed reseruanda: simul, vt alij ad benemerendum, fidelitérque inseruiendum inuitentur: vtpote quibus tutò reseruari poterunt beneficia. Quas tantas vtilitates abolent Decreta Gallicana, Basileæ primùm nata. Atqui hæ vtilitates non ad Ecclesiam, sed ptophanã pnitatorum mercaturam spectant: non ad fidelitatem ministerij, quam Deus, & Ecclesia vera requituot. 1. Cor. 4.a. sed ad negonanonem furum, & mercenariorum, quærentium quæ sua sunt: & ad effectum & Tyrannidem Simonis magi. Sancta igitur sunt (quicquid illi obstrepant) & ista huiusmodi Decreta conciliaria, in Gallia tecepta: Contrarium verò sentientes caueant ne lucernam corporis sui tenebrosam habeant, atque ita totum corpus tenebrosum sit. Matthæi 6.

Defensio cõciliorum.

101 ¶ Hic vide puritatem, & seueritatem superioris Ecclesiæ, quæ adeo speciem omnem & suspicionem negotiationis io his adhersabatur, vt non solùm reseruationes in ignorantes, & inuitos non admitteret: sed etiam resignationes de præsenó à volenobus, & spontaneis factas, sed in fauorẽ certæ personæ, etiam nulla pensione, nullo iure terento, execraretur, impietatisque simoniacæ damnaret. Sunt enim huiusmodi resignationes (etiam si non sit aliud vitium, quàm certæ personæ fauor) iure comm[illegible] reprobatæ, vt illicitæ, & simoniacæ. c. *cùm pridem*. c. vlt. *de pactis*. c. *ex parte*. 1. *de offic. deleg.* c. *dilecto de præbend.* gl. 2. & ibi Geminia. Philip. Franc. in c. *dudum de præbend.* in 6. nisi interueniente authoritate Papæ, qui de illa simonia dispensat: vt teneot Canonistæ, in d. c. *ex parte*. Et ne quis fortè notios hos Canones cauilletur, quasi vice monopolij factos, vtà solo autbore redimendi fiot, illique soli indidẽ negodari liceat: idem seuerùs sanciebant veteres Canones, ad hunc sanctum & canonicum finem ibi expressum: videlicet vt Ordinationes Ecclesiarum communi clen & populi consensu liberè, purè, & non aliter fierent: fures & latrones esse Christi authoritate Ioan. 10. decernẽdo quoscunque aliter intrãtes, vt est textus in c. *ordinationes*. 1. q. 1. & sic istę resignatiooes *in fauorem*, de se, triplici odio, seu vino laborãt. Primò, simoniæ canonicæ, vt dictũ est: vt opus sit quadã dispensatione implicita summi põtificis: quę etiam tã odiosa est, vt eam nec Legatus quidẽ à latere facere possit, nisi specialiter ei & in induiduo seu nominatim concessũ sit, vt tenẽt omnes canonistæ in locis præfatis. Nicola. Boërius in tract. *de facult. Georgij de Ambasia*. Secũdo, propter successionẽ hæreditariam. c. *ad decorem. de instit.* Tertiò, propter præiudicij quod olim iodebitè fiebat clero & populo, & hodie ipsi Otdinario in iure liberæ collationis, & Ordinationis Ecclesiæ suæ: quia priuari non debet, præsertim quãto maior subest præsumpoo fraudis, vt in infirmo resignante. 102 ¶ Et Io. Gerson in tract. de potest. Eccl. coosidera. 12. noo iniustè queritor, Papã Otdinariorũ iurisdictionẽ absorbete. Querelã etiam fecit (sed adhuc irritã) Ecclesia Gallicana, de huiusmodi præuenoonibus Papæ, in cõcilio Basileensi: imò hactenus iure irritã, propter nimiam auaritiam, & abusum simoniacum multorũ huius tegni prælatorũ, quantumuis diuitum: qui collationes beneficiorum pluris vendunt, quàm Romæ redimi queant. Vidi enim ante sex & viginn annos, Atchiepiscopũ vnum Lugdunensem Frãci. Rohanum ditissimũ, qui non erubescebat plus licitanti addicere: & è singulis collationibus nomine sigilli, sex aureos exigere: & quanquàm multis arestis huius Senatus Parisiensis iussus esset vno aureo contentari, tamẽ coerceri non poterat. Sed circumscripto abusu, certum est fauorabilem esse Ordinariotum potestatem: odiosas autem, & extraotdinarias Romanæ curiæ præuentiones: vt not. glo. & Doctor. *in c. 1. de rescript. in 6. in c. 2. de præben. in 6.* nec fieri sine aliqua Otdinariotom iniuna, saltem non absque eorum præiudicio. 103 ¶ Vnde merito restringi debent, saltem subsistente materia multiplicis fraodis, vt dum infirmus resignat *in fauorem*, nõ solùm enim vetrisimiliter vult fraudare Canones præfatos de simonia, & hæreditaria successione: sed etiam manifestè fraudare Ordinarium iure suo liberæ prouisionis iamiam imminentis. meritò testringenda fuit præuentio Papæ hoc casu, saltem quadãtenus moderanda, vt per hanc regulam: quæ tamen in verbo simpliciter, intelligitur geoeraliter, non solùm de resignatione quæ fit in Curia in fauorẽ certę personæ, siue retenta pensione, siue nullo retento: sed etiam de ea quæ merè, & simpliciter, & absolutè, per meram abdicationem, nullius fauote: quod rarò fieri contingit in Curia Romana: si tamen contingat, æquè regula locum habet tum eadẽ ratione præiudicij Otdinariorum, & odio præuenoonum. 104 ¶ Tum propter vsum modúmque loquendi, & intelligendi Papę, totiusque suæ Curiæ & Cácellariæ: vbi omnes has resignationes vocant simplices vniformiter: & semper dicũt, & intelligunt simpliciter resignari, eo ipso quòd non causa tegressus, vel permutationis ad aliud beneficiũ resignatur. vt 3. nu. 12. Et iste modus & stylus loquendi, & iotelligẽdi Curiæ Romanę notorius est. Ita que secundùm illom, verba eiusdẽ Curiæ & Cancellariæ debent intelligi, *l. si seruus plurium*. in fi. de leg. 3. l. *Labeo de supell. legat.* & hoc etiam indubitatum est, & ita obseruatur. Item intelligitur hæc regula siue de beneficio patronato, siue noo patronato: dummodò sit tale, in quo Papa præuenire, & liberè conferre possit, vt in omnibus patronis Ecclesiasticis, & etiam in laicis: quando in fundatione & reseruatione iuris patronatus, excepta est libera præuenno Papæ, vt quandoque vidi. Et sic Philipp. Dec. coosil. 224. bene concludit, hanc regulam in Papa, & non in Ordinano procedere. sed ille & Gomes. hic quæst. 17. malè restringunt ad meram collatiooem: excludendo spectanoa ad præsentationem & institutionem Ecclesiasticam.

Abusus præuentionum.

Et prælat. Francor.

Collatio Ordinarij fauorabilis.

Communis vsus loquendi.

Conclusio.

Electio cleri & populi.

Regeſtum curiæ Parſi.

105 ¶ Non obſtat quod experti quidam (vt ſuprà num.24.) dicuntin textu regulæ,quæ in regeſtis huius Parisienſis Senatus habetur, eſſe quædam verba,quæ oſtendunt hanc regulam loqui de Ordinario: vt ipſe regeſta eiuſdem curiæ adij, vidi, & indidem ad verbũ tranſcripſi quod ſequitur: *Item quòd ſi quis, in infirmitate conſtitutus, reſignauerit aliquod beneficium vbicunque, etiam ſi in Romana curia, vel ex cauſa permutationis, ſiue ſimpliciter: & poſtea infra viginti dies de illa infirmitate deceſſerit, talis reſignatio non valeat, & ſit omnino irrita, cum ſequutũ ex eadem & tale beneficium cenſeatur vacare per obitum ipſius reſignantis.* Nũc vide quod ea verba *vbicunq; etiamſi in Romana curia*, ſonant, & implicant reſignationem factam in manus Ord.imò tanquam minùs dubitalem implicare videntur,vt eſt natura coniunctionis etiam,*l. 2. c. de teſtibus in rub etiam per procur. cau. in integ. reſtit.*

106 ¶ Solue quòd ea eſt regula Innoc. 8. & Iulij.2. quæ in vſum recepta eſt: imò nec eſt originale plumbatum, nec legitimum quidem exemplum alicuius regulæ cancellariæ: ſed eſt ſimplex tranſumptum ſcripturæ cuiuſdam Franciſci, qui ſe dicit Electum Gebennenſem, cancellariámque Martini 5 regentem, data Romæ die 1. Septembris, anno 1416. in domo priuatæ habitationis dicti Franciſci, qui narrat multas ineptas & pudendas ordinationes, & reſeruationes dicti Martini, videlicet exorbitantiſſimas, & inauditas reſeruationes, & annullationes omnium reſignationum, & collationum omnium beneficiorum: inter quæ dictum articulum, qualem nuper tranſcripſi. Vtque videas quàm prudenter paralogiſati ſunt imperiti quidam, hiſtoriam & rerum geſta ignorantes, qui ſuſpicati ſunt articulum illum eo ipſo quòd in Regeſto curiæ recitatur, approbatum eſſe: Sciendum quòd mox vt Mart. ille 5. coronatus fuit, & in poſſeſſionem pacificam totius pontificię ditionis miſſus, non contentus tantis reditibus, qui nuper tres vel quatuor Papas ſimul aluerant, conatus eſt omnes Eccleſias ſtipendiarias facere, & omnes quæſtuarias artes, nedum præuentionum, ſed etiam reſeruationum omnium beneficiorum, quæ tempore nouiſſimi ſchiſmatis,circiter per triginta nouem annos inualuerant practicare:præſertim in Regno Franciæ quo vberior meſſis.

Mart 5.

Quæſtuarias.

107 ¶ Quare anno ſecundo pontificatus Domini Martini, ad ingruentem ab eo tempeſtatem auertendam, ſolenni Eccleſiæ Gallicanæ, ſtatuumque Regni conuentu Pariſiis habito, in Parlamento Regio rurſus innouatæ, & publicatæ fuerunt veteres conſtitutiones, & Edicta Regum aduerſus præuentiones expectatiuas, reſeruationes, exactiones, & alias vſurpationes Romanæ curiæ: inter quæ Conſtitutio pragmatica Ludo. 9. quam excudi feci in ſtylo Parlam. part. 3. titul. 3. §. 1. Edictum Caroli 6. ann. 1385. quod excudi feci in ſtylo Parlamen. par. tit. 37. §. 1. & aliud eiuſdem edictum anni 1406. quod infra excudi faciam poſt Edictum Henrici II. Et à tuto confeſſu, totum Regnum & Rempublicam Francicam repræſentante, concluſum & conſultum Regi, quòd ante quam obedientia vlla huic nouo Papæ præſtaretur, priùs eidem dictæ conſtitutiones & edicta notificarentur: vt ſciret non fute illi aduerſus ea obediendum: nec Regiam Maieſtatem aliter permiſſuram. Cúmque nihilominus Mart. 5. vel officiales ſui conarentur Regnum Franciæ illi ſeruituri, contra ſacros Canones & Regia Edicta ſubiicere: eáque ratione Lugdun. Eccleſiam interdicto Papæ de facto ſubiecíſſent: per areſtum eiuſdem Senatus, anno 1422. ſtatutum fuit ne tali interdicto pareretur, ſed vt tanquam abuſiuum ſpernereturICúmque ſeditioſi quidam Papiſtici, in Pariſienſi Academia, à dictis Regiis Edictis appellare tentaſſent: contra eos, & Rectorem Academiæ, Regius in eodem Senatu procurator, vt contra læſæ maieſtatis criminoſos proceſſit: vt ex publicis eiuſdem Senatus monumentis conſtat. Liquet igitur quòd ſcriptura illa d. Franciſci procancellarij Marti. 5. non fuit approbata, ſed reprobata: nec recitatur in Regeſtis Curiæ, niſi vt appareat quales erant illi articuli, qui Regiis edictis & Senatuſconſultis eo tempore reprobati ſunt. fa. quod ſcripſi in conſuetudin. Pariſ. §. 5. num. 13. cum ſeq. Vt igitur articulus ille quem ſupra num.105.præcedent.tranſcripſi nunquam fuit hic receptus, ſicut nec præcedentes, & ſequentes eiuſdem Marti. 5. quos conſtat reprobatos eſſe, & fuiſſe: ita nunquam fuit moribus vtentium approbatus, vt iacet, & multominus à ſequentibus pontificibus, vt patet in eorum regulis, quæ in multis, à dicto articulo diſcrepant. 108. ¶ Sed regula Innoc. 8. in ordine 18. publicata die 30. Aug. anno 1484. meritò fuit in vſum recepta & approbata: quia per illã Papa non ſibi negotiatur, ſed fraudibus occurrit, & Ordinariorum libertati prouidet, vt dixi: à ſequentibus autem pontificibus non ſolùm fuit ſemper approbata: ſed etiam ad fraudes magis coërcendas aucta. Iulius enim 2. in eum finem addidit ea verba *à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos*: quæ additio merito vt æqua,& fauorabilis in vſum recepta eſt, & ab omnibus ſequentibus pontificibus approbata:& ſic pro iure communi ſeruanda eſt, prout etiam obſeruatur. Clemens autem 7. multo latiùs eam ampliauit. etiam peculiari conſtitutione ad hoc edicta: quæ ſanxit habere locum etiam in reſignationibus factis, & admiſſis in ſanitate,& citra vllam ſuſpicionem mortis reſignantis: ſi poſtea conungeret conſenſum præſtari in infirmitate, & de eadem ſequi mortem infra viginti dies, à die dicti conſenſus. 160. ¶ Quam conſtitutionem ſequutus eſt, & approbauit Paul.4.in ſuis regulis, vt refert Dom. Gomeſ. in præfatione huius regulæ ad finem; vbi tamen ſubiungit compertum eſſe Clem. 7. dictam conſtitutionem fixiſſe odio Cardinalis Vich, qui in conclaui plurimùm obſtiterat electioni dicti Clem. Et ibi quidem ſentire videtur Gomeſ. quòd ea extrauagans non ſeruetur: quia dicit ſe hanc regulam aſſumpſiſſe prout communiter habetur in quioterno Rotæ, & ſicut in ea practificatur, videlicet vt textum illius tradit, & aſſumit interpretandum,velut etiam poſui ſupra num.1.ſed paulò poſt idem Gomeſ.in eadem regula.quæſt.12.in fi.& quæſt. 31. in fi. ſentit apertè quòd dicta conſtitutio Clementis, per Paul.3. cum effectu approbata eſt,& obſeruatur in curia Romana: & benè, prout etiam iuſtum eſt eam obſeruari, propter fraudes increbreſcentes. Quẽadmodum enim propter ſubortas paruarum(quas vocant)datarum fraudes, per quas regula Innoc.8.inanis reddebatur, Iulius 2. iuſtè auxit hanc regulam, addita clauſula,*à die per ipſum*,&c.ita propter eaſdem fraudes magis increbreſcentes, iuſtè Clemen. 7. edidit dictam conſtitutionem: ſed eo quòd non eſt in regulis, ſed in extrauaganti ſeparata, quæ nunquam Alpes tranſiit,non fuit apud nos recepta, ſicut nec publicata, & nunquã vidi illam in iudiciis allegari,& multominus practicari, ſed tantùm præfatam regulam,quam nouè radicitus,& medullitus explicatam habes.

Innoc.8.

Iulius 2.

Clemens 7.

Paul. 4.

Interdictum ſpretum.

In ſeditioſos.

110 ¶ Sed quia quædam adhuc ſuperſunt valdè vtilia & neceſſaria in quotidiana praxi circa.d. primam. qu. in qua ineluctabiliter propugnata eſt concluſio noſtra hanc regulam non habere locum in ordinario. Quam concluſionem tacitè ampliauimus ſuprà, n.33. vt procedat non ſolùm ſi de ſolius Ordinarij: ſed etiam ſi de alterius Canonici expectantis præiudicio ageretur, etiam graduati vel nominati. Ad quod aduerte quod illa ampliatio vera eſt in ſe, videlicet in ſimplicibus terminis iuris nulla fraude ſuppoſita: ſecus ſi conſtet reſignationem acceleratam vel procuratam in fraudem legitimi expectantis. Sed tunc eſt propriè limitatio concluſionis noſtræ quæ in ſimpli-

cibus terminis iuris loquitur, ſed adaptatio remedij iuris communis contra fraudem exquiſitam non habito reſpectu ad hanc regulam. Cum autem mandatarius Papæ expectet per omnem vacandi modum excepta legitima permutatione. c. 1. *de rer. permutat.* 10 6. graduati autem & nominati nihil expectent per reſignationem ſimplicem. 111 ¶ Ideo in graduatis & nominatis quib⁹ proinde facilius poteſt fieri fraus, prius

Thema. excutiamus hanc Hypotheſim. Initio menſis nominatorum Iulij quidã valdè infirmus reſignat beneficium in manus Epiſcopi qui admittit & confert nepoti reſignantis, eodem menſe de eadem infirmitate morientis, nouus natus petit per obitum & habet collationem ab Epiſcopo, vel eo recuſante à ſuperiore immediato, vter habet ius? Videtur reſignatarius, primò per areſtum ſolenne de quo ſupra nu. 34. ſed ibi vacauerat in menſe Ordinarij, qui non poteſt vti hac regula, nec alias impetrauit per obitum debebatur, qui tantùm hac regula nitebatur: quare merito ſuccubuit. At hic primò beneficium vacauit in mẽſe nominati qui conqueritur. Secundò collatio facta eſt nepoti morientis. Breuiter dico nominatum ſuperiorẽ eſſe propter tres fraudis præſumptiones ſimul concurrentes. Prima infirmitatis qua reſignans in periculo mortis laborabat.

Tres præſumptiones. Secunda coniunctionis perſonarum quia collatio facta nepoti. Tertia affectionis & reſeruationis beneficij quod erat reſeruatũ nominatis ſi infirmus eo menſe decederet prout contigit, & ſic euentus declarat reſignationem eſſe re ipſa factam in damnum Canonici expectantis, conſilium autem fraudis ſatis colligitur ex ratione infirmitatis & coniunctionis perſonarum & temporis ſimul concurrentibus. 112 ¶ Requiruntur enim regulariter & ſufficiunt tres præſumptiones, vt ſatis patet in ſimili in c. 2. *de renunciat.* in 6. & quæ in materia ſimulationis contractuum tradit Cæpola in tract. *de ſimulat. contract.* in 6. *caſu principali.* c. 2. cum ſeq. Philip. Dec. conſil. 167. ou. 3. Conrad. *de ſeptem hartum ſeptem parti. de contract.* quæſt. 84. concluſ. 3. cum ſeq. Hieronym. Cagnol. 1epc. leg. 2. nu. 19. *C. de pact. inter. empt. & vendito.* & alij quos citaui in tractation. *vſura.* nu. 292. Et in terminis reſignationis beneficiorum quod requirantur & ſufficiant tres præſumptiones vel duæ, quarum vna æquipolear duabus, vt in c. 2. in fi. *de renunc.* in 6. Ad hoc vt reſignatio iudicetur fraudulẽta, & nihilominus beneficium impetrari poſſit. per obitũ tenent glo. pragmat. in vt. *de collatio.* §. 10. item quòd omnia ver. permutationis Petrus Anchar. conſil. 388. Egidi Bellameta deciſio. 394. Stepha. Bertran. conſil. 311. etiam ſi beneficium bb. 2. in primo impreſſis Aymo Crauetta conſi. 82. 113 ¶ Quare idem dico reſpectu ſimplicis graduati, cùm enim hi vix vnquam capiant niſi per obitum naturalem, & ſimplici reſignatione excludãtur, facilè eſſet eos eludere per reſignationem in manus Ordinarij pridie vel die obitus, quare tãto æquius eſt his quam mandatarijs, de quibus in c. 2. *de renunciat.* in 6. ſubueniri, quanto his iuſtius & ex publicæ vtilitatis cauſa debetur quàm mandatarijs Papiſticis.

Retentum in mente. Vnde merito in ſupremo Senatu ooſtro in mente Curiæ retentum fuit quòd per illud ſolemne areſtum, de quo ſupra nu. 34. & alia areſta quibus iudicatum eſt hanc regulam non procedere in Ordinario, non fieret præiudicium graduatis & nominatis, ſi in eorum menſibus reſignantes infirmi decederent. 114 ¶ Non quod ſtatim habeant fundatam intentionẽ per hanc regulam niſi in terminis illius: videlicet reſignatione admiſſa per Papam vel Legatum: ſed per diſpoſitionem iuris communis concurrentibus legitimis conjecturis, vt in cap. 2. *de renunciat.* in 6. & not. canoniſtæ in capite 1, *extra de cleric.* non reſident & nuper plenè dictum eſt Tum alioquin oullum ferè beneficium vacatet per obitum in menſibus graduatorum & nominatorum, Ordinarijs vel eorum vicarijs reſignationem etiam in fauorem hoc tacito tunc admittentibus (vtpote de beneficio alioquin ſibi perituro) quam alias non admitterent, ſed liberam per obitum diſpoſitionem lucrari vellent. 115 ¶ Hic oritur quarta flebilis præſumptio à corrupnone diſciplinæ Eccleſiaſticæ in turpem oundinationem *ſymoniæ* apud quoſdam conuerſæ, ſunt enim, vt audio (vt olim vidi de quodam criam primate Lugdunenſi) qui nihil aliud quam ſimoniacam mercaturam (quam canones hæreſim & rabiem & peſtem vocant. c. 3. e. 5. c. *extra de ſimonia*) collationes beneficiorum, & reliqua cauponantes, qui etiam reſignationes in fauorem tacitè admittunt pretio maiori vel minori, vt maior vel minor ſpes eſt vacationis & nummi corradendi. Abſit vt ſiut vbique huiuſmodi harpyæ, vel præſint, iam hæc præſumptio faciet numerum. l. *vel vniuerſorum. de pigneratitia. actio.* l. *ſi ſeruus plurium.* in fi. ibi & anic omnia ipſius patris familias conſuetudo *de legat.* 1. ſic mutatis monibus leges mutantur aut cauillantur reſte Platone. 116 ¶ Ita vt ſi conſtet reſignationis inſitmi repulſam datã quandiu fluebat menſis Ordinarij, admiſſam autem mox vt præterfluere cœpit & incidere in nouenſem graduau, tunc etiam ſi non conſtet de propinqua cognatione reſignatarij, tamen ſatis præſumitur fraus primò raoone infirmitatis, ſecundò propter conſuetudnem ſimoniacam Ordinarij vel vicarij, præſertim cum priùs detractaur reſignationẽ, nec alia ratione tandem admiſit, niſi quòd videbat fructum ſibi perituram, tertio propter euentum, tum non deeſt ſuſpicio ſimoniæ quia in eodem genere mali maliòa (præſertim conſueta ſemper præſumitur c. *ſemel malus de regu. iur.* in 6. Anto. Burgos in c. *ad noſtram* col. 4. ou. 16. cum ſeq. extra *de empt. & vendit.* & reſpectu tertij habenus ius fraudibus obnoxium coniecturæ ſufficiunt vt tetigi in conſuetu. Pariſienſi. §. 58. ad fi. nu. 86. 117 ¶ Vnde hæc profunt etiam mandatarijs papiſticis, quamuis non ſint tam fauorabiles, puta mandato inſinuato calendis Maij, quidam ad finem eiuſdem menſis habens pingue beneficium, qui ſiue ob ſenium vel alium morbum ſecundum conſueta iudicia medicorum non eſt ſuperuicturus decennium, & ad finẽ Maij Ordinarius con- Thema. fert nepoti reſignantis, vel ſi extraneo conferat, conſtat de conſuetudine negotiandi & repulſæ reſignationis aduſque imminens periculũ, ne poſt menſem vacans mandatario debeatur, ſufficiet ad fraudem probandam per prædicta & per cap. 2. *de renunciat.* in 6. 118 ¶ Nec obſtat quod in dicto cap. 2. caſus eſt conuerſus, quia ibi non reſignatur beneficium quod ſpectatur mox vacaturum: ſed aliud. Hic autem beneficium ipſum vacaturum reſignatur anticipando finem menſis, quia ſpecies. d. c. 2. exemplum eſt, quod non reſtringit, ſed idem ius iudicat, vbi eadem ratio fraudis vt hic pariter quod diximus in reſignatione ſimplici: habet etiam locum in reciproca ſeu cauſa permutationis, vt ſi in menſe graduati, vel poſt menſẽ mandati: aut ſub finem temporis Ordinarij, grauiter ægrotans pingue beneficium permutat cum vili beneficio oepotis, & de eodem morbo moritur in menſe graduati. tres enim concurrunt, imò quatuor præſumptiones: prima morbus, ſecunda coniunctio perſonarum, tertia inæqualitas beneficiorum, quarta euentus. Ideo etiam ſi facta eſſet ea permutatio cum extraneo idem dico, quia tres preſumptiones abundè ſufficiunt. Idem ſi moritur aliquanto poſt viginti dies dommodo obitus cedat in menſem graduati vel ſub mandato, nec tandiu ſuperuixerit, vt tollamr vel non remaneat ſufficiens præſumptio fraudis arbitrio iudicis.

119 ¶ Idem dico ſi dicta permutatio fiat æqualis per penſionem à reſignante retentam, iſtud enim machinamẽtum non purgat, ſed auget fraudem. Quid enim monens indiget hac penſione mox euanitura? Imò in materia fraudibus obnoxia quanto maior cautela,

tanto euidentiot fraus. Bal in l. *teſtamentum* in prin. & ibi Iaſon C. *de teſtamen.* Bal. in e. *ex literis.* eol. a. in fin. *extra de conſuetud.* & dixi in conſuetudin. Pariſ. §. 13. glo. 3. n. 54. Si dicas quod hoc vltimum non poteſt regulariter fieri, niſi per Papam vel Legatum ſpeciales de hoc facultates habentem, & ſic ſufficere hanc regulam de viginti diebus. Reſpondeo verum eſſe ſi morereꝛur de eodem morbo infra viginti dies quo caſu aliud non requiritur, ſed poſt viginti dies, peruuere, quo caſu ceſſat hæc regula: ſed ſtantibus his coniecturis ſuccedit diſpoſitio iuris communis, qua in fraudem factum iudicatur, & beneficium pingue pet obitum vacare cenſetur ad commodum graduati vel mandatarij in cuius fraudem factum eſt.

121 ¶ Sed non ad commodum alterius, quia reſpectu alterius & conſilium & euentus fraudis, & ſic omnia deſunt. vnde in omnibus ſuperioribus caſibus, & ſimilibus, & in d. c. 2. *de renuntiat.* in 6. tertius cui non erat debitum beneficium impetrans illud per obitum, & dictas fraudes probare volens non admitteretur. facit l. penul. D. *de leg. l.* 2. §. *ſi. duo. tit. de collatio. bono.* Roma. con. 411. in fi. & ſingula. 692. regula eſt. excepta tamen ſimonia, qua probata cum reſignatio nulla fuerit, vacaret omnino beneficium per obitum per ea quæ dixi §. eo. nu. 206. & in reg. *de publicat.* num. 24. cum ſeq. 122 ¶ Cæterùm quas ſupra dedi ſpecies, exemplorum viee ſunt. Quid enim ſi infirmus reſignauit in menſe graduati vel ſub finem menſis præcedentis, & ſequenti obiit: ſed Ordinarius contulerat abſenti qui ſequenti menſe Ordinarij repudiar? Certè ſatis apparet fraudem exquiſitam, ex quo iterum ex eadem cauſa vel eius ſequela inuenitur beneficium ad liberã Ordinarij collationem fruſtratis expectantibus. Tum hic concurrunt infirmitas reſignantis, collatio facta abſenti, eiuſdem repudiatio: & quamuis repudiatio illa non ſit noua vacatio, vt dixi infra. *de publica reſignatio.* nu. 90. & infra *de veriſimi. notic.* nu. 81. cum ſeq. tamen cum aliis facit argumentum colluſionis. 123 ¶ Nec neceſſe eſt arguere fraudem reſignantis vel omnium participantium actum, quia ſufficit fraus vnius. vnde in d. c. 2. *de renunciat.* in 6. etiam ſi conſtet quòd reſignans non faciebat animo fraudandi, ſi tamen à fraudatore inductus eſt, ſatis eſt, puta ſi collator vel habens promiſſionem illius de pingui vacaturo togauerit habentem tenue beneficium, vt illud reſignaret, etiam ſi neſciret id fieri vt obſtrueretur canonico expectanti, & contra prædicta exempla etiam primum illud de reſignatione infirmi & collatione nepoti facta,

Conſanguineus ſed digno reſignare non eſt ſuſpectus.

124 ¶ ceſſant quando ex aliis coniecturis fraus exeluditur, vel honeſti ratio præpollet. vt ſi auunculus ſenex ægrotans permutat dignitatem vel pingue beneficium cum tenui nepotis doctoris & præſtantis viri talis beneficij digni & partibus ſuis in eo functuri. Huiuſmodi enim permutatio nec fraudulenta eſt, nec alieuius labis aut ſimoniæ ſuſpecta. quamuis enim concurrat duplex ratio affectionis, vna ſanguinis & naturæ, altera virtutis & honeſti, iſta non dicitur accidentalis nec impulſiua, ſed præcipua & finalis cauſa, ſaltem non vinatur per concurſum naturalis amoris qui non contrariatur charitati, ſed magis illi ſubſeruit, & ſanguinis affectio tectè ordinata non debet in inuidiam trahi. Ita in propriis terminis decidit Egidi. Bellamera poſt Hoſtienſem in c. *cum* nu. 8. *de ætat. & qualit. præficiendo.* Idem. multo magis dico in reſignatione ſimplici, & ſic per obitum infirmi etiam tempore nominati graduati vel mandatarij nihil vacabit. Idem tenet Henric. Bobic in c. *graue extra de præb.* 125 ¶ Facit quòd concurrentibus duabus cauſis finalibus vna ceſſante vel reiecta remanet altera. §. *affinitati.* & ibi gloſ. *inſtitu. de nupt. ſi ventri.* in. fi. & ibi Franciſ. Ripa. *de priuileg. credito.* & tex. melior de iure ſecundum Bal. ibi in l. *ſi non*

A *leg. Ælia. Sentia de hæredib. inſtit.* adeo vt etiam priuilegium quod eſt contra ius commune, tamen ex altera cauſarum valida ſubſtat: Ioan. Imo. Card. Florẽt. in c. *ex parte.* in fine *de cleric. coniugat.* facit etiam quod turpi & honeſta concurrentibus, ſola honeſta attenditur & facit locũ condirioni in totum gl. in l. *vbi autẽ.* in fi. *de conditio.* ob turpẽ cauſam. Ioan. Andr. *in mercurial. in pari cauſa.* & ibi Philip. Frãc. *de regul. iurit.* in 6. Alex. conſi. 113. lib. 6. Hypoli. Marſil. ſingulari 617. Sed hìc neutra cauſarum turpis eſt & honeſta naturalem iuſtificat. 126 ¶ Tum finis præpõderat mediis ordinatis ad finem, ſed beneficia Eccleſiaſtica ordinata ſunt pro literis & pietate idoneis. Prædicta intelligo ſi nepos ille eſt adminiſtraturus, ſecus ſi pluralitati beneficiorum & aulæ vel ambitioni inſeruiturus. Quorſum enim quæuis idoneitas quæ eccleſiæ cuius eſt beneficium non ſeruit? ſumma huius primæ quæſtio. quod hæc regula per ſe non habet locum in ordinatio, ſed præter eam concurrentibus & probatis legitimis coniecturis fraudis poteſt pet paſſiuam interpretationem iuris cõmunis adaptari, & non alias. 127 ¶ Quæro ſecundo an huic regulæ derogari poſſit, & cuius effectus ſit diſpenſatio? Et primò certum eſt quòd Legatus etiam de latere nõ poteſt, etiam ſi habeat poteſtatem generalem derogãdi omnibus regulis cancellariæ editis & edendis: niſi ſpecialem, & (vt ita loquar) indiuidualem habeat facultatem derogandi huic regulæ. *de viginti diebus infirmorum reſignantium.* quia hæc regula ius facit, vtpote iudicialis, rum notabilis, & fauorabilis eſt: Et ita rectè tenet do. Ludouic. Gomeſ. hic, q. vlt. & in procœmio. lib. 6. De Papa verò nemo dubitat quin poſſit: iuxta regulam e. *innotuit. de elect.* c. *propoſuit. de conceſſ. præb. l. cuũ eſt nolle. l. Neratius. de reg. iur.* dummodo expreſsè, & nominatim deroget. Non enim ſufficerent derogationes quantumuis generales Papæ, ergo nec derogationes generales in legatione: vt ſentit Gomeſ. hic qu. 34. & bene. Et vt inquit glo. & Gom. q. 39. ante Leonem. 10. non ſolebat derogari huic regulæ, niſi cũ maximis fauoribus. ſed à tempore Leonis, cœpit paſſim derogari tam in Italia quàm extra. 128 ¶ Sed quòd Papa paſſim & indiſcriminatim derogare nõ poſſit, nedũ non debeat, graues vrgent cauſæ: nec enim Eccleſiæ dominus eſt: ſed adminiſtrator. 12. q. 1. c. vlr. *de donat.* & terigi in conſuet. Pariſ. §. 2. & gl. 4. nu. 19. non autem habet poteſtatem malè adminiſtrandi, etiam ſi hyperbolici quidam adulatores blaſphemant eum eſſe maiorẽ Apoſtolo, contra illud ad Galat. 1. *Aut Angelus è cælo, &c.* & cõtra quam etiam a poſtolus negat ſe habere poteſtatẽ. contra quos, etiam vltra Bernard. *de diſpenſat.* ad Engel. librum edidit. Ioan. Gerſon in 4. part. oper. Remedia contra adulato. Ar quum hæc regula iuſtis de cauſis facta ſit. & fauorabilis, videlicet ad reſtringendũ fraudes quæ cõtra Canonet ipſos, & ius publicũ fiunt: vt §. n. 36. 95. 101. ſeq. derogationẽ iniuſtam eſſe, nedũ odioſam. Cùm autẽ paſſim ſine delectu fiat, additis v. ducatis. nemo non videt abuſũ & illuſionem eſſe: quaſi hęc regula nũ dinationis cauſa facta ſit, vtque cariùs bullæ veneant. Quid autem iniquius quàm legem proſtare, pretióque reſigi? Solue, his & aliis grauioribus obuiam ire non eſt vnius priuati: ſed Eccleſiæ legitimè congregatæ, vel Principis, ad quẽ in ſuo Regno ſpectat diſciplinam Eccleſiaſticam munire, & defendere, etiam aduerſus prælatos Eccleſiaſticos abutẽtes. c. *principes ſæculi.* 23. q. 5. qui etiam inde Deo rationẽ tedditurꝰ ſunt, dixi in præfat. Edicti Regij contra abuſus curię Rom. editi. Tum intereſt vniuerſalis Eccleſię quòd beneficia conferantur per ſuos Ordinarios, quia Ordo vniuerſalis deſtruirur, ſi vnicuique ſua intrisdictio illæſa non ſeruatur. 11. q. 1. c. *peruenit.* qui eſt textus Gregorij magni. Ita in propriis terminis decidit Franciſc. Aret. in e. *Mandatum* colũm. 1. nu. 3. *de reſcript.* ergo intereſt Eccleſiæ Gallica. cuius Rex Francorum Chriſtia-

Honeſta cauſa præualet.

Quæritur 2. de derogatione.

Papa non eſt dominus Eccleſiæ.

In adulatores.

Solutio.

nouiſſimus eſt tutor & protector, & ex coronationis A
iuramento eius vultitatem & immunitatem propugnare debet: vt in proœmio pragmaticæ Carol. 7. profitetur, quæ per dictas derogationes læditur. Tum prædicta derogatio fit in reſignationibus verè ſimplicibus iure communi permiſſis, quarum gratia ooo itur ad alium quàm ad Ordinarium: ſed fit pro reſignationib⁹ in fauorem quæ veritæ ſunt & ſimoniacæ, & ad ſonendum abuſum illum qui fit contra ſacros antiquos Canones de prohibita ſucceſſione in beneficiis, & ne liceat de illis teſtamentum facere. Tum hæc regula voa cum regula de publicandis & de veriſimili nouitia non ſolùm ſunt receptæ in toto regno, ſed etiam in legem tranſierunt generalem, ita quod inter leges Regni io cuſtodiam ſacrorum Canonum & libertatis Eccleſiæ Gallicanæ ſancitas oonnumerari poſſunt. ergo de- B
rogatio multiplicem abuſiuum continet, vt & infra, n.140. Quod æquum & iuſtum eſt iudico & doceo, & nihilominus interim ab eo quod de facto ſeruatur cauendum moneo infra eod. num.140. 130 ¶ Sed ardua
an huic regulæ derogari poſſit præiudicium graduatorum & nominatorũ. ſuit quæſtio in hoc Senatu circa effectum derogationis, an derogatio huius regulæ per Papam, vel ſuum Legatum facta in fauorem, & ſupplicationem priuati præiudicet nominatis, & graduatis vniuerſitatum huius Regni, ſi reſignans de eadem infirmitate infra 20. dies moriatur, in menſibus eis deputatis? Non ignoro quid in hoc Senatu claſſibus prima & tertia die 13. Maij congregatis concluſum fuerit, cùm anno ſeſquimilleſimo trigeſimo ſexto poſt obitum Legati Pratenſis, frequens occurreret hæc quæſtio, ob multas collationes quas ille fecerat cum expreſſa & promiſcua dero- C
gatione huius regulæ, ptout ſpecialem, & particularem ſuper hoc habebat à Papa facultatem. Pro qua concluſione optimè facit, quod ſupra n.33. ſcripſi hanc regulã non eſſe factam ad commodum huiuſmodi graduatorum & nominatorum, neque iis prodeſſe, niſi in conſequentiã. Atqui non eſt res tam indubitata quàm vulgò putant pragmatici, quorum ſcientia truinę fotenſis cancellos non excedit. Primùm enim principalis pars, ſeu legitimus contradictor in ea quæſt. generaliter determinanda defuit: nẽpe huius Regni academiæ, quas vniuerſitates vocant, quæ nec vocatæ nec auditę fuerunt. 131 ¶ Deinde in earum fauorem quamplures & graues vrgent rationes: Prima quia quantumuis alias derogatio lata & generalis ſit, nunquàm tamen videtur appoſita, vt habeat effectum contra priuilegium indu- D
ctum miſerationis cauſa: niſi etiam de ipſo fiat expreſſa mentio vt eſt doctrina Cyn. in *l. vnic. C. quand. Imp. int. pupill. vel. vtdu.* quem extollit Martin. Laudenſis in tractatu *de priuil.* §.40. & ante eos Federicus Senenſis con.230. monaſt. Alex. conſi. 122. nu. 16. l. 4. Fely latè in *c. nonnulli.* in ptin col. 27. *de reſcr.* Carol. Ruinus con. 226. con. 223. l. 1. & omnes vbique ſequuntur. Secunda, nunquàm includit caſum vtilitati reipub. contrarium: & ſi includeret, non valeret. *l. Iubemus* 5. & ibi Bald. in 2. *notab. C. de ſacroſan. eccle.* Fely. in *c. cauſam. quæ. col* 12. *de reſcript.* & in d.c. *nonnulli. coll.* 3. 132 ¶ Tertia, quia nunquam extenduntur ad priuilegium conceſſum vniuerſitati, etiam collegio Decurionum. *l. Decurion. C. de ſtlent.* 2. *lib.* 12. Igitur multominus ad conceſſum E
ſcholis ſtudiorum. Lugdun. Roma. conſil. 436. quod indultum in verſic. *tertia principalis ratio.* Quarta, quia non debent multa ſpecialia circa idem concurrere. *l. 1. C. de dot promiſſ. l. ſi. de ſeruit. lega.* Alex. Iaſon *l. ſingul. col. 2. ſi certum petat.* Boniſ. *de vitali.* in cle. 1. in fin. *vt lit. pendeat.* Quinta quia quando plures diſpenſationes circa idem concurrunt, & quanto plura obſtant, non ſufficit generalis clauſula vel derogatio: quia tanto minus præſumitur de voluntate concedentis. l. 1. & 2. *C. ſi vnus ex reſcrip. pet. lib.* 1. *e. de petit bono. ſubla. l.* 10. & tanto facilius iudicatur obreptio. & ſubreptio. Bal. in *l. 1. col. pen. C. de furt.* Alex. *con.* 155. *n.* 4. *l.* 6 Fely. d. *c. nonnulli col.* 28. *verſi. quinta concl.* Iaſ. 235. *colum.* 7. Curſi. Ionior. *conſi.* 1. *col. pen.* Philip. Deci. *conſ.* 561. *n.* 22 ſa. quæ ſcripſi ſuper edicto contra pat. *datar.* §. *g'o.* 2. *ad fin.* Hæc autem omnia ſimul hic concurrunt: Quod vt clarius iudices, ipſam facti ſpeciem oculis ſubuce.
133 ¶ Quidam præbendarius vel parochos infirmus Hyp o theſis.
menſe Decembri, volens Titium ſucceſſorem habere dat mandatum ad reſignandum in eius fauorem, quod Papa concedit, & ad ipſius Titij ſupplicationem derogat huic regulæ: poſtea conringit reſignantem de eadem infirmitate mori infra viginti dies, non tamen in menſe Decembri, ſed initio menſis Ianuarij: quare nominatus obtinet ab Ordinario collationem per obitum, iuxta Decreta Baſilienſia, & concordata: Vter potior ſit? punctum eſt, an per dictam clauſulam derogatoriam huius regulæ impediatur beneficium vacare per obitum, non ſolùm reſpectu Ordin. & liberæ collationis Ordinarij, vel aliorum quotuncumque impetrantium: ſed etiam reſpectu collationis neceſſariõ, affectæ, & debitæ, & ſic etiam reſpectu nominan antiquioris, cui vacans per obitum in eo menſe debitum eſt, & effectum? Et apparet quòd non: quia huiuſmodi derogatio exorbitans eſt, & odioſa, per prædicta, tum ſatis operatur contra Ordinarium, in præiudicium liberę collationis ad eum ſpectantis, & omnium quorumcumque, ſi conringat reſignaotem de eadem infirmitate mori ante menſem Ianuarij, & ſic in reliquo reſtringi debet, ne operetur in damnum indebitum nominatorum, vel graduatorum, quibus debita beneficia per obitum vacantia in menſibus eiſdem ſpecialiter reſeruatis: vt per glo. & Docto in l. vlt. §. *in computatione. C. de iur. delib* vterque Imol. in li. 4. §. *toties. de dam. infect.* 534 ¶ Præterea hîc multa odioſa, multę diſpenſationes ſimul concurrunt. Primom enim quod Papa admiſit *in fauorem*, eſt contra Canones, & continent diſpenſationem aduerſus Simoniam Canonicam: vt ſupra n.101. Item rurſus accidit alia diſpenſatio odioſa, vtpote contra hanc regulam quæ fauorabilis eſt: Et ſic Papa non cenſetur, aut non debet (quod idem eſt) cenſeri velle derogare huic regulæ: in quantum contingeret excludi oominatos, & graduatos, qui habent ius multis modis fauotabile, & præterea tum cauſa miſerationis, tum cauſa Reipub. tum fauore Eccleſiæ, quæ viris literatis indiger. c. *cùm ex eo.* & ibi Io. And. *de elect.* in 6. Franc. Ripa. c. *ſi quando. col.* 4. *de reſcript.* in 6. tum conceſſione piæ cauſæ. c. *ſi propter de reſcrip.* in 6. tum collegiis ſcholarum, tum etiam ob cauſam alimentorum pauperum, qui literis operam inſumpſerunt, quod patet ex limitatione reditus ducentorũ ducatorum: & ſic non videtur in hunc euentum quo mors in menſem nominati cadit derogare. l. *liberta quos.* §. *Poſthumus de alim. cibar. leg.* Lud. Rom. *conſi.* 416. *ver. octaua principalis ratio.* Philip. Dec. *conſ.* 163 in fi. 135 ¶ His tot ſimul concurrentibus ratio ſuadet, imò vrget, dictam derogationem, quæ alio caſu effectum habere potuit, non debere ad hunc caſum extendi, nec de eo intelligi. tum vel indubio præferendus eſſet nominatus, vel graduatus, qui venit ad beneficium debitum, contra Titium, qui certat de lucro aduentitio. Titius enim nullam omnino defenſionem ha- Diſpenſatio odioſa & lucratiua.
bet contra nominatum: niſi illam ſolam derogationẽ: quæ non ſolùm odioſa eſt, ſed etiã merè lucratiua, niſi quòd vno ſortè aut altero ducato redempta: quod tanto odioſius, & iniquius eſt, quanto pluris ſua ſtudia conſtant viris literatis, & fauorabiliora ſunt. *v. de reg. iuris. c. locupletari. c. decet de reg. iur* in 6. 136 ¶ Confirmatur, quia per ſacrum Concilium Baſilienſe tertia pars omnium beneficiorum, vltra theologalem præbendam, affecta, debita & reſeruata erat viris literatis huiuſmodi indiſtinctè, quomodocumque vacarent: ita quòd omnis vacatio, etiam ex cauſa reſignationis, imò etiam ex cauſa permutationis, de rigore conuenebatur, vt eſt tex. in *c. vnico de rerum permut. in* 6. ibi *æquitatẽ præferentes in hac parte rigori*: Et ſic ſolo intuitu æqui- Concilium Baſilienſe.

tatis excipiuntur vacantia per permutationē veram,& sine fraude factā: Vacantia autē per resignationē simplicē,vel in tacitum,vt sæpè fit,fauorē, aut aliàs quàm per præfatam permutationem, omnino includebantur, & illis debebantur. Et tamen congregatio Biturícensis, sine authoritate dicti cōcilij, anno quadringentesimo trigesimo octauo,excepit etiā vacantia per simplicem resignationē:& meram abdicationem:vt patet in pragmatica de collatio. §. *Item quod omnia*.Et sic iā facta est iniuria,& indebita restrictio literatis viris, & collegiis scholarum inauditis:quia in dicta cōgregatione non erant vocata huiusmodi collegia: sed tantùm Archiepiscopi, Episcopi,Capitula notabilia,Abbates, Decam, Præpoliti, cæteriq; Prælati:qui negotiū suum agentes,causa fuerūt huius indebitæ restrictionis præfatæ conciliaris constitutionis, decretū etiam irritum habentis. Cùm igitur indebitè (ne dicam nulliter) sublata eis esset vacatio per resignationem simplicem:in cuius congregationis consequentiam,eadem limitatio secuta est in concordatis, quæ aliàs secuta non fuisset: non est addenda iniuria iniuriæ, nec afflictio afflicto, per iura vulgata. Cùm igitur per hanc iustam,& fauorabilem regulā redeamus ad vacationem per obitum: non debet derogatio huius regulæ extendi in casum, quo obitus incidat in mensem his collegiis & literatis viris affectum.137 ¶ Nec obstat quòd Papa in concordatis tit.*de mandat* §.*adeò que*.ius præuentionis etiam in his mensibus sibi reseruauerit: rum quia Papa hic non præuenit in conferendò per obitum: sed in vacatione per obitum præuentus est à nominato: tum quia illa reseruatio intelligitur de simplici, non autem de dispensatoria,saltem contra hanc regulam,sicut nec contra regulam de verisimili notitia: (satis est enim quòd præuenire possit vbi aliud non impedit quàm vulneratio iuris communis,& iurisdictionis ordinariæ,& in hoc satis operatur reseruatio: vnde non debet extendi, quando aliud impedimentum notabile concurrit: saltem nullo modo debet extendi de vno capite vacationis præuentæ,ad aliud: impediendo, & sibi in effectu reseruando aliam futuram vacationem: sicut nec ex eodem capite præueniendo verisimilem notitiam.) 138 ¶ Tum quia derogatio huius regulæ species est reseruationis,per concilia & concordata prohibitæ: imò in effectu est vera reseruatio & dispositio futuræ vacationis. Quando enim Papa cōfert per resignationem, iam prænenit,& supplantat Ordinarium in hac specie vacationis: quando autem simul addit derogationem huius regulæ, disponit de futura vacatione per obitū, quàm præripit, sibique plusquam reseruat, & sic abusus est: quia omnis species reservationis, vel dispositionis de beneficio vacaturo,vel de quacunque futura specie vacationis, generaliter,& distinctè damnata est per sacra concilia, & concordata. Quinimò illa reseruatio facta in concordatis supra nu.137.in prin.militat contra Papistam:firmat enim regulam in reliquis, per iura vulgata.Papa autem sibi non reseruauit ius faciendi, ne beneficium vacet per obitū decedentium etiam in mensibus Ordinariorum,& multominus in mensibus reseruatis vniuersitatibus studiorum : vbi aliàs de iure communi, vel per hanc regulam fauorabilem,diu ante dicta cōcordata non solùm latam,& publicatam, sed etiam in hoc regno receptam, & approbatam, per obitum vacatura sint , & hæ sunt rationes, quæ inter alias, quas breuitatis causa prætereo generaliter, quæ omnem huiusmodi derogationem excludunt. Igitur etiam potestas deficit, vt etiam si Papa maximè velit, idque exprimat,non possit hanc vacationem per obitum, præsertim in mensibus academiarum huius Regni impedire: sed dato quòd possit, nisi id nominatim exprimat,noti deber censeri id voluisse,per prædicta. 139 ¶ In Legato autem à latere, etiam si maximè velit & exprimat, potestas per aliam quoque rationem deficit: Tum quia per concordata cautū est vt vacantia in mensibus Ordinariorum libere per eos secundùm iuris communis dispositionē conferantur: vacantia autē in mensibus graduatorū &nominatorum eisdem prosequentibus & non aliis conferantur. Ergo Papa præuenire non potest, sicut nec vllo modo concordata rumpere. Ergo necesse est liberū semestre inquirendi & conferendi relinqui Ordinariis in mensibus suis, secundùm concilium Lateranense, & iuris cōmunis dispositionem in *c.nulla de concess. prabend.* graduatis autē & nominatis menses suos integros seruari nisi quatenus per eadē concordata excipiuntur. Sed sola præuētio ipsius Papæ & non Legatorū ad partes missorum excipitur. Ergo solus Papa potest vti iure præuentionis, & non Legatus, præsertim in partibus existens. Tum etiam si de facto per conniuentiam aut Ordinatorū ignauiam recipitur Legatus cum facultate præueniendi ad vacantia in mensibus eorū per vulgares duntaxat dictas, tamen respectu academiarum nunquā in hoc regno recipitur, nisi sub expressa limitatione, ne potestate & facultatibus suis vtatur, in his quæ præiudicarent iuribus vniuersitatum vel scholarū huiusmodi. Adeò vt si expresè contraueniret (præter nullitatē)appellari posset tanquam ab abusu. Præterea scio,prout etiam sciunt hi qui in his versabantur, tempore dictæ conclusionis de qua 3.no.130.quòd viuo dicto Ptatensi, Legato & cancellario, propter eius magnam potentiam & authoritatē, nullus ausus fuisset in dubium reuocare potestatem eius, & tempore dictæ conclusionis,nondum lapsus erat annus ab obitu dicti legati : & adhuc potentiores erant eius amici, & quorum intererat. fortiùs ergo, quia certum est Legatū etiam à latere non posse vti iure præuentionis, in præiudicium nominatorum & graduatorum. Nunquam enim,nempe in hoc regno, nisi sub hac restrictione,nec in eorum præiudicium facultatibus suis vtitur,140 ¶ Ideo quamuis conniuenter admissum sit, vt possit Ordinarios præuenire(dummodò per vulgares dictas tantùm & non per cursores , vt pleniùs dixi 3. super reg. de versi. noue. num.22.) tamen in mense graduari vel nominati non potest : nisi eodem modo conferat , quo debuisset & potuisset Ordinarius. Sed nec Imperator quoque pariter Legatos vllo modo præuenire posse Ordinarios , in mensibus eis assignatis, vt vidi per literas patentes Caroli V. sub data 3. die Maij,anno 1531.quarum exemplar habeo,igitur nec in eorundē præiudicium potest huic reg. derogare : quia esset præuenire, imò plusquàm præuenire,& omnino præcipere in eorum præiudicium ,imò etiam Ordinariorum:qui per huiusmodi præuentiones,non liberantur nec à graduatis,nec à mandatarijs quidem papisticis : quare vigilare coguntur, & vel absentibus illico conferre ne eis pareat, & adhuc grauati maneant. Et de his satis.141 ¶ Sed donec forsā melius,& tutò scholis,& literatis viris consultum sit,patienter interim cedere debent dictę clausulę derogatorię non solùm Papæ: sed etiam sui Legati facultatem expressam habentis. Imò etiam si legatus non habeat facultatem nisi in genere : si tamen de facto seruatur & toleratur quod derogare possit, non est priuatis contra impetum fluminis luctandum, & ita nuper consului, cum theologus Andegauēsis vir doctus & antiquitate studiorum vitæque honestæ venerabilis impetrasset per obitum mense Iulio hoc anno supra sesquimillesimo quinquagesimo octauo beneficium sibi soli vt antiquiori nominato debitum,& contra iuuenem quemdam prouisum ab isto Legato per resignationem morientis qui eodem mense infra quartum vel octauum diem obiit cum derogatione huius reg. vltra ea quæ scripsi, moltas paginas doctarum allegationum antiquorū Conciliorum & Canonum & iurium & argumeotorum misisset , rogatus vt patrocinio meo iustam & fauorabilem causam eius tuerer: admonui tunc etiam num de facto tolerari & indulgeri derogationi huius

Consentus Biturícensis.

Legatus non potest præuenire nominatos & graduatos.

Carolus V.

Parentia valuerfatum.

legati, quanquam non habeat facultatem derogandi regulis Cancellariæ, niſi in genere. Et quamquam reſignans de eadem infirmitate ſtatim in menſe nominati vel graduati mortuus fuerit, atque ideo conſultius eum facturum ſi ſumptibus & laboribus inanibus ſenectutem ſuam non vexaret. *l. 1. de inofficio. teſtam.* ſed potiùs aliam vacationem expectaret, vt in pace bonæ conſcientiæ ſine humano beneficio gratia Dei conſectus moreretur. 142 ¶ Hic opportunè ſe offert multiceps hypotheſis quam nuper valdè controuerſam vidi. Quidam habens opulentam curam in diœceſi Cœnamana decumbens in quodam ſuburbio huius vrbis die quarta Auguſti 1556. reſignauit Martino cauſa permutationis ad quoddam ſacellum ad altare S. Ioannis in æde ſancti Benedicti, eadem die conſenſu dato Mauortius ille Cardinalis Caraffas Legatus admiſit & contulit Martino, cum derogatione regulæ de viginti diebus, & die decima eiuſdem mẽſis reſignans ex eodem morbo in poſſeſſione, obiit. Melchior per obitum ad Epiſcopo impetrauit, & poſt concluſionem in cauſa Martino obiiciebat: Primò quòd non conſtaret de facultatibus Legati Caraffæ, quia Martinus tantùm ſuper hoc producebat exemplar cum clauſula lecta & publicata in Parlamento ſub modificationibus in areſto cutiæ contentis, ſed nec illud areſtum nec dictas modificationes producebat quæ ſunt pars facultatum, imò verè facultates legati qui nullum vſum, nullam excuſationem habet ſuarum facultatum, niſi in quantũ verificatum eſt & permiſſum in Senatu ſupremo Pariſienſi: ergo dictum areſtum & modificationes Senatus non ſolùm erant pars facultatum Senatus, ſed caput & fundamentum totius executionis. Et ſic Martinus nihil producebat, quia à capite edenda eſt ratio *l. Argentarius. §. 1. ff. de eden.* & inſtrumentum ſe referens ad aliud non ſpecificatum in referente nihil probat, niſi etiam inſtrumentum relatum producatur *l. fiſc. §. de deleg. 1. deliberatio. leg.* latè dixi in conſuetudine Pariſ. §. v. num. 75. & vltra ea quæ ibi allegaui. idem tenet Andre. Barbat. inter conſilia Alex. conſil. v. 6. lib. 4. Tum inſtrumentum relatum eſt pars referentis, nec prodeſt producere alterum, ſicut nec producere partem inſtrumenti. *l. Inciuile ff. de legib.* Secundò obijciebat quòd etiam ſi illud exemplar integrum eſſet & probaret, tamen per illud liquebat legatum non habere poteſtatẽ derogandi regulis Cancellariæ niſi in genere nulla facta mentione de poteſtate derogandi huic regulæ in ſpecie. Et ſic contra hanc fauorabilem & pro lege communi receptam regulam derogare non poterat nu. 127. 143 ¶ Tertiò obiiciebat teſtes nominatos in procuratorio ad reſignandum eſſe ſcholares, & ſic non domiciliarios *l. 2. C. de incol.* lib. 10. Panorm. Felyn. in c. *Rodulphus extra de reſcript.* Et conſequenter nullam prorſus fidem adhibendam, per edictum regium contra paruas datas articu. 3. vbi dixi. Quartò quòd Martinus expreſſerat ſe doctorem theologiæ, nec tamen docebat. Quintò quòd non docebat prætenſum ſacellum eſſe beneficium titulatum prout non præſumitur. Sextò quòd in tegeſto inſinuationum procuratorium illud carebat nomine procuratoris ſpacio adhuc albo relicto. Septimò quòd inſtrumentum poſſeſſionis captæ per Martinum erat factum per notarium Eccleſiaſticum non approbatum nec immatriculatum contra formam edicti Regij, lati anno 1547. & edicti Regij, contra paruas datas §. 1. 2. & ſic nullam fidem faciebat nec conſtabat de poſſeſſione Martini. Octauò quòd non conſtabat ſacellũ illud collatum fuiſſe defuncto. Nonò quod moriens reſignabat pingue cum tenui, & mors ſtatim ſequuta permutatione nondum impleta. 144 ¶ Quibus non obſtantibus præſes Pariſienſis conſeruator priuilegiorum Academiæ fiduciariam poſſeſſionem adiudicauit Martino, cuius partes multi certatim tuebantur, reſpondentes ad primum obiectum quod publicatio facultatum Legati pluſquam notoria erat, & in propatulo typis excuſa. Ad ſecundum verò ſoluebant per communem obſeruantiam & per quoddam areſtum latum pro ſimili reſignatario prouiſo per Legatum ad velum aureum. Ad tertium dicebant non curari de illo modico. Ad quartum quod nihilominus Legatus admiſiſſet & contuliſſet etiam nõ expreſſo gradu Theologiæ, qui non ſequitur ad beneficium curatum: deinde quòd permutatio neceſſaria &c. & ſic impetratio ex hoc capite obreptioni & ſubreptioni non ſubiacet, cùm non ſit gratioſa, ſed debita. Ad quintum dicebant quòd præſumitur beneficium. Ad ſextum, non eſſe immutationem veritatis, hoc eſt, non eſſe periculum falſi pro pter quod amitteretur poſſeſſorium, iuxta c. *olim de reſcript.* & pluries iudicatum, & tandem cautum edicto Regio contra paruas datas. §. 17. vbi glo. v. dixi. Cæterùm non eſſe periculum propter defectum inſinuationis, cum edictum illud inſinuationum ſit quæſtuarium corradendæ pecuniæ cauſa ſordidè factum & meritò caducum. l. 1. in prin. C. *de caduc. tollen* & iuſtè ſpernitur à bonis iudicibus, niſi ſicubi præſumptio falſi vel fraudis degeneret contra non inſinuantem, tuoc enim ſeruatur rigor dictæ formulæ, non aliàs. Tamen ego quidem puro inſinuationem & tranſcriptionem procuratorij ſufficienter factam, etiam nullo nomine procuratoris adſcripto in albo vacuo. Ad ſeptimum dicebant non eſſe curandum de formula capræ poſſeſſionis, vel non: cum non ſimus in regula de publicandis, & ſi nec inſtrumentum poſſeſſionis nec ſolemnitas eius neceſſaria eſt. Ad octauum dicebaot ſatis conſtare per collationem factam tertio per obitum defuncti. Ad nonum cenſebant de hoc non curandum, quia nullus erat expectans cui beneficium deberetur.

145 ¶ Viden' vt cupidis inuolandi beneficia non deſint colores, adeo vt huiuſmodi παλαίσματα non debeant in his iudices aſſumi, ſeu recuſari: vt conſimili morbo laborantes, & qui hac vel ſordidiori via à ſenſibus moribundis beneficia emungere parati eſſent. Fuit enim omnino malè iudicatum, vt quæ pauca tangam inſolubilia, reſponſio illa ad tertium non eſt aliud, quam contradicere Edicto Regio cõtra paruas datas, quod ex grauiſſimis cauſis §. 3. ſanxit in huiuſmodi procuratoris teſtes debere eſſe notos non domeſticos, ſed domicilium habentes in loco: degenerat enim præſumptio contra huiuſmodi procuratoria, & à laborantibus in extremis obtenta, non minus quàm olim contra teſtamenta. *v.* & C. *de teſtamen.* per to. vt in primo tomo. Epiſtolatũ beati Hieronimi, & ad hoc text. in cap. *ſuper hoc.* ibi nulla ratio hoc veriſimili redd. *extra de renuntiatio.* & multo fortius quando fiunt non ſolùm à morientibus, ſed etiam extra patriam & locum beneficij in loco obſcuro. Scholares autem non habent domicilium in loco ſtudij, nec ſunt de illis teſtibus, quos edictum requirit. Præterea aut ſeriò vacaot literis, & vt expertes negotiorum facilè poſſunt allici & decipi, aut ſodalitates & factiones ſequuntur, & eo ſunt corruptiores & ſuſpectiores. Tum ergo conſtaret de nullitate procuratorij: vel hoc ſolum ſufficiebat ad plenũ poſſeſſorium adiudicandum Melchiori. 146 ¶ Ad quartum ſolutio bona eſſet in collatione Ordinarij. cle. 2. *de offic. ordin.* Sed quando apud Legatum, ſiue ſimpliciter ſiue ex cauſa permutationis impetratur, omnis obreptio vitiat: quia ſpernitur Ordinarius. Nec obſtat quòd hoc tacito Legatus nihilominos contuliſſet, & quod nihil de pretio remiſit propter qualitatem theologiæ expreſſam: quia in obreptionibus non quod Papa vel Legatus facit, ſed quod facere deberet inſpicitur, vt not. infra num. 340. Porrò certum eſt de iure quod doctura ſacræ theologiæ probat è re & he-

nore eccleſiæ eſſe tali doctori beneficiũ coratum conferre, nec aliam cauſæ cognitionem exigendam quę in permutationibus beneficiorum de iure debet adhiberi: vt diximus ſuprà nu. 39. 147. ¶ Ad quintum, falſum eſt quod illi *παλαίσμα* dicebant præſumi beneficium, quia etiam locus priùs in dubio non præſumitur religioſus, niſi authoritate Epiſcopi appareat conſtitutus, *c. ad hæc.* & ibi glo. 1. & omnes canoniſtę *de religioſ. domib.* nec priùs ſubeſt ſolicitudini Epiſcopi. Ideo falſa eſt & nimis generalis epitome *c. de xenodochiis. extra de religio. domib.* vt ibi in annot. dixi. Probato verò quod authoritate Epiſcopi conſtitutus ſit, religioſus quidem eſt, vt per Alex. conſil. 120. col. 2. lib. 1. Philip. Dec. conſi. 121. col. 1. Sed non tamẽ eſt beneficium eccleſiaſticum, niſi conſtet eſſe fundatum vt ſit beneficium & conferatur in titulum. clem. *quia contingit* §. *vt autem. de religioſ. domib.* 148 ¶ Ad octauum, falſũ eſt. Sed oporteret conſtare reciprocam collationem factam defuncto in eius vita: aliàs non eſt verũ dicere permutanonem impletam. *l.* 1. *de rer. permutat.* Sed colore quæſito accerſitã, & conſequenter per obitum vacaſſe. Portò quamquam nullus ſit expectant cui debeatur, tamẽ ſatis eſt ex circunſtantiis negotij conſtare factum eſſe in fraudem Ordinarij & imminentis vacationis per obitum, & in fraudem veterum Canonum ſucceſſiones in beneficiis vetantium: & ita in fortioribus terminis pro impetrante per obitum indicatum fuit in hoc ſenatu, per areſtum, de quo 3. nu. 26. Et ſic patet ſolutio ad tionem & ad omnia: habes quæſt. valdè practicam, & theoricé & practicè ſimul reſolutam, quod in aliorũ ſcripris nuſquam reperies: ideo placet aliam non minus practicã quàm nouam addere: nunquam enim Hoſti. Specu. Io. And. Abbas antiquus & poſterior, principes Canoniſtrarum ſimilia viderunt. 149 ¶ Accipe ergo ſpeciruen eorum quæ noua & à quinquagitta annis mandrabuli more in deterius ruens à Romanẽſibus & trapeſitis inuenta praxis inuexit: Ranus duo habẽs optima beneficia, Canonicatum & prębendam Turonenſem & prioratum de Gahauderia, laborans in extremis cum fratre Raniculo curato parochiæ de Bezochiis, ſitæ in dięceſi Lexouienſi, concordatum faciunt in quo Ranus ait ſe velle dictam curam acquirere, & promittit duo procuratoria dare, vnum ad reſignandam dictam prębendam cauſa permutationis cum Raniculo ad prioratum de Chemeyo, qui tenebatur per monachum eorum fratrem, alterum verò ad reſignandom dictum prioratum de Gahauderia cauſa permutationis cum eodem Raniculo ad dictam curam retenta penſione annua centum librarum & domo com appendiciis & vineis Gahauderiæ: dictus autem Raniculus promittebat dare tria procuratoria valida & irreuocabilia, vnum ad reſignandũ dictum prioratum de Chemeyo cauſa permutatiotis ad dictam prębendam, non expreſſo, an nomine ſuo, an verò nomine dicti monachi: & iſtud non promittebat dare niſi infrà quatuor menſes à die dicti concordati, menſe Aprili facti. Alterum vero ad reſignandom curam ſuam cauſa permutationis cum prioratu Gahauderiæ: Tertium ad conſentiendum creationi dictæ penſionis, & homologatum fuit Romæ die 20. Maij. anno 1556. & die ſequenti collatio prębendæ facta Raniculo cauſa permutationis ad prioratum de Chemeyo cum derogatione regulæ de viginti diebus, & triduo poſt obiit Ranus, per cuius obitum capitulum contulit prębendam Titio. 150 ¶ Breuiter omiſſis argumentis reſpon. verumque Rani beneficium vacaſſe per eius obitum non obſtante dicta homologatione & derogatione huius regulę. Quamois nullus eſſet expectãs cui deberetur: tamen nimis multa concurrunt, vt appareat concordatum & reſignatum in fraudem Ordinarij & veterum Canonum prohibitæ ſucceſſionis beneficiorum. Primo grauiſſimus morbus & mors imminens quæ de eodem morbo infra triduum reſignationis admiſſæ ſecuta eſt: ſecundo perſonatũ coniunctio, qui erant fratres: tertio inæqualitas beneficiorũ quæ per creationem penſionis non purgatur, ſed magis augetur: cùm certum eſſet fore, vt penſió cederet lucro reſignatarij per obitum morientis nulla penſione nec nouo ſi beneficio curato indigentis. Præterea & quarto prima permutatio prębendæ, eſt ad beneficium alienum, quod non erat in poteſtate compermutantis: & ſic contra text. in c. in verbo *ſua. de rer. permut.* in 6. vbi omnes docto. negãt eſſe permutationem quæ fit de beneficio non ſuo: & ſic conſtat huiuſmodi concordatũ non eſſe tractatum permutationis *l.* 1. *de permuta.* ſed alterius conoentionis non permiſſæ, & ſic prohibitæ in beneficialibus. *c. cum pridem. de pact.* Quinto clauſulæ inſolitæ & artificioſæ, quæ tendunt ad fabricandum regreſſum vetitum & abuſiuum. Si enim Ranus ſuperuiueret, beneficia ſua retinere poterat permutatione non ſortiẽte effectũ, defectu conſenſus dicti monachi: ſi veto moreretur, omnia beneficia ſalua erant fratri ſuo: igitur effectualis regreſſus & reſeruatio, & vtroque caſu nihil vacaturum erat per obitum Rani, & ſic fraudatio Ordinarij. 151 ¶ Sexto, Raniculus nunquam ex parte ſua implenit, nec dedit procuratoria ad reſignandum, & multominus impleri fecit per dictum monachum, & conſequenter permutatio nulla fuit, & vtrũque Rani beneficium vacauit per eius obitum: vtcunque enim fraudulenter agerent vt omnia beneficia Rani caſu quo moreretur, cederent Raniculo, etiam ſi is nihil reſignaret & nihil ex parte ſua impleret: tamẽ primo fuit oppoſitum in mente retentum nec Papæ expreſſum: Secundo propoſitum illud erat vera ſimonia canonibus vetita & prohibita. Tertio non ſolùm põrifici tacita & occulta, ſed etiam contrariũ expreſſum & emẽtitum, & falſo iuratũ, quod omnia ita, vt expreſſa erãt, ſerio & ſine alia fraude fiebãt: igitur etiam ſi non eſſet niſi ſola ſubreptio, omnia nulla. Septimò in iſtis quæ non à voluntate priuatorũ, ſed à voluntate & diſpenſatione ſuperioris depẽdent, non ſcientia & voluntas priuatorum, ſed ſcientia & voluotas ſuperioris, à qua totũ pender, attendi debet: Atqui procuratoria miſſa per Ranum erant conditionalia ad effectum præfatæ concordiæ, & notaliàs, nec aliter, nec alio modo. Ergo forma illa ſuperior expreſſa debet attendi, non autem ſi quid aliud compermutantes tacitè inter ſe agerent, & ſic ptocuratoria illa, ſicut & 153 ¶ omnis reſignatio ex cauſa permutationis, doplicẽ habebant conditionem originalitet exiſtcotem & à iure approbatam, videlicet ſuſpenſiuã & reſolutoriam. Suſpenſiuam autẽ duplicem, videlicet primam ſi compermutans habet verum titulum beneficij quod permutat: tex. in *c.* 1. *de rer. permuta. in* 6. ibi ſua beneficia, vbi Dominic. de ſancto Germinia. & Phil. Franc. tenenc quòd non poteſt fieri permutatio niſi de beneficiis titulatis & ſuis, id eſt quorũ vterque compermotãs reſpectiuè verus eſt titularius, huic per regulas cancellariæ, in iure communi fraudatas expreſſe cauetur, vt in prouiſionibus ex cauſa permutationis ponatur clauſula quod neutri permutantium ius acquiratur, niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato: vt in regulã cancellar. 38. & ſi fuit omiſſa dictæ clauſula, tamen tacitè intelligitur, quia de natura, imò eriam de neceſſitate actus ſubiecti ineſt. d. c. 1. *de rer. permuta. in* 6. & hoc deficiente nihil ab initio fit. 154 ¶ Secunda conditio ſoſpenſiua eſt, ſi compermutans viciſſim de facto reſignet compermutanti, & ex eadem cauſa, aut ſaltem det illi procuratorium liberum, validũ & efficax ad reſignandum ex eadem cauſa, & alter reſignans illud receperit. Si enim alter permutantium non impleat ex parte ſua, vel non faciat quod in ſe eſt, nihil fit & omnia remanent in ſien. Conditio verò reſolutoria eſt poſtquam vterque

Noua Hypotheſis.

Conditio ſuſpenſiua.

Reſolutoria.

permutantium hinc inde de facto impleuit, & collatio & poſſeſſio vtrinque ſecuta, ſed poſtea alter euincitur. Tunc enim eo modo quo euincitur, poteſt ad prius beneficium redire ſine noua collatione, in vim conditionis reſolutoriæ. vt tenet Phil. Deci. in c. *venerabilis de exceptio.* vbi in annot. dixi.

Bona fortuna.

155 ¶ Potrò non verùm quod ſuperſtes permutantium poſſit (vt vulgo putant) vti bona ſortuna, niſi quando primò habeat ius in beneficio quod permutabat, ita quod poterat ſubſiſtere permutatio, & quando fecit & tradidit procuratorium validum & efficax ad reſignandum ſito compermutanti, qui illod acceptauit, deinde negligens fuit, & obut antequam illud exequeretur, ſine culpa ſuperſtitis, qui ceſſante etiam omni alia fraude fecit quod potuit, & adhuc non eſt tutus reſpectu ſuperſtitis, qui poteſt ſuperſtitem cogere ad dimittendum alterum beneficium, vt dicam infra ſuper regul. *de publicandis* num. 148 com ſeq. Quandiu ergo compermutans non conficit reciprocum procuratorium vel confectum apud ſe retinet, permutatio ſempet eſt in fieri, & ſic neceſſariò locus eſt vacationi per obitum. Sed Raniculus nunquam fecerat, nec facere potuiſſet.

156 ¶ Præterea certum eſt quòd procurator Rani non habebat mandatum purum liberum & abſolutum, ſed dumtaxat ad faciendum ea quæ erant neceſſaria cauſæ dictæ permutationis & ad effectum dictæ mutuæ concordiæ: quæ forma debet attendi & non tacita mens in mandatis, vt dixi. Igitur procurator non habebat in mandatis donate, nec aliquid ex debito remittere, nec faciendi voluntaria, ſed tantùm neceſſaria: non igitur potuit reſignare priuſquam videret mutuo reſignari domino ſuo, vel ſaltem niſi priùs videret & in poteſtate haberet procuratoria valida, & irreuocabilia domino ſuo reciprocè promiſſa & debita, quæ numquam habuit nec vidit: igitur nihil facere potuit, quia non poterat niſi neceſſaria & debita, non igitur fidem habere potuit de reciproca reſignatione: ſicut nec procurator ad vendendum fidem de precio. vt no. in §. *vendit. inſtit. de rer. diui.* Alex. conſ. 133. lib. 6. vbi in annota. tetigi.

157 ¶ Nec obſtat quòd Raniculus nõ tenebatur dare procuratorium monachi niſi infra quatuor menſes: quia reſponderur primò quod illa dilatio erat mutua *l. petenda. C. de tempor. in integ. reſtitu.* & ſic procurator Rani interim nihil tenebatur facere. Secundò quòd ſaltem ſtatim priùs penes ſe habere debebat procuratorium Raniculi de cura, quod purè & reciprocè debebatur. Et quamuis reſpiceret prioratum Gahauderiæ, tamen vtraque permutatio vna mutua contemplatione facta vnus & idem actus indiuiſibilis: quia alterum contemplatione alterius: & ſic non poteſt vna permutatio ſine altera ſubſiſtere per locum à correlatiuis, quo vnum influit in alterũ: & altero deficiente, totũ deficit. *l. vlt. de acceptila.* & mutua contẽplatio facit plures actus vnum actum cenſeri, Bal. & omnes, in *l. petens. C. de paſt.* etiam ſi fiant in diuerſis inſtrumentis, vt dixi in conſuet. Pariſ. §. 23. quæſt. 21. num. 80. Tertiò illa dilatio quatuor menſium reſpectu monachi euidentem fraudem regreſſus arguit: quia certum erat quòd ad minus infra quadrimeſtre Ranus conualeſceret vel moreretur, & ſic ſempet remaneret in voluntate alterutrius eorum, an illud concordatum & illæ permutationes ſortirentur effectum vel non dicto monacho nihil interim faciente, & ſic aut omnia remanebãt in fieri, aut erat regreſſus abuſiuus. 158 ¶ Præterea non eſt in poteſtate ſummi pontificis huiuſmodi cõcordata admittere, in quibus permittitur prouideri de beneficio tertij abſentis non contrahentis, nec ſe obligantis: eſt enim aperire viam regreſſibus, vt tenigi infra in reg. *de publican* & ita nuper præfecti libellorum ſupplicum baſilicæ noſtræ regiæ cenſuerunt, & bene: & ita conſului. Præterea ſuper ſignatura collationis præbẽdę factę Raniculo in camera erant hæc verba inſolita ſine conſenſu, & ſic nihil actum erat: tamen ſine hoc præcedentia pluſquam abunde ſufficiunt ad fraudem & nullitatem conuincẽdam & locum relinquendum vacationi & impetrationi per obitum non obſtante derogatione regulæ de 20. diebus aut aliis clauſulis.

159 ¶ Circa præfatam huius regulæ derogationem quærit hîc Do. Gomeſ. q. 40. & poteſt hîc eſſe tertia quæſtio, Quid ſi non ſit derogatũ in ptima, ſed in ſecunda reſignatione reſignãtis infirmi, qui paulo poſt infra viceſimũ primæ reſignationis diẽ obiit? & tenet neutri reſignationi derogationẽ prodeſſe, ſed vtrãque reſolui, & vacare per obitum: & loquitur quãdo collano erat facta diuerſis impetrãtibus, & ſic non habet dubiũ: quia ptima reſignatio reſolutur ex poſtfacto, per hanc regulam: ſecunda verò ab initio non valuit, tũ propter defectũ vacationis, tũ propter ſubreptionẽ: quia beneficium repletũ erat de perſona ptimi reſignatarij, qui habebat ius in re purũ & Canonicum, quamuis reſolubile ſub condirione, quæ oondum extabat, qua poſtea extãte oon cõualeſcit, quia ab iniuo nulla fuit, non ſolùm propter defectum materiæ, & vacationis: ſed etiam propter originale vitium ſubreptionis, quod non ſolùm collationẽ, ſed etiam dictam derogationem, & omnem aliam clauſulam, & diſpenſationem inexiſtentem pariter ab initio infecit.

Cumulatio titulorum permiſſa.

160 ¶ Sed non leue dubium eſt, ſi vtraque reſignatio facta ſit vi fauorẽ eiuſdem: & primò videtur aliud dicendum: quia vt diximus ſupra ou. 28. derogaoo huius regulę poteſt ſuperuenire ex interual'o, a reſignatione admiſſa & collatione, dummodo integra, hoc eſt reſignante adhuc viuente. Secũdò, quia in collatiuis non eſt prohibitũ, ſed petmiſſum plures titulos accumulare: quamuis aliud ſit in electiuis vt per Lap. allegat. vlt. Lap. Gemunian. Phil. Franc. & omnes. in c. *ve circa. de election. in ſexto.* Guido Papa conſ. 134. colum. v. Felyn. c. *in noſtra.* col. ij. *de reſcript. s. inter dilectos. col. 9. de fide inſtrumen.* Anto. Corſetus *de poteſtate regia. col.* 38 *& de geminatis, deciſ.* 66. Phil. Decius c. *bonæ col. 5. de appellat. & in l. nemo ex his. §. 1. de regu. iur.* Et quemadmodũ tem quæ mea eſt ſed reuocabiliter, vel quatenus dubiũ eſt, poſſum rurſus, ſiue ab eodem, ſiue à diuerſis ſtipulari. *l. ſi rem meam. l. exiſtimo. de verb. obligat.* vel emere. *l. exiſtimo. de contrab. empt.* vel alio quouis modo quærere. *l. cætera de leg. 1.* ita idem beneficium pluries impetrare, quatenus priores collationes minus ſubſiſterent aut reſolubiles eſſent & valer ceſſante alio vitio, vel impedimento: & ita ad maiorem cautelam quotidie practicatur. Et ſic hoc vltimo caſu, ſiue dicas primam collationem reſolui per hanc regulam, ſecunda ſubſiſter per detogationem et annexam, nec ſubiacebit vitio ſubreptionis ob tacitum ius alienum, cùm ſit idem impetrans: & ſic etiam ab initio nulla fuit ſubreptio, & multo minus ex poſt facto. ſi verò dicas ſecundam collationem impediri per primam, reſpondebitur non procedere, quando vtraque facta eſt idem: cùm liceat eidem plures titulos ad idem beneficium cumulare.

161 ¶ Quibus non obſtantibus adhuc idem dicendũ eſt, ſcilicet neutram reſignationem valere, ſed vacare per obitũ: quia quamuis propter concurſũ in eadem perſona ceſſet vitium ſubreptionis in ſecunda: tamen non ceſſat defectus materiæ, & vacationis: videlicet quòd iterũ reſignans nullũ ius haber, & nihil reſignat, & ſic nihil confertur: & conſequenter ſecũda reſignatio, & collatio nulla eſt de iure cõmuni, cum omnibus eidem annexis: & nihilominus prima per hanc regulã reſolutur, & ſic vacat per obitum. Non obſtat quod huic regulę derogari poteſt ex interuallo, reſignãte viuente: quia reſpõdetur hoc eſſe verũ, quando derogatio ſuperueniret animo & intentioone pręcedente reſignationem & collationem conſeruandi, vt in exem-

plo,

plo, de quo ſupra num. 28. ſecus quando derogatio non fit expreſſe ad effectum primæ reſignationis, de qua non fit mentio: ſed ad effectum ſecundæ, præſentiſque duntaxat: quia tunc ad illam limitata eſt, nec actus operari poteſt vltra intentionem agentis. l. *non omnis.* in principio *ff. cer. pet.* præſertim io odioſis, & reſtringibilibus, vt hîc. Tum, in dubio diſpenſatio cenſetur reſtricta ad actum, in quo fit, vt ſupra nu. 19. & infra eo. numero & adhoc oportet collationem, ad cuius effectum derogatur, vel diſpenſatur, eſſe tunc validam: alioquin nec huiuſmodi derogatio, aut diſpenſatoria confirmatio ſubſiſteret. c. *porrecta de confirmat. vtili vel inutili.*

162 ¶ Non obſtat de titulorum cumulatione, quia verum eſt à diuerſis reſignantibus, vel ex capite diuerſorum prætenſorum iurium ex diuerſis cauſis, vel etiam ex capite eiuſdem perſonæ, & ex eadem vel vniformi cauſa, dummodo contingat priorem non impedire ſecundam, vt quia prior reſignatio dicitur, vel dubitatur ab initio, vel ſaltem eſſe nunc nulla, puta propter metum, vel defectum poteſtatis in admittente, vel propter reuocationem: ſecus quando prima impedit ſecundam, vt quando prior, tempore ſecundæ adhuc ſubſiſtit: quia tunc conſtat ſecundam impediri: & ſic cùm conſtet de eius oullitate, non poteſt cumulari. Iuxta prædicta.

Quæſt. 4. Indoles Cardinalium. 163 ¶ Quartò quæro de qu. quam nuper multum controuertiam vidi. Papa Paulus III. Ioanni Cardinali Lotharingo, & Epiſcopo Pariſienſi Cardinali Belleio anno ſeſquimilleſimo trigeſimoſexto, deinde aliis, poſtea tandem omnibus Cardinalib. Franciæ indulta conceſſit, vt liberè de quibuſcunque beneficiis ad ſuam diſpoſinonem vacantibus, raoone quarumcunque dignitatum vel beneficiorum, quæ in titulum vel commendam habent vel habebunt: diſponerent, abſque vlla reſeruatiooe vel præuentione Papæ vel Legatorum ſuorum etiam de latere: tamen idem pontifex ſæpe ſolebat ſpecialiter indultis Cardinalium derogare præueniendo, & pro papiſtis habentibus in bullis ſuis huiuſmodi ſpecialem derogationem, fuit in hoc ſuptemo ſenatu iudicatum contra Cardinalem Turnonium & contra Cardinalem Carpenſem, non obſtante quòd eorum indulta in eodem ſenatu prios bomologata fuiſſent, tandem in electione huius Papæ Paul. IV. omnes Cardinales in conclaui pepigerunt & ex compacto concluſum quòd futurus Papa non poſſet huiuſmodi indultis Cardinalium derogare ſub quauis derogatoriæ forma: & nominatim quòd non poſſet derogare huic regulæ de infirmis reſignantibus in præiudicium Cardinalium, quod compactum poſt electionem Pauli IV. repetitum fuit, & ab eodem ſolenni vom & iuramento confirmarom.

Compactum concluſum.

Themæ. 164 ¶ Poſtea in menſibus ordinariorom boc anno M. D. LVII. Parochos infirmus reſignat in manus Papæ in faoorem Titij cui ſex dies ante obitum Papa confert cum derogatione huius regulæ de viginti diebus. deinde Epiſcopus Diœceſanus per obitum dicti parochi confert Caio ad præſentationem vicarij Cardinalis Ferratienſis (ratione cuiuſdam prioratus) patroni. Quæritur vter habet ius? Certè vt de facto practicant Papam poſſe huic regulæ liberè derogare in præiudicium Ordinarij vel patroni Eccleſiaſtici, vt ſupra num. 141. videtur iodicatum pro Titio, præſertim cum beneficium nulli alij debitum eſſet, & de ſolius Ordinarij præiudicio ageretur. Tum in dictis indultis excipiuntur beneficia reſignata in manibus Papæ, igitur cùm derogationibus conſuetis excepta & reſeruata viderentur, & hæc non paucis etiam primoribus noſtri ordinis multùm vrgere videbantur.

165 ¶ Tamen cauſa ad me conſenſu partium relata contrarium iudicaui, quia per dicta indulta partim in ſenatu Pariſienſi, partim in magno cooſilio Regis homologata, Papa non concurrit cum Ordinarijs Cardinalibus: ſed concurſum illum quandiu beneficia ſpectant ad Cardinales, abdicauit, prout potuit, cum quadamtenus redeatur ad ſtatum veterum canoum. Nec obſtat quod in dictis indultis, Papa ſibi reſeruauit expreſsè vacantia per reſignationem in manibus ſuis factam, & conſequenter ſiue per ſimplicem quod rariſſimum eſt, ſiue in fauorem quod frequentiſſimum eſt: quia non excepit caſum per nullitatem vel reſoluoonem reſignationis, etiam per diſpoſitionem huius regulæ, beneficium vacat per obitum, & ſic omnis vacatio per obitum ſemper manet ſub iudicio.

166 ¶ Minus obſtat quòd Papa in hoc themate expreſsè derogat huic regulæ, quia, vt omittam, fuſtineri poſſe Papam, non ſolùm non debere, ſed nec poſſe in hoc regno huic regulæ in eodem regno pro lege approbatæ derogare, cùm etiam huiuſmodi derogatio ſpeciem reſeruationis futuræ vacationis cootineat, vt ſuprà oum. 138. quod in hoc regno damnatum eſt, dico ad areſta pto reſignatariis hanc derogationem habentibus lata, de quibus ſuprà num. 163. quod Papa nondum declarauerat ſe nolle huic regulæ derogare in præiudicium Cardinalium, prout poſtea & ante reſignationem, de qua in themate noo ſolùm declarauit: ſed etiam promiſit, ſtatuit; vouit, iurauit, idqoe ſolenniter: quare etiam ſi mentionem feciſſet de huiuſmodi indultis, & beneficium ſpectaret ad diſpoſioonem Cardinalis (vt in bullis de quibus in dictis areſtis expteſſum erat) adhuc hodie non ſufficeret, niſi etiam in derogatiooe facta eſſet ſufficiens mentio de dicto compacto, promiſſione, voto & iuramento, de quo non ſolùm non eſt facta mentio in ſignatura Tiij: ſed nec de Cardinali Ferratienſi, nec quod ſpectaret ad eius præſentationem.

167 ¶ Et ſic iſte caſus indubitatus eſt, & meritò obtinuit mea ſententia, vtcunque aliqui clamitarent hac via fieri vt nemo poſſit beneficium ſuum liberè reſignare, quæ vox eſt non vetorum eccleſiaſticorum: ſed oegonatorum, quos, dominus ooſter Ieſus Chriſtus è templo & domo ſua expulit, & flagello cæcidit, merces, numos, & menſas effundens & ſubuertens, idque bis & ſub feſta paſchalia, videlicet anno primo prædicaoonis ſuæ, Ioan. 2. c. & anno vltimo paulò ante paſſionem ſuam, Matth. 21. c. Lucæ 19. ad fi. & in nullum aliud genus hominum manus vnquam iniecit, vtinam adhuc iniiceret, aut miniſtros ſuos ſuſcitaret, vt deſinerent & hypocritæ & quæſtuarij ſacra canponari, per ſacra intelligo verbum Dei, ſacramenta, ſacerdotia, & quæ ſpectant ad vniuerſum ordinem & regimen eccleſiaſticum, ſic enim profligarentur hæretici & ſchiſmatici, qui illinc occaſionem ſumunt ad infinitas & intolerandas tutbas Eccleſiæ ciendas. Eccleſiæ verò Chriſtianæ in puritate tum doctrinæ, tum vitæ, tum adminiſtrationis ſanctæ gratis acceptæ & datæ, pacem, lætitiam & incrementum haberent. Portò clamamres illi propter abuſum ἀχ κατάλληλον quorondam ordinariotum non debent licentiam abutendi & diſciplinam eccleſiaſtica euertendi arripere. Mala qmdem exempla irritant, ſed non excuſant: at malum malo addere magis prouocat iram Dei, qui omnes ſua patientia ad pœnitentiam inuitat.

Mercatorci è templo eiecti.

168 ¶ Sed ad rem: quid ſi reſignaoo ſimplex facta & admiſſa eſt in manus Papæ qui per menſem non contulit, an poſt menſem conferre poſſit, ſi beneficium ſpectet ad prouiſionem Cardinalis huiuſmodi indultum habentis? Breuiter dico quòd non, quia poſt menſem ipſo iure etiam pontificio libera poteſtas reuerſa eſt ad Ordinarium, qualis erat ſi non vacaſſet in curia. c. *ſtatutum de præb.* in 6. & ille

menſis currit non ſolùm etiam ignorante Papa vt ibi tenet gloſſ. & omnes canoniſtæ in verbo *numerandum*, ſed etiam vacante ſede & indiſtinctè, quamuis in hoc contrarium velit gloſſ. in d. verbo *numerandum*. & malè quia illud. c. *ſtatutum*. factum eſt ad reſtringendum nouum ſtatutum de vacantibus in curia, de quo in c. *præcedenti*, vt reſtringatur ad menſem ab ipſa die vacationis in curia numerandum: ergo in reliquo ſtat ius commune Ordinariorum ad quod de facili fit recurſus etiam extendendo, vt tenet d. gloſſ. & omnes doctores in d. c. *ſtatutum*, & vbique Fely. in c. *cum acceſſiſſent*. col. 2. *de conſtitutio*. Cùm ergo reſpectu huius ordinarij Papa ſeſe priuauerit facultate præueniendi, nec iure quidem præuentionis vti poterit quamdiu ad dicti Cardinalis diſpoſitionem beneficium ſpectabit.

169 ¶ Sed hîc incidenter quæro an hoc caſu Ordinarius ſex menſes habebit, an verò reſiduum temporis à die vacationis, & ſic quinque menſes tantùm? Mirum eſt hanc quæſtionem à Canoniſtis in d. coll. 2. prætermiſſam eſſe, cum ſit propriè de materia illius coll. Breuiter dico Ordinarium tempus integrum Lateranenſis concilij, videlicet ſex menſes habere per textum à fortiori in coll. *quia diuerſitatem de conceſſ. præben.* vbi de illo tempore deducitur tempus, quo Ordinarius etiam propter culpam ſuam ſuſpenſus ab officio & beneficio prouidere non potuit: ergo multò magis deducitur tempus, quo ſine culpa ſua, ſed facto & ſtatuto Papæ impeditus fuit.

170 ¶ Quod magis confirmatur per opinionem Ioa. monachi Archidiaconi Genuuiani, Philippi Franci. & communem Canoniſtarum qui tenent in d. c. *ſtatutum*. quod infra illum menſem reſeruatum Papæ nullo modo poteſt Ordinarius cooperire. Quod ſi conferat, ipſo iure non valet, nec confirmator collatio, etiam ſi Papa infra illum menſem non conferat: quæ tamen opinio non eſt expedita, & contrarium poſt Ioan. ab Imola verius eſt, de quo aliàs, ne dum breuis eſſe laboro, multa inſuper cumulando obſcurus fiam.

171 ¶ Et ad probationem concluſionis ſatis eſt quod etiam culpa ſua impedito tempus illud non currit, d. c. *quia diuerſitatem*. niſi in mora fuerit petendæ abſolutionis, poſtquam illam obtinere poſſit. c. vlt. *de electio*. Bald. leg. *Item & ſuccurritur*. C. *ex quibus cauſis maiores*. Fel. c. *cum inter*. col. 10. & ibi Philipp. Dec. col. 8. *de exceptio*. Et quòd quamuis Ordinarius ſemper maneat collator habitu: tamen nec nouum ſtatutum Clementis III. de quo in c. 2. *de præbend*. in 6. iuncta communi opinione Canoniſtarum in c. 3. *eo tit*. ſatis per illum menſem eſt impeditus, ptout in fortioribus terminis Epiſcopus qui intra ſemeſtre eccleſiaſtici, vel infra quadrimeſtre laici patroni: poteſt (ſed reuocabiliter) conferre: tamen poſt illud ſemeſtre vel quadrimeſtre habet integrum ſemeſtre ſoum:

172 ¶ Et vt hîc obiter habeas pleniorem intellectum d. c. 2. & c. *inter cætera. extra de præb*. notandũ quod præuentiones primùm vſurpatæ ſunt de vacantibus in curia Romana, non iure reſeruationis, ſed præuentionis. & hoc plauſibiliter ab Ordinariis toleratum ad vitandam diutinam vacationem eccleſiæ damnoſam, & eo quòd vacatio in loco remoto non poterat niſi tardè ad notitiam Ordinariorum peruenire. Tum initio pontifices Romani non ſolebant perſonis, ſed eccleſiis prouidere nulla perſonarum acceptione habita. poſtquam autem attentarunt etiam vacantia in partibus iure præuentionis conferre, tam ceperunt vacantia in curia, ſibi inte præuentionis præſumere, itaque nouum inuentum fuit, quamuis Clemens III. in d. c. 2. pro colore noui ſui ſtatuti antiquam conſuetudinem prætexerat.

Vacatio in curia.

Nouum inuentum.

173 ¶ Sed tantum abeſt vt fuerit vetus aut recepta A conſuetudo tempore Clemẽtis III. vt Cœleſtinus III. eius immediatus ſucceſſor eam ignorauerit, nec ea in ſuo proprio facto tuendo vſus fuerit, vt eſt caſus in d. c. *inter cætera*. vbi Guilelmus Canonicus Laudunenſis, & Hugo Siclunenſis præbendas ſuas reſignauerant cauſa mutuæ permutationis in manus Cæleſtini III. qui ad finem permutationis admiſſæ mandauit decano Rhemenſi vt præbendam Laudunenſem conferret Hugoni: ſed Epiſcopus Dioceſanus nolens approbare quod ſe eo tempto geſtum erat, contulit illam cuidam Petro, inter quem & Hugonem orta lite Cœleſtinus III. præfatam permutationem & vtramque reſignationem reuocauit, & vtrique beneficium ſuum teſtituit, vt patet non ſolùm in parte deciſa. d. coll. *inter cætera*. ſed etiam per gloſſ. 1. Panor. B & alios canoniſtas ibi. Id quod Celeſtinus III. nunquam feciſſet, nec à ſe geſta aboleri paſſus fuiſſet, ſi quid fuiſſet de prætenſa antiqua conſuetudine, aut ſaltem ſi ſtatutum Clementis III. prædeceſſoris ſui pro iure receptum fuiſſet. Cum autem Innocentius III. qui magnæ authoritatis & eruditionis fuit, in pontificem Romanum aſſumptus fuiſſet, conquerente apud ſe dicto Petro, mandauit præfato Epiſcopo qui ſcienter præbendam indebitam contulerat dicto Petro bona fide recipienti, qui ſine culpa ſua eniction nem paſſus erat, vt aliam præbendam eidem conferret. Hic eſt verus & planus intellectus dictarum decretalium.

174 ¶ Quod ſi tum exploratum fuiſſet beneficia ſaltem per reſignationem in curia Romana vacantia C ſolius pontificis Romani diſpoſitioni reſeruata eſſe, nunquam in decretalibus Gregorij IX. fuiſſet omiſſum. primus omnium Bonifac. VIII. pontificatus ſui anno 4. anno verò Domini M. CC XC VIII. ſecundùm, gloſſ. vlt. in fi. lib. 6. & ſic plus ceptum & ſeptem annis poſt obitum Clemens III. inter quem & eundem Bonifacium octodecim Papæ fuerunt, attentauit ſtatutum illud Clementis III. de vacantibus in curia in formam & neceſſitatem iuris communis reducere in ſua compilatione, cum antea etiam tempore decretalium, & plus ſexaginta annis poſt illas editas fuiſſet extrauagans non ſolum obſcura & in vſum non recepta: ſed etiam per decretales Gregorij IX. reprobata, non ſolùm in proœmio Gregoriano, verſic. *reſecatis* & in glo. & omnes canon. ſed etiam D per caſum ſpecificum in d. c *inter cætera*.

175 ¶ Quare dico quod ſi Ordinarius beneficium vacans in curia Romana ſimpliciter infra menſem conferat, non eſt collatio ſundituſ nullæ non enim laborat vitio ſubreptionis, vt de immatura prætentione Papæ vel legati, diximus ſupra nu. 48. non enim præuenit, ſed iure ordinario & primitiuo vtitur. ſemper enim remanet verus & naturalis collator habitu, vtcunque beneficium ſit pro hac vice ad tempus reſeruatum in curia. imò etiam eſt collator actu ſi Papa non vult vti, vel non vtatur dicta reſeruatione, quæ etiam odioſa eſt, & de facili etiam cum extenſione (quæ hoc caſu fauorabilis eſt) fit recurſus ad ius commune, vt tenent gl. & omnes canoniſtæ in c. *ſtatutum. de præb* in 6. Alex. con. 75. nu 5. cum ſeq. vbi in annotatio. dixi: & nouiſſimè Ludo. Gomeſi. in c. 1. tium. 70. *de conſtitutio*. in 6.

176 ¶ Et ordinarius non minus habet iuris in prouiſione beneficij durante hoc menſe, quam durante quadrimeſtri ſpectante ad patronum laicum quo vt infra tempus ſuum debitè conquetente, collatio intermedia Ordinarij ipſo iure annullatur, aliàs rata maner vt clarè probaui ſuprà numero 61. ita Papa infra menſem ſuum Canonicè conferente, ipſo iure annullatur prouiſio intermedia Ordinarij, virtute decreti appoſiti in fin. ſtatuti dicti Clementis III. quod vim legis habere exprit poſtquam in editione Bonifa. coll. 3. promulgatum fuit in capite

2. in fi. *de præben.* in 6. ſed Papa non prouidente infra illud tempus diſpoſitio intermedia Ordinarij rata manet.

177 ¶ Quia dictum decretum fauore Papæ appoſitum intelligitur, ſi Papa fauore ſuo vti velit & debitè vtatur. quemadmodum ius patronatus laicum ſimile decretum etiam conciliare habet in c. *decernimus.* 16. qu. 7. & tamen ſimilem conditionem recipit prout pro regula traditur de huiuſmodi decretis irritantibus in cle. 1. *de conceſſion. præbend.* Fely. in c. *cæterum de reſcript.* Qui verò contrarium tenent, errant nedum in iure ſed in facto, putantes nunquam Ordinarios poteſtatem habuiſſe conferendi beneficia ſuæ diœceſis ſi vacarent in Curia Romana: ſed pontifices Romanos ſemper hanc prærogatiuam priuatiuè ad omnes habuiſſe, quod eſt ridiculum.

178 ¶ Sed quid ſi Papa intra ſuum menſem contulit, ſed incapaci puta laico vel inhabili, aut irregulari non diſpenſato, aut aliàs nulliter? Plerique Canoniſtarum tenent Ordinarium vt inferiorem non poſſe ampliùs attingere ex quo ſuperior appoſuit manum. ſed primò hoc eſt contra ius commune pontificum, & contra regulam e. *non præſtat. de regul. iuris.* in 6. Secundò abuſiuum eſſet in hoc regno, in quo Papa non poteſt vti reſeruatione, ſed ſimplici concurſu poſt tempus veriſimilis notitiæ. quod ſi Papa nulliter conferendo ſibi de nouo beneficium afficeret, vel reſeruationem in corpore iuris clauſam protogaret, nihil aliud reſeruaret quàm quod eſſet contra decretum de reſeruationibus ſublatis, & abuſiuum.

179 ¶ Sed quid ſi in terminis præfati thematis ſuprà num. 164. Titius fecit extendi bullas ſuas & in eis apponi nomen & qualitatem eccleſiaſtici patroni Cardinalis Ferrarienſis ratione dicti prioratus vel abbatiæ *de lyre*; Reſpond. etiam ab initio non ſufficeret propter alias retrahentes circunſtantias dicti compacti & homologationis omiſſas, & vbi ab initio ſuffeciſſet, non ſufficit nunc, non ſolùm, poſt primas bullas, ſemel exhibitas quæ ampliùs non poſſunt reformari niſi iuxta tenorem gratiæ & originalis ſignaturæ de qua conſtare oportet, vt cautum, eſt edicto Regis nunc regnantis ſuper paruis datis. §. 8. ſed nec aliàs ſufficit etiam ante vllas bullas exhibitas, imò etiam ante vllam ſignaturam exhibitam, poſtquam ſemel alterius eſt quæſitum, quia ab eo tempore aliquid addere vel detrahere in præiudicium tertij crimen eſt falſi non obſtante clauſula vulgata ſignaturarum, & quod amplior expreſſio nominum & cognominum fieri poſſit, quæ intelligitur quando ex hoc nullum ius quæritur, ſed tantùm id quod eſt, quale eſt clarius deſignatur. At hìc additio ſubſtantiam gratiæ coocernit quæ hoc expreſſo veriſimiliter oegata aut ſaltem difficilius data fuiſſet, ergo additio falſi.

180 ¶ Sed quid ſi in terminis dicti thematis Ordinarius non contulit ad præſentationem Cardinalis, ſed ſimpliciter inte Diœceſano, Catdinalis autem infra ſemeſtre non præſentauit? Et videretur præuentionem Papæ per obitum ab initio nullam ex capite ſubreptionis, & conſequenter nunquam poſſe ex poſtfacto cooualeſcere, & ſic quod collatio Ordinarij ſubſiſtat per not. ſupra numero 39. 81. 85. 175. In contrarium arguitur, quia huiuſmodi ſubreptio qua præuentio Papæ laborat oon eſt ob aliquod impediens vel retrahens de iure eommuni, nec etiam propter aliquod priuilegium teale, aut collegio datum cui renuntiari non poſſit: ſed propter priuilegium ſpeciale certo Cardinali datum eius perſonali fauore, & ſic intelligitur quatenus is fauore ſibi conceſſo vti velit eo legitimè vtatur, & quamuis ſenſim ſit datum pluribus, & tandem omnibus Cardinalibus Galliæ, non tamen vt corpori vel collegio, ſed vt ſingulis datum eſt, & cum ſingulorum perſona expirat, ideo ſingulatis cuiuſque fauor duntaxat attenditur, & ſic ſinguli quo ad ſe renunciare vel negligere poſſunt, & ſic quemadmodum ſupra numero 177. diximus, decretum irritans appoſitum in ſtatuto Clementis III. de reſeruandis vacantibus in curia, intelligi quatenus Papa velit vti & legitimè vtatur, oou per ſecundam reſeruaoooem vel proroganonem teſeusnonis, ſed legitimè & validè conferendo infra menſem ſuum: ita decretum appoſitum indultis ſingulorum Cardinalium intelligitur ſi & quateous illi velint vti, & canonicè vtantur infra tempus Ordinarijs datum.

181 ¶ Solue pro prima parte & dioceſani prouiſione, quòd præuenno Papæ non valebat, non defectu ſimplicis ſubrepoonis, ſed defectu voluntatis & poteſtatis propter illud compactum iurarum, quo ligatus erat Papa, non autem dioceſanus. Et ſic mero iure veteri & communi prouiſio dioceſani ſubſiſtit. Præuentio autem Papæ nec iure veteri ſubſiſtit, nec noua vſurpatione quæ per illud compactum ſublata eſt, & ſic cum ab initio non valuerit, non poteſt ex poſt facto cõualeſcere in e. *quod ab initio. de re. iur.* in 6. Si enim expreſſum fuiſſet ſpectate ad prouiſionem dicti Cardinalis patroni, Papa veriſimiliter non derogaſſet huic tegulæ ſut ſaltem difficilius: Ergo derogatio fundirus nulla. c. *poſtulaſti. de reſcript.* Amplio etiam ſi dioceſanus inte dioceſano non contulerit infra primum ſemeſtre quod eſt patroni: vt poſteà non obſtante dicta præuentione Papæ inioo inutili, quæque oec deinde conualuit: poſſit infra ſequens ſemeſtre ſuum iure deuoluto conferre, & etiam Papa vel legatus prout alias concurrendo. Et collatio priot tempore ponot ent iure. Porrò quamuis inirio indulta illa ſingulis Cardinalibus non collegio data ſint: tamen compactum illud factum in cooclaui factum eſt collegialiter, & ipſi eollegio datum. Quanquam in præſenri. q. non tefert, ſed idem iuris eſt etiam ſi tantum ſingulis datum eſſet: quia non eſt priuilegium, ſed teditus ad ius commune antiquum vt ſuprà num. 165.

182 ¶ Sed circa id quod ſupta nu. 168. cum ſeq. dixi de c. *ſtatutum. de præbēd.* in 6. ſcrupulus vnus ſuper eſt, quia poſt menſem noo videtur libera poteſtas reuerti ad Ordinarium, ſeu qualis erat ſi non vacaſſet in curia, ſed ita demum vt per ſcipſum coofetat & exiſtens in dioceſi ſua, vel ſi agat in temotis conferat per vicarium genetalem in dioceſi exiſtentem vt in fine *d. cum gloſ.* Sed certè cauda d. c. *ſtatutum.* nunquam fuit recepta in hoc teguo, ſed ſtatim poſt menſem quam conſtat vacare in curia Romana valet preuentio Otdinarij vel ſui vicarij vbicunque ſit, & conſequenter ſi Otdinarius Cardinalis eſt tam poſt menſem non ſolùm per ſe vel ſuum vicarium libetè conferre poterit. Sed nec amplius pet Papam præueniri poterit.

Cauda c. *ſtatuto de tur.* in 6. non recepta in regno.

183 ¶ Ex his facilè deciditur famigerata illa quæſt. ſplendidiſſimè acta in hoc ſenatu 21. Auguſti anno M. D. LIIII. de appellatione tanquam ab abuſu iotenecta à vice-legato Auentooenſi per Cluniacenſem abbam ad ſummum Catdinalem, nec-non per procuratotem generalem Regis & collatarium abbæ. Quidam de Monte habens prioratum dependentem à monaſterio Cluniacenſi, ſed ſitum in diœceſi Valentiæ in prouincia Viennenſi laborans in extremis, dedit mandatum ad reſignandum in manus Papæ vel alterius cuiuſcunque poteſtatem habentis in fauorem oepotis ſui ex fratre, & quatenus legatus aut vice-legatus non haberet poteſtatem admittendi in fauorem, dat mandatum reſignandi ſimpliciter, & ad rogandum & ſupplicandum

Thema Auenionenſe.

eundem legatum ſeu vice-legatum, quatenus omni meliori modo dicto nepoti conferat cum poteſtate ſubſtituendi quatenus dicta reſignatio fieret in curia Romana in fauorem dicti nepotis: vice legatus admiſit & contulit nepoti ad ſupplicationem dicti procuratoris cum derogatione regulæ de viginti diebus & multis exorbitantibus aliis diſpenſationibus & derogationibus die 18. Martij anno M. D. LII. incipiendo à natiuitate, reſignans de eodem morbo poſtridiè moritur, & abbas confert per obitum & tanquam, ab abuſu Regem & ſenatum noſtrum appellate à collatione facta vice-legatum Auenionenſem, & vſurpatione per eum facta contra indulta abbæ & edicta Regia.

184 ¶ Duo ſunt præcipui articuli abuſus. Primus quòd Legatus non poteſt admittere in fauorem. Secundus quòd non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad prouiſionem dicti abbæ Cardinalis. Tertium ex productione appellati collegii, quia decreto Senatus Delphinalis die 24. Decembris anno M. D. XLVII. iuſſus fuit vice-legatus literas patentes Regis & Delphini de permiſſione vtendi ſuis facultatibus in Delphinatu infra tres menſes adferre, nec bullæ fuerunt inibi publicatæ niſi ſub hac conditione, cui non docetur ſatis feciſſe: quo ad primum certum eſt quod quamquam Legatus etiam de latere habeat mandatum expreſſum conferendi vacantia per reſignationem ſiue ſimplicem, ſiue cauſa permutationis, aut aliàs quomodolibet, non tamen habet poteſtatem admittendi reſignationem in fauorem niſi id ſpecialiter & nominatim conceſſum fuerit: hæc enim Simoniaca eſt & prohibita & nouum genus diſpenſationis exigens, vt ſupra numero 101. Igitur gratia & facultate ſpeciale opus eſt: nec tranſit enim clauſulis quantumuis generalibus, & ita practicatur. Nunquam vidi qui huiuſmodi facultatem admittendi & conferendi in fauorem haberet & practicaret, niſi vnum ad breue tempus Legatum miſſum archiepiſcopum Barrenſem circa ann. M. D. XXV. Fuerunt quidam alij paris facultatis, ſed ſenatus noſter nunquam voluit admittere niſi ſub hac reſtrictione ne poſſet in fauorem admittere, & bene. Appellatus autem exipiebat reſignationem fuiſſe ſimplicem & non in fauorem, & ad hunc finem producebat procuratorium defuncti, continens clauſulas, de quibus ſupra. num. 183.

185 ¶ Verùm ex illis conſtat nec defunctum, nec eius procuratorem habuiſſe intentionem reſignandi, niſi vt conferretur nepoti: & clauſula quatenus legatus aut vice-legatus non haberet poteſtatem admittendi in fauorem nepotis, idem dominus conſtituens dat poteſtatem reſignandi in manibus eiuſdem ſimpliciter, & ad togandum & ſupplicandum quatenus omni meliori modo prouideat nepoti: manifeſtè appoſita eſt in fraudem, quæſito & accerſito colore ſub tacita fide de prouidendo nepoti, & non aliàs, quia procurator non habebat poteſtatem ſupplicandi, niſi pro nepote, & non aliàs nec habebat poteſtatem quouiſmodo reſignandi niſi ſub dicta ſupplicatione & non aliàs, & ſic fide prius expreſſe vel tacite habita de prouidendo nepoti, & de admittendo reſignationem ad hunc effectum. Igitur per obliquum & in effectu fuit vera reſignatio in fauorem nepotis ſaltè & tacita fides habita, quod non minus eſt quàm contrauentio canonum expreſſa l. *fraus de legib.* l. *Quamuis.* ibi, calur quæſitus, *de donatio. inter vir. & vxor.* Confirmatur quia prohibitio reſignationum in fauorem fauorabilis eſt, tum ad vitandam labem vel ſpeciem ſimonię, cùm non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum ſit, præſertim Eccleſiaſticis. c. *cum ab omni de vita & honeſt. cleric.* Tum ad vitandas fraudes aduerſus ſacros antiquos Canones, quibus cauetur ne ſanctuarium domini hereditare poſſideatur, & ne qua ſit ſucceſſio in beneficiis. c. *quoniam.* c. *ad extirpandas. extrà de filiis preſbyt.* 8. quæſt. 1. *Moyſes* c. *Apoſt. loco.* Sed iura etiam pœnalia & odioſa extenduntur ne fraus fiat. c. *ſi cautas.* & ibi gloſſ. & omnes cano. *de ſentent. excommunic.* in 6. Quanto fortius iura fauorabilia & obſeruatio ſacrorum antiquorum canonum?

186 ¶ Rurſus confirmatur per clauſulam ſubſtituendi in eodem procuratorio limitatam in caſum quo fieret reſignano in fauorem dicti nepotis. Et ſic totum mandatum erat ad eundem fauorem limitatum, nec reſignans voluit confidere de alio procuratore, niſi ſub illa præciſa limitatione, & ſic habita erat & compacta fides delecti procuratoris. Ternò confirmatur quia eo quod delectus procurator non erat iturus Romam, noluit confidere neque de ſummo pontifice, neque de ſubſtituto, ſed eorum poteſtatem præcisè limitate. Porrò non eſt veriſimile quod reſignans maiorem libertatem & poteſtatem reliquere voluit inferiori puta vice-legato, quam Papæ. Sed quod ſi idem procurator non poſſet cum vice-legato negotiari in fauorem nepotis, quod ſtatim mitteret ſubſtitutum Romam ad reſignandum in fauorem duntaxat. Ergo ſatis apparet de fraude quam etiam clauſulæ illæ inſolitæ & artificioſè acceſſitæ ſatis probant præſertim in materia his fraudibus obnuxia. gloſ. Ange. Perufini in l. *ſi quis ſub conditione de conditio. inſtitu.* gloſ. Bald. Salicet. in l. *cum allegas. C. de vſur.* glo. in l. *iubemus. C. de teſtamen.* Canoniſtæ in c. 2. *de renuntia.* in 6. Quoties aurem legatus aliquid facit vltra mandata vel facultates ieceptas & permiſſas à principe, vel ſenatu noſtro, certum eſt tanquam ad abuſu appellari poſſe, & ita vtimur. Clauſula inſoluta.

187 ¶ Quantum ad ſecundum principale caput abuſus Iulius tertius anno ſeſquimileſimo quinquageſimo, pontificatus ſui primo 15. Calend. Maij. præfato abbæ collatori Ordinario Cardinali conceſſit vt liberè Ordinaria ſua authotitate de omnibus beneficiis ad ſuam Ordinariam diſpoſitionem quomodolibet ſpectantibus quocunque menſe vel tempote vacannbus diſponere poſſet abſque eo quod idem Pontifex, vel ſui ſucceſſores aut Legati etiam de latere, quaois etiam ſpeciali facultate fungentes poſſent vllatenus manum apponere vel diſponere, etiam itite præuentionis ſcienter vel ignoranter, cum ampliſſimis derogationibus & decretis irritantibus & derogatoriarum derogatoriis, ablata etiam omnibus aliter iudicandi facultate, etiam ſi beneficia vacarent in curia Romana, præterquam per reſignationem in manibus ipſius Papæ factam. & bulla, quam indultum vocant, lecta, publicata, & regiſtrata fuit in magno conſilio Regis audito, & hoc requirente procuratore Regis Pontiſaræ 16. Septembt. M. D. L. & in parlamento Prouinciæ 21. Nouemb. M. D. L. deinde Pariſiis audito & conſentiente procuratore generali ſub modificationibus & limitationibus in regeſto contentis ſuper verificatione ſimilis indulti defuncto Cardinali Lothar. conceſſit 19. Mar. M. D. LI. ante Paſcha. Appellatio ab abuſu legati.

188 ¶ Fuerunt etiam publicatæ literæ Regiæ ſpeciales Regis datæ 28. Auguſt. M. D. L. anno regni 4. quibus rex declarauit ſe velle præfatum Cardinalem dicto indulto liberè etiam à data eiuſdem indulti vti, & rurſus aliæ literæ Regiæ datæ 18. Decembris M. D. LIII. in fauorem omnium Cardinalium huiuſmodi indulta habentium, quibus etiam declarat Rex ſe nunquam voluiſſe, nec velle legatis etiam à latere aliquem ſuarum facultatum vſum concedere in præiudicium dictorum indultorum, lectæ & publicatæ in ſenatu Pariſienſi, audito & conſentiente procuratore generali Regis, vndecima Ianuarij. M. D. LIII. Et ſic appellatio tanquam ab abuſu indubitanter

valida. Appellatus autem cauillabatur officium Legationis Auenioneſis eſſe officium formatum, non extinguibile morte Legati, ſed vacabile (voces ſunt forenſes) & conferibile per obitum, & quod legatio Alexandri Farneſij Cardinalis legati Auenionenſis prior eſt tempore prælato indulto poſteriori in data, per quod Papa non potuit nec voluit derogare dictæ Legationi, nec auferre ius Legato ſuo quæſitum.

Aliud Epiſcopus, gubernator, legatus.

189 ¶ Sed ſolutio clara eſt quod aliud Epiſcopus, aliud gubernator, aliod legatio, aliud facultas conferendi beneficia eidem gubernatori intra territorium Auenionenſe & comitatum Venayſſini ad Papam pertinens data: aliud eadem facultas extra illud territoriom, ad alia, puta ad prouincias Viennenſem, Arelatenſem, Ebredunenſem, Aquenſem, & Narbonenſem extenſa. Dictus ergo Farnefius inquantum Epiſcopus Auenionenſis habet dignitatem formatam limitibus ſuis clauſam, vt quilibet dioceſanus, inquantum verò gubernator dicti territorij & ditionis Papalis, habet etiam officium formatum eodem territorio finitum: hæc duo non extinguuntur obitu vel ceſſione, ſed vacant & conferuntur vt reliqua officia & beneficia formata. Sed neutrius vi poteſtatem vllam habet extra fines, ſed nec conferendi quidem beneficia intra eoſdem fines ſita. Sed ad aliorum ſiue ſubditorum, ſiue exterorum diſpoſitionem ſpectantia, etiam ſi Papa omnem ſuam poteſtatem in vtroque foro ei dederit etiam belli indicendi, exercitus mouendi, coofederationes incundi & diſſoluendi.

190 ¶ Ioquantum aotem eſt Legatus Auenionenſis, poteſt vti iure præuentionis in beneficiis Eccleſiaſticis in eodem loco ſitis, non tamen ex poteſtate Ordinaria Legati, ſed ex ſpeciali prærogatiua & priuilegio vt delegatus. coll. r. in fi. de *offic. lega.* in 6. Et hinc eſt quòd collatio facta à Legato etiam de latere ſortitur potiùs naturam impetrationis Papalis quàm collationis Ordinariæ, vt eſt text. in c. vlt. & ibi. glo. & docto. *de offic. legat.* in 6. text. in clemen. 2. *de officio ordin.* Ita ad verbum tradit & decidit Franciſc. Areti. in c. *mandatum.* col. 2. *de reſcript.* ad hoc etiam c. pen. in fi. ibi niſi de ſpeciali gratia. *extra de offic. legat.* & fortius quod etiam ipſe Legatus de latere intra ſuam prouinciam non ſit verus Ordinarius, ſed delegatus, decidit Pet. Anchar. *in repet.* l. *more.* col. vlti. *de iuriſd. omnium iudic.* & text. in d. c. 2. *de offic. legat.* in 6 in verbo *reputantes.* fictionem notat. Et multomagis extraordinaria eſt ſpecialis & delegata hæc poteſtas ad alias prouincias extenſa: vt ſupra oum. 189. Et ſic legatio non eſt officium formatum: ſed caſuale, vel quæuis delegatio vel procuratio ad nutum reuocabile vel limitabile, & qood per obitum vel reuocationem non vacat, ſed deſinit & extioguitur.

191 ¶ Ex quibus ſequitur primò Legatum Auenionenſem non habuiſſe quantum ad hoc officium formatum, ſed Papam liberè eo non vocato nec conſentiente & ignorante potuiſſe dictum indultum dare. Et poteſtatem ſui Legati ſeu potius delegati abſentis, ignorantis quantum ad boc reuocare ipſo iure, tex. in col. *dudum de præbend.* in 6.

192 ¶ Sequitur ſecundò Legatum qui in hoc delegatus eſt non poſſe alij ſobdelegare. Igitur non poterat quantum ad hoc vice-legatum conſtituere, quæ eſt alia cauſa tuſtè appellandi ab abuſu. Appellatus in contrarium allegabat conſilium Stepha. Bertrand. 117. incip. *ex literis legationis.* quod habetur lib. 1. in impreſſis per Vincentium de Portonariis, Sed fallitur, quia Bertrandus ibi tum. 2. loquitur de Legato habente ſpecialem facultatē committendi vice-legatum. Nec obſtat quod Arnulph. Ruſeus in tracta. *de præeminentia Archiepiſcopal. dignita. priuilegio.* 5. numero 13. ait Legatum Auenionenſem exercere Legationem per gubernatorem in ſua abſentia, quia boc verum eſt in his quæ ſunt de officio gubernatoris quod in officium formatum, oon autem in his quæ ſunt de ratione ſimplicis Legationis, præſertim ad conferenda beneficia in aliena prouincia, hæc enim extraordinaria & gratioſa poteſtas non poteſt delegari io totum, & multominus in parte. Quia dioceſanus qui eſt Ordinarius & habet poteſtatem iure proprio, non poteſt hanc committere niſi vicario generali. c. vlti. vbi gloſ. & omnes docto. *de offic. vicar.* in 6. Legatus autem nec in genere, nec in ſpecie, vt etiam tenet Arnulph. Ruſeus in loco prælegato quod hoc eſt oouiſſimum in hoc tegno, vbi nunquam recipitur niſi cum hoc onere, vt non poſſit vicarium vel ſubſtitutum ſeu vicelegatum conſtituere, ita quod etiamſi habebat à Papa in facultate ſpeciali non poteſt vti: & ita ateſto huius ſenatus deciſum in Hadriano de Boyſi Legato de latere anno M. D. XIX.

Indulta Cardinalium non egent notificatione.

193 ¶ Nec obſtat quòd illud indultum non fuerat publicatum Gratianopoli ſiue in ſupremo tribunali Delphinatus, in quo (quoad regalia) eadem iura quæ in tegno ſeruantur quia huiuſmodi indulta nulla indigent notificatione vel publicatione, vtpote facta ad ritum & obſeruantiam iuris communis & libertatis Ordinariorum, ad quam reuerſio etiam com extentione fit ipſo iure c. 2. *de. præb.* in 6. *l ſi vnus.* §. *pactus ne peteret.* in fine. *de pact.* vt enim reuocatio legati ipſo iure operatur oec indiger ootificatione aut publicatione, ita & limitatio facultatem legati *l. quæ de tota. de rei vendicat.* Et ſic programmata illa declarationis Regiæ, ſupra nu. 188. data ſunt ex abundanti, & publicata ex abundanti, text. in fortiotibus terminis. in c. *dudum de præben.* in 6. vbi Papa Legato ſuo ad partes Gallicanas deſtinato dederat poteſtatem recipiendi reſignationes quorumcumque beneficiorum & ea conferendi: & tamen etiam ſi poſtea in data poſteriori nec facta mentione de dicta legatione & eius facultatibus, nec facta alia derogatione dedit ius ad vacatura in eadem prouincia: deciditur poteſtatem Legati etiam eo ignorante etiam abſque clauſula derogatoria, & abſque vlla nooficatione eſſe in hoc reuocatam, & quamuis legatus factum executorum præuenerit, tamen ipſo iure nihil egit.

194 ¶ Cum autem ad boc ſint octo tationes expreſſæ in d. c. *dudum de præbend.* in 6. omnes illæ & plures fortiùs concurrunt in caſo præſenti. Prima, quod quamcunque poteſtatem præfato Legato dederit ſummus pontifex: maiorem tamen penes ſe ſemper retinuit. Secunda, quia per ſpeciem derogatur generi, idque ex natura ſpeciei & ipſo iure, & ſic non requiritur menoo generis, nec eius derogatio. Quæ rationes non ſolùm identificè ſeu eadem numero bic militant, cum legatio Auenionenſis reſpectu facultatis beneficiorum prouinciæ Viennenſis ſit in genere, indultum vero abbæ Cardinalis in ſpecie pro beneficiis ſpectantibus ad ſuam ordinariam diſpoſitionem tantùm. Sed oon ſolùm identificè, imò etiam fortiùs & intenoùs hîc concurrunt quadruplicitet. Primò quia in hoc indulto mentio fit expreſſa legatorum de latere omniumque facultatum eorum quaruncumque. Secundò illis derogatur expreſsè. Tertiò derogatur etiam ſi facultates legatorum emanaſſeot motu proprio & ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac com quibuſ. uis prægnantibus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, etiam ſi cum decretis irritantibus. Quartò, quia ſummus pontifex in hac ſpecie etiam ſibi ipſi nominatim & ſuis tam deceſſoribus quàm ſucceſſoribus derogat. Ergo multo magis quibuſuis legatis, & ſumus in loogè fortiotibus terminis quàm in d. c. *dudum.*

a *Dudum de præbem.* in 6. 1 2

195 ¶ Tertia ratio textualis, quia Papa etiam facta mentione de poteſtate prius data legato, nihilominus poſteriores literas etiam gratioſas dediſſet. Sed hîc plus eſt, quia expreſſit & pleniſſimè derogauit. Tum quia hoc indultum non eſt dano gratiæ, ſed conſeruatio iuris communis & ordinarij. Quarta ratio textualis ab abſurdo: quia inquit text. abſurdum foret ſi tam lata Papæ poteſtas impediretur, ſi ſemper neceſſe eſſet mentionem facere de facultanbus legatorum priùs conceſſis. Sed hîc expreſſit & pleniſſimè derogauit. Quinta ratio propter appoſitionem deceſi in ſecundis literis gratioſis, cuius virtus eſt ſtatim ligare etiam ignorantes & habere vim expreſſionis & reuocationis poteſtatis prius datę non expreſſę. d.c. *dudum*. verſicu. *& quòd decretum*, vbi Geminiano. quod decretum Papæ habet vim priuatiuam poteſtatis & reuocatiuam ad ſe, vnde ligat manum ignorantis. Sed hîc non ſolùm eſt decretum irritans: ſed etiam expreſſa mentio & reuocatio facultatum quorumuis legatorum quantum ad hoc.

196 ¶ Sexta ratio textualis, quia in d. c. *dudum*. tam legatus quàm ſuus collatarius certabant de lucro, prout etiam hic appellatus & ſuus collator vice-legatus. Sed hîc plus eſt quia in d. c. *dudum*. etiam nouus impetrans ad vacatura certabat de lucro, & erat poſterior, & nihilominus præfertur: ſed hic Ordinarius certat de damno vitando & conſeruanda iuriſdictione Ordinaria in quo non eſt lucrum habere, ſed damnum vitare. Igitur multo fortius præfertur certantibus de lucro, quibus de iure præferri debet etiam agendo, nedum excipiendo. l. vlt. C. *de condic. indeb.* l. vlt. §. *ſi verò creditores*. C. *de iure deliber. l. non debet aſſori* §. *in re obſcura. de reg. iur.* & appoſitiſſimè not. Geminia. in. d. c. *dudum*. per illum text. quod vbi agitur de lucro alterius, poteſt fieri reuocatio actus etiam illo ignorante, etiam ad commodum alterius certantis de lucro. Ergo magis ſi de damno vitando.

197 ¶ Septima ratio, quia Papa non minorem habet poteſtatem ſuper Legatum ſuum quàm quilibet priuatus ſuper procuratorem ſuum, qui reuocatus vel quatenus eſt reuocatus, etiam ignorans non poteſt amplius dominium transferre, nec libertatem quidem quantumuis omnium rerum fauorabiliſſimam dare. l. *quæſitum* in fi. *quis & à quibus manumiſ. libe. non ſiunt*. Bald. in *l. ſi mandaſſem*. Mandat ergo hic à data d. indulti Legatus non potuit amplius aliquid facere & multominus dare ius in re in beneficiis ab eius poteſtate per indultum exceptis, & appoſitè ad hoc dicit Philip. Franc. in d. c. *dudum* colum. a. quod mandarum ad conferenda beneficia poteſt reuocari & tenet reuocario, licèt non peruenerit ad notiuam, ſicut dicitur, in procuratore dato ad contrahendum matrimonium carnale. c. vlt. *de procuratio*. in 6. vel ſpirituale vt in prouiſione beneficiorum, præſertim conſuentualium aut ſemiconuentualium. Octaua ratio quia ſummus pontifex non habet minorem poteſtatem ſuper Legato ſuo & facultatibus ei commiſſis, quam quilibet priuatus ſuper ſeruo ſuo & peculio ei commiſſo, quod tamen ſtatim mutata voluntate domini etiam ſeruo ignorante perimatur, vt eſt ibi text. & in iuribus allegatis in gloſ. penul. quæ ratio etiam hîc in individuo concurrit. Atqui hic Legatus Ferneſius ab initio ſciuit, imò etiam præſens fuit in concilio & conſiſtorio Papæ cum aliis Cardinalibus quandò indultum illud proprio motu emanauit, imò etiam vt cancellarius ac vicecancellarius curiæ Romanæ ſigillauit aut applumbauit hoc indultum. Præterea huiuſmodi indultum fauorabile eſt, vtpote ad executionem & conſeruationem iuris communis: Igitur fortiùs præualet quàm ſecunda gratia impetrantis ad vacatura in caſu. d. c. *dudum*. quæ de ſe ambitioſa etat & reſtringenda. c. *quamuis*. in j. prin. *de præb.* in 6.

198 ¶ Quantum ad tertium principale caput abuſus, certum eſt quòd in hoc regno non poteſt Papa Legatum etiam de latere mittere, nec Legatus poteſtatem ſuam exercere ſine expreſſa permiſſione Regis. Authoritas quidem legati pendet à Papa, ſed admiſſio & executio à Rege & ſenatu ſuo in hoc regno, vt etiam multis areſtis ſuprem noſtri ſenatus iudicatum fuit. tex. *à fortiori*. in c. *Adrianus* 64. diſtinc. vbi à ſummo pontifice & vniuerſo concilio Lateranenſi ad hoc congregato, Carolo magno Francorum Regi datum eſt ius & poteſtas ordinandi apoſtolicam ſedem & ſummum pontificem Romanum, & inſuper Epiſcopos & Archiepiſcopos regni ſui, vtque ab eo inueſtituram recipere tenerentur priuſquam inaugurarentur: quod ius fuit conceſſum Carolo magno tanquam Francorum Regi, vt probat ille text. ibi Carolum Regem: & ibi, niſi a rege laudetur & inueſtiatur Epiſcopus. Non autem ratione Imperij nec tanquam Imperatori, quia tum non erat Imperator, ſed poſtea factus eſt tempore Leonis 3. Papæ, vt clarè probaui in conſuetud. Pariſien tit. 1. in rubrica. Carolus Magnus.

199 ¶ Verum eſt quod poſtea Ludouicus Pius Caroli filius Francorum Rex & Imperator Romanus hoc ius eligendi ſummi pontificis ceſſit & dedit Romanis c. *ego Ludouicus*. in fi. 64. diſtinc. ſcilicet clero & populo Romano iuxta conſtitutiones regias & imperiales præſari Caroli & Ludouici, quas tefert Auſegiſus abba. lib. capitularium 1. (ſic vocabant conſtitutiones Regias) lib. 1. c. 78. & habetur in c. *Sacrorum*. 63. diſtinc. & probat text. in d. c. *ego Ludouicus*. vbi ita demum hoc ius ceditur Romanis, ſi omnes Romani vno conſilio atque vna concordia ſine vlla promiſſione ad pontificatus ordinem elegerint. Alias electio eiuſmodi & ordinario remanet penes Reges Francorum, in eodem textu. ibi, legati ad nos, vel ad ſucceſſores noſtros teges Francotum dirigantur, &c. Et ſic examinare poterat an electio eſſet iuſtè & canonicè facta, vt etiam probat tex. in c. *& nos & vos*. 63. diſtinct. Reliqua verò ipſa non fuerunt remiſſa, ſed retenta, vt probant text. in c. *Renatus*, &c. nobis eadem diſtinct. vbi Leo 4. Papa qui fuit octauus à Do. Adriano 1. tempore Lotharij primi filij Ludouici, & Lodouici ſecundi filij Lotharij, pronepotis Caroli Magni reliqua iora recognouit, & illis paruit. c. *de capitulis*. to. *diſtinctio*. & idem in Delphinatu, qui tunc erat portio regni Francorum, quod tum per omnes fines Galliarum, à Caio Cæſare, Strabone, Plinio ſeniore, Ptolomeo, Pomponio Mela, & omnibus claſſicis authoribus deſcriptos protendebatur. Sed dictus vice-legatus nullam permiſſionem habuit à Rege nec Delphino, nedum non docet, ſed ex ſua productione defectus appater, vt ſuprà numero 184. in prin. Ludouicus Pius.

200 ¶ Tamen quia Abba viſitatorem monachum miſerat in dicto prioratu, qui petiit à quodam conſiliario Senatus Prouinciæ, qui cum literis patentibus Regis commiſſionis ſuæ aderat, vt exequendo dictas literas ptehenderet, & ſub mann tegia poneret fructus & reditus dicti prioratus, curatoribus etiam ſeu commiſſariis adhibitis: quod factum fuit, vnde dictus nepos tanquam ab abuſu appellauit. Senatus noſter pronuntiauit malè & abuſiuè factum & executum tam per dictum viſitatotem, quàm per dictum executotem; bene appellatum per dictum nepotem, abba verò condemnatus in expenſas dictæ appellationis, damnis tamen & intereſſe teſeruatis in diffinitiua, videlicet principalis appellationis dicti abbæ & ſui collatarij & procuratoris fiſci, iudiciſque poſſeſſorij, in quo Ordinarius omnino vincere debet per prædicta. Sed meritò ſuccubuit in dicto incidenti: quia erat ſequeſtrum facere per executotem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, quod eſt abuſiuum &

vſurpatio iuriſdictionis laicæ : quia ſequeſtrum debet ordinari per iudicem ſecularem principaliter de cauſa iure proprio cognoſcentem & non tanquam per executorem Eccleſiaſtici.

201 ¶ Et nota, quòd huiuſmodi indulta Cardinalium non impediunt mandata in forma concordatorum obtenta, nec menſes graduatorum & nominatorum, & conſequenter nec indoltum ſupremi noſtri Senatus de quo mox dicam, eò quòd nominatis & graduatis præferuntur, qui indultis Cardinalium præferuntur: Quartò hæc indulta intelliguntur in beneficiis quæ iure Ordinario primituo ſpectant ad eos, & quamdiu durat eorum ſemeſtre: ſecus poſtquã facta eſt deuolutio ad alium etiam Cardinalem huiuſmodi indultum habentem, vel ſi à ſimplici Epiſcopo vel inferiori deuoluatur ad huiuſmodi Cardinalem, quia in deuolutis locus erit præuentioni Papæ vel Legati, ſed in primo natiuo gradu prouiſionis Ordinariæ liberi ſunt, etiam à ſex menſibus Papæ in quibuſdam locis reſeruatis, de quibus in c. 1. *de treuga & pace in extranagan. communibus*, & ab octo menſibus quos ſibi præſumit Papa in Britannia minore ſeu Armorica, & ab omnibus reſeruationibus & præuentionibus in quatuor menſibus Ordinariorum ſcilicet Martij, Iunij, Septembris Decembris, in dicta patria quam vocant obedientiæ, & ſic indiſtinctè abſque vlla differentia menſium, & conſequenter ibi nec mãdatis quidem in forma c. *mandatum, extra de reſcrip.* vel concordatorum emanatis : ſed prorſus liberi ſunt in locis in quibus prædicta concordata non ſunt recepta, quia nec illa quidem mandata excipiuntur in his indultis. Quod autem à modificationibus factis in ſenatu noſtro excipiuntur : hoc eſt duntaxat contemplatione dictorum concordatorum, & ne in aliquo lædantur & in veritate ad excipiendum iura academiarum nominatorum & graduatorum quibus mandatarij per dicta concordata præferuntur. Et conſequenter vbi illa concordata locum non habent, nec etiam dicta modificatio vel exceptio locum habebit : Sed ſtabitur generali diſpoſitioni & immunitati indultorum Cardinalium.

202 ¶ Et ſic fatua eſt dubitatio in quæſt. quam anno M. n. LVII. vidi controuerſam an Legatus poſſit derogare huic regulæ in præiudicium indultorum Cardinalium? Cum enim Legatus non poſſit admittere reſignationem etiam ſimplicem, & multominus in fauorem, in præiudicium Ordinariorum Cardinalium, multominus poteſt in eorum præiudicium derogare regulæ de viginti diebus. Si enim non poſſit prouidere, quomodo poteſt ad effectum prouiſionis diſpenſare vel derogare; faciunt not. ſuprà numer. 29. A dictis enim indultis, vnicus duntaxat caſus excipitur, videlicet reſignationis factæ in manu ipſius Papæ. Omnis ergo alia reſignatio remanet in iure communi & in libera diſpoſitione ordinarij Cardinalis. Si ergo Legatus de facto admiſerit reſignationem ſimplicem & abdicatoriam beneficij ſpectantis ad prouiſionem vel ad præſentationem Ordinarij Cardinalis, poteſt Ordinarius impedire ſi velit vt reſignans in officio maneat, vel ſi gratum habere velit, poterit conferre vel præſentare iuxta no. in c. *quod dubitis de renuntia.* Et ſi Legatus de facto contulerit, poteſt Ordinarius appellare tanquam ab abuſu, etiam ſi conferre nolit, ſed retinere reſignantẽ, vel poteſt vtrumque facere, videlicet alij conferre tanquam vacans per reſignationem quam gratã haber, in prouiſione & vſurpatione factã per Legatum, tamquam ab abuſu appellare, & prouiſus per Ordinarium poterit patitet cum Ordinario vel ſolus appellare ab abuſu, & idem procurator generalis Regis facere poteſt & debet.

203 ¶ Sed quid ſi ipſe Ordinatius gratam habendo reſignationem contulerit, deinde reſignans qui A tum erat infirmus, vel ſi erat ſanus, tamen tempore conſenſus per eum preſtiti in legatione erat infirmus, & de eodem morbo, infrà viginti dies ſequentes obierit iuxta no. ſupra numero 13. An iſte Cardinalis poſſit alij per obitum conferre; videtur quod ſic, quia reſignatio non eſt facta in manu ſua, ſed in manu Legati : & ſic locus eſt regulæ, & ceſſat reſolutio noſtra, ſuprà, quæſtio. 1. numero 34. cum ſeq. quod hæc regula non habet locum in Ordinario, quia agitur de negotio geſto apud Legatum in quo procul dubio regula procedit. Breuiter contrarium dico, (vt etiam tetigi ſupra num. 92.) quia reſignatio ipſa non dicitur admiſſa per Legatum qui non potuit, ſed per conſenſum & ratificationem Ordinarij, & conſequenter cenſetur contuliſſe & admiſiſſe, & nihil cenſetur eſſe geſtum apud Legatũ (quinetiam hoc caſu B pro priuato habetur,) niſi vt apud organum aut vicarium, prout contingit, quando Ordinarius ratam habet meram renuntiationem & abdicationẽ factam in manu notarij vel inferioris non habentis poteſtatem admittendi & conferendi, reſignante manente in eadem voluntate : tuoc enim totum negotium cenſetur geſtum apud Ordinatium & procuratores ſeu geſtores ſui fuiſſe videntur, quorum nudum miniſterium ratificat.

204 ¶ Et preſſius loquendo reſignatio ipſa valet non vt extunc, ſed vt exnunc, tempore quo ab habente poteſtatem ratificatur. Cùm ergo totum negotium & admiſſionis ſubſtannalis & collationis, geſtum ſit apud Ordinarium & per eum, ceſſat hæc C regula quæ non habet locum in Ordinario, qui per obitum reſignanos ſequentem non poteſt variare nec alij conferre, niſi eidem cui iam contulit ad maiorem cautelam, vt dixi ſuprà, quia propter huiuſmodi indultũ non fit delegatus Papæ, ſed manet merus Ordinarius, nec nouam poteſtatem acquirit, ſed veteri ſua propria tantum liberè vtitur ſublato impedimento vel metu præuentionum aut teſeruationum Papæ vel Legati : hanc impedimenti & ſeruitutis ſublationẽ duntaxat operantur hæc indulta. Et no. quòd quæ ſuprà à num. 202. dixi de appellatione tanquam ab abuſu, habent locum etiam extra hæc indulta, ſi Legatus non haber facultatem admittendi reſignationes : vt ſuprà nu. 92. & vbicunque ſuam poteſtatem vel eius modificationes excedit.

D 205 ¶ Sed quid ſi de facto Legatus admiſerit reſignationem non abdicatoriam, ſed in fauorem & contulerit derogando huic regulæ? Breuiter reſpon. quòd quandiu viuit reſignans in eodem ſtatu & poſſeſſione ſaltem putatiua manens, nihil actum eſt, nec poteſt Ordinarius Cardinalis alij conferre, quia per hanc reſignationem nihil vacat niſi ad effectum. Vnde noo poteſt Ordinarius approbare niſi in totum, & ſic ad commodum collatarij in fauorem : verum eſt quòd poteſt reſignantem in officio retinere, & contra eum vt contra non reſidentem nec miniſtrantem procedere, vel etiam eum vocatum ſententialiter priuare & beneficium per priuationẽ vacans conferre, reſignatarium verò vt carentem titulo, vt intruſum excludere ex debito viſitationis & curæ paſtoralis c. *ordinarij* : *de offic. ordin.* in 6. vel etiam tanquam ab abuſu à dicta prouiſione & vſurpatione Legati appellare.

206 ¶ Etiam ſi reſignatarius ex dicto titulo vltra triennium pacificè poſſediſſet. Quia decretum de pacificis nunquam habet locum vbicunque poteſt appellari tanquam ab abuſu, quoniam abuſus non ſolùm reddit titulum diſcoloratum, ſed etiam funditus nullum: quia etiam Legatus non habebat poteſtatem admittendi vel conferendi in fauorem. Et pariter quiſquis cuius interfuerit, appellare poterit. Et ad id quod dixi ſupra num. 205. de reſignante manenre in poſſeſſione, nota diligenter & nouè quod ſi de facto

poſſeſſiooem diuiſerit reſignatario ſuo, quòd tunc abſque alia priuatione vel ſeutentia poterit Ordinarius conferre tanquam vacans per reſignationem ſimoniacam & executionem de facto ſequutam: quia quamuis per ſolam reſignationem ſimoniacam non ſit priuatus ſed priuandus: vt no. in c. *ſuper hoc. extra de renuntiat.* & tetigi in annotatio. ad Philip. Dec. conſi. 118. & infra ſuper regu. de public. nu. 25. Tamen ſi procedat ad executionem facti dimittendo eidem reſignatario qui poſſeſſioni incumbit, ſtatim vacat, & conferri poteſt non expectato alio proceſſu vel ſententia quantum ad hoc, quia illa executio facti tranſit in meram abdicationem vitio ſimoniæ infectam, quæ non purgatur, ſed magis augetur, & originaliter inficit titulum poſſeſſionem vſurpantis. Et cum reſignans poſſeſſionem dimiſerit cum effectu, deſinit vetus titulus in præiudicium eius durare poſſe: & ſic in præiudicium reſignantis & poſſeſſionem quoque abdicantis poteſt Ordinarius conferre. Quandiu enim talis reſignans remanet in poſſeſſione, poteſt dicere reſignationē eſſe conditionalem conditione ſuſpenſiua, ſed poſtquam de facto etiam poſſeſſionem dimiſit: ab illa conditione ſuſpēſiua per executionem de præſenti conſummatam receſſit, & hæc reſignatio facti nullam conditionem ſuſpenſiuam habet l. *ſub conditione* in fine & ibi gloſſ. vlt. *de ſolution.* l. *dotis fructus.* in fine cum l. ſeq. *de iuris dot.* 1. verſic. *ſi tamen. de vſucapio. pro dote.* per quæ iura pulchrè ait Bald. conſi. 478. quidam Franciſcus, col. 1. numero 2. quod nulla condicio impedit principium eſſentiæ contractus, quando venitur ad traditionem, nec iuuaret hoc caſu dicere eandem conditionem repetitam in dimiſſione & traditione reali, quia illa condicio impoſſibilis eſt à iure reprobata, & ſic hcèt impediat actum verbi, non tamen impedit actum facti realis, & collatarius Ordinarij qui liberas ædes habet contra talem reſignatarium nullum prorſus ius habentem, non minus liberas habet contra reſignantem, qui non ſolùm ſimoniam circa illud beneficium commiſit, ſed etiam de facto illud dimiſit & ad quod non poteſt ampliùs reuerti.

207 ¶ Cæterum redeundo ad vltimum thema, ſuprà nu. 205. non ſumus hìc in terminis huius regulæ, vtpote fundamento ſublato, quia reſignatio nulla fuit. Siue ergo reſignans infirmus fuerit, ſiue non fuerit infra viginti dies, ſiue poſt mortuus fuerit: ſiue in poſſeſſione, ſiue non, incipit vacare beneficium per eius ceſſum, priuationem vel deceſſum. Et tunc, & non priùs poterit beneficium conferri. Quare ceſſabit etiam regula de publicandis, vt pote deficiente fundamento reſignationis, quia ſi reſignans poſt viginti dies, ſeu infra menſem, in poſſeſſione vel non obierit, non vacabit per reſignationem quæ nunquam ſubſiſtit: ſed per obitum. Poteſt ergo denuo antè tamen quàm poſſeſſionem realem dimiſerit reſignatario ſuo, reſignare ſimpliciter in manus Ordinarij, vel in fauorem in manus Papæ. Quo caſu aduertendum quòd ſi in fauorem eiuſdem reſignetur apud Papam, poterit de obreptione & ſubreptione impugnari hæc ſecunda reſignatio, vtpote facta tacita præcedenti abuſiua reſignatione & collatione, quam ſi reſignans expreſſiſſet, non tam de facili impetraſſet aut impetrare debuiſſet: vt ſæpe dixi c. *poſtulaſti. extra de reſcriptis.* & infrà.

208 ¶ Magnam tamen vidi concertationem ſtudiis cupiditatis & vincendi, magis quàm difficultate iuris accenſam, cùm canonicus Pariſienſis infirmus in fauorem fratris reſignaſſet apud hunc legatum, qui contulit derogando huic regulæ anno M. D. LVII. Mortuo verò reſignante infra viginti dies, Cardinalis Belleius qui Epiſcopatum Pariſienſem iuxta decretum conuenticuli Tridentini (ne plures Epiſcopatus haberet videretur) reſeruata collatione beneficiorum reſignauerat, vel eius vicarius cuntulit per obitum Tino, qui alterum euocat in magno Regis conſilio, vbi cauſæ ex huiuſmodi Cardinalium indultis procedentes commiſſæ ſuot. Obijcitur derogatio huius regulæ & ad meas rationes de quibus ſuprà q. 2. num. 127. replicatur quòd quamuis Legatus non habeat facultatem derogandi regulis Cancellariæ niſi in genere: tamen ex quo in modificationibus curiæ illa facultate reſtringitur, vt non poſſit ea vti quoad regulam de publicandis, & de veriſimili notitia, ſequitur ei permiſſum derogare aliis regulis, & ſic regulæ de viginti diebus, ex quo dnæ tantum exceptæ ſunt l. *tribunos*, in fi. *de militar. teſtamen.* l. *quæſitum.* §. *denique Neratius de fund. inſtru. legat.* Bald. in tracta. *ſtatuto.* io verbo *ceſſato.* in fi. & in verbo *confirmate.* num. 1.

209 ¶ Et quòd quamuis curia non poterit dare poteſtatem Legato ſi eam non habet contra hanc regulam vt ſecundùm peritiores Curiæ Romanæ non habet, teſte Gomeſ. ſuprà num. 127. Tamen ſatis eſt quod ita de facto practicatur vt perinde habeatur, ac ſi de iure, inquit Alberic. in l. 1. *C. de ſumma trinita. & fide Cathol.* Imola in c. *peruenit.* col. 6. *extra fide. teſtio.* Philip. Dec. l. 1. in princ. col. 4. *quod quiſque iur.* & conſili. 558. num. 13. vbi in annota. dixi.

210 ¶ Tinus autem nititur compacto illo conclauis, ſuprà num. 163. quo Papa iſte ſtatuit & voluit nunquam per ſe vel alios, etiam legatos de latere derogare huic regulæ in præiudicium Cardinalium: reſignatarius verò cauſificatur iniquum eſſe illud cumpactum & furtiuè in magno conſilio publicatum, actuario opera cuiuſdam Cardinalis corrupto. Sed falſum eſt, & nihil aliud quam cauillatio confícta ab his qui cupiunt contra ſacros antiquos Canones teſtamenta & ſubſtitutiones facere de beneficiis eccleſiaſticis. Cæterùm compactum illud & ſtatutum in hoc ſanctum eſt & honeſtum: & memini in hoc nouiſſimo Auguſto M. n. LVIII. aliquot præſtantes magni conſilij conſiliarios dixiſſe illud ſtatutum iuſtum eſſe & ſanctum, etſi non fuiſſet factum in conclaui vel aliàs, quod deberet fieri & ſtatui, & verum eſt. Ego verò fortuìs dixi, litigatores illos fruſtrà ſe torquete, Titiúmque timere vbi non erat timor: quia etiam ſi numquam fuiſſet factum ſtatutum illud in conclaui, vel ſi reſignans non fuiſſet infirmus, vel poſt viginó dies obuiſſet, adhuc non valuiſſe nec reſignationem nec prouiſionem Legati, ſed ab illa poſſe tanquam ab abuſu appellaci, quanquam etiam ſine hac appellatioone poteſt impugnari, vtpote manibus Legati ligatis per illud indultum, ita quod indiſtinctè & omni reſpectu certum eſt vacaſſe per obitum & præbendam Tino diffinitiuè adiudicandam.

211 ¶ Nec obſtat quod indultum Cardinalis Belleij non eſt hac in parte ita præciſum, ſicut indultum præfati ſummi Cardinalis: quia ſatis eſt quod in indulto Cardinalis Belleij dicitur quod reſignatio admiſſa per alium quam per ipſum Papam non valebit niſi de conſenſu Cardinalis, quia ex quo non conſenſit nulla eſt, & poteſt impugnari via communi, vel appellando tanquam ab abuſu, vel vtraque ſimul. Ex prædictis ſequitur quòd cum in publicationibus Facultatum legatorum, Cardinales pro conſeruatione ſuorum indultorum ſe oppoſuerant, & ſenatus noſter publicarit dictas facultates ſine præiudicio dictorum Cardinalium, non opus eſſe illas oppoſitiones proſequeri, nec poteſt allegari dictæ oppoſitionis inſtantiam eſſe peremptam vel interruptam, quia iam quid iuris ſit liquet ex prædictis, imò ius Cardinalium ſaluum manebat ſine illis oppoſitionibus, quæ prorſus ſuperuacuæ erant, cùm legationes illæ nullam conónerent derogaoonem prædictis indulis nedum validam & ſufficientem, & quod huiuſmodi in-

Hypotheſis.

dulta, & etiam illud compactum conclauis, per quæ A conſeruatur vel reducitur ad ius commune, ſint fauorabilia, & ideo amplianda, vt nec etiam de ſubreptione impugnari poſſunt reſeruationes & aliæ gratiæ Papæ tendentes ad grauamen Ordinariorum, dedit Pet. Anchar. conſilio 131. ad excluſionem loquens in epiſcopo Tullenſi. Idem dico de indultis huiuſmodi datis quibuſuis Ordinariis: quale vidi indultum ab Innoc. 4. anno M. CCLIII. Menſe Iunio datum monialibus Montis Martyrum ptopè hanc vrbem, qnod de beneficiis ad earum collationem ſpectantibus nulli valeat prouideri per literas ſedis apoſtolicæ vel Legatorum ipſius impetratas, per quas non ſit ius alicui acquiſitum, vel etiam impetrandas niſi eiuſdem ſedis literæ impetrandæ plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulgentia B huiuſmodi fecerint mentionem, etiam ſi eommeatur in ipſis literis quòd non obſtet aliqua indulgentia pet quam poſſit impediri effectus noſtræ gratiæ vel differri. Sed tamen de facto etiam Legati prouiſioni derogant appoſita derogatorià derogantis euiuſcunque formæ vel tenoris, etiam ſi de verbo ad verbum mentio facienda eſſet. Culpa ſecunda eſt Ordinariorum ſicut & Academiarum, qui receptionibus legatorum ſe (vt poſſent) non opponunt pro conſeruatione ſuorum indultorum & priuilegiorum, ſed adhuc dico quòd tales derogationes non extenderentur ad illud indultum conclauis, quod vim iuramenti, voti, pacti & legis ſimul habet: vnde etiam per obitum Papæ pepigit, vouit & ſtatuit, non expiraret: quia factum eſt ad conſeruationem iuris eom- C munis & libertatis Ordinariorum. Ex quibus obiter infero ad pulchram & quotidianam q. Leo Papa 10. cuidam monaſterio conceſſit vt non poſſet grauari mandatis in beneficiis regulanbus, an regularia faciant numerum vt poſſit grauari in duobus ſeculatibus, videretur quòd ſic, quia conſtitutio Ludo. 12. lata anno M. n. XII. Art. 2. correcta eſt per concordata, nec requiritur Ordinarium habere 10. vel 50. eiuſdem qualitatis, ſed omnia beneficia cumulantur ad faciendum numerum, vt infrà numero 161. numero ſeq. Contrarium dicendum eſt, quia aliàs indultum Papæ parum operaretur. Tum beneficia à mandatis exempta non faciunt numerum in ratione mandati: exempta enim à vinculo, ſunt exempta à nnm. nec eſt dubium, quin Papa poſſit remittere mandata, ſibi ſno D ſolo fauore reſeruata. Et cum iſtud indultum ſit fauorabile latè debet interpretari. l. vlti. *de conſtitut. princ.* niſi tale monaſterium habeat decem vel l. ſecularia, ad liberam ſui prouiſionem non poterit vno vel duplici mandato grauari. redeundo ad rem ſupra numero 108. & num. 111. in prin.

212 ¶ Quid ſi Papa admiſit reſignationem & derogauit huic regulæ an valeat in præiudicium Ordinarij Cardinalis huiuſmodi indultum habentis? Et non loquor de facto à Paulo 4. moderno pontifice, ſed à prædeceſſore ſuo ante illud conclauis ſtatutum. Et crebriùs putant valere derogationem illis videlicet, quibus fauorabilis videtur, quia cuperent beneficiis hac via ditari: & ſcio bis pro hac parte iudicatum fuiſſe, vt dixi ſupra numero 153. Sed preſſiùs conſiderando, dico malè fuiſſe iudicatum, & dictos Cardinales minùs diligenter ſe defendiſſe, quia Papa omnes omnino vacandi ſpecies immunes reliquit & eſſe voluit Ordinariis Cardinalibus vna ſola excepta, videlicet reſignationis in manu ſua factæ, Ergo reſignatio per obitum contingens in vim huius Regulæ, relicta eſt liberæ prouiſioni ſolius Ordinarij cum omnibus decretis irritantibus tam contra ipſum Papam & eius ſucceſſores, quàm contra alios. Ergo Papa non poteſt derogare huic regulæ, niſi fraudem faciendo indulto, ſaltem non valet derogatio, ſed tum nulla, tum ſubrepticia

Papa non poteſt derogare hanc regulæ.

eſt, niſi mentio fiat quod beneficium ſpectat ad prouiſionem Ordinariam Cardinalis tale indultum habentis, ſpecifica mentione facta de indulto & omnibus notabilibus clauſulis in eo exiſtentibus iuxta no. Panor. in c. *Piſanis.* in t. *audito. extra de reſtitu. ſpoliat.* Et hæc veritas.

213 ¶ Amplio etiam ſi ſpectant ad prouiſionem Cardinalis ex reſeruatione eidem facta per Papam reſignando Epiſcoparum, abbatiam, vel aliam dignitatem à qua dicta collatio dependet, quia non cenſeretur hanc teſeruationem ſeu ius reſeruatum habere iure Apoſtolico nec tanquam delegatus aut vicarius Papæ: hoc enim eſſet abuſiuum, ſed cenſetur habere iure Ordinario & tanquam reliquias prioris Ordinariæ poteſtatis: ideo in hoc ſubeſt mandatis & graduatis & nominatis, & indulto curiæ vt priùs, & omnibus quibus ſubſunt Ordinarij. Quanquam in veriate ſectio eſt maiorum dignitatum, licèt temporalis, pet antiquos canones & ſacra conciba prohibita c. *maioribus extra de præbend.* c. *vnico.* vt. *eccleſiaſt. benefic. ſine vlla diminutio. confer* Quam ſectionem poterit procuratot generalis Regis eius nomine deinceps impedire.

214 ¶ Sed quid ſi beneficium non ſpectat ad collationem nec ad præſentationem, ſed ad inſtitutionem Epiſcopi Cardinalis? hæc quæſt. in multa membra duidi & latè diſputari poteſt. Sed qua feſtino manum tandem tollere de tabula hac, breuiter dico. Aut pendente ſemeſtri eccleſiaſtici patroni Papa vel legatus conferunt, & videtur valere iure præuentionis, non obſtante dicto indulto: quia pro eo tempore non cenſetur ſpectare ad prouiſionem Ordinarij. Et ſi hoc verum eſſet, limitari deberet, niſi Ordinarius præuenerit, vt poteſt commutabiliter ſecundùm ea quæ dixi ſupra num. 61. & funditus perpetuò nulla eſt prouiſio Papæ vel Legati iam præuenti ab eo qui plus habet iuris in prouiſione beneficij quam patronus ex *dilectus. de offic. Legati.* & ſic nunquam conualeſcere poterit, vt ſupra num. 48. 68. etiam ſi Ordinarius nullum indultum haberet.

215 ¶ Reſoluendo dico quòd ſi Cardinalis eſt, hoc indultum habens, etiam ſi non præuenerit patronum, non poteſt præueniri à Papa vel Legato, quia hi non poſſunt præuenire patronum etiam Eccleſiaſticum quin magis & principalius præueniant Epiſcopum qui iure communi natiuo & primitiuo fundatus eſt in tota dioceſi, imò etiam adhuc ſtante idoneo nec ſuſpenſo patrono etiam præſente plus iuris habet Ordinarius in prouiſione beneficij, quàm patronus ſupra nu. 74. Et ſic magis eſt Ordinarius ſeu Ordinator beneficij quàm patronus. Tum Epiſcopus & omnis Ordinarius habet ius præueniendi Papam vel Legatum, & ſtatim conferendi: idque incommutabiliter & cum effectu, ſi patronus infra tempus ſuum non conqueratur. Et iſtud eſt ius præſenti competens Epiſcopo iure ſuo proprio Ordinario per no. ſuprà numer. 64. Ergo in eo non poteſt impediri pet præuentionem Papæ vel Legati: Sed contra eos io vim indulti liberas & immunes manus habet, ſic & contra alios E omnes à patrono, vt dixi ſupra nu. 65. Tum in dubio fauendum iurl eommuni & ordinariæ prouiſioni & Eccleſiæ Gallicanæ libertati. Et ſic huiuſmodi indultum ad hoc tendens tanquam faoorabile & ad ius antiquum reducens etiam extenſiua interpretatione ſi opus ſit adiuuari debet. c. *ſtatutum.* & ibi gl. & omnes docto. *de præb.* in 6. & no. ſupra numero 193.

216 ¶ Aut vero Papa vel Legatus poſt ſemeſtre conſulit adhuc vacans, & non valet propter indultum ſed liberè poterit Ordinarius conferre infra ſuum ſemeſtre. Nec obſtat quod iſtud indultum non habet locum in ſpectantibus ad Ordinarium iure deuolutionis vt ſupra num. 201. quia verum eſt in mera deuo-

lutione & in beneficio quod nullo modo ſpectat ad talẽ iure proprio: Sed hic beneficium ſpectat ad hunc Ordinarium iure proprio, quum iure ſuo primitiuo, natiuo & originali plus habeat iuris quàm patronus, imò propriè ſolus ſit verus prouiſor ſeu ordinator, quia patronatus non eſt niſi quædam ſeruitus vt no. ſupr. nu. 61. Qua ſublata remanet Ordinario ius ſuum liberum iure proprio, non iure accepto à patrono ſeruitutem tantùm habente, & non verum gradum inſtæ & integræ prouiſionis.

217 ¶ Nec obſtat quòd haberet duo ſemeſtria, quia iure proprio vnum proprium ſuum vtile tantùm habet. Cuius tempus non incipit currere pendente impedimento dictæ ſeruitutis per text. in c. *quia diuerſitatẽ extra de conceſſ. præbend.* Nec eſt abſurdum quod Ordinarius hoc caſu habeat duo ſemeſtria cõtra Papam & ſuos Legatos libera eodem beneficio vnius indulti: quia non tam eſt beneficium principis, quod alioquin latiſſimè debet interpretari. l. vlt. *de conſtit. princ.* quàm tedirus ad ius commune antiquum, quia etiam tempore Decretalium nullum erat ius præuentionis, nec Papa contraueniebat conſilio Lateranenſi, de quo in c. 2. *de conceſſ. præb.* Quum ergo hoc ſit de iure communi, fauorabile eſt, & hæc indulta ſimpliciter & generaliter locum habent in quouis Ordinario etiam habente tantùm inſtitutionem ſeruitute patronatus grauatam. Amplio vtrumque caput prædictæ incidentis quæſtionis & deciſionis etiam ſi beneficia ſint ſub patronatu laico: quia tunc talis ordinarius habet ſedecim menſes liberos contra Papam & omnes Legatos, quorum quatuor primi ſeruiunt patronatui laico: Ideo non computantur, in ſemeſtri liberè competenti Ordinario ex concilio Lateranenſi & generali conſuetudine Eccleſiæ ante illud concilium, de quo in c. *nulla de conceſſ. præbend.*

Ordinarius poteſt habere duo ſemeſtria.

218 ¶ Rurſus occurrit pulchra quæſtio quam nuper vidi in facto, Cura parochialis ſpectans ad præſentationem abbæ monaſterij Endei (quod eſt Cardinalis illius ſummi) vacat per obitum menſe Iunio, Papa præuenit, poſtea mandatarius requirit præſentari à vicario Cardinalis, qui reſpondet requiſitionem bonam: deinde ſine alia præſentatione ſequitur inſtitutio per Epiſcopum Cathalanenſem: videbatur Papiſtam potiorem, & ſaltem fiduciariam poſſeſſionem obtinere debere, vtpote habentem ius liquidius, nempe fundatum in regula communi liquidæ præuentionis, vt in concordat. titu. *de mandat.* §. *obſque.* Nec obſtat quòd abba Cardinalis eſt habens indultum, quia non fuit vſus: non enim præſentauit, nec apparet de vlla præſentatione, ſaltem illa obſcura eſt. Ergo Papiſta liberas ædes habet, & contra inſtituentem qui poterat præuenire & præuentus fuit, & contra abbam, qui nec contulit nec præſentauit, & licèt vtendo ſuo indulto non potuiſſet præueniri, tamen non fuit vſus, aut ſaltem non liquidò conſtat illum vſum fuiſſe indulto, ſicut conſtat Papam vſum præuentione. Ergo tantiſper dum de vſu indulti & valida præſentatione clariùs conſtet in diffinitiua prouiſio recredentiæ ſit Papiſtæ.

219 ¶ Breuiter contrarium reſpondi duplici peremptoria ratione; Prima quia Cardinalis non poteſt præuenire à Papa, idque ad commodum: ſeſe enim exonerat conferendo mandatario, vel ei conſenſum ſuum qualitercunque adhibendo, ita vt mandatarius cum effectu obtineat. Requiſiuit enim congruè & agnitio vicarij ſine præſentatione expreſſa, habet vim præſentationis. Patet, quia conſtat quòd præſentatio erat debita huic mandatario, & quòd Ordinarius requiſitus hoc verum recognouit. Ergo ſatis fatetur, & conſentit illum inſtituendum, & conſequenter quidquid aliqui cauſificarentur, non erat neceſſe mandatario executorem ſuum adire, & præfixam mandati formam obſeruare, quaſi ad recuſationem aut ſaltem negligentiam vel dilationem grauati, quia conſenſus ille æquipollet præſentationi actuali: facit enim vt Epiſcopus habens inſtitutionem, ſtatim tanquam conſenſu patroni habito poſſit irreuocabiliter inſtituere vel conferre, nec poſſit ampliùs conqueri patronus etiam infra teſtidnum ſui temporis. Quantomagis hic vbi etiam ante conſenſum patroni beneficium erat ei debitum, nec poterat patronus recuſare, & ſic tanto irreuocabilior eſt eius vel ſimplex conſenſus, & pro præſentatione habetur.

220 ¶ Plus dico quòd mandatarij non tenentur formam illam bullarum executoriarum obſeruare, quia ſunt in fauorem mandatarij tantùm datæ, & ſic poteſt etiam Ordinario planè recuſante illuo expectare, donec ad ſaniorem mentem redeat, vel lapſo ſemeſtri Ordinarij denegantis inre deuoluto petere à ſuperiore immediato, idque etiam in vim mandati, hoc eſt, tanquam ex debito, omnes enim ad quos ius prouidendi deuolmtur, debent eiſdem perſonis prouidere, quibus hi, à quibus facta eſt deuolutio, tenebatur tex. in Cle. vnic. *de ſupplen. neglig prælato.* text. & gloſ. *In pragmatica.* §. *ſignis vero.* vbi gloſ. verbo. *Similiter, de collatio.* Iohan. Andre. *In mercurialis certũ eſt. de Reg. iur.* in 6. Philipp. Franc. in c. *contra eum de regul. iur.* in 6. Franciſc. Ripa. reſpon. 2. col. 7. ſub titulo *de reſcrip.* Phil. Dec conſil. 40. ad fi. Et ſic multo fortius poteſt adiri ille ad quem ſpectat inſtitutio, quia eſt verus & primitiuus Ordinarius ptæ patrono & ptæ eo ad quem ſit deuoluto: quia patronatus eſt tantùm ſeruitus, vt dixi ſuprà num. 61.

221 ¶ Ex quibus obiter decido aliam controuerſam & ſubtilem q. Fac mandatarium beneficium primò vacans poſt menſem inſinuationis non petere à patrono grauato. ſed recta adire Epiſcopum ad quem ſpectat inſtitutio, & ab eo pleno iure impetrare, non in vim mandati nec illius mentione facta, an valeat? videtur quod non, quia non ſeruauit formã ſubſtantialem & diſpoſitiuam mandati, non dico bullæ executoriæ, ſed ipſius mandati diſpoſitiui, quo non fuit vſus. Ergo ab illo commodum referre nun poteſt, Tum quia Epiſcopus non erat grauatus, nec inſinuatus, nec vllo modo obligatus huic mandatario, & nihil in vim mandan fecit, & ſic prouiſio ſua non poteſt ſubſiſtere nec defendi in vim mandati, ſed tantum in vim iuris communis ſecundùm no. ſupra num. 69. 83. & hoc quidem in ſe veriſſimum eſt. vnde ſi poſtea patronus alium præſentet, qui inſtituatur, iſte potior erit, & mandatarium aliud non facientem vincet, & pariter ſi Papa vel Legatus Epiſcopum præuenerit, ſtabit præuentio, & excludet etiam hunc mandatarium qui non eſt debitè vſus mandato.

222 ¶ Dico tamen duo: primum quòd nihil impedit quin mandatarius iſte, infra ſemeſtre ſuum requirat patronum, & habita præſentatione vel recuſatione, vel ſimplici conſenſu, vt dixi, ſuperiorem adeat. Sed ſi infra ſemeſtre ſuum non fuerit vſus mandato, vincetur à patrono etiam ſuperueniente & à Papiſta vel Legatario præuenientibus. Dico ſecundo quòd illis deficientibus remanet titularius: ſed etiam mandatum eſt conſumptum, & patronus eo liberatus, quo liberatus eſſet etiam ſi mandatarius non vtendo mandato ab alijs ſuperatus fuiſſet, vel beneficium ſibi debitum prætermiſiſſet, hoc enim mandatum extinguitur tex. in c. *Si clericus. de præbend.* in 6. Ioan. Calderin. conſil. 16. ſub titulo *de præbend.* vbi ampliat etiam ſi mandatum haberet clauſulam facultatis acceptandi beneficium minoris valoris infra menſem, quæ clauſula non ampliat gratiam, ſed bene reſtringit vt decretum bullæ non liget manus Ordinarij, antequàm mandatarios voluntatem ſuam declarauerit ſupra beneficio minoris valoris, adde pro extinctione mandati domi. de ſancto Geminia.

223 ¶ Redeundo ex hoc diuerticulo ad quæſtio-

nem ſupra num. 209. dico rationem ſecundam eſſe & A bteuiſſimam, quia præuentio Papæ ab initio ipſo iure nulla & ſubreptitia fuit. Quamuis enim potuiſſet conferre commutabiliter videlicet apponendo clauſulam de conſenſu patroni vel de conſenſu Abbę Cardinalis: tamen non eſt veriſimile quod tam de facili conſuliſſet hoc expreſſo. Et ſic etiam per conſenſum ſequeotem conualeſcere non poteſt, ſed noua collatione opus eſt per no. ſupra num. 69. cum num. ſeq. & de indultis Cardinalium ſatis plura adderem, mli tempora ſeueriorum eommentationum nimium fraudare metuerem.

Indultum curiæ.

224 ¶ Quinto principaliter quæro de indulto curiæ Pariſienſis, circa quod duo potiſſimum articuli occurrunt, Primus an indulta Cardinalum ſubſint vel præſtent huic indulto? Secundus an iſte Le- B gatus de latere poſſit derogare regulæ de viginti diebus in præiudicium indulti curiæ, quod olim procurante vt fertur, Carolo ſcilicet ſeptimo Franciæ Rege per Eugenium IV. Pontificem Romanum Cancellariæ Præſidentibus & conſiliariis curiæ parlamenti Pariſienſis conceſſum, & aliis de eiuſdem curiæ corpore & gremio exiſtentibus in forma gratiatum expectatiuarum ſeu mandatorum de prouidendo, vt ad nominationem Regis per Ordinarios collatores regni ſingulis ex eis, vel clerico per laicum dicti eorporis nominato de vno beneficio ſæculari vel cuiuſuis etiam Cluniacenſis Ordinis regulari ſemel in perſonæ nominandæ & Ordinarij vita dumtaxat per eundem Ordinarium vel executores deputatos prouideretur. Quo indulto curia Franciæ, Cancellarius, C præſides & conſiliarij nunquam dignati ſunt vti, nec etiam paritum fuiſſet per Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & capitula Eccleſiæ Gallicanæ, quæ ſacrum concilium Baſilieoſe & eius decreta tenebat & obſeruabat: in quo concilio præfatus Eugenius canonicè vocatus ſententialiter depoſitus & degradatus fuit, & alius io pontificem Romanum electus & confirmatus videlicet Amedeus tum nuper Sabaudiæ dux Fœlix. V. nuncupatus, cui vt vero pontifici regna Franciæ, Hiſpaoiarum, Angliæ, Scotiæ & maior pars Germaniæ parebat.

225 ¶ Et quamquam poſt obitum Eugenij præfatus Fœlix amore pacis ceſſerit in fauorem Nicolai. V. qui ex tunc eepit pro pontifice Romano vbique haberi: tamen nunquam fuerunt in locis quæ D parebant concilio Baſilienſi recepta decreta dicti Eugenij IV. qui in Degradatione, anathemate & cenſuris concilij mortuus eſt, nec vnquam reſtitutus fuit. Et quidquid quidam adulando cauſificentur, hæc eſt vera ratio cur ampliſſimus ordo dicto Eugenij indulto nunquam vti voluit, quia erat contra decretum de teſeruationibus ſublatis, & contra decretum de collationibus eiuſdem concilij Baſilienſis quæ recepta erant à Rege & tota Eccleſia Gallicana anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo in conuentu Bituricenſi, quam pragmaticam vocant. Nec etiam veriſimile eſt Carolum VII. magnanimum & victonoſiſſimum Regem ſupplicaſſe aot egiſſe apud Eugenium IV. pro E illo indulto. Potius enim de hoc ſupplicaſſet & egiſſet ad ſacrum concilium Baſilienſe tuoc ſedens, cui eum tota Eccleſia ſua, & regno parebat, & non Eugenio:

Eug. IV. ſub anathemate concilij Baſi. à cenſis obuę.

226 ¶ Imò etiam nouem vel decem annis ante Papatum Eugenij IV. rempore Martini V. cum plura concordata cum ponofice Romano facta eſſent iam per Henricum VI. Angliæ Regem vrbem hane Pariſienſem & maiorem regni pattem de facto occupantem, quam per Carolum VII. verum Regem Bituris agentem, quamuis Papa non minùs illum quam hunc agnoſceret, ſuper collatione beneficiorum: tamen nec curia parlamenti ſedens Pariſius ſub Henrico VI. Nec curia ſedens Pictauis ſub Carolo VII. vnquam parere voluerunt: ſed libertatem Ordinariorum & antiquas conſtitutiones regni præſertim pragmaticam Sancti Lodouici conſtanter cuſtodierunt, vt ex regeſtis eiuſdem ſenatus hqoet. Eugenios autem poſtquam initio ſui pontificatus concilium Baſilienſe ſolenniter approbaſſet, miſſo etiam Legato ſuo prout & Martinus V. deceſſor ſuus fecerat præter id quod illud concilium duobus immediate præcedentibus conciliis, ſcilicet Conſtantienſi & Senenſi fulciebatur.

227 ¶ Tamen anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio pontificatus ſui anno tertio, fruſtra nitus fuit illud diſſoluere, & reformationem ſui & Eccleſiæ vniuerſalis impedire, & tunc veriſimilius eſt Eugenium indultum illud curiæ Pariſienſi quæ tum ſub Anglis erat, obtruſiſſe, quò illam in ſuam ſententiam allicèret: Sed fruſtra: quia nec duci quidem Berfortio, qui ſe nomine dicti Henrici VI. pro Regente Franciæ gerebat, nec eius & Regis Angli literis patentibus ſupet admittendis prouiſionibus & reſeruationibus Papæ, parere volut, & multo minus ſenatus noſter integer & ampliſſimus ordo anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto, redeuntibus iis qui interim circiter octodecim annos Pictauis ſedetant idibus Ianuarij Pariſiis redintegratus ſub Carolo VII. vero & victorioſo Rege qui paulo poſt anno M. C C C C. X X X V I I. eiuſdem Senatus, habito conſilio vetuit omnibus prælatis Regni ſui ne Ferrariam aut aliud concilium ab Eugenio indictum vel indicendum peterent, ſed vt perſeuerarent in communione & obedienna ſacri concilij Baſilienſis, quod eodem anno initio Octobris ceſſauerat, & damnauerat conſeſſum Ferrarienſem vt conuenticulum & conciliabulum ſchiſmaocum & illicitum, vt patet in decretis concilij Baſilienſis, & in gloſſ. pragma. in proœm. verb. *Martini*. in fi.

228 ¶ Quare noo eſt mirum quod Senatus noſter illo Eugenij indulto vti noluit: fuit tamen occaſio vt anno ſeſquimilleſimo trigeſimo octauo 13. Cal. Iulij in colloquio Franciſci Regis & Caroli quinti Imperatoris extra muros Niciæ Papa Paulus III. qui vt communis Mercurius adetat: de hoc indulto rogatus, conceſſerit illud iamdudum ſpatio temporis immemorialis obliteratum: idque non tanquam nouum à ſe: ſed tanquam ab Eugenio IV. profectum, quo magis obliteraret memoriam & authoritatem concilij Baſilienſis, nec non concilij Conſtantienſis & præcipua & fundamentalia conciliorum decreta de eorum authoritate & poteſtate ſupra Papam, & modis eadem conuocandi & celebrandi, necnon authoritatem & ſententiam ſcholarum ſacræ Theologiæ, præſertim Pariſienſis Sorbonæ obtueret, vbi etiam ſolemni iure iurando in docturam Theologiæ promouendi prius adiguntur, vt ſemper teneant & doceant veritatem illaio ſacris conciliis ſanctam, Eccleſiam ſeu concilium eam repræſentans eſſe ſupra Papam. Sed adhuc Paul. III. vetus illud (quod enam mandatariis Papæ futuris præferebatur) indultum reſtrinxit, vt eiſdem mandatis poſtponeretur, addidit tamen ne acceptare tenerentur infia valorem ducentarum librarum Turonenſium.

229 ¶ Nunc ergo ad primum articulum ſuprà nnmer. 224. videtetur indulta Cardinalum pooora eſſe: tum per generales & præciſas deroganones omnium expectatiuarum, de quarum genete indultum curiæ eſt. Tum quia hoc indultum lædit & onerat libertatem Ordinatiorum & eſt contra ius commune, contra quem indulta Cardinalium libertatem Ordinariorum tuentur, & conformia ſunt iuri communi. Tum propter præeminentiam, excellentiam & priulegia Cardinalium, quorum certum eſt Papam & ſuam curiam maiorem habere rationē quam

curiæ parlamenti Pariſienſis, ſaltem hoc videtur indubitatum reſpectu indultorum Cardinalium datorum ante datam indulti curiæ, quale eſt indultum Cardinalis Bellei tunc Epiſcopi Pariſienſis datum menſe Iullio anno ſeſquimilleſimo trigeſimo ſexto, quamuis non fuerit publicatum in hoc ſenatu niſi die 28. Iunij anno M.D.XXXVIII. Quibus non obſtantibus dico; indultum curiæ indiſtinctè præferendum: quia de facto præfertur graduatis & nominatis & intribus Academiarum, quibus indulta Cardinalium ſubſunt. Tum indulta Cardinalium non ſunt data niſi vt Ordinariis, vtque Ordinaria authoritate tantùm & non Papali conferantur: indultum verò curiæ authoritate Papali nititur & exequitur. Et ſic potius eſt c. *hi qui authoritate de præb* in 6. Tum indulta Cardinalium ad hoc ſolum tendunt ne Cardinales Ordinarij præuentionibus Papæ vel Legati ſupplantentur, non autem quin in reliquo eadem onera patiantur quibus cæteri Ordinarij ſubſunt.

Soluitur.

230 ¶ Quoad ſecundum articulum ſupra tum. 224. videtur nec Papam quidem poſſe huic regulæ derogare in præiudicium legitimi expectantis, ſaltem videtur derogatio ſubreptitia, ex eo quòd non fuit expreſſum quòd alias beneficium debebatur nominato ſupremæ curiæ Franciæ, & quod in dubio non erat ſaltem tam facilè hanc derogationem diſpenſatoriam facturus in præiudicium indulti dati ſummo & ſupereminenti collegio Franciæ: Multominus autem videtur Legatus poſſe derogare per not. ſuprà numero 127. non repetendo: quibus multa addere poſſem. Sed alia ratio pactum reformat, quia de facto ſuprema hæc curia admittit Legatum etiam generalem tantum facultatem regulis Cancellariæ derogandi habentem huic regulæ *de infirmis reſignantib* in ſpecie derogare poſſe. Imò quod deterius eſt de facto hoc admittit etiam in menſibus graduatorum & nominatorum, & in eorum & academiarum præiudicium. Quod ergo ſibi videtur æquum contra alios: ſibi quoque æquum videri debet contra ſe, ſeu os de ſuo corpore l. 1. in fi. *de ſoluto*. Nec debet alia iuris menſura ſibi quàm aliis iuſtitiam diſtribuere. Sed idem ius pati l. 1. & in Rubric. & per to. quod, *quiſque iuris in alium ſtat.* & per hanc rationem ita nuper menſe Ianuario anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo octauo more Gallico computando, fuit in magno Regis conſilio iudicatum contra vnum inſignem parlamenti Senatus conſiliarium, vel ab eo ritè nominatum, idque ad commodum reſignatarij morientis, qui biduo poſt admiſſionem Legati obiit. Alioquin omnino beneficium adiudicandum erat nominato curiæ:

Arreſtum magni conſilij.

231 ¶ Sed hunc rigorem limito vt non procedat quando Ordinarius cui Rex vnum de corpore curiæ vel ab eo delectum nominauit, eſt Cardinalis habens indultum, de quo ſuprà numero 163. Quia tunc ex quo Legatus nec admittere quidem poteſt reſignationem, & multo minus huic fauorabili regulæ derogare in præiudicium Cardinalis, conſequenter non poterit in præiudicium nominati ſuper Cardinali. hoc etiam redundaret in detrimentum Cardinalis, cuius intereſt à nominatione citiùs liberari.

Thema.

232 ¶ Hîc occurrit valdè agitata q. quam abbreuiabo, nominatus conſiliarij huius ſenatus ſuper abbatia & conuentu ſancti Iuliani Turonenſis coniunctim vel diuiſim, inſinuauit, deinde tertia Martij M. D. LV. vacauit prioratus Audegauenſis membrum dictæ abbatiæ per obitum: Sed poſt biduum nepos defuncti impetrat Rom. per reſignationem cum clauſula etiam per obitum & derogatione huius regulæ, dummodo tempore datæ ius in dicto prioratu non ſit alicui ſpecialiter quæſitum. Deinde abbas confert tertio, poſtremò nominatus requirit ab abbate, quo recuſante habet collationem à ſuo executore. Rurſum vacat per obitum alter prioratus in dioceſi Rhemenſi in Armorica ſitus ad collationem dicti abbatis, qui nominato repulſo confert Petro: nominatus ab executore indulti prouiſus vtrumque euocat in magno conſilio, cui cauſæ huiuſmodi indulti regio edicto commiſſæ ſunt. Magna vtrinque conteotio fuit: videbatur nominatus in primo prioratu potior, non obſtante præuentione Papæ propter clauſulam in ea appoſitam, dummodo tempore datæ præſentium ios, & c. Iam etiam ante vacationem nominatus rite inſinuauerat, & primum vacaturum requiſierat, quod ſibi affectum & debitum erat. Ergo mox, vt vacauit, nominatus in eo ius ad rem habuit, & ſic præuentio Papæ ſubreptitia non expreſſo iure ad rem legitimi expectantis. Secundò cum eſſet ius ad rem datum fauore ſummi & prærogati collegij totius regni Franciæ, & ſic tantomi ius Papa præueniendo impedire voluiſſet.

233 ¶ Tertiò certum eſt quod per dictam clauſulam Papa ſeipſum reſtringere voluit: Eſt enim appoſita ad finem reſtringendi ibi dum modo, & cæter. Sed ſi Ordinarius contuliſſet, vel tantùm requiſitus fuiſſet ab expectante, Papa non ſe reſtringeret, ſed eſſet reſtrictus. Ergo vt dicta clauſula operetur, debet intelligi quando beneficium ſemel cœpit eſſe alij affectum & debitum vt hic, mox ab obito debitum erat nominato: ita vt etiam reſignante tam mortuo Papa non intendat vti iure ſpeciali præuentionis in præiudicium eius cui beneficium eſt affectum per obitum & ante tempus verſimilis notitiæ à diebus, qua computare verſimilem notitiam a te mpore mandati ad reſignandum ſatis tolerabile eſt, vbi ſola de verſimili notitia obſtat, & vbi beneficium non eſt alij affectum: ſecus vbi cum hoc concurrit beneficium à die obitus eſſe affectum & debitum.

224 ¶ Aliud currere Romam ex capite obitus, & Papam per obitum conferre poſt tempus verſimilis notitiæ obitus in loco beneficij habitæ iuxta clem. 1. in fi. *de conceſſ. præb.* & principaliter agi de mera præuentione per obitum reſeruata Papæ: Aliud currere Romam ex capite reſignationis & conferri per reſignationem, & tamen incidenter & acceſſorie impetrari per obitum reſignantis eadem die vel pridie mortui. Primo caſu non tam vocetur expectantibus, quàm ſecundo caſu. Ergo ſaltem in ſecundo caſu operatur dicta reſtrictio, quæ alias nihil de ſe operabitur, & hæc interpretatio de ſe fauorabilis eſt & antiquum ius commune reducens.

235 ¶ Quartò huic nominato à die obitus quæſitum fuit ius ad rem in dicto prioratu, non ſolùm generaliter, ſed etiam ſpecialiter. Patet quia genus quod non poteſt niſi in vna ſpecie verificari, ſpecies eſt etiam verè & proprie, tex. in l. *nominatim de liber, & poſthu.* in l. *ſi domino.* vbi Dy. Bar. Bal. *de Lega* 1. in l. *ſi heres* l. *ſi optio. de optio. lega.* in c. *ex parte.* 1. iuncta gl. vlt. *de reſcript.* vbi hoc not. Franc. Zabarel. Nicol. Tudiſc. Fely. Philipp. Deciſ. qui ad multa exemplificant, dixi in conſuetud. Pariſien. §. 1 gloſſ. 9. nu. 33. Sed inſinuatio & requiſitio prima per nominatum facta non poteſt verificari niſi in vnico proximè vacaturo beneficio, quo neglecto tota nominatio & gratiæ expectatio funditus & perpetuo perit c. *ei cui. de præb.* in 6. ergo pro ſpeciali nominatione & requiſitione habetur, & conſequenter beneficium proximè vacans (quia iſtud ſolum eſt debitum, nec aliud deberi poteſt) habetur pro ſpeciali debito. Imò verè eſt ſpecialiter affectum & debitum nominato: quippe cui ſoli & non alij debetur, quippe quod & non aliud eidem debetur, vel debitum iri poteſt. Igitur ſumus in terminis dictæ clauſulæ exceptiuæ in bullis reſignatarij poſitæ. In ſecundo verò prioratu videbatur nominatus nihil iuris habere, etiam ſi priorem obtinere non poſſet, primò

Armoti 2.

Arrestum. primò quia ſecundus ille prioratus ſitus eſt in Britannia minore, vbi nunquam indultum illud Eugenij 4. locum habere potuiſſet, quia Britannia illa non erat de regno, ſed erat ibi dux Cancellarium, ſuos præſides & conſiliarios habens.

236 ¶ Secundò adhuc bodie regio illa patria obedientiæ Papæ vulgo vocatur, nunquam ibi pragmatica ſanctio nec concordata recepta ſunt, ſed ex compacto Papa habet ibi octo menſes ſibi reſeruatos in quibus vel vacationibus tunc occurrentibus Ordinarij nihil poſſunt, vt ſuprà. Et contrà Ordinarij quatuor menſes in quibus Papa nec præuenire, nec reſeruare, aut aliter diſponere poteſt. Ergo ſi prioratus ille Rhemenſis vacauit in menſe Ordinarij non eſt locus indulto, ſicut nec vlli alij gratiæ expectatiuæ. Si verò vacauit in menſe Papæ, adhuc diſputari poteſt quia Papa noluit ſe, ſed Ordinarios tantùm per illud indultum grauare, Ordinarios autem non potuit. Er ſic quod noluit potuit, quod potuit noluit c. *cum ſuper*, vbi Panor. & alij *de offic. deleg.* l. *multum intereſt.* vbi Bald. Salicet. & omnes C. *ſignis alteri vel ſibi.*

Arreſtum magni concilij. 237 ¶ Sed his non obſtantibus per areſtum magni concilij in ipſis cauſarum actionibus latum die vigeſima ſeptima Iulij anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſeptimo plenum poſſeſſorium prioratus cuiuſdam Andegauenſis tertio, prioratus verò Rhemenſis nominato curiæ in contumaciam Petri deſinitione adiudicatum fuit. Ratio primi fuit quia Papa iure præuentionis per obitum confert vacantia ſub hoc indulto ſine illius in aliis futuris vacationibus præiudicio, ſicut & vacãtia ſub ſuis mandatis, & etiam ſub graduatis & nominatis academiarum, tamen ſi abbas ille fuiſſet Cardinalis, Papa præuenire non potuiſſet, & ſic manſiſſet ius nominati curiæ in primo prioratu verificatum: Ratio ſecundi fuit, quia ſecundus prioratus fuit prior, liberè etiam ante vllam requiſitionem citra menſum præuentionis Papæ vacans. Er quum hodie, imò, etiam ante indultum illud innouatum Britannia minor ſit de regno, ei vnica die lunæ 18. Nouembris anno 1532. vt ſcripſi in conſuetud. Pariſien. §. 13. gloſ. 1. num. 72. indultum iſtud debet in ea locum habere.

238 ¶ Supereſt diluere allegata ſuper primò prioratu, ad quæ vno verbo reſpondeo quòd per reſignationem factam ante vacationem non poterat ius ad rem quæſitum eſſe in ſpecie: ſed tantùm in genere: poſt vacationem autem nondum eſt ius ad rem quæſitum in ſpecie, ſed quæn poteſt per requiſitionem ſpecificam de illo certo corpore beneficij vacantis, poſtquam requiſitionem nec Papa quidem amplius præuenire poteſt. Sed ante ſpecialem requiſitionem cum Papa præuenire poſſit, vel nominatus mori aut negligere, vel beneficium eſſe diuerſæ qualitatis, aut minoris ducentarum librarũ valoris, non eſt ius ſpecificum certum, ſed vagum & incertum, & nullo modo jus ad rem ſpecificum: ſed vt in fortionibus terminis ait gloſa pragmaticæ tit. *de collatio.* §. *volens itaque.* in verbo *nominationes* ad fi. & §. *quod ſi quis* gloſſ. verbo *irritum* col. pe. ius quoddam præparatorium, inſtabile, ventoſũ, dubium & nõ radicatum ante ſpecificã & validã certi corporis vacantis requiſitionẽ, & ſequitur Matheus Pachus in tract. *de mandat. part.* 17. col. 1.

239 ¶ Adhuc circa hoc indultum ſeſe offert alia notabilis quæſtio, quæ contigit in Eccleſia Turonenſi, in qua & nominatione curiæ tempore Regis Franciſci quidam præbendam obtinuit, deinde Rex Henricus ſecundus eiuſdem Eccleſiæ capitulo, alium eiuſdem curiæ conſiliarium nominauit, qui poſtquam inſinuaſſet, deſtitit & renuntiauit illi nominationi. Idem Rex alium nominauit qui inſinuat, deinde anno 1558. vacat præbenda quam petit, capitulum refutat & confert tertio, nominatus à ſuo executore prouiſus certat in magno cõſilio. Punctus eſt an idem capitulum poſſit hoc indulto bis grauari infra viginti annos? videtur quòd non, ſed quòd tantùm infra centum annos, quod eſt tempus longæuum vitę hominis. lege *an vſusfructus de vſufruct.* imo longiſſimum. l. *ſi vſusfructus. de vſu. & habitat. ſu.* l. vlt. in fin. C. *de ſacroſan. eccleſ.* & eſt tex. eccleſiaſtici, 118. non enim poteſt Ordinarius grauari, niſi ſemel in vita ſua tantùm. Cum ergo capitulum vel collegium Eccleſiaſticum, nunquam moriatur, vita eius ad centum annos æſtimari debet per iuta prædicta.

240 ¶ Sed certè per quam abſurdum eſſet, quod Eccleſiaſtica quæ multo plura ſolent habere beneficia collatiua quàm ſingulares Ordinarij, non poſſent grauari niſi ſemel in centum annis, cum ſinguli Ordinarij poſſint grauari ſemel in vita, & ſic frequenter, quia non ſolùm cita morte, ſed etiam ceſſione vel priuatione ſæpe mutantur, & prætet id quod de iure non niſi prouectæ ætatis aſſumi debent, & ſic diu vjuera nequeunt. Conſtat inſuper quòd hoc ſæculo, quo iuniores defunctoriè promouentur: tamen rariùs contingit eundem diu idem beneficium adminiſtrare, quam olim ſub veteri diſciplina contingebat. Quod enim iuniores promouentur, eo citiùs mutant vel nuptiis, vel permutationibus, vel aſſecuoone incompatibilis aut pinguioris, aut aliàs infinitis morte crebrionibus modis. Cum ergo ſinguli illi poſſint breui tempore grauari, etiam ſi duo vel tria tantùm io ſita diſpoſitione beneficia habeant, & non vnum monoculum, abſurdum eſt, collegia grauari non poſſe, niſi ſemel in centum annis.

241 ¶ Videretur ergo quòd inſpicienda eſſet ſuprema vita ſingulorum qui erant in capitulo tempore primi grauaminis, vt quãdiu vnus ex illis ſupereſt, etiam ſi triginta vel quadraginta annos ſuperuiuat, non poſſit idem collegium iterum grauari. Quid ergo? ao dicemus cùm capitulum non habeat vitam tẽporalem, nec etiam prædicta curia Franciæ quæ non moritur, & tamẽ indultum ad vitam temporalem vnius hominis ſe reſtringere vuluit, quod hæc reſtrictio cum non poſſit capi reſpectu corporis vel collegij cui fit nominatio (quia ei non congruit) capienda ſit ex perſona Regis nominantis, cui ſoli congruere poteſt, & à quo huius indulti gratia incipit? Ita etiam Rex noſter Henricus programmate ſpeciali declarauit in magno conſilio nuper menſe Nouembri anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo octauo, ſine præiudicio oppoſitionis liuium pendentium homologato, alio quin ferè inane eſſet indultum reſpectu collegiorum. Sed ne videar iudicia pendentia preuenire velle, ſuperſedeo. Henrici II. declaratio.

242 ¶ Rurſus iuxta hæc quæro de inſigni themate anno 1547. menſe Ianuario Cardinalis de Meudon abbas Vindocini dat mandatum ad reſignandum dictam abbatiam in fauorẽ Cardinalis Vindocini, quæ nõ admittitur Romæ niſi poſt annũ. Interim 1548. & paulò poſt hoc indultũ obtentum, Rex fratrẽ vnius conſiliarij huius ſenatus nominat ſuper dicta abbatia & conuentu communiter & diuiſim, & inſinuano ſit dicto Cardinali Vindocini tanquã abbati Vindocini, qui in hac qualitate gratũ habet & copiam retinet, quanquam in veritate nondum eſſet de ea prouiſus Romę. Sed poſſidebat tanquam commiſſarius Regis, cuius nominationem (placitum vulgò vocant) habebat. ſit etiam inſinuatio conuentui, qui gratum habet: deinde admiſſa reſignatione, & collatione facta Vindocini Cardinali, vacat officium clauſtrale armarij, quod requiritur à nominato, qui turſus nominationem ſuam inſinuat eidem Cardinali Vindocini qui recuſat conferre, nominatus ab executore ſuo prouiſus poſſeſſionem capit, & cum pluribus de eodem armario contendentibus litem ſubit, donec liti cedit, poſtquam ſibi conſtitit de reſignatione dicti armarij permutationis cauſa facta per defunctum & ante mortem eius admiſſa: deinde vacat prioratus Thema.

monaſterij noui dioceſis Xantonenſis, quem dictus Cardinalis abbas Vindocini confert Titio, & poſt quatriduum Papa alij confert, nouiſſimè triduo poſt nominatus requirit à dicto abbate, ad cuius recuſationem impetrat ab executione indulti & poſſeſſionem capit, & in iùs vocat ad magnum conſilium prouiſos tam ab abbate quàm à Papa.

243 ¶ Qui à nominato abiiciunt nominationem eius obtentam antequam abbas cuius tempore vacauit, eſſet abbas & prouiſus Romæ, & quòd tempore dictæ nominationis, Cardinalis Vindocini non erat abbas, ſed abbas erat dictus Cardinalis de Meudon, cui nunquam inſinuauit, & quòd illa nominatio non potuit iterum inſinuari moderno abbati, tum quia non erat lis tempore obtenta, tum quòd ſuperannalis eſſet. Præterea quod nominatus ſemel requiſiuit dictum armarium priùs vacans, cuius lis adhuc pendet indeciſa. Papiſta verò dicit Ordinarium & nominatum mutuò ſe impedire, & ſic ſibi locum eſſe, præſertim quod collatio Ordinarij tanquam facta in præiudicium indulti nulla eſt, & tamen quia impetrauit ante requiſitionem nominati curiæ, quod eundem iure præuentionis excludit, quia tunc dictus Cardinalis abbas erat ſimplex Ordinarius, nec habebat indultum, de quo 3. *num.* 163. Vides diſputationis campum latiſſimum.

244 ¶ Breuiter cenſeo nominatum curiæ potiorem, & vincere debere: quia antequam requireret Ordinarium, collatio Ordinarij mero iure tenebat & incommutabilis fieri poterat nominato negligente: igitur collatio Papæ poſtea ſecuta nulla, quia erat legitimè præuentus ab Ordinario, cuius præuentio ius nominati conſeruat non ſolum ad commodum nominati, ſed etiam ad commodum Ordinarij, cuius intereſt vt citiùs libereretur. Collatio verò Papæ nullitate originali, & ſubreptione laborat, cùm etiam non eſſet locus vacuus, ſed plenus: nec obſtat quòd reſolubiliter quia reſolubilitas illa, vt ſolum fauorem oominati reſpicit: ita illi ſoli & non alij prodeſt fa. no. 3. *num.* 72. 82.

245 ¶ Non obſtat quòd nominatio data eſt ſuper Cardinali de Meudon & non ſuper Cardinali Vindocinenſi, quia dico primò, quòd data eſt ſub nomine & contemplatione dignitatis abbatialis. Ergo in ſucceſſorem tranſit. c. *quoniam abbas de offic. de leg.* non enim facta eſt nominato Titio vel Caio, ſeu tanquam ipſi: ſed tanquam abbati: porrò dignitas non moritur. c. *ſi gratioſè. de reſcrip.* in 6. Philipp. Deciſ. conſil. 404. pariter inſinuationes graduatorum & nominatorum vniuerſitatum Ordinarius factæ non ſucceſſoribus eorum reiterãdæ & ita practicatur, quamuis contrarium ſentiat glo. ptagm. in titu. *de collatio.* §. *ſtatuit.* ver. *ſpectat.* Secundò dico ſatis eſſe quod idem Ordinarius non bis grauatur, ſed ſemel tantùm in vita à tota curia. Mox enim vt modernus abbas nominato curiæ ſemel ſatisfecerit, perpetuo quandiu viuet ab hoc indulto immunis erit. Et ſic ſuperflua fuit ſecunda inſinuatio huic abbati facta. Minùs obſtat quòd nominatio ſuperannalis, quia perpetua eſt. c. *ſi ſuper gratia de offic. deleg.* in 6. l. *falsò*, & ibi Bald. Ioann. Faber. Salyc. Iaſon. C. *de diuer. reſcript.*

Q. incidens. 246 ¶ Ex his deciditur quæſtio quàm nuper vidi in facto, nominatus curiæ hoc indultum & literas Regis inſinuauit Ordinario qui ex diſpenſatione) quã beatus Bernardus diſſipationem vocat tenebat membra quædam à ſua dignitate dependentia, quæ eius morte ſimul vacant, an nominatus petere poſſet? dicebatur quòd non. Tum quia non vacarunt in eius vita, tum quia non poteſt requiſitio fieri ab eo vtpote rebus humanis exempto, nec ab eius ſucceſſore cui nunquam facta fuit vlla inſinuatio. Sed per prædicta clarum eſt peti poſſe & debere à ſucceſſore qui parendo non poterit ampliùs in vita ſua grauari. Sed ſi reſignate poterit ſucceſſor noua nominatione deinceps.

247 ¶ Sed quid ſi is qui ſemel graduatus fuit, deinde reſignauit, & poſtea eandem dignitatem iterum recuperauit, an noua nominatione grauari poſſit? breuiter dico quòd non, ſiue per viam reſtitutioois iuxta no. in c. *ſi beneficia de præbend.* in 6. vel alias ipſo iure in vim prioris tituli recuperauit, quia non cenſetur amiſiſſe, & ſic idem Ordinarius eſt. Secus ſi per viam non tituli vel nouæ prouiſionis etiam in commendam ſcilicet perpetuam quæ vim tituli habet, vt dixi infrà regul. *de publicand. qu.* 15. quia tunc alius eſt & nouus Ordinarius.

248 ¶ Secus de commenda temporali iuxta formam c. *nemo demceps. de electio.* in 6. quia illa ſpectat ad titularium ſequentem. & in cuius vita & tempore amputatur, prout futuro ſucceſſori debent collationes reſeruari, non enim talis commendatarius facit fructus ſuos glo. 4. & d. coll. *demceps.* ergo per coll. 3. *de inſtitu.* in 6. Sed tempus commendæ furioſi, imputatur vitæ eiuſdem furioſi.

249 ¶ Sed in ea vltima hypotheſi quando plura beneficia per obitum Ordinarij, vel alterius titularij, vel per priuationẽ ſimul ad prouiſionem eiuſdem vacant, an ſit electio nominati: videretur quòd ſic, cum ſit beneficium principis latiſſimè interpretandum. *l. vlt. ad conſt. princip.* Contrarium dico, quia hoc indultum non eſt conceſſum motu proprio, ſed ad alterius petitionem, vt text. oſtendit: & ſic electio eſt grauan. Imò ipſo iure vilius beneficium duntaxat debetur, & ſic æqualia ſunt, electio eſt grauati, tex. in c. *ſi pluribus. de præbend.* in 6. ita tamen vt Ordinarius eligere non poſſit beneficium minoris valoris ducentarum librarum Turonenſium iuxta idem indultum.

250 ¶ Sed quid ſi in mandatis iuxta formam concordati conceſſis? videretur electio mandatarij per eandem oppoſitam rationem, cùm ſit illis clauſula motus proprij, ergo per dictum c. *ſi pluribus.* & ita vulgo putant, ſed certè multa & fortiſſima ſunt argumenta in contrarium, quia dicta mandata, non ſolùm per pragmaticam ſanctiunem:, & per conſtitutionem Ludouici 12. Francorum Regis latam anno 1512. articul. 1. & per infinita ſupremi noſtri ſenatus ateſta: ſed etiam per ipſa concordata, expreſſim conceduntur & limitantur ad formam. *mandatum* & duarum immediatè ſequentium decretalium *extra de reſcrip.* ſecundùm formam quarum electio plurium vacantium erat omnino & abſque dubio ipſius Ordinarij & grauati, quia d.c. *ſi pluribus.* nondum erat natum, nec fuit conditum, niſi poſt ſeptuaginta annos. Et ſic neceſſe eſt electionem eſſe Ordinariorum, cùm non poſſint grauari vltra formam d.c. *mandatum* formæ libri ſexti aut aliæ non ſpectant ad eorum grauamen, vt etiam nouè dixi in annotatione textuali ad d. c. *ſi pluribus de præbend.* in 6. Mandata Papæ.

251 ¶ Confirmo alia ratione quia d. c. *ſi pluribus.* loquitur expreſsè de naturali motu ſeu veto & proprio, excludit enim omnem alterius petitionem vt exprimit idem text. ibi, ſi verò ad petitionem. Et ſic etiam in aliis grauis expectatuis (in locis vbi vigent) ſimplex clauſula motus proprij appoſita in gratia ad alterius petitionem conceſſa, non operatur effectum, de quo in d.ca. *ſi plurib.* qui duntaxat loquitur de naturali: & vero non autem de ficto motu, vt etiam tetigi infra ſuper reg. 28. *num* 84. hæc nec per ſommium quidem cogitauit & Rebuffius, qui ſuper concordatis in forma mandan ſuper verbo *motu proprio*, in duodecimo effectu defunctoriè ampliarat illa mandata per d. coll. *ſi plurib.* quod tamẽ de illis (quæ non niſi petentibus & taxã numorum ſoluentibus & adhuc diligenter inſiſtentibus conceduntur) non loquitur, & inſuper ad illa extendi nequit per prædicta, ſcilicet ad nouum Ordinariorum grauamen vltra formam d. c. Intellec. c. ſi pluribus. de præben in 6.

mandatum. vt dixi. Et ſecundùm hanc ſentẽtiam que A
mero iure verior eſt, prior pars d. c. *ſi pluribus*. non
poteſt ad dicta mandata extendi quibus eaã non con-
gruit, ſed bene poſterior pars ibi, ſi verò ad petitionẽ,

152 ¶ Ordinario ergo planè recuſante, vel per de-
cem dies differente eligere, devoloetur electio ad
mandatarium, vel ſuum executorem mitet beneficia
æqualia: ſi verò ſint inæqualia, non eſt locus electio-
ni, quia beneficium minoris valoris duntaxat, & non
aliud deberur per illum tex. ad hoc apertum. & ita
eaã ſine illo textu fauore libertatis Ordinariorum di-
cendum eſſet. Non obſtat d. l. *vlt. de cõſtitutio. princ.* quia non loquitur in beneficio ſpectante directò
& immediatè damnum vel grauamen alterius, quod
ſtrictè eſt interpretandum. l. 3. §. *meritò, nequid in loco publico, ũ vulg.* Aduerte, quia de facto prior pars affir- B
matiua, ẽ. *num*. 150. eſt in vſum recepta, nec leuem
habet colorem in noua mandan forma eoncordatis
ipſis inſerta, & pro lege recepta communibus clau-
ſulis in ea cõtenns, in quers clauſula pro expreſſis ha-
bentes & mortus proprij quas ad amplationẽ huiuſ-
modi mandatorum & in fauorem mandatariorum
appoſitas & receptas eſſe conſtat: quæ clauſulæ præ-
ſertim motus ptoprij nihil adderent, & nullũ nouum
fauorem operarentur, niſi includerent effectum in
corpore libri 6. incluſum in d. cap. *ſi pluribus*, nec eſt
de facili recedendum à praxi recepta. l. *illud vſitatiſſi-
mum*. & ibi Bald. *de excuſatio. tuto*.

153 ¶ Et hîc obiter nota contra fraudem manda-
tariorum, qui videntes primò poſt menſem vacare
beneficium vile, ſtatum faciunt illud vel ſumptu ſuo C
impetrari per rertũ à Papa vel Legato, vt ſic habeant
ſequens pinguius. Cautela eſt vt Otdinarius ſtatim
præuemendo Papam vel Legatum non expectata te-
quſitione mandatarij ei conferat, quod poteſt, etiam
abſenti, quod etiam poteſt, vt dixi ẽ. *num*. 71. & te-
nebitur mãdatarius acceptate, aliàs priuabitur man-
dato, niſi vacauerit per reſignanonem ſimplicem
quam probare poſſit procuratorem in ſui fraudem
iuxta nor. in c. 2. *de renunciat.* in 6. & dixi ẽ. *num*. 96.

154 ¶ Amplio non ſolùm ſi contulit tanquam man-
datarig, & ſic animo ſe exonetandi, de quo non eſt
dubium, ſed etiam ſi contulerit ſimpliciter & libe-
raliter. Quia aut mãdatarius repudiauit ex collatione
liberali, vt potuit, & pari filo excluditur perpetuò
à mandatu, tuſi illud beneficium infra ſuum ſemeſtre D
iure mandati requitat, ſibique prouidere faciat, non
obſtante repudiatione ex capite liberalis oblationis:
aut verò accipiat in vim liberaliter oblatæ ſimplicis
collationis, & idem, quia ſatis eſt quòd ſibi debitum
erat ex capite mandati, & quòd in vim mandati illud
habere potuit, nec poteſt imputare culpam Ordina-
rio quæ nulla eſt, & ſi qua eſſet, illam approbauit l.
cum in fundo §. *quod ſi mulier. de iure dot.*

155 ¶ Rurſus amplio etiamſi Otdinarius ipſe non
ſimplex vicarius expreſsè declaranent ſe nolle nunc
ſansfacere mandato Papæ, ſed velle hoc donare, re-
manente mandato in vigore ſuo in futurum, & man-
datarius ſub ea protestatione acceptauerit, qnia ex
quo beneficium iſtud, & non aliud eſt debitum & af- E
fectum mandatario, debet ei conferri, nec eſt in po-
teſtate Otdinarij vel mandatarij in alia re mandatum
implere, quod ſtricti & præſcripti iuris eſt, nec eius
forma etiam pet æquipollens mutari poteſt, e. *qui de
non ſacerdotali. de præb.* in 6. Tum eſſet date. aut ſaltẽ
prorogare ius ad vacatura, quod eſt omni inre dam-
natum & prohibitum, vt deteſtabile, improbum &
pernicioſum. c. *deteſtanda. de conceſſio. præb* in 6. c.
vlt. extra eod. ti dixi in annotation. ad Philip. Deciſ.
in c. *paſtoralis*. §. *quoniam num*. 4. *de reſcript* & in
conſi. 541. Et hæc à *num*. 152. procedunt in beneficio
primo vacante poſt menſem & debito mandatario vt
dixi. 156. ¶ Secus in vacante ante menſem vel ante
inſinuationẽ, quia etiam ab eodem eidem collatũ non
contemplatione mandan, ſed ſimpliciter collatũ cen-
ſetur. Ideo non impedit quin mandatarius poſtea vta-
tur mandato, hæc enim mandata non ſunt in forma
pauperum, qua in c. *ſi pauper clericus. de præb eod.* in
6. ſed in forma gratiæ, quãuis Papa cum chorda cana-
pis ea ſigiller, eo quòd non licet ei pro libito reſcribe-
re, ſed forma cõcordatorũ aſtrictus eſt, imò hodie in
regno nulla ſunt mandata in forma pauperũ, ſed abo-
lita ſunt, vt abnſiua per Decretũ *de reformationib. ſu-
blat.* 157 ¶ Sed ſi beneficium illud prius poſt datum ta- Mandata in
men mandati eollatum mandatario tale ſit, quòd non forma pau-
poſſit ſimul cum alio obtineri, mox vt illius pacificam perum abo-
adeptus fuerit poſſeſſioem, vel per eum ſteterit quo- lita ſunt.
minus illam habeat, ſtatim exringuitur irreparabili-
ter hoc mandatum, nec reuiuiſcit, etiam ſi prius il-
lud beneficium ante vacationem ſecundi, vel etiam
ante menſem, vel etiam ante inſinuaoonem mandati
reſignauerit & merè abdicauerir per clem. *gratiæ. de
reſcrip.* Idque à quocunque fuerit illud prius benefi-
cium aſſecutus, etiamſi a Papa vel Legato ab alio
quàm cui mandatum dirigitur, quia d. clemen. gratiæ
non diſtinguit, & huiuſmodi mandata ſunt in veritate
literæ gratiæ, vt dixi. 158 ¶ Si verò prius illud
beneficium eompatibile ſit cum aliquibus beneficiis,
ſed non cum aliis inſpecta capacitate tam iuris eom-
munis quàm diſpenſatoria mandatarij; pendet ab
euentu primi vacaturi poſt menſem, quia ſi illud pri-
mum vacans poſſit ſimul cum priori teneri, debetur
ei, aliàs apparet retrò extinctum eſſe mandatum,
quod non poterit vires habere etiam nec in alio qui-
dem minori compatibili beneficio poſtea vacaturo.
Sed mandatum extinctum, & conſumptum non reui-
uiſcit ex futuro euentu, ſicut nec reuiuiſcit propter
abdicationem ante vacationem primi vacaturi factam
d. clem. *gratiæ*. Et aduerte, quia loquot de beneficio
priori impetrato poſt datam mandati.

159 ¶ Secùs de priùs obtento vel in quo habebat
ius ad rem tempore mandari, quia tunc propter clau-
ſulas motus proprij & pro expreſſis habentes huiuſ-
modi mandatis inſertas, mandatum ſubſiſter in qno-
cunque vacaturo. Et ſi ſit ſufficienter diſpenſatus ad
vtrumque vel ad omnia tennenda, retinebit ea, aliàs
eliget iuxta no. in c. *ſi motu proprio de præb.* in 6. Am-
bæ enim clauſulæ etiam ſimul, vt aſſolet, appoſitæ,
tannim ſubrepnionem rollunt & dant faeultarem eli-
gendi, non autem dant de nouo ius vtrumque vel om-
nia retinendi, niſi alias eſſet ad hre duo vel ad ea om-
nia bencficia ſimul retinenda ſufficienrer diſpenſatus.
Sed ſi illæ clauſulæ eſſent omiſſæ (provt Papa poteſt
eas omittere in huiuſmodi mandatis in quibus non
erant, imò nondum inuentæ erant tempore d. c. *man-
datum extra de reſcript.*) tunc ſernanda eſſent iura
communia, quæ etiam tempore Decretalium vige-
bant, videlicet quòd taciturnitas quantumuis modici
beneficij vel iuris ad rem ipſo iure vitiabat gtatiam
Papæ c. *poſtulaſti. extra de reſcrip. cum vulga.*

160 ¶ Cæterùm etiam ſi dictæ clauſulæ amplient & Forma man-
excedãt veterem formã de qua in d. c. *mandatum*. cum datt.
duabus immediatè ſequennbus decretalibus: tamen
mandata illa non ſunt nulla nec abnſiua, quia ſpe-
cialiter & expreſsè per cõcordata permiſſum eſt Papæ
hac forma ampliatiua vti, in dictis mandatis ad hunc
finem incluſa, ſed eam omittere poteſt ſi velit, vt quan-
doque vidi, quia omirrendo illam clauſulã non grauat
Ordinarios, nec plus offendit ius commune, ſed magis
illi conformatur. Quod enim non licet Papæ à forma
dictis concurdatis inſerta recedere, verum eſt inquan-
tum magis grauaret Ordinarios aut libertatem Ec-
cleſiæ Gallicanæ, aut inqnantum læderet veteres ſa-
teros Canones, in quorũ præiudiciũ non poteſt formã
in dictis mãdatis expreſſam reſtringere aut alterare,
ſed bene in præiudicium mandatariorum, tantùm

1. vlt. de conſtitu. princ.

vt ſæpe in noſtro Senatu iudicatum fuit, & in eo plu-
ribus claſſibus congregatis die decimatertia Maji an-
no ſeſquimilleſimo trigeſimo ſexto concluſum re-
ferendario Domi. Matthe. & iudicatum contra Ca-
rolum Seuin monachum mandatarium, qui priora-
tum curatum ſancti Clementis in vim mandati ob-
tinuerat, & per ſententiam Balliui Aurelianenſis vi-
cerat: ſed per illud ſolenne areſtum tandem ſuccu-
buit, tanquam mandato ſuo nullo & abuſiuo & eo
ſolo quod in eo erat clauſula, dummodo prioratus
ſeu alia dignitas conuentualis vel officium huiuſmo-
di clauſtrale non exiſtat, quamuis conſtaret quòd Or-
dinarius grauatus haberet vltra decem beneficia ſi-
milia illi, de quo agebatur.

261 ¶ Et ſic concordata correcta eſt conſtitutio
Ludouici 12. Regis lata anno 1512. articul. 2. vbi per-
mittebat mandata ab beneficia certæ qualitatis dum-
modo Ordinarius haberet decem, eiuſdem qualita-
tis: hodie verò debet Ordinarius habere liberas ha-
benas, vt poſſit ſe liberare etiam per minimum clau-
ſtrale reſpectu regularis mandatarij, vel per minimum
ſacellum, vel altare in titulum primò vacans reſpe-
ctu ſecularis & reſtrictio grauans ius commune, vel
Ordinarios reddit mandatum funditus, & per omnia
nullum & abuſiuum: vt ꝛ. *num.* 211. in fi.

262 ¶ Non tamen intelligas quod debeat poſſe
ſe liberare de ſæculari reſpectu regularis vel contra,
etiam ad quæcunque regularia vel ſecularia diſpen-
ſati, quia quemadmodum in menſibus nominatorum
vel graduatorum Ordinarij non ſunt grauati niſi ſe-
cundùm decentiam ſtatus impetrantis, non obſtante
quacunque diſpenſatione vt *in concordat.* tit. *de collato.*
§. *cæ⁹ inſuper.* Ita & in mãdatis non debentur, nec con-
ferri poſſunt vi mandati niſi ſeculare ſeculari, regu-
lare regulari, tametſi Arnulphus Ruzeus in tractatu
de mandatis, part. 2. *num.* 31. contrarium tenuerit: &
malè, tum quia hoc eſt directò contra conſtitutionem
Ludouici 12. optimi Francorum Regis, populi & iu-
ſtitiæ patris, latam anno 1512. articu. 6. Tum mandata
Papiſtica non ſunt admiſſa niſi iuxta formam c. *man-
datum.* & duarum Decretalium immediatè ſequen-
tium *extra de reſcrip.* vbi nulla mentio de conferendo
beneficio regulari vni ſæculari etiam diſpenſato vel
contra, & ſic quod præter illam formam fit, nedum
contra eam, nullum & abuſiuũ eſt: tertiò alia eſt for-
ma mandati pro ſeculari, alia pro regulari: ergo ad-
inuicem etiam prætextu diſpenſationis non debent
confundi nec tenetur Ordinarius obedire, & ſi non
liberaliter, ſed in vim mandati faciat, nihil agit, & po-
teſt vt vacans impetrari, & ita ante triginta ſeptem
annos ſemper reſponderi vidi per primarios in hoc
ſenatu conſultiſſimos patronos, videlicet quòd ſicut
nominatus vel graduatus, ita mandatarius debet eſſe
habilis de iore communi, & non per diſpenſationem
in tantum quod non valet mandatum monachi Clu-
niacenſis ad beneficia dependẽtia à monaſterio maio-
re, licèt vterque ordo ſit de eadem regula benedictì-
na, etiam ſi mandatum contineat clauſulam de trans-
ferendo, quia eſt diuerſus ordo, & hoc eſt contra for-
mam conſtitutionum regiarum dicto articulo 6. &
contra formam concordatorum, & ita olim fuit per
areſtum huius ſenatus iudicatum contra mandata-
tium: & abbatia Sancti Marci Sueſſionenſis adiudica-
ta Oliuario regulari qui fuit Epiſcopus Andenſis.

Ludou. 12.

263 ¶ Et nota quod in huiuſmodi mandatis, quia
bullæ gratioſæ non faciunt mentionem de rigoroſis
neceſſe eſt ad ligandum manus Ordinarij ei præſen-
tari & exiberi vtraſque bullas iuxta not. per tex. &
gloſ. in c. *ſi ſoli.* in verbo *illorum de conceſſ. prebend.*
in 6. vbi in annotatio. dixi. & in annotatio. ad Ale-
xandr. conſil. 97. lib. 5. & ita per areſtum huius ſenatus
iudicari vidi pro collatione Ordinarij contra manda-
tarium, qui non docebat ſe inſinuaſſe bullas executo-
riales, quamuis conſtaret eum exhibuiſſe bullas man-
dati: & ita rurſus in eodem ſenatu iudicatum fuit ſo-
lenniter die viceſimatertia Decembris anno ſeſqui-
milleſimo quadrageſimo primo.

264 ¶ Ex quibus nuper decidi quæſt. quam vidi in fa-
cto anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſeptimo.
Bleſis menſe graduatorum vacauit prioratus regula-
ris ad collationem Cardinalis Turnonij abbatis ſancti
Lomerij, cuius vicarius Pariſijs contulit ſæculari ab-
ſenti diſpenſato ad regularia tanquam graduato inſi-
nuato, & legitimè qualificato, ſine clauſula aut aliàs
idoneo, deinde Papa iure præuentionis, poſtea vica-
rius eiuſdem abbatis exiſtens Bleſis ad tequiſitionem
monachi dicti monaſterij graduati inſinuati ei con-
fert, nouiſſimè mandatarius Papæ infra ſuum feme-
ſtre ſibi prouiden facit, & hi quatuor litigabant. Reſ-
pondi mandatarium præferendum, vincit enim gra-
duatum, primus autem iure ordinario prouiſus vin-
cit Papiſtam, & tamen vincitur ab expectantibus per
no. 3. *num.* 72. cum ſeq. & ſic locus eſt ponoti expe-
ctanti.

265 ¶ Nec obſtat quod primus non videtur prouiſus iure libero Ordinario, ſed in vim concordatorum tanquam graduatus, quoniam collatio eſt et facta tanquam graduato & legitimè qualificato, nec eſt addi-
tum aut aliàs idoneo, & ſic videtur collatio limitata in vim gradus & ad neceſſariam collationem, quia di-
co quod verùm eſſet ſi collatio facta eſſet merè in vim concordati, & iuxta eius formam, ſed cum ſit facta ſeculari, & ſic cui per concordata & qualificationes non debetur, cernm eſt in forma collationis in ea expreſſa, quòd non potuit valere in vim gradus vel concordati, ſed duntaxat in vim libertæ & ordinariæ collationis, & adhuc dummodo collatarius eſſet ritè diſpenſatus prout erat, & ſic impediuit prætentionem Papæ, aliàs ſi non fuiſſet ritè diſpenſatus Papiſta vincebat, quouiſmodo deficiente locus eſt potioti expectanti nempe mandatario.

*Mãdata mor-
t. Papa exp.
tant.*

266 ¶ Et not. quòd hæc mandata Paparum eorum morte expirant non obſtante exhibitione & inſinuatione vel etiam fulminatione bullarum, quia ſemper agitur non de gratia facta, ſed de facienda. Ergo mo-
re mandantis expirat c. *ſi ſuper gratia de offic. delegat.* in 6. c. *ſi cui.* in fin. *de præbend.* in 6. Iſta etiam tenet gloſ. pragmaticæ in tini. *de collationibus.* §. *item volunt* verbo *mandatum*, & bene quamuis contrarium te-
nuerit Petrus Rebuf. in concordat. titu. *de mandat.* in verbo, *ſuo pontificatus*, dixi enam in annotation. ad Alex. conſ. 97. ad finem lib. 5.

267 ¶ Hic occurrit pulchra quæſt. quam nuper vidi in facto: mandatarius ſuper Eccleſia Matiſconenſi in-
ſinuauit, & confecto in manu tabellionis nominibus (vt aſſolet) non expreſſis mandato ad acceptandum, ad alia negocia abiit, & poſt menſem morte vnius vacarunt præbenda & quoddã ſacellum in menſe no-
minati, qui petit præbendam ab Ordinario qui ei con-
fert, ſacellum verò confert mandatario abſenti, acce-
ptante quodã Tirolio tanquam procuratore mandata-
tij, qui poſtea reuerſus re cognita petit præbendam, Ordinarius refutat, quia prouidit, quin etiam manda-
to ſatisfecit, mandatarius à ſuo executore officiali Ma-
tiſconenſi eandẽ præbendam ſibi conferri curat, & li-
tigat in poſſeſſorio cõtra nominatum qui fiduciariam poſſeſſionem, (quam recredẽtiam vocant) obtinet, mandatarius appellat: multi dicebant bene iudicatum, etiam ſi plenum poſſeſſorium adiudicatum fuiſſet no-
minato, qui etiam prior erat tempore, & in terminis pragmaticæ potior & fauorabilior mandatario. Breui-
ter contrarium reſpondi, quia apparebat matricem procuratori ad acceptandum fuiſſe intra recentã no-
minibus futurorum procuratorum nõ expreſſis, ſed in albo relictis, & lacunam illam vacuam alia & recen-
manu tepletam fuiſſe omnibus da Mercyeo & Tirol.

Tirolius autem ille eſt qui acceptauit ſacellum vile nomine abſentis. Et ſic primò matrix illa in ea diuerſa & recenti ſcriptura in loco eſſentiali ſuſpecta eſt falſi, tum non ſolet matrix ipſa ſic repleri : ſed procuratorum ipſum ſuper ea iuſſu mandantis confectum ſeu leuatum, quod hîc non fuit. Secundò ſuſpicio eſt collutionis nominati cum Tirolio, vt nominato præſenti pingue, abſenti verò vile daretur.

A

268 ¶ Tertiò etiam his ceſſantibus Tirolius (etiam ſi minùs inſcriptus fuiſſet) caruit mandato, quia mandatum non erat ad eligendum, nec ad optandum, ſed ſimpliciter ad acceptandum, quod intelligitur de vnico vacante, videlicet primò poſt menſem, & de vnico certo debito, ne totum mandatum periret. Et ſic non poteſt extendi ad optandum vel eligendum, ſi caſus ille inopinatus contingat. Mandatum enim ſimplex, non extenditur ad inſolitum & inopinatum, & mandatum de actu ſimpliciter non extenditur ad actum qualificatum arg. c. *ſtatutum. de electio.* in 6. Ioan. de Anania Felyn. in c. vlt. *extra de ſimonia.* Felyn. in c. *graue. de offic. ordin* in 6. *non dubium. de ſenten. excommunicato.* ſaltem quando iuſte ſequeretur captio ipſius mandati & contra intentionem eius fieri, à cuius ſolius voluntate certum eſt totum mandatum dependere. Ergo Tirolius acceptare non potuit priuſquam dominus, cui competebat electio, vt 3. *nu.* 252. elegiſſet, nec poterat Tirolius illud fraudare iure eligendi.

B

269 ¶ Saltem non potetat eligere omnino vilius, quia regulariter etiam principalis ipſe cui competit ius eligendi : non poteſt extremum maius aut minus in alterius præiudicium eligere : ſed tenetur eligere mediocrem iuxta veriſimilem mentem tex. in l. *Legato.* generaliter in l. *ſi hæres generaliter. de legat.* 1 in l. vlt. §. *ſed & ſi quis.* in fi. C. *communia de lega.* in l. *ſi quis argentum.* §. 1. & §. *ſimilique modo.* C. *de donatio.* Igitur multominus poteſt nudus miniſter aut procurator eligere extremum minus nimis abiectæ inæqualitatis contra veriſimilem, & adhuc minus contra expreſſam vt hîc mentem domini ſui. Imò vilitas hæc notoria, diſproportio nimia & abſentia mandatarij, non caret ſuſpicione doli collationis : & ſic dato quòd mandatum fuiſſet validum & ſufficiens, adhuc mandans pœnitere potuiſſet & eligere infra ſemeſtre ſuum, vt in propriis terminis decidit Albèric. in l. *filiæ meæ agræ.* col. 2. *ſolut. matrim.*

C

270 ¶ Quartò etiam ſi ad illos procuratores ſpectaret electio : tamen quia clauſulæ vulgatæ ſingulos in ſolidum, & quòd non ſit melior conditio præoccupantis, non loquitur de electione, nec in caſum electionis vel optionis, non poterant ſinguli optare, ſed ambo ſimul. c. *ſi duo* in prin. *de procuratorib.* in 6. Quod ſi diſſentirent, neutri eorum, aut ſaltem ab ordine literæ ſpectabat optio Mercyeo priùs nominato vel ſcripto. c. *ſi quis ineſt.* § *verùm de electi.* in 6.

D

271 ¶ Nec obſtat quod nominatus contendebat mandatarium carere titulo, quia tempore collationis ei factæ per officialem Matiſconenſem in ea qualitate delegatum executorem ſedes vacabat, & ſic ille officialis non erat officialis Epiſcopi Matiſconẽſis vtpote mortui, & alio nondum electo nec confirmato. col. 1. *de offic. vicar.* in 6. coll. vnic. *matrita. & obedien.* in 6. & c. *interea.* dictæ Eccleſiæ (vt fertur) habet regalia, id eſt vltra ius commune, de qua in c. 1. *de inſtitu.* in 6. non ſolùm inſtituit, ſed confert liberè vacantia contra c. *illa.* extra *de* ſede vacante, nec apparebat quòd aliquod mandatum nouum dediſſet dicto officiali, quia reſpondeo ſatis eſſe quod idem officialis patiente capitulo pergebat in adminiſtratione, vt in ſimili Guiliel. Cunc. & Paul. Caſtren. decidunt de locum tenente iudicis. in l. *ſed & ſi pupillus* §. *conditio de inſtitor. actio.* & in l. 1. §. *magiſtrum de exercito. actio.* nim fuit delegatus nomine dignitatis, quæ non moritur c. *quoniam abbas. de offic. delegat.* & collatio debita erat & neceſſaria, & ſic emendando iudicium præbenda debet diffinitiuè mandatario adiudicari.

E

272 ¶ Non obſtat fauor nominatorum, quos etiam in dubio præferendos eſſe cenſeo fauore academiarum & ſtudiorum : ſed hîc non ſumus in dubio, tum mandatarius verſatur in damno, nominatus verò etiam acceptando ſacellum, adhuc pinguiora beneficia expectabit, dooec ſummam quadringentarum librarum annuam habeat.

F

273 ¶ Nunc occurrit quæſtio indultis curiæ & mandatis Papiſticis communis an §. *ſtatuimus quoque quid parochiales.* tit. *de collato* in concordatis locum habeat in dictis indultis & mandatis : an verò illa huic §. derogent ? Et prima facie videtur hic §. ceſſare, quin prouiſiones mandatariorum & nominatorum curiæ, ſunt prouiſiones Papiſticæ. Porrò Papa non ſubeſt. §. *ſtatuimus.* & ita ſemper vltra viginti annos vſque ad annum ſeſquimilleſimum quinquageſimũ vidi practicari, vt valeat collatio Papæ de Eccleſia parochiali ſita in ciuitate aut villa murata, etiam ſi impetrantes nunquàm nec in theologia, nec in altero iurium, nec in artibus ſtuduerint, etiam ſi colinarij, muliones vel caculæ ſint, quantumuis pudendum & abſurdum eſſet non ſolum ante concordata (quia §. *in eccleſiis autem de collatio. in pragmat.* non loquitur de Papa) ſed etiam poſt concordata, in quibus Rex & Papa hoc ſtatuerunt.

Parochiales Eccleſiæ.

274 ¶ Breuiter veritas eſt in contrarium, videlicet quòd d. § *ſtatuimus* habet locum etiam in nominatis curiæ vel mandatariis & ſimilibus, quia habet locum etiam in prouiſione Legati de latere, quia inferior eſt, & alia eſt curia Legati, alia Papæ. vt dicam infra in reg. *de publicand. nu.* 20. & quamuis delegati iſti videantur in hoc maiores Legato de latere. c. *ſtuduiſti. de offic. legat.* & not. in c. *hi qui authoritate de præbend.* in 6. & prouiſio eorum dicatur prouiſio Papiſtica. d. c. *hi qui authoritate.* Tamen quia Papa ipſe non prouidet, ſed mandat prouideri, non cenſetur derogare inri communi : ſed ſe quoad alia, referre ad iura recepta : nec poteſt talium delegatorum vel executorum prouiſio valere iure prærogato præuentionis Papæ, quæ ſuperior eſt & præcellens vt eſt tex. in concordat. tit. *de mandat.* §. *noſque & ſucceſſores n. ſtros.*

275 ¶ Sed etiam hodie attentis concordatis non ſolùm à Papa, ſed à Rege quoque ſanctis, & quibus Papa ipſe ligatus eſt. non videtur Papa etiã iure præuentionis conferre poſſe huiuſmodi parochiales eccleſias, niſi qualificatis, vt requiritur in d. §. *ſtatuimus*, vbi ſimpliciter & abſolutè ita ſtatuitur. Si ergo Papa non poteſt contrauenire, ergo nec Legatus, & ita in publicis cauſatum actionibus tenuit laudabilis memoriæ Do. Gabriel Marillacus Regius aduocatus dignißimus die Ionis 10. Ianuarij anno ſequimilleſimo quadrageſimo octauo, more Gallico, in cauſa ſplendidè acta parochialis curiæ ſancti Nicolai Camporum, iamdudum intra muros huius verbis incluſæ.

Gabriel. Marillac.

276 ¶ Nec obſtat quòd noua lex intelligitur ſecundùm priorem l. *ſed & poſteriore ff. de legib.* & quod in dubio clauſula & qualitas prioris cenſetur repetita in ſequenti, vt in authen. hæc conſtituto interpretatur priorem col. 6. in l. *mihi & tibi* Bart. *de continuen. cum emancip liber.* Dominic. de ſancto Gemi. Philip. Frãc. in c. *diſpendia.* col. 1. *de reſcrip.* in 6. in c. *licet in canon.* col. 1. in c. *auaritiæ* col. 2. *de electi.* in 6. Alex. con. 13. *nu.* 18. lib. 3. Iaſ. in l. *poſt dotem* col. 16. *ſolut. matrim.* & ſic quod dictus §. debet intelligi ſecundùm, §. *in eccleſi.* eod. tit. *in pragmat ſanctio.* qui non loquitur niſi de inferioribus, non autem de Papa, & cuius tempore non fuit dubium quin Papa liberè prædenire poſſet. Reſpondetur eoim quòd vt patet in principio & concluſione concordatorũ, concordata non venerunt ad interpretationem aut ſupplementum pragmatice, ſed ad eius abrogationẽ & excluſionem, & tanquã lex merè noua. Igitur prouiſi à Papa non poſſunt in ſui fauorem

interpretari vel modificare textum concordati per textum pragmaticæ, debet ergo tex. concordati ſimpliciter & præcisè accipi, ſed eſt lex communis Papæ & Regis & qua Papa ipſe ligatur. Ergo non poteſt Papa huiuſmodi patochias indignioribus conferre quam in d.§. *ſtatuimus* cautum eſt.

177 ¶ Minus obſtat ſi dicatur quòd generalis ſermo non implicat perſonam loquentis. l. *iaquiſitio*. C. *de ſoluto*. Alberic. in 2. *ſtatuto*. 9. 215. Bertach. in tract. Gabell. colum. 32. Bald. Paul. Philipp. Corneus. in l. *cum acutiſſimi*. C. *de fide commiſ*. Quia de contrario apparet per textum & concluſionem eiuſdem concordati, vbi Papa ſe obligat etiam in vim contractus ad omnia & ſingula in eis contenta: nec eſt verum quod d.§. *ſtatuimus quoque*. quod ad ſolos Ordinarios referatur ex præcedentibus & ſequentibus, quia imò ſtat abſolutè imperſonaliter & generaliter.

Verum liberè. 178 ¶ Nec obſtat verbũ *liberè* conferre, in.§. *neſque* tit. *d mandat. in concordat*. quod verbum *liberè*, ſignificat libertatem ab omnibus contentis in eadem diſpoſitione, vt per glo. pragmaticæ tit. *de electio*. §. *deinde elegant*. in verbo *liberè*, & vltra allegata in d. gloſſ. Bald. *in repetitio*. & t colum. 12. C. *de ſacroſan. eccleſ*. Geminia in c. *perpetuo*. *de conſtit*. in 6. Iaſon. in *l. ſi fidam tuam* nu. 8. O. *de inoffi. teſtam*. in *l Centurio*. c. 19. *de vulga. & pupil*. Philip. Dec. in. c. *quæ in Eccleſiarum*, col. 1. *de conſtit*. in c. *ſi pro debilitate*. col. 5. *de offic delegat* in c. *reprehenſibilis*, col. 2. in c. *dilecto*. *de appellatio*. quia in d.§. *neſque* verbum *liberè* ponitur reſpectu expectatiuarum, ſiue nominatorum, ſiue mandatariorũ, non autem reſpicit qualitatem realem, ſine contemplatione ipſius rei ſtatutam & requiſitam. Non ergo ſequitur quòd poſſit parochiales Eccleſias in ciuitatibus vel oppidis muratis ſitas æque liberè vt priùs ante concordata poterat, conferre.

Edictum Henric. 2. 279 ¶ Tamen in dicta curia ſancti Nicolai Papiſta obtinuit continuato errore praxis ſolitæ: Sed tandem edicto Henrici 2. dato Rhemis 9. Martij anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo primo, mote Gallico opinio mea & præfati D. Marillaci confirmata fuit, & illud edictum in hoc ſenatu eadem die anno reuoluto publicatum fuit quoad futuras vacationes beneficiorum dumtaxat, ſed certè etiam in præcedentibus vacationibus idem dicendum erat in vim concordati, ſaltem ſubreptitiæ erant collationes Papæ, ſi impetrans tacuiſſet ſe nec in Theologia vel altero iutium aut artibus per tres annos ſtudiuiſſe.

280 ¶ Et notandum quod non ſufficit per illud tempus ſtudiuiſſe, ſed neceſſe eſt etiam gradum in approbata academia obtinuiſſe, vt ſatis innuit tex. pragmaticæ in d.§. *in Eccleſiis autem*. titu. *de collatio*. & conſtitutio Ludouici 12. Regis lata anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono articulo ſexto. Ita etiam in ſupremo hoc ſenatu ſcio claſſibus congregatis concluſum & decretum fuiſſe anno ſeſquimilleſimo trigeſimo ſexto, & etiam patet per illud edictum Henrici I I.

281 ¶ Vltimò circa prædicta occurrit queſtio quam vidi agitatam in magno Regis conſilio in principio Ianuarij anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo quinto. An beneficium cõuentuale ſitum in regno ſed ad collationem Epiſcopi tranſalpini, caderet ſub indulto & nominatione curiæ? dicebat enim Epiſ. quãuis eſſet in Sabaudia ſub obedientia Regis, tamen ſe non teneri, quia indultum tantùm Inquirit de Ordinariis & collatoribus regni, verùm pro nominato facit l. *plenum*. §. *equitij de vſu & habitatio*. Quia Paulus tertius Papa concedens indultum bene ſciebat illam partem Sabaudiæ à rege iam ante triennũ teneri, qui etiam habitantes pro regnicolis habebat nec volebat eos literis quas naturalitatis vulgo vocant id eſt ciuilitatis regni indigere. Ergo verba ſecundùm conditionem perſonæ cui indultum datur, intelliguntur etiã ampliando. d.§. *equitij*. Bart. Alex. l. 1. in prin. c. 2. ad l. Falc. Ludouic. Roma. conſ. 16. Franc. Curt. ſenior conſ. 56. col pen. Fely. c. *cauſámque* col. 12. *de reſcript*. Anto. Corſet. *in ſingular. verb conditio. perſonæ*. Philipp. Dec. l. *& militibus*. col. 1. C. *de teſtamen. militar*. & conſ. 11. in fi facit aduniquũ areſtum huius ſenatus, quod poſui in ſtilo Parlamenti Pariſi. part. 7. *nu*. 30. tum collator regni nõ gtauatur de dicto indulto teſpectu beneficiorum ſitorum extra regnum. Ergo exterus collator videtur tatione beneficiorum ſitorum in hoc regno ad ſuam collationem perrinentium. Reſpectu enim beneficij quo de agitur dicitur collator regni, vt contrariorum ſit eadem & æqua diſciplina. l. vlt. in fi. *de legat*. 3 Facit quod in iuribus feudalibus inſpicitur conſuetudo loci ſeruientis & non dominantis, vt dixi *in conſuet. Pariſi*. §. 7. in fi. & §. 53. *nu*. 11. & hac parte vincente.

282 ¶ Corriualis aliud dubium mouit, quia indultum quod eſt ad ſeculana vel tegularia ſimpliciter non debet extendi ad conuentualia, de quibus non eſt expreſſum per not. Felyni in c. *in noſtra*. *de reſcrip*. Sed certe hæc obiectio procederet in priuato impetrante, quod eſt odioſum & reſtringendum c. *quamuis de præbend*. in 6. ſed non in Rege impetrante & poſſeſſione facta collegio ſummæ & prærogatæ dignitatis & poteſtatis & valdè fauorabile: quare verba generalia indulti non debent, vt in priuatis impetrantibus reſtringi, ſed generaliter vt ſolent intelligi. habet enim indultum vim legis ſeu edicti, & ſic etiam ſi res aſſet dubia, meliùs eſt verbis edicti ſeruire, inquit tex. in l. 1. §. *ſi in qui nauem* ad fi. c. *de exercitor. actio*. ſi igitur beneficium conuentuale ſit collatiuum, cadit ſub indulto, ſecus ſi non ſit collatiuum, ſed electiuum, & ita practicatur. Plures aliæ quæſtionum hypotheſes occurrunt, ſed nunquam eſſet finis. Quin ſæpe quo magis reipub. iacenti prodeſſe laboro, eo magis aliorum inuidiam, aliorum tyrannidem in me nullo defenſore, ſed multis in ludum ſpectantibus & alienа, quam vocant, inſania fruentibus concito.

283 ¶ Vt ergo quod ſupereſt materiæ huius regulæ 18. breuiori, & iucundiori compendio, per ampliationes, & limitationes (diſputatione omiſſa) quam per quæſtiones habeas: Amplio primò hanc reg. vt per Amp. 1. nbitum huiuſmodi ſit vera vacatio: tituli enim beneficiorum ſunt de iure nouo, & poſitiuo, vt tradunt omnes canoniſtæ in c. *cum noſtris*. *de conceſſ præb* Certum T. tali de iure nouo & poſitiuo. eſt enim quòd in originali ſua natura, & ſub primitiua Eccleſia non erant iura, nec tituli proprij habentibus: ſed (iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor. 4. *ſic nos æſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei*) erant ſimplices adminiſtrationes, quæ etiam ſæpe Adminiſtrationes de iure diuino. inuitis obtrudebantur & ſic illo tempore ſuperuacaneæ, imò pudendæ fuiſſent omnes illæ quantumuis nperoſæ & prolixè multiplicatę, iudiciales Decretales. *de elect. de poſtulat. de præb. de inſt. & de conceſſ. præb. extra*. & in 6. Clem. cum omnibus annexis rubricis, & appendicibus ſuis. In his autem quæ ſunt iuris poſitiui, lex non fictè, ſed verè & mero iure agit: vt per Bar. Iaſ. & omnes in l. *ſi in qui pro emptore de vſucap*. in l. *gallus*. § *& quid ſi tantum. de liber. & poſthu*.

284 ¶ Et ſic non eſt dubium, quin Ordinarij liberè prouidere poſſint in vocantibus per obitum, in vim huius regulæ: & quin mandatarij Papæ nominati, & graduati vniuerſitatum, & alij, qui ſint expectantes (vt hodie conſiliarij Regij huius ſenatus Pariſ.) poſſint acceptare, eiſque efficaciter debeatur ex[illegible]te vacationis per obirum: & non ſolùm iura communia, ſed etiã regulæ Cancellariæ de impetrantibus per obitum, locum habeant quamuis Gomeſ. hìc q. 30. contrarium expreſsè teneat, & in q. 33. q. 34. & ſuper. Reg. 30. *de impetran. benefic. vacant. per obit*. famil. Cardin. q. 5. & vbique, eo ſolo, falſoque fundamento nixus, quòd hæc regula fictam tantùm, & non veram vacationem inducat, quod vt ſemel pleniùs profligetur.

Ampl. 2. 285 ¶ Amplio ſecundò, vt Ordinarius poſſit vi, ſiue in conſequentiam huius regulæ, conferre per obitum: etiam ſi reſignatio facta ſit in ipſa Romana curia, etiã perſonaliter per ipſum reſignantem tunc ibi reſidentem, vel etiam domicilium habentem: ſi tamen extra curiam & loca vicina mortuus ſit, ita quòd obitus non contingit in curia, iuxta *c. præſenti de præb in 6.*

Cõtra Rom. 286 ¶ Vacantia autem apud Legatum nunquam ob id afficiuntur, nec dicuntur vacare in curia Legati: & ſic multum erranit Lud. Roman. conſi. 342. col. 1. vbi in terminis huius regulæ conſuluit, quòd vi reſignationis in manibus Papæ factæ, beneficium remanet vacans in curia, & per ſolùm Papam conferri poteſt, licèt reſignans infra 20. dies in partibus de eadem infirmitate decedat: quia imò per hanc regulam, non ſolùm reſignatio in manus Papæ facta, ſed etiam collatio per eum facta, reſoluuntur & annullantur indiſtinctè: & beneficium cenſetur vacare per obitum abſolutè, ac ſi nunquam reſignatum fuiſſet.

Contra Gom. 287 ¶ Gomeſius autem hic non ſolùm dictum conſilium Rom. paſſim ſequitur, ſed etiam q. 33. errorem auget: dicens quòd ſiue reſignans per ſe, ſiue per procuratorem reſigner in curia: non eſſe dubium, beneficium Papæ reſeruatum eſſe, etiam per obitum, vbicunque ſit & moriatur reſignans & conſequenter idem eſſet, ſi quis in partibus reſignauit in manus notarij, & Papa acceptauit, quia ibi dicitur fieri reſignatio, vbi admittitur: & vacatio per reſignationem inducitur, vt per glo. & Ioan. Andr. in Clement. 1. in verb. *collatio.* & ibi Card. Panor. & Bonif. de Vitali. *vt lite pendente.* Et ſic in effectu, ſecundùm eum, vnus ſolus caſus excipiebatur: quo Ordinarius per obitum conferre poſſet: videlicet ſi Ordinarius reſignationem infirmi admiſiſſet, collationem verò (vt poteſt) diſtuliſſet: vel antequam prouideret obierit, aut depoſitus fuerit, & interim Ordinario cunctante, vel ſede vacante, Papa, vel Legatus præuenerit, per dictam reſignationem conferendo: deinde reſignatis, infra viginti dies de eadem infirmitate deceſſerit in partibus: tunc enim ex neutro capite vacatio contigit in curia quo ſolo caſu Gomeſ. non expreſsè negat Ordinarium cooferre poſſe per obitum, in conſequentiam huius regulæ: ſed tantùm tacitè negare videtur, dum dicit q. 33. quòd Papa appoſuit manum.

288 ¶ Ego verò dico primò, quòd iſte caſus nunquam, aut rariſſimè contingere poteſt: & ſic iſta regula non eſſet facta ad commodum Ordinariorum, ſed ipſius Papæ tantùm: quod Gomeſ. in *d quæſt* 33 non erubeſcit dicere ſed imò quicquid dicat, facta eſt etiã ad commodum Ordinariorum, quibus Papa quadamtenus conſultum eſſe voluit, vt diximus ſuprà numer. 37. & apud nos recepta eſt principaliter contra Papam, & curiales ſuos, pro Ordinariis, vt latè ſuprà numero 30. & numero 36. cum ſeq. tum eo ipſo quòd eſt regula Cancellariæ, apparet quod loquitur de reſignationibus factis, & admiſſis in manibus Papæ, vel ſuæ Cancellariæ, vt ꝛ. *num.* 35. Secundò dico quòd in reſignationibus factis, & admiſſis in manu Ordinarij, & harum reſpectu etiam ſi per viginti dies confecte diſtulerit) non habet locum hæc regula, nec eius mens, & ratio: cum enim talis reſignatio ſimpliciter & abſolutè facta ſit, & in manu Ordinarij, cõſtat eam nec in fraudem Canonum, nec in fauorem iuriſdictionis Ordinariæ factam eſſe, & ſic ceſſat regula, vt ſuprà *num.* 37. ſicut ceſſaret ſi Ordinarius illicò prouidiſſet. Niſi concurrentibus coniecturis quod factum eſſet in fraudem legitimi expectantis, præſertim nominati vel graduati: vt quando contulit abſenti à quo habebat procuratorium ad acceptanda & repudianda vel reſignanda quæcunque beneficia ſibi conferenda, vel aliæ coniecturæ de quibus ſupra *num.* 112. 117. cl.

289 ¶ Si tamen (quod bodie vix vſu venit, ſed ad pleniorem doctrinam & pro 3. ampliatione dico) dum Ordinarius is cui conferendo deliberat, vel antequam conferat moritur vel ſuſpenditur, tertius forſan ad Papam vel Legatum cuttens, iure præuentionis obtineat ex dicta reſignatione: deinde reſignans infra viginti dies, a reſignatione per Ordinarium admiſſa de eadem infirmitate moriatur, euacuabitur collatio Papæ vel Legati, per generalitatem & rationem huius regulæ, quia licèt vtraque ratio hoc caſu non concurrat, ſufficit vnam æquè principalem adeſſe, videlicet conſeruationem poteſtatis ordinariæ, & vbi ſunt plures cauſæ finales, vel principales, vna ceſſante, non ceſſat effectus, *l. ſi ventri §. vlt. de priuileg. credit. l. liberorum. §. notantur. de his qui not. infam. l. ſi non lex & Ælia Sentia,* & ibi Bald. *de hæred. inſtit. e ex parte,* & ibi Imola, & Card. Flor. *de cler. coniug. § affinitatis,* & ibi gl. Angel. Aret. inſtit. *de nupt.* Et ſic hoc caſu Ordinarius, qui (ſiue bono, ſiue malo conſilio, vel etiam culpa ſua impeditus) cunctatus erat conferre per reſignationem: poterit ex noua ſuperueniente cauſa, conferre per obitum, nec eſt vlla variatio, nec inconueniens, quia Ordinarius ſemel tantùm, & vni tantùm confert. & hæc eſt vera, nota, & volis ampliano huius regulæ, ſic poſtquam vni per reſignationem contulit, poteſt ad maiorem cautelam eidem conferre per obitum, vt tetigi ſupra nu. 32.

290 ¶ Et ſic prouiſo per ordinarium, non autem prouiſo per Papam, vel Legatum, prodeſſe debet hæc regula: imò nocet prouiſo per Papam, vel Legatum: non ſolùm ſi reſignans de eadem infirmitate moritur, infra viginti dies à reſignatione per Ordinarium admiſſa, vt dixi: ſed etiam ſi diu poſt, infra tamen viginti dies, à die (per reſignantem, vel eius procuratorem ſpecialem) præſtandi conſenſus, computandos: prout præſtari debet in huiuſmodi prouiſionibus Papæ vel Legati, etiam ſi reſignatio ibi facta, & admiſſa ſit, & diximus ſupra num. 16. cum ſeq. regula enim quadrageſimatertia non diſtinguit. Siue igitur nunquam præſtitus ſit conſenſus, ſiue præſtitus ſit: & infra viginti dies à dicto conſenſu præſtito, reſignans de eadem infirmitate, etiam poſt annum, vel triennium obierit, poterit Ordinarius in vim huius regulæ per obitum conferre. Addito enim illa per Iulium II. facta, videlicet *à die præſtandi conſenſus computandos:* non ſolùm ad amputationem fraudum: ſed etiam in fauorem Ordinariorum facta eſt. Et ſic Ordinano, & prouiſo per eum prodeſſe debet, & excludere prouiſum per Papam, vel Legatum.

Reg. 41. ampliatur.

291. ¶ Amplio quartò, vt ſit vera vacatio, non ſolùm in terminis huius regulæ (de quo fatuũ eſſet dubitare) ſed etiam in terminis iuris cõmunis: hoc eſt, vt omnia iura communia diſponentia de vacatione per obitum, locum habeant in vacatione inducta per hanc regulam: & vlteriùs etiã in terminis ſtatutorum quorumlibet, vel aliarum regularum Cancellariæ, etiam extraordinariorum, & hoc virtute paſſiuæ interpretationis de qua in *l. 1. §. 1. ad leg. Falc. l. 1. §. 1. de muner,* & *bono. l. non eſt nouum, de leg.* per Bart. in 4. q 6. quæſt. principalis *Omnes populi. de iuſtit. & iure* quia extenſio quæ fit virtute paſſiuæ interpretationis, habet locum indiſtinctè, vt per Bar. & alios vbi ſuprà per Canon. in *c. 1. de conſtitution.* Alex. *conſil.* 110. *num.* 14. *lib.* 6. Et ſic per hanc regulam 18. paſſiuè extenditur regula 30. *de impetrat beneficiorum vacantium per obitum familiarum Cardin.* vt procedat etiam in vacatione inducta per hanc regulam de infirmis, quicquid dicat Gomeſ. in d reg. 30. q. 5. Si igitur familiaris Cardinalis, infirmus, reſignet beneficium, deinde infra viginti dies de eadem infirmitate decedat: non poteſt impetrari *per obitum:* niſi ſeruando formam ſtatutã per dictam reg. 30. videlicet exprimẽdo nomen, & titulum Cardinalis, ſub cuius familiaritate reſignans obtinuerat beneficium illud. Confirmo, quia illa regula 30. non eſt

Ampl. 4.

Interpretatio paſſiua

Reg. 30. Contra Gom.

facta in fauorẽ familiaris, ſed in fauorem Cardinalis A domini ſui, aliàs ſi eſſet facta in fauorẽ familiaris, poſſet procedere opinio Gomeſij, quia familiaris reſignando tenuit iare fanori ſuo in perpetuum quoad beneficiũ reſignatum. Cæterùm quum Papa in titulis horum beneficiorũ habeat plenitudinem poteſtatis, malè dicit Go. in *d. reg.* 30. *quæſt.* 5. quòd Papa in terminis huius regulæ de infirmis, non poſſet facere vt ſit veta vacatio per obitum, & quin ſit facta, & interpretatiua vacatio: ſed malè reſtringit poteſtatem Papæ in his abſolutam. 292 ¶ Et quod dixi de interpretatione paſſiua, fallit in diſpoſitione iniqua, vel irrationabili, ſeu de iure communi tanquam damnabili reprobata: quia iſta non eſt producenda ad vllam conſequentiã, *l. quod verò, cum l. ſeq. l. quod non ratione, de legib. c. quæ à iure de reg. iur. in* 6. Et ſic nec paſſiuam quidem in- B terpretationem recipit: quia ad eius reſtrictionem nõ exigitur ratio, ſed ſufficit quæuis occaſio, prout etiam ſcripſi in conſuet. Pariſ. §. 8. gl. nu. 48. quòd de exorbitanti, ad exorbitans non fit extenſio, etiam per paſſiuã interpretationem, & quod tetigi in annot. ad Philipp. Dec. *conſil.* 491. 293 ¶ Et ita ſaluari poteſt quod Gomeſ. hic quæſt. 35. & in *d. reg.* 30. *q.* 5. dicit impetrationem beneficij vacaturi per futurũ obitum, non ſolùm non habere locum in aliis ſpecibus vacationum, puta priuationem iudicialem, vel contractum matrimonij, vt not. Rota *vt lite pendẽ.* deciſ. vlt. in nouis, deciſ. 21. ſub titulo *de præb.* in nouis. Tbo. Faſtoli in dubio Rotæ 46. Felyc *in noſtra. corol.* 37. *de reſcrip.* Ioan. Selua tract. *de benefic.* parte 3. q. 12. num. 27. de quo nemo dubitat: ſed nec etiam in vacatione obitus, quæ ſpecia- C liter inducitur per hanc regulam *de infirmis*, & bene: ſed non per rationes quas allegat, quæ falſæ ſunt.

294 ¶ Verùm quia huiuſmodi impetratio, & omnis quæcunque gratia, ſub quauis verborum forma concepta, per quam directè vel indirectè aperitur via ad beneficia vacatura, damnata eſt, & reprobata: non ſolùm quia exorbitans & odioſa, ſed etiam quia damnabilis, & pernicioſa, vt inducens votum captandæ mortis alienæ, contrarius diuinum, & naturale, & contra bonos mores, vt inquit text. in coll. *deteſtanda. de conceſſ. præbendar. in* 6. & ſic quo iure quáque occaſione reſtringi, & excludi debet per prædicta, facit Bald. in *l. vnica. in princ. C. de caducis tollendis*, quod nota, vt hodie frequens & vtile, propter nimis crebram frequentiam aliorum ſuper alios edictorum, D quandoque ambitioſorum, & quæſtuariorum vel planè iniquorum. Vnde generaliter dico quòd d. gratia expectatiua, non habet locum in vacatione per obitum inducta per regulam de publicandis, vel aliam regulam, vel diſpoſitionem ſpecialem licèt ea diſpoſitio cum vero & naturali obitu concurrat.

Ampl. 5. 295 ¶ Amplio 5. etiam ſi reſignans moriatur infra viginti dies gladio, veneno, vel alio caſu: Dummodò conſter quòd de infirmitate contracta, omnino infra d. viginti dies moritutus erat, vt nouè dixi ſupra numer. 9.

Ampl. 6. Amplio 6. vt hi 20. dies nunquam currere incipiant ante reſignationem admiſſam, vt 3. nu. 2. cum

Ampl. 7. ſeq. Amplio 7. vt hi 20. dies non incipiant niſi poſt conſenſum præſtitum, vt ſuprà numero 10. cum ſe- E

Ampl. 8. quent. Amplio 8. vt impetrans per obitum, probata infirmitate tempore reſignationis admiſſæ, & morte infra viginti dies, habeat fundatam intentionem quòd reſignans de eadem infirmitate deceſſerit, vt dixi ſupra numero 8. 9.

Ampl. 9. Amplio 9. etiam quantumuis reſignatarius, infra dictos viginti dies publicauerit, & ſatisfecerit regulæ de publicandis: quod facilè vſu venire poteſt, Legato exiſtente in partibus, & in hoc, hæc reg. differt à reg. *de publi*. Sub amplio, etiam ſi realem poſſeſſionem extruſo reſignante nactus ſit, vel reſignans eam omnino & publicè dereliquerit: etiam ſi

Ampl. 10. aliò migrauerit. 296 ¶ Amplio 10. etiam ſi reſignatarius ignoret ſtatum & infirmitatem reſignantis, vt ſæpe contingit, quando nepotibus impuberibus reſignatur, imò etiam ſi conſter quòd reſignans non facit neque in fraudem Canonum, neque in fraudem Ordinarij: ſed quòd alioquin erat omnino reſignaturus, etiam ſi conualeſceret, & ſuperuiueret. Satis eſt quòd Fraus re ipſa. ſit fraus Canonibus, vel Ordinario re ipſa, tametſi non conſilio: tum quia reſignatarios cauſam lucratiuam prætendit, & ſic ſufficit fraus re ipſa, iuxta. *l qui autem, §. ſimilique modo. l. ſi fraudatur quæ in fraudem credit. l. ignoti. C. eod.* tum quia hæc regula non diſponit præſumendo, ſed præcisè ſtatuendo: & ſic ſatis eſt verba verificari, etiam ſi alioquin fraudatio ceſſet, vt per Bald. in *l. non dubium C. de legib.* tum hæc regula non ſolùm fraudem, ſed etiam occaſionem fraudis in terminis ſuis tollere intendit.

297 ¶ Amplio 11. vt non ſolùm reſignatio, admiſſio, Ampl. 11. collatio, poſſeſſio, & hinc dependentia reſoluantur, ſed etiam omnes diſpenſationes, & gratiæ acceſſoriæ, & illud eſt magni effectus. Quia enim ſi reſignatur beneficium curatum, & reſignatarius habẽs aliud beneficium curatum, vel aliàs incompatibile, facit reſignationem expediri per Legatum, cum diſpenſatione ſimul tenendi cum priore cutato, ſed omiſſa derogatione huius regulæ, ſiue quia ignorabat reſignantem eſſe infirmum, vel infirmitatem eſſe mortiferam, ſiue quòd Legatus ille, licèt poſſet diſpenſare ad duo, non tamen habebat ſpecialem poteſtatem derogandi hnic regulæ: & ſi habet, vel ei tolleretur, tamen nõ vult, aut non derogat niſi ſub conditione, Dummodo abſens, vt ſupra & interim contingit mori reſignantem infra diem præſtiti conſenſus: & ſic idem reſignatarius rurſus, ſed per obitum impetrat ab Ordinario, & poſſeſſionem pacificã accipit: an vacet primùm, an verò iuuari poſſit dicta diſpenſatione, quam profert ex bulla Legati: & videretur iuuari poſſe: quia hæc regula ſolã collationẽ expreſſim annullat. colligitur enim ex eius verbis, reſignationem reſolui vt vacet per obitum, ſed aliud ex verbis non colligitur: & regula pœnalis eſt, igitur non debet ad aliam pœnam ab expreſſa, nec ad nouum damnum extendi: ſed contenn eſſe debemus pœnis legibus cõprehenſis, *l ſicta ſtipulat. de verb obl.*

298 ¶ Tum reſignatarius propter illam clauſulam diſpenſatoriam, plus pecuniæ numerauit: imò operam & impenſam perdidit, quantum ad collanonem ex capite reſignationis, & pretium ſimplicis bullæ collationæ: & ſic non videtur æquum, quòd perdat beneficium diſpenſationis, cùm nouam & ſeparatam taxam habeat: & ſic ſeparati debet, vt pluribus equis ſimul venditis, pretio in ſingulos diſtributo, totidem ſunt ſeparatæ venditiones, *l. cùm ciuſd. l. plura. de edil. edict. l quòd ſæpe §. in his de contrab. empt. & vendit. l. quod autem in fi. de in diem, adiect.* & ſic ſeparatam bullam de diſpenſatione tenendi ſimul hæc duo curata leuare poteſt.

299 ¶ Quibus non obſtantibus contrarium dico, quia dicta diſpenſatio non eſt facta niſi prouidendo tantùm, & ſic in conſequentiam, & ad effectum illius prouiſionis tantùm: non autem ſeoſum, nec principaliter, & propter ſe: & ſic pariter vnà cum collatione, & tota bulla corruit, *l. cùm principalis, de reg. iuris c. acceſſorum*, eodem titulo. in 6. Amplio, etiam Conſide generales bullarum. ſi illa bulla haberet latiſſimas illas vulgares clauſulas, videlicet, *etiam ſi per obitum, vel alias quouiſmodo, & ex cuiuſcumque perſona vacet*, & reliquas ſolitas, quia huiuſmodi clauſulæ tantummodo teſpiciunt genera reſeruationum, & vacationum, & infirmitatem collationis vndecunque & ex omni capite tunc præſenti: nnn autem teſpiciunt diſpenſationem: & ſic collationem qnidem ampliant, & conſeqnenter diſpenſationem, caſu quo collatio reperiat locum vacuum, & ſubſiſtat, remaneátque valida, non autem ampliant diſpenſationem ipſam ſeorſum, & per ſe. Et ſic huiuſmodi diſpẽſatio non poteſt extendi extra bullã, ſiue ad

easum non incluſum, vel non comprehenſum in bulla, etiam ſi ſupplicatio, vel ſignatura haberet clauſulam ſolitam, *quod ſeorſum & ſeparatim literæ confici poſſint* quod intelligitur quoad ea, quæ per ſe ſeorſum valere poſſunt, & in dubio clauſulæ huiuſmodi prouiſionum diſpenſatoriarum præſumuntur correſpectiuæ & ad vnam eandem prouiſionem integrandam datæ. Et ſic vt coniunctim, non autem vt diuiſim valeant.

300 ¶ Bene quidem prodeſt, ſi tempore datæ reſignans iam erat mortuus, vel alias titulo beneficij priuatus, intereedente tempore veriſimilis notitiæ, vt nouè dicemus in reg. *de verisi. mort.* qu. 4. nu. 33. cum ſeq. quia tunc per dictã generalem clauſulam, extenſiuè ampliatiuam, bulla collationis hone caſum iam exiſtentem comprehendit: ſed non prodeſt ad nouam vacationem poſteà contingentem, nec ad titulum aliunde quàm ex virtute eiuſdem bullæ proficiſcentẽ: quare noua diſpenſatione opus eſt, ſecus ſi diſpenſatio non eſt facta acceſſoriè, ſed per ſe, & principaliter: vt quando cum reſignatario non ſtrictè diſpenſatur de tenendo impetratum, cum alio expreſſo ſimpliciter, ſed principaliter diſpenſatur ad duo quæcunque incompatibilia, vel diſpẽſatio in eadem bulla non remanet in nudis terminis ſimul vtrumque ſpecificatum beneficium tenendi: ſed extenditur ad clauſulas *ſimilium, vel forſan etiam diſſimilium, loco dimiſſi, vel dimiſſorum*: & ſic generaliter ad duo quæcunque alia curata. tunc enim apparet diſpenſationem non eſſe merè acceſſoriam, & conſequutiuè, tantùm ad prouiſionem in bulla incluſam: ſed principaliter, & per ſe conceſſam: vt ſit ad alia quoque beneficia, & ad alias nouas vacationes extendatur. Vnde hoc caſu poteſt ſcindi bulla, prout quas diſtinctas & ſeparatas gratias continet: & poteſt clauſula diſpenſationis ad duo, ſeorſum, vel ſola in ſeparata bulla leuari: quia in effectu duæ ſunt gratiæ, & duæ bullæ ſub vna ſupplicatione, vel in eadem membrana.

301 ¶ Secus priote caſu, vbi vna tantùm eſt gratia qualificata, vna tantùm bulla: quia diſpenſatio acceſſoria eſt, & iſtud valdè notandum in praxi. Idem ſi dicta reſignatio fuerit ſine hac derogatione expedita à Papa. Idem ſi poſtea reſignatarios à Legato, Papa, vel quocunque poteſtatem habẽte impetret per obitum, & ſic in caſum diſpenſationis ad prouiſionem bullæ limitatæ, ſi prouiſus capiat pacificam poſſeſſionem ſecundi, vacat primum ipſo iure *c. de multa præb.* Idem ſi per eum ſtat quominus habeat poſſeſſionẽ ſecundi, vt in extrauagãti execrabilis. Et adhuc niſi primum, quo iam ipſo iure priuatus eſt, in manus Ordinarij & ſub publico teſtimonio infra menſem dimittat, vacat ſecundum: & ſic vtrumque beneficium: & fit inhabilis ad omnia beneficia, vt in *d. extrauag.* Et ſi priùs plura huiuſmodi, ex diſpenſatione repleta obtinebat, non valet ipſo iure collatio noui, etiam ab Ordinario facta *c. Ordinarij, in fi. de offic. Ordinar. in 6.* & adhuc poſſeſſionem aſſumam vltimi capiendo, vacant omnia priora: & ad omnia quæcunque beneficia fit inhabilis, clement. *ſi plures, de præbend.*

302 ¶ Sed quid ſi eſt in bona fide, putans diſpenſationem bullæ, ad hanc noui beneficij in eadẽ expreſſi collationem extendi: an nihilominus cadet in tot pœnas? Et videretur excuſari: quia iuris error dolum excludit. *l. ſed & ſi lege § ſcire autem, de petit. hared.* notant. Doctor. in *l. ſi quis id quod*, & ibi Philipp. Dec. colum. 3. *de iuris diff. omn. iudicum.* Saltem diſtinguendum videtur inter acquiſitionem noui beneficij, & nouæ diſpenſationis, quæ non valet, quaſi ſit nouum hicrum: & inter grauem illam pœnam amiſſionis, & inhabilitatis omnium beneficiorum, dudum magnis forſan laboribus & ſumptibus quæſitorũ, vt inquit tex. in *c. ſuper hoc de renun. cia.* vt non incurratur: quoniam eo reſpectu, de damno (& quidem grauiſſimo) euitando agitur, ita enim diſtingui ſolet, errorem iuris nocere in lucris, vel quærendis: ſed non in damnis, & iam acquiſitis, vt eſt text. in *l. iuris ignorantia, cum l. ſequent. de iuris & facti ignorantia.*

303 ¶ Quibus non obſtantibus dicendum locum eſſe omnibus his pœnis: Tum quia huic duplicitati beneficiorum, præſertim incompatibilium, omnia iura reſiſtunt, imò etiam cum diris & execrationibus inſurgunt, & ſic non eſt tolerabilis ignorantia iuris, quæ (etiam in iure prohibitiuo vel reſiſtente) non cauſat bonã fidem, & ita dict. §. *ſcire autem*, limitat Alexãd. in *conſil.* 21. *colum. vlt. lib.* 4. Tũ non eſt admiſſibilis allegatio ignorãtiæ, in eo iure & profeſſione in qua verſatur. *l.* 2. §. *Seruus de origine iur. l.* 1. *C. qui & aduerſ. quos.* 304 ¶ Et hinc eſt quòd ad acceptandum beneficium, & multo magis ad accipiendam poſſeſſionem per alium, requiritur ſpeciale, imò ſpecificum, & indiuiduum mandatum, vt per gloſ. in *c. ſi tibi*, in verb. *habuerit*, & ibi Gemin. Philip. Franc. *de præb.* in ſexto Cald. *conſilio ſecundo de præb.* Panormitanus *c. accedens, extra eodem.*

305 ¶ Quod dixi de pœnis amplio, etiam ſi erat minot annis: quia tanrò indignior eſt cap. *indecorum, de ætate & qualitate.* tantò minus dicitur læſo Eccleſiæ, quam perſonæ, vt per Panormit. & alios in cap. *ex parte, de reſtitut ſpoliatorum.*

306 ¶ Amplio duodecimò, vt habeat locum regula noſtra etiam in ceſſione, vel reſignatione commendæ, ſcilicet perpetuæ ſiue in vtilitatem commendatarij datæ, vt practicari ſolet. Tunc enim non differt à titulo, imò verus eſt titulus, vt tenet de Biſgneto in deciſione Rotæ, *de præb. num.* 1. *Præpoſitus in c. cùm autem.* col. pen. quadrageſima quarta diſt. *c. ſi quis, col.* 2 l. 6. diſt. gloſ. prag. *de elect.* c. 2. in verbo *cauſa, & de pactis poſſeſſ.* vet. *titulum*, Alciat. in *l. pactum curatoris col.* 1. *C. de pact.* Secus ita commenda temporali, ſimplici cuſtodia, de qua in *c. nemo, de elect. in* 6. Et ita intelligunt hi qui in contrarium tenere videntur, vt dixi in annot. ad Alex. con. 95. nu. 2. lib. 4. & infrà ſuper reg. *de public.* q. 15. & ita ſentit Rom. conſi. 350. & ita tandem, poſt longam diſputationem concludit Gom. hic quæſt. 13. & latiſſimè ſuper reg. *de trien. poſſeſſ.* qu. 5. & etiam ſuper reg. *de publicand.* quæſt. 4. vbi etiam tenet, 307 ¶ in dubio præſumi commendam perpetuam, & bene: quia ita per abuſum fieri ſolet, & abuſus imperitorum facit ius *l.* 3. *in fi. de ſupellect. legat.* id eſt communem opinionem tei cui ius adaptatur, prout ex facto ius oritur. Siue igitur reſignans tenebat idem beneficium in commendam, eo quòd aliud pinguius incompatibile poſſidebat in titulum: ſiue ex eo quòd nondum erat in ætate habili, vel eorum ſacris: ſiue ex eo quòd ſæcularis eſſet, beneficium autem regulare, vel contra: idem eſt quod de vero titulario, quoad hanc regulam, & etiam omnes alios effectus regulariter. Quod enim dixi de commenda temporali, debet intelligi de ſimplici cuſtodia, reddition rationum obnoxia iuxta *d. c. nemo deinceps, de elect.* in 6. ſecus ſi ideo temporalis eſt, quia Papa noluit ei conferre in titulũ, donec eſſet in ætate, vel ſacris ſuis initiatus, aut monachiſmum profeſſus: & ideo interim commendauit, quia ſemper grata perpetua eſt, & ad hoc vt perpetua ſit, data, & pro vero titulo habetur ex quo perpetua eſſe poteſt rex. in *l. ſufficit*, & ibi Alex. Iaſon. *de obſect. in deb. l. iuris peritos, in prin. de execſat. tutor.* Alexan. conſi. 213. nu. 6. lib. 6. conſi. 211. n. 5. lib. 2.

308 ¶ Amplio decimoterciò, etiam ſi reſignans nunquam poſſeſſionem cepit, etiam ſi nec bullas habuit, ſed ſimplicem ſignaturam Papæ, vel Legati: quia ſupplicatione ſignata, ſtatim gratia perfecta eſt, & ius quæſitum, veruſque titulus, vt per Archid. Io. Andr. Philipp. Franc. & omnes in prœmio lib. 6. Rota deciſ. 382. vbi gratia ſub titu. *de reſcript. in antiq.* Go-

Pœna inepti habilium.

Error iuris quando excuſat.

Hodie te menda pe ſumitur p petua.

Gratia ſũ verbo per dat.

meſ. hîc q.18. imò etiam ſolo verbo. tex. cum gl. *c. inſt tutionis 21. q. 2. cle. dudum. §. nos enim, & ibi glo.* Cardi. Flo. *d. ſecule.* Bald. in *l. humanum, in fi. D. de lege. l. ſi qua per calumniam col. 2. C. de Epiſco. & cler. l. impetrata. c.3.* Alexan. conſi.107. vbi tetigi.l.7. quod vltimum de ſolo verbo, non ſeruatur, & bene (ad vitandum confuſionẽ & incertitudinem iurium. Idem de collatione Ordinarij vt conferat ius ſine literis: dummodo tamen ſit regiſtrata, vt fides ſcripto fieri poſſit: quamuis inſtrumentum collationis nondum fuerit expeditum, vel ſigillatum.

Ampl 14. 309 ¶ Amplio decimo quarto, etiam ſi reſignetur, vel permutetur beneficium ab alio pnſeſſum, vel ius ptætenſum, vel litigioſum tantùm, quia ius dubium non minùs per hanc tegulam reſoluitur, quàm ius clarum, nec minus verba regulæ congruunt: ſecus in reg. *de publicandis*, quæ non poteſt verificari, niſi in reſignatione beneficij per reſignantem poſſeſſi, eóque moriente in pnſeſſione, vt ibi Gomeſ. q. 12.

Ampl. 15. 310 ¶ Amplio decimoquintò, etiam ſi reſignans Cardinalis ſit: quia cùm hæc regula bonum publicum concernat, & emanauerit ad obuiandum fraudibus, comprehendit etiam Cardinales, vt decidit Gnmeſ. hic q. 3. & pariter eorum familares: cùm non minus fraudibus ſint obnoxij, quàm domini: quod pro indubitato habet Gomeſ. hic q. 4. vbi tantùm diſputat de forma impetrandi propter concurſum aliarum

Ampl. 16. regulatum, & reſeruationum. Amplio decimoſexto etiam ſi beneficium ſit exemptum, vt plenè Gomeſ.

Ampl. 17. hic quæſt. 5. quod dubio caret. 311 ¶ Amplio decimoſeptimò, etiam n. fœminis, vt latè Gomeſ. hîc quæſtio 6. & ſic, ſi Abbatiſſa infirma de facto reſignauerit in curia, & infra viginti dies, de eadem infirmitate deceſſerit: poterunt moniales liberè eligere: niſi quòd Rex Franciſcus voluit de facto concordatum ſuum ad monaſteria monialium extendere, vt

Moniales. in magno Regis conſilio practicari vidi, ſont enim in priuato Regis conſilio areſta, quibus regi adiudicatur nominatio omnium abbatiarum tam monialium quàm monachorum per concordata, & indulta ampliatiua: & ita tempore Regis Franciſci iudicari vidi de abbatiis monialium Lilij, Monſiſmartyrum, Sancti Andochi Heduenſis, & aliis.

312 ¶ Memini tamen quòd anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo tertio, Paulus III. Papa refragari cœpit. Vidi enim tunc literas Legati Regij Darmaignaci Ruthenorum Epiſcopi è Roma. anno.1554. Ioanni Gagneio Sorbonico Theologo Regis Franciſci eleemoſynario primo ſuper expeditione prouiſionis abbatiæ Theſauri ordinis Ciſtercienſis, Rothomagenſis diœceſis pro ſorore dicti Gagnæij reſcribentis poſſibile ſibi non fuiſſe obtinere à Papa & eius Cancellaria, vt in bullis dictæ ſororis apponeretur ſimplex ſolita clauſula pro qua ſcripſit Rex Chriſtianiſſimus prout antea ſæpiſſimè actum fuerat.

313 ¶ Dicentibus Romanenſibus quod abbatiæ monialium non continentur in concordatis & priuilegiis Regis, quòd miniſtri Cancellariæ Papæ & datarij loco dictæ ſolitæ clauſulæ pro qua ſcripſit & c. apponebant clauſulam de conſenſu maiotis partis conuentus dicti monaſterij, ſeu de conſenſu mediatis monialium. Sed tandem dictus Gagnæius qui me conſulebat pro ſorore ſua à Rege nominata obtinuit, & memini quòd anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo quinto, Rex qui ante decem annos inceperat vti dicta nominatione in monialibus, cœpit etiam de facto vti in cõmendatarijs Rhodienſium ſeu hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, ſeu potius Maltenſium: quo vltimo non diu durante, & contrarium contendi & obtinui: quia non ſunt beneficia, nec poſſunt per Papam vel Legatum conferri, nec cadunt in mandatis, nec in regulis beneficiorum, vt nouè dixi ſuper ſtilo Curiæ parlamen. part. 5. quæſt. 249. Idem

A de commendatarijs ſancti Lazarij Hieroſolymitani, de quibus tetigi in annot. ad Philip. Dec. conſi. Idem de miniſtro Mathurinorum ad redimendos Chriſtianos captiuos Turcarum. Quod eſt verum quandiu profeſſioni ſuæ ſeruiunt: alioquin ea neglecta cum aliis reuolui debent, & eodem lapillo notari.

314 ¶ Redeundo ad moniales Papa Iulius III. valdè Iulius 3. ptæ ſuo deceſſore contra Regem excanduit, eo quòd Rex attentaret in monaſteria monialium & decanatus, & vidi eius bullam datam Romæ 7. calend. Nouembris, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo tertio, pontificatus ſui anno 4. in qua narrat concordata cum d. Rege Franciſco facta eſſe irrita, & deinde ſub certis modo & forma ad Henrici Regis vitam extenſa. Et certè concordata nullo modo extenduntur

B ad moniales: Tum quòd in odioſis maſculinum non concipit fœmininum. Barto. & omnes Doctores in *leg. ſi quis id quod de iuriſdict. omnium iudic.* Alexan. conſil. 131. num. 4. lib. 5. Philip. Dec. conſil. 230. in fi. vbi in annota. dixi. Tum quòd verba concordati non congruunt, imò repugnant, quia vbi text. concordati loquitur de monaſteriis & prioratibus conuentualibus & verè electiois, reſtringit ſe ad ea in quibus forma *c. quia propter. de ele.* ſeruari conſueuit. Sed nunquam ſeruari conſueuit in monaſteriis monialium, in quibus non forma *d. c. quia propter.* ſed forma *c. indemnitatibus, de electio. in 6.* attribuitur & ſeruatur. Et ita tandem contra moniales nominatas à Rege iudicari cœptum in magno regis conſilio, & in hoc ſupremo ſenatu, in quo etiam quandoque grauiter mul-

C ctati ſunt præfecti proninciarum (vt Antiſſiodorenſis Balliuus in quadringentas liberas) qui pro iſtis monialibus literas conſilij priuati Regis de facto executi ſunt, non deferendo appellationi ad hunc Senatum ab eorum executione interiecta.

315 ¶ Decanatus autem etiam ſi ſæpe ſint electiui, & Decanatus. ſoleat in eis ſeruari forma *d. c. quia propter.* non tamen id eſt ex eorum natura, ſed ex accidenti conſuetudinis vel ſtatuti: quia forma *d. c. quia propter.* nnn fuit inuenta niſi pro dignitatibus quarum vacatione Eccleſia dicitur viduata, cuiuſmodi non ſunt decanatus, & ſic propriè non includuntur in concordato in *c. de electione.* Eccleſiæ verò cathedrales & monaſteria verè electiua includuntur, exceptis his quæ habent ſpeciale priuilegium eligendi: ſed poſtea emanarunt in-

D dulta ampliatiua ad decanatus, eccleſias, prioratus, monaſteria etiam ſpeciale priuilegium eligendi habentia, quæ indulta extenſiua & ampliatiua in magno Regis conſilio publicata & regiſtrata non habent vim realem contractus vt concordata, 316 ¶ quæ quidam imperiti putabant vt perſonalia morte Regis Franciſci finita eſſe, non minùs ineptè & præpoſterè quàm ſi contra experientiam dicerentur Leonis Papæ X. morte reſoluta. non enim de concordans ipſis, ſed de dictis indultis ampliatiuis dici poterat aliud ex auditu vel relatione quorundam, aliud ex veris loqui. Quod enim attinet ad magni conſilij areſtum quod Ioan. Papus lib. ſuæ collect. areſtorum. 5. tit. 1. nu. 2. refert. Ego ipſe præſens fui in ipſius cauſæ diſcuſſione

E & deciſione Pariſiis die 26. Auguſti anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo nono, & vidi minimè de concordatis ipſis dubitari, ſed de indulto ampliatiuo Regi Franciſco dato, vt non obſtante ſpeciali priuilegio eligendi quibuſuis dato nominare poſſet: hoc enim indultum, quod eſt extra concordata, dicebatur per monachos ſancti Saturnini, & eorum electum morte Franciſci Regis finitum, quod verum erat: ſed Henricus II. illicò habuit prorogationem dicti indulti ad annum ſub breui Papæ & annulo piſcatoris.

217 ¶ Dicti verò monachi habentes ſpeciale priuilegium eligẽdi, vacatione ſecuta poſt obitũ Regis Franciſci, ſed poſt datam dicti breuis elegerunt iuxta formã *d. c. quia propter.* & ſui priuilegij, nihilominus Rex

nominauit, & procurator generalis Regis in magno consilio defendens nominationem regiam, tanquam ab abusu appellauit à dicta electione & omnibus indè secutis, & ad replicam breuis duplicabant monachi illud breue nunquam fuisse publicatum in eodem magno consilio, quod verum erat: sed quia Rex erat in quasi possessione nominandi indistinctè, etiam ad monasteria speciale priuilegium eligendi habentia, prorogatio illa iudicata fuit eiusdem naturæ, vt continuatio indulti tempore Regis Francisci publicati & registrati, veluti alia noua publicatione non requisita: & sic ea causa me præsente perorata iudicatum fuit per illustrem illum & amplissimum virum Do. Ioannem Iacobum Mesmeum libellorum supplicum in regia magistratum in eodem magno consilio presidentem pronuntiatum fuit malè & abusiuè electum & processum per monachos & conuentum sancti Saturnini, & omnibus eorum gestis & indè secutis annullatis abbatia adiudicata nominato regis.

Dn. Ioannes Iac. Mesmeus.

Hypothesis.

318 ¶ Ex prædictis processit intricata & ambagiosa hypothesis huiusmodi, Cùm nuper ciuitate Antissiodorensi vacasset abbatia monialium, quæ vnam ex se elegerunt, Rex aliam nominauit, à Papa collationem habuit sub signatura cū clausula prouiso quòd maioris partis, aut dimidiæ monialium consensus accedat, Rex litteras patentes seu maiore sigillo balliuo Antissiodorensi destinauit, mandans, vt ad verificationem signaturæ Papæ procederet, & hoc facto suam nominatam in possessionem mitteret, non obstantibus oppositionibus vel appellationibus quibuscunque, quas sibi & priuato suo cōsilio referuabat. Quibus mandatis visis electa abbas consensit & parere, quàm litigare maluit. Priùs tamen Cura parochialis ad præsentationem dictæ abbatis spectans vacauetat, & electa Titium præsentauerat, noua intrusa seu nominata, quia semestre vacationis dictæ curiæ nundum lapsum erat, præsentauit Gaium, qui respectiuè instituti ab Episcopo litigant in possessorio eoram eodem balliuo qui recredentiam adiudicat Caio. Titius appellat, deinde moritur Caius dato mandato ad resignandum, & resignatarius ipse de morte Caij prouisus fuit, vt dubium sit an mors an resignatio prior: resignatarius subrogari se facit in dicta lite contra Titium, & din inuicem litigant, nec Titio possessioni incumbente, quippe qui recredētiam amiserat & habebat subrogatum in ius locum & possessionem Caij recredentiarij fiduciarij possessoris: resignatarius quoque non possedit, quia tertius in vim mādati Papistci per obitum Caij prouisus possessionem occupauerat & in ea pacificè permanebat: Tandem Titius per arestum huius Senatus correcto iudicio dicti balliui recredentiam obtinuit contra collitigatorem suum subrogatum in lite Caij, & volens exequi arestum inuenit mandatarium qui se opponit & ostendit se pacificè vltra biennium possedisse. 319 ¶ Respondi quòd audiri debet, & interim impediet executionem aresti, donec summariè audiatur, si tiō habeat aliud ius quàm per obitum Caij arestum contrarium exequetur, etiā si per tres annos continuos possedisset: quia Titius non neglexit, sed semper prosequutus est litem contra legitimum contradictorem, vt pote subrogatum, ita quod etiam si mandatarius haberet rescriptum Regium in forma *de pacificis.* debet ex illo excludi, & in impensis illius incidentis condemnari: nec tamen sequitur quòd perdat beneficium seu litem in principali: Qui enim vincit per hoc decretum *de pacificis*, in totū vincit, sed actor qui succumbit in illo incidenti, perdit dūtaxat beneficiū illios decreti *de pacificis*, nō autem ius id quod habet in dicto beneficio. Præterea mandatarius est in culpa, quia verisimiliter nō potuit dictā litem ignorare, & sciebat se prouisum per obitū eius, qui licèt haberet recredentiam, tamen litem patiebatur, & videtur collusisse cum resignatario, cuius A subrogatiooem poterat impedire & se potiùs subrogari facere in lite si erat iure superior. Nunc autem facta executione aresti, sufficit Titio disputare de prima præsentatione: mandatarius autem tanquam tertius opponens super pleno possessorio & contra Titium & contra dictum resignatarium negotium habet. Sed per prædicta Titius vtroque ponor, vtpote præsentatus ab ea quę tunc erat sola & vera abbas & legitima administratrix, etiam absque alia confirmatione capite *indemnitatibus. §. si verò* 3. *ceterum, de electio in* 6. Et sic nisi aduersarij Titij appellent tanquā ab abusu a dicta electione (id quod nunc facere non possunt) deberet plenum possessorium Titio adiudicari redeundo ad reg. 320 ¶ Amplio decimooctauò, etiam in altari, vel beneficio annuali: modò sit titulus beneficij, vt per glos. primam in fi. clem. 2. *de elect.* clem. *vnica. de suppl. neg. prælato.* Phili. Dec. in rubr. *col. 3. de rescrip. con.* 210. *nu.* 4. vbi tetigi in annota. Et hæc procedunt etiam si sint prioratus liberè reuocabiles ad nutum, saluo quòd de prouisis à Papa dixi in annot. ad Phili. Dec. *c. cùm accessissent. nu.* 10. *de constitutio.* hæc etiam faciunt numerum in mandatis Papæ vt olim tempore pragmancæ ante concordata faciebant turnum in nominatis & graduatis: secus de vnitis mēsæ quæ inter beneficia nullo modo computantur. Ampl. 18.

321 ¶ Amplio decimononò, etiam in hospitalibus, tiosocomiis, leprosariis, eleemosynarus, & similibus: videlicet quando conferuntur in titulum: quod est, quando in fundatione dictum est, vel quando per electionē prouidetur clem. *quia contingit. §. vt autem, de religios. domi* vt in eleemosynariis multorum monasteriorum, prout refert glos. pragma. *de collatio §. statuit.* verbo *beneficium*, & vidi in dependentibus à monasterio, & celebertimo illo Alpium Xenodochio sancti Bernardi in monte Iouio. Tunc enim, quamuis in gratiis expectatiuis, vel reseruationibus (quantumuis generalibus) Papæ vel Legati, non veneant, nisi specialiter exprimantur. clem. *per literas de præb.* tamen si resignantur, æquè locus est huic regulæ, vt in aliis beneficiis. Si verò non conferuntur in titulum: tunc, quia non sunt beneficia, etiam largè sumpto vocabulo, sed administrationes redditioni rationum, sicut tutelæ, & curatelæ obnoxiæ, *d. §. vt autem*, non conuenit, nec habet locum regula, prout in simili decidit Gomes. super reg. *de triennal. possess.* quæstio. 7: Hinc non habet locum in commendatariis hospitalium sancti Ioan. Hierosolymitani: quia non sunt beneficia, sed potius locationes, pro annua modica pensione, ad decem annos, vel circa: vt vidi, & tetigi ad stilum parlamenti, par. 5. q. 249. ad hoc Philip. Cotneus consi. 66. lib. 3. Ampl. 19.

322 ¶ Amplio vigesimò, in omni permutatione, siue æquali, siue inæquali, siue fiat cum amico vel consanguineo, siue cum extraneo, etiam si alter tantùm resignantium sit infirmus, dummodo de eadem infirmitate, infra viginti dies præstiti consensus decedat: quia verba huius regulæ de permutatione, generalia sunt, & potest fieri fraus, etiam si beneficia sint æqualia siue paris valoris: puta ad fraudandum Ordinarium infirmi, vel nominatos graduatos, aut mandatarios expectantes, quibus afficeretur beneficium infirmi, in eo mense, turno, vel articulo, non autem beneficium compermutatum, quod forsàn est de patronatu laico, vel spectat ad collationem prælati iam sanis grauati. Cùm ergo locus sit regulæ indistinctè, non erit opus recurrere ad probationem circunstantiarum, de quibus in *c. 2. de renunciat. in* 6. nec sit præiudicium compermutanti, qui ipso iure remanebit in titulo, & possessione pristina, sine noua collatione, vt per Ioan. Andr. in *c. si beneficia. de præb. in* 6. Phil. Dec. in *c. cū venerabilis* 18. vbi in annot. dixi, *de exceptio.* quāuis Gomes. hic q. 19. contrarū teneat, & restringat hanc regulam de permutatione infirmi, ad casum de Ampl. 20.

quo in c. ij. *de renunciat.* in vj. & malè.

Ampl. 22. 323 ¶ Amplio viceſimoprimò: etiam in reſignatione facta reſeruatis fructibus, quamuis Gomeſ. hic quæſt. 22. dubitet, & relinquat cogitandum. Ego verò, dico minus eſſe dubij hoc caſu: quia maior eſt fraus reſeruatis fructibus (cùm ſit ſpecies reſeruationis magis odioſæ, & prohibitæ) quàm ſi abſolutè reſignaretur, vt io ſimili dixi infra io reg. *de publicandis*, quæſtio. xiij. Tum alioquin proomptum eſſet hanc regulam fraudare, ſine vlla derogatione, & diſpenſatione, & ſine vlla mentione infirmitatis. Sed hodie hæc reſeruatio vt omnis penſio reducitur ad tertiam fructuum partem quam non poteſt excedere, vt ſtatuit Carol. vi. Rex Franciæ, & ita ſæpe iudicari vidi in hoc ſenatu, & ſæpe vidi appellari tanquam ab abuſu ab executione bullarum penſionis excedentis tertiam fructum: ſed mox vt appellatus offerebat reductionem ad tertiam partem, non amplius producebatur

Ampl. 23. in appellatione abuſus. 324. ¶ Ampho viceſimoſecũdo, vt procedat etiam in infecto peſte: quamuis cõtrarium contendat latiſſimè Gomeſ. quæſtio. ix. motus, quia licèt dicatur conſtitutus in periculo mortis, non tamen infirmus, niſi fictè. Nam infirmus, ſecundùm eum, dicitur, quia iacet io lecto febre correptus. Sed prorſus delirat. Quia quanto morbus periculoſior eſt, quantò maior ſanitatis & vitæ deſperatio: tãtò maior dicitur infirmitas, in veris, & propriis terminis huius regulæ: ſiue verba, ſiue mentẽ, ſiue vtrũque ſimul inſpicias: textus etiã, quẽ citat de dict. l. 1. §. *ſed ſciendũ de edilit. edict.* contrariũ eius quod intendit, directo probat, & ſtat pro ampliatione noſtra: glo ſſa verò quam Gomeſ. citat, nihil dicit. Siue igitur reſignans detineatur morbo quo decumbit, ſiue nõ decumbat, ſed ſedeat, vel etiam ambulet: ſi tamẽ ex eodẽ morbo, puta vulnere enſis, vel colliſioue, lapſu vel apoplexia, vel hemplexia, ſeu graui catharro, vel carbunculo peſtifero laboret, & iofra viginti dies, de eodem morbo decedat, locus eſt huic regulæ.

325 ¶ Plus dico quòd in dubio preſumitur mortuus ex eodẽ morbo, vel eadem iofirmitate: ita quod impetrans per obitum, non tenetur aliter probare, quod reſignans de eodẽ morbo, vel infirmitate deceſſerit: probata morte, & morbo, vel infirmitate tempore reſignationis, vt ſuprà nu. vij. Sed tamen impetrans per obitum, regulariter tenetur probare reſignantem mortuum infrà viginti dies: niſi qualitas morbi talis ſit, quæ ſoleat præfocare infra tertium, ſeptimum, vel decimum quartum diẽ: quia tunc, per locum à communiter accidẽtibus, & à qualitate morbi, præſumitur reſignans mortuus infra tempus, quo ſolent ex tali morbo decedere: & onus probandi contrarium, incũbit reſignatario: quamuis Gomeſ. hic. q. ix. cõtrariũ teneat, & malè. 326 ¶ Amplio viceſimo tertiò,

Ampl. 25. vt nõ præcisè requiratur infirmitas, tempore quo fit & expeditur mandatũ, vel inſtrumentum mandati ad reſignandum: quamuis hoc ſentire videatur Gom. hic q. xij. q. xxxj. vbi vult quod omni tẽpore debet qualitas infirmitatis adeſſe, aliàs vacet per reſignationem. Quid enim ſi ſanus hoc facit, & inſtrumentum penes ſe ſeruat, vel noo leũatur, ſed manei in matrice nota- E tij, donec accidente infirmitate leuetur, & tradatur curſori; locus enim erit omnino huic regulæ, quæ loquitur de reſignatione facta, vel executa contemplatione infirmitatis, quia reſignans correptus eſt, ſecus ergo ſi ſanus, non ſolũm confecit, ſed etiam tradidit, & miſit inſtrumentum Romam: deinde currente veredario, reſignans equo decidat, vel gladio vulneretur, aut aliàs inopinata infirmitate corripiatur, & inde moriatur, & poſtridie reſignationis admiſſæ, vel deinceps, infra tamen viginti dies, tunc enim non erit locus regulæ, vt pleniùs dicam infra eodẽ, limita. j. nu. 341. quum non ſit facta propter illam inopinatam, & non præuiſam infirmitatem, & mortẽ: ſed è contra locus erit in infirmitate, quæ aderat quando miſſum eſt Romã mandatum, ſiue tunc, ſiue prius confectũ: quia veriſimiliter illios morbi contemplatione, mitti & curri cœpit, & eò reſpicit Edictum Regium quod poſt has regulas ſubiunait: vbi §. 4. vult regiſtrari tempus, non ſolùm quo trapezita recipit huiuſmodi procuratorium, ſed etiam quo curſori tradunt deferẽdum Romam, vel ad Legationem. 327 ¶ Amplio viceſi- Ampl 24. mo quarto, vt dies, in qno per reſignantem vel eius ſpecialem procuratorem præſtatur conſenſus, non computetur in numero viginti dierum: quia terminus iſte præfigitur, per præpoſioonem, à, quæ de ſui natura excludit terminum, à quo, vt Bartol. Bald. Paul. Alexand. Iaſon. in leg. j. *ſi quis cautio.* Alexand. conſil. 86. in fioe libri 7. & tetigi in conſuetud. Pariſienſi. §. B 4. quæſt. 11. in fin. & ita etiam tenet Gomeſ. hic quæſt. 37. & bene. 328. ¶ Amplio viceſimoquintò, etiam Ampl. 25. ſi reſignatario prouiſum fuerit à Papa, cum clauſula hodie vulgata, *etiam ſi per obitum, vel alias quouiſmodo vacet*, quod eſt indubitatum: cum huiuſmodi clauſula non operetur derogationem buic regulæ. Nec hanc ampliationem facio, niſi occaſione explicandi quæ intricauit Gomeſ. hic quæſtio 34. & 35. vbi prima facie dubitare videtur, an dicta clauſula, *quouiſmodo vacet*, implicet vacaoonem per obitum. Sed non eſt ita, quia non loquitur de vacante per obitum, tempore impetrationis, vel ſupplicationis ſignatæ, de quo oon dubitat: ſed (vt liquet attentè legendo) loquitur de futura vacatione per obitum: de quo non immeritò, Romæ exiſtens, & ſcribens (vbi palàm C damnare non audet) dubitat, & modeſtè facit, reſignatarium à commodo huius clauſulæ excludendo, & hactenus abuſum illum reſtringendo. Atqui maiot adhuc abuſus eſt, cuiuis extraneo boc indulgere: quoniam veriſimiliter minus erit inſidiarum reſignanó, ab vnico reſignatario quem delegit, & de quo ſibi noto confidit, quàm à quouis extraneo.

329 ¶ Cæterùm nihil, vel in iure canonico execrabilius, & deteſtabilius illo more, quem in Romana Curia inoleuiſſe Gomeſ. oſtendit: vt quis non ſolùm beneficium viuentis eo inſcio, ſed certi hominis, & per futuram eius mortem impetret, quo non aliud, ad captandam mortem alienã magis idoneum, imò incentiuum: præſertim in locis, vbi venefica illa peſtis intoxicandi, generis humani inimica fernet, & D quæ tandem more gangrænæ (vt ait beatus Paul. 11. ad Timoth 11.) quacunque impium illud exemplum tolerabitur ſerpere incipiet, vt etiam falſitates inſtrumeotorum ſerpere cœperunt. Deum verò vltionum mecum omnes boni orent, vt has peſtes & earum authores conſcientiæ iamdudum cauteriſatæ, hoc eſt immedicabiliter obduratæ, breui adobruat, & qui à Deo quid poſcunt, ſciant ſe admoneri ne ceſſent. Stat igitur quòd hæc clauſula non derogat buic regulæ. Sed an ea clauſula deroget regulæ de veriſi- mili notitia, dicam ibi quæſt. 6. 330 ¶ Amplio viceſi- Amp. 26. moſextò, ſiue beneficium ſit merè collatiuum: ſiue ad præſentationem patroni Eccleſiaſtici, vel etiam laici ſpectet, quindo libera præuentio reſeruata eſt, vt ſuprà num. 57. ſiue electiuum impropriè, vt quando plures eligendo conferunt: & generaliter quandoque, & vbicunque, Papa præuenire poteſt, & intellige quando libera collatio ſit per Papã vel Legatum.

331 ¶ Amplio 27. etiam ſi Papa vel Legatus confe- Ampl. 27. rat, vel inſtituat ad præſentationem patroni, quod rariſſimum eſt, tamen contingere poteſt, & ſi contingat, habet locum regula. Nec obſtat quod iſta non dicitur Papalis vel Legati prouiſio, ſed prouiſio Ordinarij, vt pote fundata & reſtricta ad præſentationem Ordinarij. Patronus enim in iſtis verus Ordinarius eſt, & talis dicitur. Quia dico quòd naturalis Ordinarius, videlicet qui habet inſtituere, plus iuris habet, & magis dicitur Ordinarius: vt ſuprà nu. 74. & ſic principaliter

paliter deber attendi præiudicium quod illi fit. Non enim tenetur admittere præſentationem, ſcilicet ex capite reſignationis futuræ, niſi velit. Quemadmodum non tenetur admittere volentem reſignare, niſi velit: vt nuper Epiſcopo Ebroicenſi reſponſi, & ſuprà ſatis oſtendi. Si igitur eo recuſante præſentatus ex capite reſignationis ſcilicet futuræ, etiam de conſenſu vel literis expreſſis patroni adeat Legatum vel Papam, fit præiudicium naturali Ordinario. Atque ita ſi tunc reſignans morbo laborat, de quo infra viceſimum diem decedat, beneficium vacat per obitum, & poteſt naturalis Ordinarius confertre per obitum incommutabiliter mediante conſenſu vel noua præſentatione patroni, vel commutabiliter, ſi liberè conferat iuxta not. ſuprà num. 60. cum ſequent. Quod ſi Papa ad præſentationem inſtituat infra propriam dioceſim Romanam, tunc quia facit vt Ordinarius, non habet locum regula vt regula: ſed ſi voluntatem ſuam ad eius inſtar limitauerit, dicendum vt circa finem huius regulæ: & notanter dixi reſignatione admiſſa, quia ante illam admiſſam ab habente poteſtatem nihil vacat.

Contra Gomeſ. 332 ¶ Circa hæc Ludo. Gomeſ. hîc qu. 17. colum. 2. verſicu. *ſecundus caſus*, dicit quod præſentatus & inſtitutus non poteſt ſine conſenſu patroni beneficium reſignare. & citat Inno. in c. vlo. in fine. *de renuntiation.* Panorm. in c. *ſignificatum*. colum. 2. *de præb.* Rochum Curtium in tracta. *de iure patronat.* in verbo *honorific. cum* quæſt. 51. qui ita tenent, & vltra eos idem tenent Cardin. Floren. in clemen. vnic quæſt. 10. & ibi Bonifac. de vitali. col. vlti. num. 37. *de renuntiation.* Philip. Deciſ. conſ. 224. numer. 7. Aimo Crauetа conſi. 153. num. 10. ſed falſum eſt, contrarium obſeruatur, vt etiam dixi in anno. ad Philip. Dec. in d. conſ. 224. quod procedit ſiue in renuntiatione voluntaria, ſiue in deſtitutione inuiti ſententiali, vt etiam tenet. Ioan. Calderic. conſ. vlo. ſub titu. *de renuntiatio.* faciunt quæ dixi ſuprà, ſed Ordinarius qui admiſit reſignationem non poteſt (excepto caſu permutationis vt vſuri datum eſt, vt ſupra) tuò inſtituere ſine conſenſu vel præſentatione patroni cui tempus non currit, donec ſibi non ſatisfactum fuerit, vel donec priuato vel ſententia priuatoria nota fuerit in loco iuxta not. in clem. vnic. in fine *de conceſſ. præbend.*

333 ¶ Cæterum ſi patronus ex cauſa reſignationis infirmi præſentauit & Ordinarius inſtituit, non poteſt patronus ſiue eccleſiaſticus ſiue laicus, iterum præſentare ex cauſa obitus reſignantis intra viceſimum diem ſiue præſentationis, ſiue inſtitutionis ſecutum: quia hæc reg. non habet locum in Ordinario, vt ſæpe ſupra probatum eſt. Idem ſi præſentatione admiſſa ante inſtitutionem moritur repugnans, niſi inquantum ante inſtitutionem patronus alium præſentare poteſt accumulando, puta laicus *c. quod autem. extra de iure patron.* Et ſic nec in inſtitutione quidem locum habet hæc regula, vt etiam tetigi, ℣. num. 23.

Ampl. 28. 334 ¶ Amplio viceſimooctauò, etiam ſi ante præſtitum conſenſum, Papa ſi reſignationem admiſit, & Contra Gomeſ. contulit, mortatur: quis nihilominus habebit locum hæc regula: quamuis contrarium latè teneat Gomeſ. hic quæſt 32. & malè. Hæc enim regula non eſt de pecuniariis, & merè voluntariis: ſed concernit, & facta eſt ob bonum publicum, & ad fraudes amputandas, & ſic non moritur cum Papa, ſed ſemper in vinculi obſeruantia manet. *l. Arriam. C. de hæret.* tum (quicquid ſit in Italia, vel in aliis locis vbi Romanenſes ſigunt, & reſigunt leges) ſatis eſt, quòd apud nos hæc regula, pro iuſta perpetuáque lege, recepta eſt. Siue tamen conſenſus præſtitus eſt ante, vel poſt obitum Papæ in Cancellaria ſedis vacantis, ſemper à die conſenſus incipiunt currere hi viginti dies: alioquin perſeuerat vſus, & effectus huius regulæ in fauorem Ordinariorum, & omnium quibus per obitum prouidebitur.

335 ¶ Amplio viceſimonono, vt nec Papa quidem hîc regulæ derogare poſſit: quod tam de iure per ſe, quàm de iure & de facto declaro. De iure quidem multifariam, & gradualiter. Primò, quia rectè perpendendo, huiuſmodi derogatio ſpecies eſt reſeruationis, vt clarè probaui ſupra numero 138. omnis autem ſpecies reſeruationis prohibita eſt, & abuſiua, per concilia & concordata. Tum præuentiones odioſæ ſunt, & aboleri merentur, vt ſuprà numero 40: & infra in reg. *de publican.* num. 160. cum ſeq. & in reg. *de verſi. not* numero 27. Quod autem Papæ per concordata reſeruatum eſt ius præuentionis: hæc reſeruatio odioſa eſt, & ſtrictè interpretanda: vt ſufficiat quòd de aliquo operetur: prout ſatis operatur, vbi de ſolius Ordinarij præiudicio agitur, & poſtquam eidem Ordinario, ſaltem breue neceſſitatis ſpatium relictum eſt ad conferendum per obitum: videlicet poſt tempus veriſimilis notitiæ: & dummodo hoc ſpatium ei non auferatur, nec præueniatur: prout certum eſt, illam præueniendi facultatem non fuiſſe conceſſam, nec relictam Papæ per dicta concordata, niſi cum hoc onere, vel ea fiducia, quod Ordinariis liberum manerer tempus veriſimilis notitiæ, nec eis præriperetur. Sed per huiuſmodi derogationem, diſponit Papa de futura vacatione obitus, non ſolùm ante tempus veriſimilis notitiæ, poſt obitum: ſed etiam ante obitum: & non ſolùm reſeruat, ſed plus facit, quàm ſi ſibi reſeruaret morte vel vacatione ſecuta, quod tamen non poteſt, obſtante decreto *de reſeruationibus ſublatis.* ſed derogando huic regulæ præripit ſibi in effectu, fructum futuræ vacationis per obitum naturalem, & hanc legem æquiſſimam, & in legem generalem receptam, ſuprà nu. 127. & eodem modo derogat. reg. *de veriſimili. notit.* cui tamen etiam poſt obitum expreſſe derogare non poſſet, vt infrà in dict. reg. numero quadrageſimo, tum etiamſi poſſet regulanter, non tamen poteſt, quando de præindicio alterius quam Ordinarij agitur: ſaltem quando agitur de præiudicio graduatorum & nominatorum ab academiis, in mentibus eis deputatis, vt ſupra numer. 131. cum ſeq. tum etiam ſi poſſet, ſaltem non debet nec voluiſſe cenſetur, in præiudicium dicti nominati, vel graduati: niſi ſpecialiter exprimat, vt ſic reſpectu graduati & nominati, ſit ſubreptitia, vt ℣. num. 137.

Ampl. 29. Derogatio vna regulæ eſt ſpecies reſeruationis. Hypothiſt.

336 ¶ De iure verò & de facto declaro, quia etiam ſi toleraretur de facto, quòd Papa deroget, poſtquam beneficium, iam actu verè vacat per reſignationem admiſſam, licèt reſolubiliter, & antequam reſolutio ſecuta ſit: tamen nunquam receptum nec toleratum fuit, quòd hoc poſſet, ante reſignationem factam & admiſſam, & ante omnem vacationem: & tunc nec de iure, nec de facto, ſaltem in hoc regno, derogare poteſt. Exemplum promo, quod vidi in facto, ante triginta annos, ſcribens pro clientulo, in cauſa beneficiali decanatus de Mangeaco, eorum præfectis libellorum ſupplicum Palatij, tunc pendente. Ægidius Conueos, alias de Langlade, poſſidens ſeptem beneficia incompanbilia, ſub diſpenſatione ad ſeptem, quæcunque volens acceptare, octauum reſignauit decanatum de Mangeaco, in manu decani ſancti Petri Andegauenſ. quem ad hoc elegit, qui admiſit & contulit Ioan. Bonreu. mox Ægidius acceptat, intrat curam parochialem de Nouaulla: quare Tertius impetrat decanatum de Mangeaco ab Ordinario, per clement. *ſi plures de præbend.* deinde Boureus collationem ſibi factam narrat Papæ, à quo facit confirmari, & in quantum opus eſſet, de nouo ſibi conferri: poſtremò Quartus impetrat à Papa, iure deuoluto, vel aliàs quouiſmodo.

337 ¶ Et hi tres litigabant. Tertius impugnabat

& reſignationem admiſſam non eſt tempus ſufficiens ad veriſimilem notitiam, ſeu potius ad delanonem mandato ad reſignandum, quod iam verè miſſum & peruentum inuenitur, & hoc ne relinquatur anſa fraudandi hanc æquiſſimam reg. conficiendo mandatum ad reſignandum, & tempore quidem ſanitatis ſuſtinendum, ſed fide accepta, morbo tantùm imminente exequendum, vt ſupra eod. num. 324.

343 ¶ Alioquin, hoc eſt procuratorio re integra & ante omnem ſuſpicionem non tranſmiſſo, rationes huius imitationis rectè quadrant contra impetrantem per obitum à Papa: tunc enim ſufficit mentem Papæ & reſignantis perpendi: ſed non concludunt contra Ordinarium nec contra promiſſum ab eo per obitum, quia cum Ordinarius certet de damno vitando, imò totius Eccleſiæ vniuerſalis interſit vt vnicuique ſua iuriſdictio ſeruetur, vt ſupra num. 128. io ſi. non tam mens Papæ & reſignantis attendi debet, quàm contingentia facti, vt caſu quoquo modo contingente Ordinarius iure ſuo (quod longè fauorabilius eſt) vti debeat, & fauorabilis eſt, quinetiam extendendus reditus ad ius commune c. 2. & ibi gl. ver. *numerandum de præbend.* in 6.

344 ¶ Tamen pro dicta prima limitatione facit quod huiuſmodi reſignantes ſolent in manus eiuſdem notarij de præſenti reſignare, & nihilominus in manus cuiuſcunque poteſtarem habentis dato procuratore etiam poſtea nominando vel lacunæ vacuæ inſerendo, & Papa per clauſulas generales tam ſignaturæ quàm bullæ, præteritam illam reſignationem in manibus cuiuſcunque factam ratificat & admittit, & ſi quod valere debeat, non vim reſignationis factæ à procuratore tempore datæ bullæ & firmitatis ſuperuentæ: ſed in vim antiquæ reſignationis factæ tempore habiti ab ipſomet reſignante ſano, & extra omnem morbi ſuſpicionem, quam Papa ratam habet, vt quidam tenet in cap. *quod in dubiis de renuntiat.* Et cùm ratihabitio trahatur retrò ad initium actus ratificati, cap. *ratihabitionem, de regulis iuris*, 6. medium ineptum vel inhabile non conſideratur, cum non ſuperuenerit defectus ex parte ratum habentis, vt l. penult. in fine, & ibi Bartol. *rem ratam haberi.* nec ex parte gerētis ſeu reſignantis ſuperuenerit mutatio voluntatis vt in *l. diſpenſatorem. de ſolutio.*

345 ¶ Sic certè vtcunque hæc ſit communis & perpetua ſententia canoniſtarum & bulliſtarum, tamen nullus de hoc caſus reperitur in toto corpore iuris pontificij, & multò minus eſt de mente veterum canonum. & re vera iuſte eſt nouus abuſus & noua praxis inuenta à ſollicitatoribus curiæ Romanę ad præripiendum iura Ordinariorum. Iure enim antiquo 6. q. 3. c. *denique* 8. *q.* 2. *c. abbat.* imò eoam iure decretalium *c. admouet. t. quod in dubiis. de renuntia.* renuntiatio beneficij non valet, niſi in manus Ordinarij, qui poteſt inſtituere vel deſtituere. Card. Flor. cle. 2. colum. vlt. *de pœnis*, Panorm. in diſputa. 5. colum. 8. Et quamuis glos. in *c. quod in dubiis. & in c. quod Deo timorem. de ſtatu monachi.* teneat quòd renuntiatio facta in manus alterius quàm Ordinarij poteſtatem habentis valeat reſpectu ipſius renuntiantis, falſum eſt, & illa glos. reprobatur per Hoſti. & Innoc. in d. c. *quod in dubiis.* per Ioan. Andre. in *c. quanto de tranſlat. prælato. & in mercuria. c. non firmatur de reg. iuris* in 6. Hoſti. in *c. ex ore. de his quæ fiunt à maiori par. capitu.* Germinia. conſ. 125. numer. 5. Stepha. Bertrandi conſ. 133. num. 13. lib. 2. impreſſis per Vincentium, & probatūr per text. in d. c. *quod in dubiis*, qui indiſtinctè dicit, nullam obtineat firmitatem.

346 ¶ Et quod dicunt gloſſæ & quidam doctores quòd ſuperior poteſt talem renuntiantem priuare ſi velit, vel renuntiationem ratam habere per d. c. *quod in dubiis.* non eſt verum, vt patet per illum textum qui expreſsè loquitur quando quis renunciauit ſponte, & in contemptum Eccleſiæ & ſuperioris, vt quando quis non ſolum ſponte & in manus laici ad quem non ſpectat, reſignauit: ſed etiam à laico collationem & inueſtituram accepit, Eccleſiam vltrò ſpoliando. tunc enim adhuc non ipſo iure priuatur, ſed cauſa cognita priuandus eſt text. in d. c. *quod in dub. his.* ſecus in reſignatione defunctoria. *c. ſuper hoc e. ſanè de renuntia. c. literaturam. de voto & voti redempt.* Sed ſiue nullo modo priuandus ſit, ſiue ſit priuandus, cum cauſa à ſuo Ordinario cognoſcenda, non poteſt Papa talem renuntiationem in manibus alterius quam ſuperioris in debitum factam ratam habere & conferre, niſi iura Ordinatorum vſurpando, & nouam non ſolùm contra antiquos canones, ſed etiam contra decretales vſurpationem faciendo: Et ſic dicta prima limitatio ſanè debet vt dixi intelligi, ne ſit tectorium multiplicati abuſus.

347 ¶ Limito ſecundò hanc reg. vt non procedat in ægritudine animi: niſi eſſet talis, & tam vehemens mœrot, vt ex eo ſanitas corporis notabiliter læderetur: quia tunc concurreret etiam infirmitas corporis & periculum vitæ: alioquin in ſola ægritudine, de qua non ſperatur mors, non adaptaretur hæc regula. Si tamen ægritudo, mentis alienationem induceret, non per banc regulam, ſed iure communi corrueret reſignatio, & quicquid inde ſecutum eſſet. Et quamuis Go. hîc qu. 10. renear, in funoſo qui habet interuallum, præſumi in dubio factam eſſe reſignationem in ſana mente: hoc falſum eſt, tum ex natura actus, de quo etiam præſumptio iuris eſt, quòd non ſoleat ſpoote fieri. *c. ſuper hoc, de renuntiat.* tum propter nimis frequentem malitiam & audaciam hominum, cupiditatibus ſuis deditorum, qui ſolent non ſolùm incautis, variis rechnis imponere: ſed etiam prudentibos (contra l. Corneliam *de falſis.*) ſupponere: vt iis temporibus, cuidam Abbati in vicino cubiculo ſuppoſitus fuit falſus reſignans, per fictos amicos: qui etiam re derecta tergiuerſando, & quoſdam iudices huius temporis multis mulcendo, puniſionem euaſerunt. Incumbit ergo hoc caſu reſignatario probare ſanam mentem, vt in ſortiori tenet gloſ. ordinaria in c. fin. & ibi Panorm. *de ſucceſſ. ab inteſtato.* & quæ dixi in annot. ad Alex. conſil. 141. col. 2. lib. 1. & ad Philip. Decium *l. in negotiis. de regul. iur.*

Limit. 2.

Contra hæc.

349 ¶ Limito tertiò, in ſene, vt tenet hîc Gomeſ. q. 7. & benè: niſi eſſet ſenex capitularis, & decrepitus, vel, cum ſenectute aliud accidiſſet, ex quo vicina mors immineret, & ita temperari, & reſtringi deber gloſ. pragmat. otu. *de collation.* § *item quod omnia verbo permutationis.*

Limit. 3.

350 ¶ Limito quartò, vt non procedat in eunte ad bellum, vel trahiciente mare: quia non eo ipſo conueniunt verba & mens regulæ, niſi aliàs periculum mortis particulariter ipſi perſonæ reſignantis immineret: quamuis aliud ſentiat Gom. hic. q. 8. ad fin. faciunt quæ dixi 3. ampliat. 14.

Limit. 4.

351 ¶ Limito quinò, vt non procedat in morte ciuili: ſtatutum enim loquens de morte, intelligitur de naturali, non autem de ciuili, nec extenditur ad ciuilem, niſi in caſibus iure expreſſis, gloſ. & canon. in *c. ſuſceptum de reſcript.* in 6. Oldr. conſil. 284. in fin. Alexand. conſil. 139. n. 4. lib. 12. Ægid. Bellamere *c. ne innitaris.* in fi. *de conſt.* & ibi Panor. facit l. vlt. *C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt.* latè Ioan. Crotus *in repetit. Gallus.* §. *& quid ſi tantum.* colum. 3. cum tribus ſequent. *de liber. & poſth.* Vnde ſi quis reſignauit, & infra viginti dies à conſenſu præſtiro, ducat vxorem, vel capiat poſſeſſionem pacificam alterius beneficij incompatibilis, non vacat beneficium per exortationem, vel aſſecutionem incompatibilis: ſed per dictam reſignationem tantum, nec

Limit. 5. Mors intelligitur de naturali, non de ciuili.

locus erit huius regulæ. Tum prorſus diſſimilis eſt ratio, vt ſenſus communis oſtendit.

352 ¶ Amplio primò, etiam ſi ſtatutum loquatur, tam de ciuili, quam de naturali morte, puta per ceſſum vel deceſſum: quia non extenditur ad aliam ſpeciem mortis ciuilis, puta propter adeptionem vxoris, vel incompatibilis beneficij, vel non promotionem, aut aliàs, vt not. glo. ver. *cedentium*. Gemin. Philip. Fran. & omnes in c. *quamuis* ij. *de præbend.* in vj. Amplio ſecundò, etiam ſi illa priuatio imminebat tempore mandati ad reſignandum confecti, vel traditi: puta ſi iam tractabat de vxore ducenda, vel cuculla monaſtica profitenda, vel de aſſequendo alio incompatibili, quod infra viginti dies executus eſt. Adhuc enim ſemper diuerſa, ſaltem non prorſus eadem eſt ratio, quæ in hac regula: quæ ad ſummum de hoc caſu non loquitur qui conſequenter remanet in iure commuti. *ſi cum dotem.* in princ. *ſol. matrimo.*

Reg. 30. 353 ¶ Idem multo fortius in regula 30. *de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiar.* Cardin. vt ibi tenet glo. Caſſado. deciſ. 16. *de præbend.* Gomeſ. hîc q. 7. Barba. conſil. 82. libro 4. & idem in aliis regul. cancellariæ. Si enim non fit extenſio de obitu naturali ad ciuilem in hac regula quæ fauorabilis, eſt iuri que communi conſona, vt ſ. nu 62. quantominus in d. reg. 30. quæ eſt ambitioſa, & contra libertatem publicam, & quandam ſpeciem reſeruationis implicans. Et hæc eſt vera & punctualis ratio huius deciſionis, & limitationis ad dictam regulam trigeſimam. quod nota, quia Barbat. in dicto conſil. 82. lib. 4. vbi latè & ex profeſſo tractat, vix hanc rationem leuiter & contemptim attingit: dicens quòd dicta regula 30. ambitioſa eſt, & exorbitans: ſed plures alias, ram malè concludentes, quàm longè & operosè accerſitas rationes, more ſuo, vltra quinque columnas vrget.

Vera ratio.

Rationes Barba refri-guntur.

354 ¶ Quas Gomeſ. in dicta reg. q. 7. ad tres reducit. Prima per text. in clement. *ne Romani.* §. *eo tamen de elect.* Ibi: *per mortem, vel alias deficere quomodolibet*: Vnde infert quòd cõſtitutio loquens de morte, ita demum comprehendit priuationem, vel aliam vacationẽ, ſi vltenus procedat extẽdendo. Quia imò ille text. qui loquitur de camerario, vel Pœnitentiario Papæ mortui, habet locum non ſolum in morte naturali, vel ciuili dicti Officialis: ſed etiam in impedimento, vel abſentia, ſecundum gloſ. ibi, in verbo *quomodo*, quã omnes ſequũtur. Et ſic verba: *vel aliàs deficere quomodolibet* non ſunt oppoſita niſi ad maiorem expreſſionẽ: & ſine illis idem eſſet, etiam in quauis ſuſpenſione, vel impedimento, uedum in quauis morte ciuili: & conſequenter ille text. potius in contrarium facit.

Concilium Conſtantien. ſe vtens Papas depoſuit.

355 ¶ Secunda ex eo quòd Panorm. in c. *licet de vitãda.* colum. 3. verſi c. *ſed aduerte ad vnam de elect. in.* dicit in concilio Piſano, deinde in Conſtantienſi (in quo Benedictus decimus tertius, ſcilicet Petrus de Luna, & Ioan. 23. ſcilicet Baltazar Coſſa, priuati & depoſiti fuerunt, & Gregor. 12. ſcilicet Angel. de Corrario, non ſine cunctatione, & mœrore Papatom abdicauit) fuiſſe dubitatum, an electio futuri vnici Papæ ſpectaret ad Cardinales, an verò ad concilium generale? Quia clarum eſt, quod iura antiqua faciunt pro concilio. *c. ſi duo ibi: vniuerſitatis conſenſus. C. ſi tranſitus.* ibi: *ſiqui tem totum in vnum conuenerit Eccleſia. & c. ordinis electio.* 79. diſtinct. Iura autem noua, quæ tribuunt electionem Cardinalibus, loquuntur de vacatione *per obitum*, vnde in vacatione *per ceſſionem vel priuationem* remanent in correcta intra antiqua, vt ſic electio ſpecter ad concilium. Sed meliorem rationem, vide nu. ſeq. in fin. Et hanc partem firmat ibi Panor. ex quo concilium eſt congregatum.

Electio Papæ an ſpect. ad concilium vel ad Cardinales.

356 ¶ Et ſic loquitur de Baſilienſi, quod erat congregatum tempore ſuo, in quo non ſolùm adfuit, ſed etiam incorporatus fuit, vt patet in ſua diſput. 1. quæ incip. *quoniam veritas*. & ibi in ſeſſione 37. ſedens in ampliſſimo illo & ornatiſſimo cœtu, Eugenio 4. depoſito, coëlegit Amedeum Sabaudum, in Papam Felicem 5. à quo vt ſcribit Ant. tit. 22. c. to. 4 Cardinalis effectus eſt. ſed Felice prodito, a Friderico 3. (qui coronam imperialem ſitiens, facile ab Ænea Syluio, fortunibus adhærente, perſuaſus eſt. & in partes Nicolai 5. tractus) deinde pace, per ceſſionem Felicis, ſine geſtorum conſeruatione, cum Nicolao 5. parum felciter ab eodem Felice facta, præfatus Panor. galero abiecto, Paobotmum inglonius redit. Subdit tamen in præfata diſputat. 1. quod in concilio Conſtantien. pro euitanda diſcordia (ſcilicet quæ in futurum timebatur, non abſente: videlicet propter potentiam, & animoſitatem Cardinalium qui ſemper manent, concilium autem Conſtantienſe mox diſſoluendum erat) fuiſſe obtentum, vt conciliom, ſcilicet Conſtantienſe, pro illa vice transferret poteſtatem ſuam in collegium Cardinalium: & ita Cardinales elegerunt ex poteſtate propria, & concilij, ſecundum eum, cuius propterea libri hoc anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo nono menſe Martio, mote Romano *ἐμφανίσεως ἰκῶνος* inquiſitoribus Papæ Paul. 4. cum effuſo aliorum etiam opumorum authorum catalogo verè famoſo libello damnati ſunt, quo monachico zelo, qua præpoſtera ſcientia nemo non videt.

Panor. Cardinalis in concilio Baſilienſi fictum.

Eugenius 4. Felix 5.

357 ¶ Sed certe conſilium Conſtant. ſeſſione 14. & 39. nouam formam (prout voluit) appoſuit electioni, & quas voluit perſonas, actiuè, & paſſiuè ad hoc habilitauit, & delegit: & ſic, vt deſtinatio trium ſimul concurrentium Paparum facta eſt authoritate dicti concilij: ita & electio Martini 5. vnici. Similiter in concilio Baſilienſi (in quo Eugenius 4. ſententialiter depoſitus fuit) electio noui Papæ, ſcilicet Felicis 5. facta eſt per idem ſacrum concilium Baſilienſe, vt patet in ſeſſione 37. & ſic ſtante concilio generali, & vniuerſali, ad illud ſpectat electio, quum eo ſtante, non ſit alind in Eccleſia maioris poteſtatis & aothoritatis, & ad eum ſpectet inſtitutio ad quem deſtimoo c. 3. d. c. *monacho. c. cum ex iniuncto* in fi. *de hæreticis. c. cum & plantare* §. *in Eccleſiis de priuil.* et *de reg. iur. l. cum eſt velle, ff. dereg. iur* & nemo vnquam de hoc dubitauit, niſi quidam conductitius iuuenis Rufus, qui non tam quod ita ſentiret, quàm vt mihi contradiceret: & fruſtrà laceſſeret in me pro Papa & Cardinalibus ſcribens pag. 521. tenuit ad concilium vniuerſale, ſed ſolos Cardinales etiam concilio ſtante ſpectare electionem Papæ, nullam probationem addocendo, ſed duntaxat caoillando quædam verba concilij Conſtantienſis, potioribus, vt ſolet omiſſis & diſſimulatis, ſeſſione 41. ſacroſancta (refert ille) ſynodus adiungit, reuerendiſſimis in Chriſto patribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ex eorum voluntate & conſenſu expreſſis: ex his verbis quæ ille ſtudiosè ſelegit, non ſolùm quod intendit minimè colligitur, ſed etiam ex verbis eiuſdem periodi (quæ tencet probatur totam poteſtatem fuiſſe concilij, nec Cardinales tum habuiſſe poteſtatem, niſi qualem & quantam Concilium eis cum adiunctis dedit: vt in principio dictæ periodi ibi exeqoendo eiuſdem ſynodi ordinanonem, decretum & ſtatutum ſuper modo & forma electionis, & in fine dictæ periodi ibi tribui poteſtatem, ſupplens omnem defectum, &c. Ergo verba illa media de voluntate & conſenſu Cardinalium non reſpiciunt poteſtatem datam certis Archiepiſcopis, Epiſcopis, abbaobus, prioribus, decanis, Archidiaconis, doctoribus & aliis adiunctis ad eligendum Romanum pontificem, ſed reſpiciunt delectom adiunctorum, & ſenſus eſt clariſſimus quòd illi adiuncti fuerunt delecti, non minus à Cardinalibus, quam ab aliis de concilio, & illis omnibus tam Cardinalibus quàm adiunctis concilium dedit poteſtatem cum clauſula de-

creti præcisi ſupplendo omnem defectum. Sed vide quam callidè ille ſeſſiones à me nominatim citatas videlicet xiv. & xxxix. diſſimulet, in queis aperriſſimè legitur non collegium Cardinaliom, ſed ipſum duntaxat concilium viuuerſale ſola ſua conciliari authoritate de electione Papę in forma,loco,tempore & materia, & in perſonis diſpoſuiſſe, de concilio verò Baſilienſi,cuios ſeſſionē xxxvij. citaui, nullam ille mentionem facit,forte quòd illud verū concilium non agnoſcit,cum tamen Eccleſia vniuerſalis exceptis paucis factioſis Eugenio IV. damnato & præciſo adherentibus agnouerit. Cæterum in dicta ſeſſione xxxvij. ad verbum legitur , *ſtatuit, decernit & declarat electionem Romani pontificis fiendam & celebrandam pro hac vice per hoc ſacrum concilium Baſilienſe , ſeu eius authoritate , modis & formis infra ſcriptis.* Stant ergo à ſententia noſtra concilia Eccleſiæ vniuerſalis, vt notum ſit quales & quàm Catholici ſint à quibus lapidor.

358 ¶ Ex his paucis nemo non obeſſe natis nos facilè iudicabit cur etiam à magnis & optimis multiſque prouocatus & impulſus, tamen oolueto his quæ in me ſcripſit reſpondere. Quatenus tamē in me ſcripſit,bona cum parte meam magis cauſam firmat; non enim aliud agebam quàm ſtatum & libertatem Imperij & Regni, & Eccleſiæ præſertim Gallicanæ , qualis ſub optimis Imperatoribus & regibus ſtirpis Caroli Magni floruit aduerſus corruptiones & vſurpationes poſtea ſecutas propugnare. Quid enim opus erat reſpondere & publica commoda commentatiorū meorum Analyncorum to iora & conſuetudines defraudare , cum ſcripta illa mea tot oobilibus claſſicorum teſtium cincta ſint , cùm nihil ſcripſero oiſi citato authore, in quo plura inſuper quam ſcripſero,reperiuntur. Quod ſi telatum ineſt , in teferente multo plures ſunt reſponſiones in locis à me relatis, quam quiſquam pluribus menſibus aut annis loqui vel ſcribere queat. Videantur ergo fontes & teſtimonia , & plos ſatis reſponſionis erit : neque verum quidem dixiſſe (vt omnes hodie fatentur) ſed etiam multo minus quàm potuiſſem & in maius habebam dixiſſe. Sat ergo ab omm cauillatiooa propugnata noſtra concluſio ſtaote concilio generali & vniuerſali, ad illud ſpectare electionem Romani pontificis, pro vt ſemper, eo ſtante , obſeruatum fuit.

359 ¶ Niſi eſſet quoddam concilium à ſolo nutu Papæ dependens,& in quo ſoli pet eum deputati præſident , quia ad tale concilium (quum mortuo Papa expiter) non poteſt ſpectare electio,ſed ad ſolos Cardinales , vt nupet viſum eſt de concilio Tridentino : cuius tempote , Paulus III. quondam ſcorti Regij frater , mortuus eſt. & tamen concilium illud , taoquam interim quoque mortuum nullo modo elegit : ſed ſoli Cardinales , poſt longam vacillationem. Nec enim erat iuſtum conciliuru , vt hoc anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo primo , Chriſtiniaſſimus Rex noſter Henr. II. palam etiaoo Tridenti , & per totam Germaniam proteſtatus eſt : Sed ad inſeruiendum affectibus , monarchiam maximis (ſed irritis) laboribus , conſiliis , & ædibus meditantium , ſubdolè coactum : nec non Papæ , ad annatas è regno Franciæ expiſcandas , vnde non immeritò præfatus Rex ſe non habiturum illud pro concilio, nec eò qoenquam miſſurum , nec ſobditos ſuos ire paſſurum , teſtatus eſt.

360 ¶ Cæterū Theologię profeſſores,vt Iacob Almain in ſermone *de poteſtat. Eccleſ.* c.ix.tum ſequent.Ioao. Gueſſon in tract. *de poteſtat. Eccleſ.*& in tract. *de auferibilit. Papæ ab Eccleſ.*& alij,tenent quòd ſtante vero generali concilio,illius ſolius (& non Cardinalium (eſt electio , quouiſmodo vacet. Nec eſt mirum, quia talé concilium eſt ſupra Cardinales,imò etiam ſupra Papā, & primitiuā habet poteſtatem immediatè à Chriſto; ſecundum Theologos,pro vt etiam definitū eſt in concilio Conſtātienſi,& Baſilienſi,& habetur in pragmat. tit. *de author. & poteſta. ſacro.concilio* quæ eſt melior ratio,quàm illa Panor. ſcholaſtica ſupra oum.140. & eam ſeutētiam,videlicet concilium eſſe ſupra Papam, etiam Sorbonici doctotes ſolemni iureiurādo in adeptione doctoratūs ſemper ſe defenſuros profitentur. Et ſic redeundo ad ſecundū rationem Barb.nec illa valet.

361 ¶ Tertia ſumitur ab intentione concedentis, quia ſortè non putauit Papa quòd in domibus Cardinalium degant viri tam flagitioſi , ac priuatione digni: quoniam aliàs de iure præſumuntur habere familares honeſtos,vt ait Inno.& alij in *c. in ſtuante de offic. de legat.*Et ſic Papa concedendo Cardinalibus hoc priuilegium in ſuos familares , non cogitauit de familiaribus , qui ob delicta & facinora ſua, beneficijs priuarentur : & ſic noo extenditur ad tales. Sed certè hæc ratio deterior eſt prionibus, quia hoc priuilegium non eſt datum in fauotem familiarium : ſed in eorum præiudicium. Igitur mali familiares noo debeot eximi , nec immunes eſſe à ſeruitute, ſeu reſeruatione, cui boni familiares ſubduntur. Abſurdom eſt enim, quòd pœna, vel culpa præſtet immunitatem. l. *ſiue hæreditaria. de negot. geſtis.* Præterea hæc ratio particularis eſt , & ſolùm excluderet vacationem *per priuationem ex delicto* (de qua etiam ſola diſputat Barbi in d. conſil.) ſed omnem aliam vacatoms ſpeciem, & mortem ciuilem implicatet,& redigeret ſub regulā: puta *ceſſionem , incompatibilitatem, non promotionem, non reſidentiam*, & omnem priuatiooem alitet, quàm ratione delicti : & ſic magis facerer ad ampliationem, quam ad teſtrictionem d. reg. 30.

362 ¶ Gomeſ. autem quartam addit rationem. nam poſito quòd Papa cogitauerit, etiam de malis & facioorosis familiaribus , qui delictorum ergò priuantur, noluit tamen in hoc Cardinales (vt eius verbis vtar) priuilegiare : vt eos cautiores redderet in ſuſcipiendis bonis famulis , & receptis caſtigandis. Sed hæc ratio, prætet id quòd laborat morbo præcedentis,fortiùs in oppoſitum retorqueturi: quia ſic Cardinales magis inuitabuntur ad occultanda & defendenda furorum famulorum crimina : quod eis proclive eſt , propter eorum ſupeteminentem potentiam , & authoritatem quia nemo eis diſplicere audet. Verus igitur elenchus & punctualis ratio reſtrinctionis dictæ reg. xxx. eſt , quia dicta regula eſt contra libertatem publicam , implicans ſpeciem reſeruationis: & ſic, cum expreſsè loquatur de certo modò vacandi, ſatis io eo operatur,& non ſolum non debet ad alias ſpecies vacationum extendi: ſed etiam de vacatiooe *per obitum* (quæ de vero & naturali iotelligitur) non debet extendi ad ciuilem & fictum obitum. facit not. ſupra eod. oum. 109.

363 ¶ Contrà , ſi quis arbitretur dictam regul. 30: etiam ad omnem vacationis ſpeciem extendi debere, cùm agatur de collatione Papæ. quia Papa non tam facilè extraneo impertanti conceſſiſſet , ſi expreſſiſſet quòd erat beneficium familiaris Cardinalis. Ergo indiſtinctè gratia ſubreptitia eſt. c. *poſtulaſti. de reſcript.* hæc enim ratio generaliter concludit, ad omnem ſpeciem vacationis. Solue, fatendo quòd eſſe poteſt, Papam oon tam facile conceſſiſſe: verūio dico regulam; quæ colligitur ex dicto c.*poſtulaſti.* intelligendam eſſe de difficultate conforpi iuri communi,vel ex cauſa iuſta, & debita: non autem de difficultate, quæ reſpicit affectus , vel aliam cauſam exorbitantem , aut indebitam: alioquin dicendum eſſet, quòd non exprimendo alium magis amicum Papæ moꝰ affuturum , & petiturum idem beneficium , gratia eſſet ſubtepritia , quia ſi Papa ſciuiſſet , non conceſſiſſet huic primo impetrano: quod eſt abſurdum. Tum ſatis eſt, ſi vel in paucis, ambitioni Cardinalium Papa in dulſerit : videlicet in ſpecie vacationis, in d. regu. 30. expreſſa, duntaxat, *l. tutori. C. de negot. geſtis.*

364 ¶ Vode ſi familiaris Cardinalis , infirmus , reſignat in manus Papæ , vel Legati : ſiue *ſimpliciter*,

ſiue *in fauorem*, ſiue *cauſa permutationis* prouiſio facta, cum derogatione regulæ *de viginti diebus*, non eſt ſubreptitia, ob id quòd tacitum eſt, reſignantem eſſe familiarē, & infirmum. Quamuis enim remota derogatione huius regulæ, vacaſſet *per obitum morientis infra viginti dies*, & ſic locus fuiſſet dictæ reg. 30. vt ſupra num. 291. dummodo beneficium ſitum eſſet extra Galliam, & loca in quibus reſeruationes omnes ſublatæ ſunt: tamen attenta derogatione non poteſt Cardinalis, dominus defuncti, conqueri: nec inſpecto iure communi, nec inſpecta reg. 18. quæ per detogationem, in hoc caſu ſublata eſt, vt tenet Guillelm. Caſſādo deciſ. 16. *de præben.* vbi refert, ita fuiſſe iudicatum in Rota, contra Cardinalem de Farneſio: ea ratione, quia licet cauſæ de præſenti, aut de præteritò ſubſiſtentes, quæ retraherent, aut difficiliorem principem redderent, ſunt in conſideratione, quoad ſubreptionem: non tamen cauſæ de futuro, quæ poſſunt contingere, vel non contingere, vt poſt Rotam in no. decidit Felyn. in c. *in noſtra* col. 12. coroll. 7. *de reſcript.* hic autem cōtingere poterat, quòd infirmus decederet infra, vel ſupra 20. dies. Ego verò fateor, quòd hæc ratio mutuata à Felyn. vera quidem eſt in ſe: ſed dico primò, quòd impertinens eſt: ſecundò, quòd poteſt deciſionem euertere ſi conſtabat reſignantem non victurum vltra viginti, decem, vel octo dies, prout ſæpe vſuenit. Et tamen nihilominus vera eſt deciſio, non eſſe locum dictæ regulæ 30. Præterea non eſt de futuro, ſed de præſenti, quòd Papa difficilius contuliſſet extraneo: ſaltem difficilius apposuiſſet derogationem regulæ *de infirmis*, ſi ſciuiſſet infirmum eſſe familiarem Cardinalis: amici ſui: & pariter Legatus, ſi ſciuiſſet intereſſe Cardinalis ſocij, & congetronis ſui. & ſic iſtud eſt malum exemplum ad deciſionem Felyn. quæ hic impertineas eſt.

395 ¶ Vera ergo, & vnica ratio eſt, quàm nouè tradidi: videlicet, quòd vtcunque difficilius, vel nullo modo derogaſſet huic regulæ, ſi ſciuiſſet: tamen illa difficultas prouenit ex affectu, & ex cauſa exorbitanti, odioſa, & minimè conſiderabili. In iure autem, cauſarúmque deciſione, non quod Romæ fit, ſed quod fieri debet conſiderandum eſt: & ſic, non q' ód Papa vel Legatus facit, vel facturus erat: ſed quod facere debebat conſiderandum eſt, iuxta text. in *l. ſed licet it. de offic. præſidò. cꝰ pulcher.* text. in c. *grauis nimis. de præbend.* è concilio generali Lateranenſi deſumptus, vbi in collatione beneficiorum non ſolùm non conſideratur ſed penitus damnatur & reprobatur Cardinalis affectus. Quantū ergo ad permutationem, is cui collatum eſt beneficium infirmi, eſt in tuto: ſed beneficium collatum infirmo vacabit per obitum, & in eo Cardinalis habebit ius ſuum: imò etiam ſi nondum collatum erat infirmo, quia quicquid dicant, non debet compermutans gaudere de bona (quam dicont) fortuna ſed omnino demittere tenetur, vt ſuo loco dicam. Sed ſi Cardinalis probare velit, in fraudem ſui, & ex compoſito factam huiuſmodi reſignationem: non eſt materia huius regulæ, ſed materia c. 2. *de renunciat.* in 6. vt tetigi ſuprà num. 93. à quo non excluditur: ſaluo quod non debet ad hoc de facili admitti, ſiue ex leui coniectura: ſed ex veris cauſis, quæ promptè probari poſſint: quia non ſolùm incertum erat ius quod per dictam regulam 30. prætendit, ſed etiam odioſum, & exorbitans, & cuius excluſio fauorabilis, vt per glo. & doct. in c. *ſtatutum. de præbendis* in 6. Cæterùm non otioſè calamo indulſi in hac ecſtaſi: ſed vt iuuenes diſcant, & aſſuefcant veras, & punctuales ſingularum deciſionum rationes inueſtigare, & tenere exactè. hoc eſt enim caput artis: reliquæ enim quantumuis coloratæ & prima fronte arridentes decidendi rationes non illuminant, ſed confundunt, pertutbántque doctrinam, & in errorum præcipitia dudum.

366 ¶ Redeundo ergo ad quartam noſtram limitanonem, ratio deciſiua, & punctualis, qua hæc regula 18. tantùm procedit in naturali, non autem in ciuili morte, eſt, quia Papa bene voluit diſpoſitionem ſuam, & effectum reſignationis pendere à morte naturali, & iudicio Dei, ſed noluit eam relinquere in voluntate reſignantis, nec quòd alieno arbitrio penderet: mentò hæc regula non debet extendi, nec habere locum in morte ciuili: puta per vxorationem & aſſecutionem alterius beneficij incompatibilis, quam reſignans poteſt accelerare, vel differre ante, vel poſt 20. dies, pro vt voluerit. Hæc eſt ratio viua, naturalis, & manifeſta: iuxta quam occurrit vtilis & neceſſaria quæſtio. Ratio punctualis.

367 ¶ An hæc regula debeat extendi ad vacationem, quæ fit per ſententiam hominis priuatiuam: videtur enim quòd ſic: Tum quia maturare, vel differre ſententiam pendet ab arbitrio iudicis, qui eſt publica perſona, de qua lex confidit. *l. 2. C. de offic. ciuili. ind.* cꝰ in quo non præſumitur fraus. c. *in. præſentia. de renunciat. c. ſicut c. cum inter vos. de re. iudic.* Tum quia, cùm non feratur ſententia, niſi poſt negotium inſtructum, facilè præſentiri, & præmideri poteſt: & ſaltem accuſatus & conuictus, non minùs timere, & præmidere poteſt imminentem ſententiam condemnatoriam, quàm infirmus mortem: & ſic eadem paritas rationis æquè videtur in vtroque extremo concurrere, ſicut in morte naturali ex infirmitate. In contrarium facit, quòd accuſatus, etiam iam conuictus, facilùs vel togando, vel aliquid de oouo allegando, poteſt differri ſententiam, quam infirmus mortem, vt docet experientia rerum magiſtra. & ſic poſſet effectus regulæ pendere ab eius arbitrio: contra intentionem conditoris. De priuatione per ſententiam. Experientia rerum magiſtra.

368 ¶ Solue, hæc regula non habet locum hoc caſu, propter aliam rationem. cùm enim criminoſus, vel accuſatus reſignat metu futuræ ſententiæ priuatiuæ, Aut facit ſimpliciter in manu ipſius Ordinarij, non adhibita fide in fauorem alterius, ſed metè, & abſolutè, tunc non eſt locus huic regulæ, quæ ceſſat in Ordinano, vt ſupra num. 30. Aut verò mittit reſignatum in manus Papæ, vel Legati, in fauorem certæ perſonæ, vt aſſolet: & tunc non valet reſignatio, nec collatio, tanquam ſubreptitia. Fit enim in fraudem ſententiæ, & ad eludendum (quantum ad hoc) iudicem, & iudicium impendens. quòd ſi fuiſſet expreſſum, Papa tunquam admiſiſſet reſignationem: ſaltem admittere non debuiſſet, aut non tam de facili: quod ſatis eſt. Hic enim ex hypotheſi, priuatio beneficij vel eſt tota pœna delicti & tota condemnatio, ſi ad hoc duntaxat ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agebatur, vt in *c. per tuas* 1. *de ſimon. c. ex literis c.* fin. *de excef. prælat.* vel eſt pars pœnæ & condemnationis, ſi de alio crimine agitur, de quo conuictus, beneficio priuandus eſt. Diſtinctio prior addita infra num. 102.

369 ¶ Si igitur ad hoc euitandum & ſententiam præueniendum reſignat, fraudem facit legi, & iudici, & velut in frandem alienat: quæ alienatio reſcindi debet, & in priſtinum ſtatum reponi. *l. ſi aliquis* ibi: *ſi ſine ſuſpitione pœnæ: de donat. cauſa mor. l. in fraudem.* in *prine. l. auſertur.* §. 1. *de iure fiſci. l. ſed ſi maritus* in fin. *qui cꝰ à quibus manu. libe. non fiunt. l. quæſitum* eodem titulo. ibi ex eo tempore quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem, iam de pœna ſua certus eſſe poterat: multo plus cogitatione & conſcientia delictorum, quàm damnatio ins dandæ libertatis eum amiſiſſe, & ſic ius reſignandi: & quæ tradit Bartol. & alij in *l. poſt contractum de donation.* Philip. Decius conſil. 235. Hinc etiam apud nos, in officiis ciuilibus, accuſatus de crimine, quod ſequitur officij priuatio, præſertim de delicto in officio, non admittitur ad reſignandum in fauorem. Quod ſi iam admiſſa ſit, & collatio facta à Rege: procuratores, patronique Regis, vt aduerſus obtentionem, vel in-

ciuilitatem intercedunt, & recepti huiusmodi cessionarij A impediunt, donec de crimine cognitum sit: & si cedens damnetur, vacabit *per priuationem*, non post cessionem: non obstante admissione, & collatione Regis, tanquam subreptitia.

370 ¶ Non obstat quòd glos. & doctor. passim dicunt, eum contra quem inquiritur, de crimine priuatione digno, resignare posse beneficium, & quòd per resignationem vacabit, & non per sententiam priuatiuam: vt glos. in c.2. verbo *finita: vt lite pendente.* in 7. Geminian. consil.105. colum.1. glos. pragmat. *de collat. §. item insuper*, verbo, *disponere.* colum. 3. Stephan. Aufreri. in addit. q. Tholosan. 436. glos. reg. cancellar. 27. Quo Anto. Butrius consi. 43. ampliat, etiam stante mandato Papæ de conferendo alij impetranti secuta sententia, dummodo tamen resignans ignoret B illud mandatum: secus si sciat, quia tunc satis videtur in fraudem mandati resignare, & sequitur Felyn. in *c. in nostra* columna 28. *de rescript.* Aufreri. in d. q. 436. Quia respondeo, quod illud est ex defunctorie dictis scribentium: qualia pleráque per manus (sed illotas) tradita, & in speciem artidentia, in magnos errores, nisi scitè distinguantur, desiunt. Non ergo debet generaliter accipi, huiusmodi accusatum resignare posse, sed sanè intelligi: videlicet quando merè, & absolutè abdicat in manu Ordinarij: & ita etiam expresiè loquuntur omnia iura, quæ de eo, qui sententiam sua cessione preuenit meminerunt: 371 ¶ quæ sunt tria tantùm, aut ad summum quatuor, videlicet *c. dudum.* in fi. *de election. c. per tuas.* in fi. *de simon. c. ex literis.* c. vltimo. *de excess. prælat.* Quan- C tum ad *c. dudum.* malè, & impertinenter citatur à Geminian. consil. 103. col. 1. quia primò non loquitur de criminoso resignante: nec ibi de crimine agitur, siue ciuiliter, siue criminaliter: secundò, nec de vera quidem resignatione, sed tantùm de litigante ciuiliter de titulo beneficij, qui negotio discusso, videns se malam causam fouere, cedit liti, & causæ. Quòd enim non sit vera resignatio beneficij, siue iuris in eo competentis, patet: quia huiusmodi cessio (quæ non est aliud quàm bonæ fidei, vel sera agnitio) potest fieri coram quocunque competente iudice, coram quo lis versatur: etiam si alias non possit iustituere, nec beneficium vacans conferre. Resignatio autem fieri non potest, nisi in manu eius, qui potest de vacanti prouidere. *c. cùm ex iniuncto.* D in fin. *de hæret.* Sed quantum ad *d. c. per tuas.* 1. non criminaliter, sed ciuiliter tantùm agebatur, vt Abbas simoniacus eiiceretur: idque coram iudice competente potestatem habente destituendi: videlicet coram Innoc. III. Papa nullúsque erat impetrans. nondum enim inoleuerat mos impetrandi vacatura. & sic ille textus loquitur de simplici abdicatione veri tituli beneficialis, in manu ipsius Ordinarij facta, per quam processus qui ad aliud non tendebat, finitus est, nec sequuta fuit alia sententia. Quantum autem ad cap. *ex literis.* ciuiliter tantum agebatur, vt Episcopus (qui authoritatem & præsentiam tantùm præstitetat exequuturi sententiæ capitalis, per iudicem sæcularem, temporalis suæ iurisdictionis in furem latæ) deiceretur Episcopatu, vt ob id indignus: qui tamen non resignauit, nec cessit, sed causa cognita, condemnatus fuit ad cedendum. & sic ille tex. impertinens est. præter id quod vt nimis rigorosus meritò exoleuit. Quantum autem ad c. vltimum. *de excess. prael.* non probat textus, quòd criminaliter ageretur cõtra Petrum Cullubrien sem Episcopum: sed saltem ciuiliter agebatur, vt propter non seruatum interdictum, à Gregor. IX. in Regnum Portugaliæ latum, Episcopatu priuaretur: qui sententiam Papæ præueniens, sponte cessit. & sic fuit vera & propria resignatio per delatum inter reos, saltem ciuiliter, sed tamen in manu Ordinarij merè & absolutè.

372 ¶ Et sic nullus est text. in iure, qui probe aliud, quàm in primo membro dictionis nostræ suprà n. 368. dictum est. Male ergo, & sine iure, siue ratione vulgò putant accusatum, vel inquisitum de crimine beneficij priuatione digno posse resignare beneficium, coram quolibet, alias habente potestatem admittendi. Peius dicunt, & consulunt (vt Geminian. consil. 105. colum. 1.) hanc esse cautelam ad eludendum iudicem, & euitandum infamiam. Pessimè sentiunt, hunc etiam in fauorem, etiam simul retenta pensione, in manibus Papæ resignare posse. Vt ergo inueterato errore profligato, singulas partes discuram: quas (ne discentes obtunderem) non omneraui distinctionis nostræ sup. num. 368. enumeratij

373 ¶ sic dico. Aut accusatus de huiusmodi crimine, coram suo Ordinario qui habet iurisdictionem contentiosam, & potestatem conferendi, puta Episcopo, resignat purè, & absolutè: & res expedita est, vt dixi: quia poterit Episcopus admittere, & iure suo ordinario prouidere: poterit etiam non admittere, sed iudicialiter ad sententiam & exequutionem procedere, & tunc de vacante, per sententiam priuatiuam prouidere: cùm sententia in rem iudicatam transierit, vel quia non fit appellatum infrà decennium, vel renuntiarum, vel deserta appellatio, vel sententia à superiore confirmata. Aut verò coram officiali Episcopi; & idem: si, & quandiu officialis habet generale mandatum ad conferenda beneficia, & resignationes admittendas: iuxta c. vlt. *de offic. vic.* in 11. Rota decis. 218. *cui datur. in antiq.* Si verò non habeat (vt non solent habere) sed tantùm vicariatum ad iurisdictionem contentiosam: tunc si reus conuictus, & peccatum agnoscens cedat beneficio, non potest officialis admittere, tanquam veram cessionem, seu resignationem beneficij (cùm non habeat potestatem) sed bene tanquam cessionem litis, & agnitionem doux fidei: & velut confessionem in acta relatem, nontificare Episcopo, vel eius generali vicario ad beneficia, vt is (si velit) resignationem admittat, & prouideat: vel (si malit) sententiam expectet: nihilominus poterit, & debebit officialis ad sententiam procedere: qua (inter cætera) priuabit reum beneficiis omnibus, si quæ habet: vel priuatum & inhabilem, provt iustitia exiget, declarabit.

374 ¶ Et hæc in eo, qui non est priuatus ipso iure, sed priuandus: vt regulare est in omni crimine, etiam homicidio: Innoc. Panor. in *c. cum nostris.* colom. vlt. *de concess. præbend* Panor. Felyn. in *c. querelam de iure. iurand.* decisio Tholosa. 207. 436. & ibi Steph Aufrer. in additio. Philip. Dec. consil. 166. vbi in annotat. dixi. sed si priuatus esset ipso iure, (saluo eo quod dicam, infrà num. 389.) vel tempore collationis sibi factæ inhabilis: statim, vel quandocunque infrà sex menses à tempore notitiæ posset Episcopus conferre. *c. licet Episcopus, de præbendis.* in 6. etiam non expectata sententia declaratoria: quamuis nouus collatarius non possit eum deturbare per sequestrum: nec mitti in possessionem actualem, nisi post sententiam: vt edicto Regio de quo infrà §. 16. caetum est. Vnde si processum officialis Episcopi, liqueat reum ipso iure priuatum, vel per simoniam ingressum, aut aliàs ius non habere, etiam per solam, sed legitimam confessionem: ioxta *c. ut clericis §. si verò, de iudic.* tunc (sedat causæ vel non) potest Episcopus conferre. Sequuta verò sententia, à qua non sit appellatum, vel si transierit in rem iudicatam, vel si reus cesserit iuri, & bri, nec appellauerit: satisfactum erit præfato Regio edicto, vt ibi dixi §. 16. licèt de sententia iudicis tantùm secularis loquatur.

375 ¶ Redeundo ad reum priuandum, aut reus conuictus, vel confessus coram suo Episcopo, vel eius officiali, habet beneficia in alia diœcesi, vel etiam in eadem, sed ad collationem alterius, quàm sua Epis-

Cap. dudum.

Cedere liti.

Resignare.

Cap per tuas.

cap. ex literis.

Cap vlt. de excess. prel.

Plena diffinitio.

1. Membrum.

2. Membrum.

3. Membrum.

4. Membrum.

Crimen inde priuat ipso iure.

Edictum Regium.

ſcopi: & tunc ſi coram iudice ſuo ſententiam præueniens, & ad miſericordiam prouocans, cedat, idem dicendum eſt, quod nuper diximus de cedente in manu officialis, qui non habet vicariatum ad beneficia. idem ſi ſpectet prouiſio ad eundem Epiſcopum, non tamen libera, ſed ad præſentationem, vel nominationem alterius. Aut verò non accuſatur coram iudice ordinario, ſed coram delegato, vel quouis alio iudice competente, qui non habet diſpoſitionem dicti beneficij: & idem dicendum quòd de cedente coram ſuo officiali, ad quem non ſpectat prouiſio beneficij.

6. Membrum. Aut verò non cedit coram eodem iudice, ſed clanculum reſignatum mittit: & non valet reſignatio, tanquam fraudulenta: videlicet in fraudem iudicis, & ſententiæ priuariuæ imminentis: ſicut nec alienaoo bonorum, in fraudem imminentis confiſcationis. iuxta not. io *l. poſt contractum.* & ſuprà num. 157. & argu. *c. 1. de oper. noui nuntiatio.* tum canones nemini volunt fraudem & dolum patrocinari. cap. 2. *de dolo & contumac.*

376 ¶ Cùm autem hæc concluſio fundetur in iure communi, locum habet, etiam ſi purè, ſimpliciter, & abſolutè reſignatio fiat in manu proprij Ordinarij: id eſt eius ad quem ſpectat prouiſio beneficij: puta, ſi iuſtè accuſatus coram proprio officiali, habeat beneficium in diœceſi aliena, vbi clàm reſignatum mittit: quia non valebit reſignatio: non propter ſubreptionem, ſed propter iuris communis prohibitionem, quæ reſultat ex prædictis. Quaocumuis igitur Ordinarius collator admonitus ſit, vel ſciat, tamen non valet admiſſio reſignationis, nec collatio per eum facta: imò quanto magis cognoſcit (& ſic eum fraudatore ſcienter contra iura participat) tanto teprehenſibilior, & vitioſior eſt actus eius. Portò licèt collatio Ordinarij non ſubſit ſimplici ſubreptioni introductæ contra prouiſiones Papæ vel Legati. clement. 2. *de offic. de Ordinar.* tamen ſubeſt rationi, & diſpoſitioni iuris communis.

377 ¶ Imò, etiam ſi ſpectet ad ptouiſionem Epiſcopi, coram cuius officiali accuſatur, oon valet admiſſio, & collatio, ſi Epiſcopus ignoret fieri in ſtaudem iudicij, ſententiæque futuræ: quia hic, vtpote in cauſà lucratiua, ſatis eſt fraudem ſubeſſe ex parte reſignantis, vel alienantis. Imò idem, ſi fraus ſit per viam permutationis, etiam ſi alter compermutans ſit in bona fide: quia nihil amittet, ſed in iure ſtatúque priſtino ſtabit. Itaque ſi eu non contentus, certat de lucrando pinguius beneficium ex facto accuſati fraudatoris, iam de lucro certat, & lucratiuam cauſam ex actu vetito & fraudulento prætendit: & ſic idem vt pnus, poteſt tamen fieri permutatio æqualiter, & ſine fraude: tunc rata manebit, & per ſententiam non vetus, ſed nouum, per permutationem non fraudulentam quæſitum, beneficium vacabit: prout proclimus eſt hoc reſpectu ceſſare fraudem in permutatione, quàm in abſoluta reſignatione.

7. Membrum. 378 ¶ Si verò reus mittit reſignatum in manus Papæ, vel Legati: non valent reſignatio, admiſſio, & collatio, duplici de cauſa. Primò, eadem ratione, & prohibitione iuris communis: cui non eſt derogatum. Secundò, ratione ſubreptionis, vt ſuprà numero 368. Et ſic beneficium vacabit per ſententiam: & in partibus, non in curia. Et præterea ſi Papa vel Legatus mentionem faciant de accuſatione, vel etiam ſimul de crimine digno punitione: adhuc deterius erit, quia apud nos, per decretum *de cauſis*: ſuberit abuſus & ab executinne bullarum poterit, tanquam ab abuſu appellari. quia Papa vel Legatus, reſignationem huiuſmodi ſciemer admittendo, & conferendo, turbant iutiſdictionem ordinanam, & eius effectum impediunt. quod eſt contra decretum *de cauſis*. Aut enim Papa vel Legatus non detogant, nec diſponunt contra ius commune, nec intendunt ordinariam iuriſdictionem fraudare: & actus nullus eſt, & ſubreptitius: Aut derogant, & fraudem & iniuriam faciunt iuriſdictioni ordinariæ, cuius effectum impediunt, & vigorem eneruant: & ſic nulliter & abuſiuè per decretum *de cauſis*: etiam ſi reſignatio ſit mera, & ſimplex. quòd ſi facta ſit in fauorem certæ perſonæ (vt aſſolet) vel retenta penſione, vel fruchbus: & adhuc maior fraus, & nullitas, & tetrior abuſus. Nunc vides quàm neceſſaria ſit, quamum lucis adferat hæc noſtra analyſis, quantúmque paralogiſati ſint, qui hactenus ſine iure, imò eootra iura, ad pauca aduertentes ſcripſerunt, accuſatum de crimine digoo priuatiane reſignare poſſe indiſtinctè & imminentem ſententiam eludere: cautelámque eſſe ad ſibi negotiandum, beneficiúmque apud alium interim depoB nendum, infamiam quoque vitandam.

379 ¶ Hanc deciſionem noſtram limito, ſi reus poſtea (quia innocens) abſoluatur: tunc enim valet reſignatio interim ſponte facta, non extorta, nec aliter vitioſa, conſtat enim eam tunc non eſſe factã in fraudem ſententiæ. Idem ſi ſemel iniuſtè condemnatus appellauit, & in cauſa appellationis abſolutus fuit prout etiam ſtaret alienatio, per iniuſtè accuſatum ſponte facta, nec aliter vitioſa: aliàs ſequeretur, eum qui de falſo crimine inſimulatur, non poſſe de rebus ſuis interim diſponere, etiam ſi innocentia poſteà deregeretur: quod eſſet abſurdum. Valet ergo hoc caſu reſignatio, non ſolùm facta coram Ordinario: ſed etiam coram Papa vel Legato, quia innocentia facit ab initio ceſſare ſubreptionem: non enim obrepit C qui innocens eſt: & Papa ſi ſciuiſſet accuſatum, ſed iniuſtè non minus admiſiſſet: nec iniuſtè afflicto adderetur afflictio. Et ſic interim hoc caſu pendet reſignatio, & collatio nec eſt inconuenieus: ſed frequentiſſimum in iure, & in praxi, vt ſuprà nu. 81. vſque ad numerum 84.

380 ¶ Sed ſi reus abſoluitur, non quia innocens, ſed venia, condonatione. vel abolitooe crimnis obtenta et tunc differentia eſt inter ptouiſionem Ordinarij, quæ remanet valida; & prouiſionem Papæ, vel Legati, quæ nulla eſt: quoniam vt ab initio ſubreptiua non conualeſcit. & pariter ſi reus pendente iudicio ante ſententiam mortuus fuerit, tunc prouiſio Ordinarij non aliter vitioſa ſtabit: quia ceſſat impedimentum iuris communis, ex quo non fraudatur D ſententia quæ noo ſequitur. prouiſio verò Papæ, vel Legati, vtpote ab iniuo ſubreptitia, non conualeſcit. ſa. ſuprà num. 71.

Subdiſtinguitur.

381 ¶ Sed quid ſi Papa non contulit, ſed ante accuſationem & reſignatiouem mandauit inquiri, conuictúmque beneficio priuari, & illud impetranti conferri? Doctores nihilominus dicunt valere reſignationem, & prouiſionem ex capite reſignationis: ſi tamen reſignans ignotet illud reſcriptum, & ſit in bona fide: vt Anton. Butr. conſil. 43. & alij ſupra numet. 370. Verùm apud nos huiuſmodi teſcriptis locus non eſt. Aut enim Papa delegatis comouittit. & eſt duplex ootorius abuſus. Primus contra decretum *de cauſis*: Secundus contra decretum *de reſc. nationibus ſublatis*: quia quicquid diſtinguat Aufreri. ad quæſt. Tbeolo. 400, 36 io fine. quem ſequitur Stephan. Bertrand. conſi. 2. colum. vlti. num. 1. lib. 3. Siue Papa beneficium reſeruet generaliter, ſiue ſpecialiter, ſiue beneficium vacaturum in genere vel in ſpecie mandet conferri certæ perſonæ expreſſæ, vel noo expreſſæ: ſemper eſt gratia expectatiua, vel ſimplex reſeruatio ptohibita, & abolita, per coocilia, & concordata niſi in caſibus & forma mandati ibidem excepti: Aut verò Papa Ordinario reſcripſit: & tunc licet primus abuſus ceſſet (dummodò Ordinarius ex poteſtate ordinaria, tanquam excitata, non autem vt delegatus, nec authoritate Papæ vel Legati procedat) tamen remanet ſecundus. qui tamen non vitiabit proceſ-

fium authoritate ordinaria excitata factum: ſed cuiuſcuhque meerfuerit appellare poterit; tanquam ab abuſu, ab execution bullæ, circa clauſulam reſeruationis, vel gratiæ expectatiuæ, necnon cenſuratum, quæ ſint.

382 ¶ Redeundo ad limitatiooem quintam. ſuprà 351. Iam ſatis ſúperque dictum eſt de vacaoone, per mortem ciuilem imminente: quæ præuideri poteſt, videlicet per ſententiam hominis. Sed quid de imminente, & præuiſa per ſententiam Canonis: puta per *c. licet. canon de election.* in 6. ſæpe enim vſuenit, vt cùm non ſuperſint viginti dies anni, pacificæ poſſeſſioois, curæ parochialis t defie etiam facultat initiandi ſe ordinibus: & ſic oon mòdò ſuſpicio; ſed certitudo adeſt, vacaturum beneficium certa, puta viceſima, vel alia citeriore die: hàncque vacaoonem nullo modo pendere ab arbitrio reſignantis, vel alterius. & ſic multo fortius videtur hîc adeſſe viua ratio huius regul. 8. quam ſub dubia corporis infirmitate, & ſuprà numero 8. oum. 325. 366 & ceſſat periculum ſubrapționis, de quo ſuprà numero 362. quia iſte, etiam vltima die reſignare poteſt, non ſolùm coram Ordinario, ſed etiam coram Papa: noo ſolùm ſimpliciter, ſed etiam cauſa permutationis, vel iù fauorem, nec eſt obreptio, (ſaluis not. infrà num. 384.) ſi tacuerit quòd poſtridie, vel etiamnum eadem die, vacaturum erat per non promotionem: quia interim, & eò vſque, liberas ædes habet à pœn. *d. c canon.* nec hæc pœna, licet impendens, in conſideratione eſt (vtpoto odioſa) donec conſummata & commiſſa ſit, text. in *c. commiſſa. de election.* in 6. cuius textus authoritate, reſignaos, permutans, & reſignatarius (ceſſante alia colluſiooe, vel fraude) decipi non debent. element. t. *de rer. permutat. l. t. C. de iis. qui veni. ætat. impetrat.* vt tenent, exemplificant Oldrad. quæſt. 202. & Ioan. Andr. qui eum non citatum (more ſuo) compilat, & transcribit in additio. Spec. *de rerum permutat.* in rubr. colum. 2. licèt hanc ooſtram rationem, quæ punctualis eſt, non tangant.

383 ¶ Breuiter etiam per hanc rationem, quam retorqueo, dico nec in hac quidem ſpecie ciuilis obitus, locum eſſe huic regulæ 18. Raoo, quia tantùm loquitur de vacatione per mortem corporalem: quæ licet reſpectu ſententiæ diuinæ, de qua geneſis c. 3. verè pœnalis ſit: vt etiam beatus Paulus diſertè teſtatur, Roma. cap. 5. d. tamen inter homines, mutuòque eorum reſpectu, noo eſt pœnalis, ſed naturalis, vnde licet hæc regula fauorabilis ſit, tamen non debet extendi ad mortem ciuilem ſiue per ſententiam hominis, ſiue per ſententiam canoois, quia hæc priuatio non eſt naturalis, ſed pœnalis. pœna autem non debet extendi, ſed reſtringi, text. in *d. c. commiſſa.* & ſic non eſt eadem ratoo in hac nocte ciuili, quæ eſt in naturali. Idem igitur, ſi quis priuetur per conditionem, vel clauſulam reſolutoriam, in collatione vel diſpenſatione Papæ vel Legati ad poſitam: vt ſæculari collatum, vel commendatum ſit tegulare beneficium: ita vt infrà annum, vel biennium, cucullatus monaſticam profiteatur: poterit enim, etiam vltima die termini, liberè reſignare, abſque metu huius regulæ: vt pœna intra metas ſuas maneat, nec excedatur. Tum ſatis punitur, vel in eo, quòd ſaltem infrà id temporis reſignate cogitur. & ſic hæc limitatio 5. ſuprà num. 351. generaliter procedit: & hæc reg. 18. ad veram corporalem mortem, de qua loqnitur reſtringenda eſt indiſtinctè.

Mors in pœnalis.

384 ¶ Aduerte, hoc verum eſt quantum ad hanc regulam, quia his caſibus locum non habet, ſed alia ratione poteſt collatio impugnari ſi facta ſit per Papàm vel Legatum. Quantumuis enim oondum in ptaxi animadueterint, ſed de facto vrantur: vt ſuprà dixi num. 382. hoc eſt, non quia indiſtinctè iuridicum ſit, & obſeruandum, ſed qua obiectum non fuit, ſed diſſimulatum: multa enim per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in iudicium exigente iuſtitia non debeant tolerari, vt inquit pulcher text. in *c. cum tam dudum.* in fin. *extra de prabend.* nihil ergo impedit ſub incendem *diuinorum* noſtræ hoc renouare, vt detecta veritas in iudicium tectum deducta deinceps vincat. Illa enim patientia vel tolerantia nec diſpenſationem, nec ius, nec conſuetudinem (niſi hominis & non iuris) induçit, vt tenet. gloſ. vlti. & docto. in *d. c. cum tam dudum.* & in *c. cum accederent.* vbi ad Philip. Doc. colum. 9. tetigi. *de conſtitu.* Si quis ergo vltima die anni quo ſua culpa vacaturum eſt beneficium, permutet illud vel abdicet coram Ordinario, tunc id eius conſcientiæ qui tenetur inquirere, vt ſupra num. 39. 56. & iuri commum relinquo; Sed ſi apud Papam vel Legatum reſignet cauſa permutationis, vel in fauorem, quamuis hactenus vulgo non putarant ſubrepoonem, vt nuper dixi, tamen in veritate ſubreptio eſt, ex quo tacet ſe facere in fraudem canonum, veque relinquendo beneficium quod amplius tenere noo poteſt, non relinquat eum effectu, vt iura volunt, ſed det amico vel colluſori, vel vt anniuerſaria ſubrogatione alterius beneficij fraudem perpetuò faciat canoni: ſi enim hoc expreſſiſſet, non tam facilè obtinuiſſet, aut ſaltem non tam de facili obtinere debuiſſet: vt ſuprà num. 368. igitur ſubreptio. Et ita te in iudicium deducta fuit deciſum in Rota in antiq. deciſ. 355. incipiente nota quod noo promotus, quæ ſexto loco habetur ſub titu. *de rer. permutat.*

385 ¶ Circa prædicta occurrit quæſtio in qua conſului & obtinui. Quidam monachus Laurentius impetrauit à Papa beneficium Titij oon expreſſo eius nomine, nec genere vocationis, ſed tanquam certo modo vacaos. Deinde poſt duos menſes Tious migrauit Heluenam, poſtea die 17. Nouembris officialis Ordinarij cœpit inquirere contra Titium contra quem poùs citatum nec comparenteen, & 19. eiuſdem menſis ſeró poſt veſperam tubis ſententiam qua declarauit enm in hæreſim lapſum, Laorentius iterum impetrat Romæ die 28. eiuſdem menſis & anni, & litigat contra Franeiſcum prouiſum ab Ordinario die 27. eiuſdem menſis, videbatur Laurentius potior: tum quia prouiſus à Papa: tum quianterum poſt ſententiam declaratoriam impetrauit: tum quia in vtroque titulo prior eſt in data: tum quia tenent omnes gloſ. & doctores pro regula quòd vbicunque quis ipſo ture priuatus eſt beneficio, ſtatim poteſt tanquam de iure vacans impetrati & conferri non expectata ſententia vel declaratione, quamuis non poſſit poſſeſſio apprehendi niſi parte vocata & cauſa cognita vel poſt ſententiam, vt teoet gloſſ. penult. in fio. Io. And. & alij in *c. licet Epiſcopus.* per illum tex. *de præb.* in 6. & in *c commiſſa de electi* in 6. Lapos de Caſtello allegat. c. 1. Anaſtaſius allega. 112. ſæpe Oldra, quæſt. 226. Marian. Soci. in tract. *cessato.* artic. 5. num. 11. Franc. Cur. iunior. l. vlt. num. 216. *C. de paſt.* Sed licet aliàs nullum crimen priuet ipſo iure, ſuprà num. 374. Tamen fallit aſſaſſinatu *c. 1 de homicid.* in 6.

386 ¶ Fallit etiam in hæreſi vt tenent omnes caoniſtæ per *c. cùm ſecundùm de hæretic.* in 6. quia etiam ſecundùm eos Papa lapſus in hæreſim ipſo iure priuatus eſt papatu. & eſt tex. cum gloſ. 10 *c. ſi Papa* 40. diſt. & in c. 1. 24. quæſt. 1. idem Thomas Aquinas & Richard. de ſancto Victore in 4. ſenten. diſtinct. 18. Grabiel Biel in canone, lectio. 73. hinc etiam vulgo dicunt multos eſſe omni iure, dignitate & poteſtate priuatos. Valnit ergo priot impetratio Laurentij. Et ſi dicatur hoc caſu opus fuiſſe ſententia declaratoria. Solutio in promptu eſt quòd iterum poſt eam ſententiam facta eſt collatio Laurentio priuſquam Franciſco.

387 ¶ Quibus non obſtantibus reſpondi Lau-

rentium nullum ius habere: quin etiam pro hac vice penitus incapacem esse, eo ipso quòd beneficium viuentis, nondum condemnati nec depositi & fortè nondum accusati impetrauit, & sic incapax eiusdem beneficij. textu in *c.1. extra de concessione de prabend.* Nec obstat quod nomen personæ viuentis non expressit, quia clausula illa, certè modo vacans peculiatis est eorum qui inuolare cupiunt beneficia viuentium aut aliud aucupari, & sic non excusat à pœna dicto c.1 sed tanquam clausula validè exquisita magis aggrauat, & in forcioribus terminis quod etiam probabilis ignorantia non excuset à pœna *d. c.1. vult abbas* in *d. c.1.* dum dicit, maximè scienter, & sic idem vult de ignorante, & ita expressè decidit Philip. Dec. in l. vlt. nu.17. *C. de pact.* vbi refert ita se præsente indicatum fuisse in Parlamento Delphinali Gratianopoli residenti, vbi etiam ita consuluit, vt patet in suo consil. 398. Ita etiam expressim tenet Do. Gomes. in reg.20 *de impetran. benefic. viuent.* quæst.3.ad fi.& dixi infrà in reg. *de publican.* Sed nulla disputatione aut allegatione in præsentiarum opus est. Quia certum est quòd is Laurentius nullam causam habuit præcurrendi(præsertim ante octo vel duos menses)nisi cupiditatem inuolandi in beneficium viuentis, quam cupiditatem sciebat à iure non solùm prohibitam, sed etiam detestatam & execratam in e. *detestande. de concession. præben.* in 6. & sic non solùm nullum ius acquisiuit, vtpote iure prohibente & abrogante talem impetrationem: sed etiam inhabilitatem incurrit. Itaque iam liquet primò de vna prohibitione iuris. Secundò de incapacitate.

388 ¶ Tertiò constat de alia prohibitione iuris, quia etiam in casibus in quibus quis ipso iure bonis vel beneficiis propter delictum priuatur. Tamen prohibitum est ad aliquam executionem vel occupationem procedere, antequam causa cognita lata sit sententia, saltem declaratoria à iudice competenti tex. in coll. *cùm secundùm.* vbi omnes Canonistæ *de hæretic.* in 6. & quantumuis lex pœnalis ipso iure priuans habeat verba prægnantia secundùm Ioan. Andre. Domi. de sancto Geminia. Philip. Franc. & alios in d. c.1. *de homicid* in 6. idem quando quis priuatur ex causa infamante. Ad hoc doctrina Bart. ab omnibus approbata in *l. eius qui delatorem. C. de iure fisci* Bald. Alex. in *l. si quis maior.* col. penul. *C. de transact.* Alex. consi. 103. colum. vlti. nu.17. consi.124.lib.1. Guido. Papæ super statuto *si quis per literas* in verbo *multi habitur.* pag.68. colum.3. Philip. Dec. in athen. *cassa.* numer.14. *C. de sacrosanct. eccles.* & in *l. in fastum. §. in pœnalibus. de reg. iur.*

389 ¶ Non obstant allegata suprà num. 385. quia procedunt in priuatione quæ non fit ex delicto vel ex causa infamante, sed vel per non promotionem, *c. licet canon. e. commissa. de electio* in 6. vel ad emptionem alterius incompatibilis *c licet Episcopus. de prabend.* in 6. *extrauagan. execrabilis.* vel per contractum legitimi matrimonij. c.1. & ibi glos. & omnes cano. *de clerici coniugat.* quia non potest vtrumque tenere. Secus si matrimonium non teneat: quia tunc cùm possit vxorem dimittere, nondum vacat beneficium, nisi alias propter qualitatem facti causa cognita priuetur, vt tenet glos. vlti. in d. c.1. quæ vera est, vt dixi in anno. ad Philip. Dec. consil. 166. & sic impetrans beneficium ipso iure vacans ex causa non cadente in delictum vel non infamante etiam viuente & possidente eo qui priuatus est, etiam ante aliquam declarationem non peccat, & sic valet collatio vt in dictis exemplis: & hæc noua nostra ratio melior est ea quam tradit Dominic. de sancto Geminiano. consi. 86. in fi. vbi dicit quod dictum *c licet Episcopus de prabend.* in 6. & *c. de multa extra de prabend.* & similia loquuntur quando color possidendi est cassatus ex dispositione iuris communis quæ est sophistica & scolastica imaginatio. Imò nullibi magis cassatur quam in c.1. *de homicid.* in 6. & tamen ibi requiritur præcedere sententiam declaratoriam secundum eundem Geminia. & omnes ibi. Quando verò non agitur de priuatione ipso iure per delictum, sed de nullitate collationis propter delictum vel irregularitatem collatarij, nulla requiritur declaratio, quia non vacat ex delicto nec ex persona delinquentis, sed ex veteri vacatione: facinnt no. suprà num. 206. & infrà in regu. *de publican.* nom. 20. cum seq. Limito prædicta si delinquens moriatur, aut de facto resignet: quia tunc potest ex omni causa impetrari.

390 ¶ Facit quòd quamuis Duces, Barones, Castellani, Episcopi, Abbates & simules locorum domini possint ad iuuum renocare officiales suos, vel vt in clemen. 1. *de supplen. negg. prælo.* priores manuales, verum est si simpliciter reuocent: secus si ex causa infamante, quia tunc potest appellari, huiusmodi enim priuatio fieri non potest nisi ex causa vera & probata, vt rectè obseruamus, & nuper per Arestum nostri Senatus latum contra Ducem Niuernensem curia in cœnobio Augustinensium sedente die Iouis 12. Ianuarij anno M. D. LVIII. more Gallico. Facit etiam quòd inta volunt p.ds accusandos esse & conuincendos homicidas ipsos, quàm hæreditas ab hærede indigno auferatur. *l.1. C. vbi cau. fisci. Ioan cognitione de senatuscon. Silan. & Claud.* Arestum.

391 ¶ Minus obstat quòd Laurentius etiam post dictam sententiam declaratoriam irrerum per Papam prouisus fuit specialiter tanquam de vacanti per hæresim vel alias: quia hic titulus deterior est priore: duplici enim imò triplici morbo laborat. Primò incapacitatis Laurentij qui ante sententiam, imò ante accusationem & forte ante prætensum crimen beneficium viuentis iam impetrauerat, & sic saltem pro hac vice huius beneficij factus est incapax *d. c qui in viuerum. extra de concess. prabend.* de qua inhabilitate nullo modo dispensatus fuit nec honestè pro hac vice dispensari poterat. Secundò obreptionis, quia tacuit, priorem illicitè, ambitiosè & subdolè anticipatam impetrationem ante vacationem, saltem ante eius declarationem quo expresso non obtinuisset, saltem non tam de facili obtinere debuisset, ergo vt suprà.

392 ¶ Tertiò præuenit tempus verisimilis notitiæ quia inter datam sententiæ serò prolatam & datam bullæ ooo sunt nisi tres dies, & computando diem bullæ, non sunt nisi quatuor dies, & sic autante sententiam currere cepit & consequenter ad beneficium viuentis, aut tempus verisimilis notitiæ mala arte anticipauit, & sic hæc secunda prouisio funditus nulla. Porrò ad tempus verisimilis notitiæ non sufficit beneficium mero iure vacare vt tempus procedat: sed necesse est liberè vacare, nulla inris prohibitione executionem ptohibente vel remorante: vt infrà super regu. *de verisimi. notitia.* latè probati. num 61.62.

393 ¶ Confirmantur prædicta, quia quòd ipso iure quis priuetur beneficio propter crimen hæresis speciale est, & oouo iure Bonif. VIII. introductum in *c. cùm secundum, de hæret.* in 6. quod adhuc non loquitur expressè de beneficiis ecclesiasticis quæ non sunt in bonis, sed de bonis & patrimonio duntaxat, & sic non potest habere vim legis nisi in locis vbi Papa dominus est temporalis, aliàs in contrarium est ius commune, quòd etiam in crimine læsæ maiestatis non fit priuatio, nec confiscatio ipso iure sed tantùm interdicta est administratio. l. vlti. *C. ad l. Iul. maiesta.* Bald. in *l. quisquis.* C. eod. titu. Bart. in *l. imperator. de iure fisci.* & in authen. *de incest. & inuitl. nupt.* in princip. & in *l. debet d. his quæ in fraud.* cred. Ægid. Bellameramus decis. DCXC. & decis. DCCXXV. vbi tiominatim reprobat in hoc gloss. in *d. c. cum secundò.* in verbo *ipso*

iure. Cum ergo illud *c. cum ſecundum* contineat nouũ ius & ſpecialiſſimum caſum pœnalem, non debet extendi tum ratione pœnæ, tum ratione ſpecialitatis, c. *odia. de reg. iur.* in 6. *c. in pœnis*. eod. tit. *l. ius ſingulare de legib. l.* 2. *ad municipal.* & ſic ſatis eſt quod habeat effectum demum poſt ſententiam à iudice competente latã, de qua in eodem textu, & non priùs. Satis eſt enim quòd iura noua & pœnalia aliquid de nouo operentur. In teſiduo verò reſtringi debent vt regulæ iuris communis minus corrigantur. *l* 4. §. *toties*. vbi Pau. & vterque Imola *de dam. infect.* in l. vlti. § *ſi in computatione. C. de iure deliberan.* Salycet. & alij. in l. 2. *C. de nou. al. actio.* & præſertim ne locus aperiatur delatoribus & vetitæ ambitioni, & ne commodum inde reportet contra legem 1. & 2. *C. de petit. honor. ſublat.* lib. 10.

394 ¶ Hinc prohibitum eſt impetrare confiſcationem etiam in caſibus vbi fit ipſo iure, niſi poſt ſententiam declaratoriam, vt anno M.D. XXXVIII. areſto lato in ſuprema Pariſiorum ſenatu 16. Ianuarij, contra Ioannem Charraſſon iudicatum fuit eo repulſo à donatione impetrata à Rege ſucceſſionis peregrini Thomæ Coqueborne, quamuis impetraſſet à Rege poſt obitum dicti Thomæ, ſed antequam ea ſucceſſio declarata fuiſſet ad Regem pertinere: atque iſta bona adiudicata fiſco Regio, etiamſi non de delicto, ſed de re merè ciuili ageretur. Quanto magis vbi agitur de delicto alterius, quia publicè expedit primò delatores non irritari, ſed coërceri. *l omnes.* in fin. ibi contra delatores ſeueritatem iudicum implorare fetro diſtrictam. *de delator.* lib. 10. C. & in C. Theodoſiano. lib. 10. titu. 5. comprimatur (inquit) vinum maximum humanæ vitæ malum, delatorum execranda pernicies. Secundò, quia reipub. expedit priuatos accuſatores de conuictione criminis publica vindicta tecto iuris ordine, & non de præda ſolliticos eſſe *d. l. omnes.*

Delatores coërcendi.

395 ¶ Rurſus prædicta confirmantur quia in præſenti ſpecie Titius non fuit condemnatus de crimino hæreſis in præſentia auditus, ſed tantùm per meram contumaciam: quo caſu non procedit diſpoſitio *d. c. cum ſecundum* in quantum ex eo infertur beneficium vacare ipſo iure, quia intellgitur de audito & conuicto, non autem de eo qui abſens & inauditus per ſuſpicionem vel cõtumaciam condemnatur. Tunc enim non cenſetur ipſo iure vacare beneficium, ſed demum per ſententiam ſiue ex die ſententiæ ita in propriis terminis hæretici, decidit Andr. Iſernia. *de ſtatutis contra libert. eccleſiæ poſt vſus feudo*. colum. 2. in verb. *poſt annum*. Tertiò confirmo quia vbi ſententia facit ius & pro veritate habetur contra alios, intelligitur de ſententia lata contra auditum & conuictum: non autem contra contumacem. Barto. in *d. Lecius qui delatorem. de iure fiſci.* & in *l. ſi ideo. de euict.* Anto. Butri. conſil. 5. Lancelot. deci. *l. ſi ſeruus plurium* §. 1. notab. 1. *de lege.* 1. Panor. conſi. 66. li. 2. Alex. conſi. 84. lib. 3. vbi in annota. dixi Fely. *c. cauſamque* colum. 2. & ibi Philip. Deci. in fi. vbi tetigi. *de teſtib.*

396 ¶ Præterea quod dictum eſt, ſuprà num. 386. non eſt intelligendum de hæreſi occulta, ſed manifeſta, quia quidquid dicant gloſ. Canoniſtarum. 24. q. 1. *in ſumma*. in cl. 1. §. penul. *de hæreti.*

In fi. nu.

397 ¶ Eccleſia non iudicat nec ligat occulta, quæ ſolius Dei iudicio relinquuntur, nec actus interiores ſunt de foro hominum, vt rectè tenent omnes Theologi in 4. ſententia. vbi Richard. de ſancto Victore. Iacobus Almain & alij diſtinctio. 27. Gabriel Biel in canone lecto. 62. & è noſtris Bald. l. vlt. in fi. *C. de hæred. inſtit.* Et ita etiam in hæretico tenent Hoſtien. in *c. cum multas res. de ſenten. excommu.* Petr. Paluda. in 4. ſententia. Angel. Clauſ. in ſumma verb. *hæreticus.* nnm. 2. hæreſis enim dicitur ab electione non priuata & mentali, ſed tranſeunte pertinaciter in dogma vel ſectam fidei orthodoxæ contrariam, vt docent ſancti Doctores Hieronymus ſuper epiſtola ad Galatas, & Aug. in libr. *de vtilitate audiendi.* & habetur in *c. hæreſii. cum duo.* c. ſeq. 24. quæſt. 3. & per hæc ita obtinui pro dicto Franciſco à ſancto Gelaſio ſtudioſorum amantiſſimo, cui beneficium adiudicatum fuit areſto magni conſilij Regis menſe Iulio anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſeptimo.

397 ¶ Addo aliam hypotheſim quam nuper vidi in facto: Præhendæ Tholoſanæ alternatim per Archiepiſcopum & capitulum conferuntur. Præbendam menſe nominatorum vacantem mandatarius impetrat ſuper Archiepiſcopo, nominatus verò, ſuper capitulo, quæſtione turni, hoc eſt ordinis (quæ facti magis eſt) omiſſa: nominato ohiicitur homicidium de quo fuit accuſatus, & diploma Regium indulgentiæ ſeu remiſſionis crimonis impetrauit, & Regio criminalium cauſarum iudici præſentauit iudicialiter, & à Papa rehabilitationem diſpenſatoriam obtinuit ſub ſimplici ſignamra quæ nondum eſt verificata nec homologata, deinde vacanit præbenda qua de agitur. Breuiter reſpondi hunc nominarum penitus excludendum, etiam ceſſante mandatario, quia non agitur de beneficio quæſito, ſed quærendo, ſed tempore vacationis erat ipſo iure inhabilis, imò etiam infamis per confeſſionem illam & præſentationem iudicialiter factam. l. vlti. *C. de generali abolicion.* & ſic literas nominationis ſuæ iouales effectas conſtat. Fortiùs latè tenuit Ioan. Igneus in *l. neceſſarios.* §. *non alias ad Syllania.* quod omne homicidium doloſum faciar ipſo iure vacare beneficium: ſed ea opinio Saturnina eſt: ſed homicidium & quæuis irregulatitas extinguit mandata nominationes, & quaſuis expectatiuas, & ius ad rem, non autem ius realiter quæſitum. Cutandum enim facilius reuocatur *c. ſi is cui de præben.* in 6. etiam ſine culpa, & ſic multo facilius ex culpa.

398 ¶ Nominatus tamen non catebar doctis patronis qui mihi obiiciebant gratiam Papæ ſolo verbo factam, & eam reſtitutionem retrotrahi etiam ad mandata, & literas ad beneficia *c. quamuis de reſcript.* in 6. & ſic reconualuit nominato, & ei tanquam antiquiori debetur beneficium, præſertim cùm vacauerit poſt dictam gratiam Papæ, & poſt vacationem & collationem ſequi poſſe verificationem dictæ ſignaturæ narratorum probationem & homologationem. Quibus reſpondi non eſſe in poteſtate Papæ dare huiuſmodi rehabilitanones ad effectum retroactiuum, quia eſt in effectu dare nouas expectatiuas. Præterea etiam ſi Papa poſſet ad hunc effectum (ſcilicet rehabilitationis nominationum præteritarum) reſtituere, quod falſum eſt: Tum illa rehabilitatio conſiſtit in cauſæ cognitione in partibus via ordinaria, aliàs poſſet appellari tanquam ab abuſu: igitur quæ vacant ante ſententiam rehabilitatiohis, vacant ante reſtitutionem: & ſi dicatur quòd trahitur ad datam illius impetratæ, ſaltem interim nec fiduciariam quidem poſſeſſionem (quam recredenriam vocant) obtinere poterit. Et conſequenter in magno Regis conſilio (vbi per euocationem Archiepiſcopi Cardinalis collatoris cauſa pendet) non poteſt plenum poſſeſſorium per ſententiam Senechalli Tholoſani alij adiudicatum, conuerti in recredentiam ad commodum eius cuius habilitas pendet.

399 ¶ Et dictum *c. quamuis*. facit pro mea ſententia, quia reſtitutus poſterior eſt, & poſtponitur ei qui interim mandarum impetrauit: ſaltem non poterat reſtitui in præiudicium ſequentium nominatorum, qui facti ſunt primi & antiquiores, quod ius non poteſt eis auferri per hanc reſtitutionem: & quemadmodum Papa noo poteſt in mandatis vti clauſula, *Anteferri*, vel retroactiua, ita nec in præiudicium poſterioris nominati, qui ſemel factus eſt antiquior.

Non obſtat l. 2. in princ. veſticul. *reſtitutus. de decurio.* quia debet intelligi de reſtitutione per viam iuſtitiæ, non autem de reſtitutione per viam gratiæ, quæ nunquam trahitur retrò vt tradunt omnes doctor. in *l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. de liber. & poſthum.* & dixi in annotat. ad Alexand. conſil. 101. li. 2. & ad Philipp. Dec. in c. vlt. *de conſtitutio.* & conſil. 515. num. 7. & quod non trahatur retrò in præiudicium eius qui cœpit expectare, text. in dicto cap. *quamuis.* Redeundo ad regulam noſtram.

Limita vi in conſiſtorialibus.

400 ¶ Limito 6. in beneficiis conſiſtorialibus, quę limitatio inanis eſt apud nos Gallos, nec eam tango niſi ad pleniorem declarationem, ne quis forſan in his hæreat. Et dom. Gomeſ. hîc qu 14. tenet hanc regulam in his locum noo habere, & bene. Hoc enim indubitatum eſt, ſtante forma, & natura conſiſtorialium, quam Gomeſ. deſcribit: videlicet quod nullis expectaoubus debentur, & Ordinarij, & inferiores prouidere non poſſunt, ſed ſolus Papa: imò oec Papa quidem ſolus, ſed ſimul cum Cardinalibus collegialiter congregatis, habita examinatione conſiſtoriali, & imbi viuæ vocis oraculo Papæ. Lapus allegat. 84. col. penultima. Cùm ergo hæc regula nou ſit facta ad commodum Papæ, ſed Ordinariorum tantùm, vt ſuprà nu. 36. cum ſeq. quorum noo intereſt, ceſſat hæc regula, tum qua tarione non habet locum in collatione Ordinarij: vt ſuprà nu. 30. cum ſequent. eadem, imò fortiore, non habet locum in Papa, in his in quibus ſolus ordinarius eſt, nec ad alium ſpectat. Minus enim licere debet Papæ negotiari, & illudere in prouiſionibus ſuis, quam inferioribus & tantò minùs, quantò ſeriosius, & cum maiore ſolennitate conſiliósque (vtpote conſiſtoriali) diſponit: argum. c. vlti. *de regon. domib.*

401 ¶ Verùm hæc, à tempore concilij Baſilienſis ſemper fuerunt, & ſunt inperuacua apud nos. ſoli enim fetè epiſcopatus, & abbatiæ nnmerantur in conſiſtorialibus: ſed hæc ante concordata etant electiua, adeò vt nec in curia quidem vacarent, ſiue per deceſſum, ſiue per ceſſum & in fanot ē: quicquid Petr. Lyſetus etiam fiſci patronatu fungens contenderet: ſed electio ſemper ſpectabat ad ſolos Ordinarios electores, etiam priuatiuè ad Papam, & omnes alios, iuxta formam *c. quia propter de electio.* cum paucis formulis adiectis per concilium Baſilienſe, vt in ptagmatica, titul. *de electio.* & ſic nec erant conſiſtorialia, nec adaptari poterat hæc regula, cùm ſemper (etiam ſi per reſignationem, etiam ſi in curia vacarent) prouidendum eſſet iure ordinario electionis: hodie verò, propter eligentium & alios abuſns, ſublatis per concordata tum electionihus, tum poſtulationibus, nominatio ſoli Regi data eſt: non ſolùm ad epiſcopatus, & archiepiſcopatus, tam Regni quàm Delphinatus, & comitatus Dienſis & Valentinenſis: ſed etiam ad monaſteria, & prioratus conuentuales, vetè electinos duntaxat: videlicet in quibus forma cap. *quia propter.* ſeruanda eſſet.

402 ¶ Vnum tamen notanter exceptum fuit. Quamuis enim non valeat: ſaltem fruſtratorium ſit priuilegium, de eo quod iure communi cōceditur. leg. *vnica. C. de theſaur* lib. 10. *C. in his extra de priuil.* maximè quando non conceditur à iure communi per modum beneficij, ſed ſtatuitur & præcipitur ita fieri, qualia ſunt iura electionum, vt eſt text. in cap. 1. *de electio* 7. qu. 1. & qu. 3. per totum. ita vt abrogato iure communi, ſaltem per viam legis, vel ſtatuti, cenſeatur abrogatum tale priuilegium, vt decidit Bart. Paul. in l. 1. per illum text. ad l. Falcid. gloſ. in c. t. in verb. *facti.* & ibi Pet. Anchar. Gemiuia. Philip. Franc. *de reſcrip.* in 6. Anchar. in Reperit. cap. 1. in 5. quæſt princ. *de conſt. s.* & ibi Felinus in fi. Ioan. Andr. in addit. Specul. *de teſtamen. in rubro* .in princip laſſlege tertia. colum. t. *de l. gat.* 1. *l. ſi ita ſtipulatio. de verb. obl. g.* Tamen (quaſi

Priuilegia illegitimè excepta.

A concordatum illud non eſſet per viam iuris communis, vel ſtatuti: ſed per viam contra ctus odioſi, & ſtricti iuris) excepta ſunt capitula, cc nuentúſque, priuilegium eligendi habentes à Papæ.

403 ¶ Hinc, initio quidem publicati concordati, proſunt quibuſdam olim a Papa (quod iure communi conceditur, imò iubetur) tedemiſſe: ſed non diu, quia procuratot generalis Regis, in magno eius conſilio (quò ab omnibus patlamentis regni, huiuſmodi cauſæ euocatæ ſunt) appellabat, tanquam ab abuſu, indifferenter ab omni electione: & ſæpius prætendentes huiuſmodi priuilegium, poſt longam & ſumptuoſam vexationem, ſeqnendo conſilium illud ambulatorium, & comitatum aulicum, ſuccumbebant: vtpote omni iure, poſſeſſione, vel quaſi, & B omni ſpecie probationis adempris: niſi per bullas Papæ, quas onginales eſſe oportebat vel alias authenticas ſcripturas, quæ quandoque non poterant infrà terminum produci, & productæ, tarò de neceſſitate concludere inueniebantur: quòd ſi forte inueniebantur, nec ſumptus, nec damna, vtpote contra Regem, vel eius ptocutatorem (quem nominari à Rege ſolebant in cauſam ad hunc finem obtrudere) recuperabantur.

404 ¶ Vnde ad huiuſmodi damna litéſque vitandas, Papa Regi Franciſco indulſit, vt non obſtantibus dictis priuilegiis, liberè nominaret. Sed dicto Rege mortuo, quia indultum illud tanquam perſonale finitum erat, vt ſuprà num. 314. quædam capitula, & conuentus, vacatione tunc occurrente, ad electionem (iuxta formam *d. c quia propter.* non omiſſis, ad maiorem cautelam, his quæ Baſil. concilium addiderat) ptoceſſerunt. Quod ne ſerperet, Hent. Rex, renouationem dicti indulti à Paulo III. Papa, & rurſus eo mortuo à Iulio III. Papa ſucceſtore immediato ſub annulo piſcatoris, vſque ad annum obtinuit. Cùm autem, poſt nouum indultum (licèt non publicatum) monachi ſancti Saturnini quendam ſuæ ſodalitatis in abbatem elegiſſent: Regius in magno conſilio procutator, tanquam ab abuſu appellauit: & non obſtante eorum priuilegio, per arreſtum magni conſilij, in publicis cauſatum diſceptationibus mox à peroratione latum, per ampliſſimum virum Do. Ioan. Iacob. Meſmeum, libellorum ſupplicum in regia magiſtrum ibi, pro veteri more præſidentem, pronuntiatum fuit male & abuſiuè factum, & electum fuiſſe, omniáque caſſata, & ad irritum reducta, Pariſiis, vicceſima ſexta Auguſti, anno ſeſquunilleſimo quadrageſimo nono: me ob quandam aliam cauſam, quam ibi oraturus etam præſente & audiente, quod tam malè a quodam etiam poſt editam primam horum edinonem tecitatum eſſe mirum eſt. Verùm paulò poſt mortem Pauli III. Papæ, quidam monachi in Neuſtria, dicto priuilegio muniti, vacatione ſui cœnobij (Papali ſede vacante) occurrente, tanquam illo indulto finito, ad electionem ſolenniſſimam vnius ex ſodalibus ſuis, more ante concordata ſolito, de facto proceſſerunt: ſed electus perſonaliter citatus fuit, nec plus dicam.

Abrogata.

Arreſtum magni conſilij.

405 ¶ Cùm igitur ſit Regis nominario, huiuſmodi beneficia, & dignitates non magis ſunt conſiſtoriales, quàm eſſent tempore dictæ ptagmaticæ ſanctionis, quia neceſſe eſt ei, quem Rex infrà ſex, vel nouem menſes nominauerit, conferre: nec tequiritur aliquid conſiſtorialiter fieri, niſi quando Papa nominatum à Rege vult ex cauſa tecuſare, quia ſine cauſa inſta oon poteſt Papa, etiam cum aſſenſu omnium Cardinalium recuſare. Solus autem Papa (ex cauſa quantumnis iuſta) non poteſt reſeruare, niſi conſiſtorialiter: & ſic de conſilio & conſenſu Cardinalium, collegialiter congregatorum, & adhuc hoc facto, Rex noo priuatur iure oominationis, nec pro ea quidem vice, quantumuis indignum vel ſcienter nominanetit: ſed rurſus potent infra tres alios menſes (à die

recuſationis, ſollicitatori nominanonem recuſatam A proſequenti, nonficatæ, computandos) alium nominare.

Rot. Rerum in Cur. Sacra.

406 ¶ Cùm autem Papa, per idem concordatum, ſub breui interiectitia clauſula tantùm reſeruauerit ſibi liberam præuentionem huiuſmodi dignitatum, per obitum apud ſedem ſuam vacantium, quod ſunt nouum inuentum, quia iure communi huiuſmodi dignitates non vacant in curia, vt per gloſ. prim. & doct. in c. 2. *de præb.* in 6. Sequitur quòd alio quouis modo etiam per reſignationem, non per procuratorem, ſed perſonaliter in curia Romana factam vacent, nominatio ſpectat ad Regem, & verum eſt indiſtinctè: quia tantùm vnus caſus (videlicet obitus naturalis, non autem ciuilis apud ſedem cootingentis) excipitur (quæ exceptio non habet locum ſede Papali B vacante,) quia tunc ſi quis Epiſcopus vel Abbas Franciæ, moriatur in conclaui vel in curia ſedis vacantis, non tamen vacat apud ſedem, quæ non eſt. Verba enim *apud ſedem*, propriè & in potentiori ſignificato intelligenda ſunt, ſcilicet de ſede plena, non autem de vacua.

407 ¶ Quamois anno ſeſquimilleſimo viceſimo ſecundo, & ſeptem ſequentibus annis, ſæpius audierim famoſum illom regium aduocatum (nempe Petrum Liſeum) in hoc ſenatu Pariſienſi declamantem tion eſſe nominationem Regis, quando Epiſcopus vel abbas in fauorem certæ perſonæ, retenta penſione, vel aliàs, in manu Papæ reſignat: quaſi tunc conditionalis ſit reſignatio, & ſuperuacua ſit nominatio, eum non poſſit alius nominari, & malè, quia reſigna- C tio in fauorem odioſior, & exorbitantior eſt, vt ſuprà nu. 101. Vnde non deber plus licere taliter, quam ſimpliciter reſignanti. Et ſcio quòd aduocatus ille hoc dicebat, in gratiam cuiuſdam Epiſcopi, cuius clientulus erat, & ius regis in hoc prodebat. Tum, cum Rex ſubrogatus ſit in locum, & ius eligentium, ſine quorum conſenſu non poteſt etiam permutatio fieri, quæ alias iure communi permiſſa & approbata eſt, vt renent gl. & doct. in *c. vnico.* in verb. *collationem*, ad fi. *de rer. perm.* in 6. & ibi Archi. Ioan. And. Per. Ancha, Geminia. Philip. Franc. glo. penult. in cl. *vnica.* & ibi Imol. col. 2. Cardio. Florent. qu. 10. Inno. in *c. quod in dubijs, de renunt.* Caldet. conſil. 2. *de rer. perm.* Panorm. *c. quæſitum.* col. fin. eo. tit. Sequitur quòd nec permutatio quidem, ſine conſenſu, & no- D minatione Regis fieri poteſt, igitur adhuc minus reſignatio ſimplex, & adhuc minùs reſignatio in fauorem, quæ contra ius eſt ſimoniaca, & diſpenſationem requirens.

Rex variare non debet.

408 ¶ Ex quibus ſequitur indiſtinctè, nominationem Regis prærequiſitam eſſe, quod verum eſt, & ita obſeruatur, alioquin à conceſſione, vel executione bullarum, poſſeſſionis inde captæ, & ſequutorum, tanquam ab abuſu appellare licet, ad magnum Regis conſilium, in quo ſcio ante quindecim annos iudicatum, & concluſum, requiri conſenſum & nominationem Regis: quouis modo (ſiue ex cauſa permutationis, ſiue in fauorem, ſiue ſimpliciter) reſignetur. Et ſi plures, vt ſæpè contingit, nominationem (quàm vul- E gò *placet* vocant) à Rege obtineant, non eſt Papæ gratificatio, ſicut in priuatis & inferioribus patronis *c. quod autem, de iure patron.* ſed ptior in data præfertur: hoc enim ad regiæ dignitatis culmen ſpectat, vt variare non poſſit; ſtabilis enim eſſe debet vt polus arcticus, & immobilis ſicut lapis angularis, vt inquit Bald. in conſ. 337. *pridie.* nu. 4. lib. 1. ſecundùm notã, quod ſit conſilium 277. bb. 3. ſecundùm veterem impreſſionem. Andr. Yſer. de capitaneo qui curiam vendidit. col. 8. Io. Igneus repet. *l. donationes quas.* col. 3. *C. de don inter vir. & vxor.* Philip. Deciſ. conſ. 197. in fine vbi in annotatione. dixi, & conſil. 292. in fine & particulare eſt in principe vt ſemel conceſſum ab eo beneficium maneat. in authen. *de reſtit. ſacri palat.* §. *propterea.* & in authen. *conſtitutio. quæ de dignit.* §. *illud* nec in conceſſione principis (per modum gratiæ, non contractus) locum habet *l. quotiens. C. de rei vend.* ſed regula *qui potior eſt tempore, potior eſt iure*, vt notant doctor. in *d. l. quotiens.* Et ita ſuper abbatia Charitatis, poſt declarationem tamen regis, quòd non intenderat reuocare priorem nominationem, iudicatum fuit anno ſeſquimilleſimo triceſimo nono, tamen re integra, hoc eſt antequam nominatio peruenerit Romam, morte regis expirat: præſertim cùm non ſoleat fieri de qualificato iuxta concordatum, ſed de alio in quo noua grana & diſpenſatio requiritur in mera noua vel diſſipatione vel gratia, non in concordato fundata. Et ita conſului, ſub finem Martij anno 1546. & à petitoribus rogati noſtri ordinis ſubſcriptum fuit.

409 ¶ Quid ergo ſi Rex ex cauſa reſignationis nominauit: ſed reſignans infirmus erat, & ex eadem infirmitate, infrà 20. dies, à die præſtiti conſenſus vita functus eſt: an Rex iterum per obitum nominare poſſit? videretur quòd non, cum quia hæc regul. 18. non habet locum in ordinario, ſed Rex ordinarius eſt, ſiue locum Ordinarij tenet, nec Papa liberè confert, ſed nominato per Regem tantùm, & ſic non videtur ipſius Regis intereſſe, quòd rurſus vacet per obitum, ſicut nec ordinarij, & habent locum omnes rationes quæ de Ordinario dictæ ſunt ſuprà nu. 30. cum ſequent. & præter eas concurrit peculiaris illa ſtabilitas, quæ decet eſſe in factis Regum, quos non debent variare, ſed vt polus arcticus ſtabiles eſſe, vt nuper dixi. Contrarium tamen de facto notoriè ſeruatur. Breuiter ergo dico quòd ipſa regula 18. non poteſt habere locum in rege: nec etiam eſt facta ad finem, ſed aduerſus fines, ſuprà num. 35. cum ſeq. Quod aurem ſimile ſeruatur in Rege, non eſt in vim dictæ regul. Sed quia Rex princeps ſupremus eſt: qui nominationem ſuam, ita tacitè vel expreſsè limitare ſolet vt infra, & conſequenter deficiente conditione tacita, vel expreſſa, videlicet quia infirmus non ſupernixit dictos 20. dies, deficit conſenſus, & ſic nominatio Regis: & conſequenter reſignatio tanquam ſine eius conſenſu facta: & ſic de integro *per obitum* poteſt Rex alium nominare.

An hæc reg. locum habeat in Regn.

410 ¶ Et hinc eſt, quòd ſi prouiſus ad nominationem Regis, ex capite reſignationis, fecerit per Papam derogari huic regulæ *de infirmis reſignant.* (quantumuis aliàs huiuſmodi derogatio tolleretur in hoc regno, vt dixi ſuprà num. 127. nu. 141. cum ſequent) tamen non valer, & nihil operatur hoc caſu, duplici ratione: Prima, quia non ſumus hìc in terminis dictæ regulæ, quæ hoc caſu non procedit, & ſic ſuperuacanea eſt derogatio: Tum hoc non dependet à voluntate Papæ, ſed à voluntate Regis, qui nominationem ſuam tacitè vel expreſsè limitauit, vt dixi. & ita (non obſtante dicta derogatione Papæ, ad regulam *de viginti diebus* appoſita, in collatione facta nominato per Regem ad reſignationem) iudicatum fuit ante duodecim annos: & deinceps, in magno Regis conſilio, pro habente collationem, ad nominationem ex capite obitus.

Solutio

411 ¶ Et ſic eiuſmodi derogatio, ſeu potius voluntatis ampliatio non eſt petenda à Papa, ſed à Rege: qui ſi in ſua nominatione, ex capite reſignationis apponat clauſulam *etiam ſi reſignans infirmus ſit, & infrà viginti dies decedat*: tunc non reſoluetur prior nominatio, & reſignatio. Idem ſi non ſit appoſita dicta clauſula, ſed Rex non vult alium nominare, & eo iure vti: ſed perſeuerare in priore nominatione, quam non erit opus iterare, alioquin propter limitatam Principis intentionem, per eius ſtylum, & ſolitum vtendi modum (ſicut per conſuetudinem patriſam. declaratam) reſoluenda. Et pariter clauſula *etiam ſi per obitum, vel aliàs* quouiſmodo, & omnes aliæ clauſulæ ampliatiuæ fruſtrà impetrantur à Papa: ſed debent ha-

ben à Rege nominante. qui ſi in nominatione ſua ex capite reſignationis eat appoſuerit declarando,& ampliando voluntatem ſuam: tunc demum valebit prouiſio Papæ, etiam ſi tempore admiſſionis reſignans iam mortuus erat, vel alitèr vacabat, prout Rex nominationem ſuam latè, & in plures, vel omnes vacandi ſpecies extenderit: aliòquin rurſus nominabit ex capite dicti obitus,vel alterius vacationis non contentæ in ſua nominatione, nec poteſt Papa recuſare prouiſionem ad nominationem Regis, ſub illis clauſulis: ſiue in omnem euentum, eo prætextu quòd ſua intereſſe cauſificetur: vt forſan ſæpius annatam (quam vocant)colligat:nec admiſſibile eſſet huiuſmodi odioſiſſimum intereſſe.

Hypotheſis. 412 ¶ Huc occurrit quæſt. in magno Regis conſilio controuerſiſſima: de qua anno præcedente conſulnit fiii. Metaldus Epiſcopus Conſeranenſis,& Abbas Gandronenſis infirmut, voluit reſignare in fauorem Petri nepotis ſui: quod Rex de abbatia quidem permiſit, de epiſcopatu verò aliter diſpoſuit, dat ergo nominationẽ, quam vulgo vocant *placet*, ſub data 16. Nouem 1548. directam Papæ cui ſcribit vt reſignationem admiſſa,conferat abbatiam Petro in commendam, & ſuper hoc concedat, & expediri faciat omnes bullas,diſpenſationes,& prouiſiones requiſitas, & neceſſarias: inſequendo mandata, & ſupplicationes, quæ pro,& nomine d. Petri ei præſentabantur. Petrus autem ſub hac nominatione, mittit Romam impetratum, tam per reſignationem quàm per obitum, aut aliàs quouiſmodo: & Papa iuxta dictam nominationem, concedit ſub clauſulis in d. ſupplicatione contentis, ſed interim, videlicet ante datam ſignaturæ & bullæ, deceſſerat reſignans. quare Rex,per obitum ad eandem abbatiam nominat filium, vel nepotem medici ſui: cui Papa ad ſecundam nominationem, per obitum confert, vel commendat. Petrus & medicus litigant in magno Regis conſilio. Petrus allegat primò, ſe priorem in data tum nominationis, tum collationis. Secundò, regia ipſa maieſtas ab omni variatione remota eſſe debet: ſed ſtabilis, vt polus arcticus. Bal.conſil.327. pndie, in fin.colum.1. lib.1. Phil. Dec, conſil. 117. in fin. vbi in annotat. tengi. Tertiò quòd Rex fundatus eſt in iure patronatus. iuxta Pan. in *c. veniens de accuſat.* & dixi ſuper Senatuſconſ. Franciæ, contra abuſ. Pap. gloſ. 15. num. 34. aliàs. 65 patronus autem laicus variare non poteſt. *c. quod autem. de iure patron.* nec in eo locum habet regula ſuprà eod. num. 10. eum ſequent. Quarò quòd Rex loco electorum ſubrogatus eſt: & ſic eadem electionis natura ſapere debet, quatenus non eſt immutata. igitur non poteſt in nominatione ſua magis variare, quàm eligentes: ſed eligens non poteſt variare,etiam ſi diuerſo intre eligat. cap. *Si qui iuſto §. porro. de election.* in 6. Quinto, quod huiuſmodi nominatio eſt beneficium Principis: quod latiſſimè, imò etiam pleniſſimè debet interpretari. l. vlt. *de conſtitut. princip.* & ſic non debet ad vnum caſum vacationis reſtringi, ſed valere quouis modo.

413 ¶ Sexto quia nominatio Regis non eſt ſimplex nec emiſſa ad caſum reſignationis duntaxat: ſed cum clauſulis generalibus, & pregnantibus: videlicet ad expediendum omnes & ſingulas bullas, diſpenſationes, & prouiſiones requiſitas, & vltenus inſequendo mandata, & ſupplicationes quæ nomine Petri fient. Sed nomine Petri ſupplicarum eſt *per obitum, aut aliàs quouis modo* Igitur Rex non cenſetur nominaſſe per reſignationem duntaxat: ſed etiam per obitum, aut aliàs quouis modo relatione facta ad ſupplicationem ſecutam, quæ ineſt nominationi referenti. relatum enim ineſt referenti, etiam propriè, & ſpecificè, & de verbi proprietate. Bald. *l. ſi defen. §. qui interrogatus*, per illum text. *de interrog. actio.* dixi in conſuetudine Pariſien. §. 45. num. 18.

Relatum ineſt referenti pro prio.

414 ¶ Septimò, quia huiuſmodi clauſulæ, *etiam ſi per obitum, aut aliàs quouis modo*, ſunt aſſiduæ, & apponi ſolitæ in huiuſmodi mandatis, & ſupplicationibus, ad quas nominatio Regis ſe refert Igitur nominatio Regis, ſe referens ad nominationes, & ſupplicationes, debet intelligi ſecundùm modum, & clauſulas in eiſdem ſupplicationibus & prouiſionibus exprimi ſolitas. l. vlt. ibi, *& in vſu quotidiano ſemper hoc verſari aſſpicimus. C. de fideiuſſor.* Panorm. Felyn. Franc.Ripa. in *c. cum M.Ferrar.enſis. de conſtitution.* Fely. *c. ex literis.* colum. 6. *de fide inſtrument.* Alexand. conſil. 27. lib.2. (vbi in annot. dixi) quòd clauſulæ duæ ſobtæ apponi,pro expreſſis habentur. Octauò allegabar non per obitum vacaſſe, ſed per reſignationem, prùs coram notario Papæ factam & à Papa approbatam, per clauſulam *etiamſi ſpontaneam reſignationem, coram notario in partibus factam.* ſed hoc vltimom ſatis confutatum eſt ſuprà eodem nu.4.quia non obſtante tali reſignatione,quæ potius præparatio eſt, non impeditur interim vacare per omnem alium modum vacandi: imò interim (videlicet ante admiſſionem) liberè reuocari poteſt, & fruſtrà per ſupetiorem ratificaretur; ea reuocata, vel te non amplius integra, ſed priora ſeptem multum vrgent.

415 ¶ Quibus non obſtantibus reſpondi, & inſigmores, permoréſque togati noſtri ordinis ſubſetipſetunt, priorem illam nominationem non extendi ad caſum obitus poſtea ſecutum. Ratio, quia nominatio incipit a reſignatione, quam ſolam pro obiecto habet: & ſic non poteſt ad aliud obiectum adaptari, præſertim non præuiſum, nec intentum. Non obſtant omnia in cõtrarium allegata: quia corruunt propter verbum *ſuper hoc*, in nominatione appoſitum, omnia enim verba(quantumuis genetalta)diſt. nominanonis reſtringuuntur per verbum *ſuper hoc*: quod ob præfatam reſignationem tefertur, & ſic vnlt quidem Rex omnia requiſita fieri, concedi, & expediri: ſed ſuper ea reſignatione tantum, & ad finem quod prouiſio pet reſignationem, ſiue ex capite reſignanonis valeat: non autem ex alio capite, quia nec dictum, nec cogitatum fuit: & conſequenter vincit medicus, ſed ſi in prima nominatione fuiſſet expreſſa clauſula *etiamſi per obitum*,& Rex rogatus de nominando tam per reſignationem,quàm per obitum,& aliàs, conceſſiſſet: tunc demum procedetent allegationes Petri, quibus in hac ſpecie locus non eſt: & ita tandem iudicatum fuit.

416 ¶ Redeundo ad finem numeti 309. Similitet in canonicanbus, & præbendis quæ ſpectant ad liberam collationem Regis (quales multæ ſunt in hoc Regno, vt præbendæ ſacellorum palanj Pariſienſis,& Bituricenſis, Saltus Vincennarum, Eccleſiæ collegiatæ Meloduni, Montiſbnſoni, Clertaci, ſancti Quintini, & aliæ primæ) non haber locum propriè hæc regula, tum quia Rex, ordinatius (imò) vnicus collator eſt: tum quia non ſpectat ad Papam de talibus ſtatuere, vel diſponere (prout etiam in illis non habet locũ conſilium Lateranenſe, de quo in *c. nulla. de conſ. præbend.* nec alia iura canonica) nunquam fit vlla deuolutio: quia Rex non habet in his ſuperiorẽ. Quod ergo Rex ſimile quiddam huic regulæ facit(dum poſtquam contulit per reſignationem infirmi: etiam liberam,non in fauorem, nec cauſa permutationis, in qua videtur cogi: tamen rurſus per obitum eiuſdem de eadem infirmitate infra 20. diet, a die admiſſæ reſignationis computandos, alij, vel eidem reſignatario confert) hoc ideo facit: quia admiſſionem & collationem ſuam per reſignationem, ita tacitè vel expreſsè limitaunt. quod tanquam ſupremus dominus facere poteſt. Et ita hac ratione, anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto, die prima menſis Decembris iudicatum fuit, per arreſtum huius Senatus: & quoddam ſacellum ſancti Laurentij in Eccleſia

Meldenſi, adiudicatum habenti collationem Regis per obitum, contra reſignatarium: quia reſignans infirmus, de eodem morbo infrà 20. dies obierat. cuius areſti mentio fit in ſolenni illo areſto, de quo ſuprà nu. 34. & noſtro tempore ita rurſus in eodem ſenatu iudicatum fuit & bæc à num. 416. domi. Ioan. Papon Gallicè vertit, & me tion citato, tranſcripſit in ſua farragine areſtorum lib. 3. tit. 2 areſto 2. & 5.

417 ¶ Sed etiam huiuſmodi canonicatus, ſacella, & ſimilia beneficia, ad metam & perpetuam Regis collationem ſpectantia, magis ſeculana, & prophana beneficia ſunt, quàm eccleſiaſtica: quamuis non niſi clericis (quos tonſuratos vocant) conferantur, quia talibus, ex voluntate Regis fundatoris, deſtinata ſunt, vnde non habent de ſe vllam adminiſtrationem clanium, vel ſacramentorum: nec in his, ſi vendantur, B committitur ſimonia de iure diuino, ſed tantùm de iure poſitiuo, vt in fortioribus terminis decidit gl. magna in *c. ex parte. de offic. delegat. in c. cum pridem. de pact.* & vtrobique Panor. & Ioan. Aud. in *c. tuas nos de ſimon.* Imò nec iure quidem poſitiuo: quia iura canonica non loquuntur, nec diſponunt niſi de beneficiis propriè eccleſiaſticis, non autem de iſtis: quæ tamen vendi non debent, quia licet non eſſet crimen ſimoniacum, eſſet tamen crimen Hieroboanicum, quod primus inuexit impius ille Rex Iſraël Hieroboſ, qui 3. Regum. 12. fecit phana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi, & quicunque veniebat, & initiabat manum ſuam in tauro, in bobus, & in arietibus ſeptem, fiebat ſacerdos 2. Paralipom. 13.

Crimen Hieroboanicum.

418 ¶ Et hinc eſt quòd in eiuſmodi beneficiis, C iudex Regius non ſolùm de poſſeſſorio, ſed etiam de petitorio cognoſcere poteſt, etiam priuatiuè ad iudices eccleſiaſticos, in hoc regno, vt etiam deciſum eſt edicto regio Ludouici vndecimi anno 1464. quod habetur in veteri ſtilo curiæ parlamenti à me recognito parte 7. num. 87.

419 ¶ Et idem de ſimilibus beneficiis ſpectantibus ad liberam collationem dominorum temporalium huius regni: vt domini de Luzarches iuxta Pontiſaram teneotis in feudum ab Epiſcopo Pariſienſi ratione dominij temporalis dicti Epiſcopi: qui quidem dominus de Luzarches ſimplex nobilis laicus pleno iure ratione ſui caſtri confert prebendas eccleſiæ collegiatæ ſancti Coſmæ: idem de ſimilibus dominis locorum qui poſſunt pariter vt Rex, huiuſmodi beneficiorum reſignationes admittere, ſiue ſimpliciter, ſiue in fauorem, ſiue cauſa permutationis: & conferre cum exceptione dictorum 10. dierum, vel (ſine illa) cum clauſulis *quouis modo vacent*: & ſimilibus, vel ſine illis: & tam de petitorio, quàm de poſſeſſorio per ſuos iudices (licèt non regios) cognoſcere: & generaliter in huiuſmodi beneficiis dominorum temporalium, nulla omnino iura canonica vel Papalia aut ſynodorum eccleſiaſticorum ſeruantur. vnde domini puſſunt ea conferre ad tempus vel ſub conditione vel dare ius ad vacatura niſi conſtitutione regia vel ſenatus decreto prohibeantur, & ita ſeruatur non ſolùm in Gallia, ſed etiam in prouinciis vicinis extra regnum, & vidi multa antiqua teſtamenta dominorum qui ſeruis ſuis dabant caſtella & prædia dooec vacaret huiuſmodi canonicatus & proximum vacaturum legabant, & eo caſu adimebant legatum fundi reuertendi ad hæredem.

420 ¶ Vnde bis beneficiis non poteſt cura parochialis annecti: quamuis etiam cura parochialis vnitt poſſit præbendæ, vel archidiacooatui, decanatui, vel beneficio in eccleſia in qua rex habet iura regaliorum: quia talis canonicatus, decanatus, vel archidiaconatus eſt de ſe beneficium Eccleſiaſticum, & ad eccleſiaſticorum tantùm prouiſionem ſpectans: & licet durante regalia ſpectet ad metam collationem regis, hoc caſualiter, & accidentaliter: non tamen ex aliqua conceſſione, vel priuilegio Pontificis, iuriſve canonici: ſed iure primitiuo, & peculiari iure Coronæ Franciæ, ante omnia iura canonica nata. vt dixi in conſuet. Pariſ. §. 27. num. 10. vnde olim, etiam beneficia curata veniebant in regalia. cap. Hadrianus. 63. diſtinct. Et adhuc in Neuſtria quidam domini temporales beneficia curata pleno iure conferunt. Imò etiam quædam moniales propè Stampas. 421 ¶ Tamen etiam de vacantibus in regalia cognoſcit Senatus noſter Pariſien. tam de petitorio, quam de poſſeſſorio, priuatè ad omnem iudicem eccleſiaſticum, vel alium etiam per totum regnum, & intra fines aliorum parlamentorum, vt dixi ſuper ſtylo parlam. parte 5. quæſt. 38. & part. 7. num. 86. vbi de hoc habetur edictum Regium. Nec prodeſt cuiuſcunque temporis, vel pacifica poſſeſſio: prouiſo per alium (etiam ſi per Papam, vel Legatum, vel generale concilium) quam per Regem, vel inferiorem dominum habentem ius liberæ collatooois, quamuis vſu receptum ſit, vt inter plures habentes titulum à Rege, vel domino temporali ad quem ſpectat, triennalis pacifica poſſeſſio cæteris ſilentium imponat: non virtute decreti concilij Baſilien. vel concordat, quod in his locum non habet, ſed per vſum & ſtylum tationabilem.

Curia Pariſienſis de regalia cognoſcit per totum regnum.

422 ¶ Dutante etiam regalia, poteſt Rex admittere reſignationes beneficiorum, quæ in regalia vacarent per obitum: non ſolùm ſimpliciter, ſed etiam in fauorem vel cauſa permutationis ſi tamen velit, quia non teoetur, etiam cauſa permutationis admittere: nec C alius, pendente regalia, admittere poterit, quin vacet in regalia. Poteſt etiam Rex (ſi velit) admittere tales reſignationes in fauorem, tetenta penſione, & penſionem... eare vt ſupremus domious, & permutaoones expedire, & quocunque vacante tuodo prouidere: etiam ſpretis & annullatis vetis & canonicis collaoonibus legiomè factis ante regaliam apertam: ſi ea aperta, adhuc de facto tantùm vacant: & fortius, ſi de iure tantùm vacant, ſiue per incapacitatem vel aſſequtioueм incompatibilis, ſiue per ſententiam bominis, vel canonis, vel aliàs quouiſmodo titulus nullus ſit, aut reſolutus. Quod ſi reſignans fit infirmus, poteſt admittere, & conferre ſub conditione reſolutiua, ſi reſignans tofra 20. dies de eadem infirmitate decedat: & dicto obitu (regalia nondum clauſa) ſequuto, D rurſus etiam adúſque trigiuta dies, à tempore clauſæ regaliæ computandos, poterit Rex per obitum conferre: non virtute, nec adminiculo huius regulæ, ſed quia voluit, potuit collationem ſuam ex capite reſignationis ita limitare, poteſt etiam (ſi vult) abſolutè admittere, & conferre ſine dicta condioone, vel cum clauſula quouiſmodo & ex quatis perſona.

423 ¶ Pariter quando Papa beneficia diœceſis ſuæ Romanæ, ſen ſancti Ioannis Lateranenſis per reſignarionem confert, poteſt ſi velit, expreſsè, vel tacitè eandem conditionem appooere: non præcisè in vim huius regulæ, vt putauit Gomeſ. hîc quæſt. 26. quia non habet locum in Ordinario, vt latè probatum eſt. Papa verò ibi Otdinarius eſt: & ibi ceſſant E omnes rationes huius regulæ, de quibus ſuprà numero 34. cum ſequent. ſed quia ſic placet Papæ, qui ibi dominus eſt ſuprcmus. quamuis dici poſſit quòd Papa non condiderit hanc regulam, vt eam Ordinarij vſurparent in collationibus à ſe factis per reſignationem, propter no. ſuprà numero 30. tamen intentiooem habuit ea vtendi, in collationibus à ſe iore ordinario faciendis: vt euentus, & vſus velut patrisfamil. declaratuit, iuxta *l. ſi ſeruus plurium.* in fin. *de leg.* 1.

424 ¶ Sed deeipitur Gomeſ. hîc q. 22. dum extendit hanc regulam ad officia curiæ Romanæ quæ vendi poſſunt, & malè. quia hæc regula io beneficiis eccleſiaſticis duntaxat loquitur: non autem in officiis præ-

ſertim vendibilibus, ſed ita obſeruat Papa in officiis ſuis, quia ſi placet, & commodum eſt: quemadmodum Rex in officiis ſuis vendibilibus ſoler etiam quadraginta dies obſeruare in collationibus ſuis per reſignationem, etiam quandoque licet reſignans non ſit infirmus, ſed prouectæ ætatis: provt ſibi placet, & poteſt: non ex certa lege vel conſtitutione, ſed provt ei libet ſingulas collationes limitare.

425 ¶ Per hæc fortè putant Legati Papiſtici apud nos ſibi quiduis licere, ſed non eſt ita: non enim ſunt domini, ſed tuntij, nec illis permittendum eſt abuti facultatibus ſuis. Papa pro quinque ducatis derogat huic regulæ, Legatus minoris, & adhuc nuda tolerantia eſt, per ea quæ dixi ſuprà q. 2. poteſt etiam refutate diſpenſationem: Non enim tenetur niſi velit, & recuſando ſine fraude & ſine animo quæſtus ſui augendi bene facit. Sed rogo, quid hoc ſibi vult, quando præſentibus denegat hanc derogationem, & longè abſentibus concedit, vt nupet factitare cœpit, deinde audaciùs & licentioſiùs quando factores ſui reſcire nequeunt, an reſignans graviter aut in loco remoto ægrotet, iubet in bullis ſuis apponi clauſulam, dummodo abſens. Quis non videat nouum & ſordidum τῶν κερδαλέων genus? vult enim vendere hanc derogationem quando ſolos ordinarios fraudat, denegat autem vendere quando longè plus lucri ſperat de libera collatione per mortem imminentem decumbentis in loco vicino, vnde certus eſt ſe Ordinarium præuenturum & ſolidum beneficium lucraturum. Cùm ergo hoc caſu manifeſtum ſit Legatum hoc non facere, niſi cauſa negotiationis & lucri, dico his & ſimilibus caſibus poſſe appellari tanquam ab abuſu: Non enim nec à Rege nec à Senatu noſtro conceſſa eſt ei poteſtas hoc modo & tali fine quæſus facultates exercendi. Quid? quòd Romæ ſi quis expreſſum curſum facit ſeruatur ei fauor iſte, vt etiam ſi alij paulo poſt eadem die aduolēt, tamen tion detur eis ſignatura niſi ſub data diei poſteriotis, ne qui præuenit, labore & ſumptu ſuo fraudetur. Sed in iſta legatione multi conqueruntur quod ſæpe venienti à ſexaginta leucis non curſori denegatur quod mox alij ſuperuenienti & plus offerenti datur.

Clauſulanous quatenus abſens.

426 ¶ Quid ſi nuper vidi, dum ſignatura huius Legati in derogatione huius reg. *de infir.* haberet hæc verba negotiatoria *quatenus abſens à Pariſiis* (ſcilicet reſignans) ſed poſtea proferuntur bullæ Legati cum pura & ſimplici derogatione huius reg. ſine dictis verbis negotiatoriæ reſtrictionis, an poſſit impetrans per obitum arguere bullam nullitatis vel falſi quaſi diffotmem ſignaturæ vtpote confectam omiſſis his verbis, quatenus abſens à Pariſiis. Quidam planè negant & indiſtinctè cenſent bullam validam quaſi ab initio bullæ & derogatio huius reg. valuerit dictis verbis reiectis. Sed non eſt ita, quia ſi reſignans tum decubuiſſet Pariſiis & obiiſſet infra viceſimum diem inſtitores Legationis omnino beneficiom illud mercati vel lucran fuiſſent per obitum, vtpote iam admonini & ſibi cauentes contra omnem aliam præuentionem ſingulis ſingulorum dierum datis & reſignatario nunquam fuiſſent expeditæ, ſed denegatæ bollæ, vtpote defecta coodinone ſub qua conceſſæ fuerant. Sed quia caſus non conngit quo Legatus & ſui factores potuerint beneficium illud hac via lucrari per uhitum, expedierunt bullas omiſſis dictis verbis conditionalibus. Et certum eſt quòd alias nou erant facturi.

427 ¶ Ergo prouiſio illa Legati conditionalis fuit conditione à iure non approbata, ſed quæſtuaria cauponatrice ſuedida & reproba. Et ſic veritas eſt, vt dixi prouiſum ab Ordinario per obitum non ſolùm poſſe tanquam ab abuſu appellare à dicta bulla vel eius executione, ſed etiam illam falſi & nullitatis arguere propter dicta verba, *quatenus abſens* omiſſa, quę ſua intereſt non fuiſſe omiſſa ad docendum de illicita cauponatione & nullitate prouiſionis Legati.

428 ¶ Plus dico quod etiam nullo veniente per obitum ex prouiſione libera Ordinarij vel Papæ, legatus qui dicta verba negotiatoria adiecit etiam caſu contingente dictæ conditionis, videlicet quòd teſignans non erat abſens & obiit infra 20. dies, adhuc prouiſio Legati per obitum nulla eſt. Aut enim in ea non ſit mentio de dicta noua negotiatione & ſubrepitia eſt: aut in ea ſit mentio & deterius eſt, quia non ſolùm eſt peccare, ſed gloriari vt tegius Ψαλμῳῳδὸς vaticinatus eſt Pſal. 51.

429 ¶ Poſſet etiam dici quòd propter abuſum in prouiſione factum priuatus eſſet Legatus poteſtate prouidendi pro hac vice, per text. in authen. de ſanctiſ. Epiſc. §. *ſi quis oratorij.* verſi *ſi verò* & per no. Panor. & *c. cum vos extra de offic. Ord.* & in *c. cum in cunctis.* in fi. *de elect.* & per Guidon. Papæ deciſio Delphi. 374.

430 ¶ Et ſic reſignatarius non obſtante dicta clauſula negotiatoria in bullis ſuis appoſita poterit ſe defendere contra impetrantem per obitum ab eodem Legato, cui meritò præferri debet, non enim fecit, ſed paſſus fuit dictam reſtrictionem quæ reſpectu Legati & ſuorum inſtitorum teuicienda eſt: ſed non poterit ſe tueri contra prouiſum ab Ordinario vel Papa, ex quo caſus conditionis contigit, & ſic per dictam clauſulam conditione extante reliquit Legatus locum apertum Ordinario, & multo magis graduans, nominatis, mandatariis & omnibus legitimis expectantibus per obitum, quibus dicta derogano huius reg. ſemel limitata nunquam nocebit, nec contra eos iuuabit prouiſum à Legato per prædicta.

431 ¶ Et circa id quod ſuprà in fin. num. 425. diximus, nupet in conſilium togatorum ordinis noſtri delatam vidi hanc conſultationem: Datarius Legati aditus à reſignatario curæ cauſa permutationis, vel eius procuratote tecepit ſupplicationem & datam cum clauſula diſpenſationis de 20. diebus, ſed poſt ſex dies mortuo reſignante Legatus contulis alij per obitum, cui bullas expediuit, deinde reſignatario venienti refutat bullas: reſignatarius eluſus, & hac tergiuerſatione perdens beneficium ſuum vocat in ius datarium in hoc Senatu, vbi datarius comparet & excipit ſe non poſſe teſignationis bullas expedire, quia Legatus noluit, & quòd non eſt præpoſitus à Legato ad conficiendum bullas & dandum derogationes & diſpenſationes in eis contentas, ſed tantùm ad recipiendas datas: ſed certè debebat ergo hoc initio dicere, & non ſimplicem datam, ſed etiam ſupplicationem cum dicta clauſula recipere decipiendo reſignatarium qui in fide datarij confidebat, & negotium ſuum confectum & in tuto fore putabat, provt in præcedentibus legationibus ſolebant huiuſmodi res in tuto eſſe: & alioquin reſignatarius ſibi apud Ordinarium vel Papam prouidiſſet, nec beneficium perdidiſſet, imò nec Legatus hoc beneficium lucratus fuiſſet niſi aduentu & expoſitione reſignatarij de occaſione huius prædæ admonitus fuiſſet, & ſaltem inino debebat illum excludere, & non hac diſſimulatione eludere & ſibi negotiari: Quare à primoribus noſtri Ordinis concluſum fuit datarium illum teneri ad intereſſe. Multæ ſunt aliæ fraudes & negotiationes indignæ & corrigendæ à Rege vel Senatu cuius intereſt *c. principes ſæculi c. Regum officium. c. adminiſtratores.* 23. qu. 5. & ſuprà no. 128. Ex quibus habes hanc regulam, nouo & analytico ſtylo tam in theotia, quàm in praxi plenè expeditam.

432 ¶ Adhuc corollarij gratia adde ad materiam mandatorum ſupra numero 250. Quidam monachus monaſterij Bonęuallis Benedictini ordinis Carnotenſis diœceſis mandatum impetrauit ad abbatiam ſancti Criſpini eiuſdem ordinis, dicens ſe expreſsè profeſſum eundem ordinem, tacitè tamen quòd eſſet

profeſſus & monachus alterius monaſterij, quod obij- A monachu contra impetrantem Papiſticum adiudi-
ciebat prouiſus per obitum ab Ordinario de benefi- candum.
cio abàs cadente in illud mandatum, & inſuper quòd
abbas grauatus non habebat niſi quatuor regularia
ad ſuam diſpoſitionem, & ſic quòd non poterat gra-
uari de regulari, licèt bene de ſeculari, quia habebat
viginti ſæcularia ad ſuam collationem vel præſenta-
tionem, & abàs eſſet mandatum reſtrictum ad qua-
tuor, ſiue ad vnum vacaturum de quatuor regulari-
bus tantum, & ſic nullum, maximè cum mandatarius
non eſſet per bullam mandati, nec abàs diſpenſatus
ad ſæcularia, & quòd Ordinarius debet habere liber-
tatem ſe liberandi de quouis primo vacaturo, ſaltem
de vno ex decem: Reſpon. quod quamuis iſtud eſſet
æquum & conforme concilio Baſilienſi, pragmaticæ
ſanctioni, & conſtitutioni Ludouici XII. Regis editæ B
anno M. D. XII. articu. 2. Tamen per concordata abro-
gatum eſt, vt dixi ſupra eodem num. 265. Ideo iſtud
obiectum non valere.

433 ¶ Sed primum concludit per *c. cum ſingula. §. prohibemus. de præben.* in 6. gloſſ. pragmaticæ in titu. *de collatio. §. ſtatuitur.* in verbo *idoneis* vbi poſt Hen-
ricum Bohic. in c. vlt. *de relig. domib.* tenet hoc valere conſuetudinem contrariam prohibitioni. *d. §. prohi-
bemus.* Et ſic mandatum hoc tacito fuit ab initio nul-
lum & ſubreptitium. Amplio non ſolùm ſi mandata-
rius ſit prouiſus per ſuum executorem ad recuſatio-
nem abbæ, quo caſu nullum eſt dubium: ſed etiam
ſi dictus abba ſponte contulerit.

434 ¶ Nec obſtat quod Ordinarius poteſt con-
ferre monacho alterius monaſterij acceptanti vel ac- C
ceptaturo de conſenſu proprij abbatis, & ſic ſub con-
ditione expreſſa vel tacita canonicæ tranſlationis ad
monaſterium à quo beneficium collatum dependet,
& quòd illa tranſlatio poteſt ſequi infrà tempus Late-
ranenſis concilij, de quo in *c. nulla extra de conceſſ.
præben.* vt olim conſului in pulchra quæſtione, quam
Hipotheſis. menti occurrentẽ non grauabor obiter addere. Apud
Pictauos beneficium clauſtrale dependens à quodam
monaſterio ſancti Benedicti ſenioris fuit per Ordina-
rium collatum monacho alterius monaſterij ſancti
Benedicti iunioris, qui de conſenſu abbatis ſui acce-
pauit, ſed poſtridie ante aliam huius tranſlationem
inuenitur alius impetraſſe à Papa? Reſpond. quòd ex
quo monachus habebat conſenſum ſui abbatis iam
erat inchoata traoſlatio, & inſuper quod etiam ſi non
eſſet inchoata, tamẽ ſatis eſt quòd Papa iam erat præ-
uentus per Ordinarium, qui inceperat partibus ſuis
canonicè fungi, & tranſlationem dicti monachi infra
ſemeſtre ſibi iure communi datam perfecit: & ſic non
eſt locus præuentioni Papæ.

Intellect §. prohibemus de preb. in vi. 435 ¶ Quia prohibitio *d. §. prohibemus.* non eſt ab-
ſoluta: ſed habet exceptionem, niſi canonicè trans-
ferantur, quæ exceptio debet aliquid operari ad con-
ſeruationem collationis ordinariæ & iuris commu-
nis, quo ante lib. 6. Decretalium licebat conferre mo-
nacho alterius monaſterij ſiue alia tranſlatione, &
abàs dicta exceptio, niſi canonicè transferantur, nihil
operaretur, prout deber: quia *d. §. prohibemus.* continet
non ſolùm nouum ius: ſed etiam correctionem vete-
ris iuris communis. Et olim monaſteria & ſectæ mo-
nachiales non æquabant in dignitate & priuilegiis pa-
rochiales eccleſias, nec minima officia miniſtrorum
Eccleſiæ. Clauſula verò pœnalis ver. *quia verò contra*,
in *d. §. prohibemus.* limitatur per eandem exceptionem
in verbis diſpoſitiuis appoſitam ibi, niſi canonicè
transferantur, non dicit niſi iam tranſlati ſint, ſed niſi
transferantur, quod eſt ſitum temporis & ſic, vt *d. §.
prohibemus*, minus corrigat iura vetera: debet intel-
ligi niſi collato facta monacho alterius tantum mo-
naſterij, nec abàs inhabili animo transferendi facta
ſit & tranſlatio realis poſtea ſaltem infra ſemeſtre va-
cationis ſequatur. Ex quibus conſului beneficium

436 ¶ Sed redeundo ad qu. ſuprà num. 431. Dico
hæc valdè diſſimilia eſſe, quia in vltimo themate mo-
nachus erat prouiſus per Ordinarium? ſed in d. q. per
Papam vel authoritate mandati Papiſtici. Tum in vl-
timo themate monachus habebat conſenſum abbæ
ſui volentis transferre, vt de facto paulo poſt tranſla-
tus fuit: ſed in d. q. nec conſenſum ſui abbatis habuit,
nec tranſlatus fuit. Et ſic etiam ſi in d. q. monachus
fuiſſet prouiſus ab Ordinario, adhuc nulla fuiſſet
prouiſio per *d. §. prohibemus.* Cuius intentione collа-
tor non habebat animum ſatisfaciendi, vt habebat in
vltimo themate. Quanto fortius nulla eſt prouiſio,
quando non iure Ordinario contulit: ſed tantùm
animo ſatisfaciendi mandato Papiſtico, quod per ob-
reptionem fuerat. Aderant tamen qui
mihi obiiciebant clauſulam motus proprij in huiuſ-
modi mandatis apponi ſolitã, & ſic vitium ſubrepti-
nis ceſſare, & mandatum ſubſiſtere *c. ſi motu de præb.*
in 6. Sed hoc fulcruo arundine friabilius eſt.

437 ¶ Vt enim omittam quòd hæc clauſula non
erat inuenta tempore Decretalium, nec eſt de forma
c. mandatum. extra de reſcrip. ad quam huiuſmodi
mandata reſtringuntur & limitantur, & ſic non poſ-
ſunt ampliari per noua iura lib. 6. vt dixi ſuprà eod.
n. 259. dico nullo iure etiam nouo caueri quod clauſu-
la motus etiam proprij & naturalis indicat diſpenſa-
tionem vel perpetuam habilitatẽ, nihil enim operatur
niſi in caſibus in iure expreſſis gloſ. & omues in clem.
ſi Romanus de præbend. & ſic *d. c. ſi motu proprio de
præben.* in 6. *vbi ego ſæpe dixi.* Ibi enim nulla datur diſ-
penſatio, nulla habilitas, ſed tollitur ſubreptio ad effe-
ctum momentaneum eligendi inter beneficia antiqua
& noua: ſed hìc agitur de habilitate & diſpenſatione,
eáque in perpetuum introducenda: igitur d. c. non eſt
ad propoſitum noſtrum, & longè aliud Papam igno-
rare collatarium ſuum habere alia beneficia, de qui-
bus tamen ſimul tenendis motus proprius non diſ-
penſat: aliud Papam ignorare collatarium ſuum eſſe
incapacem, in quo etiam verua & naturalis motua
nihil facit: igitur multominus motus fictus etiam Pa-
pa igoorante & ſtilo huiuſmodi mandatorum inſer-
tus, quæ multùm differunt, vt dicam infrà in reg. *de
annali poſſeſſo* numero 98.

D 438 ¶ Itaque cum pro prouiſione Ordinarij con-
cluſiſſem, addiɔit mandatarius, ſed non oſtendit, ſe
ante mandatum ſuum obtinuiſſe diſpenſationem ad
duo cuiuſuis ordinis, & iactabar ſe habere ſignaturam
quam non produxit in prima inſtantia, nec adhuc
oſtendebat. Reſpondi illam videndam eſſe, nec aliud
addidi ne ſortè illos ninimùm vel ad falſitates vſque ma-
gnoſos armfices, niſi re reſpecta & concurrente iu-
ſtitia cauſæ iuuarem.

439 ¶ Si enim eſſet veta ſignatura eiuſdem pon-
tificis qui mandatum conceſſit, non dubitarem de-
fendi poſſe bullis priùs aut debita verificatione habi-
tis: tametſi in bullis mandati nulla huiuſmodi gratiæ
diſpenſatoriæ mentio facta ſit, & allegari poſſit quod
E gloſſ vlti. & docto. notant in *c. apoſtolicæ. d. præb. in*
6. Quia ſatis eſt quod in mandato non addatur diſpen-
ſatio diſpenſationi per not. in *c. vl. de filii preſby.* in
6. & dixi in annotatio. ad Philip. Deci. in *l. liberos. C.
de collatio.* & ſatis conſtaret de mente eiuſdem pontifi-
cis. Secùs ſi eſſet diſpenſatio præcedentium pontifici,
quia pontifex iſte diſpenſationes regularium vſque
adeo auerſatur, vt etiam diſpenſationis prædeceſſo-
rum ſuorum bullas ſub forma rauoni congruit, con-
cedere detrecter. Quod ſi iſte mandatarius expreſſiſ-
ſet ſe monachum alterius monaſterij, ſed a Paulo III.
diſpenſatum, Paulus iſte IV. facilùs nou mandan nouam gratiam recuſaſſet, quam veteris gratiæ
bullas in forma tationi congruit, ex quo conſequitur

hunc mandatarium non poſſe hac in re iuuari claoſula motus propꝛij cotꝛa veriſimilem mentem concedentis per tiot. doctos. in *c. ſi motu. de prabend.* in 6. Felyn. in *c. in noſt. a coꝛol. 36. extꝛa de reſcꝛip.*

Thoma. 440 ¶ Rurſus circa mandata occurrit quotidiana quæſt. Beneficium menſe Aprilis reſignatum in manu Legati, qui contulit graduato ſimplici cum derogatione huius regulæ, & cum clauſula, *etiam ſi per obitum*, an mandatarius petere poſſit, & a quo? Breuiter reſpondi, non debet petere à Legato, cui etiam mandatum non inſinuauit: ſed poteſt petere ab Ordinario ſtatim poſt dictam reſignationem admiſſam: nou enim vacat in curia Legaó, ſed vbique vt dicá in reg. *de publican* q.3. & ſic Ordinarius poteſt prævenire Legatũ ex capite reſignationis per Legatũ admiſſæ, & reculante vel differente Ordinario facier ſibi mandatarius conferri per ſuum executorem & hoc valebit indiſtinctè, duobus tantùm caſibus exceptis.

441 ¶ Primus, ſi mandatarius requiſitiones ſuas non faceret infrà ſemeſtre dictæ reſignationis admiſſæ, quia ex illo capite priuatus eſſet etiam in perpetuum conſumpto mandato, ſi illa vacatio tota maneret. Secundus caſus ſi reſignans poſt menſem à dicta admiſſione maneret, & moreretur in poſſeſſione nulla publicatione facta per impetrantem ex capite dictæ reſignaoonis. Tunc enim non vacat per reſignationem præteritam, quæ per regulam *de publicandis* reſoluta eſt: ſed vacat per obitum ſecutum, & infrà ſemeſtre ab obitu poteſt mandatarius requiſitiones ſuas facere ex capite obitus.

442 ¶ Sed quid ſi ſtaóm à reſignatione impetrauit ab Ordinario, vel ſuo executore in vim mandaó, ſed negligens fuit publicare & poſſeſſionem perere, & interim reſignans poſt menſẽ in poſſeſſione obiit, & Legatus contulit vni per obitum, Ordinarius alij per eundem obitum? videretur ius mandatarij conſumptum propter ſuam negligentiam, ſed oon eſt ita: bene quidem conſumptum eſt ex capite reſignationis, ſed redintegratur ex capite obitus, per quem reſignatio retrò & impetraóo mandatarij & collatio ex capite reſignationis pro infectis habentur. Tum prouiſi per obitum oon poſſunt allegare non vacaſſe per obitum, & ſic tanquam ex noua & ſola vacatione excluduntur à mandatario quem Legatus non poteſt prævenire, licèt Papa poſſit.

443 ¶ Sed quid ſi ille reſignans erat infirmus, mandatarius autem ſtaom per Ordinarium vel executorem ſuum ſibi prouideri fecit & poſſeſſionem cepit, ſed reſignans de eadem infirmitate infrà viceſimum diem obiit, an otulus mandatarij reſoluatur? & an ſibi ſit opus nouo otulo, & interim poſſit in vim eiuſdem mandati petere? Ad primum i ucidentis quæſtionis articulum, videretur uon eſſe locum huic regulæ ex quo collaóo facta eſt per Ordinarium: in quu hæc regula locum non haber, vt ſuprà numero 30. nume. 71. Tum quia, vt dixi, per talem reſignationem non magis vacat beneficium in manibus Legati, quàm in manibus Ordinarij. Latus hic eſt diſputationis campus.

444 ¶ Sed breuiter ſoluendo dico locum eſſe regulæ ex quo reſignatio non facta in manibus Ordinarij, ſed in mambus Legati, & admiſſa per eum apud quem locus eſt præſtatioui conſenſus & alus regulis Cancellariæ, vt apud Papam: Tum quia huiuſmodi reſignario extraotdinaria eſt, nec tam fauorabilis vt facta & admiſſa per Ordinarium, & ſic tanto facilius reſolui poteſt: Tum verba regulæ hoc caſu conuetiunt & adaptantur, ex quo reſignano eſt admiſſa per Legatum iuxta uor. ſuprà eodem numero 35. Et ſic mandatarius non obſtante interme dia prouiſione ſua per hanc regulam reſoluta & extincta, poteſt & debet de nono per obitum ſibt prouideri facere, & hoc quando Legatus non derogauit huic reg. vel quando

A oon habebat poteſtatem derogandi, de quo ſuprà eo. qu. 2. num. 127.

445 ¶ Sed quid ſi de facto derogauit: & ei de facto (vt nunc) toleratur vt derogare poſſit? Reſpon. oullo modo potuit derogare in præiudicium mandatarij, quia vt Legatus non poteſt prævenire mandatarium, nec aliquis in eius præiudicium, nec iure quidem prævenoonis facere: ita non poteſt huic regulæ derogare quando vel quatenus hoc mandatario præiudicaret. Dices, quorſum hæc? Aut enim mandatarius ſibi ſtaom prouidit ante obitum reſignantis, vel poſt, & ſic videtur hæc qu. ſuperflua. Reſpon. ſi mandatarius ſtaóm à reſignatione ſibi prouideti fecit, & tamen negligens fuit publicare & poſſeſſiouem capere infrà menſem, quo lapſo reſignans obiit in poſſeſſione, B mandatarius uon tenetur hoc caſu nouam prouiſiotiem capere: ſed itt vim prioris poſſeſſionem capere poteſt veteri vacaóne non reſoluta beneficio derogaoone huius regulæ quam Legatus potuit facere ad commodum mandatarij. Ampliatio huius regulæ.

446 ¶ Nec obſtat quod legatus de hoc non cogitauit, nec voluit derogare ad commodum alterius quàm ſui collatarij, quia verum eſt. Sed dico quód ex quo conſtat beneficium eſſe debitum mandatario, & eum ex vera vacatione rempore collationis ſuæ impetraſſe, & collationem ſibi debitam fuiſſe cùm iuſtam cauſam habeat (vtpote creditor huius beneficij) dicitur certare de damno vitando, & ſic excuſatur à iuſta ignorantia, vel eoam errote ex eo quod (putatur derogatiouem huius regulæ per Legatum factam, C operari quoad omnes) confidit in priori titulo ſibi debito, nec aliter ſibi prouideri facit, error iuris non debet ei nocere, ſed illum defendere in iure quæſito conſetuando. *L. iuris ignorantia. l. error. de iur. & facti ignoran.* Dynus & alij. in *c. ignoran. de reg. inr.* in 6.

447 ¶ Iterum dices, quorſum dixi Legatum poſſe derogare huic regulæ ad commodum mandatarij? Reſpon quia poteſt contingere quód à reſignatione admiſſa per legatum Calendis Maij, mandatarius tacuit per ſex menſes, & interim reſignans mortuus eſt in poſſeſſione in fine Iulij, tunc quamus collatarius Legaó qui non ritè publicauit excluſus ſit, & quoad ſe locum fecerit nominatis: tamen illos excludere poteſt mandatarius infra idem ſemeſtre, infrà quod requirere poſſiut nominati, videlicet vſque ad D finem Ianuarij immediatè ſequentis. Quia quamuis Calendis Maij beneficium vere vacare incœperit: tamen illa vacatio Calendis Iuuij reſoluta fuit, in vim regulæ de publicandis, & ſic ſemeſtre ex capite obitus incœpit in fine Iulij, & quemadmodum hoc eſt clarum: ita ſi contigerit reſignantem qui erat infirmus de eadem infirmitate mori viceſima die dicti menſis Maij, & matidatarium tullam diligentiam feciſſe per ſemeſtre à Calendis Maij.

448 ¶ Tamen vloma die ſemeſtris à dicto obitu videlicet viceſima die Nouembris immediatè ſequentis poterit ex capite obitus opere, & valebit prouiſio ſibi facta in vim mandao, non obſtante dicta derogatione Legati per quam beneficium dicitur vacaſſe, E tiou per obitum: ſed per veterem reſignationem conſeruatim per dictam derogationem, & ſic non obſtante quód mandatarius non eſſet infrà ſemeſtre, ſed excluſus vtpote nouemdecim diebus vltra ſemeſtre lapſis, tum quia derogatio Legati non valet in præiudicium mandatarij, vt dixi, tum quia derogatio illa diſpenſatoria eſt reſtricta & limitata ad collationem & collatarium cuius intuitu & fauore derogatur, nec ad alios extenditur, vt dixi ſuprà cod. numer. 29. hinc ſiue Papa, ſiue Legatus ad reſignationem infirmi conferendo derogauerit huic regulæ, ſed collatio non valuerit propter incapacitatem collatarij, vel etiam cauſam, verum eſt per hanc regulam beneficium vacaſſe quod ad omues, non per reſignationem ſed per obi-

tum, & ex die obitus tempus vocationis & impetrationis numerandum, exceptis tamen illis quibus beneficium etiam ex capite resignationis fuisset debitum, qui concertant de iure conseruando & damno vitando, qui defenduntur & excusantur, vt nuper dixi. Et sic ad secundum quoque dictæ quæstionis incidentis articulum s. nom. 438. responsum est, & habes nouam & tricesimam ampliationem ad hanc regulam.

449 ¶ Et circa id quod dixi de vacantibus in mensibus similicium graduatorum quæstio emergit, an Legatus conferre possit graduato qualificato? quod vulgares putant: sed falsum est, quia non habet gratificationem, sed Ordinarius grauatus, cui nominatim hoc ius gratificandi datum est à sanctione pragmatica & à concordatis.

450 ¶ Quod si legatus non potest vti præuentione in præiudicium nominatorum vel graduatorum vt certissimum est: ita nec gratificatione. Vt enim Ordinarij vltra menses nominatorum grauantur in mensibus graduatorum simplicium: ita releuantur in hoc vt inter plures graduatos gratificari possint quem voluerint. Idque in eadem oratione sanctum est: Ergo vniformiter & non difformiter se habet eadem sanctio & oratio *l. iam hoc iure. de vulg. & pupil. l. vlt. C. de senten. & interlocutio. omn. iudi. Iason in li. in testamento.* colum. 3. & ibi Phil. Dec. col. 4. *C. de testam. militar.* Ampliat Iason in 162. col. lib. 2.

451. ¶ Vt igitur necessitas conferendi graduatis imposita Ordinario habet vim contractus; ita facultas gratificandi ei data tenet in vim eiusdem contractus, vt in vno grauatus in alio releuetur Ordinarius: & sic excepta solius Papæ præuentione ius gratificandi non potest illi auferri. Postquam autem vnus graduatorum requisiuit ab Ordinario grauato vel eius vicario, nec Papa quidem præueniri potest etiam per viam gratificationis vni graduato insinuato & debite qualificato, & ita vtimur. Sed iamdudum tempus est tollendi manum de tabula hac. Transcamus ad regulam de publicandis iis scriptis secundùm sententiam nostram, de qua s. q. 5. nuperrimè die Martis, prima huius Augusti anno sesquimillesimo quinquagesimo nono iudicatum fuit per arestum magni Consilij Regis Francisci secundi Pontifatæ sedentis, super præbenda Ecclesiæ Parisiensis contra aduocatum huius senatus vel eius fratrem impetrantem per resignationem: & plenum possessorium adiudicatum prouiso per obitum iure Ordinario, id est, per vicarium Cardinalis Ioannis Bellæi, qui resignando Episcopatum Parisiensem iuxta conuenticulam Tridentinam reseruauit sibi beneficiorum collationem, non obstante reuocatione seu derogatione dicti indulti conclauis facta per eundem resignatarium publicationi eiusdem indulti in eodem magno Consilio factæ, & aliis quibuscunque causificationibus non obstantibus. Et dicitur resignatarius damnatus in sumptus litis principalis, damna & interesse turbationis, sed absque impensis dictæ instantiæ oppositionis.

Hæc addita supra in fin. num. 223. 10. 160. inter debuit.

EPITOME REGVLÆ CANCELL.

XXXIV. DE PVBL. RESIGNAT.

1. *Tex reg. cum ſcholiis.*
2. *Duo primi fines principales huius regulæ 5.*
3. *Hæc reg. firmior eſt priore: nec Papa derogare poteſt.*
   Fraus & dolus futurus, nec per Papam, nec per legem remitti poſſunt.
   Poſſe peccare non eſt poſſe, ſed non poſſe.
4. *Tertius principalis finis huius reg. contra reſeruationes, & regreſſus indirectos. 6. 7.*
8. *Areſtum. Papa non habet poteſtate homologandi concordata mercenaria in fraudem veterū. Canonum & Decretorum de reſeruationibus ſublatis.*
9. *Ab executione concordati abuſiui poteſt ſtatim appellari vt ab abuſu, & beneficium conferri per Ordinarium.*
11. *Hæc reg. tortuosè ſcripta 13.*
12. *Quæſtio 1. quæ requirantur, vt per obitum vacet, per hanc regulam*
13. *Rota erat faciens de copula alienatiua.*
14. *Sol. vtrunque copulatiuè requiri.*
   Reg. hæc habet propoſitionem, & limitationem.
   Ordo intellectus præſtat.
15. *Duæ orationes hypotheticæ in hac regula*
   Prior fundat intentionem impetrātis per obitū.
   Secundaria fundat exceptionem reſignatarij.
16. *Superuacua eſt additio Adria. V. I. ad hanc regulam. 19.*
17. *Error rotæ præceſſit ex confuſione relationum.*
18. *Exēplū. Paulus III male addidit alternatiuā.*
20. *Quæſtio. 2. an ſufficiat publicare poſt tempus, viuo reſignante? 228. 335.*
   Qui non ſeruat tempus, non ſeruat formam.
21. *Sol. Sat eſt fieri viuo & poſſidente reſignante. fol. 1. num. 156.*
22. *In pœnis benignius, & liquidiſſimè conſtare debet.*
   Sed publicatio dilata in tēpus mortis non valet.
23. *Quæſtio 3. ſi reſignatum apud Legatum? quod menſis tantum.*
24. *Curia Legati non eſt curia Romana.*
   Legatus non poteſt officium exercere in curia.
   In pœnalibus non eſt recedendum à proprietate verborum.
25. *Hæc reg. magis eſt directiua, quàm pœnalis, eſtque fauorabilis.*
26. *Quæſtio 4. an excluſus per hanc regu. titu. habeat coloratum?*
27. *Priuatus ſententia hominis vel canonis, non habet titulum coloratum.*
28. *Extrauagās publicata idem quod lex ſcripta.*
29. *Facilius deletur titulus ex cauſa ab initio in exiſtente, quàm ex noua ſuperueniente.*
30. *Simoniacus iuuari nequit titulo de pacificis.*
   Quàm execrabilis & deteſtanda ſimonia.
   Simonia mentalis non ligat in foro conſcientiæ.
31. *Hodie iudices etiam ſeculares de ſimonia cognoſcunt.*
32. *Hæc regula non tollit colorem tituli, qui à multis circunſtantiis pendet.*
33. *Quæſtio 5 an regula locum habeat in reſignatario primi reſignatarij? 155.*
   In beneficiis non eſt ſucceſſio, ſed nouum ius. Limita 42. & 43.
34. *Diſpoſitio pœnalis extenditur, ne ſit eluſoria.*
35. *Refellitur opinio negatiua, quam Gomeſius meus Rota tenet.*
   Modica diuerſitas facti magnam iuris diuerſitatem parit.
36. *Reg. de annali poſſeſſore.*
37. *Hæc regula, & regula 32. reales ſunt & ſucceſſores ſequuntur. 38.*
39. *Reſcitur diſtinctio Gomeſij.*
40. *Solutio pro affirmatiua, ſiue cedat vel decedat reſignatarius. 41. 50.*
42. *Succeſſor in beneficio, licèt non capiat ius à predeceſſore, tamen non capit ius firmius. 152.*
43. *Quando tenetur probare de iure deceſſoris.*
44. *Requiſitio vnius nominati impedit præuentiones, quoad omnes nominatos.*
45. *Quæſtio 6. regula non procedit reſignante infra hoc tempus moriente.*
46. *Suſpectior eſt mutatio facti hominis contingens, quàm naturæ.*
47. *Quæſtio 7. an regula procedat in uiorte ciuili? Verba naturaliter intelligenda.*
49. *Non etymologia, ſed vſus propriam ſignificationem facit.*
52. *Reſignatio in fauorem lucratiua, odioſa, ſimoniaca. 115.*
53. *Reg. Cancellaria recipiuntur apud nos vt remedium politicum contra fraudes, & ita debent interpretari.*
54 1. *Hypotheſis, quando reſignans, poſt ſemeſtre alij reſignat: qui poſſeſſionem capit, & inox reſignans moritur*
55. *Non debet quis alij lucrū inuidere, quod alioquin perditurus erat.*
56. *Diligens non debet deterioris eſſe conditionis, quàm negligens. 58.*

57. *Præsumitur contra eum qui differt agere, donec probatio depereat.*
58. *Censetur in possessione decedere, qui alium loco sui in possessione relinquit.*
60. *Quid si simul concurrit tertius impetrans per obitum resignantis?*
61. *Hæc regula fallit est in favorem impetrantis per obitum possessoris.72.*
62. *2. Hypothesis, de impetrante per c. de multa in quod resignans post sex menses incidit.*
63. *Clem. Vlt. de procur. habet locum etiam in morte ciuili.*
65. *c. Susceptum. de rescript. in 6. loquitur in materia restringibili.204.*
66. *Verba legis facilius extenduntur.*
67. *Frequentia causa expressum non restringit.*
68. *3. Hypothesis, quando resignans, post tempus regulæ per sententiam priuatur.*
4. Hypothesis, quando resignans post tempus reg. permutans moritur in possessione beneficij compermutati.
69. *Refert collationem irritè fieri ab initio, vel ex post facto, & vi huius regulæ vel iuris communis.*
70. *Tria membra.*
71. *Hæc regul. incipit à quatuor conditionibus 267.*
72. *Limitata causa limitatum parit effectum.*
73. *Non obstant arg. à fortiori, nec absurda: quia hæc regula noluit omnibus obuiare.*
74. *Collatio primi resignatarij erat actu valida licet potentior resolubilis.235.*
75. *Initio nullum non conualescit: etiam si esset causa impediens.*
76. *Summa, clausulæ reseruationum, & ad ius vacaturum, non valeut.249.*
77. *Tamen secundo, vel tertiò prodesset annalis, vel triennalis possessor.*
78. *Solutio: in 1. hypothesi locus est reg. si resignans moritur in possessione: secus si post semestre priuatur titu. beneficij, sed non possessione.*
79. *Mors ciuilis comitata amissione possessionis facit locum regulæ.83.*
80. *Vt in professione monachali & vbicunq; mors ciuilis, eadem quantum ad hoc habet effectum. 81.102.104.356. quod non debet extendi nisi duobus concurrentibus.105.*
82. *Sufficit similitudo respectu eius de quo queritur*
84. *In professione monachali aliud nō expectatur: sed in alia ciuili obitus specie expectatur realis totius possessionis & detentionis admissio.*
85. *Prior resignatarius non potest publicare postquā secundus possessionem post semestre prima resignationis accepit, etiam si primus resignans adhuc viuit.86.*
87. *Nec dicitur Ordinarius variare per secundam eiusdem resignationem conferendo tertio.*
88. *Fallit si constat de dolo secundi resignatarij vel collatarij, saltem præsumptione.92.*
89. *Amplio 6. etiā si resignans conduxit à resignatario & post tempus huius regulæ missit in possessionem secundum resignatarium ignorantem etiam continuando pensiones primo.*
90. *L. vlt. C. de acq. vel retinend. possess. non habet locum in his beneficiis.*
91. *Beneficia sunt iuris publici, nec in his datur restitutio in integrum, vt in patrimonialibus.*
93. *Ratio 2. Hypothesis.*
94. *Pœna, c. de multa, de prabend. non habet locū ex eo solo, quòd quis remanet in possessione post resignationem admissam.*
95. *Sed potest publicatio fieri, quandiu resignans manet in detentione.*
96. *Decisio 3. Hypothesis.*
97. *Sententia priuationis lata post tempus huius reg. contra resignantem facit ius resignatarium qui non potest appellare.*
98. *In tertia hypothesi, resignatarius iure communi ob fraudem excluditur.*
99. *Resignationes mutuæ, & occultatæ non valent: vt simoniacæ.*
100. *Hæc reg. loquitur de resignatione valida & canonica.*
102. *Iustius excluditur secundus resignatarius facto resignantis, quàm fato.*
103. *Secunda resignatio facta infra tempus huius reg. non potest conualescere, sed benefacta post. 107.108. 109.*
106. *Hæc reg. operatur veritatem ex nunc, fictionem extunc.*
Hæc reg. (vt precedens) non fictionem, sed verom vacationem per obitum inducit.
110. *Hæc regula rectè limitata fuit, ad casum naturalis obitus.*
111. *Infiniti & perplexi modi vacationum ciuiliū.*
112. *Quæstio 8. an hæc regula procedat in permutatione?*
113. *5. Precipua capita huius quæstionis. 17. 18. 119 120.*
114. *Subiectū huius regulæ est resignatio, quæ citra hanc regulam, impediret vacare per obitum.*
116. *Quadruplex resignatio in favorem.*
118. *Aliud vacare per obitum resignantis, iure communi: aliud vi huius regulæ.*
119. *Permutatio, de cuius fraude vel simulatione constat, non spectat ad hanc regulam.*
120. *Compermutans superstes non potest vti bona fortuna.*
121. *1. Hypothesis, quando alter moritur in possessione post tempus.*
122. *Dispositio loquens in simplici, non debet extendi ad mixtum.*
123. *Nec ad casum habentem specificam determinationem.*
Non debet argui de lucro, ad damnum vitādū.
124. *Non debet vtrumque vacare per mortem alterutrius.131.*
125. *Præfertur is pro quo facit ius commune.*
126. *Arg. pro affirmatiua, quia l. uon distinguic.*
127. *Lex odiosa extenditur: ne fit elusoria.*
Melius, verbis edicti seruire.
129. *Damnū quod quis culpa sentit, ei imputatur.*
130. *Euictio legis non debetur, nec ob causam de nouo superuenientem.*
131. *Correlatiuorum eadem natura, etiam in correctoriis.*

132. *Permutatio per vnum vtriuſque procuratorem fieri poteſt.*
134. *Sol. quod locus eſt regulæ, & ſuperſtes redit ad beneficium.* 140.151.
135. *Permutatio non poteſt reſolui, niſi vtrinque.* 142.150.165.188.
*Limito num.*164.170.
136. *Secus in mutuis reſignationibus.*137.
138. *Hæc regula facta eſt in odium reſignantis, & reſignatariorum.*
141. *Secunda hypotheſis, quando vterque mortuus eſt infra tempus.*
143. *Tertia hypotheſis, quando vterque mortuus eſt, alter infra, alter poſt tempus.*
144. *Fictio non trahitur retrò contra tertium, vel actus perfectos.*
153. *Fictio non debet eſſe potentior ad reſoluendum, quàm ad confirmandum.*
154. *Reſignatio cauſa permutationis conditionalis eſt.*179.181.183.184.186.
155. *Modica circunſtantia ius variat.*
156. *Publicatio fieri non poteſt etiã viuo reſignante, ſed re non integra.*159.160 161.
157. *Reſignans licitè poſſidet & adminiſtrat, vſq; ad aduentum ſucceſſoris.*
158. *Laudabile eſt lites auerſari.*
Publicatio eſt actus extra iudicialis.
162. 4. *Hypotheſis.*
163. *Tertius reſignans alteri permutantium non permutat, nec emolumẽto debetur: niſi ſcriptum ſit in pacte à Papa approbato ſpecialiter, non per clauſulas generales.*164.
164. *Acceſſorium, reſciſſo principali reſoluitur: ſed non è conuerſo.*
165. 5. *Hypotheſis.*
166. *Publicatio limitatur ad ius & perſonam publicantis, nec prodeſt conſorti.*
167. *Publicatio principaliter, non enuntiatiuè fieri debet.*
168. *Plures contractus vna contemplatione facti, pro vno habentur.*
169. *An ſint tot permutationes quot beneficia? Reſponſio.*170.
170. *In beneficiis Eccleſiaſticis non curatur de affectu carnali vel perſonarum: ſed ſimonia eſſet.* 171.
171. *Concluſio. q. 8. num.*178.197.
173. *Fallit.* 1. *in permutatione ad vtilitatem Eccleſiæ.*
Forma mãdati nõ exceditur, ſi pinguius impletur
174. *Fallit* 2. *in permutatione ad finem vnionis.*
175. *Ordinarius poteſt admittere reſignationem in fauorem Eccleſiæ, non perſonæ.*
176. *Tunc debet eſſe vtilitas, non ſolum in termino à quo, ſed etiam in termino ad quem.*
180. *Triplex conditio, præſens, ſuſpenſiua, reſolutoria. Intellectus c.* 2. *de electi. in* 6.
181. *Conditio reſolutoria minus exorbitat, & potius præſumitur, quam ſuſpenſiua.*
182. *Conditio reſolutoria trahitur retro, non ſuſpenſiua.*
183. *Beneficium poteſt permutari cum hoſpitali, vel iure patronatus.*184.185 186.
187. *Exitus in permutatione.*
188. *Superſtes non gaudet bona fortuna, etiam in eligendo: niſi permutatio ſit impedita dolo defuncti.*189.
190. *Quo caſu Ordinarius cogit eum eligere.* 191.
198. *Impetrans per verũ modum vacandi occultũ, præfertur impetranti per modum putatiuum.*
200. *Fallit. ex clauſula* quouiſmodo, *qua poteſt Ordinarius vti.*327. 346.
201. *Parochiani, & alij non prætendentes titulum non poſſunt obſtare impetranti, alium eſſe modum vacandi.*
202. *Nõ valet impetratio per incapacitatem, poſt obitum, vel reſignationem pacifici.*
203. *Idem ſi poſt impetrationem poſſeſſor, ante citationem reſignauit?*
205. *Quæſtio 9. à quo tempore incipit currere tempus publicandi?*
206. *Conſenſus præſtari poteſt, poſt annum à morte reſignantis* 221.
*Publicatio an poſſit fieri ſine bullis.*207.241.
207. *Solo verbo gratiæ perfecta eſt.*
208. *Abuſus prænentionum Papæ & paruarum datarum curiæ Romanæ.* 211.212.216.218.
213. *Solut. quod à data reſignationis admiſſa.*215 216 222.223.224.235.236.351.
*Limito.*232.233.
214. *Impetrans beneficium viuentis, fit pro ea vice inhabilis.*
216. *Vt in reg.* de infirmis *inſpicitur data conſenſus, ita hic data ſupplicationis.*
218. *Reg.* 43. *declaratur.*221.
220. *Edictum Regis contra abuſus.*
224. *c. Statutum de præbend. in* 6. *generaliter procedit.*
225. *Diſpoſitionis pœnalis prius debent omnes termini verificari.*
Prius quærenda perſona, quàm ſolennitas.
226. *Semper excipi poteſt de eo, quod ex eadem diſpoſitione oritur.*
Ad impoſſibile, vel pendens à gratia principis, nemo obligatur.
227. *Differentiæ inter regulam de infirmis, & regulam de publicandis.* 228.431.
229. *Hæ regulæ nõ tendunt ad auferendum omnes abuſus.* 259.
231. *Fraus maior ab inſolitis, & abundantiori cautela.* 232.
234. *Hæc reg. non procedit in reſignatione fauore Eccleſiæ facta.*
237. *Quæſtio* 10. *an hoc tempus currat abſenti impedito vel minori?*
238. *Solut. quòd currit indiſtincte: quia regula loquitur in rem.*
236. *Bonum publicum præfertur fiſco, & priuato.*
240. *Minor reſtituitur in beneficiis ad conſeruandum, non ad quærendum,* 368.
242. *Propter impedimentum ſufficit publicare in loco vicino.*
Tempore belli, & præcluſi itineris ſignatura per teſtes verificata bullis æquipollent.

243. *Contra impedientem publicationem, ea pro facta habetur: nisi contra resignantem.*
245. *Resignatio in fauorem pro infecta habetur, si resignatarius repudiet.* 252.264.
248. *Etiam post obitum resignantis, & trahitur retrò ad confirmandum collationem ordinarij per obitum, sed non præuentionem Papæ: nisi facta sit ei, cui debetur beneficium.* 247.
249. *Declaratur c. si tibi absenti. de præb. in 6.* 246
250. *Resignatio fraudulenta non impedit vacationem per obitum.*
251. *Thema implicitum.* 252.
253. *Quæstio* 11. *an notificatio facta Ordinario sit publicatio?*
254. *Vbi sola scientia exigitur, non refert à quo sciat.*
255. *Quæstio* 12. *An hæc regula locum habeat in Ordinario?* 256.
257. *Respond. sic, indistinctè.* 259. 260.
Vbi Papa ibi curia.
258. *Potestas Legati tẽporaria, & extraordinaria.*
261. *Limitatio §. in hac. in l. qui occidit. ad leg. Aquil.*
262. *Quæstio* 13. *Notorium non relenat à publicando.*
263. *Etiam concurrente occulta possessione resignatarij.*
264. *Non valet publicatio facta tempore, quo populus non conuenit.*
265. *Possessio momentanea, vel per actus similes continuata: indiget publicatione.*
266. *Secus de possessione, realiter & palam continuata.*
Geminian. contra obloquentes defenditur.
267. *Non curatur de publicatione, si resignans non moritur in possessione,* 268. 271.
269. *Non sufficit exhibere instrumentum renocationis, nisi mandatum ad notificandum ostendatur.*
270. *Clausula* missa &c. *signaturis apposita, fidem non facit.*
271. *Publicatio valet sine bullis, & reg. pecuniaria spernuntur.* 332.
272. *Antuerpia à Lusitanis decorata.*
Sufficit publicatio & notitia, in loco beneficij.
273. *Quæstio* 13. *si resignans reseruauit omnes fructus, adhuc locus est regulæ.*
274. *In regno Francia non toleratur pensio, vltra tertiam fructuum: etiam in permutatione.*
275. *Vnde debitor pensionis, non potest priuari beneficio c. Odoardus, de solution.*
276. *Clausula* quòd resignatio resoluetur nõ soluta pensione, *abusiua est.*
277. *Non potest per Papam, etiã consensu prælati, pensio constitui ei non pretendenti ius in beneficio si pretendit ius incoloratum.* 281.
Papa nõ est dominus beneficiorũ: nec potest facere quod pensio transeat ad successorem resignantis.
278. *Refellitur distinctio canonistarum, an pensio sit in quota, vel in quantitate?*
279. *Subreptitia est pensio nona, priore tacita.*
280. *Licet non requiritur consensus patroni, tamen in spoliantibus ad nominationem Regis, eius consensus requiritur.*
282. *Motua pensionis creatio non valet, etiam prætextu permutationis.* 283.
284. *De iure, in permutatione beneficiorum non curatur inæqualitas redituum.*
285. *Etiam in abusu inperatur vtile ab inutili.*
286. *Pensio, ratione tituli personalis est: ratio verò proprietatis perpetua.*
287. *Papa quos ordines creat, transformat, etiam fundationes regum* 288.
289. *Pensio sine personalis, siue realis, contribuere debet in decimis.*
290. *Non valet cessio (etiam inrata) fructuum futurorum beneficij.*
Legatus etiam si possit admittere resignationes in fauorem, non tamen retenta pensione, vel alio onere: nisi etiam in mandatis habeat.
291. *Beneficia, & eorum reditus publici iuris sunt.*
292. *Contractus de se licitus, propter abusum prohiberi possunt, & publicatio quantumuis solemnis non prodest stante abusu.* 293.294.
293. *Concordatum abusiuum à Papa homologatũ facit beneficium vacare per obitum nõ obstante publicatione, si resignãs obiit in possessione.* 294
295. *Iudex ecclesiasticus cognoscit de reditu pensionis beneficij, sed non si hypothecariè agatur.*
296 *Quæstio* 15. *hæc regula & simules, etiam mortuo Papa vigent.*
297. *Quæstio* 16. *hæc regula locum habet etiam in mandatis.*
Hodie commenda est collatio dispensatoria: nec aliter differt à titulo. 302. 304 305.
298. *Cõmenda, secundum proprium, & primitiuũ Ecclesiæ vsum, est depositum.*
299. *Disciplina veteris Ecclesiæ.*
300. *Error Gratiani.*
301. *Ex pactis, non ex dominatione, indicatur species contractus.*
303. *Beneficium commendatum potest permutari cum titulato, vel commendato, etiam per Ordinarium.*
305. *Commendatarij possunt omnia quæ titularij.*
306. *Commenda Papa resignari potest in manus Ordinarij.*
307. *Noua declaratio. c. nemo de elect. in 6.*
308. *Commenda Ordinarij durat vltra semestre donec superior reuocet.*
309. *Quæstio* 17. *hæc regula non habet locum in consistorialibus: quamuis liget Episcopos, & Cardinales.*
310. *Quæstio* 18 *publicatio vetus, tempore mortis obsoleta, non valet.*
311. *Non censetur factũ quod non durat.* 312 344.
313. *Sufficit tamen, memoriam publicationis publicè reduci.*
314 *Quæstio* 19. *si quis resignauit pluries eidem qui publicauit ex vltima tantùm? Arg. cessare reg.* 315.316.
317. *Contra arg. vigere reg.* 318.319.320.323.
321. *Publicatio reiterabilis est, nec trahitur ad futura nec ad præterita non expressa.* 358.

322. *Dilationes argumentorum 1. patris.*
323. *Suſpectus eſt qui plures reſignationes accepit, nec niſi ſub tempus obitus publicauit.*
324. *Limitatio Gomeſ. reprobatur.*
325. *Publicatio mala repeti poteſt, in terminis huius reg. ſed non in terminis reg. Eugen. IV.*
326. *Conferuntur argumẽta. Diſtinctio plauſibilis.*
327. *Interiectitia hypotheſis.*
328. *Non præſumitur acceptatio: ſed poteſt reſignatarius, poſt obitum acceptare, vel repudiare.*
330. *Collatione facta indigno, contra c. cum in cẽtibus, denolutio fit ſuperiori.*
333. *Acrior pugna ſi vtraque, vel vltima reſignatio eiuſdem, in fauorem admiſſa ſit per Papam.*
334. *Exemplum quotidianum.*
335. *Vnica bulla vocationes omnes comprehendit.*
336. *Nec tenetur quis ad vnam ſe reſtringere.*
337. *Minus indulgendum reſignationi in fauorẽ, quàm reſignationi ſimplici. 338.*
340. *Clauſulæ quantumuis generales, non excedunt mentem.*
Ad 6. vel 7. caſus, omnes reducuntur.
341. *Primus, quando quis plures reſignauit in manu Ordinarij, qui eidem contulit.*
342. *Hæc regula non eſt facta ad illaqueandum.*
343. *Nõ debemus exigere plus, quam litera exigat*
345. *Publicans debet exprimere certam reſignationem, ſed non ſe reſtringere.*
346. *Verba captari non debent.*
349. *Secundus caſus, quando quis reſignauit eidẽ primo, in fauorem, ſecundo ſimpliciter.*
350. *Tertius caſus, quando quis pluries reſignat eidem in fauorem.*
351. *Publicanti habenti verum ius, non nocet pluralitas titulorum, vel reſignationum.*
352. *Falſum committens beneficium perdere debet.*
353. *Quartus caſus, quando quis reſignauit pluribus, & vltimus tantùm publicauit.*
354. *Publicatio perſonalis eſt: nec prodeſt vero titulario negligenti.*
355. *Sicut perſonalis interruptio, ſed ſi reſignans deſinit poſſidere: velut naturalis interruptio, prodeſt vero reſignatario, qui non publicauit.*
Limit. num 359.
357. *Quintus caſus, quando quis iterum reſignauit reſignatario primi reſignatarij.*
359. *Sextus caſus, quando quis reſignauit duobus, deinde ſecundus acquirit ius primi.*
360. *Septimus caſus: quando quis pluries reſignauit, ſed eidem collatum.*
361. *Quæſtio 20. Retroceſſio ex coniunctione perſonarum, & breuitate temporis, præſumitur in fraudem regul. 362. 364. 369.*
363. *Tres præſumptiones ſufficerent ad probandum fraudem.*
366. *Hypotheſis. Mandatum captioſum.*
373. *Mandatum, dolo vel fraude extortum, ipſo iure nullum 374.*
376. *Perſona interpoſita fraudem auget.*
378. *Reuocatio prioris reſignationis fraudulenta præſumitur: niſi ſit palam facta. 379.*
380. *Reciprocatio ceſſionum pluries repetita, eo ipſo præſumitur fraudulenta.*
381. *Quæſtio 21. Defectus publicationis primi reſignatarij non prodeſt ſecundo reſignatario.*
382. *Ratificatio non poteſt fieri poſt tempus, nec trahitur retrò niſi extremis habilibus.*
383. *Nulla eſt reſignatio & prouiſio facta vi procuratorij ſuperannalis.*
384. *Edictum Henrici. II. contra paruas datas tragitur & ligat etiam in peritorio & in foro Eccleſiaſtico in geſtis poſt illud edictum 405.*
385. *Quæſtio 22. Paulus 3. Papa promus: Paulus IV. condus diſpenſationum.*
386. *Procurator non eſt ante receptas literas 387. 388. Amplio n. 390. 391. 392. 393.*
389. *Idem de iudice delegato & executore, & arbitro.*
394. *Ratificatio non habet locum in reſignationibus beneficiorum.*
395. *Quæſtio 3. thema ſex quæſtionum.*
396. *Laicus poteſt eſſe procurator ad acceptandum vel reſignandum in genere.*
397. *Sed non ad eligendum perſonam incertam. 398. 408.*
399. *Laicus poteſt eſſe procurator ad reſignandum in fauorem perſonæ per ſe nominandæ.*
400. *Vt cum clerico poteſt eſſe aliter in cauſis ſpiritualibus.*
401. *Olim Cancellaria Romana non admittebat procuratoria ſuperannalia ad reſignandum: ſed à camera Papæ cæpit hoc negligi.*
402. *Non ſufficit procuratorẽ ſubſtitutum habere præ manibus inſtrumentum ſubſtitutionis, niſi etiam habeat inſtrumentum principale.*
403. *Inſtrumentum referens vbi probat ſine relato.*
406. *Reſignatio ſubreptitia eſt facta per procuratorem in fauorem perſonæ per eum nominandæ, niſi hoc expreſſe 409.*
407. *Quanto maior diſpenſatio, tanto facilior obreptio.*
410. *Quæſtio 24. Quid ſi reſignans moritur in poſſeſſione litigioſa?*
413. *Sol. ſi de facto incũbebat poſſeſſioni, etiam fiduciariæ, locus eſt regulæ: alias iuri communi. 424. 429.*
415. *Subrogatio in lite non fit poſt an. 417. 422.*
416. *Fallit ſi reſignans ſemper litem proſequatur. 419. 424.*
Quomodo intelligendum, litem in Senatu concluſam non perimi.
418. *Sicut aduocato, ita procuratori, & ſollicitatori, non licet cum clientulo contrahere.*
419. *Intellect. ſi hi contra quos. vt lite pendente. 6. 421.*
410. *Diſciplina Eccleſiaſtica à Papis labefactata.*
432. *Litera ſubrogationis non ſunt gratia: ſed iuſtitia, etiam in beneficijs.*
423. *In petitorio poteſt peti ſubrogatio iure communi, ſine reſcripto Papæ.*
424. *Lapſus anni nõ nocet, ſed prodeſt poſſeſſ. 321.*
Incumbens rei, nomine ſuo cenſetur poſſeſſor.
426. *Omnia acta cũ reſignãte, nocẽt reſignatario, etiam furioſo: etiam per contumaciam lata.*
427. *Niſi*

427 *Nisi collusoriè, vel voluntaria cessione resignantis.*
Sententia voluntaria magis est contractus, quàm iudicium.
428 *Acta cum resignante, prosunt resignatario.*
429 *Vt sit locus huic reg. sufficit resignantem incumbere possessioni etiam litigiosæ, etiam prouisionali: inspecto tempore quo moritur, non quo resignauit.*
430 *Verbalis sequestratio plus prodest possessori, quam sententia recredentiæ.*
431 *Sententia subrogationis, etiam ex capite resignationis, non habet vim publicationis*
432 *Etiam respectu eius contra quem lata est.*
433 *Resoluta per hanc regulam resignatione, resoluitur sententia, etiam iudicis secularis: super ea interim lata.*
434 *Exceptio rei iudicatæ non obest, licèt ad idem, sed ex causa de nouo superuenta, agatur.*
435 *Si quis resignauit, deinde lite mota: & sequestratione facta moritur: cessat hàc regula cessante collusione.*
436 *Regula de infirmis & de publicandis in duobus conueniunt, & in 9. differunt.*
437 *Laus iuris ciuilis.*
438 *Nihil est de forma mandati Papistici, nisi quo vel ius commune plus læditur, vel Ordinarius plus grauatur.*
439 *Dispensatio non fit, nisi exprimatur.*
440 *Si beneficium regulare teneatur per sæculares in commendam, nunquam fit regulare, etiam per quingentos annos.*
441 *Clausula*, vestræ vel alterius Ecclesiæ, *non est necessaria, quando scribitur abbati vel conuentui.*
442 *Monasteria non habent Ecclesiam, sed parochiali subsunt.*
443 *Pensionario qui retinuit collationem beneficiorum, est dirigendum mandatum.*
444 *Soli naturali prælato directum & insinuationis requisitio illi facta pensionarium ligant.*
445 *Secus quando ad duos iure proprio spectat prouisio.*
446 *Beneficium, spectans ad grauatum communiter cum alio facit numerum subduplum.*

COMMENTARIVS ANALITICVS,

PRÆFATI CAROLI MOLINÆI, FRANCIÆ ET GERMANIÆ IVRECONSVLTI SOLERTISSIMI, IN REGVLAM Cancell. XXXIV. *de publicandis Resignationibus*, ab eodem authore recognitus, cum luculento auctario.

EPITOME.

SI RESIGNANS MORITVR IN POSSESSIONE POST semestre resignationis admissæ in curia Romana, vel mensem eius admissæ, extra curiam, beneficium vacat per obitum & non per resignationem: nisi ea resignatio interim publicata fuerit, & possessio beneficij petita ab eis quos id contingit: hoc dicit.

Regula XXXIV. De publicandis resignationibus. Innocentius.

ITEM idem dominus noster statuit, & ordinauit, quòd quæcunque beneficia ecclesiastica siue in Romana curia, siue extra eam resignata, [a] (nisi [b] de illis factæ resignationes) si in Romana curia, infra [c] sex [d] menses, si extra [e] dictam curiam factæ sint, infra mensem, (ex tunc [f] vbi dicta beneficia consistunt, publicatæ, & possessio illorum ab eis, quos id contingit petita fuerit.) Si resignantes ista postmodum in eorundem resignatorum possessione decesserint, non per resignationem, sed per obitum [g] huiusmodi vacare censeantur. [h] Collationes [i] quoque de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ, & inde secuta nullius sint roboris, vel momenti.

a *Resignata*) verè, hoc est, resignatione admissa, quod indistinctè sufficit, vt infra quæst 9.
b *Nisi*) hæc parenthesis est limitatio propositionis sequentis, ibi *si resignantes*, quam hæc parenthesis, aliâ parenthesin implicans sequi debet ordine intellectus infra num 13.
c *Infra*) quia pendentibus his induciis resignatio non periclitatur: sed illis lapsis, & resignante possidente, subest periculo resolutionis, si resignans moritur in possessione, antequam satisfiat huic regulæ.
d *Sex*) Sufficiebant tres, sed Papa septuplò gratificari voluit ad se accedentibus, eósque inuitare.
e *Extra*) & sic siue apud Legatum vel Ordinarium.

f *Extunc*) d est à tempore resignationis admissæ, in fine quæst 9 quæst. 10.
g *Obitum*) etiã ciuilem quando resignantes post hoc tẽpus adhuc possidentes cesserunt vel destituti sunt cum effectu q 7. n. 72.
h *Censeantur*) verè non fictè, infra n 106.
i *Collationes*) illarum ex prædictis.

1. finis reg.

INNOCENTIVS VIII. primus author & inuentor fuit huius reg. 2 ¶ Quæ collimat ad eosdem fines ad quos & præcedens, videlicet primò ne beneficia (contra canones,) hæreditaria fiant: & secundò ne Ordinariis, & expectantibus, vel per obitum possessoris impetrantibus, ab eis illudatur: & generaliter ad imputandum, vel restringẽdum resignationes quæ fiunt siue in fraudem doctorum Canonum, siue in fraudem Ordinariorum, siue in fraudem vtrorumque, Et videtur emersisse hæc regula, in consequentiam prioris, quæ antiquior est, & initium habuit à Bonifacio VIII. vt ibi Gomes. præfatur. Cùm ergo fraudatores viderent sibi liberum non esse fraudem facere tempore infirmitatis, per priorem regulam cœperunt infirmitatẽ & periculum mortis præuenire, faciendo in sanitate huiusmodi resignationes in fauorem: sed occultando eas & secretas habendo quandiu viuerent, vt ad mortem vsque fruerentur. Et sic maior gliscebat & succedebat fraus, quam ante dictam reg. *de infir.* quia nec tempore quidem infirmitatis, & mortis detegebatur fraus: sed demum post obuũ, & quandoque diu post. Quod animaduertens Innoc. VIII. sanxit hanc regulam: quæ etiam magis necessaria erat, quàm præcedens. 3 ¶ Vnde non minus, sed saltem æquè per easdem rationes *fauorabilior est*: imò fortior, & firmior, quia Papa priori regulæ expressè derogare potest, & date nominatim Legato potestatem derogandi, vt receptum est, & dixi in reg. præcedenti n. 127. Sed huic regulæ Papa nullo modo derogare potest, nec date potestatem derogandi, quia istud non solum esset remittere dolum, vel fraude de futuro, (quod nullo pacto nec inter viuos, nec in testamento, nec per legem quidem fieri potest l. *si vnus. §. illud nulla.* & ibi Bart. & omnes, *de pact. l. conuenire. de pact. dotal.*) sed etiam esset dispensare ad delinquendum, & ad hoc inuitare & authorare, cuius secundùm theologos, nulla est potestas: nam peccare, infirmari, deficere, non est posse: sed non posse, tex. in c. vlt. in fi. *de pœnit.* dist. 2. Bal. consi. 326. n. 3. lib. 1. Magister sententiarũ lib. 1. d 42. & ibi Bonauent. q. 2. Gabriel Biel. quæst. vnica. vel nisi proprie symbolicè dicitur potestas diaboli. Apocal. c. 13. ibi *& dedit illi draco potentiam suam & thronum suum: & potestatem magnam*: loquitur enim de potestate Antichristi, quæ est à diabolo, & c. vel potestas tenebratũ. Luc. 22. 4 ¶ Rursus aduerte, quòd hæc reg. non modo firmior, sed etiam fauorabilior est priore regula, *de infir.* hæc enim non solùm facta est ad duos illos principales fines, ad quos & reg. *de infirmis*, vt supra n. 2. sed etiam ad alium tertium, & æquè principalem, valdéque notabilem finem: videlicet ne pactis, & occultis commerciis priuatorum, inscio Papa, fiant per indirectum, reseruationes effectuales beneficiorum, cum regressu. Cupiens enim de beneficio suo secretè negotiari, & illud ex tunc affectũ iri Titio, ita tamen, vt si superuiuat illud retineat: nolens tamen, vel non valens redimere à Papa qui fortè pro alio vellet reseruare: vel etiam si ad hoc non desint pecuniæ, desunt fauores: vel si neutrum desit, tamen mauult occultè, & furtiuè (quod deterius est) sine scientia, & authoritate summi horum omnium facere: resignando in fauorem Titij, cæteris simpliciter nullo regressu, nulla reseruatione expressis, sed resignaturam penes se retineret, & secretam teneret, ad hoc vt non solùm quandiu viueret, frueretur: sed etiam præmoriente Titio, liberè de beneficio disponere posset, vt prius, si verò ipse præderederet, Titius superstes, dictam signaturam ad effectum perduceret, & sic vter eorum superstes esset, semper contra omnes æquè beneficio frueretur, ac si expressè superstiti eorum reseruatum esset: imò non solùm vnus, sed etiam duo, vel plures, vel etiam integra familia, vt apud Lemouicos, possent sic inuicè reciprocè resignare: vt superstitibus, vel superstiti omnia beneficia remanerent, non solùm in fraudem & ludibrium Canonum & Ordinariorum, sed etiam in fraudem, & detrimentum Iurium & commodorum curiæ, meusæque Romanæ: ad quod inconueniens restringendum, sancita est hæc regula, non simpliciter, vt præcedẽs, *de infirmis*: sed addito vniuersãs, & præciso irritãti decreto, ibi *Collationes quoq; & inde secuta nullius sint roboris vel momẽti.* 5 ¶ Hæc autẽ fraus alia est à prima supra n. 2. Aliud enim est, quod infirmus, vel moriens, velit beneficium suum tradere in talen, delectum successorẽ tantùm & adhuc non occultè, sed palam, vt in dict. reg. *de infirmis*. Aliud, quod etiam sanus prouidere velit, vt tam alij, quam sibi, superstitique eorum reseruetur: idque non apertè, sed occultè, & secreta nundinatione, hic enim non simplex, sed multiplex fraus est, longè odiosior, & dãnabilior priore, quare hæc regula quantò plures, & grauiores fraudes restringit, tanto iustior, & fauorabilior est priore regula *de infirmis*. Nõ tamen putes, quod Papa hanc regulã fecerit in fauorem decreti cõcilij Basilien sis, *de reseruationibus sublatis*, vel pragmaticæ sanctionis Galliæ in qua decretum illud receptum, & approbatum fuit: quæ semper cane peius, & angue; Papa cum sua curia oderunt, & (vt per Plati. in Pio 2.) persecuti sunt etiam vt hæresim, sentis quid sit, vel non sit eis hæresis. 6 ¶ Apud nos autẽ hæc regula valet, & efficax est enam ad cohibẽdas occultas fraudes, quæ fierent contra decretum illud *de reseruationibus sublatis*. Vnde quando apparet de fraude, siue de pacto, vel concordato, quantumuis a Papa confirmato, directè vel indirectè, contra illud decretum, non opus est hac regula, cùm pinguius, promptius & efficacius succurratur per appellationes ab abusu, ad curias parlamentares Galliæ, vt a triginta annis vidi: & nuper die Iouis 11. Februarij anno sesquimillesimo quingentesimo quinquagesimo in publicis actionibus huius Senatus disceptata fuit causa huiusmodi. Quidã monachus Oliuerius Bichon sub concordato, à Papa homologato prioratũ curatum de Berchorio dioecesis Malleacẽsis membrum dependẽs ab abbatia S. Iouini dioecesis Pictauẽsis resignauit monacho, fratri Carolo de Liuernes officiali Malleacensi, qui tenebitur, & promisit, eumdem prioratũ resignanti, seu personæ per eum nominandæ, infra biennũ, à die homologati cõcordati restituere: & casu quo per impotentiam iuris, aut facti, non posset, tenebitur beneficium pacificum, regulare, non hugiosum, ab omni pensione libertũ, valoris annuarum decem librarum tradere, & insita illud biennũ, pensionem annuam eiusdem valoris, ad quam etiam idem beneficium locatum erat, vsque ad cõplemẽtum concordati: quo cum clausulis solutis, nec alias, nec aliter homologato, & possessione realis publicè per resignatarium capta, resignãs deinde post octodecim mẽses decessit, & Michael Chãceau monachus eiusdẽ monasterij per obitum dicti Bichon resignantis impetrat ab Ordinario, sed impeditur à dicto officiali & monacho, contendente se possessorẽ sesquianni: & nihil vacasse per obitum defuncti, & fiduciariam possessionẽ iudicio Senescalli Pictauẽsis obtinet, dictus Michael supremã Parisiorum curiam appellat, vbi cõsultus tanquã ab abusu appellat ab executione homologationis Papalis dicti concordati, aduocatus autem monachi resignatarij disertissimus causæ (vt puto) inseruiẽs, imò vt etiã multi antiquarij censebant cõtendebat non esse damnatã reseruationem, vel regressum nisi quãdo beneficium viuentis, & ignorantis reseruatur, & afficitur per eius obitũ, secus si eo consentiente, vt hic: dicebat etiam hic esse simplicem promissionẽ de futura permutatione, quando monachus nactus esset beneficiũ similis valoris permutandũ: & interim promittebat dare fructũ. Tum surgens facundissimus ille, & doctissimus do. Pe. Seguyerius, Regius patronus paulo post in eiusdem senatus præsidio meritissimũ assumptus, appellãti adhæsit, & pariter appellauit: multisq; canonibus ad hoc expressis, & inductis doctè

2. finis.

Huic regulæ Papa derogare nequit.

Posse peccare non vit posse.

finis.

ſcitèque euicit, non ſolùm abuſum eſſe manifeſtum A contra canones, & ſacra concilia, Regiáque edicta, & ſenatuſconſulta: ſed etiam hunc abuſum agere in fundamenta diſciplinæ eccleſiaſticæ, oec purgari, ſed eooduplicari abuſum conſenſu vtuentis. tuoc enim non vnus ſolus, ſed duo peccant, & ambo crimen ſimoniæ incurruot. quod cum cenſuris temanet omnioo hoc caſu, in quo Papa pet concilia, & decreta vetitus eſt diſpenſare, vel crimen (& conſequenter eius pœnam) remittere, & cùm non ſit ſimplex reſigoaoo tetenta penſione vel fructibus, qui ad modum trientis teduci poſſeot: ſed actum ſit) & non alias (vt reſignatario præ moriente, vel non implente infra biennium, ſuperſtes tecuperet beneficium: eouincitur vera reſeruatio, & verus recurſus abuſiuus, & intolerandus. quia toto illo præcedente B biennio, nec morte reſignantis, nec reſignatarij beneficium vacabit, ſed ceder ſuperſtiti. Et adhuc idem lapſo biennio, ſi reſignans adhuc viuit, quandiu non vtget reſignatarium, neque vult vti clauſulis reſolutoriis. Tum hac, vel ſimili via admiſſa, oon minùs ſordidè negotiari liceret in beneficiis eccleſiaſticis, quàm in venditione oquotum, vel prædiorum: non minùs expoſita eſſent commercio prophano, imò magis, quia per conſuetudinem non licet prædia tiec alia donare tetinendo, nec valeret huiuſmodi donatio, vt plenè diximus in conſuet. Pariſien. §. 160. & tamen id licetet in beneficiis: ſi huiuſmodi rundinationes curiæ Romanæ admitterentur. 8 ¶ Ex quibus clariſſimum eſt, beneficium adiudicandum appellanti. Senatus tamen noluit in promptu definire, C forſan hærebat in quibuſdam quæ prius videnda erãt, quàm plenum poſſeſſorium adiudicaretur: ideo ad conſilium remiſit, & dictam appellationem negotio principali iunxit. Sed anno ſequenti, videlicet hoc anno 1561. die 7. Septembr. pronuntiatum definitiuum areſtum, quo dictum eſt malè, & abuſiuè factum, & proceſſum fuiſſe in vim dicti abuſiui concordati, & bene appellatum tam pet procuratorem generalem Regis: quàm per dictum Michaëlem, & dictus officialis damnatus in expenſas cauſæ appellationis ab abuſu erga dictum Michaëlem. Et ius teddendo in principali, & ſuper appellatione à ſententia dicti Seneſchalli, in vim nouiter productorum, ſcilicet dict. coneordati per appellantem in cauſa appellationis producti, appellario & ſententia annul- D lata ſunt, ſine expenſis cauſæ appellatioois, & emendando & corrigendo dictam ſententiam, plenum poſſeſſorium dicti prioratus *Michaëli* Chaneau adiudicatum: cum expenſis, & damnis cauſæ principalis, & turbationis, provt etiam adiudicandum conſulueram. 9 ¶ Hoc ſolenne areſtum in hac ſecunda editiooe plenùs explicati, quàm in priori, eo quód nuper anno 1558. vidi quoſdam etiam antiquos aduocatos & in hac re beneficiaria exercitatos horum ignoratione idem cenſere, & de facto conſulere quod ille qui ſuccubuit cenſebat, ſupra n. 6. in fi. quos tamen in meam ſententiam & veritatis ſemitam libro meo prolato teduxi. Ita etiam circa initium anni ſeſquimilleſimi quinquageſimi ſeptimi per aliud areſtum E in tertia huius ſenatus inquiſitionum claſſe iudicatum fuit relatore doctiſſimo & integerrimo ſenatore, Papam ſcilicet non habere poteſtatem huiuſmodi mercenaria concordata, ne dicam ſymoniaca homologandi, & nobis tanquam canonica contra canones obtrudendi, nec impetrandi vt non ſolùm contra naturam & experientiam, ſed etiam contra Spiritum Sanctum & eius prophetam Eſaiam credamus nigrum album, vel plumbum aurum. Ita etiam oon diu iudicatum à præfectis libellorum ſupplicium palatij Pariſienſis.

10 ¶ Vnde ſequitur quòd etiam mox, ad executione dicti concordati abuſiui potuit beneficium etiam ab Ordinario impetrari, & iotellige ab executione reali facta vel inchoata in partibus iſtis, putà à ſimplici apprehenſiooe poſſeſſionis, etiam ſi non plenè conſtet de homologatione, admiſſione & collatione Papæ, dummodò conſtet de abuſiuo concordato & eius executione: non enim vacat beneficium hoc caſu per reſignationem factam in manu Papæ & ab eo admiſſam, ſed vacat per executionem ſymoniaci coontractus, quod ſecum trahit abdicationem iuris & facti beneficij dimiſſi, vt in ſimili diximus ſupra in regula *de infirmitate reſig.* n. 14. in fi. Et nihilominus ex quo dictus Bichon reſignans percipiebat omnes fructus per manus ſuas vel veteris conductoris, vt priùs, & ſic vulgò tepotabatur titularius, potuit beneficium per eius obitum per hanc regulam impetrari, non obſtaote publicatione reſignatarij, vt pote mercenaria, ſimoniaca & abuſiua, provt ferè in ſimili in hoc ſupremo ſenatu anno 1512. iudicatum fuit, vt dicam infra eodem ou. 11 ¶ Redeundo ad hanc regulam: Cùm Romanenſes vtantur ea ad ſuum commodum, vt ſup. n. 4. & ſic eam interpretentur, non habentes rationem de eneruatione diſciplinæ eccleſiaſticæ: oos Galli vnmot ad finem publicum: & ſic interpretamur, vt hæc teg. nuuet facta decreta *de reſeruationibus ſublatis*, vbi de expreſſo regreſſu non apparet. hæc autem teg. tortuosè, & implicaté more Romanæ curiæ ſcripta eſt: adeo vt etiam in vtraque eiuſdem curiæ cancellaria, valdè, diúque perplexa fuerit, Rota quoque ipſe in eius interpretatione etrauerit: põtifices quoque his perplexitatibus moti, medelámque allaturi, quædam partim addiderunt, partim immutauerunt, ſed ſuperuacuè, vt mox clarè oſtendam. Quæſtio 1.

12 ¶ Prima enim, & omoium magis neceſſaria quæſtio circa ipſam textualem intelligeotiam, & toous huius regulæ diſpoſitionem, & virtutem eſt, Quæ requirantur vt eius ſtatutum locum habeat: videlicet vt beneficium non per reſignaoonem, ſed per obitum vacet. Et ait *Lud. Gomeſ.* hic in prin, & q. 15 quòd ſecundum antiquam, & *modernam* interpretationem Rotæ, tria copulatiuè tequiruntur, Primum quòd non fuerit facta publicatio. Secundum quòd *non fuerit* petita poſſeſſio. Tertium, quòd reſignans poſt ſex menſes deceſſerit in poſſeſſione: adeò quòd vno ex his tribus deficiente, regula oon procedat: ſed beneficium vacet per reſignationem, & non per obitum. & ita etiam reſpoudet Gomeſ. hic concludens illa tria copulanuè tequiri: Ita quòd ſola poſſeſſionis petitio, vel ſola publicatio reſignationis, etiam reſignante poſt ſex menſes in poſſeſſione mortuo, impediat fictionem huius tegulæ. Et ſic ſi bene numeres quatuor taquiruntur: ita vt vno ex illis quatuor deficiente, ceſſet hæc teg. & beneficium vacet per reſignationem, non per obitum, reiectis etiam omnibus additionibus Adria. 61 quas, vt ait Gomeſ. nullus ſucceſſorum ſequutus eſt: ſed regolam, provt prius confirmatunt. Error Rotæ.

13 ¶ Atqui planè delirant, & ſenſum apertum, propriámque verborum ſignificationem huius regulæ tidicula ſophiſticatione peruerrunt. dum enim Rota, & Gomeſ. copulam vnicam ineptè & præpoſterè vrgent, faciunt de copulatiua alternatiuam, meràmque, tum verborum, tum ſenſus peruerſionem. Copula illa, vbi verſatur eorum vertigo, & epitaſis, ſita eſt in medio regulæ ibi, *& poſſeſſio.* vi enim illius copulæ (quæ ſtate debet inter duo diuerſa, & ea copulatiuè vnire, ſiue exigere) putauerunt ibi poni duo diuerſa copulata, & vtrumque eorum cum tertio complexo ibi *ſi reſignantes iſta*, copulatiuè, & ſic vniformiter tequirl ad effectum huius regulæ. vnde colligunt defectum vniuſ eorum trium, vel quatuorſ (quia ſub illo tertio complexo, duo alia implicantur) tollere, & excludere pariformiter diſpoſitionem, & pœnam huius tegulæ. Hæc eſt ſubtilitas, hæc tatiocinatio, & dialectica Can-

cellariæ Rotæque Romanæ: ſed tam inepta, & præpoſtera, vt vertigine laboraſſe videantur: nec vnquam cogitaſſem eos tam fœdè hallucinatos eſſe, niſi Gomeſ. ipſe, eorum ſymiſta, ſæpius protulè inculcaſſet. Fateor primum huius erroris colpam eſſe penes compilatores huius regulæ: quibus placuit non planè, & ſuccinctè (vt feci in epitome) ſed tortuoſa, & implicata perplexitate hanc regulam conſcribere. dicerem ſtudioſè intricandi, litéſque ferendi cauſa factum: niſi notum eſſet talem eſſe loquendi morem illius curiæ.

Solutio. 14 ¶ Nihilominus eenſeo & verba & ſenſum clara eſſe: ad hoc quòd vt ſit locus huic regulæ, vacationique per obitum, non ſufficiat publicationem in loco beneficij factam eſſe, niſi poſſeſſio quoque petita fuerit ab eis quos id contingit: cum aliis, quæ eadem regula copulanuè requirit, ita quod vno eorum deficiente, non habet locum pœna huius regulæ: quæ propoſitionem habet, & limitationem. propoſitio eſt ibi, *ſi reſignantes, &c.* limitatio ibi, *niſi de illis*. Propoſitio verò, tanquam ſcopus, & finis ſemper intellectus, ordine prior eſt: etiam ſi ordine literæ ſequatur. & pariter dicta limitatio, ſiue clauſula exceptiua, quæ incipit à dicta dictione *niſi*, quæ exceptiua, & ſic conſequutiua eſt, poſterior eſt ordine intellectus. & ſic perinde accipi debet, ac ſi (quatenus propoſitionem ſequentem limitat) ſcripta eſſet in fine regulæ, poſt verbum *momenti*. Hoc enim non ſolùm ratio tecti intellectus (cui verborum ſitus, & ordo eedere debent) *c. intelligentia e. nihil obſtat. de verb. ſignif. l. non codicillum. C. de teſtam.* imò ſintaxis ipſa, & conſtructio grammaticalis exigit. Modò ſi exceptionem illam, *niſi reſignationes publicatæ: & poſſeſſio ab eis quos contingit, petita fuerit*, legas poſt verbum *vacare cenſeantur*, vel in fine regulæ: nemo dubitabit ſenſum noſtrum verum, clarúmque eſſe: imò neceſſarium: interpretationem autem Rotæ, & Gomeſij, ineptam & ridiculam eſſe. Præterea, & ſecundo, dico quod clauſula *niſi*, vſque ad verbum *ſi reſignantes*, eſt vera parentheſis, aliam parentheſim includens, vt totaui in textu. Et ſic neceſſario intelligitur poſt totum contextum, ſaltem poſt clauſulam principalem, quam præſupponit.

Propoſitio. Limitatio.

Duæ orationes hypotheticæ. 15 ¶ Tertiò, dico quòd in hoc text. ſunt duæ orationes hypotheticæ, quæ propriam ſuam determinationem habent. prior ordine ſcripturæ ibi, *niſi*, eſt: 1 poſterior ibi, *ſi reſignantes*. Sed hæc, in effectu pri- 2 maria, prior autem ſecundaria, vt iam diximus. Hæc autem primaria clara, & ſine controuerſia eſt, duo, vel tria copulatiuè implicans. primum, quòd reſignans moriatur. ſecundum, quòd poſt dictum ſemeſtre, vel menſem à reſignatione facta, id eſt admiſſa, tertium, 3 quòd in poſſeſſione eiuſdem beneficij. his enim concurrentibus, ſtatim verificati ſunt termini primariæ hypothetiæ, & ſic impetrans per obitum, iam habet totentionem fundatam in regula: quippe qui nihil aliud probare, nec allegare quidem tenetur contra reſignatarium. Cæterum vtcunque controuerſa, tamen æquè clara eſt ſecundaria illa, ſolo literæ ordine prior, duo, non ſub implicita, ſed ſub expreſſa copula continens. Non eſt ergo dubium, quin reſignatarius, contra prouiſum per obitum, in propoſitione huius regulæ fundatum excipiens de dicta clauſula exceptiua, ſeu ſecundaria hypothetica, teneatur allegare, & probare quæ eadem exceptiua clauſula requirit, igitur non ſufficit quòd probet publicationem in loco, niſi etiam doceat ſe habuiſſe, ſaltem petiiſſe poſſeſſionem ab us, quos id contingit, & è conuerſo non ſufficit quod doceat ſe petiiſſe, & etiam habuiſſe poſſeſſionem ab iis, & per eos ad quos ſpectat: niſi etiam probet ſe publicaſſe ſeu notum feciſſe in loco, quia exceptio vtrumque copulatiuè requirit. ergo niſi vtrumque probet, non eſt locus exceptioni: ſed manet ſub regula.

16 ¶ Nimis ergo deſipuerunt Romanenſes, in re tam clara: de qua, vt per ſe explorata, dicturus non eram: niſi ex ſcriptis Gomeſij comperiſſem, etiam ſummos ipſos Pontifices adeo propter illam interpretationem (imò deprauationem) concuſſos eſſe: vt partim addiderint huic regulæ, partim immutauerint, vt Adrianus 6. qui dictæ interpretationis metu, addidit verbum *cum hoc*, vt vtrumque copulatum requireretur. quæ additio ſuperuacua eſt, quia tiedum ſecundùm verum ſenſum noſtrum. quò ſufficit copula *&*, imò etiam ſine expreſſa copula, vtrũque requireretur. Quoniam non minus pnor illa hypothetica copulatiuam ſub ſe contentorum virtualiter implicat, quàm poſterior hypothetica exprimit. Verum etiam dicta additio ſuperuacua eſt, etiam ſecundum ſenſum ſophiſticom Rotæ: quia ipſemet Rota intelligit omnia copulata pariformiter requiri: vt locus ſit pœnæ-vacationique per obitum: & ſic defectu vnius ceſſare fictionem vacationis per obitũ, rèmque ad terminos iuris communis recidere. & ſic additio *cum hoc*, abondat: etiam ſi notam copulam addat: vel priotem intendat, quia eodem errore, quo Rota, omnium trium concurſum requirit, vt locus ſit pœnæ huius regulæ. eodem quoque errore, idem requirit, ſiue ſimplex, vel duplex, ſiue remiſſa vel intenſa ſit copula. 17 ¶ Proceſſit enim tam fœdus error, ex eo quòd totius huius regulæ putauerunt vnicam, & vniformem eſſe theſim vel hypotheſin: omniáque requiſita, copulata vniformiter, eodem requiſita, & copulata vniformiter eodémque reſpectu copulari: quaſi ab eodem verbo grammaticali regi, quæ manifeſtè falſa ſunt, ſunt enim adminus duæ & diuerſæ orationes hypotheticæ. altera ordine ſcripturæ poſterior, ſed primaria: altera exceptiua, & ſecundaria. & ſingulæ ſua, & diuerſa habent (vt grammaticaliter loquar) appoſita & ſuppoſita, propriaſque determinationes, & relationes. omnia enim tacitè contenta, & copulata ſub primaria, reguntur ab eodem verbo *diſceſſerit*, referuntur ad propoſitioem ipſam regulæ, & ad fundamentum intentionis prouiſi per obitum. copulata verò ſub ſecundaria reguntur à verbo *fuerit*, & referuntur, non ad propoſitionem, vel fundamentum prouiſi per obitum: ſed referuntur ad exceptionem impugnatiuam dictæ prouiſionis. Non ergo debuerunt copulata vnius confundi cum copulatis, vel requiſitis alterius: quaſi eadem eſſet hypothetica: prout errabundè imaginati ſunt ſic eſſe in hac regula, ac ſi textus illius ſic haberet: videlicet, ſi reſignano non fuit publicata in loco beneficij, nec poſſeſſio petita ab eis quos contingit infra ſemeſtre, vel menſem, & poſtea reſignans in poſſeſſione deceſſerit, vacet per obitum. tunc enim eùm eadem eſſet hypothetica, vniformis copulatio, & relatio: procederet interpretatio Rotæ vt defectus vnius ſolius taliter copulatorum impediret pœnam regulæ nequicquam opitulante additione Adriani 6. quin tantundem pollet. *ly. nec poſſeſſio*, quantum *ly. nec cum poſſeſſo*.

Adrianus.

18 ¶ Sed longè aliter concepta eſt hæc regula, longè diuerſum ſenſum habet. Quare non ſunt copulata, vel requiſita diuerſarum hypotheticarum, inuicem confundenda, & miſcenda: ſed inita fines ſuos contineri, & relinqui debent, & ſecundùm proprias relationes, & determinationes diſtingui, vtque ora ſtudioſè obſtrepentium obſtruantur, do familiare in te ciuili exemplum. Teſtator legauit Tino fundum, vel reditum: ſed inſubiunxit, *& ſi ſine liberis mortuus fuerit, legatum ademptum ſit: niſi quandam ſeruitutem hæredi teſtatoris remiſerit. & centum dederit*, mortuo teſtatore ſi contigent legatarium mori ſine liberis, & ſic hæredem teſtatoris ex prima parte hypotheticæ fundatam habere intentionem ad repetitionem, vel denegationem legati, quis tuſi phanaticus, & helleboro indigens: dicere audeat ceſſare ad emptionem,

Exemplum.

ſi hæres legatarij non vtriſque, ſed alterum tantùm in clauſula exceptiua contẽtorium fecerit, vel obtulerit? atqui nõ minus delirat, interpretatio illa Rotæ: quamuis ad idem delirium impegerit Paulus 3. noniſſimus pontifex, qui in ſuis regulis, loco dictæ controoerſæ copulæ, ſuppoſuit alternaouam, vel nunitom mederi putans ſiniſtræ illi interpretationi Rotæ: ſed eodem errore magis errorem auxit, in eundem recidendo.

Obiectio. quæſt. 3.

19 ¶ Concludimus ergo ſuperuacuam eſſe additionẽ Adriani 6. & ineptiorem eſſe immotationem Pauli 3. & reiecta deprauatione Romanenſi, ſtandum huic regulæ, prout iacet, & prout etiam in hoc Regno, & ſopiemo ſenatu tuoſtio recepta eſt: quæ rectum & ſanom intellectum habet, & apertè ad fundandum intentionem prooiſi per obitum tequirit, conſtare reſignantem deceſſiſſe poſt dictum tempus in poſſeſſione: & ne fundata intentio elidatur, requirit duo alia copulatiuè: videlicet reſignationem, & conſequenter collationem publicatã eſſe in loco, poſſeſſionémque obtentam, vel petitam ab iis quibus id contigit: quorum altero deficieote, remanet fundata intentio prouiſi per obitum. 20 ¶ Secundò quæro ſi reſignatarius non publicauit, nec poſſeſſionem petiit infra ſex menſes: ſed ſortè poſt decem menſes, vel annum, viuo tamen adhuc & poſſidente reſignante, qui poſtmodum in poſſeſſione deceſſit: an ſit locus huic regulæ? Videtur quòd ſic: quia conſtat terminum certum præfixum & determinatum eſſe. & ſic non ſofficit publicationem, vel aliud tequiſitum fieri, niſi infra tempus fiat.

Qui non ſeruat tempus non ſeruat formam.

l. vlt. & ibi Bald. Salic. *C. ne ſeruus ex ſuo fact. l. non ſolùm. §. ſed vt probat.* & ibi gloſſ. Bart. Alex. & omnes. *de oper. no. nun.* gl. penul. & ibi canon. c. *Venerabilibus. de ſenten. excommunicat.* in 6. Alex. conſi. c. nu. 2. li. 5. & qui non ſeruat tempora non ſeruat formã *l. ſcire oportet. §. conſequent.* ibi. *non aliter audietur, niſi obſeruauerit conſtitutum tempus, de exeuſat. tutor.* Bald. auth. *quæ ſupplicatio.* ad fi. *C. de precib. imperat. offert.* Felyn. c. *cùm contingat.* col. 7. *de reſcript.* Iaſ. l. *qui Romæ* §. 1. colum. 4. *de verb. oblig* dixi in conſuetu. Pariſi. §. 13. gl. 10. nu. 20. Quibus non obſtat, contrarium dicendum eſt, quia iſtud tempus non appotuit pro forma ipſius publicationis, nec ad eam per ſe limitandam: ſed primò, ad ſuſpendendum tempus moræ & periculi, vt infra illas (velot inducias) reſignatarius vacet mora & periculo: etiam ſi tulla diligentia per eum facta, reſignans moriatur. ſecundò, ad limitandum pœnam, & effectum totius huius regulæ: vt non habeat locum reſignante quandocun.que moriente, ſed demum ſi in poſſeſſione, poſt illod tempus, & ante dictam publicationem decedat. 21 ¶ Satis eſt igitur publicatiooem, & poſſeſſiouis petitionem quandocunque, viuo adhuc eodem reſignante, & poſſeſſioni incumbente, etiam eo infirmo, iámque in extremis laborante, dummodò non occultè, ſed palàm, ita vt publicè oota facta ſit in loco beneficij, antequàm reſignans decederet, & ita practicatur, & obſeruatur, & ſic, etiam ſi verba huius regulæ circa hoc eſſent obſcura, declarantur apud nos, per dictam communẽ obſeruantiam: à qua non eſt recedendum. *l ſi de interpretatione de legib.* Tertiò, cùm hæc regula quaſi pœnalis ſit, propter annullatiooem actos, etiam ſi dubium eſſet, ſomenda eſt mitior interpretatio. vt ceſſet pœna. l. *in pœnis. de pœnis. l. factum. §. in penalibus. de regu iuris.* 22 ¶ Tum quia in pœnis liquidiſſimè cõſtare oportet. l. *in teſtamento. 1. de condit. & demonſtrat.* vbi Bald. & in l. *Titius* in fin. *de liber. poſthumis.* Alex. conſi. 33. lib. 2. vbi dixit: & ad Philip. Decium cõſ. 290. col. 2. l. *facti* §. *in pœnalibus* nu. 2. *de reg. iur.* dico tamen quòd ſi publicatio dilata ſit io horam vel diem mortis, & quo certum erat reſignãtem mori, ita vt publicatio non potuerit innoteſcere aote obitum, etiam ſi innotoit ſimul cum obitu: tunc ſuſpicio eſt exquiſitæ fraudis, & imputandum ei qui ſeſe ita ſtudioſè nec

A ſine fraode aſtanit, vt in fortiori text. in l. 2. §. *ſi quis tamen.* & § *ſimili modo*, ibi: nam ſi ipſe hoc affectauerit, vel cauſam præſtiterit *ſ. ſi quis cautio.* & glo. & docto. in c. *cupientes.* §. *certũ* in verbo *octo d. e. de electio.* in 6. Dominic. de ſancto Gemnia conſ. 91. in fi. Quod notẽ in hac, & præcedenti q. de ſex menſibus tantùm memini, compendij gratia feci, & idem intelligendum eſt de menſe, qoando extra curiam reſignatom eſt:

23 ¶ Tertiò iuxta hæc quæro, quid ſi reſignatum eſt apud Legatum: an reſignatarius habeat inducias ſex, vel vnius menſis tantùm: & videtur quòd ſex menſium. quia notum eſt quòd Legatos ſeruare debet (prout de facto ſeruat, & imitatur) ſtylum curiæ & cancellariæ Romanæ, vt dicam in ſeq. nu. 2. In cõtratiom, quia alias promptũ eſſet ſraudare menſem Ordinarij vſque ad ſemeſtre: cũ Legatus agat in partibus. & videtur in eo eadẽ ratio, quæ & in Ordinario: quò tempus poblicandi ideo breuius datur, quia citius collatio Ordinarij leuari & exequi poteſt, quã bullæ Papæ longè diſtantis. Sed certè prima ratiõ non concludit. quia hæc regula ſtylum non concernit, ſed deciſionem cauſarum, & iudicialis eſt, & Ordinarios æquè reſpicit. Secunda verò caſualis eſt, quia poteſt legatus tunc eſſe in locò beneficij, vel etiam in loco remotiſſimo. Similiter contingere poteſt Papam eſſe in loco beneficij, vel dioceſi: vt quando Clem. 7. anno 5533. venit Maſſiliam, & Paul. 3. 1537. Niciam. Rurſus pro prima parte facit ratio l. *in pœnis. de pœn.* cùm ad hoc allegatis in fi. qu. præced. vtque in dobio, potios ſtetur in terminis iuris cõmunis, *ſi cum dotem*, in princ.

Quæſtio. 3.

B

C *ſol. matr.* 24 ¶ Breuiter dicendum indiſtinctè, nõ eſſe niſi ſpaoum menſis. Hæc emm regula indiſtinctè præcidit in curia Romana ſex menſes, & extra eam, vnũ menſem dunta.at. Legatus autem, etiam à latere, non eſt de curia Romana in quantum talis: nec poteſt officium legationis in ea exercere, ſed extra eam duhtaxat, cùm autẽ eam accedit, illud admittit, vt eſt ootum l. 1. & 2. *de offic. pro. conſul. & Legat.* & expreſſius in l. vlt. eodem titu. iuncto cap. *Legatos de offic. legat.* in §. & alia eſt curia Romana vel Papæ, alia curia Legati. c. *ſi abbatem.* §. 1. vbi Canon de electio. in 6. Aliud gratia vel mandatum Legati etiam de latere: aliud gratia vel mandatom Papæ text in cap. ſi apoſtolicæ, *de præb.* in 6. vnde ſi præbenda reſignetur apud Legatum, certum eſt non tolli conſuetudinem optandi, de qua in c. vlt. *de conſue.* in 6. qoia non vacat in curia. imò poteſt conferti per Ordinarium ſi Legatus conſerre differat. quia in Gallia non poteſt, etiam vacans apud ſe teſeruare. Cùio igitur textus hic extra curiam Romanam menſem taotùm indiſtinctè præfigat res clara eſt: & ſi alias dubium eſſet, verbis edicti ſerniendum eſt. l. 12 *ſi is qui nauem de exercet. actio.* Bald. in c. *ſignificante, de appellat.* 23 ¶ Et ſic non obſtat quòd hæc regula pœnalis ſit, quia etiam maximè talis eſſet, tamen non eſt recedendom à proprietate verborum, vt per Philipp. Dec. in l. *factum ſnum*, §. *in pœnalib. d. reg. iur.* & adhuc propriè non eſt pœnalis, ſed directiua actuum, & circa ius quærendum, & multominus odioſa, ſed fauorabilis, vtpote inuenta ad fraudes teſtringendas. ad-

D

E nentus autem Legati in prouincia, non debet ſeruire fraudibus augendis, vel producendis. hoc enim perquàm abſurdum & iniquum eſſet. l. *ſi quemquam. C. de epiſcop. & clr.* quamuis dictæ ſanctæ leges minimè ſubeſſe vetbis & exemplis contendant.

Soluti.

Soluti.

Alia curia Papalis Legati.

26 ¶ Quartò quid ſi reſignante poſt hoc tempus in poſſeſſione mortuo reſignatanus qui non debitè publicauerat, poſſeſſionem cepit, & per tres continuos annos pacificè poſſedit, an ſe tueri poſſit decreto *de pacificis poſſeſſoribus?* Videtur quod ſic. Primò quia iniũ tiò vetũ ius & verũ titulũ habuit: & licèt poſt eavi huius regulæ reſoluti ſit, tamẽ remanere videntur quædam reliquiæ veteris titoli canonici. & ſic ſaltem videtur habere titulom coloratũ, qui ſufficit in eo decreto.

Quæſtio. 4.

Arg. pro affirmatiua.

Secundò, quia resolutio iuris non est sequuta propter delictum titularij, nec ex dispositione iuris communis: sed contra dispositionem iuris communis, in vim huius extrauagantis: imò simplicis regulæ cancellariæ, & sic non solùm habet reliquias veteris, veri, & canonici tituli: sed etiam pro se semper perpetuum habet concursum iuris communis. vode videtur habere titulum, ooo solum coloratum, sed etiam perpetuo iuris communis concursu fulcitum. Tertiò, hæc regula facta est ad commodum Ordinariorum, vt supra eo, n.2. sed si hîc resignatarius fuit negligens, per vnom vel sex menses: Ordinarius, vel prouisus ab eo fuit negligens per tres totos, & continuos annos, & sic longè plus est, quòd ipsi Ordinario & eius collatario imputetur, quam huic resignatario. Quòd si habet titulum coloratum contra Ordinarium, vel prouisum ab eo, multo magis contra prouisos per extraordinarias prætentiones, aut deuolutiones Pa-
Pro negatiua. pæ vel Legati. 27 ¶ In coottrarium tamen arguitur; Primò, quemadmodum sententia iudicis competentis superueniens, siue priuatiua, siue declaratoria, à qua non est appellatum, vel quæ transiuit in rem iudicatam, non soldm abolet titulum: sed etiam omnem tituli colorem, ita quòd ex tunc dicitur incoloratus, etiam prorsus & penitus, nedum simplicitet: ita & superueniens sententia canonis, vt no. Cald. Panor. in c. *cùm nostris. de concel. præbēd. gloss pragm. de pacif. possess* verb. *coloratum*. Sed hîc quamuis resignatarius initiò verum titulum habuerit: tamen superueniente sententia canonis huius regulæ, prorsus resolutus est, & pro infecto habitus, ergo nec coloratum quidem titulum habet. 28. ¶ Non obstat quòd hic non est canon iuris communis, nec corpori iuris communis insertus, quia hæc regula iamdudum publicata, & in vsum recepta est, & sic noo minus operatur canonem latæ sententiæ, quàm extrauagans publicata, & nota: quæ non minus pollet, quàm lex scripta. l. 1. §. *Item cùm contra sacras. quæ sen. si se appellat. rescind.* Bald. l. 2. *C. quand. prouo non est necess* Ant. Butri. c. 1. *cum inter. de re iudica* Alex. l. *cum prolatis de re iudica.*

29 ¶ Secundò, habens titulum, noo solùm verum & canooicum, sed etiam incommutabilem, vtrámque possessionem de iure & de facto: tamen si ex causa ab inito non implicita nec pendente sed mere de noto extrinsecus superueniente resoluatur, eriam per supplicem negligentiam, pura non initiandi sacris infra annum. c. *licèt canon. de elect.* itu 6. vel pet lapsum trimestris. *de conferendis. c. cùm in cunct. §. 1. ext. eodem* nedum si per culpam in commitendo, vel assequutionem incompatibilis, petditi ipso iure, penitus etiã omnem colorem tituli, per doct. in locis prætatis: igitur multò fortiùs iste resignatarius (qui habet nudum titulum, ab initio morbidum, & resolubilem, nulla possessione sumpta) fortiùs & faciliùs, resolutioone rebus integris sequuta, omoem tituli colorem penitus amittit. Tertiò, hæc regula non modò titulum ipso iure abolet: sed etiam vltra procedit, statuens vt *inde sequuta nullius sint roboris vel momenti*. quæ verba (cùm non debeant esse inania) maiorem vim & energiam addunt ad diseoloi andum vetetem titulum. Illa enim prætisa vniuersalis, *quod inde sequuta nullius sint roboris vel momenti* non potest vetificari, si vel tantillum coloris, vel reliquiarum manéat: sed falsa in vno, falsificatur in totum. *l. si is qui ducenda. §. verum. de rei. dub.* Omnem igitur colorem, & gradum, vel scintillam coloris absciudunt: vt ferè in simili tradit Philip. Dec. in cap. noi. *d fid instrum.* 30 ¶ Quartò. prouisio facta Romæ per resignationem *in fauorem*, non valet iure communi, tanquã simoniaca. c. *ad nationes* 1. quæst. 1. sed tantùm iure specialis dispensationis, quia Papa dispensat contra simoniam illam canonicam: vt diximus in regul. præced. nu. 101. sed resoluta resignatiooe, & collatione pariter resoluta est dicta dispensatiò per no. A in regula præced. n. 99. & nihilominus resignatarius scienter (quod est eo ipso quod sit resignantem, aote publicationem & post semestre mortuum) ingressus est possessiooem beneficij, & sic nulliter, illicitè, vtpote simoniacè, quia priore gratia cum sua dispensatione resoluta, remansit verus vitium simoniæ: quod iste de facto executus est, ingrediendo sine permissione Papæ, & postquam sciuit eam finitam, & ablatam, & sic non solum intrusus est: sed etiam simoniacus, sed iogresso per simoniam, non prodest triennalis pacifica possessio, vt in regul. Cancellariæ 33. glo. pragm. *de pacific.* verb. *coloratum*. in prin. & quamuis illa glossa contra morem suum sibi oon constet: quia in eadem glo. col. 3. tenet simoniacum babere titulum coloratũ: tamen istud vltimum est falsissimom, quia in toto iure B canonico in beneficialibus oibil odiosius simonia: quę nunc rabies, vt in c. *si dominus nunc hæresis* vt in c. *quotiens*. nunc pestis sui magnitudine alios morbos viocens, nuncupatur c. *sicut exst. de sim.* vt eius respectu cætera crimina pro nihilo reputantur. 1. quæst. vlt. saltem quando non agitur de simonia mentali: quæ solùm ad pœnitentiam erga Deum, & foro conscientiæ obligat, vt dixi in tract. *visu* nu. 7. sed de actuali ipsius possessoris scientis, vt rectè tradit dom. Gomes. super dict. reg. 33. *de trienn. possess.* quæst. 12. & huiusmodi simonia oon solùm nrulum, sed etiam possessionem itificit: ita quod nec ad impediendum sequestrum, prodest ei triennalis pacifica possessio iust. cle. vnicam *de sequest. possess. & fruct.* vt decidit Cassador. *de sequestra. possess.* decis. 3. 31. ¶ Vnde (quamuis vix decẽ anni C sunt, & hoc scribo anno 1551 quidã præposterè superstitiosi etiam summis dignitatibus fungentes censerẽt non admittẽdos articulos simoniæ in causa possessori, nec laicos posse vllo modo cognoscere, sed ad iudicũ Ecclesiasticum remittẽdos. Ego primus author fui, per multa iura & ratiooes, quæ prætereo, vt iudices seculares hos articulos admitterent, & etiam per testes inquirerent, & super ea probatione sententias fundarẽt, & ita iam bis obonui, tam per sententias præfidis Parisiẽsis, quàm aresta huius senatus. Sed certè hoc quartuoi arg. noo cõcernit resignationes expeditas ab Ordinariis: nec etiam à Papa, vel Legato, si sint simplices, & non in fauorem, & adhuc in illis quæ in fauorem, non est ex boc solo simonia, de iure diuioo, sed solùm de rigore iuris positiui i cui satis est semel satisfactum D esse, eo ipso quod resignatio non est facta in fauorem, nisi sub beneplacito Papæ habentis potestatem derogãdi dictæ simoniæ positiuæ, provt & derogant, postmodum autem iogrediendo, non incurritur nec contrahitur ooua simonia: sed tantùm obstat defectus tituli. 32. ¶ Et sic non supereſt nisi respondere ad tria priora argumenta: quibus vnico verbo respondeo, videlicet, quòd illa resolutio præcisa huius regulæ, non fit purè: sed sub multis conditionibus, quarum simultaneus concursus exigitur: & quæ consistunt in facto & circunstantiis quæ ignorantur, dooec probentur, & sic talis resignatarius cùm habeat ab habente potestatem, imò constet de veritate iusti, veri & canonici tituli ab inioo, quæ liquida est. Resolutio E autem à multis factis & circunstantiis dependet: quæ non sunt liquidæ. Igitur interim titulum habet coloratum: & sic si sine alio vitio tribus annis connuis, pacificè, & sine lite possiderit, iuuari potest decreto *de pacificis*. Et ita pro prima parte concludo. Et hæc no. quia ad multa alia coocludunt.

Simoniaco nõ prodest triennalis de pacifico.

Detestanda Simonia.

Simonia mentalis.

Actualis.

Solutio pro affirmatiua.

33 ¶ Quintò, quæro: possessor resignat primo, qui post tres menses resignat secuodo: deinde publicatione cessante, post tres alios menses moritur possessor in possessione, an locus sit huic regulæ? Pro parte negatiua facit quòd in beneficiis ecclesiasticis non datur successio, nec in titulo, oec in possessione: quia tituli beneficiorum sunt personales, ita quòd resignatarius non capit ius, nec possessionem à resignante,

Quæst.

Tituli beneficiorum personales.

cuius omne, & poſſeſſio per reſignationē à ſuperiore admiſſam extinguitur, vt dixi in reg. præc. nu. 4. ſed nouum ius, & nouam poſſeſſionem capit à collatore. tex. in c. *Moyſes* & c. ſeq. 8. q. 1. Ioan. monach. c. 2. *vt lit. penden.* in 6. c. *ſi tibi abſenti de præb.* in 6. Io. And. in c. *ex parte. de arb.* Guil. de montelodu. in extraugan. *execrabilis* verb. *quæ alias* col. 3. & extraugan. *ſuſcepti.* verb. *vacantium.* col. 1. *in communibus* Anto. But. in c. *ſi diligenti. de præſcript.* Panor. in c. 2. eod. tit. Card. Flo. Cle. vnica 3. q. 12. *de foro compet.* Franc. Aret. l. *Pomponius.* §. *cum quis* col. 4. *de acquiren. vel amit poſſeſſ.* Bonifac. de vitali. cle. 2. col. 3. nu. 42. *vt lit. pend.* gloſſ. ptag. *de pacif. poſſeſſo.* verb. *poſſedit.* Steph. Bert. conſ. 250. *viſo proceſſu.* nu. 8. lib. 2. in prius, & per Simonem Vincent. impreſſis. Igitur in hoc ſecundo reſignatario verificari oportet verba huius regulæ. ergo ei non nocet: niſi hic ſecundus per totos ſex menſes negligens fuerit, deinde poſſeſſor in poſſeſſione deceſſerit.

Nec datur ſucceſſio.

34 ¶ Pro parte verò affirmatiua, facit quod aliàs promptum eſſet hanc regulam frandare, quia primus reſignatarius videns ſemeſtre labi, vel (eo fortè lapſo) dubitans de morte reſignantis, nec tamen audens eius metu contra fidem ſecretò (vt ſæpe fit) datam publicare, vel nequiens, reſignante in archa ſua titulos aſſeruante, reſignaret ſecundo: qui cum fortè colluderet & rurſus ille ſecundus tertio, & ſic eluderetur hæc regula: quæ fraudibus non mederetur, ſed eas magis irritaret: ergo debet quatenus opus ſit extendi, & continuari in ſecundum, vel etiam tertium, aut vlteriorem reſignatarium: ne fiat eluſoria, vtque fraus videtur c. *ſi cuntas* & ibi Gemnia. in 2. nobil. *de ſenten. excomm.* in 6. l. 1. §. ſi. *de calumniat. l. ſed Iulianus.* §. *mutui dato, ad Macedo.* Philip. Dec. l. factum ſuum §. *in penalibus, de regulis iuris.* conſ 177. vbi in annota. tetigi & conſil. 398. in fin. (vbi loquitur in terminis ſimilis regulæ Cancellariæ, & quod dixi in conſuetudine Pariſienſ. §. 13 colomna 3. nu. 9. Neque valer ſi dicas quòd ſatis extenditur ad ſecundom, vel vlteriorem reſignatarium: ex eo quòd locum baber in eo, ſi per totum tempus requiſitum negligens fuerit, quia iſtud non eſſet extendere, vel continuare eandem diſpoſitionem huius regulæ: ſed illam de nouo integram requirere, in ſingulis ſuccedentibus reſignatariis, & ſic fraudibus viam aperire. Quid dicendum?

35 ¶ Gomeſ. hic q. 1. tenet negatiuam per friuolas rationes. Primò authoritate Rotæ: per quam nominatim refert ita bis fuiſſe iudicatum, ſed certè non eſt relationi Gomeſ. confidendum: qui ſæpè, quinetiam in hac eadem regula & quæſtione, citat etiam ſpecialim quædam iudicia Rotę, quæ paulò poſt fatetur fortè non quadrare. Tum in huiuſmodi iudicatis, modica diuerſitas facti magnam inducit diuerſitatem iuris. l. *ſi exple* §. *inclino. ad leg. Aquil.* Philipp. Dec. in l. *precibus.* col. 2. C. *de impub. & ali. ſubſtit.* quare periculoſum eſt illis inter alios ſtare: & ad ſummum, non exemplis ſed legibus iudicandum l. *nemo. C. de ſenten. & interloc. omn. iudic.* nec tam ſpectandum eſt quod Romæ factum eſt, quàm quod fieri debeat. l. *ſed licet. de offic. Præſid.* Secundò mouetur Gomeſ. per l. *boues.* §. *hoc. ſermone. de verbo. ſignificat.* quaſi hæc regula loquens de reſignatario perſonalis ſit, & de primo debeat intelligi, & in hoc pedem figit.

Regula 32. de annal. poſſeſſ.

36 ¶ Tertiò, à ſimili eorum quæ dixit ſuper reg. 32. *de annali poſſeſſ.* q 62. vbi in fi. poſt Rotam, & Guliel. Algarenſem tenint, quòd beneficium illius regulæ competens poſſeſſori annali perſonale ſit: nec extendatur ad eius ceſſionarium, ſeu reſignatarium, & fortiùs quadranter ad hanc quæſtionem tenoit quod ſtatutum illius regulæ, lanum in odium impetrantis deuolutarij, non nocet reſignatario ipſius deuolutarij: ſaltem quando deuolutarius cedit infra ſex menſes ſibi præfixos: & antequam inciderit in pœnam dictæ regulæ. Igitur & hic ſtatutum huius regulæ non debet nocere ſucceſſori, vel ſecundo reſignatario: ſaltem quando primus reſignatarius infra ſex menſes reſignauit: & ſic antequam peccaſſet contra hanc regulam. Quartò mouetur Gomeſ. per conſil. Oldr. 202. ſuper pœna. c. *licèt canon de electt.* in 6. quam dicit non habere locum in reſignatario propter tempus reſignandi: ſed nouam negligentiam integri anni requiri, in ſingulis ſuccedentibus reſignatarijs. Tandem hæc tuta non eſſe ſentiens, ſubdit quòd fortè iſta non quadratent ad hanc regulam, & quæſtionem, & relabitur ad argumentum vulgare dictæ l. *boues.* §. *hoc. ſermone.* propter perſonalitatem huius regulæ, quæ in prima perſona conſumitur, & ita reſidet.

Vera opinio Gomeſij.

37 ¶ Sed certè Gomeſ. non ram rationibus monetur, quàm exēplis, & præiudicijs particularibus Rotæ. Patet, quia in dicta reg. *de annal. poſſeſſ.* qu. 62. apertè bonis & concludentibus rationibus tenut dictam regulam *de annal. poſſeſſ.* realē eſſe, non perſonalē. Tum quia odiū impetrāns reſpicit: quod æquè militat poſt ceſſionem, ſicut poſt mortē annalis poſſeſſoris. Tum quia etiam fauorē poſſeſſoris reſpicit: cuius ex multis iuſtis cauſis, intereſſe poteſt beneficium dictæ regulæ ſuo ceſſionario competere. Tum quia regula impersonaliter loquitur. Tum quia principaliter, ob publicam vtilitatem lata eſt ad reprimendas fraudes, & captionem deuolutariorum, & materiam nouarum litium. Ex quibus concludit, & bene, dictam regulam 32. habere locū in reſignatario poſſeſſoris, eique prodeſſe, & idem, in eadem quæſtione tenet in ſucceſſore per obitum ipſius poſſeſſoris, & nominatim in quæſt. 63. vt ſic indiſtinctè exceptio, ſeu beneficium dictæ regulæ tranſeat ad ſucceſſorem: ad quem beneficiū tranſit cum qualitate & exceptione ſua, & bene, & ſic ea quæ in dict. quæſt. 62. cum ſequent. ſcripſit, faciunt pro parte affirmatiua quæſtio. noſtræ.

38 ¶ Nec obſtat quòd viderut caſus conuerſus, & oppoſitus, ex eo quod Gomeſ. in dictis quæſtionibus 62. & 63. loquitur de mutatione facta ex parte poſſeſſoris, ſiue de ſucceſſore poſſeſſoris: nos autem hic loquimur de mutatione facta ex parte reſignatarij, ſiue de vlteriore reſignatario, aut eius ſucceſſore: quis nihilominus quæ ſunt per eum, ibi ſcripta, & concluſa, æque militant pro affirmatiua, in quæſtio. noſtra. Tum quia ſicut in illis quæſtionibus, ita & hic agitur de commodo ſucceſſoris ipſius poſſeſſoris, & prouiſi per eius obitū: cui hæc regula *de publicandis* etiam expreſsè fauere voluit. Tum quia ſicut ibi deciſio fundatur ſuper odio impetrantis, & in publica vtilitate, ad fraudes, captiones, & lites reſtringendas: ita & hic eadem militant contra ſecundum reſignatarium, ſicut contra primum. Tum nominarim, & ſpecialiter quòd dicta regula 32. æquè locum habeat in mutatione ex parte impetrantis: vt ſi alij cedat, reſignatarius æquè teneatur dictam regulam 32. obſeruare, etiam infra reſiduum temporis ſui cedentis, apertè ſentit Gomeſius ibi, qu. 62. ad fin. vetſic *& iſte omnia.* quia ius primi impetrantis (inquit) tranſit cum lepra ſua: quod proprie quadrat ad quæſtio. noſtram, & ſic mēs Gomeſij vtrobique clara eſt, pro affirmatiua.

39 ¶ Quamus, vt hic quæſt. 1. ita ibi quæſt. 62. in fin. metu cuiuſdā particularis deciſionis Rotæ (quam tecitari dicit per Guiliel. Algaren. in vtroque caſu contrarium tenuiſſe: & etiam poſt quoſdam abreuiatores, id eſt ſcriptitularios bullarum, quos eorúmque formularia nominatim citat: qui tenent eam regulam perſonalem eſſe) vacillet: & cōcordaturus diſtinguat: Aut poſſeſſor annalis, infra annum datum impetranti cedit: & tunc regula nō noceat impetranti, contra ſucceſſorem poſſeſſoris, nec profit ſucceſſori: Aut verò poſſeſſor cedit poſt annum impetrantis & poſtquàm impetrans, ſeu deuolutarius iam incidit in dictam regulam: & tunc exceptio regulæ tranſeat in ſucceſſo-

rem & noceat impetrãti, & hæc diſtinctio, ſi vera eſſet A concluderet pro parte affirmatiua, quia nnn diſputamus hic, quando primus reſignatarius ceſſit poſt ſex menſes, de quo friuolum cenſemus dubitare.

Soluitur pro affirmatiua.

40 ¶ Sed quærimus quando ceſſit infra menſem, vel ſemeſtre huius regulæ: in quo concludimus regulam habere locum quandocunque cedat, per prædicta: reiecta dicta diſtinctione, licèt in eam relabatur Gnmeſ. dicta q. 62. in fin. quando mutatin contingit per obitũ, quia Gomeſ. noti ita diſtinxit quod ſic ſentiret: ſed metu formulariorum ſuæ Cancellariæ, & cuiuſdam prætenſæ ſententiæ Rotæ, contrarium tamen ſatis indiſtinctè ſentit, provt etiam pro parte affirmatiua nominatim citat antiquos, & excellentes aduocatos conſiſtoriales, & ſeniores dominos Rotæ: quibus pnius quàm abbreuiatoribus aut formulariis ſtãdum erat. Stat ergo concluſio indubitata, quòd hæc regula locum habet etiam in ſecundo, vel vlteriori reſignatario primi ceſſinnarij: etiam ſi ceſſio facta ſit infra tempus huius regulæ, quia ſemper idem fauor ordinarintum, idem odium occultarum reſignationum, eædem tationes vitandarum fraudum, & inopinatarum litium militant, & concurrunt, & ſimul verba huius regulæ pmpriè, & adæquatè (imò præciſè, & neceſſario) verificantur: quia lnquuntur imperſonalirer: imò reſpectu reſignatarij loquuntur rcaliter, & indiſtinctè, ibi, *niſi de illis facta reſignationes, &c.* Et ita nuper die 16. Aprilis anno 1558. in cauſa graui opulenti ſacerdnnj enncluſum fuit cum venerando illn & conſuluiſſimn ſene totius togati noſtri ordinis *κατ' ἐξοχὴν* do. Mattheo Chartarin ſeu quadrigario.

B

C

41 ¶ Et ſic dico quòd ſiue reſignatarius cedat, ſiue decedat, currit tempus cœptum, & pœna huius regulæ contra quemuis quoquomodo ſucceſſorem: ſiue per Papam, ſiue per Legatum, ſiue per Ordinarium, ſiue per reſignarionem, ſiue per obitum ciuilem vel naturalem aut aliàs ex capite primi, vel vlterioris reſignatarij in quantum ex priore illa reſignarione, ſiue mediatè, vel immediatè iouari vellet: niſi ſucceſſor, infra tempus huius regulæ, vel vium ſempérqoe poſſidenre primo reſignãte ſatisfecerit huic regulæ, & ad hoc nnn ſolùm rationes manifeſtas habeo, per prædicta: ſed etiam textum rotundum, & ineluctabilẽ huius regulæ. in fin. ibi, *& inde ſequuta nullius fiat roboris vel momenti*: quæ ſunt vniuerſalis negatiua: quæ non D pnteſt, niſi in omnibus verificari. l. *ſi is qui ducenta* §. *verum. de reb. dub.* Ergo non eſt diſputatinni, tantóque minus dubitationi locus: vt planè demẽtari videantur, qui auſi ſunt non ſolùm diſputare, ſed dubitare, imò coottrarium iodicare: nec vſquam ſuſpicatus eſſem Rotam ipſam Papiſticam in tot errores in ſuis etiam negociis incidiſſe: niſi Go. ſeſe interfuiſſe diceret nec diſputatione mea dignatus fuiſſem hanc q. vtpote indubitatam: niſi ad inuectos errores ptoſligandos, & lucem toti matetiæ aperiendam.

42 ¶ Non obſtat vnicum illud, quòd ſolùm pro negatiua citari poteſt: videlicet quod non capit ius, nec pnſſeſſionem à reſignante: ſed à conferente, quia verum eſt: ſed tamen non capit aliud ios, nec firmius E nec potentius, quàm quod, & quale per ceſſum vel deceſſum prædeceſſoris vacauit. Impnſſibile eſt enim aliud vacare per illum ceſſum vel deceſſum: & conſequenter aliud cnnferri. Tum collatnr non intendit aliud, nec plus iuris conferre, & ſi fors intendat, nnn intendit contra bonum publicum, nec in præiudicium huius regulę, boni publici, fraudúmque minuendarum cauſa latæ. Tum etiam expreſsè hnic regulæ derogari nequiret, etiam à Papa, vt ſuprà eodem num. 3. Igitur multominus à tacita inente, vel derngatione contra illam argui poteſt.

43 ¶ Fatcor quòd à pacifico poſſeſſore cum titulo non exigitur probano tituli, & capacitatis ſui deceſ- ſoris: vel etiã à non pacifico, quando deceſſor vltimus poſſeſſor non fuit in lite: tunc enim nõ tenetur docere, & ita practicatur, (ne abeator in infinitum.) Tum quia tnnn habet ius ab illo, ſed à ſuperiore & ita ad hunc finem rectè citantur iura, quæ ſ. n. 27. vt & apud deciſio. Thol. 467. gloſ. prag. *de pacific. poſſeſſ.* verb. *inquirent.* Philip. Dec. conſil. 545. vbi in annotat. dixi Caſſad. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* deciſ. 2. cum duabus ſequent. Secus de non poſſeſſore, & contra poſſeſſorem vt hic. Hẽ ſecus in caſu certo: vt quando ſucceſſor contendit melioris eſſe conditionis, & euitare pœnam, & vitium deceſſnris, de quo conſtat: tunc enim nihil verius, nihil æquius, quàm quòd pragoatici per manus tradunt, tranſire cum lepra ſua. Minus nbeſt deciſio Oldr. 201. quia ibi, pœna ſcripta eſt in perſonam ipſam negligentem, & in caſum negligentiæ conſummatæ: vt in c. *cõmiſſa de elect.* in 6. & ſic iam pœna, quàm ratio pœnę ceſſant in quouis ſucceſſore. in quo nouum integrũ tempus requiritur: vt dixi in reg. præced. num. 82.

Q. Incidens.

44 ¶ Et his deciditur quæſt. *quotidiana.* quam vidi in facto. Reſignatione expedita Romæ mentẽ Septẽbri, reſignatarius Nnnis Ianuarij immediatè ſequentis, nbiit: & per eius nbitum nominatus eodem menſe, collationem nbnnun: ſed non poſſeſſionem, ſaltem actualem, quam non potuit, vel neglexit aſſequi, & ſic primus reſignans ſemper de facto poſſeſſioni incubuit, vſque ad mẽſem Martium vel Aprilem, qoo poſt ſex menſes à reſignatione ſua in poſſeſſione deceſſit. Reſpond. nominatus verum qoidem ius interim haboit: ſed reſolubile, provt lapſo dictn ſemeſtri reſolutum fuit: quare beneficium eſt nouæ impetrantis per nbitum, ſecus ſi viuo dicto reſignante, nominatus realem & actualem poſſeſſionem publicè obtinniſſet, vel publicaſſet non nominationem & collationem ſuam tantùm (quòd eſſet imperminens) ſed dictam reſignationem, ſiue prouiſionem ſui prædeceſſnris: provt per quemcunque, cuius intereſt, fieri poteſt etiam per obitum primi reſignatarij, etiam poſt has indoctas, quandiu idem reſignans poſſeſſioni incumbit, vt infra dicam, & dixi ſ. n. 18 quia tunc ceſſat hæc regula, & vacauit per obitum dicti reſignatarij, vnde nominatus affectum fuit, & nnn ſolùm per collationem, ſed etiam per ſimplicem requiſitionem iuuoris nnminati, præcluſum eſt prævention ibus Papæ vel Legati: vt loco ſuo dixi, quo remirm.

45 ¶ Sexto quæro, Quid ſi caſu vltimæ incidentia quæſtionis conuerſo reſignans ipſe infra tempus illud mnritur vel cedit, & ſucceſſor per obitum vel per ſecundam reſignationem poſſeſſoris, pnſſeſſionem ingreditur, deinde pnſt lapſum tempus venit primus reſignatarius? Certe hæc quæſt. dignior erat dubitatione quàm prior, ſ. num. 33. nec minus quotidiana. Vnde mirom eſt eam nec à Gnmeſio, nec ab alio tactã eſſe. Breuiter, vt in te mihi clara, nec ab aliis controuerſa diſpotationem omittam, dien ceſſare hanc regulam. Patet, quia propoſitio ſiue principalis hypothetica huius regulæ, exigit poſſeſſorem reſignantem mori poſt illud tempus ſemeſtris, vel menſis reſpectiuè: & hoc exigit conditionaliter, & ſic per modum formæ & præciſè, iuxta not. ſ. num. 14. Ergo ſi præmoritur, ceſſat & conditio, & forma, & diſpoſitio huius regulæ, tunenon loquitur, ergo remanemus in iure communi, etiam ſi eſſemus in caſu in quo æquum eſſet idem ſtatum eſſe: quia ſatis eſt regulã non loqui hoc caſu l. *ſi eũm dotem.* in princip. *fol. matrim. l. ſi ſeruum.* §. *prætor. ait.* verſic. *non dix t prætor. de acquir. vel omit. hared.* e. 1. 7. q. 1. c. penult. *ne ſede vacan.* Si ergo ceſſat per prævenientem mortem naturalem: ergo multò magis per præcurrentem ciuilem mortem, puta per aliam reſignationem non nudam, ſed etiam per poſſeſſionis tranſlationem executam quia tunc non ſolùm concurrit ratio præcedens.

46 ¶ Sed alia quoque: quia mors hæc ciuilis non

depẽdet à fato, ſed à volũtate hominis iniqua & fraudulenta, vtpote tendens ad eluſionem, & ſic odioſius eſt excludi reſignatarium primũ eiuſdem per eiuſdem hanc, quàm per naturaleu mortẽ. Imò hoc eſſet contra tex. & mẽtem huius regulæ, quæ nolut reſignatarium periclitari infra illud tempus, vel ob aliud contingens infra illud etiamſi facto naturæ contingat, ergo multominus ſi facto hominis: hoc enim ſtudioſè factum eſſet, ſaltem ſuſpectius, magiſve ſuſpicioni obnoxium quàm factum naturæ: quod tamen non noceret. Aut ergo poſt hoc tempus regulæ reſignatarius inuenit reſignantem ſuum in poſſeſſione, & certum eſt ius ſuum integrum manere, etiam ſi reſignans interim alij ceſſerat. Aut inuenit ſecundum reſignatarũ in poſſeſſione: & item ſi reſignatio ſecunda infra has inducias facta fuit, quo caſu agendo infra annum poſſeſſionis ſecundi, etiam in poſſeſſorio primus ſuperior erit. Aut inuenit poſſeſſionem vacantem: & idem dummodò poſſeſſio non vacauerit per obitum reſignantis morientis in poſſeſſione poſt tempus, de quo in hac regul. Aut inuenit beneficium occupatum per ceſſum vel deceſſum ſui reſignantis infra eaſdem inducias naturaliter vel ciuiliter mortui: & adhuc idem, quia ſatis eſt reſignantẽ non eſſe mortuum poſt tempus, licèt mortuus ſit in poſſeſſione, etiam ſi moriens alium in locum ſui poſſeſſorem reliquerit: quia hoc non ſufficit ad verificanda verba & diſpoſitionem huius regulæ: imò magis officit, vt dixi, quia minus nocere debet factũ hominis, & ſic remanemus in iure cõmuni. & multò minus dubij eſt ſi primus reſignatarius inuenit beneficium occupatũ per quendam prætendentẽ ius aliunde quàm ex capite dicti reſignantis.

quæſt. 7. Pro negatiua. 47 ¶ Septimò, iuxta hæc quæro. Quid ſi poſt hoc tempus, ante diligentiam reſignatarij reſignans non naturaliter, ſed ciuiliter moriatur? Gomeſ. hic qu. 19. breuiter ſe expedit, dicens ceſſare regulam: quia verba naturaliter, non ciuiliter capi debent, leg. vlt. C. *de iis qui vent. ætat. impetra* & quia regula (inquit) eſt odioſa, & contra ius commune, refert alios dicere ſic fuiſſe iudicatum in Rota. Sed certè etiam ſi Gomeſ. de proprio viſu & auditu Rotæ teſtificaretur, parum eſſet curandum, per prædicta. Cæterùm non eſt verũ hanc regulam odioſam eſſe, ſed fauorabilẽ, vt ẽ. eod. nu. 3. Et ſic ſupereſt ſola prima ratio de verbis naturaliter intelligendis. Et hæc quidem prima ratio per ſe grauis eſt & concludens: niſi aliud obſit: per not. in c. *ſuſceptum de reſcript.* in 6. in leg. *Gallus*. §. *& quid ſi tantum*. vbi Io. Crotus col. 3. cum tribus ſequent. *de liber. & poſthu.* Oldra. conſ. 284. in quodam. in fine Anchar cõſ. 438. laſ. in l. 1. col. 1. C. *de hæredib. inſtituen.*

Pro affirmatiua. 48 ¶ At obſtare videtur, quòd verum eſt reſignantem poſt præfixas inducias in poſſeſſione ſaltem ciuiliter deceſſiſſe, & ſic eſt quod imputetur reſignatario: & concurrunt rationes ne illudatur ſecundo reſignatario qui eſt in bona fide, & qm prior diligẽtiam fecit, & poſſeſſionem cepit: vel ſuperiori, qui contulit per ſimplicem reſignationem vel per nuptias eiuſdem reſignantis poſt illud tempus ſequutas: imò dicunt pragmatici quidam, ex negligentia temporis in hac regula præfixi, retrò ceſſionem præſumi, vel ſimulationem prioris reſignationis. Tum hæc regula fauorabilis eſt, vt lata ad fraudes reſtringendas: & ſic amplianda. vt ẽ. num. 4. Igitur ad ciuilem mortem poteſt extendi, ſi concurrant eædem rationes: imò tunc non videtur extenſio, ſed comprehenſio: quia regula non vtitur verbo *mortui fuerint*, ſed verbo *deceſſerint*. quod vel ex etymo ceſſioni adaptari poteſt velut propriè deceſſor dicitur, etiam ille qui ceſſit nedum qui mortuus eſt.

Pro negatiua. 49 ¶ Sed certè verbum *deceſſerint*. ſecundũ communem loquendi modũ, naturalem mortẽ ſignificat, non ciuilẽ: imò alio verbo ſolent vti ad ſignificandum reſignationes videlicet verbo *ceſſerint vel reſignauerint*; ad differentiam verbi *deceſſerint*, quod pro naturaliter morientibus tantùm vſurpatur. Propria autem ſignificatio non ſecundũ etymou verbi, ſed penes cõmunem vſum loquendi æſtimatur leg. *Labeo. de ſupellect.* leg. Et ſic neceſſariò videtur regulã ceſſare: requirit enim duo copulatiuè poſt hoc tempus & durante negligentia. videlicet reſignantẽ mori & in poſſeſſione. Et ſic nedum titulum ſed poſſeſſionem quoque per eandem naturalẽ mortem aminere quorum vtrũmque hîc deficit, ergo relinquimur in iure communi. ſiue igitur reſignans poſt hoc tempus alij reſignet, vel vxorem ducat, aut aliud incompatibile beneficiũ aſſequatur, manet adhuc integrum ius primi reſignatarij: non ſolũ ſi reſignans ſemper incumbat poſſeſſioni, ſed etiam ſi alius per mortem ciuilem prouiſus poſſeſſionem ingreſſus fuerit, & dictum reſignantem extruſerit.

Pro affirmatiua. 50 ¶ Rurſus caue: hanc enim partem negatiuam multa ſequuntur abſurda, per quæ multipliciter & paſſim hæc fauorabilis regula fraudare poteſt, & locus aperiri in directis reſeruationibus & regreſſibus priuatorum, contra not. ẽ. n. 4. Quilibet enim vel nupturiens, vel ſperans pinguius incompatibile beneficiũ, vel criminoſus, dubitans inde accuſari & conuinci vel quod deterius eſt, crimen priuatione dignum perpetraturus, vel quodcunque aliud periculum amittendi beneficij metuens, cum colluſore ſuo ſic negociaretur, occultè quauis conditione reſignando in eius fauorem, certus de intento, in omnes euentus: quia ſiue quod ſperat vel timet eueniat, ſiue deficiat, & ſuperueniat vel euadat, ſemper retinebit beneficiũ, vel in quẽ volet collocabit, quoquomodo priuetur, & poſſeſſionẽ perdat. excluſis imò deluſis omnibus & Ordinariis & impetrantibus & iudicibus, in caſum ſententiæ priuatiuæ: imò etiam canonibus & decretis de ſublatis reſeruationibus & regreſſibus eluſis. Et ad verba regulæ ibi *in eorundem reſignatorum poſſeſſione deceſſerint*, quæ ſola obſtant, videtur reſponderi poſſe, quòd inquantum ſonant de morte naturali, frequentiam reſpiciunt, & ſic non reſtringunt. Itaque ſufficere poſt modum, id eſt poſt tempus hîc præfixum, ſuperueniro caſum mortis ciuilis, cum priuatione poſſeſſionis per illum ſuperuentum caſum. Imò neceſſarium videtur ita tenere, ne fraudetur vnus principalis finis huius regulæ, & locus aperiatur etiam multis ſimul concurrentibus abſurdis: de quibus ẽ. num. 4. com ſeq.

51 ¶ Quin adhuc deterius ſequeretur, quod etiam poſt triginta annos reſignatio tandio ſemper occulta nunc primùm apparens etiam poſtquam per plures interim manus ſub eiuſdem tenebris ambulauit, excluderet etiam iure Ordinatio prouiſum per priuationem poſſeſſoris hodie ſequutam, ſiue per aſſequutionem incompatibilis, ſiue per nuptias, monachatũ, ſententiam, de crimine priuatione digno & alio quouis modo quam per obitũ naturalem, nec vlla temporis præſcriptio obeſſet, quãdiu idem reſignans viuit, cùm de eius facto & ſcientia agatur, qui etiam interim reſignatarium & quemuis eius vlteriorẽ reſignatarium, vel ſucceſſorem ſucceſſorũ occultè recognoſcere potuit. Et rurſus (quod deterius eſt) non ſolum excluderet ſtatim apparẽdo poſt deſtitutionẽ realẽ reſignantis: ſed etiam poſtea non ſolùm ad minimum vſque ad tres annos pacificę poſſeſſionis eius qui bona fide ſucceſſit per deſtitutionem vltimi pacifici & longiſſimi poſſeſſoris: ſed etiam vſque ad decem annos ad minus in locis vbi decretum *de pacificis* ceſſat, iuxta gloſſ. vlt. & Panor. in c. *contingit de dol. & contu.* Præterea cum vnica ſit & irrepetibilis mors naturalis, at infinitæ propè modi priuationis ſeu mortis ciuilis, & adhuc ſinguli fere repetibiles, ſeu multiplicabiles: vt ſecunda vel vlterior reſignatio, nuptiæ, profeſſio regularis, adeptio incompatibilis, militia actualis, delictum, ſententia &c. ſequitur quod totidem, & ſic infinitis propè modis & paſſim fraus fieri poſſet huic regulæ, &

Etymon cedit.

Duo vltra negligentiam requirit hæc regula.

Pro affirmatiua.

ordinariis & expectantibus, & omnia ferè beneficia eorúmque prouiſiones vagari ſub incerto.

52 ¶ Accedit quòd primus ille reſignatarius certat de lucro, eóque non ſolùm fraudum multarum ex hypotheſi ſuſpecto, ſed etiam per ſe odioſo: quia reſignatio in fauorem quantumuis aliàs ſyncera, tamen vcrita & ſimoniaca eſt, diſpenſatione indigens: vt in reg. præced. n. 101. Quæ diſpenſatio non fuiſſet facta, ſi concedens ſciuiſcet eam harum fraudum cauſa parari, vel occultam futurum iri, tórque fraudibus iduneam & captuſam: præſertim cùm concedens exigat iuramentum quod non interuenit fraus, dolus, ſimonia, aut aliud vitium, à ſola clauſula *in fauorem* expreſſa, & ſic nec vitium quidem huius clandeſtinalis & alendæ fraudis. Cum igitur euentus deregat oppoſitum, ſubreptitia videtur admiſſio & expeditio dictæ reſignationis, & ſic etiam ab initio nulla. Et ad ſummum, etiã ſi negatiua pars præpolleat apud Rotã, vel aliubi, decretum de ſublatis reſeruationibus & ſimilia decreta conciliaria ſpernuntur: ſed in oppoſitum reſeruationes & regreſſus vigent, & fauorabiles & frequentes palàm habentur: Tamen ſaltem apud nos, vbi non ſolùm odioſi, ſed etiam reprobi & abuſiui, iuxta canones & ſacra concilia habentur: conſequenter pars affirmatiua potior eſſe debet, ad vitandos hos abuſus, vtque hæc regula fraudum vitandarum cauſa lata, recipiat interpretationem paſſioam in locis vbi tales regreſſus pro abuſionibus habentur, etiam ſi forſan ad hunc finem non ſit à conditore lata.

Solutio pro negatiua.

53 ¶ Quid dicendum? certè ſi hæc reg. eſſet conciliaris, dicerem ceſſare eius verba, ſed non ſpiritum nec caulam finalem, ſed de ſpiritu & fine dubitationem facit author. Verùm cum apud nos vt politicũ quoddam remedium aduerſus fraudes quæ fiunt contra veteres canones & ordinarios & legitimos expectantes recepta ſit: debet rationabiliter ad eundem finem veluti gnomonem interpretari. difficultas autem ambagioſa huius quæſt. ob id potiſſimum emergit, quòd hæc quæſt. proponitur in genere vniuerſali quod multos & propè infinitos (vt dixi) caſus comprehendit, multum quidem intet ſeſe, & quoad multa, ſed non in puncto huius regulæ differentes. Quod vt luce clarius efficiam, quando in his tuon poteſt abſolutè reſpondeti, vt inquit Scæuola in l. *Mœnia*. §. 1. *de annul. legat.* & in l. *de acceſſionibus*. in princ. *de diuerſ. & tempora. præſcript.* libet aliqnot quotidianas hypotheſes oculis ſubiicere, & ſpeciatim excutere: ad quas reliqui omnes caſus reduci poterunt.

Prima hypothæs.

54 ¶ Prima hypotheſis, reſignatione expedita Romæ in fauorem primi qui infra ſemeſtre non publicauit, reſignans adhuc in poſſeſſione manens reſignauit in fauorem ſecundi, qui nedum publicauit, ſed etiam poſſeſſionem actualem cepit extruſo reſignante vel ſponte abeunte qui poſt duos vel tres alios menſes obiit: tunc illicò poſt naturalem obitum venit primus, oſtendens priorem titulum, ſeque infrà annum veniſſe vt in poſſeſſorio quoque iudicio vincat. Secundus verò nititur hac regula, quia per totum tempus in ea præfixum primus negligens fuit, imò etiam deinceps, quandiu reſignans pro titulario habitus eſt: imò deinceps adhuc tardius: quia non apparuit niſi poſt vtrumque & ciuilem & naturalem obitum conſummatum, videlicet poſtquam ſemeſtri lapſo reſignans primum ciuiliter per aliam reſignationem effectualem, deinde naturaliter etiam obiit. Primus autem vrget verba, *in eorundem reſignatorum poſſeſſione deceſſerint*, dicens, quæ loquuntur de naturali: & ſic ſatis eſſe reſignantem non eſſe naturaliter mortuum in poſſeſſione, vt hæc regula ceſſet, & maneamus in iure communi. prout etiam reg. *de infirmis reſignantibus*, quantumuis fauorabilis, non habet locum in morte ciuili, ſed in naturali tantùm vt ibi num. 366. diximus. Secundus verò vrget mentem & finem regulæ quæ debet etiam locum habere in ciuili obitu, data eadem ratione vitandæ fraudis & incertitudinis beneficiorum: & ſic ſufficere quòd poſt tempus primo præfixum reſignans ciuiliter obiit cum effectu, videlicet poſſeſſione per illum ciuilem obitum poſt negligentiam primi conſummatam ſequutum, amiſſa. Tum quia primus non fuit diligens poſt illam poſſeſſionem tealiter occupatam per reſignantem: ſed adhuc ſemper negligens permanſit vſque poſt naturalem eius obitum.

Primus.

Secundus.

Primus.

Secundus.

55 ¶ Ex quo liquet quod reſignans ſi non reſignaſſet ſecundo, mortuus fuiſſet in poſſeſſione, primuſque perpetò excluſus per hanc regulam. Non autem debet inuidere, nec magis lucrari ob id quod interim alij bona fide ſuccedenti prouiſum eſt. Nec ergo debet eis inuidere quòd ſi alioquin periturum erat, & ſi non poteſt impugnare reſignanonem ſecundam qua ceſſante nihil laturus erat. leg. *in fundo* in fin. *de rei vend. l. ſi quis fumo* §. 1. *ad l. Aquil. l. in ſumma* §. *item Varus de aqua pluuiali arc.* imò per aliam quoque rationem minus inde lucrari debet, quia difficilius locus repletus repetitur, quàm vacuus occupetur. Sed primus ille vacuum factum per obitum naturalem non caperet: ergo multò minus iam repletum per bonæ fidei poſſeſſorem, & adhuc veniendo non ſolùm poſt locum bona fide per alium occuparum, ſed etiam poſt naturalem reſignantis obitum.

56 ¶ Tum diligens non debet deterioris eſſe conditionis, quam ſi negligens fuiſſet: Et magis negligens, non debet melioris conditionis eſſe, quam minùs negligens, nec ex maiori & ſuſpectiori negligentia referre lucrum quod perderet ex minori. Hæc enim ſingula ſunt abſurda, leg. *Seruus quod vi aut clam. l. cum qui. de præb.* in 6. *Regula.* § pen. *de iuris & facti ignor.* Sed ſi primus excluderet ſecundum, omnia hæc abſurda ſimul concurrerent, quia ſecundus puniretur, & excluderetur ob diligẽtiam ſuam licitam & laudabilem, cõtra leg. 3. C. *de alluuio* l. vlt. *de omni agro deſerto*. l. 10. C. *& intra prædicta*. Primus autẽ ex deteriore & ſuſpectiore ſua negligentia conſequeretur lucrum quod amitteret in caſum minùs ſuſpectæ negligentiæ. Patet, quia quòd ſecundus non occultauit, ſed maturè viuo reſignante publicauit, & poſſeſſionem cepit, diligentia laudabilis eſt & approbata. Quod antè primus celauit per totũ ſemeſtre, negligentia eſt illaudabilis & reprobata. Sed quod adhuc non ſolùm poſt illud tempus, ſed poſt publicationem & aduentum ſecundi ſemper celare perrexit vſque poſt mortem reſignantis, maior eſt & ſuſpectior negligentia.

Præſumitur contra diſferentem agere.

57 ¶ Degenerat enim præſumptio contra eum qui differt agere, donec aduerſarius moriatur, & probatio depereat 31. qu. 1. c. *Chriſtianus* gloſ. clem. *ſæpe*. §. *quia* verb. *non obſtante. de verb. ſignificat.* Bald. conſ. 17. *quidam tabellio*. lib. 1. Marth. Afflict. decis. Neapolit. 13. in 9. coniectura. & deciſ. 58. ad fin. Nec eſt veriſimile reſignantem præſertim infra ſex vel octo menſes ſatis memorem, rurſus alij reſignaſſe, ſi prior reſignatio ſeria, non ſimulata vel extorta fuiſſet: vel niſi prius ea debitè reuocata, iuxta clement. vnicam *de renuntia* Vnde ſuſpicio eſt quòd primus non auſus eſt conqueri, nec ſciſcere viuo reſignante: qui habebat vel ſciebat vnde laturus erat probationes & inſtrumenta reuocationis vel nullitatis ptimæ reſignationis. Nunc ſi ſecundus diſtuliſſet publicare, & poſſeſſionem capere vſque ad obitum reſignantis primus nihil obiicere poſſet ſecundo: nec eum excludere. conſtaret enim de noti iure primi: qui ſi diſtulit poſt obitum reſignantis non obſtante publico aduentu ſecundi, multò facilius, nec cum tanta ſuſpicione diſtuliſſet tardante ſecundo. Et ſic omnino per hanc regulam primus excluſus fuiſſet.

58 ¶ Ergo non minus, imò magis excludi debet in hac hypotheſi, vbi propter ſiniſteriotem & ſuſpe-

ctiorem negligentiam debet eſſe deterioris, ſaltem non melioris conditionis, ſecundus autem melioris
14 propter meliorē diligentiam. Tum ipſe reſignans ſatis dicitur poſt tempus præfixum naturaliter deceſſiſſe in poſſeſſione, ex quo poſt illud tempus obiit relinquens
15 alīū pro ſe & iure à ſe ceſſo in poſſeſſione. l. *nō videtur l. arborib. §. vſufr. de vſufr. l. generaliter de acquir. vel amit. poſſeſſ. fa. l. ſi paterfam. de hared. inſt.* nu. 29. inſtit. *de vulgar. ſubſtit.* Alex. conſ. §. vult. in 3. lib. 6. Tū Ordinarij & impetrantes non minùs decipiuntur & illudūtur hoc caſu per ciuilē, quàm per naturalem obitum: ex quo poſſeſſor æquè palam & realiter dimittit poſſeſſionē pacificam vacantē per hunc ciuilem obitū, ſicut dimitteret per naturalē. Primos autē cauſatur ſecundā reſignationem obitumque ciuilem, ſtudiosè procuratum eſſe in ſui frandem: cui proinde non debet indulgeri, vt 3. eod. nu. 40. Secundus verò reſellit, quia ſi hoc in fraudem factum eſſet, non publicū, ſed ſecretum fuiſſet. Cum igitur hæc mutatio & poſſeſſio ſecundi publica fuerit: ſi facta fuiſſet iniuria primo, ſtatim cōqueſtus fuiſſet: & tamen viuo reſignante nec mutire quidem auſus eſt, ſed per duos vel tres menſes poſt ſecundæ publicationem, & quandiu ille vixit, ſemper tacuit: & ſic prior prætenſa reſignatio fraudulenta vel ſimulata præſumitur: aut ſaltem apparet tam eſſe captioſa & inſidioſa, vt meritò per hanc regulam occurri, & impediri debeat.

Primus. Secundus.

59 ¶ Confirmatur, quia prima reſignatio per hanc regulā talis nempe ficta vel reuocata habetur, etiam ſi reſignans ſemper vſque ad mortem naturalē manſerit in poſſeſſione, ſed maior eſt ratio præſumendi fi-
16 ctionem vel reuocationem quando reſignās non ſolùm manſit in ſtatu veteri, ſed etiam plus fecit: videlicet reſignando in fauorē alterius, qui publicè & realiter nomine proprio viuo reſignante poſſidere cœ-
17 pit. Et ſic clarum eſt, primò quòd non ſolùm meus regulæ, & rationes eius finales militant contra primum, & fauent ſecundo, ſed etiam verba eiuſdē regulæ per
18 locum à ſortiori. Tum quod hæc regula mentionem facit de moriēte in poſſeſſione, videtur cauſā ſtr que ratiæ maioris expreſſum, vt latiùs infra eod. nu. 60. & ſic non excludit, ſed implicat caſum, ſaltem in quo non ſolùm eadem, ſed fortior eſt ratio, videlicet quando etiam interim reſignans diſpoſuit, & alium loco ſui verum realēmque poſſeſſorem fecit: deinde rebus ſic ſtantibus, naturaliter moritur. alioquin ſequerentur abſurda: videlicet quòd primus poſt 20. vel etiā 30. annos ſuæ prouiſionis etiā in locis vbi ceſſat decretum de Pacificis, eſſet admiſſibilis etiam ad poſſeſſorium contra ſecundū infra annum ſecundi etiam poſt mortē reſignantis, & ad petitoriū infra triennium in locis decreti de Pacificis, aliàs perpetuò. Vtet ergo potior?

Tertius impetrans.

60 ¶ Quid (vt vidi de facto) ſi ſimul concurrit tertius impetrans per mortē dicti reſignantis, vter trium potior? Videtur quod tertius & vltimus: quia priores mutuò ſeſe collidunt & impediunt: primos enim officit ſecundo per prioritatem tituli, qui adhuc ſtabat tempore ſecundæ reſignationis: Secundus autē primò per rationē, mentem, & verba etiā finalia huius regulæ quæ vult & expreſsè ſtatuit, nō ſolùm priorem reſignationem ob dilationem primi per tēpus hic præfixum, & vſque poſt cedentis obitum negligentis, irritam eſſe: ſed etiam omnia inde ſecuta, & conſequenter ea non præſtare impedimentū ſecundo, c. *non præſtat de reg iur.* ſn 6. Et ſic odiū degenerat cōtra primū: defectus verò tituli excludit ſecundum: ergo locus ſit tertio. Sed certè tertius non oppugnat primum, niſi per rationes ſecundi: videlicet per hanc regulā, ergo non debet eam retorquere contra ſecundum, qui non peccauit in regulam, ſed illi paruit. Imò tertius neceſſe habet pro vnico fundamento prius allegare & probare locum eſſe huic regulæ: ſed non poteſt hoc allegare contra ſecundum, qui regulæ paruit, ſed duntaxat contra primum. Atqui eo ipſo quòd oſtendēt verba regulæ verificata contra primum duntaxat, ſimul enam deteget omma è prima reſignatioue ſecuta nullius eſſe momenti. Quòd ſi nullius momenti ſint (vide text. & expende vniuerſalem negatiuam) ergo nullom impedimentum faciūt ſecundo, cui nihil ex ſolennibus deficit, & qui tītè & iuſtra tempus debitum venit, cuique nullo modo obiici poteſt hæc regula. Igitur eodem gladio & vnico fundamento qun tertius primum vult conficere, ſeſe iugulat, & aperit locum ſecundo.

61 ¶ Item ſecundus ſine vitio venit ad beneficium 19
vacans de facto & pacificè: cedens enim voluntariè ceſſit. Primus autem poſtea ex interuallo venit ad litem inchoandam contra publicum & pacificum bonæ fidei poſſeſſorem: Teroos verò magis ex interuallo venit, & à remotis, non ſolùm ad nouam dicam pacifico bonæfidei poſſeſſori inferendā: ſed etiam tanquam deuolutarius, nempe occaſione ſumpta ab incurſu primi, & à priore prætenſa reſignatione, quæ ſemper adūſque occulta manſit, & odio & ſuſpicione laborat. Igitur tertius indidem fundamentum capiens non minore odio laborat, ſaltem reſpectu ſecundi, pro quo militat fauor regulæ, cui paruit: non autem militat pro tertio, qui non impetrauit per obitum pacifici poſſeſſoris, & qui pro communi reputatione pro veto titulatio tunc habebatur: ſed per obitum illius qui dudum ante obitum, non ſolùm & poſſeſſionem & titulum amiſerat, ſed etiam omnem vtriuſque reputationem: ita quod verè erat & habebatur pro non poſſeſſore & non titulato. Alius autem videlicet ſecundus, erat in pacifica poſſeſſione, & communi & publica reputatione veri titulati. Ex quibus liquet quòd hæc regula non eſt facta in fauorem huiuſmodi tertij, etiam per obitum impetrantis: igitur illi prodeſſe non debet, nec is in ea ſe fundare poteſt. Quid dicendum?

62 ¶ Antequam ſoloam, accipe ſecundam hypotheſim: de qua ante viginti quinque annos (abhinc quo anno 1551. ſcribo) conſuli vidi primarios curiæ noſtræ ſuptemæ patronos, in queis inclitæ memoriæ Do. Franciſcus Montholoneus, poſtea fiſci patronus, deinde præſes in hoc ſenatu, poſtremo procancellarius Franciæ, in hac ſpecie: reſignatarius poſſeſſionem prioratus ceperat coram duobus teſtibus tantùm, & à conductore (quem firmarium vocant) inſtrumentum locationis nomine ſuo renouari fecerat, conſenſu reſignantis: qui nihilominus in poſſeſſione manſit, & communi reputatione pro priore (vt ſe gerebat) habebatur: & poſt ſemeſtre dignitatem adeptus eſt, prioratu aliter infra menſem non dimiſſo, nec per reſignatarium occupato. Tunc prioratum impetrat per c. *de multa* & extranagan. *execrabilis de præbend* tunc venit reſignatarius & publicat viuente & poſſidente ſuo reſignante. Quærebatur vter prior? Ego quidem cum eis anteceſſoribus patronisque meis, ſimul in conſilium vocatus, & pro veteri iūncque ſolenni more tanquam minimus & iunior opinari incipiens, ſentiebam pro impetrante, per mentem & finalem rationem huius teg. vt 3. nu. 2.

2. Hypotheſis.

Francisc. Montholoneus.

63 ¶ Et per oot. in clem. vlt. *de procurat.* quæ loquitur Clem. vlt. de procurā.
tantùm de morte naturali, & tamen ſecundum Zanzeli. Cardin. Flot & omnes ibi, Rotam *de procurat.* in nouis decis. 376. Ludo. Roma. conſ 374. haber locū etiam in cuiſ, puta in ceſſione. Et eſt commonis ſententia quam ſequitur Gomeſ. (qui tēpore dictæ conſultationis oondum ſcripſerat ſuper reg. *de annal. poſſeſſ.* quæſt. 62. in pnnc. vbi ita dicit iudicari in Rota. Quantùm enim ad beneficiom quo de agitur, non minùs dicitur mortuus per ceſſum, quàm per deceſſum. c. t. *vt lite pendente.* in 6. §. *ecce* 7. q. 1.

64 ¶ Præſaò verò anteceſſores patronique mei é Receptum de reſcript. in vi.
contrarium concluſerunt, per illud vulgatum quod de

vno genere vacationis non fit extenſio ad aliud c. *ſuſceptum de reſcript.* in 6. Et ita pro reſignatario concluſum fuit, quod latè patet. Idem enim videtur ſiue reſignans maritus vel monachus fiat, aut aliàs titulum & poſſeſſionem amittat. Sed ſi partes impetrantis tueri velit, habes telorum & armorum [illegible] ex not. ſ. num. 42. & 44. 45. 46.

65 ¶ Nec deſunt arma defenſiua ad dictum c. *ſuſceptũ.* loquitur enim in reſcripto ambitioſo, ab vno priuato obtento, & ad ſpeciem vacationis in eo expreſſam limitato. Hic autẽ loquimur in reg. per modum legis vniuerſalis boni publici, fraudúmque reſtringendarum cauſa generaliter lata, & ſic præpoſterè arguitur. Tum de reſcripto ad petitionem vel importunitatem priuati tantum, ad legem generalem proprio motu ſtatuentis factam. Tum de ambitioſo & reſtringendo, vt c. 2 *de præbend.* in 6. ad regulam fauorabilem, & interpretatione, ſi opus ſit, adiuuandam. l. *hoc modo de condit. & demonſtrat.* Tum de reſcripto, quod non emanat per viam legis, ſed per viam diſpoſitionis particularis hominis in fauorem priuatorum: ad regulam quæ emanauit per viam legis, & non ſolùm pro lege generali, ſed etiam pro regula directiua actuum.

Verba legis faciliùs extẽdentur.

66 ¶ Et vltra illud generale quod verba legis faciliùs & latiùs extenduntur, quam verba hominis: vt rectè tradit Alciat. lib. 1. & lib. 3. in princ. *de verb. ſign.* & ante Rubric. eiuſdem tit. & in l. 2. §. fin. *ſi cert. pet.* conſtat hanc regulam boni publici, fraudúmque reſtringendarum cauſa latam: ergo vel interpretatione adiuuandum, iuxta text. in d. l. *hoc modo de condit. & demonſtrat.* Et adhuc non opus eſt extenſione: quia in quantum hæc regula loquitur de obitu, hoc frequentiæ, non autem taxationis cauſa facit. Quòd non faciat cauſa taxationis, liquet: quia non loquitur de ſuperueniente obitu ad hoc vt fraudes (quibus hæc regula, quantum poteſt vult viam præcludere) locum apertum habeant, ſuperuenientibus aliis (quæ longè plures ſunt) ſpeciebus vacationum. Quod autem frequentiæ cauſa exprimat, patet: primò, quia poſſidentibus beneficia frequentiùs occurrit vacatio per obitum, quàm per alium modum per ſe ſumptum. vnde frequentiùs contingit fraudes reſeruationibus & regreſſibus veritis fieri, contemplatione quòd quis ſuperſtes ſit, vel præmoriatur, quam alterius vacationis. Secundo à neceſſario, eo ipſo quòd liquet non eſſe expreſſum cauſa taxationis.

Frequentiæ cauſa.

67 ¶ Quoties autem frequentiæ cauſa quid exprimitur, non reſtringit, l. 1. & ibi glo. ver. *Illyricanus, de quib. muner. nemini excuſa. liceat*, lib. 10. C. l. 2. & ibi glo. in ver. fi. *de vulg. & pupill.* glo. 2. in l. *in facto de condit. & demonſt.* Alex. conſi. 119. in fin. vbi tetigi libro 6. etiam in diſpoſitione exorbitanti: glo. in clement. 1. in ver. *præſidentes.* in fio. quem Ioan. Imola ibi & alij ſequuntur *de reſcript.* Philipp. Dec. auth. *quaſſa.* nu. 8. C. *de ſacro ſanct. Eccleſ.* dixi in conſuetu. Pariſi. §. 31. glo. 3. nu. 7. §. 28. num. 3. Et propius ad terminos noſtros tex. in c. 1. *de his pendent.* in 6. qui tantùm loquitur de vacatione beneficij per mortem: & tamen gloſ. & omnes Doctor. ibi & vbique, quaſi frequentiæ cauſa expreſſum ſit, idem intelligunt in omni genere vacationis. Quid dicendum?

Hypotheſis.

68 ¶ Priùs accipe tertiam hypotheſim, quæ eſt, ſi reſignatario vltra ſemeſtre non ſatisfaciente huic regulæ, reſignans quì iam accuſatus reſignauerat in fraudem, in poſſeſſione manens, per ſententiam priuetur, & beneficium per priuationem Titio conferatur: tuncque appareat reſignatarius, vter potior? Sed

4. Hypotheſis.

hæc hypotheſis non ſpectat ad materiam huius regulæ, accipe quartã, quam nuper vidi in facto: Patruus reſignauit in fauorem nepotis curã parochialem: ſed bullas in arca ſua ſeruauit, & poſt tres annos eandem curam permutauit cum prioratu, & permutatione hinc inde impleta, patruus poſt duos alios annos obiit in poſſeſſione prioratus, nunc nepos vult publicare dictam reſignationem, aut ſaltem in petitorio vẽdicare dictam curam, an poſſit? Videtur quòd ſic, quia etiam ſi patruus mortuus ſit die poſt ſemeſtre, tamen non eſt mortuus in poſſeſſione curæ reſignatæ. Quid ergo de tertio qui impetrauit dictum prioratum per obitum dicti patrui? hic alia turbulẽtior camarina ſeſe aperit. Nunquam alterutrinque diſputandi finis eſſet in ſingulis ferè huiuſce farraginis hypotheſibus.

Reſolutio.

69 ¶ Ideo breui reſolutione in prima, tertia & quarta hypotheſi, concludo contra primum reſignatarũ. Sed in ſecunda hypotheſi pro primo reſignatario. Et huic reg. locum eſſe in prima & 4. hypotheſi non autem in 2. & 3. Et tamen in ſecunda reſignatarium vincere non per rationem primariorum aduocatorum ſ. n. 58. ſed quia non erat locus c. *de multa.* nec huic reg. in tertia verò hypotheſi dico reſignatarium excludi non per hanc reg. ſed per ius commune. Vtque punctualer decidendi rationer radicitus capias, ſimúlque viam præſtruam ad quæſt. ſeq. longè difficiliorem, dico: Aliud eſſe reſignationem vel collationẽ ex poſt facto irritam fieri per viam reſolutionis: Aliud ab initio nullam eſſe, etiam nullitate poſtea detecta: puta ratione ſimulationis, ſimoniæ, ſubreptionis, aut aliàs, ſiue ratione fraudis, vel ex defectu formæ, vel materiæ: puta defectu vacationis, ſiue abſolutæ, vt quia tunc nullo modo vacabat, ſiue reſpectiuæ, vt ſi vacabat, ſed non ex perſona vel caſu quo impetratur, & iſtud membrum non ſpectat ad materiam noſtram: Sed bene primum membrum, quod eſt triplex. Aliud enim poſtea irritam fieri per viam reſolutionis ab hac regula contra ius commune, introductæ: Aliud per viam reſolutionis de iure communi, vt quando ſtatim quidem valet reſignatio vel collatio, ſed reſolubiliter, ſine in reſignatione ſimplici, cui conditio reſolutoria ineſt: vt in c. *ſi beneficia de præbend.* in 6. ſiue in reſignatione reciproca, vt ex cauſa permutationis: ſiue quandoque extra materiam reſignationis, vt quando ordinarius confert beneficium patronatum infra tempus patroni, vt dixi in reg. præced. n. 61. vel non graduato quandiu nominatus, vel graduatus, vel mandatarius tardant, vt in reg. præced. n. 83 & tertio. Aliud irritam poſtea fieti per viam priuationis, ſeu per ſententiam priuatiuam contra reſignantem latam.

Reſolutio.

Nullitas.

Reſolutio triplex.

Tria membra.

70 ¶ Et ſic facio & diſtinguo tria principalia membra. Primum in terminis reſolutionis in vim huius regulæ. Secundum in terminis reſolutionis in vim iuris communis, quæ duo ipſo iure procedunt. Tertium in vim priuationis per ſententiam. Ad primum referuntur & adaptantur duæ priores & vltimæ hypotheſes, cum omnibus & ſimilibus. Ad ſecundum membrum quæſtio octaua ſequens cum hypotheſibus ſuis. Ad tertium verò referur prædicta tertia hypotheſis cum omnibus ſimilibus, & iſtud tertium membrum pro expedito habeo, tametſi multa addere poſſem. At primum membrum nondum eſt expeditum, ſed priùs ſubdiſtinguendum eſt, vt infra nu. 72. Priùs ergo ad penitiſſimam huius ſubtilis & volubilis materiæ diſcuſſionem oppono contra reſolutionem noſtram ſuper prima hypotheſi, ſ. num. 63. vbi concluſimus pro 2. & ſic locum eſſe regulæ. Et ſi rectè perpendas, inuenies ſententiam noſtram per nouemdecim, fundamenta probatam, ſ. à n. 48. vſque ad num. 55. incluſiuè.

71 ¶ Nihilominus fortiter opporto & probo locũ non eſſe huic regulæ, ſed priorem reſignatarium vincere debere, quia ita eſt de iure communi, & hæc regula non loquitur in hoc caſu. Ergo ſtat vetus & commune ius quatenus expreſsè non corrigitur. l. *præcipimus.* C. *de appell.* c. *cũ expedeat. de elect.* in 6 & in materia correctoria non ſufficit generalis expreſſio text. quẽ ibi not. Ang. in §. *ſi verò expreſſ* in auth. *de hær. & fal.* & in auth. *de triente & ſem.* §. *illud.* Porrò reſolutio

reſignationis

reſignationis quæ ſit per hanc regulam duplici reſpectu limitata eſt per eandem regulam: Primò reſpectu ortus ſeu cauſæ efficientis: Secundò reſpectu finis ſeu effectus & cauſæ finalis. Reſpectu quidem ortus, ſeu cauſæ efficientis, quadrupliciter, hoc eſt ſub quadruplici conditione copulatiua. Prima quòd non fuerit facta publicario, de qua hic viuo reſignante: Secunda, quòd reſignans naturaliter moriatur. Tertia, quòd poſt tempus hic præfixum: Quarta, quòd in poſſeſſione eiuſdem beneficij reſignati. patet in text. ꝫ. eod. q. 5. & num. 43. Reſpectu verò finis, hæc reſolutio introducitur limitatim ad inducendum & operandum certum determinatum vacandi modum duntaxat, Per obitum ipſius reſignantis in poſſeſſione beneficij reſignati poſt hoc tempus naturaliter morientis. Et conſequenter reſolutio vi huius regulæ nunquam fit, niſi priùs verificans & concurrentibus dictis quatuor conditionibus: deinde fit ad effectum vacationis per obitum reſignantis poſſeſſoris, & in fauorem conferentium & impetrantium per obitum dicti poſſeſſoris duntaxat, & aliàs. Sed alioquin remanet in iure communi.

Hæc reg incipit à 4. conditionibus.

Ratio decidendi pro primo.

72 ¶ Iam ergo manifeſta eſt ratio deciſionis pro primo in prima hypotheſi: quamuis enim exiterint tres primæ conditiones, tamen defecit quarta: quòd fatis eſt, cum copulatiuè requirantur, vt ſuprà quæſt. 5. Et hoc quidem per ſe ſufficeret ad excludendum ſecundum & tertium. Sed aliud quoque accidit, videlicet quòd effectus huius regulæ limitatus eſt ad inducendum vacationem per obitum reſignantis poſſeſſoris tantùm, & in fauorem impetrantium per obitum veteris poſſeſſoris tantùm, qualis non eſt tertius ille impetrans, ꝫ. n. 54. quia non impetrauit per obitum poſſeſſoris, ſed per obitum eius qui prius, non modo titulum, ſed poſſeſſionẽ quoque realem viuens amiſerat. Er ſic ei non aſſiſtit, ſed potius reſiſtit hæc regula. Nou obſtant adducta pro ſecundo ꝫ. eod. n. 54. vſque ad n. 58. quia ſunt rationes ſuaſoriæ quæ non concludunt, præſertim in diſpoſitione ad certas conditiones limitata, vt hic: vbi potius locum habet regula, quòd limitata cauſa limitatum parit effectum *l. in agris. de acquir. rer. domin. l. 2. ſi ſern. exportand. vacuat. l. cancellauerat. de iis quæ in teſtam. delent.* Item regula, *l. ſi cum dotem.* in princ. *ſol. matrim.*

Dilutiones.

73 ¶ Non obſtat locus à fortiori, de quo ꝫ. num. 57. cum ſequent. quia fateor quòd aliquo reſpectu fortior eſt ratio priuandi primi reſignatarij, quando poſt hoc tempus & vtramque mortem & ciuilem & naturalem ſiu reſignantis diſtulit, eúmque permiſit aliter diſponere, & actum directò contrarium & palàm facere, videlicet alium ſucceſſorem accerſendo in titulo & poſſeſſione publica & reali. Sed dico primò quòd hæc regula non eſt ſancita hoc caſu, ſed limitata ad aliàs conditiones quæ defecerunt, & ſic non ſufficit, illis deficiennibus, maiorem certo caſu dari rationem. Secundò dico quòd etiam hoc caſu non maior, ſed minor eſt (alio reſpectu) ratio, quia durius & iniquius eſt voluntario facto & variatione reſignantis reſignatarium excludi, quàm fato: vt ꝫ. eod. num. 40. non obſtant adſurda ꝫ. num. *l. cum ſequent.* quia hæc reg. noluit omnibus inconuenientibus obuiam ire, ſed tantùm certo & limitato ſuo caſu prouidere. ſa. ſupra in reg. *de inſp. reſignant. n. 3.* 86 Tertiò dico quòd aut ſumus extra caſum regulæ, & non eſt locus ſecundo, ſed primo duntaxat: niſi quatenus quid extrinſecum præter hanc regulam acciderit, pura virtus annalis vel triennalis pacificæ poſſeſſionis, de quo nihil ad materiam huius regulæ cui impoſſibile eſt locum eſſe pro illo ſecundo extra caſum ſuum, videlicet ceſſante regula, imò contradictionem implicaret. Aut verò ſumus in caſu regulæ & ſecundus omnino & neceſſariò excluderetur, tertius autem potiùs admitteretur: cum hæc regula ſancita non ſit in fauorem ſecundi, vel vlterioris reſignatarij primi reſignantis, ſed in fauorem impetrantis per eius obitum.

Dilemma.

74 ¶ Minus obſtat quòd hæc regula in clauſula finali & decreto irritanti, non annullat ſecundam reſignationem primi reſignantis: cùm non ſit ſequuta ex prima ſed tantum anoulat primam cum omnibus inde ſequutis: quæ proinde impedimentum non præſtant: quia reſponden, primò quòd licèt non annulet eam in clauſula finali, tamen ſatis eam abolet, vel nullam ex neceſſario conſequenti præſupponit in verbis diſpoſitiuis, vbi diſponit vacare per obitum: ergo uegat vacare per aliquam reſignationem vel vacanonem intermediam. Secuudò reſpondeo, quòd etiam ſi hæc regula non aboleret ſecundam intermediam reſignationem, nec ei reſiſteret, provt reſiſtit, tamen eam non approbat, nec vllo modo confirmat, ſed ſaltem relinquit eam in ſui natura, & in iure cummuni. Sed iure eommuni ſecunda reſignatio cum inde ſequutis non valet, & ipſo iure ab initio oon valuit: quia reſignans iam nihil iuris habebat; & nihil reſignabat, ſed repletum erat beneficium de perſona primi, cuius collatio valida pura & canonica: & talis actu permanebat etiam tempore ſecundæ reſignationis, & omnium ſequurorum ex ea. Er quamuis reſolubilis eſſer ſub cerns conditionibus, tamen ille pendebant: & ſic ſtabat ius primi purum, l. 2. & ibi glo. Barto. *de in diem addictio.* & poſtea defecerunt illæ conditiones, & ſic ius primi fortitum eſt vim & effectum incommutabilem: & adhuc ſi poſtea extitiſſent illæ condtiones, nou profuiſſent ſecundo, tum quia nun eſſent ſequutæ ad hunc effectum, nec ad eius commodum, ſed ad aliud effectum & commodum alterius.

75 ¶ Et ſic primus contra ſecundum ſemper liberas ædes habebat, etiam ſi reſignante inortuo in poſſeſſione, conditiones omnes reſolutiuæ extitiſſent. Semper enim verum eſſet dicere collationem ſecundi nullam ab initio fuiſſe ipſo iure, nec cauſam confirmantem ſuperueniſſe: & ſic ſemper nullam manere. Idem ſecundus non habet ius ab eo in cuius fauorem ſequeretur primæ reſignationis reſolutiu: ſed potius ab eo in cuius odium: quia reſolutio quæ fit per hanc regulam non introducitur in fauorem reſignantis, ſed potiùs in eius odium, vt actus per eum geſti nulli ſint. Quod autem ab initio nullum eſt, vt collatio ſecundi, non conualeſcit: etiam ſi ceſſet cauſa impediens, videlicet per hanc regulam reſoluta & abolita prima reſignatione cum ſequutis ex ea, c. *non firmatur. de reg. iur.* in 6. l. *quod ab initio.* ff. eo titu. *l. ſi. tutoris.* in fin. *quod inſſu.* vnde non ptodeſt ſecundo, ius primi poſtea reſoni & aboleri, nec enim ob id ſuperuenit cauſa confirmans ius ſceundi: eique nihil hic ſeritur neque metitur.

76 ¶ Ergo in prima hypotheſi ceſſat hæc regula: & ſic primus aliis exeluſis ſolus obtinet, provt de iure coumuni. Secuudò verò non tam prioritas primi, quàm originalis tituli ſui nullitas obeſt: quia beneficium tune uon vacabat, & ſecunda reſignatio ipſo iure non valebat, vtpote ſubſiſtente prima, quæ etiam incommutabilis fieri poterat: provt poſtea facta eſt. Nec reſolutio ſequens profuiſſet ſecundo vel cuiuis tempore medio impetranti, etiam ſi à Papa impetraſſet cum clauſulis quantumuis præguantibus & generalibus: quia nullo modo poſſent extendi ad futuram vacationem vel reſolutionem, niſi mediantibus clauſulis reſeruatiouum & extenſiuis ad ius vacaturum: quæ apud nos vbi conciliaria decreta & concordata vigent, nullius ſunt momenti. In locis autem vbi reſeruationes Papales regnant, diſputandum eſſet an reſeruationes factæ vel narratæ in bulla ſecundi reſignatarij vel impetrantis eſſent reales, vel perſonales, & an in fauorem impetrantis vel

non, & de viribus clauſulæ ad ius vacaturum. Tertium verò de quo 3. 0.50. deficit hæc regula: vnde ſiue impetrauerit adhuc viuo reſignante cum clauſulis generalibus à Papa, ſiue poſt obitum eius, non decedentibus in poſſeſſione neutro caſu ius habet.

87 ¶ Tamen tam ſecundus quàm tertius, quin etiam primus ſatis coloratum titulum habet ad effectum decreti de pacificis poſſeſſoribus, ſi triennio continuo pacificè poſſederit: quamuis ipſe reſignans eo decreto non iuuetur contra ſuum reſignatarium, de cuius capacitate & acceptatione conſtat: niſi ex probabili colore aliunde (puta ex putatiua retroceſſione vel reuocatione) accedente. Secundus ergo publicando nihil agit, nec poſſeſſionem quidem publicè capiendo, niſi reſignantem excludat & realiter poſſidere incipiat. Quo caſu nec ſibi prodeſt contra primum, niſi ad effectum poſſeſſorij poſt annum, vel decreti *de pacificis*, poſt triennium pacificæ poſſeſſionis, ſed omnino excludit tertium a commodo huius regulæ. Et ſic ſibi ipſi nullo modo prodeſt, nec prodeſſe poteſt: ſed bene poteſt prodeſſe primo, non per publicationem quantumuis ſolemnem, nec per momentaneam poſſeſſionis apprehenſionem: quæ ſunt impertinentia, nec impediunt effectum regulæ contra primum: ſed demum realiter poſſidendo & extrudendo reſignantem, ita quòd deſinat eſſe in poſſeſſione: ſic enim fit ne condino huius regulæ extet, & ſic conſeruetur ius primi. Negligendo verò realem poſſeſſionem & extruſionem veteris poſſeſſoris, nocet primo, & aperit locum, ſeu linquit eum apertum tertio per obitum in vim huius regulæ impetraturo. Ex his multò fortiùs defenditur reſignatarius in ſecunda hypotheſi, cum etiam viuo reſignante veniat. Quid dicendum? quàm arte hæc tam varia & alteruttinque verſatilia, ſeruata ſemper in ſingulis æquitate ad certam vnam & ſolidam doctrinam reducimus? etiam ſi quis mihi fortè ad aream illam mediocritatem quam ad pertinax τὸ πικρὸν ἢ τὸ χρηστὸν ſtudiuni propenſior, Terentianum illud interim mihi obiiciat, incerta hæc, ſi tu poſtules ratioue certa facere: nihilo plus agas, quam ſi des operam vt cum ratione inſanias.

Si datio pro ſecundo.

78 ¶ Solue, luis à numero 71. non obſtanobus ſto in ſententia, de qua ſupra numero 99. & dico in d. 1. hypoteſi. ſupra numero 54. primum illum reſignatarium penitus excludendum, & ſic locum eſſe ſecundo reſignatario, tertiò illo impetrante, de quo ſuprà numero 60. penitus excluſo. Ratio viua & radicalis tam deciſionis quàm differentiæ inter primam & ſecundam hypotheſim eſt, quòd in prima reſignans non manebat poſſeſſor tempore publicationis primi reſignatarij. In ſecunda verò hypotheſi, reſignans adhuc erat in poſſeſſione, & ſic primum illud membrum, de quo ſuprà num. 70. non debet ſimpliciter accipi, nec poteſt abſolutè decidi, ſed prius diſtingui ſubdiuidendo, aut reſignans non manet in poſſeſſione vſque ad publicationem, ſed manet vſque poſt ſemeſtre, deinde ante publicationem, alium de facto & titulo apparenti poſſeſſorem facit, deinde moritur, & tunc locus eſt huic regulæ multò maiori & fortiori ratione, quàm ſi dictus reſignans moreretur in poſſeſſione, & ſtatim eodem tempore reſignatarius veniret & publicaret: quo caſu diximus ſupra eod. num. 21. eum excludi per hanc regulam. Aut verò reſignans manet in poſſeſſione vſque ad aduentum & legitimam publicationem primi reſignatarij, & tunc ceſſat hæc regula, nec per eam confirmatur ſecunda intermedia reſignatio, ſed remanet nulla.

79 ¶ Non obſtant allegata, ſupra num. 71. cum ſeq. quia non eſt verum deficere, imo extare quartam illam conditionem inſpecta morte ciuili: Reſignans enim erat in poſſeſſione, quando poſt tempus reg. ſecundo reſignauit, & ſic tunc ceſſit ſeu ciuiliter mortuus eſt in poſſeſſione. Idque cum effectu intento ab eadē regula videlicet poſſeſſionē prorſus dimittendo per hanc ſecundam ceſſionem, vel eius tempore, ſicut eam perderet & dimitteret per mortem naturalem. Porro tuo eſt verum deciſionem & finalem intentionem huius regulæ reſtrictam eſſe io caſum naturalis obitus & in fauorem impetrantis per obitum dontaxat. accipiendo hanc reg. eo rationali & politico fine, quo apud nos recepta eſt, ſupra n 53.

80 ¶ Patet: fac reſignantem ſtatim ingredi monaſterium, & per vicarios tenere poſſeſſionem, & in fine anni probationis monachalia vota ſolēniter profiteri, & beneficium à tertio impetrari per profeſſionem, mox reſignatarium, ſtatim venire & publicare, dicemúſne illum admittendum, & tertium impetrantem excludendum? Certè æquitas ipſa, mens & ratio euidens huius regulæ repugnat. Ergo hæc regula habet locum etiam in morte ciuili, quando videlicet eundem habet ab eadem regula intentum effectum, quem mors naturalis haberet, videlicet quando mortem ciuilem contrahit, vel inde ſequitur realis & effectualis dimiſſio poſſeſſionis, in qua reſignans tempore mortis ciuilis poſt tempus regulæ ſuperuenientis adhuc erat, ſicut eſſet tempore mortis naturalis. Quare dico quòd etiam ſi dictus reſignatarius poſſeſſionem realem capiendo & publicando præuenret impetrantem, nihil ageret, quia iam in ipſo puncto mortis ciuilis reſignantis, & adhuc in poſſeſſione exiſtentis, reſignatio ipſa & quidquid inde ſecutum fuit, prout ſi nunquam facta fuiſſet. Igitur hæc reg habet locum etiam in obitu ciuili.

81 ¶ Nec obſtat ſi dicatur hoc verum eſſe quando mors ciuilis eundem per omnia operatur effectum vt mors naturalis, vt tradunt canoniſtæ in c. *ſuſceptum de reſcript.* in 6. *legiſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm.* (vbi latè Ioan. Cretus in repet. colum. 3. cum tribus ſeq.) *de liber. & poſthu.* Alexandr. con. 139. nu. 4. lib. 2. con. 13. col. 1. lib. 3. vbi in annotano. dixi provt contingit in vltimo monachicæ profeſſionis exemplo. Talis enim libertatem perdit, & maximam incurrit capitis diminutionem, mundo mortuus, & pro mortuo tam in perſona propria, quam in omnibus bonis habitus 1. 2. q. 1. per to. vt nec velle nec nolle habeat, quippe qui alium vice Dei ſupra caput ſuum poſuit. c. *ſi religioſus. de elect.* in 6. ſecus in hypotheſi qua de agitur 3. num. 54. vbi reſignans non moritur ciuiliter, ſed integrum ſuum per omnia ſtatum retinet; & ſic eſt caſus longè diſſimilis, nec debet exemplo monachatus ad diſſimiles caſus extendi.

82 ¶ Quia dico quod ſatis eſt eſſe ſimilem caſum quoad id de quo quæritur, videlicet quantum ad beneficium reſignatum, in quo non ſolùm ſuperuenit nouus caſus vacandi ſeu mortis ciuilis reſignantis: ſed etiam ſimul ſuperuenit realis & totalis amiſſio poſſeſſionis & eadem æquitas: ſufficit enim ſimilitudo reſpectu eius, de quo quæritur per tex. in l. vlt. & ibi Iaſon *col. 1. C. de collatio.* tex. in *c. conſtituit.* & ibi Pan. notabili. 3. *extra de appellatio.* tex. in *c. quemadmodum.* ibi Pano. *de iureiur.* Pan. Felyn. *c. tranſlata.* & ibi Philip. Dec. lect. 1. col. 3. (vbi in annotat. dix.) *de conſtitutio.*

83 ¶ Cum ergo hic poſt tempus regulæ reſignans in poſſeſſione manens non ſolùm ſecundo reſignauerit: ſed etiam per hanc ſecundam reſignationem realiter & omnino poſſeſſionem & detentionē omnem einſdem beneficij dimiſerit, non eſt aliud expectandum, nec cutandum quid poſtea contingat. Quia quoad ſtatum eiuſdem beneficij idem eſt, ac ſi dictus reſignans naturaliter mortuus fuiſſet, & ſi per hanc ſecundam reſignationem & effectualem omnis poſſeſſionis, & detentionis dimiſſionem, poſt tempus regulæ contingentem alio non expectato ſtatum reſoluitur prior reſignatio, & per hunc ſuperuenientem

Digitized by Google

eiuſdem obitum vacare cenſetur beneficium: priori A poteſt fraudator vti hac regula contra fraudes inuenta
reſignatione cum omnibus ex ea ſecutis euacuatis. & ſtatuta.

84 ¶ In hoc tamen (quod diligenter aduerte) differt hæc hypotheſis ab exemplo dictæ profeſſionis, quòd facta monachali profeſſione aliud non expectatur, quia ſtatim conſummata eſt dimiſſio omnis iuris & poſſeſſionis & detenoonis. Secus pet ſecundam reſignationem vel aliam ſimilem nouæ vacationis ſpeciem, quia reſignans non ob id amittit detentionem, ſed adhuc (niſi aliud ſequatur) remanet in poſſeſſione, etiam ſi noo poſſeſſor. Ideo in iterum reſignante aliud adhuc expectatur, ſcilicet realis & effectualis totius poſſeſſionis & detenoonis dimiſſio quæ facta idem eſt in hoc caſu qnod in d. profeſſione, aliàs quamuis in terminis dictæ profeſſionis non proſit reſignatario prævenire impetrantem in poſſeſ- B ſione & publicatione, vel etiam hæc facere ante omnem impetrantem: tamen prodeſt coontra ſecundom reſignatarium antequam reſignans de poſſeſſione prorſus diſceſſerit, & ſic antequam quoad iſtud beneficium cioilitet poſt has inducias de iure & de facto mortuus fuerit, ſeu prorſus deceſſerit.

85 ¶ Quo facto & conſummato, concluſionem noſtram, ſupra numero 69. io hac prima hypotheſi, ſupra numero 54. amplio primò, etiam ſi ſecundus collatarius non prævenerit priotem in poſſeſſionis apprehenſione & publicatione: quia ſaos eſt per actum illum conſummatum pnorem reſignationem eum inde ſecutis reſolutam fuiſſe & peremptam, quæ numquam reuiuiſcere poteſt, *l. qui res. §. aream. de ſolutio. & quæris de conſecratio.* diſtinct. 4. puta ſi qoi reſi- C gnauit in fauorem Titij; manens in poſſeſſione vltra ſemeſtre, poſtea beneficium purè & abſolutè abdicat in manu Ordinarij, qui admittit, & œconomum vel alium cuſtodem apponit, tanquam ad beneficium de iure & de facto prorſus vacans, vt in c. *cum vos extra de off. ic. ord.* vel ad tempus commendat. iuxta c. *nemo de inceps. extra, de elect. lib* 6. interim dum de prouidendo deliberat, non proderit Titio prouiſionem omnem velut re integra præuenire, bullas publicando, non enim res ſibi integra, ſed peremptà eſt, nec poteſt habere ius, niſi ſibi de nouo conferatur, vacat enim ex dicta vltima effectuali abdicaoone, & hoc eſt iuſtum contra fraudes buiuſmodi reſignationum verbalium & occultarum.

86 ¶ Amplio ij. etiam ſi Tious veniat reſignante D adhuc naturaliter viuente, quia ex quo per nouam reſignationem deſiit eſſe in aliqua poſſeſſione vel detentione, cenſetur ex tunc quoad hoc beneficium mortuus fuiſſe. Amplio iij. etiam ſi tertius ab eodem Papa vel eodem Legato à quo Titius prouiſus fuerat, Impetrauerit. Amplio iiij. etam ſi pet nouam reſignationem in fauorem, & ſic in hac prima hypotheſi tertia illa & vltima facti circunſtantia, ſupra num. 54. quod Tinus venerat poſt vtrumque & ciuilem & naturalem obitum conſummatum, non eſt neceſſaria, ſatis eſt enim quod diſtulit aduſque ciuilem illum obitum conſummatum.

87 ¶ Amplio quintò, etiam ſi idem Ordinarius qui priorem reſignationem admiſit & conſulit Titio, E qui pet menſem negligens fuit, ſecundam eiuſdem reſignantis in poſſeſſione manenós reſignationem admiſerit, & eum etiam in poſſeſſione & detenóone deſtituerit, conferat non Titio, ſed Caio, etiam ſi Caio non erat beneficium debitum, etiam ſi dicta ſecunda effectualis abdicario in menſe Ordinarij facta ſit. Non enim (vt pote noua cauſa ſupetueniente) dicitur variare, ſed iure ſuo vti, & Papam vel Leganum prævenire, qui aliàs, poſſent Caio vel coiuis conferre concurrendo cum Ordinario. Ergo ipſe Ordinarius idem poteſt, aliàs non eſſet concurſus nec prævennoni locus. 88 ¶ Vnam do limitanonem ſi conſter de dolo vel fraude ſecundi reſignatarij vel collatarij, non enim

89 ¶ Cæterùm amplio ſextò etiam ſi reſignans con- * duxerat à Titio: ſed poſt tempus huius regulæ permutauit vel reſignauit tertio, quem in realem & actualem poſſeſſionem & detenoonem immiſit, vel immitti permiſit, prodendo dominum à quo conduxerat. Amplio ſeptimò etiam ſi penſiooes de ſuo vel aliunde cootinuabat & inferebat priori & reſignatario abſenti & ignoranti. Amplio octauò etiam ſi prior reſignatarius ad poſſeſſionem capiendum & ſolenniter publicandum dederit ſpeciale mandatum ſuo reſignanti vel alij à quo falsò perſuaſus erat publicationem ritè factam, quia niſi probetur ſecuodum quoque reſignatarium fraudem vel dolum participaſſe, locus erit huic regulæ, ſaluis Titio ſuis actiombus pro ſuo intereſſe & illuſione ſibi facta contra reſignantem & procuratores ſuos.

90 ¶ Nec obſtat l. *mali agitur C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* hic alius poſſidet & detinet, alius penſiones ſoluit. Nec obſtat quòd pet colonum non poteſt fieri præiudicium domino inſcio: vel limitato circa poſſeſſionem. *l. per colonum de agric. & cenſi. lib* 11. & quòd in caſibus in quibus colonus poteſt facere præiudicium, poſſeſſioni illa condicitur, & à tertio bona fide ingreſſo per conditionem ex *l. vlt. C. de acqui. vel retinend. poſſeſſ.* quia ibi ſucceſſor habet cauſam à colono, nec poteſt plus iuris habere: ſecus in beneficijs eccleſiaſticis, vbi totum ius capitur à ſuperiore: vt not. 3. eod. num. 33.

91 ¶ Minus obſtat quod ſecundum Bart. *l. Pompo-* Bona ſunt lu- *nius. quib mod. vſus fruct. amit*) quem doct. cõuniter ſequuntur) hæc eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, quia verũ eſt in prophanis vel patrimonialibus quæ ſunt in bonis noſtris & iu patnmonio noſtro: ſecus in beneficijs eccleſiaſticis, quæ ſunt extra bona, patrimonium & commercium bonorum: hæc ſunt iuris publici, vt etiam tetigi, infra eo nu. 288. & hæc regula ſancita eſt fauore publico qui priuatorum vtilitates credere debent. Tum eſt quod iuſtè imputetur priori reſignatario qui ſciebat naturam & onus beneficiorum, reſidenoam aut ſaltem crebram viſitationem requirentium, ſe quoque pet hanc regulam priuari poſſe, & tamen diſtulit & in fide tecubuit eorum contra quos agere debet, etiam ſi aliàs eſſet minor, aut in ſcholis per prædicta

92 ¶ Quæ non procederent ſi reſignans conduxiſſet pariter à ſecundo ſuo reſignatario vel aliàs in poſſeſſione vel detentione tranſiſſet: vel ſi ſecundus reſignatarius, cui locum prorſus ceſſit domeſticus eſſet, vel conuictus qui veriſimiliter non poſſet ignorate, quia tunc ſecundus ille vioóſum aut nullum haberet ingreſſum, oechae regula propter implicationem doli vel fraudis probabilis iuuari poſſet.

93 ¶ Nunc quoad tehquas hypotheſes diſputatione Ad 2. hypo- (vt pote iam reuulſis rerum fundamenós) omiſſa, ad ſecundam ſto in breui reſolutione noſtra, ſupra n. 69. Sed dico rationem illam quam olim dederunt primarij illi patroni, ſupra num. 64. falſam eſſe. Non enim vt cenſebant, hęc reg. reſtringenda eſt ad vacationem per mortem naturalem, vt aperte & noué concuit, ſupra oum. 80. cum ſeq ratio autem duplex erat. Prima quia cùm reſignãs fuerit adhuc iuuentus in poſſeſſione vel detẽtione tempore publicationis ſalua res eſt reſignatario, ceſſante pœna & diſpoſinone buius regulæ. 94. ¶ Secunda, quia non liquebat locum eſſe pœnæ. c. *de multa extra de præbend.* & extrauag. *execrabilis.* eod. tit. Cum enim reſignãs de facto reſignaſſet, & ſic proprietatem & poſſeſſionem amiſiſſet, & poſſet ſingulis momentis expelli à reſignatario, non cenſebatur habere beneficium incompatibile ſaltem reſpectu d. c. *de multa* & quoad pœnam vitandam ſufficiebat allegare quòd non erat in poſſeſſione vt prior, ſed iure familia-

Pœna c. de multa. de præben.

ritatis vel fructuum præteritorum & negotiorum cõponendorum: & in pœnis liquidiſſimè conſtare oportet, *l. in teſtamento* & ibi Bald. *de condition. & demonſtr.* Bald. in *l. cum proponas.* in fi. *C. de hæred. inſtit.* & in *cap. 1. col. vlt. qualiter domi. proprietat. fund. priuetur. In vſib. feud.* & in *l. Titius* in fi. ff. *de liber & poſthum.* Alex. conſi. 33. col. 1. lib. 2. vbi in annot. dixi, & ad Philip. Dec. conſil. 260. 95 ¶ Et inſuper dato quòd conſtitiſſet illum incurriſſe dictam pœnam: puta quia alias quoque dignitates poſſidebat, & ſic omnia vacarunt: clemen. *ſi plures de prabend.* & ſic contigit generalis caſus vacationis & obitus ciuilis omnium beneficiorũ in perſona reſignãtis ante publicationem reſignatarij: Tamen adhoc per illam vacationis ſpeciem non deſinit reſignans eſſe in poſſeſſione, & ſic caſus ille obitus ciuilis nõ æquiparatur morti naturali, nec facit locum huic reg. 3. eod. n. 81. & ſic quandiu impetrans non extrudit dictum reſignantem de poſſeſſione & detentione pnoratus, poteſt reſignatarius publicare, & huic regulæ occurrere, & impetrantem excludere: idem in ſimilibus. 96 ¶ In tertia verò hypotheſi multum refert an cauſa priuandi beneficio ſuperuenerit, an verò præceſſerit reſignationem. Si enim ſuperuenerit, ſpectat ad hanc regulam, & ſi reſignans poſtea manens in poſſeſſione committat homicidium vel aliud crimen, quo per ſententiã diffiniuam priuetur beneficio, ſiue aliàs ſtatu amiſſo, ſiue non. Siquidem diffiuitua & res iudicata citò ſequitur infra tempus iudiciatium, nõ eſt locus regulæ per eandem regulam, ſed iuri communi. Si verò ſequitur ſententia, ſaltem tranſit in rem iudicatã, demum poſt tempus huius regulæ publicatione reſignationis non ritè facta, & damnato exiſtente in poſſeſſione, ſtatim locus eſt regulæ, & vacat beneficium per obitum ciuilem, nec proderit reſignatario venire & publicare ante executionem ſententiæ, vel etiã ante collationem per priuationem. 97 ¶ Quia res iudicata ſtatim ligat & fortius operatur quam ſimplex vacatio extra iudicialis, quæ non eſt tam notoria & ſæpe indiget liquidatione, declaratur enim ſententialiter beneficium vacans & conferibile, à qua ſententia non poteſt reſignatarius appellare nec intercedere, ſed contra eum ius facit iuncta diſpoſitione huius regulæ. 98 ¶ Si verò crimen præcedat, & in fraudem accuſationis & futuræ priuationis reſignauit, vt ſpecialiter hypotheſim poſui 3. n. 68. tunc dico reſignatarium excludi, non per hanc regulam, quæ tali caſu non loquitur, nec eius verba verificantur: ſed per aliam iuris communis rationem, quia ſatis apparet factum eſſe in fraudem accuſationis, & futuræ ſententiæ priuatiuæ, vnde talis reſignatio etiam in manu Ordinarij nulla eſt, ſi coram alio pendeat accuſatio, tãquam alienato in fraudem, iuxta tiot in *l. poſt contractam. de donation.* ſed coram Papa vel Legato: accedit etiam ſubrepno, vt larè dixi in reg. præced. n. 163 cum ſeq. n. 568. Siue igitur ſub tempus ſententiæ facta ſit, tunc vicinitas temporis cum taciturnitate & diſſimulatione reſignatarij titulóque eius lucratiuo, vel (quod detcrius eſt) ſimoniaco ſatis fraudem arguunt: ſiue dudum ante accuſationem facta ſit, non tollitur, ſed augetur ſuſpicio fraudis, quantò diutiurnior eſt occultatio: idque fauot iudiciotum & publicæ diſciplinæ exigir. Pariter ſi in prædictis vel ſimilibus caſibus probetur de pacto vel concordato ſic celandi vel diffitendi, aut ſinendi reſignantem, ſiue perpetuo, ſine ad tempus certum vel incertum frui, tunc conſtaret de ſimonia: & ſic ab imno ceſſionte nulla reſignatarius etiam primus indiſtinctè, non per hanc regulam, ſed per ius commune excluderetur. 99 ¶ Idem ſi non probetur de concordato expreſſo & ſuperiori poteſtatem habenn tacito, ſed quod eodem vel vicino tempore mutuo beneficia reſignarunt, & mutnò ad inuicem diſſimulatum & occultauerunt. Satis enim ex hoc probatam puto fidem tacitè datã ad hunc ciuilem finem priuationis beneficij ex cauſa lucratiua, vel nulla & reprobata habiti: & conſequentet reſignationes ſimoniacas, & vt in fraudem decretorum ab initio iure commum nullas. Nõ enim ſuſtineri poſſunt ex cauſa permutationis, etiam ſi tractatus prohibeant, quia fieri non poteſt niſi hoc expreſſo & authoritate ſuperioris, c. *quæſit de rer permut.* & dixi in reg. *de infirm. reſign.* n. 39. Secus ceſſante affectata diſſimulatione. Sed ſi qui per hanc ſolam eas expugnare velit, neceſſe habet oſtendere verificata eſſe verba eiuſdem regulæ, preſertim veterem ritularium in poſſeſſione vel communi in loco reputanone deceſſiſſe naturaliter, non ciuiliter tantùm, niſi ciuilis per omnia quãtum ad hoc equipolleret ſecundùm not. 3. n. 70. cum ſeq. Alioquin ſtandum iuri communi. Ad quæſtam verò hypotheſim 3. n. 69. dicendum eſt locum eſſe hanc regulæ per ſatis elaboratè & fusè dicta ſuper prima hypotheſi.

100 ¶ Nunc contra nouam concluſionem noſtram 3. n. 69. in quantum hanc regulam extendimus ad ciuilem obitum, præter in contrarium obiecta, 3 n. 47. 49. 54 71. 72. 73. 74. cum ſeq. pro reſtrictione ad naturalem obitum. Multum prima facie vigere videtur quòd hæc regula non loquitur de reſignanone valida & canonica: patet in text. ibi, *reſignata & facta reſignationes*: & in condirione *ſi reſignantes*: & in exceptiua *niſi de illa*. Ergo præſupponit eas valere & tam verè & putè ſubſiſtere, vt in fin. tex. vbi non annullat, niſi certo caſu & pluribus conditionibus ſimul & poſt facta cõcurrentibus: ergo interim mero iure valent & tenent, licet reſolubiliter, quandiu conditiones pendent: illa autem defectis, incommutabiliter. Cum igitur hæc regula loquatur in reſignatione valida tantùm, & quæ alio vitio non laborat, non habet locum extra caſum ſuum, qui eſt de morte naturali: de qua tantùm loquitur ibi, *decefſerint.* vt 3. *n.* 39. & ad quam iterſi ſe limitat ibi, *per obitum huiuſmodi*, relatum enim *huiuſmodi*, cui relatum ineſt etiam propriè & ſpecificè, vt inquit Bald. in *l. ſi defenſor. §. qui interrogatus.* in fin. *de interrog. actio. & conſil.* 212. ea quæ lib. 5. limitationẽ facit, *l. Stichum qui meum erit de l. g.* i quãquam non ſit opus oſtendere quod loquatur limitatiuè, cum ſatis ſit eam nõ loqui de ciuili, ſed de naturali obitu. 101 ¶ Ad iſtud obiectum concede aſſumptum. Quod autem ſubſumitur, vel ponus inſertur non debere locum eſſe huic pœnali in poſſeſſioue manentis: fateor verum eſſe, niſi quatenus apparet obitum ciuilem eundẽ omuno habere circa hoc effectum, & eandeon vel maiorem rationem, vt in prima & quarta hypotheſi per no. 3 nu. 79. non repero. 102 ¶ Supereſt eluere quædam alia obiecta, vt quod 3 n 73. allegarum eſt diutiùs eſſe reſignatarium negligentem excludi facto ipſiuſmet reſignantis, quam fato, quia dico tamum abeſſe quo durius, vt etiam iuſtius ſit, quoniam reſignante ipſo variante & conttanũ actũ faciente tãto facilius & iuſtiùs præſumitur fictio, aut aliud vitium prioris reſignationis, vel repudiatio aut retroceſſio: Et ſic inſtius eſt hoc caſu reſignatarium ſiue ignorantẽ, ſiue diſſimulantem excludi quã reſignãs nunquã in vita ſua cõtradixiſſet Tum reſignatarius poteſt habere recurſum contra reſignantem ſuperſtitem, qui contrauenit, & ſic tanto facilius excludi debet, quãto per eius naturalẽ obitum excluditur omni ceſſante recurſu. Nec etiam obſtat concluſioni noſtræ quod ſequeretur primum reſignatarium, qui poſt has inducias & obitum reſignantis diſtulit, non minùs debere excludi per ſecundùm reſignatarium habentem titulum ante has, quàm poſt has inducias contra quàm tacitè docuimus ſup. eod quæ 6. ad fi quaſi eo ſuſpectior ſit prior reſignano, quo reſignans citiùs contrauenit 103. ¶ Quia *ex tit. ſignatur* differunt, titulum ſecundi reſignatarij eſſe ab imno iure communi, nullum ſine fulcro & auxilio huius regulæ, aut verò ab imno habere auxilium huius regulæ, quia priore caſu quod ante has inducias non ſolùm contra ius commune: ſed etiam contra hanc regulam

A l. 3. hypothetim

Relatum in o. reſtrictiui.

Reſignatarius mortuo excluſus.

factum eſt (quum initio & funditus nullum ſit) non poteſt nec de iure communi, nec per hanc regulam (vtraque enim reſiſtunt) conualeſcere, nec tractu temporis fieri mari c. *non firmatur de regul. iur. in 6. l. quod nullo. l. quæ ab initio.* & eod. tit. Quod autem poſt has inducias factum eſt iuuante hac regula bonum & legitimum, haber in ſuo principio fundamentum & initium, & ſic huiuſmodi caſus *ſic dicam* Quiritque Dialectici dicunt, contradictorie differunt.

104 ¶ Dinus obſtat, vt ſupra num. 73. ad fi. & n. 74. quod quæ regula non eſt facta niſi in fauorem impetrantium per obitum & quòd non diſponit vacare per alium modum quàm per obitum, & ſic non debet extendi ad ſecundam ceſſionem: quia reſpondeo primò per no. ſupra n. 89. probatum eſſe quod hæc reg. habet locum etiam in morte ciuili profeſſionis monachalis. Ergo non poteſt reſtringi ad caſum mortis naturalis tantùm: Reſpondeo ſecundò quòd expreſſio obitus facta eſt non cauſa vacationis, ſed frequentiæ, & ſic non reſtringit per not. ſupra eod. num. 66. 67. Fateor quòd hæc regula debet omnino extendi ad obitum ciuilem profeſſionis monachalis vel damnationis ad perpetuos carceres & priuationis omnium beneficiorum. Imò de illis & ſimilibus caſibus ſatis tacitè cautum eſt. *l. bis ſolis* ibi ſatis etiam tacitè cautum putamus. C. *de reuoc. donat.* Et ſic non dicitur regula ad illos caſus extendi: ſed potiùs dicuntur in ea comprehendi, vt latè per Alex. conſ. 65. l. 5. vbi in annot. dixi & ad Phil. Dec. conſ. 284.

105 ¶ Tamen illi caſus non debent de facili ad alios prorogari niſi data eadem vel fortiori ratione, vt quãdo in noua vacationis ſpecie poſt reſignationem contingente duo concurrunt: Primum quòd caſus ille nouæ vacationis contingit in perſona reſignantis poſt 1 has inducias perſeuerante negligentia primi reſignatarij. Secundò quando per illam nouam vacandi ſpeciem reſignans etiam omni poſſeſſione & detentione 2 deſtituitur. hoc enim conſummato, cenſetur noua & ſola vera vacatio per hanc regulam hunc caſum propter identitatem vel maioritatem rationis comprehẽdentem. Nec attinet reſignantem ſuperuiuere: eùm poſt has inducias ex noua cauſa de iure & de facto deſtitutus fuerit, ceſſante ſemper reſignatario, cuius damno imputandum eſt, ne Ordinarij & collatarij decipiantur, vtque diutinæ vacationi & incertitudini titulorum huiuſmodi beneficiorum occurratur.

Hæc reg veritatem & fictionem operatur.

106 ¶ Nunc qui vis & *inspice* huius regulæ plenius liqueat, hæc regula duo facit in caſu ſuo videlicet veritatem, & fictionem. Veritatem ex nunc & abſolutè: fictionem verò ex tunc: ſed reſpectu & ad effectum veritatis de præſenti introducendæ tantùm. Veritas eſt vera vacatio per obitum: Verbum enim *conſeratur* cum proferatur à lege lata ab habente abſolutam in bis facultatem. c. 2. *de præbend.* in 6. nec referatur ad ſtatum præterriti temporis, ſed ad ſtatum præſentem poſt conditiones huius regulæ purificatas, non fictionem, ſed veritatem operatur: vt per Bart. & omnes in *l. ſi is. qui pro empt. de vſucapio.* Et ſic per obitum poſſeſſoris in terminis huius regulę beneficium quantumuis priùs verè reſignatum, & per validam reſignationem vacans (ea in puncto obitus reſoluta) iam non per veterem reſignationem, ſed per recentem obitum verè vacat de præſenti. Non

Vera. non ficta vacatio.

enim ficta, ſed vera & abſoluta vacatio per obitum inducitur, & fit virtute legis huius regulæ, vt in ſimili dixi in regul. præced. num. 285. Retrò verò non immutatur veritas facti in ſe, quia factum infectum fieri nequit, *l. in bello. §. facta. & poſtli. reuerſ.* ſed inducitur fictio. Et ſic clauſula vltima huius regulæ. ibi *collationes facta & inde ſequuta*, (quatenus reſpicit ſtatum præſentis temporis, vt hodie poſt reſignationem ſequutam nullius ſint momenti) veritatem operatur, quia hodie verè reſoluitur & nulla ſunt, idque

abſolutè & ad omnem effectum, quantum ad præſentem ſtatum, & actus futuros. Sed quatenus reſpicit ſtatum temporis ante obitum præteriti, non veritatem, ſed fictionem operatur: fingitur enim non fuiſſe reſignatum, non fuiſſe collatum reſignatario negligenti: idque non abſolutè, nec per omnia, ſed reſpectiuè; videlicèt ad effectum præſentis vacationis per obitum ex nunc tantum, & hoc caſu introductæ. Pater ibi, *ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſeantur.* qui eſt finis & tota diſpoſitio huius regulæ, ad quem velut ad ſcopum reliqua verba & clauſulæ referuntur & diriguntur, & non ad alium finem.

107 ¶ Nunc confirmando ea quæ ſuper 103. diximus ex diametro differre titulum ab initio nullum aut vitioſum eſſe, vel ab initio ſubſiſtere, dico quòd ſecunda reſignatio eiuſdem poſtea ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter ſecundùm prædictas moderationes defuncti citra menſem vel ſemeſtre facta. Quinetiam publicata, aut pluſquam publicata & exequuta, non conualeſcit ex eo quòd poſtea prior reſignario quæ ſola obſtabat, tollitur: quia verè non tollitur vt ex tunc, ſed vt ex nunc poſt obitum ſequutum, ad finem vacationis per obitum. Et minus conualeſcit ex eo quòd priot illa retro fingitur non facta: quia nõ fingitur abſolutè, ſed ad effectum aperiẽdi locũ vacationi per obitum de præſenti. Et ſic ſecunda aut alia intermedia reſignatio, vel quæuis ciuilis vacatio remaner in ſua mera ſ: originali nullitate: vtpote nulla ſuperueniente cau à purgante vel confirmante. Quod enim per hanc regulam ſuperuenit, ad alium finem ſuperuenit: qui poſſet euerti, ſi abſolutè & per omnia tetrò nullum fingeretur. 108 ¶ Et ſic hæc regula nullomodo facta eſt in fauorem præmaturè impetrantis ante euentum conditionis, & multò minus in fauorem ſecundi reſignatarij, ſiue primi reſignantis, ſiue primi reſignatarij: contra quos directò ſancita eſt hæc regula. Et ſic impoſſibile eſt impetrationem ante euentum eõditionis huius regulæ factã (vt in 2. hypotheſi) cõualeſcere per eandem regulam, non ſolùm enim ab initio funditus nulla fuit, vtpote de beneficio non vacanti, ſed repleto de perſona primi reſignatarij, cuius titulus adhuc ſtat & perpetuò ſtare poterat: ſed etiam deſtituitur & fauore & finali ratione huius regulæ, quæ tantum ordinariis, & prouiſis per obitum veteris titularij & poſſeſſoris in ea poſſeſſione & cõmuni reputatione mortui vel prorſus deſtituti conſulere vult. 109 ¶ Amplio etiam, ſi collatio primi reſignatarij nulla ſit aliàs quàm per hanc regulã: puta ab imo iure communi ob incapacitatem reſignatarij, vel aliàs, dummodò reſignatio in ſe tenuerit & beneficium vacauerit Satis eſt enim vacare per ceſſionem, eámque vacationem aliàs tenere vt huic regulæ locus eſſe poſſit, & hæ inducię currant. Fallit ſi etiam ipſa reſignario nulla ſit aliàs quàm per hanc regulam ſiue ab initio, vt quia ſimoniaca, ſiue etiam ex poſt facto, vt ſi fuit admiſſa in fauorem eius, qui refutauit & acceptare noluit, aut aliàs quàm diſpoſitione huius regulæ: tunc enim ſequens ſiue reſignatio ſiue vacatio, vel prouiſio nullo modo impedi tur per primam, nec per hanc regulam. 110 ¶ Quæ rectè concepta fuit in caſum naturalis obitus, qui manifeſtam vniformem, minúſque cauillabilem ſeu controuerſibilem habet ſpeciem vacationis: in qua iuſtior eſt cauſa erroris, & iure ordinario impetrantes tuendi, vtpote veteri vero titulario, non ſolùm in ea reputatione mortuo: ſed etiam ſepulto vt tali, & etiam poſt mortem tali reputato. Vnde non debuit, nec æquè rationabiliter potuiſſet indifferenter extendi ad ciuiles obitus, qui varij ſunt, diffoimes, & incerti, & ſæpius occulti, & in quibus ſæpe diuerſa vel oppoſita, & ſemper ad minus, minor ratio boc ſtatuendi.

Infiniti modi ciuilis obitus.

111 ¶ Imò cum ſint infiniti propè modi talium vacationum, non expediret idẽ ſimpliciter ſtatui de obitu ciuili: ſed eſſet maiorem feneſtram laibus & inſidioſis

captionibus aperire. Et ſic hæc regula prepoſteraretur, magiſq; lites irritaret quã coĕrceret. Viden' quam variantiſſimus, incertus, dubius, difformis, & confuſus ſit ciuilis obitus, nũc enim facto hominis, vt *de renuncia.* per totum: nunc enim facto legis inducitur, vt in c.1. *de bo. mem.* in 6. & rurſus facto hominis vel tanquam ſuperioris, vt *de translatio.* per to. vel tanquã priuati, vt per ceſſionẽ, nunc facto hominis ad hoc ordinato, vt per ceſſionem, & hanc quandoque ſimplicem, quãdoque in fauorem, quandoque cauſã permutationis: nunc facto hominis ad hoc non ordinato, vt per aſſequutionem incõpatibilis. c. *de multa. de præbend.* Item mors ciuilis quandoque accedit quoad vnum beneficiũ tantùm, vt per ceſſionem vel ſententiam cert̃ beneficij: quandoque quoad omnia beneficia, vt per vxoris, vel incompatibilis adeptionem: quandoque quoad ſtatũ & omnia bona, vt monachiſmus, vel ſententia capitalis: aut perpetuorum carcerum, quorum alia & varia eſt ratio. Præſtitit igitur tot & tam varia & incerta in iure commun, & ſuis cuiuſcunque caſus circumſtãtiis relinqui, quàm eadẽ vniformi regula metiri, *l. in fundo in prin. de re. vendic.* ibi *bonus index variè ex perſonis cauſiſque conſtituet. l. Mauia* §. *vxori.* ibi *reſpondi non poſſe abſolute reſponderi cum multa oriri poſſint, & certe de anno. leg.* niſi vbi ſpecialiter apparet eundẽ quatuor ad hoc effectum habere mortem cuiuſlem, & eam ſi in vel maiorem rationem iuxta prædicta, in quibus tamen immenſa magna attentione & moderatione proceſſi. Ex quibus ſatis ſuperq; diſcuſſa eſt hæc queſtio. Quæſt 1. Tranſeamus ad ſequentẽ. 112 ¶ Octauũ quæro an hæc regula locũ habeat in reſignatione facta ex cauſa permutationis. Hæc q. perdifficilis eſt, adeóq; anceps & argumẽtoſa, vt in Romanæ curiæ Rota multocies exagitata variéque nunc per iudices, nunc per aduocatos ſurſum deorſum iactata, nunquam decidi potuerit, vt Quã difficilis. Gomeſ. hic refert. qu. 3. quam poſt longam hinc inde diſputationem indeciſam reliquit, eamque comparat horrido hiſtrici, ſuis aculeis vndiquẽ prominentibus intractabili. Et certè hæc quæſt. non ſolùm varios caſus, diuerſas habentes rationes implicat: ſed etiam varias iuris ambiguitates, varios tractus, longóſque receſſus habentes. Quare mirum nõ eſt, ſi in genere propoſita difficultatem portendat ineluctabilem. Nos autem (etiam ſi tam operoſam ambiguitatem verbo vno configere poſſemus, vt deciſum eſt in quæſtione præcedenti, hypotheſi quarta, n. 61. tamen vt omnibus ſatisfaciamus) ſingulos huius hiſtricis aculeos ſingulatim euellendo, rem omnem claram, perſpicuam, & expeditam relinquemus. Omiſſa igitur diſputatione in vtramque partem in genere, quæ hac in re multiciplici non illuminat, ſed quo prolixior & elaboratior eſt, eò magis iotricat, obtundit, & confundit. 113 ¶ Prodeat analyſis noſtra quæ ſingulis tradicitus perueſtigaris, quinque præcipua huius q. velut capita ſimul implexa reperit: Quibus explicatis omnia tam erunt plana, vt nec vllus quidem ſcrupulus ſuperſit. Primum, 1 quod ſit verum & proprium ſubiectum huius regulæ: 2 Secundum, diuerſorum caſuum ſeu hypotheſeon di- 3 ſtinctio: Tertium, quod ſit diſcrimen inter effectum 4 procedentem a iure communi & procedentem in vim huius regulæ cõtra ius commune: Quartum, differentia inter veram & ſynceram permutationem, & fraudulentam, & ſimulatam: Quintum, an verũ ſit quod vulgò traduunt, ſuperſtiteos poſſe bona fortuna vti, videlicet vtrumque beneficium retinendo. 114 ¶ Circa primum, dico quòd proprium & adæquatum ſubiectum huius regulæ in quod agit, eſt reſignatio: quæ citra hãc regulam impediret beneficium vacare per obitum reſignãtis, vel quatenus impediret. Et ſic reſignatio nulla, de cuius nullitate conſtat, non ſpectat ad hanc regulam, niſi quatenus nullitas dubia eſt. Quia impetrans per obitum (ſi conſtet de nullitate reſignationis) nullo caſu per eam impedietur, ſiue defunctus in poſſeſſione ne vel non, ſiue poſt hoc tempus vel infra deceſſerit. Et ſic non indiget ope huius regulæ, niſi quatenus facilius & promptius docere poterit de termino huius regulæ, quàm de nullitate vel reuocatione reſignationis. Vnde non refert ſiue ſit reſignatio ſimplex & abſoluta, hoc eſt mera abdicatio, de qua non dubitatur: ſiue ſit reſignatio in fauorẽ priuati vel delecti ſucceſſoris, vt vulgò fit. 115 ¶ Hæc enim cum ſit exorbitans à iure, imò iuri contraria & ſimoniaca, vt 3. eo. n. 52. meritò odioſior eſt & reſtringibilior, licèt vſu vel abuſu inualeſcente frequentior. Imò quantò frequentior, tãtò captioſior & aptior ad fraudandum ordinarios & canonicos expectantes. Et ſic eo magis indiget coërtione huius regulæ. Non etiam refert ſi fiat cauſa permutationis: quia vbi vacatio per reſignationem non B reſoluetur per obitum ſequentem de iure communi, tamen reſoluetur etiam vtrinque per hanc regulam, ſi eius termini vel in altero permutantium verificentur, aliàs iure cõmuni opimlante, non eget impetrans ſubſidio huius regulæ, vt liquebit in diſcurſu. 116 ¶ Quadruplicitèr autem contingit reſignari in fauorem. Primò de iure communi, vt cauſa permutationis, toto titul. de reſ. permut. & hæc frequenter practicatur. Secundò contra ius commune ex diſpenſatione Papæ, vt vulgò fiunt reſignationes fauore delecti ſucceſſoris in manus Papæ vel Legati ſpecialem poteſtatẽ habentis, vt dixi in reg. præced. n. 101. quod nunquam vidi niſi in Legato miſſo Barreuſi Archiepiſcopo Tertiò ex diſpenſatione iuris communis, vt de iure prætenſo cauſa ſedandæ diſcordiæ, & iudicis authoritate, c. *niſi eſſent* C *viri prouidi de præbendis* & hęc ratò practicatur. quia ſolent priuato arbitrio mercari & tranſigere: deinde à Papa emporij Romani principe homologationem redimere. Quartò fauore voluntatis vel neceſſitatis Eccleſiæ, ſiue cauſa cognita & decreto dioceſani permutando: ſiue ad finem vnionis, vt 3. eod. n. 174. Et in tribus prædictorum modorum, non autem in quarto, locus eſt huic regulæ, vt liquebit in diſcurſu. 117 ¶ Quantum ad ſecundum caput aliud eſt mortem contingere poſt admiſſionẽ reſignationis, & tunc, aliud ante collationem, vel poſt collationem: Aliud vtrunque vel alterum permutantium tantum mortuum eſſe. Rurſus aliud poſt collatione vtrique vel alteri tantùm factã. Quòd ſi vtrinque collatio ſequuta ſit, aliud vtrumque vel alterum tantùm mortuum eſſe infra menſem vel D ſex mẽſes, vel poſt tempus in poſſeſſione. Rurſus aliud neutrum, vel vtrumque, vel alterum tantùm publicaſſe, & huic regulæ ſatisfeciſſe. Vides vt tam varij caſus nequeant vna diſtinctione concludi, & multò minus eadem fidelia dealbari. 118 ¶ Quantùm ad tertium aliud eſt diſpoſitio iuris communis, aliud huius ſolius regulæ diſpoſitio. Vnde dicere aliud eſſe quod beneficium reſignatum vel etiam collatum, nihilominus per obitum reſignantis vacet, citra hanc regulam, vt quando reſignans ex cauſa permutationis mortuus eſt poſt collationem reſignatario factam, ſed autequàm ſibi beneficium cumpermutatum, collatum fuiſſet, culpa ſuperſtitus qui procuratorium non dedit. Tunc enim tanquã te non ſequuta, vacat beneficiũ reſignatum per obitũ reſignantis indiſtinctè de iure cõmuni: E ſiue citra ſiue cõtra hanc regulam, vt poſtea dicã. Aliud quando idem reſignans habuit mutuam collationem, ſed in poſſeſſione veteris beneficij poſt tẽpus hic ſtatutum non facta per alterum publicatione, decedit. Hi enim caſus non temerè confundendi ſunt: ſed exactè diſtinguendi. Vt enim poſterior pertiner, ita prior (quia iure communi vacat) impertinẽs eſt ad hanc regulam. Pariter quantum ad quartum, permutatio de cuius fraude vel ſimulatione aliàs conſtat, non ſpectat ad hanc regulam, ſed ad alia iura: vt in ſimili diximus in præcedenti regula n. 95. permutato verò hinc inde (ſaltem quoad collationem) impleta, non fraudulenta vel ſimulata, ſaltem de cuius fraude vel ſimulatione

Reſignatio fauore triplex.

2. Cap.

3. Cap.

4 Cap.

Subiectum huius reg.

5. Capita.

Hiſtrix.

Digitized by Google

aliter non conſtat, hæc demum ſpectat ad regulam.

3. Cap. 120 ¶ Quantùm ad quintum, dico vulgatum illud *quòd ſuperſtes vti poſſit ea bona fortuna* falſum & erroneum eſſe in materia permutationis, quæ ſit ſub expreſſa conditione & ad onus alterum dimittendi. Poteſt autem dictum illud locum habere in collatione purè & liberè facta, ſed reſolubili ex cauſa extrinſeca: vt in terminis c. *ſi beneficia. de præbend.* in ſexto, quamuis Lupus, Gemin. Philipp. Franc. & alij ibi ad finem contrarium teneant, ſed malè, & præpoſterè, vt poſtea nu. 191. cum ſequent. dicam. Nonne vides quotidiana & diſputabilion hypotheſi.

1 Hypotheſis. 121 ¶ Petrus beneficiatus Pariſius, Simon autem Senonis, beneficia ſua permutauerunt: & collatione hinc inde per ordinarium vel legatum calend. Decemb. expedita, non tamen ſanſfacto huic regulæ, poſt tempus in ea præfixum deceſſit Petrus Nonis Ianuarij, in poſſeſſione veteris ſui beneficij Panſienſis. Paris impetrat beneficium Panſienſe per obitum Petri, Saulus beneficium Senonenſe per obitum eiuſdem Petri: & ambo contendunt cum Simone. vter eorum & in vtro potior ſit, Si Paris vincitur a Simone, nulla ſupereſt materia lis: ſed reliqua omnia plana ſunt inter Simonem & Saulum. Si verò Simon vincitur a Paride, ſupereſt adhuc materia quæſtionis inter Saulum & Simonem: & ſic prima, potiórque diſputatio eſt inter Pandem & Simonem, videlicet an per obitum Petri locus ſit huic regulæ vel non.

Pro negatiua. 122 ¶ Et videtur non eſſe locum huic regulæ, & ſic Paridem repellendum. Primò, quia caſus iſte permutationis mixtus eſt: regula autem loquitur in terminis ſimplicibus: & eſt contra ius commune. Igitur non debet extendi ad caſum miſtum, vt dixi in *l. in prin. de verbo. obliga. in lectio. Tubing.* & in 6. *lect.* Dolana ſuper *l. ſi ita ſcriptum. num.* 3. *de liber. & poſthum* præſertim cum multùm operam poſſit in caſibus ſimplicibus. Igitur vel (ſi opus ſit) reſtringenda in aliis, vt tantò minùs corrigatur ius commune, vt tradunt vtérque Imol. in *l.* 4. § *prætor ait. de damno infecto.* Felyn. *c.* 1. *col.* 5. & ibi Philip Dec. *col.* 4. *de reſcript. gloſ.* & omnes in *l. ſi.* §. *in computatione. C. de iur. deliberan.* Secundò, quia reſignatio facta cauſa permutationis, conditionalis eſt, & qualificata, regula verò de ſimplici reſignatione loquitur: vnde non debet extendi ad qualificata, c. *ſtatutum. de elect.* in 6. 123 ¶ Tertiò, quòd in iſto caſu permutationis, ſpecialiter ſtatutum & prouiſum eſt a iure vt beneficia ſolis compermutantibus conferantur, vtque non poſſint alijs conferri, idque cum decreto irritanti, in cap. *vnico. de rer. permutat.* in 6. in clement. *vnica, eodem.* Sed regula loquitur in generem: igitur non extenditur, ad caſum habentē aliam ſpecificam & determinatam diſpoſitionem a iure, *l. doli clauſula, de verbor. obligat. l. cohæredi* §. *qui patrem de vulg. & pupill.* Philip. Deci. in c. t. *col.* 5. *de reſcript.*

124 ¶ Quartò, quum hæc regula non loquitur niſi in terminis ſimplicibus vt in primo argumento, non videtur lata, niſi contra ſimplices reſignatarios, qui certant de lucro captando: igitur non debet extendi nec operari hoc caſu contra Simonem qui certat de damno vitando, & cauſam habet oneroſam & à iure approbatā. Quintò, per locum ab abſurdo: quia alias ſequeretur quòd per obitum Petri vacaret vtrumque beneficium, & pariter è converſo quòd per obitum Simonis, ſi præmoreretur, vacaret vtrumque beneficium; videlicet antiquum, in vim huius regulæ, & nouum quæſitum, in vim iuris communis: quia ſi ſuperſtes debet perdere nouum per hanc regulam, non tamē ob id videtur recuperare vetus beneficium: Notum enim perdit non culpa nec facto compermutantis, ſed propria culpa cadendo in huius reg. pœnam, quæ non debet dare præmiū. Et nihilominus tū abſurdum tum iniquū videtur, quod permutatione hinc inde facta, nihilominus vtrúmque beneficium per mortē alterutrius poſt menſem præmoriēs vacare poſſit.

125 ¶ Sextò, ab abſurdo: quia Paris venit contra ius cōmune, Simon autem & Saulus ambo veniunt ſecundum ius cōmune. Et ſic in dubio duo iure communi fulciti, vincere debent vnum contra ius cōmune nitentem. Et prænalēt intēto vnius etiam contra plures, pro quo facit ius commune: igitur fortiùs plurium à quibus ſtat ius commune, contra vnum cui reſiſtit. Septimò, Paride admiſſo relinquitur materia lis inter reliquos: eo verò ſolo excluſo, omnia plena ſunt, nullaque occaſio litium, quibus hæ regulæ occurrere volunt 126 ¶ In contrarium pro Pande, quod locus ſit huic regulæ, arguitur primò ex verbis quæ generalia ſunt, nec diſtinguūt: & propnè verificantur & adaptantur in hoc caſu: igitur & diſpoſitio, per vulgatum axioma quod latè tractat Felyn in cap. *nonnulli. in prin. colum.* 34. *de reſcript.* Secundo, quia regula præcedens habet locū in permutatione: ergo & hæc quæ illa firmior & fauorabilior eſt, vt ſupra eod. numero 3. Tertiò, quia alias locus eſſet apertus vtramque fraudandi regulam: cupiens enim beneficium hereditarium facere, permutaret illud cum minimo beneficio: & quandocunque mortur, relinquet illud delecto reſignatario velut hæredi, rutò vndique videlicet, & circa metum regulæ *de infirmis.* quia præuenit infirmitatem: & abſque metu huius regulæ ſi non habeat locū in permutatione. 127 ¶ Quòd ſi, ne cōſtitutio odioſa fit, eluſoria fit extenſio cap. *ficiuitat. de ſentent excommunicat.* in 6. quantò minùs cōſtitutio fauorabilis verbis generalibus edita reſtringi debet ad ſimplicia? cum verba & mens adaptentur & conueniant in duplicibus vel mixtis: & ſic non agatur de extendendo, ſed de non reſtringendo: eum etiam alias in materia ſtricta melius ſit verbis edicti ſeruire, vel in re dubia. *l.* 1. §. *ſi is qui nouum. de exercit. actio.* quam legē, vt inquit Bald. in c. *ſignificante. col.* 2. *de appellatio.* omnis aſſeſſor debet habere præ oculis. Et ſic non obſtat quòd hæc regula loquitur in terminis ſimplicibus: quia ſans eſt quod loquitur generaliter, & verba congruunt etiā in duplici vel reciproca reſignatione, præſertim cum hæc regula fauorabilis ſit, imò fortior & fauorabilior regula *de infirmis.* vt ſ. n. 3 quæ tamē etiam in permutatione locū habet: igitur & hæc, cùm ſit facta ad fraudes vitandas, & diſpoſitio fauorabilis loquens in ſimplici extenditur ac mixtum. Doctor. in *l.* 2. *in prin. de verbo. obligat.* 128 ¶ Minùs obſtat ſecundùm, videlicet quòd in permutatione reſignatio conditionalis eſt, tum quia conditio viuo Petro, fuerat hinc inde impleta per mutuā reſignationem & collationem hinc inde factam: & ſic vtriuſque reſignatio purificata erat. Eadem autem eſt tano puri & purificati: & ſic non amplius quærendum eſt de prætenta conditione vel reciprocatione, implemento ſequuto: tum quia ſi reſignatio Petri conditionalis erat, hoc facit pro Paride: quia tantò reſolubilior erat, & ſic eò magis reſolubilis per hanc regulam. Non obſtat quòd Simon certat de damnoviando: vterque verò impetrantium de lucro, quia primò Simon non poteſt prætendere ius nec damnum in beneficio Senonenſi, nec per hanc regulam, nec iure commun: tum quòd dudum viuo Petro voluntarè reſignauit, tum quòd alius pro illo canonicè fuerit

Pro affirmatiua.

Extenſione i, ſi eluſoria.

acquiſiuit: & ſic reſpectu Sauli & beneficij Senonenſis, res expedita videtur. Supereſt beneficiũ Pariſienſe nouiſſimè & canonicè quæſitum: in quo ſolo poteſt allegare damnum propter hanc regulam.

129 ¶ Atqui damnũ quod quis culpa ſua ſentit, ſentire non videtur, *l. quod quis. de regul. iur.* cap. *damnum eod.* in 6. ſed illud culpa ſua ſenſit, videlicet non publicando reſignationem Petri collationémque ſibi factam per totum tempus ſibi præfixum: nec deinde viuente Petro, ſed permittendo illum mori in poſſeſſione, in captionem & illuſionẽ Ordinariotum & impetrantium per obitum poſſeſſoris, quæ negligentia non poteſt minus puniri quàm pœna hic ſtatuta: nec debemus eſſe clementiores lege, in *auth. de iudicibus. §. oportet.* præſertim in damnum Ordinarij, & impetrantium per obitum: quibus huiuſmodi negligentia inſidioſa & captioſa eſt, & multò magis ſi Paris eſſet nominatus ad beneficia Pariſienſia ſibi affecta. Sic in ſimili dimittens beneficium ſpe alterum aſſequendi ſi fallitur, non poteſt redire ad primum: ſed vtrumque perdit ſi poteſt culpa imputari, c. *ſi beneficia. de præbend.* in 6.

Euictio in permutatione.

130 ¶ Minus obſtat quòd in beneficiis permutatis, euictioni locus eſt: quia multipliciter reſponderur: primò quod verum eſt ſi euictio ſequatur ex defectu iuris reſignantis, ſaltem ob eius dolum vel culpam: ſed hic nullum iuris defectum patiebatur Petrus, ſed ex parte ſua impleuit, nec dolum, nec culpã admiſit: Tum ſecundò, quia euictio ſequitur culpa vel negligentia ipſius Simonis: & ſibi ipſi impẽſum ferre debet: Tum tertiò, hæc euictio fit ex diſpoſitione legis huius regulæ: ſed ob euictionem legis nulla actio, nulla querela datur, ſiue fiat ex poteſtate legis ſcriptæ *l. damni infect.* 1. §. 1. & ibi Imol. *de damno infecto. Romani conſil.* 503. in fine ſiue ex poteſtate legis animatæ, *l. Lucius* de euictio. dixi in tract. *de donatio. fac. vel cõfir. in extraord. mat.* n. 88 Tum quartò, euictio reſpicit factũ hominis præteritũ, nec datur ob cauſam de nouo ſuperuenientem, l. 1. in princip. ibi, *actor enim ex his tantùm cauſis ſuo ordine tenetur*, quæ ex præcedenti tempore cauſam euictionis pariant. *C. de pericu. & commodo rei vendit. l.* 3. in fi. ibi. *hic autem actio poſtea eſſi capit de euictio.* Sed hic nulla eſt euictio, niſi ex cauſa de nouo ſuperueniente: & adhuc a lege & culpa agentis. 131 ¶ Minùs obſtat ſi quis abſurdũ putet vtrumque beneficium vacare poſſe per obitum alterutrius, videlicet tam Simonis quàm Petri, vter, non ſatisfacto huic regulæ, præmoritur. Tantùm enim abeſt vt abſurdũ ſit, vt id natura correlatiuorũ exigit, vt idem iuris ſit in vno quod in altero, etiam in correctoriis, text. in leg. fin. & ibi Iaſon. *C. de indic. vidua. toll. ſiue in pœnalibus l. vnica. C. de cuprefſ. lib* 11. maximè quando ſtatutũ reſpicit rem, vt hic. *niſi de illis facta reſignationes:* vel perſonam quæ conqueritur ibi, *ſi reſignantes:* quia ipſemet Simon eſt reſignans & reſpectu ciuſdẽ actus numero, vt hic *quia vnica & eadem permutatio eſt* Socyn. *conſil.* 74. *col.* 2. *lib* 3. Felyn. in *p. oœmio* Grego. *col.* 9. Iaſ. *l.* 2. *col* 2. *de in ius vocan. conſ.* 115. *colum.* 2. *lib.* 1. permutantes autem inuicem correlatiuè opponuntur: Ad aliud abſurdum de vno contra duos, procederet in dubio. ſed hic ſumus in caſu claro, quia clarè congruunt & verificantur verba regulæ, de cuius poteſtate non dubitatur.

Statuta.

132 ¶ Nunc expendamus vtriuſque partis argumenta. Et certè quamuis plura ſint pro priori & negatiua parte, voũ tamen eſt *vicem*, videlicet quartũ, quod Simon certat de damno vitando: quia in veritate hæc regula non intẽdit aliud tollere quam ius vel lucrum procedens ex reſignatione quam abolet: nec iurendit aliam pœnam nec aliud damnum infligere. Potiſſima igitur ratio rigoris affirmatiuæ eſt, quòd Simon culpa ſua damnũ ſenrit, quod etiam præuidere potuit & debuit. Sed hoc facilè elidi poteſt, cùm poſſit eſſe dilatum ex bona fide, puta ſi Simon properare & anteuertere nolut, priuſquam Petrus paratus eſſet. Cur enim ſimpli-

A citas & bona fides quæ laudabilis eſt, culpæ adſcribetur? Præterea crebrius ſolent permutationes fieri & exequi ab abſentibus per procuratores. Quid ergo ſi procuratores habeant in mandatis oe alter alterũ anteuertat, ſed inuicem expectent & pariter exequantur? Dum ergo procurator Petri forte in ſcholis vel in aula aut legatione degentis, bullis vel inſtrumenos collatiooum confectis, & interim menſe vel ſemeſtri elapſo, Senones petit, vbi publicat: & mox procurator Simonis qui adùſque expectauerat, Pariſios proficiſcitur publicaturus, ſed poſtridie prioris publicationis Petrus moritur, ao dicemus Simonẽ literis interim operã dantem, vtroque beneficio priuatũ, cùm ex hypotheſi nec illi, nec ſuo procuratori culpa imputari poſſitan euentũ etiam fortuitum qui culpa carer, in damnũ Simonis

B inſontis reuocamus, contra c. a. *de conſtitution.* Quis ſanus mẽte dicere audeat hanc in hoc caſu fuiſſe mentem huius regulæ? 133 ¶ Et ad extremum ne quis ſortè cauſetur ambos procuratores eodẽ tempore pari paſſu gradũ debuiſſe, quid ſi permutantes vnum & eundem procuratorem conſtituerint, prout de iure licitum eſt? vt per Fed. de Senu tract. *permutat. quæſt.* 37. qui non debuit, nec honeſtè potuit nominevnius exequi, priuſquam vtriuſque collationes haberet, vt etiam dixi ſ. in reg. *de infirm. reſignant. nu.* 156 nec vtriuſque niſi hoc tempore lapſo (vt facile vſu venit) habere potuit, nec poteſt ſitoui eſſe in taoi diſtaotibus locis, dum autem nomine Petri publicar Senonus, Petrus vbinis moritur in poſſeſſione Pariſienſis: hic quia fronte, quo colore dici queat Simonem vtroque priuatum? Quid ergo

C dicendum? 134 ¶ Solue, vacat beneficium Pariſienſe per hanc regulam, ſed non vacat beneficium Senonenſe de iure communi. Ergo Simon remanet io veteri iure ſuo: & hoc, etiam vi & potentia eiuſdem regulæ, quæ duo facit vt dixi ſupta cod. nu 106. ſcilicet veritatem ex nunc, fictionem ex tunc. Verè enim de præſenti annullar reſignationem morientis, & collationem factam reſignatario ſuperſtiti, eúmque redncit ad non caſum, vt infectam: nec eam ſoluo: ſed etiam omnia inde ſequuta. Sed reſignatio reciproca beneficij Senonenſis facta per Simonem, & collatio facta Petro, ſequuta ſunt immediate propter reſignaooem Petri, & collationem Pariſienſis factam Simoni, noo occaſionabiter, ſed diſpoſioué, finaliter, & affectiuè. Ergo per obitum Petri, noo ſolum ipſo iure reuoca-

D tur reſignatio & collatio facta Simoni, ſed etiam reſignano & collaoo reciprocè facta Petro, per rext. & diſpoſitionem expreſſam eiuſdem regulæ: quæ non debet, nec poteſt diuidi: ſed per eandem regulam omnia præterita finguntur retrò fuiſſe nulla & infecta, non ſolùm reſignaoo Petri, & collatio facta Simoni, ſed etiam inde ſequuta: & conſequenter reſignaoo Simonis & collatio Petro facta. Et ſicut Paris impetrans per obitum Petri, habet verum & annquum ius Petri in beneficio Pariſienſi, per textum apertum huius regulæ: ita Simon ex neceſſaria conſequentia reſumit verum & annquum ſuum ius in beneficio Senonenſi, per text. apertum eiuſdem regulæ, & in neceſſariam eius conſequentiam. 135 ¶ Qua enim vir-

E tute & diſpoſitione hæc lex beneficialis opetatur beneficiom Pariſienſe vacare per obitum veteris poſſeſſoris, eadem operatur veterem titulnm beneficij Senonenſis redire veteri poſſeſſori: & ſic Saulus nihil impetrauit, ſed excluditur, quod (ſtante hac regula prout ſtat) etiam iure communi comprobatur: quia permutatio non poteſt reſolui ex vna parte, quin vtrinque pariter reſoluatur, l. fi. & ibi Bart. *de acceptilat. l. cum emptor. de reſcinden. vendit. c. cum vni. uterſorum* vbi omnes canoniſtæ hoc not. *de rer. permutat.* Bald. *l. in rebus* ad fin. *C. de iure dot.* 136 ¶ Secus ſi tantùm eſſent mutuæ reſignationoer, noo autem reciprocæ: vt ſi vous reſignat beneficium in fauotem alterius, qui ſimile facit, oon tamen expreſſa cauſa

Euictio.

Permutatio per obitum alterutrius ante poteſt.

Solutio.

Permutatio non reſoluit niſi vtrinque.

Secus in mutuis reſignationibus non reciprocis.

permutationis. Tunc enim quantumuis ſimultaneè, eodémque tempore vicißim faciant: tamen non eſt permutatio, cùm non ſit ſuperion expreſſum, ſine cuius authoritate fieri non poteſt. c. *quæſitum. c cum olim. de rer. permuta.* etiamſi innitem hoc egerint, & tractatum permutationis fecerint. Ex quo enim non eſt homologatus a ſuperiore, cui non eſt ſupplicatum ex cauſa permutationis, nec ex cauſa admiſit & prouiuidit, remanẽt ſingulę, ſimplices reſignationes in fauorẽ, quæ non potuerunt expediri per Ordinarium, nec per legatum quidẽ a latere, niſi expreſſum haberet in mandatis. Tamen hoc caſo non ſunt nullæ nec ſimoniacæ propter tractatum permutationis tacitum: Tum quia papa tantò facilius conceſſiſſet, ſi ex ea cauſa ſupplicatum fuiſſet: Tum quia non fuit ille tractatus permutationis executus, ſed eo omiſſo contenti fuerunt ſimplici mutua reſignatione in fauorem: quæ nullam correlationem ad alteram, nullam euictionis obligationem importat. Remanent ergo ſimplices reſignationes in fauorem: quæ licet mutuæ ſint, contingenna facti eſt. Et licet vna non fuiſſet facta ſine altera, tamen occaſio eſt, & non cauſa: & ſic vna nihil habet commune cum altera: nec ſunt correlatiuæ nec reciprocæ, non ſolùm quod attinet ad ſuperiorem, à quo totum pendet, ſed nec etiam in ſui ſubſtantia vinculo & effectu.

137 ¶ Et ſic ſi neoter ſatisfecit huic regulæ, & vterque poſt ſemeſtre moriatur in poſſeſſione, nullum dubium eſt locum eſſe regulæ in vtroque: etiam ſi vnus moriatur prior altero, & per obitum præmotientis vetus beneficium ſuperſtitis impetretur ab alio, qui non publicat, nec ſatisfacit huic regulæ, durante vita vltimò morientis, hæc enim regula non ſoldùm excludit primum reſignatarium, ſed etiam vltenotem & quemcunqoe illius, ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum, ſucceſſorem, vt expeditum eſt, ſupra eod. qu. 5. Et ſi hoc caſo ſuperſtes iam per obitum præmortui, quo viuo non publicauit, perdidit beneficium ſibi reſignatum, ſuæque negligentiæ expenſum ferre debet. Nec tamen vllo modo recuperat, nec (niſi ex noua impetratione, vt quiuis extraneus) recuperare poteſt beneficium antiquum quod reſignauit & adhuc poſſidet, verè enim vacat per obitum præmortui. nec redit ad ſuperſtitem tanquato cauſa reducta ad non cauſam: quia reſignatio non erat hoc caſu cauſata, nec conditionalis, ſed pura & ſimplex: & licèt per obitum ſuperſtitis verè vacaturum ſit, ſi contingat ſuperſtitem non in eadem poſſeſſione, non ſatisfacto huic regulæ per aliquem ſucceſſorem præmortui: tamen hoc nullum ius attribuit ſuperſtiti poſſeſſori, nec ſuo ſecundo reſignatario.

138 ¶ Quia regula nullo modo facta eſt in ipſius, nec ſiu poſterioris reſignatarij, nec aliorum deinde habentium ius ab eis vel ab aliquo eorum, fauorem: ſed potius in eius ſuorúmque conſecutiuorum odium vt ſupra eod. num. 55. Quare nullo modo illi, nec conſecutiuis ſuis prodeſſe poteſt: nec lucrum conſequi debet vnde pœnam potius meretur, *l. ſiue hæreditaria. de nego. geſt. l. relegatorum.* in fin. *de interdict. & releg. l. ſi cui.* in princ. *ex quib. cauſ. maior.* & ſic quandiu viuit iſte ſuperſtes, poteſt vetus eius beneficiũ ab eo poſſeſſum impetran per obitũ præmortui, ab Ordinario, vel à ſuperiore iure deuoluto: & euincí, minimè ſuccurente decreto *de pacificis.* cum oullũ nec colotatiſ quidem titulũ habeat, & præterea malã fideм.

139 ¶ Si verò vnus ſatisfecit huic regulæ, alter non, ſi is qui publicauit præmontot in poſſeſſione: idẽ per omnia quod niper dictũ eſt: eo addito, quod non ſolùm vtiique vacat per obitũ præmonentis, ſed etiam iocommutabiliter, ſiue ſuperſtes in poſſeſſione poſtea decedat, ſiue non: quia ſucceſſor præmortui in beneficio per ſuperſtitẽ poſſeſſo, nulla indigebit publicatione, quam ſemel factã eſſe ſufficit: nec amplius vacare poterit per obitum poſſeſſoris. Si verò ſuperſtes is eſt qui publicauit, nõ eſt, nec vnquã erit locus regulæ per obitũ præmortui in beneficio per eum reſignato: quia reſignatarius ſuperſtes ei ſatisfecit: nec dum etiã locus eſt quantùm ad beneficium præmortuo reſignatũ: ſed poſtea locus eſſe potent ſi nullus ſucceſſor præmortui ſatisfaciat huic regulæ, viuo ſuperſtite, qui in poſſeſſione veteris beneficij decedat. Si verò vterque moriatur ante tempus in poſſeſſione, ceſſat vtrinque regula, perinde ac ſi vterque poſt tempus & publicationem deceſſiſſet. Nec hoc caſu refert vter moriatur prior altero ex quo præmoriens non moritur in poſſeſſione veteris beneficij poſt tempus, ſed ante tẽpus à reſignatione quam fecit, & ſuperſtes non ſuperuiuit in poſſeſſione veteris beneficij poſt tempus, ſed infra illud à reſignatione quã fecit mortuus. Et ſic vtroque caſu videlicet mortis vtriuſqoe, ante tempus cuiuſque, vel poſt tempus & publicationem eiuſqne, neutrũ beneficium vacat per obitũ vetteris poſſeſſoris: ſed vtrumque vacat per obitũ reſignatarij. Si verò ceſſante vtrinque publicatione vnius moritur ante tẽpus reſignationis quã fecit, altero ſuperſtite: tuoc reſpectu beneficij per præmortuum reſignati, ceſſat regula; ſed in beneficio per ſuperſtitẽ reſignato pendet, quia ſi ſuperſtes quoque paulò poſt decedat infra hoc tẽpus à reſignatione quã fecit, ceſſabit partier regula in beneficio per eũ reſignato. Si vero ſuperuiuat poſt tempus, quandiu ſuperuiuit, poteſt contra eum publicatio fieri per ſucceſſorem præmortui, quo omiſſo, tunc ſopeiſtite moriente in poſſeſſione, locus erit regulæ in beneficio per eum reſignato. 140 ¶ Nec abs re calamo indulſi in hac ecbali reſignationis mutuę tantum, nec reciprocæ. Lucem enim adfert, & rationis diſcrimen oſtẽdit, cut & quaterns differt à verè reciproca, & per viam permutationis facta, in qua ſtat cõcluſio, quod altero permutãtium poſt hoc tẽpus in poſſeſſione mortuo, non ſatisfacto huic regulæ ſaltem per ſuperſtitẽ, locum habet regula, & per obitũ poſſeſſoris vacat verus beneficium tantũ, non autẽ beneficium ei permutatũ, in quo ſuperſtes reſumit ius & titulum ſine noua collatione. Et ſic non eſt diſputandum an hæc euictio ſecuta ſit culpa Simonis vel non: quia nullum damnum ſentit, ſed duntaxat non conſequitur lucrum permutationis: & ſic hæc tẽgula non infligit damnum ſed tantùm impedit lucrum, vt in ſimili dixi in regula *de infirmis. num.* 571. Prædictam concluſionem vanè amplabam & limitabam, tali cõpendio hoic materiæ finem impoſiturus: ſed animaduertens cupitam breuitatem minus ob materiæ amplitudinem & intricationem, obſcutam forè, ſtatui duas adhuc hypotheſes executere. 141 ¶ Secunda & facilior, eodem themate retenro, niſi quod Petrus deceſſit infra tempus. Fac permutationem expeditã per Legatum: ſed tempore expedinonis Petrus correptus erat in infirmitate, de qua die viceſima vel infra deceſſit: per eius obitũ Paris impetrat beneficiũ Pariſienſe, Saulus beneficiũ Senonenſe, & ambo contendunt cum Simone, vter & in vtro potior? Ceſſantibus regulis Cãcellariæ, in terminis iuris communis, certum eſt quòd Paris ſuccumberet, & Saulus vinceret. Nune autẽ regula de publicãdis non cõcurrit, ſed ceſſat. Sola autẽ regula de infirmis viget. præſupponimt enim Legatũ non habuiſſe ſpecialem facultatem detogandi illi regulæ, vel ſi habuit, non derogaſſe in reſignatione Petri & collatione facta Simoni. Solue, Simon non poteſt vinci ab vtroque: quia admiſſio vnius eſt excluſio alterius, vincitur autem à Pariде: quia verba & mens regul. *de infirmis*, verificantur: & ſic beneficium Pariſienſe verè vacat per obitum Petri, ſiue Simon publicauerit, ſiue non, ſiue etiam poſſeſſionem extruſo vel diſcedente Petro, eóque viuo, cœperit ſiue non. Quamuis autem dicta regula 18. non habeat expreſſam clauſulam derogatiuam ad inde ſequta, tamen

Solutio 1 hy-
po theſis.

2. hypotheſis.

Soluti6.

ſatis ineſt ad effectũ veræ & effectualis vacationis per obitum, per *l. non dubium. C. de legib.* 141 ¶ Præterea reſignatio Simonis cum eſſet reciproca & ex cauſa permutationis erat condirionalis, ſi Petrus quoque eidem & ex eadem cauſa reſignaret: & ſic ſi beneficium Petri non ſolũ vacaret cum effectu ex eadem reciproca permutationis cauſa, ſed etiam ſi ex eadem cauſa conferretur cum effectu Simoni: ſed tempore reſignationis Petri, reſignatio ſua morboſa erat, & iam ex cauſa in exiſtenre videlicet infirmitate habebat cauſam implicitam reſolutionis, ſi Petrus de eadẽ infirmitate, infra viginti dies moreretur: & ſic reſignatio Simonis eadem conditione ſuſpenſa fuit, quæ conditio extitit: & ſicut beneficium Petri vacauit per eius obitum, & non per reſignationem: ita beneficium Simonis nullo modo vacauit, nec reſignatum fuit: & ſic ipſo iure Simon in veteri beneficio & titulo permanſit: Paridi verò beneficium Petri adiudicandum eſt. Et ſic hic caſus longè facilior eſt priori, nec diſputationẽ meretur: & meritò, quia in priori, reſignatio Petri non erat ab initio morbida, nec fuit reſoluta ex cauſa antiqua, ſed ex noua: nec ex facto vel caſu contingente in perſona Petri, ſed ex facto vel caſu ex poſt facto contingente, & ex culpa vel negligentia Simonis. Hic autem ſine eius facto, culpa, vel negligentia reſoluitur, ex cauſa ab initio exiſtente & cõtingente ex perſona Petri: Vnde hic caſus non habet dubitationẽ probabilem, nec illũ poſui, niſi vt omnia in rẽ præſentem adducta, & velut oculis ſubiecta, clariùs elicerentur. Quod autem dixi de vtroque mittente ad Legamm, idem ſi ſola reſignatio Petri (hoc eſt facta per Petrũ) fuit expedita per Legatũ, vel etiam per Papam, ſine derogatione regulæ 18. reſignatio verò Simonis per ordinariũ. Secus caſu conuerſo, quia dicta regu. 18. non habet locũ in ordinario, vt ibi dixi nu. 30. 143 ¶ Tertia & difficilior hypotheſis retento themate primæ, fac Simonẽ naturaliter mortuũ infra rẽpus huius regulę, deinde Petrũ poſt tẽpus: nunc plures (vt fit) putà quinque litigant, videlicet Paris beneficium Pariſienſe per obitum Simonis impetratum biduò poſt eius obitũ, vel ſub alia data ante obitũ Petri. Papus idẽ beneficium per obitũ Petri; Saulus beneficium Senonenſe per obitũ Simonis, mox poſt obitum, vel ſub alia data, viuo Petro impetratũ. Sebaſtus idem beneficium per obitũ Petri. Syluius idem beneficiũ per obitũ Simonis, ſed poſt obitũ Petri impetratum. Et ſic omnes veniunt per obitũ, duo ad Pariſienſe, tres ad Senonenſe: Quis in alterutro potior eſt? Quantum ad beneficiũ Pariſienſe: pro Paride primo impetrante militant veritas & ius cõmune: pro Papo, regula & fictio regulæ. 144 ¶ Non enim ei hoc caſu ſufficeret ſola hæc regula, niſi fingeret retrò: quia non poteſt operari retrò, ſine extendi ad præterita (prout hoc caſu neceſſe eſt) niſi per fictionem. Sed fingi non debet in præiudicium tertij, nec tertiorahitur in præiudicũ tertij. c. *quamuis de reſcript.* in vj. nec etiam retrotrahitur quoad actus perfectos & conſummatos. Anton. Butr. c. *præterea de appellation.* Sed Simõ tempore mortis ſuæ vetus & canonicus erat titularius beneficij Pariſienſis, quod verè per eius obitum vacauit: & collatio facta Paridi, fuit vera & canonica collatio: & ſic actus perfectus & conſũmatus. Tum Paris prior eſt in data, & ſorte impetrauit a Papa cũ clauſula *quouiſmodo & ex cauſaliq; perſona*: & alia prægnantibus.

145 ¶ Contrà quartum ad beneficium Senonenſe, pro Saulo primo impetrante facit hæc regula, & eius fictio: ſi tamen retrò ab obitu Petri poſtea ſequuto, trahi poſſit ad tempus obitus Simonis præteritum. facit enam ſauor prioritatis datæ. Tum hic nullus alius tempore medio tertius impetrans interceſſit, cuius occaſione tertiorahi & impediri poſſit; quia tempore mortis Petri, nullus alius impetrauerat. Pro Sebaſto verò poſteriore impetrante per obitum Petri, facit veritas, hoc eſt principium veræ vacationis, & ius commune: quia tempore mortis Simonis, beneficium Senonenſe non vacabat, prout verè non vacauit per eius obitum: imò tunc nullo modo vacabat, nec vacare poterat: nec de iure communi, quo Petrus ſuperſtes, erat verus ntularius, nec per fictionem huius regulæ, quæ nondum extabat, nec poterat extare, ſed pluribus modis deficere, prout reſpectu Simonis, & beneficij Senonenſis, neceſſario & perpetuò deficit, eo ipſo quòd Simon reſignans, non eſt mortuus poſt tempus, ſed infra tempus: & conſequenter Saulus nihil impetrauit, niſi beneficium alterius & viuentis, ſiue poſtea quomodocunque vacare cœperit ſiue non.

146 ¶ Rurſus vtriuſque tam Pauli quam Sebaſti rationes faciunt pro Syluio, qui vtroſque eorundem gladis exchidere contendit: videlicet Saulum tam per rationes Sebaſti, ſcilicet de iure communi, quia Saulus beneficium viuentis & repletum nondumque vacans impetrauit, quàm per rationem ipſiuſmet Saulꝰ, videlicet per hanc regulam quia Saulus eius euentum non expectauit, ſed præproperè antequam regulæ locus eſſet, impetrauit. Sebaſtum autem, quia non vacabat per obitum Petri, nec in vim initis communis prout Sebaſtus impetrauit, ſed vacabat, & tunc demũ vacare cœperat in vim huius regulæ, & ſic per obitum Simonis, per quem modum & ex cuius perſona Syluius impetrauit. Quid iuris? Antequam decidam quo quæſtio ſit vbenor, prout corrupta & præpoſterata vera diſciplina eccleſiaſtica, etebrius vſuuerat beneficiales materias huiuſmodi litibus & intricationibus eſſe fœcundiſſimas, fac Caluum beneficium Pariſienſe per reſignationem Simonis, ante eius obitum impetraſſe nec publicaſſe, Celſum autem beneficium Senonenſe per reſignationem Petri ante eius obitum, & ſic iam ſunt ſeptem litigantes.

147 ¶ Punctus eſt duplex, ſcilicet an ſicut regula locum habet vtrinque in prima hypotheſi, videlicet quãdo vtrique permutantũ collatione facta, alter tantum poſt tempus, ceſſante publicatione deceſſit: ita locum vtrinque habeat in hac tertia hypotheſi, videlicet poſt quam ambo in veteri poſſeſſione deceſſerunt, ſed vnus infra, alter poſt tempus huius regulæ: & an locum habeat etiam in præiudicium eorum qui canonicè, etiam antequàm locus eſſet huic regulæ, impetrauerunt? Videtur quod ſic, quia in Petro vlumò motiente æquè verificantur verba & mens huius regulæ in hac hypotheſi, qua Simõ predeceſſit nõ facta publicatione, nec relicto ſucceſſore qui ea fecerit, ſicut in prima hypotheſi, quando Simon eſt ſuperſtes nec publicauit: ergo etiam pariter hic verba finalia regulæ influont ad mde & correlatiuè facta & ſequuta reſoluendo: iametſi interim canonicè & validè geſta ſint. 148 ¶ Sed aduertendum quia hoc ſecundum, omnes impetrantes per obitũ Simonis, ſiue paulo poſt eius obitũ, ſiue poſtea quandocunque viuo Petro, eorumque ſucceſſores, ſi qui ſint, videtur excludi: videlicet Paris à Pariſiẽſi, per reſoluionẽ ſequentẽ vi huius regulæ: & Saulus à Senonẽſi, quia tẽpore obitus Simonis & collationis ſibi factę nondũ vacabat Senonẽſe, nondũ locus erat regulę, Pariter Caluus excluditur à reſignatione Simonis per ſuperuenientẽ reſolutionẽ huius regulæ: & tantũ impetrantes poſt obitum Petri admitterentur, videlicet Papus ad Pariſiẽſe per obitum Simonis. Ea vacatione nunc demùm ponficata & detecta per obitũ Petri in poſſeſſione, virtute huius regulæ, & per eandẽ regulã Celſus reſignatarius Petri excluditur à Senonenſi.

149 ¶ In cõtrariũ igitur nõ eſſe hic locũ regulæ arguitur, quia ſequerẽtur maiora incõuenientia & intricationes. Quid enim ſi Petrus ſuperſtes quatuor aut quinque annos, deinde mortuus eſt in poſſeſſione beneficij pariſienſis? Si enim dicamus locum eſſe regulæ vtrinque per obitum petri, ſequuntur multa abſurda, imò repugnantia. primum quòd beneficium Senonenſe vacauit per obitum Simonis ante quin-

1. Hypotheſis.

Fictio non contra tertium.

que annos defuncti, ſaltem quod fingitur tertiũ ante tot annos vacaſſe: & tamẽ quòd Saulus primus impetrans per obitũ Simonis nihil iuris habeat, licèt prior & per verum modum vacandi nunc detectũ impetrauerit, ſed quòd extruderetur à Sebaſto quinque annos impetrante per obitũ Petri, ſi impetrauerint à Papa vel Legato cum clauſula ſolita *quouiſmodo ego ex contextu que perſona*: vel ſaltẽ excluderetur à Sylueſtro qui nouiſſimè impetrauit per obitũ Simonis, etiam ab ordinario cui ob iuſtã ignorantiam tempus non cucurrit. c. *quia diuerſitatem. de conſtit. prob.* Itẽ aliud maius abſurdum quia decretum *de pacificis* cluderetur in fortioribus terminis. Si enim habens titulum nullum, ſed colo-ratum, tuendus eſt contra omnes, virtute dicti decreti, quanto magis tertius habens titulum verum & canonicum initio? 150 ¶ Aut ergo dicemus prorſus hic A ceſſare regulam? ergo eñt ab initio ceſſabit, videlicet Petro quoque poſt modicum tempus in poſſeſſione mortuo: & conſequenter ceſſabit in prima hypotheſi: & generaliter in materia permutationis, Et ſic offendentur verba & mens huius regulæ, & locus eam fraudandi aperietur in permutatione, vt ſ. nu. 117 Aut vero dicemus locum eſſe regulæ vtrinque: & obſtant inconuenientia nuper dicta. Aut verò dicemus locum eſſe regulæ ex parte Petri vltimò morientis tantùm: & maiora inſurgunt inconuenientia? quia primùm eſſet conſtituenda differentia inter primam & hanc hypotheſim: quod eſſet abſurdum, quia ex quo alter permutantium mortuus eſt in poſſeſſione poſt tẽpus, non ſatisfacto huic regulæ, quid ad rem ſi alter ſuperuiuat vel præmoriatur, non ſatisfacto huic regulæ? C deinde regula non poteſt reſtringi ad alterum permutantium tantum, quin ſcindatur: atqui ſcindi non poteſt, ſed aut tota ceſſare debet, aut tota integrum habere effectũ, non ſolùm quoad reſignationẽ priùs ab altero præmortuu factam, ſed etiam quoad omnia inde ſequuta. Nec valet ſi dicas quòd hæc regula vi quidem ſua, influit ad omnia: niſi tamen aliud impediat, videlicet decretũ *de pacificis*, quo nouũ ius aliunde quàm per reſignationem vel obitum præmortui quæſitum eſſet tertio, quia quomodocunque, etiam a cauſa extrinſeca, effectus huius regulæ impeditur ex vna parte permutationis, debet etiam impediri ab alia cum ſint correlatiuæ, atque ita diuerſo iure cenſeri Solutio affir-matiua. nequeant, vt ſ. n. 125. Quid igitur dicendum? 151 ¶ Solue affirmatiuè in vtroque puncto, videlicet locũ eſſe D regulæ vtrinque, etiam in præiudicium eorũ qui canonicè tẽpore medio impetrauerunt, & etiam ad eorum commodũ reſpectiuè, ſcilicet quatenus & mens & deſiderium huius regulæ exiguot: & ſic omnia plana ſunt & omnia abſurda & incõuenientia ceſſãt. Itaque Paris obtinebit beneficium Pariſienſe recens vacans & impetratum per obitum Petri, Saulus autem remanebit in beneficio Senonẽſi cæteris omnibus excluſis, idque reſpectu Sauli, non in vim decreti *de pacificis*, quo non indiget, etiam caſu quo Petrus plures annos ſuperuixit: ſed eodem vniformi iure dictæ permutationis reſolutæ, ſiue Petrus mudicũ, ſiue diu ſuperuixerit. Non obſtat reſpectu Petri quòd is non poteſt obtinere per fictionem huius regulæ, niſi etiã hæc fictio retrotrahatur in præiudicium tertij, videlicet Paridis canonicè prouiſi de beneficio Pariſienſi per obitum Simonis, qui verus titularius deceſſit, vt ſ. nu. 134. quia licet Paris per obitum Simonis habuerit verum ius & verum titulum: tamen ius habuit reſolubile, quale Simon habebat, videlicet niſi reſignationem factam Simoni deceſſori ſui publicaret viuo Petro, quemadmodum Simon ad conſeruandum ius ſuum publicare tenebatur. 152 ¶ Non enim ſucceſſor habet ius firmius, licèt capiat illud à ſuperiore, vt ſ. eod. q. 5. generaliter concluſum eſt, hanc regulam extendi & retrò trahi contra omnem, ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum, reſignatarij ſucceſſorem. Et alioquin paſſim fraudaretur hæc regula: nec fit iniuria ſucceſſori, ſi eòdem & non potiori iure quàm deceſſor vtatur, præſertim quando non ſolùm ſucceſſit in negligẽtiam deceſſoris, ſed etiam eam continuauit, vt hic. 153 ¶ Si ergo hæc regula meritò & iure optimo trahitur retrò, etiam contra tertium ad reſoluendum & extinguendum: ergo mero iure, nec minori ſed maiori merito, retrò trahi debet ad confirmandum. Data enim eadem ratione & capacitate extremorum, fictio non debet eſſe potẽtior ad reſoluendum & auferendũ retrò, quàm ad confirmãdum. Sed hîc non ſolùm eſt eadem, ſed maior ratio & capacitas ad confirmandum Saulo, quam ad auferẽdum Paridi. Patet, quia in pũcto mortis Petri, nullus alius erat impetrans intermedius impediens coniunctionẽ extremorum retrotractionis & confirmationis collationis Sauli: & nullius ius tollitur, vt ſ. nu. 108. Et ſi quis fors fuſſet, nihil obſtaret: quia quemadmodũ Simon non acquiſierat beneficium Pariſienſe abſolutè, ſed commutabiliter, ita non perdiderat beneficium Senonenſe abſolutè, ſed commutabiliter. 154 ¶ Et reſignatio per Simoñẽ facta Petro, conditionalis erat, non conditionẽ ſuſpẽſiua, quæ non habet locũ in his collationibus beneficiorum. c. 2. *de elect.* in 6. ſed conditionali reſolubili à iure approbata, & in vſum recepta, vt per Fede. de Sen. tract. permut. q. 8. Gen. con. 45. in fin. Bonifa. de vitali. cle. *voica. col. penul. verb. ex iſtis infertur. de rer. permut.* Philip. Dec. c. *cum venerabilis. col* 8. *nu.* 18. (vbi iu anno. dixi) *de except.* quæ cõditio extitit. Quod autem operatur reſolutio ſequens ad auferendũ etiam tertiũ titulũ beneficii Pariſienſis, idẽ fortiùs operatur ad reſtituendũ etiã retrò titulũ. Senonenſis Vnde etiã ſi Saulus promiſſos fuit nun per Ordinariũ, ſed per Papã, vel Legatũ etiã ſiue clauſulis *quouiſmodo*, ſed ex capite Simonis dũtaxat, idẽ eſt. Nec debet collatio Papæ vel Legati cenſeri ſubreptitia, ex eo quòd non eſt expreſſum quod noodum vacabat per obitũ Simonis, ad quem ſupplicatio limitabatur, ſed quod ſpectabat ad Petrũ: & incertũ erat an Petrus moreretur intra tẽpus, vel poſt: vel an Paris publicaret viuo Petro, vel num: quia Papa vel Legatus non minùs cõtuliſſet ſupplicati per obitũ poſſeſſoris. 155 ¶ Amplio etiã ſi Simon poſt dictam permutationẽ, ea tacita reſignauit beneficium Senonenſe in fauorẽ Seij: quia non eſt obid ſubreptitia collatio Papæ vel Legati facta Seio, ſed euentu ſequuto cõfirmatur: tum quia hoc procedit ex natura & ſtatu materiæ ſubiectæ, videlicet propter implicitum cõmutabilem ſtatũ prioris reſignationis factæ Petro: tũ quia hic effectus ſit fictione & operatione legis, quę fortiùs & efficaciùs penetrat: & tunc Seius excludet Saulũ: & omnino idẽ vtrinque generaliter dicendũ eſt acſi dicta occulta permutatio, ſeu noo ritè publicata, nunquã ſequuta fuiſſet: ità vides omnia plana, & omnes turbines pulchrè ſedatos. Quid ſi noua, modico addito rectudelicat tẽpeſtas? nec eodẽ tertię hypotheſis themate retento, Paridẽ, viuo Petro publicaſſe. Nun enim dubiũ eſt quin non ſolũ reſignatarius reſignatarij, ſed etiã quuis per eũ obitũ vel ex eius cap. prouiſus, æquè publicare poſſit infra reſiduũ eiuſdẽ tẽporis, vt cedens vel deceſſor poterat per uot. ſ. eo. q. 5. Sed nõne ſatis nouas ingruere tẽpeſtates & inticationes? Certè non tædet me laboris in re ià mihi elaborata & exploratà: ſed prolixitatis & chartarum tædet. Quare omiſſa colliſione argumentorum & inconuenientium hinc inde. 156 ¶ Breuiter reſoluens dicu, quòd aut Paris publicauit incontinẽti, vel re integra, puta infra annũ: & bene habet, & obtinebit beneficiũ Pariſienſe, etiam agendo poſſeſſorio ſi turbetur per Petri ũ: qui etiã poteſt habere poſſeſſionẽ Senonenſis, vel per eũ ſtat: quia Saulus, vtpote ſ. annũ, nullã acquiſiuit poſſeſſionẽ vel ius excludẽdi aut impediẽdi iudiciũ poſſeſſorũ Petri in beneficio Senonẽſi: nec vllũ ius in eo habet, nec ſpẽ quidẽ: niſi per mutatio reſoluatur ex cauſa veteri in exiſtenti & retro actiua: quę ſpes ex patte petri prupter defectũ pu-

Modica circunſtantia inuariat.

P. blicatiõ infra annũ.

blicationis ab eo faciendæ prorſus defecit, mortuo Simone infra tẽpus: & ſic reſolutio vi huius regulæ non poteſt amplius contingere nec ſperari ex parte Petri. Ex parte verò Simonis ſen publicationis per eum faciendæ pendebat, non obſtante eius obitu, & pendere poterat quandiu viuit Petrus: ſed defecit per publicationem ritè & debitè factam per Paridem, vel alium habentem ius in beneficio Pariſiẽſi exceſſu vel deceſſu Simonis. At verò Paris publicat ex interuallo, quo res non eſt integra ad implendam permutationem cum effectu, putà poſt annum vel triennium pacificæ poſſeſſionis Sauli: Et tunc, etiam ſi poſt annum tantùm, res non eſt expedita: quia Petrus licèt nõ impediatur, nec impediri poſſit à beneficio Senonenſi per hanc regulam, ex quo Simon deceſſit infra tempus, & licèt poſſit illud vendicare ſi velit de iure communi,

Poſt annum.

157 ¶ Tamen non tenetur litem inferre Saulo poſſeſſori, ſed poteſt contentari via retentionis & exceptionis, videlicet retinendo beneficium Pariſienſe, donec ſibi detur libera & vacua poſſeſſio Senonẽſis, iuxta *l. Iulianum. §. offerri. de actio. empti.* Et quãuis Petrus fuerit in culpa non vigilando, ſaltem poſt mortem Simonis, ſed permittendo beneficium occupari, & vltra annum poſſideri per Saulum: tamen primò Pariſquoque fuit in culpa non publicando per annum: quę culpa grauior eſt ſimplici negligentia Petri, qui honeſtã habebat cauſam excuſationis à lite inferenda, etiã infra annum, ex quo pacificè poſſidebat vetus ſuum beneficium: prout etiam de iure poteſt illud tenere, adminiſtrare, & poſſeſſioni incumbere, vſq; ad aduẽtum ſucceſſoris: vt decidit Imo. in cle. *de reuunt.* etiam in fortioribus terminis, videlicet in reſignatione ſimplici *l. meminiſſe de offic. præſid.* igitur multò magis in reſignatione reciproca permutationis, in qua aliud accedit, videlicet implementum reciprocum prius cum effectu offerendum, alioquin legioma eſt ſucceſſoris depulſi per d. §. *offerri.* vnde non tenebatur Petrus nouũ poſſeſſorem beneficij Senonenſis in ius vocare.

158 ¶ Præterea, laudabilis eſt etiã in ſimplex & verecunda cogitatio eius qui lites execratur, inquit Vlpia. in *l. Item re §. de alienatio. iud. mutan. cauſ. fact. r. cõſtitutionẽ. §. ſtatutum. de verb. ſig. vſ.* in 6. Geminia. conſ. 129. n. 4 etiam ſi ob id de iure ſuo remittat. vt hîc Petrus malebat perdere commodum permutationis, quam litem inferre, præſertim quando nullo priuato apparẽte vetus beneficium pacificè poſſidebat. Contra Paris poterat ſtatim publicare, & ſine lite, quia publicatio actus extraiudicialis, eſt, & eius omiſſio non eſt laudabilis, ſed potius vituperanda, ſicut ſtudioſa occultatio eius qui ſuſpectam habet lucẽ. Cùm ergo Paris ſit in maiore & odioſiore culpa, non fit compenſatio; imò poteſt Petrus negare culpam per prædicta & ſequentia: vel illam merito reiceret in Paridem, cuius negligentia non ſolũ ſuſpecta eſt, & vituperabilis & inſidioſa, ſed etiam cauſam probabilem præſtitit Petro non inquirendi Saulum nouum poſſeſſorem Senonenſis infra annum, cùm nullus rualis apparet. Et ſortè Petrus literis deditus non conſenſerat permutationi niſi in gratiam Simonis commilitonis ſui iiſdem literis: & ſic non expediebat Petro præſertim nullo impulſore, dicam inferre Saulo potentiori fortſan & rixoſo. Liquet igitur quòd poteſt Petrus exceptione ſeſe tueri aduerſus Paridem præſertim poſt annum apparentem, donec Paris efficaciter offerat, & faciat liberam & vacuam poſſeſſionem beneficii Senonenſis relinqui Petro: quo non præſtito, ſed deficiente (licet non reſoluatur permutatio per hanc regulam) tamen poterit reſolui, & ad non cauſam reduci per ius commune, ex quo nondum realiter executa fuit, quod dependet à multis & variis circunſtantiis facti.

Rebus ſic ſtãtibus.

159 ¶ Nec obſtat quòd Petrus ſolus pœnitere non poteſt. *l. ſicut. C. de act. & obl.* qui vt omittã non prorſus improbabiliter dici poſſe verum id eſſe, tẽpus ſic ſtantibus, (vt etiam in materia contractuum à duorum voluntate dependentium latè tradunt Iaſon in *l. quod Seruus de condict. ob cau.* Io. Firmia in tr. *gabella.* par. 2. q. 5. Dom. And. Tiraq. in *repet. d. ſi vnquam in prim. n.* 125. *& n.* 161. cum ſeq. *C. de reuo. donat.*) ſcilicet viuo Simone congertone ſuo, qui cum amicare ſolebat, nec negotium habere formidabat. Secus eo immaturè & inopinatè præmortuo, & beneficio Senonẽſi per eius obitum ab alio de facto, impetrato: quimox poſſeſſione occupata ſeſe liti parat, omnia negaturus, facturus & protracturus, quicum Petrus, fortè ſimplex & ſenex meritò detrectat habere negotiũ, quq; (vt ſæpe vſuenit) non conſenſerat permutationi, niſi precibus Simonis commilitonis ſui. Nnuc autem repentè ſtatu rerũ inuerſo, locum fidelis & pacifici amici, potens, ambitioſus & rixoſus aduerſarius occupauit, qui ſe ad litem eámq; ſibi neceſſariam parat, videns, niſi permutationem euertat, actum eſſe de iure ſuo, ſęque perditurum beneficium impetratum, nec habiturum beneficium Petri, quod etiam ſine noua impetratione habere non poſſet cuius nouæ impetrationis occaſio per alium præcepta eſt, videlicet per Paridem.

160 ¶ Nonne Petrus etiam infra annum, probabiliter cauſari poteſt ſe nou permutaſſe, niſi in gratiam Simonis, cuius mores nouerat, qui cum ſciebat nullam litem fore, quem ſi cogitaſſet præmoriturum, nunquam permotaſſet, & multò minus ſi cogitaſſet tam repentè rebus non exequutis, præmoriturum: & adhuc minus ſi cogitaſſet ſe in ſenili ætate ſua litem habiturum, & ſic quòd rerum ſtatu præter. imò contra ſpem & finalem intentionem mutato, non tenetur ſtare permutationi, præſertim cum hæc mutatio rebus adhuc vtrinque, quantum ad exequutionem facti integris euenent: ſaltem poſtquam per annum (quo nullus riualis in beneficio veteri apparuit) ſaluus interim factus eſt ſuperior in poſſeſſorio, ita quòd neceſſe eſſet eo poſſidente, petitorium intentare, non ſolùm cum laboribus & ſumpnbus longis & magnis, ſed etiam Petro ſeni perituris. Sed vt admittamus eum pœnitere non poſſe, etiam conſentiente Sailo, io præiudicium tertij, qui in ius beneficij defuncto permutan ſucceſſit, tamen licet non poſſit mero iure & alio nõ probato pœnitere, verum eſt proprie & abſolute: Sed poteſt ſaltem indemnitati ſuæ conſulere, quæ eſt, vt non teneatur dicam inferre Saulo, præſertim potẽtiori & rixoſo, & adhuc in petitorio inutili futuro, ſed vt exceptione & retentione vti poſſit de iure communi, donec ſibi pacificè & cũ effectu impleatur, quemadmodum Simon omnino & prius facere tenebatur, per d. *l. Iulianum. §. offerri.* Nec enim Paris poteſt eſſe melioris cõditionis, nec plus iuris habere quã Simon deceſſor ſuus. Hactenus ſatis eſt peritiales & circũſtantias facti quibus articulus hic inuolutus eſt, indicaſſe.

Publicare poſt triennĩ.

161 ¶ Si igitur vt ſuprà num. 146. Paris publicare vult, & apparet poſt triennium pacificæ poſſeſſionis Sauli: & tunc res expedita eſt fieri non poſſe, nec Paridem, aut alium admiſſibilem eſſe, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio contra Petrum, etiam nec tetrocesſionem, nec aliud coloratum allegantem: quia licet Petrus directò & ex perſona ſua non iuuatur decreto *de pacificis*, tamen iure communi ſatis iuuatur & tutus eſt, in conſequentiam eius, quod Saulus virtute decreti *de pacificis*, tutus eſt tam in poſſeſſorio quam petitorio, & ius incommutabile nactus eſt, & ſic permutatio reſoluta eſt. Cuius temporis negligẽtia & effectus dicti decreti ſiue legalis euictio inde ſequuta, non eſt adſcribẽda culpę Petri, per prædicta, ſed regerenda in Paridẽ, vel quoſcunq; ius prætendere volẽtes in beneficio Pacif. prętextu dictæ permutationis eorũmq; negligentiæ & culpæ odioſæ & vituperandæ imputãda. Quod ſi quis per obitũ Simonis vtrumq; beneficium; vel omnia eius beneficia impetraſſet, tes pariter expedita eſſet: cũ ſuæ facultatis eſſet permutationi prõpriæ, ſatisfacere,

ſatisfacere, & ſic quandocumque viuo Petro publicare, & permutationis executionem offerre & exigere.

4. Hypothesis. 162 ¶ Antequam totius huius q. materiam reſoluam, accipe quartam hypotheſim. Thomas canonicus prębendarus & Archidiaconus Stampenſis in Eccleſia Senonenſi, permutat illa duo beneficia cum Hugone ad prioratum curatum regularem, & ad aliam parochialem ſæcularem. Et quia beneficia quæ Thomas reſignat, ſunt vberiora fructibus beneficiorum Hugonis, dictus Hugo (vt de facto vidi, & quotidie fit) promittit facere quòd Marcus reſignabit, & validum procuratorium dabit ad reſignandum quandam ſuam capellaniam, in fauorem Guidonis per dictum Thomam nominati, omnia ſub beneplacito Papæ, qui ſupplicationi dictorum Thomæ & Hugonis, Fiat, ſubſcripſit. Itaque Marcus reſignauit capellaniam ſuam in fauorem Guidonis ſiue ſimpliciter, ſiue expreſſa contemplatione dicti concordati, & fuit collatio facta Guidoni, qui ſolus negligens fuit publicare: vel furrè Thomas dominus eius non fuit æquè ſollicitus bullas quoque capellamæ ſeorſum leuare & mittere Guidoni: & interim Marcus in poſſeſſione capellaniæ, poſt ſemeſtre morinur, & per eius obitum proundetur Titio, An Titius excludat Guidonem? & ſi excludit, an illa permutatio reſoluatur? Non enim dubium eſt quin verba regulæ reſpectu capellaniæ verificentur in Marco & ſimiliter meus & omnes rationes in quibus fundatur hæc regula, concurrunt in fauorem Titij prouiſi per obitum poſſeſſoris. Ergo punctum eſt, an poſſit regula locum habere in capellania abſque eo quòd aliorum beneficiorum permutatio reſoluatur: & non poſſit, an melius & verius ſit, ceſſare regulam hoc caſu, ne alter permutantium damno afficiatur: an verò æquius & verius ſit ſtandum regulæ in capellania, etiam ſi reſoluta permutatione alter damno afficiatur: & vtrum permutantium æquius ſit damnum illud ferre.

163 ¶ Breuiter omiſſa colliſione argumentorum, dico quòd omnino locus eſt regulæ in dicta capellania, quæ vacauit per obitum Marci, ſiue reliqua permutatio debeat ob id reſolui, ſiue non: & ſatius eſt permutantes ad priſtina iura redire, lucrúmque permutationis perdere, quàm hanc regulam vtilitatis publicæ cauſa latam, reſtringi. Titius ergo in poſſeſſorio & in petitorio vincit omnino Guidonem, nec idcircò Thomas repetere poteſt antiqua beneficia, nec permutationem executam reſcindere, nec nondum executam impedire, ſed ei parere tenetur tradente Hugone vacuam poſſeſſionem beneficiorum per eum permutatorum, etiam ſi non tradat Guidoni poſſeſſionem capellaniæ: ad quam non tenetur, nec eam promiſit, ſed tantùm facere promiſit quòd Marcus famulus ſuus (quem cuſtodem vocant) eam cum effectu reſignaret in fauorem Hugonis, quod factum eſt eo ipſo quòd collatio facta fuit Guidoni. huiuſmodi enim permutatio exorbitans eſt, cum debeat fieri de beneficiis ſuis tantùm, c. vnico. *de rer. permutat.* in 6. ſed capellania non erat beneficium ipſius Hugonis ſed alienum, videlicet Marci, & ſic non potuit permutari, prout non fuit propriè permutata, nec promiſſa permutari, quamuis in ſupplementum pretij fuerit huiuſmodi factum alienum promiſſum. Quæ promiſſio de ſe nulla eſt, ſimoniaca, & abuſiua, nec de ſe multò minùs de iure, valet, ſed ex ſola gratia & diſpenſatione Papæ, qui eſt ſupra omnia hæc iura pontificalia, c. *propoſuit de conc. ff. prębend.* itaque hæc diſpenſatio ſtrictiſſimè interpretatur, & ſufficit quòd de modico operari poſſit: nec vlterius obligat quam expreſſum ſit in concordato per Papam ſupremum horum dominum, homologato. Subſcit ergo factum eſſe quatenus ſcriptum eſt: reliquum autem & euentum debet Thomas ſibi acceptum ferre.

164 ¶ Sed ſi quid oppoſita ſit clauſa de vniuerſo concordato reſoluendo, & ad priſtina iura ſine noua collatione redeundo, ſi vel vnum ex ſingulis deſit? Reſpond. idem, quia clauſula generalis non egreditur vires & metas ſcripti ſeu diſpoſitionis principalis. Si igitur Thomas volebat redire ad priora beneficia, vel ea retinere, niſi Guido factus eſſet poſſeſſor capellaniæ, & ſic quòd per obitum vel caſum contingentem in perſona Marci reſignatio ſua per hanc regulam vel aliàs reſolueretur, debebat curare hoc ſpeciatim ſcribi in concordato, & homologari à Papa: aliàs ſibi imputet, acceptúmque ferat. Non obſtat quòd ſi principalis permutatio ſine ex parte Thomæ, ſiue ex parte Hugonis inciperet reſolui, tota etiam reſolueretur & paritet reſignatio Marci, qui rediret ad ſuam capellaniam, & extruderet Guidonem: quia non eſt inconueniens, ſed naturale, quod acceſſorium ſequatur naturam principalis, & ab eo regatur & eo reſciſſo, reſcindatur. c. *acceſſorium. de reg. iur.* in 6. vbi latè Petrus Auchar. l. *cum principalis*, vbi Philipp. Dec. *de regul. iur.* gloſ. in l. *ſi patronus* §. *patronum.* in verb. *Fauiana. ſi quid in fraud. patron.* Secus è conuerſo: quia principale per acceſſorium, nec confirmatur nec infirmatur, l. *ex pupillari. de vulg. & pupill.*

5. Hypothesis. 165 ¶ Sed quid ſi ille tertius eſt etiam principalis compermutans? vt hac quinta hypotheſi, duo fratres vel ſocij Caius & Seius habentes ſingula beneficia in locis remotis vel extra patriam, cupientes ea commutare beneficiis in eodem oppido vel ſolo natali ſitis, permutant ea cum Titio habente canonicarum & curam parochialem Bleſis: & collationibus hinc inde ſanctis, Caius, cui collatus erat canonicatus, publicat ibi collationem ſuam, vel, quod plus eſt, realem poſſeſſionem, Titio diſcedente, capit. Seius autem, dum ſarcinulas fortè colligit, tardat aliquantulum, & Titius moritur in poſſeſſione curæ poſt menſem ſi apud Ordinarium, vel poſt ſemeſtre ſi Romæ reſignauit: & ſic cura impetratur per eius obitum & confertur Baldo. An bene, ſitque locus huic reg. & ſi ſic, an Caius quoque poſſit reſilire à permutatione & redire ad vetus beneficium, etiam per obitum Titij collatum Mæuio, eúmque excludere? Et primò ad primum, videtur ceſſare Regula, per argumenta pro negatiua adducta in 5. hypotheſi num. 122. cum ſequent. Et vltrà alia ratione quia Caius ritè publicauit. Cùm igitur vna ſit permutatio, vnus contractus vel tractatus, ergo publicatio vnius prodeſt alteri præſertim ſocio publicantis, cuius etiam ipſius publicantis intereſt: quia ſorte Seius interim curabat communia negotia in veteribus beneficiis. Imò non poterat publicari huiuſmodi collatio Caij, de canonicatu Titij nec in notitiam publicam obire Bleſis, quin etiam publicaretur vel in publicam notitiam abiret reſignatio curæ eiuſdem Titij & collatio facta Seio. Vtrumque enim beneficium ſitum eſt in eodem oppido, eóque paruo, licet inſigni & pereelebri, ſed in quo facilè per totum oppidum quid increbreſcit. Tum vtrumque beneficium ad eandem perſonam ſpectat, & concurrit identitas negotij: ita quòd non poteſt pars huius permutationis publicari, quin tota publicetur, prout totius negotij mentio ſit in poblicando, & ſic videtur ceſſare hæc regula, non per limitationem, ſed per ſatisfactionem ipſius regulæ.

166 ¶ Sed his non obſtantibus dico locum eſſe pœnæ huius regulæ, cum verba & mens conueniant. Non obſtant priora vetera argumenta: quia diluta ſunt ſupra eod. num. 127. cum ſequent. Non obſtat nouum vltimum argumentum: quia publicatio Caij

limitata eſt tam reſpectu materiæ quàm reſpectu perſonæ. Patet, quia eſt facta tantùm de canonicatu, & nomine Caij tantùm, non tamen pro cura; nec nomine Seij. Et ſic limitata cauſa non poteſt extendi, nec limites ſuos egredi: tum quia non eſt ſatis publicam fieri reſignationem, reſignante manente in poſſeſſione, niſi poſſeſſio quoque petatur ab eis quos id contingit: ſed poſſeſſio curæ nec petita quidem fuit, & nil geſtum nomine Seij nec ſufficeret geſtum nomine Stij niſi hoc quoque reſpectu, integrè ſatisfactum fuiſſet huic regulæ, videlicet publicando in ipſius curæ loco, & poſſeſſionem petendo, &c. Et ſic non eſt verum quòd publicatio canonicatus pro Caio, implicet publicationem curæ pro Seio. Bene verum eſt in publicum abire: ſed non ſufficit, niſi ſecuetur forma huius regulæ, ex quo nihilominus Titius remanet in poſſeſſione curæ, Tum in publicatione Caij, non fit mentio de cura & Seio, niſi enuntiatiuè, non propter ſe, ſed ob aliud.

167 ¶ Regula autem exigit principaliter propter ſe diſpoſitiuè ſerióque publicari. Tum non publicatur reſignatio facta Scio tanquam debeat exequi vel effectum ſortiri de præſenti, imò nec præſupponitur neceſſariò ſubſiſtere de præſenti, ſed tantùm publicè recitatur aliquid factum de præterito, de quo in præſenti nihil exigitur, nec diſponitur: quod non eſt publicare ſecundùm mentem & deſiderium huius regulæ ſed tantùm recitare: quod non ſatisfacit, nec infert de præſenti. potuit enim interim ius Seij renunciatum eſſe, vel remiſſum. Et ſic non innoteſcit quod Seius ipſe poſſit & velit vti. Amplio, etiam ſi collatio & corporalis inueſtitura vtriuſque beneficij ſpectent ad eundem Ordinarium, apud quem Caius publicauit. Ex quibus etiam liquet in ſimplici duorum permutatione, publicationem vnius non prodeſſe, nec ſatisfacere pro alio etiam ſi beneficia ſint in eodem loco vel tecto & ad collationem eiuſdem,

168 ¶ Nunc ſecundam partem huius quæſtionis & 5. hypotheſis videtur permutatio vtrinque reſcindi: & ſic etiam reſpectu Caij, cùm ſit vnus contractus, qui non poteſt claudicare. Iaſ. 2. § *& horum.* nn. c. *de verbor. obligat.* nec in parte reſcindi, & in parte non, vt ſupra num. 15 5. Imò etiam plures contractus per ſe diſtincti, ſi tamen correſpectiuè mutuaque contemplatione facti ſunt, pro vno habentur: nec vnus ſine altero reſcinditur, etiam ſi ſint in diuerſis inſtrumentis. Phil. Cor. conſil. 23. col. fin. lib. 3. do. And. Tiraq. Rep. l. *ſi vnquam.* ver. *donatione largit.* num. 101. *C. de revoc. donat & in tract retract. pro.* num. 76. dixi in tract. *vſur.* qu. 60. nu. 407. & in annotat. ad Philip. Dec. l. *legem.* nu. 18. *C. de pact.* Et alioquin deciperetur Caius, qui aliàs non publicaſſet, nec reliquiſſet vetus ſuum beneficium, niſi vt haberet ſodalem ſuum in eodem tecto vel oppido.

Plures contractus quando pro vno habentur.

169 ¶ Quid enim ſi duo fratres habentes beneficia in eodem oppido vecto, ſed ea longè à patria, venerunt ad hanc permutationem ſpe non viuendi in ſolo natali? & ſic non debent decipi: quod eſſet ſi permutatio reſcinderetur quoad vnum tantùm Philipp. Dec. conſil. 421. Non obſtat ſi quis dicat tot eſſe permutationes quot ſunt paria beneficiorum: quia huiuſmodi permotatio non fit niſi de beneficio ad beneficium, & ſic reſpicit rem non perſonam. Contranum enim apparet ex hypotheſi precedenti, vbi duo permutant quatuor beneficia, & tameo non ſunt duæ permutationes, ſed vna duntaxat: etiam ad hunc finem: quod ſi vnum de beneficiis principaliter inter eos permutatis euincatur, vel quòd vnum non ſubſiſtat reſoluitur permutatio quoad omnia, etiam acceſſoriè per tertium reſignantem, igitur & hic, vbi permutatio æquè facta eſt ad certa beneficiorum corpora, ſicut & ibi. Non obſtat quòd ibi permutatio beneficiorum facta eſt confuſè, ſed hîc in ſingula beneficia, de certo beneficio ad certum beneficium: quia adhuc hoc caſu, etiam ſi in ſingula capita prétium conſtitutum ſit, tamen vna conuentio eſt, & omnium ſit redhibitio propter vnum, ſi manifeſtum eſt (vt hic) non fuiſſe permutatum, niſi ſimul, l. *cum eiuſdem* §. *interdum de ædil. edict.* quod Vlpian. extendit in fratribus & in perſonis contubernio iunctis, l. *plerumque. l. vel fratres.* eod. tit.

170 ¶ Quibus non obſtantibus contrarium dico: quia hic ſingula beneficia cum ſingulis beneficiis ſpecialiter & nominatim permutata ſunt: & habet locum regula quòd tot ſunt permutationes quot paria beneficiorum inuicem permutata. l. *ſcire debemus. de verb. oblig.* & quòd ſingulæ permutationes ſuam naturam ſeruare debent, d. l. *cum eiuſdem* in pr. l. *ædiles aiunt.* ad ſi ver. *ſed ſi duo paria de ædil. edict.* Non obſtat quòd vnus nõ etat permutaturus ſine altero, vt ind §. *interdum* quia illa erat affectio carnalis; ſaltem quantumuis aliàs licita & honeſta: tamen priuatum affectum vel commodum ſociorum concernebat: & ſic impertinens eſt, nec de ea curatur in materia beneficiorum Eccleſiaſticorum. Et ſic in hac materia non eſt locus limitationi de qua in dicto §. *interdum.* cum l. ſequent. *de ædil. edict.* & ſic maner regula, de qua in d. l. *cum eiuſdem.* in princ. ind l. *ſcire debemus.* in l. *quod ſæpe.* §. fin. *de contrab. empt. & vendit. l. in bello.* in fin. *de capt. & poſtlim reuerſ.* Philip. Dec. conſil. 344. col. fin. Tum etiam ſi expreſsè paciſci voluiſſent quòd vnus eorum, puta Caius permutabat, modò Titius cum Scio permutaret, & non aliàs: non valuiſſet huiuſmodi pactum de reſoluenda permutatione facta cum Caio, niſi permutatio facta cum Scio ſubſiſteret, vel contra: nec Ordinarij poſſent huiuſmodi clauſulas vel pactiones expreſſe approbare: ergo multominus tacitè, niſi fuiſſent homologatæ per Papam vel Legatum: ſpecialem ad talia poteſtatem habentem:

171 ¶ Quia iure communi omnis pactio vel regreſſus prohibitus eſt & ſimoniacus in iſtis, vt in reg. præceden. numero 79. & duntaxat excipitur tractatus ſimplicis & rotundæ permutationis: reliqua manent ſub prohibitione iuris communis. vnde non licèt permutare, nec ſimpliciter quidem reſignare, vt tu permutes vel reſignes cum alio, vel vi penſionem ſuppleas. Ioan. And. Gemin. Philipp. Franc. in c. 1. *de rer. permutat.* in 6. Ludo. Roman. conſil. 317. Philip. Dec. conſil. 141. nnmer. 1. vbi in annotat. dixi, Quod igitur expreſsè fieri nequiuiſſet, multò minus tacitè. Quæ procedunt etiam ſi permutantes ita egiſſent habito reſpectu principaliter ad vtilitatem Eccleſiæ & commodioris miniſterij: quia iure pontificio non ſufficit id inter eos canonicè tractari, ſed hoc diœceſanis, cauſa cognita, reſeruatur. c. *quæſitum. de rer. permutat.* Non obſtat primum: quia hic ſunt diuerſæ & ſeparatæ permutationes. Non obſtat exemplum hypotheſis quartæ: quia licèt ibi certa quatuor eſſent corpora beneficiorum, vt hic: tamen vnum non fuit magis permutatum cum vno quàm cum altero, ſed confuſè, prout duo tantum erant permutantes. & ſic ibi vna tantum erat permutatio: ſed hic duæ. Et multò magis idem dicendum ſi Caius & Seius non cum vno Titio, ſed cum duobus, putà Tino & Mæuio, permutaſſent: quantumuis eodem tractatu & intentione vnum tantùm induduum actum & per reſolutionem in vno, reſolubilem in totum faciendi, ſed fixi hypotheſim in caſu difficiliori.

Diuiſio.

172 ¶ Nunc fundamentis totius materiæ facilè & diſtinctè per diſputationem inſigniorum particularium caſuum (ad quos cæteri reduci poſſunt)

Concluſio Quæſt. 8.

reſeratis, breuis eſt & expedita totius huius 8. quæſt. A deciſio: videlicet quòd hæc regula locum habet in permutatione: ſiue verba verificentur in vtroque, de quo non eſt dubium: vt quando vterque moritur poſt tempus in poſſeſſione citra publicationem: ſiue in altero permutantium tantum verificentur: quo caſu ſeſoluitur permutatio etiam ex parte alterius, ſiue ſuperſtitis, vt in prima: ſiue etiam ante tempus prædefuncti, vt in tertia hypotheſi. Et hoc videlicet de reſolutione etiam ex parte alterius, tam virtute huius regulæ non directa, ſed conſequutiua, quàm virtute iuris communis. Concluſionem noſtram affirmatiuam

Limit 1. 173 ¶ limito, primò ſi permutatio non proceſſerit ex affectu vel arbitrio priuatorum, ſed diœceſani decreto ex cauſa vtilitatis vel neceſſitatis Eccleſiæ, cauſa cognita, interpoſito B iuxta formam iuris, in cap. *quæſitum*. vbi latè Imo. *de rer. permutat.* quia tunc, etiam ſi alter monatur in poſſeſſione poſt menſem citra aliam publicationem vel poſſeſſionis petitionem: tamen per eius obitum non vacat beneficium ab eo poſſeſſum, ſed beneficium ei permutatum. nec reſoluitur, ſed rata manet permutatio: nec locus eſt huic regulæ, ſiue inter conſentientes, ſiue inter inuitos factum ſit: Tum quia in huiuſmodi permutatione ceſſant fraudes & rationes finales propter quas lata eſt regula: Tum quia epiſcopalis illa cauſæ cognitio, & ſententiæ vel decreti publicatio, præpollent formæ huius regulæ, & maiorem inducunt publicationem, & multò plenius ſatisfaciunt formæ & intentioni huius regulæ. Quod

Forma mandati non excreditur ſi pauper ſimpleæ. aurem pluris eſt, vtique tanti eſt, l. *cum furtis. de in lit.* C *iurand.* & forma mandati quantumcunque ſtricta, pleniùs cenſetur obſeruari quando fit melior conditio, l. *præterea. l. diligenter.* in fin. *mandat.* & magis attenditur vtilitas & finalis cauſa quàm forma, Bald. c. *vltimo.* col. 2. *de offic. de leg.* & in rubr. extra. *de procurat.* in princip. per l. *ſi hominem mandas.* Iaſ. l. *ſi procurator. C. de procurat.* Alexan. conſil. 40. nn. 10, vbi tetigi li. 5. Huiuſmodi autem decretum non poteſt apud nos interponi, niſi per diœceſanum, partibus vocatis: non autem per Papam, Legatum, vel alium eius delegatum, obſtante decreto de cauſis, in pragmatica & concordatis.

Limit. 2. 174 ¶ Limito ſecundò, ſi permutatio fiat ad finem vnionis, ſcilicet realis non perſonalis, vt dicam infra quæſt. ſeq. ad fin. puta ſi Titius habet ſacellum D quod matrici Eccleſiæ vnii expedit: vtque Titius reſignet, Epiſcopus conferr ei præbendam, ſed ante negotij realem executionem, Titius poſt menſem reſignationis à ſe ex cauſa permutationis vel aſſecurionis præbendæ factæ & admiſſæ, moritur in poſſeſſione ſacelli, ſine vlla publicatione: non vacabit ſacellum per obitum, ſed manebit vacans per reſignationem præcedentem: Præbenda verò ſi Titio collata fuerit, vacabit per eius obitum: aliàs Epiſcopus liberè de ea diſponet. Idem dico ſi Titius non ſpe commutationis vel aſſecutionis præbendæ, ſed ſimpliciter & liberaliter reſignauerit in fauorem futuræ vnionis, quia quantumuis poſt menſem abſque vlla publicatione in poſſeſſione decedat, non eſt locus E huic regulæ: ſed manet vacans ex cauſa & ad finem dictæ vnionis, dummodo ſequatur & fiat vnio. Ratio, quia huiuſmodi reſignatio tantùm fit cauſa vtilitatis ipſius Eccleſiæ: & ſic nullo modo fit irrita per hanc regulam, quæ publicæ vtilitatis Eccleſiarum cauſa lata eſt: igitur nullo modo retorquetur contra eamdem vtilitatem. l. *nulla iuris. de l. gib. l. quod fauore. C.* eod. c. *quod ob gratiam de regul. iur.* in 6. & ſic quamuis reg. locum habeat in permutatione, non ſolùm vera & propria (vt inter duos titularios) ſed nec etiam in permutatione impropria, vt hîc, vbi eſt ſimplex mutatio beneficij, non autem permutatio reciproca, & ſic videtur potius ſimplex reſignatio in fauorem, vt 3. eod. nu. 163. cum ſeq. Tamen ceſſat regula, quia hîc non fit affectu priuato, ſed publicæ vel Eccleſiaſticæ vtilitatis cauſa. Idem in ſimilibus eadem vel ſimili cauſa ſubſiſtente.

quando ordinarius admittere poſſit reſignationem in fauorem. 175 ¶ Et hîc eſt ſpecialis caſus, in quo poteſt ordinarius admittere reſignationem in fauorem, etiam conditionalem: quia hîc nulla ſimonia, nulla vetita aut ſuſpecta nundinatio verſatur: ſed Eccleſiæ iuriſque communis fauor, cap. *ſicut venire de exceſſ. prælator.* vbi ſpecialiter ad Epiſcopum diœceſanum ſpectat huiuſmodi vniones facere, & his authoram: & conſequentes ad hoc requiſita & dependentia expedire, vt reſignationes in eundem fauorem, ſi ad eum collatio ſpectet: vel decernere & iubere in eum fauorem admitti, & his, vel etiam creationi & conſtitutioni penſionis compenſatoriæ authorari. l. 2. *de iurisdict. omnium iudic.* c. *prudentiam.* §. *ſexta. de officio de leg.* Nec opus eſt recurrere ad Papam, vel Legatum: quia hîc nulla labes, nullus quæſtus priuatus, nullum *κατ' ἰδίαν* verſatur, nec ſuſpicatur, prout nihil ſit priuatorum pactionibus, ſed publica conuentione, & publico decreto, velut legitima conuentio: de qua in l. *legitima. de pact.* Et ſic non obſtant iura ſimoniaca, vt dictum eſt, nec cap. 2. *de electione.* in 6. quia loquitur in conditione, affectu, vel arbitrio priuati inducta: vnde iſtud etiam ſub vera ſuſpenſiua conditione fieri poteſt per Ordinarium, vt tangam infra eod. numero 180.

Intellec c. 2. de elec. in 6.

176 ¶ Et hic aduerte quia rationem publicæ vtilitatis requiro, non ſolùm in termino à quo, ſed etiam in termino ad quem: hoc eſt vt non ſolum fanore publico vel Eccleſiæ reſignetur, ſed etiam, vt beneficium reſignatum in eundem vſum impendatur. Non autem ſufficeret vt excludatur hæc regula, rationem publicæ vtilitatis inueniri in termino à quo: Vt anno præcedenti cum ipſi etiam Cardinales Galli, ne fortè minùs ſancti viderentur his qui prætenſum Tridentinum concilium gerebant, Rege annuente cogerentur vnicum retinere epiſcopatum. Quòd enim reliquos epiſcoparus reſignant, incipit quidem & ſit cauſa publicæ vtilitatis: ſed tamen reſignant cui volunt, & quandoque mediante compenſatione vel regreſſu, nec aliud agebatur, quàm vt pro tempore vnicum epiſcopatum habere viderentur: ita enim vulgo dicebatur. ſed anno ſequenti M. D. 21. reſciui ab his qui rebus gerendis partim interfuerunt, quòd longè aliud *κατ' ἰδίαν* agebatur à Papa & ſuis, nempe vt hac religionis ſpecie Gallis nimiùm credulis offuſa, multæ annatæ Papali fiſco lucrifierent, prout de facto contigit, magno Reipublicæ Francicæ detrimento. Viden' quibus artibus nimiùm diu ſoliti ſunt deluſos Gallos expilare.

Quare Gallis expilatur à Papa.

177 ¶ Redeundo ad rem, ſi itaque præfati Epiſcopi etiam Cardinales Galli vnius Epiſcopatus titulum retinentes, morantur poſt ſemeſtre in poſſeſſione alterius Epiſcopatus reſignati, non ſatisfacto interim huic regulæ, locus erit regulæ, Rexque rurſus liberè nominabit vel prouidebit: quia publica vtilitas non lædetur ſi vacet per obitum, iuxta hanc regulam, imò magis forſan inuabitur, vt liberiùs per obitum prouideatur, quàm per reſignationes priuatorum occultis nundinationibus & cauponationibus obnoxias. Idem ſi omnes incompatibilia beneficia poſſidentes iuberentur vnum tantùm retinere. Secus ſi huiuſmodi beneficia non vacaſſent per reſignationem, ſed per priuationem, ſi à concilio infligatur ipſo iure, non reſignando infra tempus: quia hæc regula non habet locum in alia vacatione quàm per reſignationem, etiam ſi in pœnam neglectæ reſignationis ſuccedat.

Summa. 178 ¶ Summa in caſu conſuetæ permutationis,

Aut non eſt proceſſum vſque ad admiſſionem reſignationis, & nihildum factum eſt, ſed omnia ſunt integra, & bberum eſt vtrique vel alterutri partium altera inuita pœnitere, & mandatum reuocare, debitè nooficando, iuxta clement. 1. *de renuntiat.* & ſufficit parti notificare, vt per Feli. in c. *ex parte decani de. reſcripr.* nondum enim dicitur vlla reſignatio ante admiſſionem, vt dixi in regula præcedent. in princ. Aut eſt proceſſum vſque ad reſignationis admiſſionem, & adhuc non quadrat, nec operatur hæc regula, non ſolùm ſi ab vna parte tantùm ſit admiſſa reſignatio (de quo non eſſet dubium) ſed etiam ſi vtrinque admiſſa ſit: quamuis vtroque caſu non ſit dubium quin morte alterius vel vtriuſque permutantium, vacent beneficia, non per reſignationem ſed per obitum. Sed hoc propriè non fit nec contingit virtute huius regulæ, qua hoc caſu minimè opus eſt, ſed de iure communi: & ideo ſiue ſtatim infra tempus (de quo in hac regula) ſiue poſt illud tempus, alter vel vterque moriamr, non refert ſed indiſtinctè vacat vel vacant per obitum reſignantis vel reſignantium duntaxat.

179 ¶ Ratio 1 quia huiuſmodi reſignatio conditionalis eſt prout condirionaliter fit & admittitur eo ipſo, quòd eſt cauſa certæ futuræ permutationis, & non aliàs. Si ergo permutatio non ſequitur (quod eſt, vtroque vel altero præmoriẽte) apparet neutrobique reſignatum eſſe, & ſic iure eommunt vacare per obitum: & alioquin ſeqnerentur repugnantia, quia reſignatio & admiſſio facta eſt ſpe certæ futuræ permutationis, & non aliàs: ſed ſi poſt obitum etiam alterius tantùm, fieret collatio ex vereri admiſſione reſignantis iam defuncti, hæc collatio non fieret ſpe futuræ nec præſentis permutationis, ſed ſpe vel cauſa permutationis impoſſibilis & nunquam futuræ. Imò impoſſibilis futuram fore, & ſic eſſet oppoſitum in obiecto & mera nullitas l. *vbi repugnantia. de reg. iur.* Aut verò proceſſum eſt vſque ad collationem: & hic diſtinguendum. Aut collatio ſecuta eſt ab vna parte tantùm, aut ab vtraque. Primo caſu non opus eſt hac regula, ſed demum ſecundo caſu, collatio enim ex cauſa vni partium ſiue præſenti, ſiue abſenti facta non refert, per ea quæ dicam infra cod. nu. condinonalis eſt, ſaltem condirione reſolutoria, etiam iure communi. Reſignatio enim ſeu vacatio à qua incipit, conditionalis eſt: ergo collatio quæ ſuper ea fundatur, eadem conditione afficitur, vt ſenſus communis oſtendit: & ita vtimur, vt dixi ſupra eodem num. 143.

180 ¶ Non tamen multum curandum eſt, an huiuſmodi conditio ſit ſuſpenſiua vel reſolutoria: quia cum idem ferè reſultet effectus, ſubtilitas illa magis curioſa eſt quàm vtilis. Poſtquam tamen locus incidit, paucis explicara non grauabor. Triplex eſt conditio in genere ſumpta. Prima de præſenti vel præterito, & hæc, quia non ſuſpendit nec præſentem diſpoſitionem quæ pura remanet, nec futuram reſolutionem quæ non eſt, nec ſpectatur, non eſt propriè condit. tex. in l. *itaque ſi certum petatur.* in l. *conditio. de condition. inſtituen.* in § *conditiones. inſtit. de verborum obligation.* quamuis nec hæe in electionibus admittatur ſecundùm Geminin. Philip. Franc. & omnes in c. 2. *de election.* propter ineertitudinem: quia in electionibus ob decretum futurum facilius ineteponendum requiritur maior ſimplicitas & rotunditas. In collationibus autem & præſentationibus admittunt dummodo pertinens ſit, & ex natura actus inſit: vt tradit gloſ. penultima, & omnes in dicto cap. 2. Quædam conditio de futuro, & hæc duplex, quædam ſuſpendens, & hæc ſecunda ſpecies: quædam reſoluens, & hæc vltima ſpecies. Secunda aurem illa & ſuſpenſiua propnè dicitur conditio. l. *cum ad præſens.* cum l. *ſequent. ſi certum petatur.* d. §. *conditiones.*

Triplex conditio.

Impropria.

c. 2 de elect. in 6

Suſpenſiua.

Reſolutiua.

A tex. in l. *conditionales.* in l. *cedere diem. de verbor. obligat.* Tertia quoque (quæ reſolutoria) vera quidem condrtio eſt, ſed minùs propria, velut præpoſtera: quia non impedit, interim actum eſſe purum, & ſic non ſuſpendit, ſed ſuſpenditur, l. 2. & per totum, *de in diem addict.*

181 ¶ Cùm autem ius commune condiriones auerſetur in his beneficialibus, d. c. 2. ſequitur quòd ſuſpenſiuas præ cæteris auerſatur: & ſic in iſtis per conditionem reſolutoriam minùs à iure communi, quàm per ſuſpenſiuam receditur. In dubio ergo potius reſolutoria, quàm ſuſpenſiua preſumetur. Suſpenſiua tamen non prohiberur, quando fit ex iuſta cauſa à iure approbata, vel ſi taliter per ſuperiorem poteſtatem habentem admittitur. Vnde ſi quis reſignet B fauore vnionis Eccleſiæ vtilis, poteſt ſub expreſſa conditione ſuſpenſiua reſignare, putà ſi vnio ſequatur, vel ſi patronus (cuius etiam conſenſus in vnione requiritur) conſentiat. Et poteſt Ordinarius ſub hac conditione ſuſpenſiua admittere, qua admiſſione ſecuta, quamuis reſignans interim verus titularius actu remaneat quandiu pender conditio: tamen reuocare non poteſt, cum ſemel ſuperior acceptauerit, & conditione ſecuta, non opus erit alia reſignatione vel conſenſu. Et pariter ſi Papa concordatum factum ſub expreſſis conditionibus ſuſpenſiuis approbet, valent vt ſuſpenſiuæ, ſecundùm foronam contractus homologatam.

Conditio reſolutoria poſtis admittitur & præſumitur.

182 ¶ Sed in hoc dubio potius reſolutoria quàm ſuſpenſiua condino præſumitur: & ita potius intet- C pretatur, vt ſtatim vacet, ſtatim collatario ius quæratur, ſed reſolubiliter, condiño enim reſolutoria non tam exotbitat à iure communi, in quo nulla ſunt exẽpla conditionis ſuſpenſiuæ, in beneficialibus, ſed bene conditionis reſolutoriæ: de qua caſus eſt in c. *ſi beneficia. de præbend.* in 6. vbi patet quod interim vetè per reſignationem ſimplicem vacauit: & quòd collario alij facta & pluribus deinde ſucceſſoribus tenuit, reſolubiliter tamen. Hæc autem noua noſtra ſpeculatio non tani vtilis eſt in praxi quàm in rheoria, ad clarificandum intellectum, & omnem ſcrupulum auferendum. Conditio autem ſuſpenſiua non trabitur retrò, condino verò reſolutoria retrò trahitur vt infrà, niſi quoad legitimè adminiſtrata, & fructus bona fide perceptos, ſecundùm ſint cuiuſque caſus circD cunſtantias & æquitatem.

183 ¶ Ex his hodie decidi quæſtionem huiuſmodi. Graviter ægrotans reſignauit beneficium in manu Capituli collarons Odinarij, ad curam parochialem ſeu ius in ea prætenſum per Titium: cui Capitulum ex ea cauſa contulit, triduò poſt, reſignans de eadem infirmitate obiit: Capitulum rurſus per obitum contulit Caio, qui litigat cum Titio, & vrget regulam *de infirmis*, & opinionem eorum qui tenent eam habere locum in Ordinario conferente ex cauſa neceſſaria, pura permutationis, ſed eam larè confutari in dicta regula numero 1030. cum ſequent. numero 71. numero 331. Et ſic collatio per obitum non poteſt ſuſtineri ex hoc capite. Sed nec ex capite E fraudis vel ſimulationis: de qua in cap. *de renuntiation.* in 6. quia non ſufficit ſola infirmitas, ſed requireretur concurſus aliarum præſumptionum: vt dixi in annotat. ad Philipp. Decium conſilio 210. nec etiam (& erat tertium quod allegabat Caius) ſuſtineturex communi ſententia, quod permutano ſaltem per Ordinarium non poteſt fieri niſi de beneficiis titularis & ſuis, id eſt, quorum permutantes ſunt veri titularij, vt volunt Gemina. Philip. Franc. in c. *vnico. de rer. permutat.* in 6. per illum text. in verbo *ſua beneficia*, & ſic quod fieri non poſſit cũ iure prætenſo: Tũ quia odioſa eſt ceſſio linum, *de aliena. iudi. mutan. cauſa. facta.* per totum. l *per diuerſas.* l. vltima. C. *mãda.* Et quarto allegabatur quòd in benefi-

Thema.

prohibita eſt ſubrogatio, etiam per ceſſionem, c. 2. *vt lite pendente.* in 6. Quòd autem iſta reſignatio ſit merè ad ius prætenſum, liquet, quia idem ſunt dicere ad curam ſeu ius prætenſum, & ad ius prætenſum tantùm: Tum quia hoc vltimum tantumdem importat. Tum quia in alternatiuis ſummarum, quotarum vel temporis ſemper ipſo iure minùs dontaxat eſt in obligatione, l. *ſi ita ſtipulatus fuero.* eum l. ſequent. *de verborum obligationib.* & ſic potiot eſt Caius, corruente permutatione, quæ non poteſt ex omnium ſententia fieri de beneficijs prætenſis.

184 ¶ Sed reſpondetur quod illa communis ſententia falſa eſt & ſophiſtica, vt dixi in annot. ad Philippum Decium in dicto conſilio ducenteſimo decimo. verbum enim *ſua beneficia.* in dicto c. *vnico de rerum permutat.* in ſexto (vt etiam ibi dixi ſuper text.) non reſpicit formulam tituli, ſed initiam alienam, & ſic non ſequitur quin ius prætenſum permutari poſſit cum vero titulo, ſicut & hoſpitale cum beneficio titulato, ſi reſignans velit, quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria cap. *ſcienti, de reg. iuris* in 6. Et ſicut poteſt reſignare ſimpliciter, ita & cauſa permutationis ad ius prætenſum. Et quemadmodum propter abuſum præuentionum Papæ, refrixit diſciplina Eccleſiaſtica, ita vt ordinarij authoritatem ſuam in permutationibus (de qua in c. *quæſitum. de rerum permutat.*) amiſerint, vt dixi in reg. *de infirmis.* num. 36. Ita cœperunt inferiores admittere quaſuis reſignationes, etiã ad iura prætenſa. Et pariter ad quarto loco allegatum dico, quod deſitum eſt illud c. 2. *vt lite pendente.* in 6. ne deterius eueniret, cum ſumptu adeundo Papam, vel Legatum, quibus omnia proſtant. Cum ſic omnia argumenta clientuli repulſſent, rogaui an dictæ curiæ vel iuris prætenſi facta fuiſſet collatio defuncto in eius vita: cúmque audiſſem eum morte præuentum, quia collatio curiæ ſpectabat ad Epiſcopum alterius diœceſis, qui tam citò non potuit adiri.

185 ¶ Reſpondi rem in vado eſſe, & Caium verum & indubitatum ius habere, non beneficio regulæ *de infirmis reſignantib.* quæ ooo habet locum in Ordinario: ſed à diſpoſitione iuris communis: idque duplici medio, primo, quia ipſa hypotheſis ſatis oſtendit factum in fraudem canonum de ſucceſſore non diligendo, & in fraudem prohibitionis reſignationum in fauorem, quia certum eſt quod moribundus ille nolebat aſſequi prætenſum illud ius litigioſum ſi ſuperuicturus eſſet, & multominus ſi moriturus eſſet: niſi tantùm vt gratiam faceret Tino ſonè nepoti ſuo, vel in cuius gratiam tantùm ad hoc inductus fuit. Cùm autem Ordinarius ad ſimplicem reſignationem ægroti non fuiſſet collaturus Tino, ſed alij: & potuis noo admiſiſſet reſignationem, ſed expectaſſet obitum imminentem, ideo commenti ſunt hanc permutationem de iure prærenſo, fortè apud vicarium generalem, & cum dubitaretur non ſuperſore tempus verſimilis nouæ ad mittendum Romam propter mortem nimis vicinam. Cùm ergo tam multæ præſumptiones ſimul concurrant, prima infirmitatis, ſecunda mortis vicinæ, tertia inæqualitatis beneficiorum, quarta etiam oullius beneficij, ſed iuris prætenſi, ſatis eſt ad præſumendum fraudem mixta not. in c. 2. *de renuntia.* in 6. & per ea quæ latè ſcripſi in reg. *de infir. reſignan.* onm. 112. Item alio & ſecundo modo iuris communis, videlicet ex natura non impletæ permutationis & quæ etiam in effectu impleri verſimiliter non potetat in vita dicti ægroti, & quia reſignatio infirmi erat ſub conditiooe quæ proſus defecit per prædicta:

186 ¶ Quoniam in permutaoone, collatio ab vna tantùm parte ſecuta, non eſt dura, ſed tanquam conditionalis pendet, ſeu preſſiùs loquendo, non perdet quantùm ad actum præſentem (niſi per habentem poteſtatem, ſub expreſſa conditione ſuſpenſiua ſit admiſſa) ſed quantùm ad futurum propter implicitum reſoluooois ſtatum qui pendet: vt in ſimili diximus in regula *de infirmis*, nuoero 81. eum ſequent. fa. quod in extricatio. labyrinthi diuidui & indiuidui parte. 1. ſuper §. *ex horum.* num. 7. cum ſeq. diximus, quod ibi obligatio ipſa non pendet, ſed res reſoluta, & ſic propriè hæc collatio non pendet, vt etiam vult gloſſ. 1. ver. *aſſeguari.* in nr. *de præbend.* ſed commutabilis eſt, & illa commutabilitas ſeu conditio reſolubilis pendet, donec reciprocè ex eadem cauſa conferatur, quo quandocunque deficiente, (niſi culpa vel dolo alterius prout infra dicam) & ſic conditione reſolubili extante, non cenſetur reſignatum nec collatum: vt etiam vult d. glo. 1. in prin. quæ ita debet cum ſui fine concordari, ſed perinde per obitum vel alium contingentem modum vacabit, ac ſi nihil factum eſſet. Et ſic non eſt locus huic regulæ, ſed iuri communi. Imò etiam vtrinque collatione ſecuta, licet diminuatur, & quantum ad hoc tollatur: tamen oon prorſus ceſſat conditio reſolutoria, quia implementum ſequi debet, & manere cum effecto, & ſic huiuſmodi reſolubiliras oon ſolum impendet ab inino (vt ſæpe dictum eſt. ſed etiam ex poſt facto, non ſolum collatione hinc inde ſecuta, ſed etiam poſſeſſione adepta & vtinque realiter impleta:

187 ¶ Quia adhuc ſequi poteſt eiuctio de iure vel de facto, ex vero vel prætenſo defectu iuris alterutrius, qua ſecuta paſſus euictionem redit ad antiquum beneficium, titulum, & poſſeſſionem ſine noua collatione, ſed ex veteri iure. Et ita apud nos etiam ſolo iudice ſæculari adito practicamus, vt, quatenus cuincitur, eatenus tedeat, videlicet ad plenum ius, ſi in totum euincitur, etiam tam in petitorio quam in poſſeſſorio: vt ſi euincitur per alium triennalem poſſeſſorem, & ſic tam in proprietate tituli quam in poſſeſſione: quia eodem iudicio decreti *de pacifcis*, per eundem iudicem ſæcularem & Regium (ad quem huius decreti ſpectat cognitio) recuperabit tam proprietatem tituli dudum permutati, quam poſſeſſionem. Si vero euincitur in pleno poſſeſſorio, plenum quoque poſſeſſorium beneficij permutari contra compermutantem adiudicabitur, etiam eodem iudicio, ſi compermutans defenſionis & euictionis oomine vocatus ſit, prout vocari poteſt, nec declinare poterit ratione domicilij aut iuris communis: quamuis cauſam integram cutare poſſit remini ad iudicem ſuum priuilegiatum, ſi quem (puta vt ſcholaris) habeat. Si verò à poſſeſſione prouiſionali ſeu fiduciaria (quam tectedentiam vocant) euincitur, eandem prouiſionem obtinebit ad vetus beneficium. Si ſequeſtrationem petetur: obtinebit eodem iudicio non ſolùm ſequeſtraoonem veteris beneficij in manum tertij: ſed vt ipſe per ſe veteri beneficio quaſi ſequeſter fruatur, quandiu dubabit ſequeſtrum beneficij compermutati, idque oon ſolùm contrà ipſum compermutantem, ſed etiam contra quemuis in veteri beneficio ſucceſſorem, per text. *in ſimili.* in c. *ſi beneficia.* ad fi. *de præbend* in 6. & donec ſionle impedimentum tollatur. Et ita notoriè practicamus in hoc regno.

188 ¶ Ex quibus etiam liquet quàm falſum ſit quod quidam ſuis affectibus blandientes putant, quod ſuperſtes permutantium bona (vt vocant) fortuna poſſit vti, ſi defunctus negligens fuerit in exequendo procuratorium (vt vocant) ſibi datum ad reſignandum in ſui fauorem, & morte præuentus ſit. Reſignatio eoim defuncti & collano facta ſuperſtiti conditionales erant, condinone ſuſpenſiua à iure approbara, & ſaltem conditione reſolutoria, quæ defuncto prals moriente quàm ſibi impleretur extint. Et ſic per obitum eius indiſtincte vacat, ac ſi nunquam reſignaſſet. Itaque ſuperſtes non

Superſtes bona fortuna.

ſolùm nequit vti bona fortuna in vtroque retinendo: ſed nec in eligendo quidem vtrum retineat vel dimittat: ſed omnino dimittere tenetur beneficium ſibi reſignatum, quod (etiam ſi poſſeſſionem adeptus eſſet) ipſo iure conferibile eſt per obitum. Nec obſtat quantum ad vltimum, quòd caſus contingens in perſonam alterius non deber nocere ſuperſtiti: ſed ſufficere quòd lucrum non adferat, & ſic nec damnum, & conſequentet non auferat titulum, præſertim cum poſſeſſione reali quæſitum ſuperſtiti, cui nullo alio iure auferetur, & patato aliud beneficium dimittere: Quia reſponderur quòd ſatis eſt non eſſe quæſitum ius ſuperſtiti, niſi ſub conditione reſolutoria quæ exiit, & quòd ſuperior ei non contulit putè, ſed conditionaliter & limitatim ex cauſa permutationis non aliàs, quæ cauſa defecit. Tum condino miſta, qualis eſt iſta, deficiens per caſum fortuitum, etiam contingentem in perſonam aduerſan), facit deficere diſpoſitionem. l. j. §. *ſi pater. C. de inſtit. & ſubſt. l. in teſtamento.* 2. *de condit. & demonſtra.*

Conditio miſta.

189 ¶ Tum aliàs ſequeretur quòd per obitum etiam veteris poſſeſſoris etiam in poſſeſſione morientis nihil vacaret, nec beneficium vetus, quia iam reſignatum & collatum ſuperſtiti: nec beneficium compermutandum, quia non fuit reſignatum, & ſic multò minus collatum defuncto, qui nunquam in eo ius habuit, & ſic nihil per obitum impetrari poſſet, & conſequenter fruſtrarentur omnes nominati, graduati, mandatarij, & alij canonici expectantes, & etiam omnes impetrantes præſertim in hoc regno, vbi beneficium vacaturum, vel quo quis priuandus eſt, etiam certum corpus beneficij non poteſt impetrari: & ſic multò minus poteſt fieri impetratio alternatiua & incerta, & de vacaturo, tam contra c. 2. *de electo.* in 6. quàm contra decretum *de reſervat. ſublat.* Prætetea via eſſet aperta promiſcua & facillima reſignandi paſſim etiam apud Ordinarios in fauorē, & cum regreſſu, quia habens pingue ſacerdotium incidens in morbum, vel aliud periculum, aut dubium vitæ, vel ſtatus mutandi, puta in coniugium vel militiam, reſignaret ſtatri, nepoti vel colluſori, non ſimpliciter nec expreſsè in fauorem: ſed accerſito titulo permutationis, cum vili ſorte beneficio, vel ad nullum beneficium, ſed ad ius per colluſorem prætenſum in alieno beneficio: & ex ſua quidem parte curatet permutationem expediri & ſacerdotium illi conferri, ſed non ex parte illius, videlicet non curando ſibi impleri, vt ſic ſi præmoreretur, aut miles, aut matitus fieret, ſacerdotium ſuus non periret, nec impetrati poſſet: ſed lucro cederet ius quem delegit: Ecce iam in effectu reſignationem in fauorem: Si verò ſuperſtes eſſet in clericali ſtatu manens, beneficium ſuum recuperaret, vel ſaltem alteto naturaliter, vel etiam ciuiliter tantùm præmortuo, quum permotationi ex parte ſua non ſatisfeciſſet. Ecce regreſſum etiam in omnem caſum & euentum.

190 ¶ Quinetiam in omnem euentum ſemper Ordinarius in aliquo fruſtraretur, quia etiam dato & conceſſo quod Ordinarius poſſet ſuperſtitem cogere ad reſignandum & dimittendum vnum beneficium: tamen ſi per obitum defuncti nō vacabit beneficium per eum reſignatum, tunc cùm non ſuperſit alius qui habeat ius in re vel ad rem, in hoc vel in illo beneficio, ſequetur quòd Ordinarius non potent ſuperſtitem cogere ad dimittendum precisè certum beneficium: ſed quòd ad ſummum ſuperſtius electio, & adhuc ſuperſtes non poſſet ad eligendum cogi, niſi vocatus & cauſa cognitā, quo facto rurſus alium breuem terminum habebit ad eligendum: & interim per fruſtrationes & intercapedinem temporis, facilè poterit ſuperſtes vel cum officiariis ordinariis cauponari, vel à Papa, vel Legato impetrare vt ſibi liceat vtrūque retinere, & nouam in quantùm opus eſſet redimere collationem, & ſic etiam ordinarij quantumuis vigilantes fruſtrabuntur.

191 ¶ Species ergo furti eſt, quod pragmatici iactant hic de bona fortuna. Vt enim frequens actus habitum, conſuetudo alteram naturam generant: ita qui maiorum peccatorum conſuetudine callum obduxere, facilè ad minora caligant & inter τὰ ἀδιάφορα reputant, vt omnes Philoſophi morales & Theologi, in quoeis magiſter Ioan. Gerſon in ſanctilegio *de conceptibus.* & in ſanctilegio *de impulſibus*, in tertia parte operum, teſtantur. Age, vitium & ſpeciem furti eſſe conuincamus re in apertum educta, cuius reſignatio cauſa permutationis, ſiue præſentis, ſiue futuræ implicat clauſulam, nec aliter, nec aliàs, nec alio modo. Ergo omnis huiuſmodi reſignatio conditionalis eſt conditione ſiſpenſiua, aut ſaltem reſolutoria intrinſecus & viſceraliter (vt ita loquar) ab imo inexiſtente.

192 ¶ Patet enumerando ſingulos gradus: primus, Titius reſignauit curam cauſa permutationis ad canonicatum Seij. Si tantum eſt admiſſa reſignatio citra vel contrà, nec ad aliud proceſſum, hic eſt primus gradus, in quo certum eſt quod præmoriente Titio, vacat cura per eius obitum iure communi etiam citra caſus regularum, *de inſtit. reſignat. vel de publicandis*, quaſi dicta reſignatione nunquam facta. Præmoriente verò Seio Titius ipſo iure in veteri titulo curæ ſuæ remanet, quaſi nunquam reſignauerit, vt in fortioribus terminis decidit Domi. de ſancto Geminia. in c. *ſi beneficia.* colum. vlt. *de prabend.* in 6, idem ſi Seius ciuiliter præmoritur, vel ſi reuocet tractatum permutationis, vt poteſt. Sed Titius qui reſignauit, non poteſt amplius reuocare ex capite pœnitentiæ, ſed tantum ex capite cauſæ non ſequutæ, vt dixi. Secundus gradus eſt quando vtriuſque admiſſa eſt reſignatio: Et tunc quamuis neuter reuocare poſſit ex capite pœnitentiæ, tamen alterutro præmoriente per obitum vacat beneficium per illum reſignatum, ſuperſtes autem ipſo iure remanet in veteri titulo & beneficio ſuo.

1. Gradus.

2. Gradus.

195 ¶ Tertius gradus eſt quando ſecuta eſt collatio ab vna parte tantùm, & tunc ſi collatus præmoritur nullo caſu poteſt vtrumque beneficium vacare per eius obitum. Et ſic moriens non aufert bonam illam fortunam quam vulgò putant: nec poteſt eam relinquere ſucceſſoribus ſuis. Patet, ſacutam collatam fuiſſe Seio, qui mon nir ante canonicatum ex eadem cauſa collatum Titio, Tunc aut canomcatus non erat reſignatus, nec eius reſignatio admiſſa, & tunc tanquam cauſa defecta, inſecta eſt permutatio & vacante canonicatu per obitum Scij, Titius remanet ipſo iure in veteri iure & titulo curæ. Idem è conuerſo. Aut reſignatio canonicatus erat admiſſa, ſed nondum collatio facta, & tunc non vacat canonicatus per obitum Seij, ſed remanet vacans ex cauſa dictæ permutationis, quæ ſortita eſt effectum ex parte Seij per cuius obitum cura vacat, Titius autem poteſt & debet petere canonicarum ſibi conferri, vtpote ſibi ſoli affectum & debitum in c. 14. *de rer. permutat.* in 6.

3. Gradus.

194 ¶ Quod ſi Titius deinde repudier, moriatur, vel inhabilis fiat, non fingitur canonicatus non fuiſſe reſignatus vel reuerſus ad Seium defunctum, vt vacet per eius obitum: ſed reſignatio & vacatio illa conditionalis, tanquam ſola condition e remota tranſibit, & peri potent per mandatarium Papiſticum, ſed non per nominatum vel graduatum, niſi permutatio argueretur fraudulenta vel ſimolata, ſeu alias ab initio vitioſa. Nullum ergo veſtigium dictæ bonæ fortunæ Seio ſolo collatario præmoriente. Aut verò Titius qui reſignauit, & cui non eſt collatio facta, præmoritur ſuperſtite Seio collatario curæ qui reſignauerat vt debebat canonicarum, cuius nondum colla-

tio erat facta Titio, & tunc nũ poteſt eſſe locus dictæ bonæ fortunæ. Canonicatus autẽ non vacat per obitum Titij, cui non fuit collatus, nec fingitur ei fuiſſe collatus: quia nulla ratio id poſtulat. nedum nullo iure cauetur, nec reuertitur ad Seium ſuperſtitem quia multominus id vlla ratio poſtulat, nedum nullo iure cauetur: ſed remanet vacans ſimpliciter in libera diſpoſitione ordinarij, tanquam reſignatione conditionali ſola conditione ſublata remanente ſimplici vel tranſeunte in reſignationem ſimplicem & cadere potent in mandata Papiſtica, ſed non in nominatos academiarum, niſi vt nupet obiter tetigi.

195 ¶ Si verò Seius collatarius curæ nondum reſignauerat canonicatum, vel nondum erat admiſſa cius reſignatio, verum eſt quòd non poteſt amplius admitti reſignatio canonicatus ex cauſa dictæ prtmutationis perficiendæ, quam perfici impoſſibile eſt, nec poteſt amplius procurator Seij reſignare ex dicta cauſa quæ morte Titij finita eſt, & ſic reuocatum mandatum abſque alia reuocatione. Tamen non poteſt Seius vtrumque retinere, imò poteſt ab Epiſcopo cogi præciſe dimittere curam, etiam ſi offerat abſolutè reſignate canonicatum. Plus dico, curam eſſe impetrabilem tanquam per obitum Titij vacantem, etiam ad commodum graduatorum & nominatorum: quia non fuit reſignata niſi ſub conditione futuræ permutationis, quæ non eſt ſequuta ex parte Seij ſuperſtitis, qui tempore opportuno non impleuit ex parte ſua, nec reſignauit canonicatum ex dicta cauſa, nec ampliùs reſignare poteſt. Quorſum igitur illa bona fortuna? deſinant ergo ſibi effectibus ſuis in errore blandiri, quorum indocta dicacitas me coëgit pleniùs eundem articulum in hac ſecunda & poſtrema editione reſumere: quod ſi vtrinque collatio facta fuerit, iſte non eſt gradus, ſed complementum permutationis.

196 ¶ Quod autem nuper dixi ſuperſtitem omnino teneri dimittere beneficium ſibi reſignatum, intellige quando permutatio impeditur per caſum ſortuitum obitus defuncti, vel culpa ſuperſtitis, ſecus ſi per culpam vel machinationem defuncti, quia tunc ſuperſtes poteſt retinere beneficium ſibi permutatum, dimittendo illud quod reſignare debebat, quod ſolum per reſignationem ſuam vacabit. Iam huc ineuntis materia c. *ſi beneficia de præbend.* in 6. ſed hos excurſus remitto ad ea quæ ibi dicam, ne prolixiore ecbaſi methodum noſtram abrumpam: Ad quam redeundo, 197 ¶ ſtat Concluſio quòd hæc regula non habet locum, nec operatur in permutatione ex altera parte tantùm: ſed ſemper vtrinque permutationem reſoluit, ſiue directò incipiat ab vtroque, quòd eſt quando vterque poſt ſimplicem collationem reciprocam moritur, & in poſſeſſione veteri, & poſt tempus hic præfixum: Siue incipiat ab vno moricute in poſſeſſione poſt dictum tempus, & in conſequentiam extendatur ad alterum, ſiue ſuperſtitem, ſiue præmortuum. Non minus ergo locus eſt huic regulæ in permotationibus quam in alus reſignationibus, dummodò termini regulæ verificentur. Imò hoc ampliùs eſt in permotatione quod ſufficit verba regulæ verificati in vno ſolo permutantium, vt locum habeat in vtroque. Quod ſi in neutro permutantium verificentur, ceſſat regula, & iuri communi locus relinquetur.

198 ¶ Vnde ſi vterque permutantium poſt collationem hinc inde ſequutam, moritur in poſſeſſione veteris beneficij infra hoc tempus, vacant beneficia per obitum quidem, ſed non per obitum poſſeſſoris, licèt veteris & putatiui titularij: ſed per obitum reſignatarij, ita quod impetrans per obitum reſignatarij, etiam poſterior in data, præfertur ei qui etiam prius impetrauit per obitum poſſeſſoris, c. *ſuſceptum.* in 2. reſponſo, *de reſcript.* in 6. vbi tex. eſt rotundus, collationem factam per verum vacandi modum, licèt occultum, putà per ceſſionem quæ non eſt nota, præferri collationi, etiam de ptioti data, factæ per putatiuum vacandi modum, & qui communiter pro vero habebatur, vt per obitum poſſeſſoris antiqui titularij, in ea reputatione nototiè defuncti.

199 ¶ Amplio concluſionem noſtram etiam ſi altera collatio facta fuerit abſenti & ignoranti, vel etiam ſi vtraque facta ſit abſentibus & ignorantibus, quia eſt facta conſentienti vel conſentientibus, ex quo conſtat de præcedenti voluntate permutandi, & ex cauſa permutationis reciprocæ acquirendi, vnde non requiritur alius nouus conſenſus nec alia noua acceptio. Non enim pendet huiuſmodi collatio: ſed ſtatim verum titulum & ius in re imprimit abſenti, vt poteiam volenti & conſentienti, & ſic non eſt aliud expectandum, nec habet locum c. *ſi abſenti. de præbend.* in 6. de quo diximus ſupra in reg. *de infirmis reſignant.* num. 72.

200 ¶ Limito primò, ſi primus ille per obitum poſſeſſoris priore loco impetrans ſit prouiſus à Papa vel Legato cum clauſula, vt aſſolet, *quauiſmodo & cuiuſcunque perſona*, & tunc reſignatarius mortuus erat: non enim ſufficeret clauſula *quouiſmodo.* certa perſona iam expreſſa ad quam reſtringeretur, vt decidit Rota in antiq. deciſio. 485. *nota quod de reſcrip.* Lapus, Geminia. Philip. Fran. d. c. *ſuſceptum.* colum. 2. Fely. c. *in noſtra* col. 27. *de reſcrip.* Limito ſecundò, ſi ordinarius à quo per obitum poſſeſſoris impetratur, hanc etiam clauſulam expreſſerit, prout eam addere poteſt ſi velit, tum quia iure non prohibetur, tum quia non tenetur exprimere modum vacandi in ſua collatione, vt tenent omnes, quo caſu videlicet nullo modo expreſſo, venit omnis modus vacandi. gl. in Cl. 1. ver. *quamuis* & ibi Panot. Card. Fl. q. 5. Gemin. Philip. Franc. c. *cum in illa § illa verò. de præbend.* in 6. Rota deciſ. 14. *de conceſſ. præb.* in deciſ. 10. *de præb* in nouis. Felyn. c. *ſedes.* col. 4. c. *in noſtra.* col. 32 & latiùs col. 371. *de reſcript.* Gem. d. c. *ſuſceptum* col. penul. Ioan. Salua: trac. *de beneficio.* par. 3. q. 11. num. 40. igitur ſi certum vacandi modum expreſſerit, non tamen animo reſtringendi: vt quando dictam clauſulam apponit, valet collario quocunque modo, & ex cuiuſcunque, perſona vacet, per nuta in d. c. *ſuſceptum.* in c. *cum in illa. § cum autem. de præbend.* in 6. Et in terminis quòd ordinarius poſſit vti hac clauſula, decidit Lap. alleg. 6. Gemina. Philip. Franc. in c. 2. *de electio.* in 6.

201 ¶ Limito tertiò, vt prouiſus per putatiuum modum vacandi obtineat quando non habet concurrentem ex veto modo vacandi: tunc enim nihil eſt quod ei obſtet, vt tenent omnes canon. in d. c. *ſuſceptum.* Lap. de caſtello. alle. 89. factum, ſuper quo Felyn. in c. *in noſtra.* cotolla. 37. limit. 2. ita quod parrochiani & ſimiles non prætendentes titulum beneficij, non ſunt admiſſibiles ad impediendum prouiſum, per modum putatiuum & allegandum alium verum vacandi modum: vt pulchrè Pet. Anchat. conſi. 117. ſatis impertinens. Limito quartò, vt nec concurrens ex vero modo vacandi ſit admiſſibilis, ſi veniat poſt triennium pacificæ poſſeſſionis prouiſi per putatiuum modum vacandi, cùm titulum coloratum habeat, & ſic ei profit decretum *de pacificis.*

202 ¶ Limito quintò, etiam ſi veniat infra annum, ſed ex prætenſa incapacitate defuncti, ſiue quia illegitimus, vel plura incompatibilia poſſidebat, vel aliàs, quia huiuſmodi impetrans non eſt admiſſibilis ad hoc allegandum poſt obitum in pacifica poſſeſſione defuncti, & ſi in inſtantia litis admiſſus fuerit, & probauerit, non prodeſt: quia ſufficit prouiſio per obitum poſſeſſoris allegare legitimationem vel diſpenſationem ſeu horum veriſimilitudinem; ex quo des

vm modus
vm vacandi pua-
s uo præfer-
ur.

functus pluribus annis pacificè possedit: nec tenetur aliter docere Calderi. cons. 10. *de rer. permuta.* Egid. Bellem. decisio. 594. decisio. 595. glo. pragm. in verbo *inquirent.* in verbo *quandoque, de pacific. possessio.* Quòd autem Inno. Hosti. Panor. in c. *illud de præsum.* in c. *cum venerabilis, de except.* dicunt possessionem defuncti transferre onus probandi in pugnantem, verum est, & sanè intelligendum quando defunctus modico tempore possedit: secus si aliquot annis pacificè, quia tunc non transfertur, sed admittitur facultas contrarium probandi, quasi non sit simplex præsumptio, sed præsumptio iuris & de iure. Quod procedit non solum in fauorem prouisi per obitum defuncti, sed etiam per resignationem eius qui aliquot annis pacificè possedit. Rota decis. 112. *de rer. permut.* in no. Iud. Rom. cons. 465. *in re præsenti.* Lap alleg. 89. decisio, Thol. 447. gl. pragm. tit. *de pacific. possess.* verbo. *inquirant* col. 2. in fi. versic. de otulo autem sui prædecessoris Stephan. Bertrand. consi. 132. in fi. lib. 2. Arestum. Cassador. *de cons. possess. & propriet.* decisio. 2. cum duabus sequent. & ita practicatur, & sæpe iudicatum fuit in hoc summo Parisiorum Senatu: vt super prioratu sancti Desiderij pro fratre Ioanne de Neufbourg.

203 ¶ Imò etiam si iam beneficia erant impetrata per incapacitatem, deinde possessor ante citationem & litem motam resignauerit, vt circiter viginti quinque sunt anni (ab anno M. D. 11. quo hæc scribebam) super prioratu Yssoriensi in Aruernia, cum præfecti libellorum supplicum Palatij, fiduciariam possessionem, quam tecredentiam vocant, adiudicassent resignatario possessoris: & vtraque pars appellasset, videlicet resignatarius ex eo quòd plenum possessorium non fuerat sibi diffinitiuè adiudicatum: actor autem (qui Romæ per incapacitatem, incompatibilitatem, & deuolutionem diutinam impetrauerat) quia de illis per instrumenta docebat, bullásque suæ impetrationis ostendebat sub data prioo ante resignationem & omnium resignatarij. Tamen quia resignatio erat expedita ante citationem & litem motam, per arestum huius Senatus, sententia fuit annullata, plenúmque possessorium resignatario adiudicatum. Quinetiam noo dudum iudicari vidi in eodem Senatu pro impetrante per obitum Ludouici Seguyer, qui diu pacificè plura incompatibilia possederat, & in eorum possessione decesserat, contra deolutarium, licèt ostenderet se oon solùm viuo defuncto impetrasse, sed etiam ad citationem & quædam acta litis processisse, quæ non fuerunt habita pro seria lite: quoniam ex quibusdam circunstantiis dubitabatur an peruenissent ad notitiam possessoris paulò post defuncti, & latum fuit illud arestum mense Februario anno sesquimillesimo quadragesimo octauo, confirmando sententiam præfectorum libellis supplicibus palaoj latam vindicis Iulij, anno sesquimillesimo quadragesimo sexto.

Arestum.

204 ¶ Limito sextò, etiam si quis veniat per verum modum vacandi ex caplte spontaneæ cessionis, de qua docet, vt in d. c. *susceptum.* in fin. quia si impetrans per obituo doceat de infirmitate defuncti tempore cessionis, eúmque infra viginti dies de eadem decessisse, excludetur resignatarius per regulam præcedentem. *de infirm. resign.* etiam si veniat infra annum vel mox ab obitu. Idem si resignans erat sanus, sed mortuus in possessione post tempus huius regulæ, nec cessionarius doceat de sufficienti publicatione ante obitum: & sic per vtramque regulam limitatur dictum caput. Et hîc sit finis huic 8 q. cum suis appendicibus clarissimè explicatæ.

Quæst 9.

205 ¶ Nonò quæro de termino à quo temporis publicandi huius reg. videlicet à quo tempore currere incipiat. An à simplici admissione resignationis? Et si sic an etiam à conditionali, an verò à pura, vel ea demum purificata? Ao verò incipiat à collatione? Et si sic, an etiam à condirionali, vel demum pura, vel purificata: Et an etiam ante acceptationem, vel demum post acceptionem vel scientiam? An verò incipiat à die præstiti consensus, de quo in reg. cancellariæ. Innocen. 8. 43. Et sic in hac quæstio. tria sunt membra principalia quorum primum in duas, secundum verò in quatuor particulas subdiuiditur. Et quia iam piget me singula membra (vt in præcedenobus) singulatim disputare, summariè paucísque defungar. Gomes. hîc q. 7. post longam disputationem decidit quòd non incipiat currere nisi die præstiti consensus, qui etiam post obitum præstari potest secundùm eum. Sed operæ pretium est audire quibus rationibus, quas ad sex reduco. Prima, quia (inquit Gomes.) resignano ante consensum præstitum per resignantem, est informis & imperfecta: imò etiam signatura per se, est ter informis ante confectas literas. Secunda, quia si contrarium diceretur, infinitæ fraudes fingi possent. Nam quius supplicationem resignationis, nomine meo & me ignorante confingere posset, & facere per Papam admitti, & sic me ignorantem & inuitum spoliare beneficiis meis. Igitur prærequiritur consensus tanquam causa formalis, per quam actus resignationis perficitur: & sic sola supplicatio facta Papæ, & concessio per eum facta, tanquam incerta & dubia de voluntate tum resignantis, tum concedentis qui se refert ad consensum de quo nihil scit an sit vel futurus sit, non sufficit, nec robur habet. Hinc dicit quotidie in Rota seruari, quòd articulans de iure teroj, per solam supplicationem vel signaturam à Papa signatam non admittitur: quia non dicitur ius clarum, sed incertum & non liquidum.

Cõtra Gomes.

206 ¶ Tertia, quia consensus resignantis potest præstari per plures menses post resignationem, etiam post mortem resignantis, per extauagantem Alexao. VI. etiam elapso anno post mortem iuxta bullam Alexand. quæ superuacua & eluforia esset, si tempus publicandi interim curreret: quia tempus interim lapsum esset: & sic non posset consensus præstari iuxta bullam Alexand. quæ remaneret eluforia. Quarta, quia ante præstitum consensum, resignans potest pœnitere, & reuocare: vel citra pœnitentiam potest mori, non constituto procuratore ad consensum præstandum: & sic frustra fierent sumptus & labores publicationis ante dictum consensum. Quinta, quia sola signatura non est sufficiens ad publicandum: sed requiruntur bullæ expeditæ, quæ sine dicto consensu expedire non possunt, ergo de necessitate consensus ille requiritur à quo tempora publicationis currere incipiant. Sexta, quod sola signatura sine expeditione bullarum, non est canonicus titulus: ad quod citat Rotam *de prebend.* concl. 17. in no. quæ nil dicit. Nec secundum eum excusat in foro conscientiæ, ad quod vnicum suspectum teslem, nempe bullistam citat, videlicet Hier. Paul. in pract. Cancel. Hæ sunt rationes Gomesij, sed certè prima, secunda & quarta præsupponunt omnia fieri sine literis mandati: tertia verò fundatur in tolerando abusu non solum falsitatibus obnoxia, sed eas vt cæcias nubes inuitante. Quinta verò & sexta non respiciunt substantiam, sed probationem & testificationem bullarum: & sic nec singulæ, nec omnes simul concludunt.

Cõtra Gomes.

207 ¶ Rursus prima, quarta, & vltima recidunt in idem, & cum reg. cancellar. 29 quæ annullat omnia gesta, bullis non confectis: quas regulas burlatet vocant. Cæterùm solo verbo gratia perfecta est, & ex supplicatione signata statim verum ius quæsitum: text. cum glo. in c. *institutionis* 21 q. 2. text. cum gloss. & ibi Card. Flor. elemen. *dudum.* § *nec enim. de sepult.* adeo quòd, vt inquit Bald. in l. *imperata.* colum. 1. C. sententiam rescindi non posse. statim emisso verbo

viuæ vocis, gratia eſt perfecta quantum ad quidditatem & ſubſtantiam gratiæ. Idem Bald. l. *humanum*. in fin. C. *de legib.* in l. *ſi qua per calumniam*. colum. 2. *de epiſcop. & cleric.* Archid. Ioan. Andr. Geminian. Philip. Franc. & omnes in prœmio 6. §. *Vniverſitati*. Alexand. conſil. 107. vbi in annotat. dixi libr. 7. adeò vt non expiret nec morte concedentis, literis non confectis, vt omnes in locis præfatis: nec morte impetrantis, ſed vacet per eius obitum, licet bullis non confectis decedat: Rota deciſ. vltima, ſub tit. *de reſcript.* numero d. 382. in antiq. & ita ſemper practicari vidi. Secunda verò & quarta, primò contradicunt tertiæ. Præſupponunt enim nullam ſubſiſtere reſignationem, cuius contrarium tertia ratio præſupponit.

Abuſus Romæ. 208 ¶ Secundò, ſecunda & quarta palam traducunt abuſus curiæ Romanæ, vbi non ſolùm præuentiones ſupra ordinarios malè vſurparunt, ſed etiam vſurpatis peius aboſi ſunt, cuius impetrantı ſine vllo delectu, ex ſimplici narratione, quicquid peteretur conferendo, ab hora qua curſor primùm trapezitam vel ſollicitatorem curiæ adiit: etiam non viſo, ſed nec delato quidem, & ſæpe nondum fabricato prætenſo mandato prætenſi reſignantis, & vt Gomeſ. fatetur etiam inuito & ignorante prætenſo reſignante: cùm tamen Ordinarij ipſi, qui non ſolùm iure ſuo proprio, non vſurpato vtuntur, ſed etiam debitum officium impendunt, non audeant admittere reſignationem, niſi viſo priùs eóque authentico mandato. Et nuper Epiſcopus Engoliſmenſis, quamuis exhiberetur inſtrumentum authenticum parochi ſnæ diœceſis, à duobus notariis regiis & cogniris confectum, non auſus eſt admittere reſignationem, non ex aliquo malo aut ſiniſtro affectu, ſed ne qua laberetur, ex eo quòd non erat confectum à notario Eccleſiaſtico, & negotium erat Eccleſiaſticum, tametſi moneretur, & ſciret Romæ etiam bullas expediri & tradi ſuper inſtrumentis notariorum ſæcularium incognitorum.

209 ¶ Portò quamuis inepta ſit ſeueritas timentis vbi non eſt timor, abundè enim ſufficiunt & valent (etiam in his) inſtrumenta notariorum ſæcularium, vt tetigi infra ſuper edicto Regio. §. 3. gloſſ. nnmero 3. tamen laudandus eſt affectus timentis diſciplinam offendere Eccleſiaſticam, magiſque quid fieri debeat, etiam cum damno proprio verentis, quàm quod Romæ fit, quo affectu maluit ille Epiſcopus perdere ius collationis ſuæ, quam anceps, imò vanum vel leuiter peccandi periculum ſubire. Nec iniuriam fecit ſupplicauti, qui ab alio cum ſimili mandato Romam currente præuentus & excluſus fuit, non enim tenebatur admittere: nec ſi admiſiſſet, tenebatur ei conferre.

210 ¶ Cæterùm propter illum abuſum qui fit Romæ, ſignando ſupplicationes, & admittendo quaſuis reſignationes non viſo vllo mandato, concludit Gomeſ. hoc tempus non currere niſi à tempore conſenſus præſtiti in curia, propter incertitudinem vel nullitatem tituli, qui non ſubſtantificatur, nec certificatur niſi poſtquam probato & exhibito mandato, præſtatur ille conſenſus, Et nondum 15. anni ab hinc quo anno M. D. 15. ſcribo ita vidi (provt etiam de facto circa illud tempus iudicarum fuit in hoc ſenatu, vt dicam infra teneri & concludi in frequentibus & ſeriis conſultationibus primariorum & inſignium aduocatorum huius Senatus: qui cenſebant & conſulebant hoc ſemeſtre non poſſe currere, & huic regulæ locum non eſſe à die ſupplicationis, vel datæ bullæ: ſed duntaxat à die conſenſus iuxta dictam regulam 43. præſtiti, dicentes vt poſtea ſcripſit Gomeſ. hîc, quòd tempore medio nullus eſt, vel ſi ſit, reuocari poteſt procurator: & quòd morte reſignantis tempore medio reuocatur mandatum, ſi quod ſit, & vacat per obitum.

211 ¶ Et quia in eorum ſententiam ire nolebam, nec ſubſcribere: Conſultores mihi perſuadere cupientes oſtenderunt varias in eam rem atteſtationes quas vidi, aliàs factas Romæ, aliàs Pariſiis, à trapezitis & inſtitoribus, ſeu (vt vocant) ſollicitoribus bullarum vtrobique cõmorantibus, & concorditer de proprio viſa experienna & practica teſtificantibus, quòd vera reſignatio fit demum tempore conſenſus per procuratorem expeditioni bullarum præſtiti, & quòd aliàs ſi reſignans præmoriatur, vacat per obiuum: (idque non minùs abſurdum eſt quàm quod ſupra num. 206. dicebant per extrauagan. Alexan. 6.) & quòd ſi viueret reuocare poſſet procuratorem, nonficando ei, vel in Cancellaria, vel ei in cuius fauorem, ante præſtitum cõſenſum. Imò non ſolùm vidi atteſtationes, ſed etiam ſolennes depoſitiones (quas inqueſtas vocant) memini vnam Pariſiis factam per ampliſſimum & integerrimum Senatorem do. Robertum Bœte in hoc Pariſiorum Senatu conſiliarium 20. Auguſti, anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſeprimo, de tribus trapezitis in hac vrbe commorantibus, & concorditer deponentibus, debere inſpici non tempus datæ ſupplicationis vel bullæ, ſed tempus dicti conſenſus præſtiti, nec etiam debere inſpici datam mandati (quod vocant procuratorium.) De quo (vt teſtes illi claſſici & experti deponebant) non curat Papa tempore ſupplicationis, ſed ſemper concedit, & quòd poteſt procuratorio ſeqni, & quòd reſignatarius poteſt differre vel accelerare præſtationem conſenſus & expeditionem bullarum provt vult: & quòd poſtquàm habet mandatum ſeu procuratorium inſtrumentum, non amplius indiget facto vel conſilio reſignantis; & quòd ſtilus eſt curiæ Romanæ, mox vraduolant curſor, ſaltem ſi attulit inſtrumentum mandati, ſcribitur tali hora, *vent*; & de eadem die datam non ſolùm ſupplicatio & bulla, ſed etiam conſenſus, ſi impetrans velit, ex quo inſtrumentum habet clauſulam ſpecialem conſenſus præſtandi, vel etiam databitur de data poſteriori, provt impetrans maluerit.

Propoſitio Papæ.

Do. Robertus Bœte.

212 ¶ Ego verò teſtimonia eorum huiuſmodi fraudulentarum & ſordidarum nundinationum contrà eos torquebam, & indidem magis in mea ſententia confirmabar. Quantò enim in fauorem & minus ſimplex eſt reſignatio, quantò falſitatum, nundinationum & aliorum fraudum vberior ſeges, tantò magis neceſſum eſt occurrere, eáque reſtringere, & huius regulæ remedium vrgere: & ita interpretari vt ſit efficax, non autem eluſorium: provt eſſet, ſi tempus huius publicationis faciendæ nunquam currere inciperet, niſi quando ipſi reſignatario placeret. Adhuc hac via non ſemel, non ſæpius, ſed ſemper & perpetuò fraudaretur hæc regula in curia Papæ vel Legati: vbi magis neceſſarium eſt hanc regulam ſuccurrere, quia reſignatarius nunquam faceret datari conſenſum, nec apponi aut leuari, niſi de data infra ſemeſtre, ſi Romæ: vel infra menſem, ſi apud Legatum. Et ſic non aliquoties, ſed ſemper fruſtrarentur omnes Ordinarij & impetrantes per obitum, quantumuis occulrata duque celata fuiſſet reſignatio penes Papam vel Legatum facta. Et ſic tantum abeſt, vt prædictis rationibus moueat, vt per eas magis, idque neceſſario, & per locum à fortiori,

213 ¶ Concludam tempus huius regulæ ſtatim currere à data ſupplicationis vel admiſſionis. Si enim in ſimplici meta & abſoluta abdicatione facta coram Ordinario ſtatim incipit currere hoc tempus: quanto magis in reſignatione in fauorem facta in manu Papæ vel Legati? Hæc enim de iure ſimoniaca eſt & prohibita, nec ſubſiſtit niſi diſpenſariuè: & fraudibus & nundinationibus magis obnoxia: vt in reg. præcedent. num. 110. & ſupra eo. num. 105. Igitur odioſior &

Solutio.

Aſſertio.

reſtringibilior, quam reſignatio mera & ſimplex. Igitur ponus in iſta quam in illa, ſaltem æquè, debet ſtatim tempus currere. Prætereà aut proſequens reſignationem in ſui fauorem habet procuratorium, & ſtatim per eum ſtat ſi non ſatisfacit huic regulæ infra tempus, cùm ſtatim curare poſſit conſenſum expedirioni bullarum neceſſarium præſtari: quòd ſi differat, tantò magis puniri, & excludi meretur per hanc regulam: At verò non habet procuratorium vel etiam inuito aut ignorante prætenſo reſignante impetrat: & tunc deterius eſt.

c 1. de conſtit. prabend. 214 ¶ Quia incidit in cenſuram. c. t. *de conceſſ. præbenda.* impetrando beneficium viuentis nec conſentientis: & conſequenter irregularis & inhabilis fit pro hac vice: & ſic tantò fortiùs concludendum eſt beneficium vacare per obitum, nec hoc tantùm, ſed etiam dictum impetrantem incapacem & inhabilem eſſe ad illud obtinendum, per obitum vel aliàs, ſaltem pro hac vice: ad quod mirum eſt præfatos conſulentes & Gomeſium non aduertiſſe: Quia ſi impetrans beneficium viuentis per obitum, etiam ignoranter, ſupina tamen ignorantia, fit inhabilis ad impetrandum per obitum ſiue ab Ordinario, ſiue à Papa, vt tenet Panor. in d. capit. & in c. *poſt lectionem.* notab. 4. *de conceſſ. præb.* Gomeſ. in reg. 20. *de impetrand. benefic. viuent.* q. 3. & dixi in annotat. ad Philip. Dec, conſil. 398. & in reg. præcedenti, num. 387. multò magis impetrans per ementitum vel fictam reſignationem. Et generaliter contra impetrantes beneficia viuotum omnes leges diuinæ & humanæ & conciliares inſurgunt, c. r. & 2 *de conceſſ. prabend.* extra c. t. & 2. eod. tit. in 6. nec Papa diſpenſare poteſt, vt rectè tradit Gomeſ. in dicta reg. 20. q. 1.

Per text. 215 ¶ Tertiò moueor per text. expreſſum huius regulæ, & ibi *ex tunc*, qui ferunt diem ſeu datam ipſius reſignationis duntaxat: & ſic deſignat primam extremitatem temporis, ſiue terminum à quo, temporis in hac regula præfixi, eſſe & incipere à die vel data ipſius reſignationis. text. in l. 4. fin. *de condit. & demonſtrat.* Philip. ſi. Dec. in cap. *perſonas* in fi *de appell.* Iaſ. in §. *rurſus.* col. 4. *de action. l. in ſubſtitutione.* col. 1. *de vulgar. & pupill.* Paul. Caſtren. conſil. 174. lib. 2. Quartò per mentem & finalem intentionem huius regulæ quæ eſt, occultis reſignationibus occurrere, eaſque vt variis fraudibus idoneas reſtringere in fauorem Ordinariorum, & expectantium vel impetrantium per obitum poſſeſſoris. quæ ratio & finalis cauſa ſtatim locum habet à reſignatione admiſſa: & ſic ſtatim hoc tempus currit, in quantum aliàs vi dictæ reſignationis impediri poſſet vacano per obitum.

Per mentem. 216 ¶ Vt ergo quantum ad regulam præcedentem de infirmis non inſpicitur data ſupplicationis, ſed conſenſus, quia hoc fauorabile eſt Ordinariis & impetrantibus per obitum poſſeſſorum: ita in hac reg. *de publicand.* non inſpicitur tempus conſenſus præſtiti ſed tempus datæ ipſius ſupplicationis ſeu bullæ: quia hoc fauorabile eſt ordinariis, & impetrantibus per obitum poſſeſſorum, quibus vtraque regula ſubuenire & fauere voluit, & ita tandem hodie (& hoc ſcribo anno M. n. L.) obſeruatur, & ſæpiùs iuxta ſententiam Arreſtum. meam iudicatum fuit in hoc ſupremo Pariſiorum Senatu: vbi etiam memini cum circiter decem anni (ab hinc dum hæc anno M. o. L. ſcribo) magna contentio (vtpote de pingui ſacerdotio) exarſiſſet inter proui ſum per obitum poſſeſſoris, putà Idibus Nouembris defuncti, & reſignatarium mox apparentem & pluſquàm publicantem bullam datæ calend. Maij præcedentis, cum conſenſu opiſtographo menſis Auguſti, qui contendebat tempus publicandi non ab admiſſa reſignatione, ſed à conſenſu præſtito computandum. Et ſic reſignantem, infra, non poſt ſemeſtre deceſſiſſe: nec locum eſſe huic regulæ.

217 ¶ Tandem eiuſdem Curiæ claſſibus congregatis, concluſum fuit datam bullæ ſeu reſignationis admiſſæ, non autem præſtiti conſenſus inſpiciendam, & ſacerdotium venienti per obitum adiudicatum. Et ſic ſolemni ſenatuſconſulto confirmata mea opinio, profligato veteri errore, de quo ſuprà num. 210. Adde quòd nuper nouiſſimo Aprili ſeſquimilleſimo quinquageſimo octauo conſultiſſimus ille doct. Matthæus Charthatius aliàs quadragarius totius togati noſtri ordinis coryphæus, dum de ſimili quæſt. conſuleretur, protulit è regeſtis ſuis areſtum latum die decima Decembris anno ſeſquimilleſimo triceſimo ſeptimo, in quo famoſus ille Guillielmus Poietius primarius in eodem Senatu præſes adeſſe volut, fortè vt reſignatarij partes tueretur in curia parrochiali de Bugny. in cuius poſſeſſione reſignans deceſſerat poſt ſex menſes à die datæ reſignationis & bullæ collatoriæ: ſed infra ſex menſes à die datæ conſenſus, qui erat quarto die poſt datam bullæ, & tanquam die conſenſus obſeruando, curia adiudicata reſignatario contra prouiſum per obitum: Allegabat tamen præfatus do. Chartarius aliud eiuſdem curiæ areſtum poſtea latum in contrarium, quod eſt illud ſolemne ſenatuſconſultum, de quo nuper dixi & mecum pro impetrante per mortem ſubſcripſit: deinde cum leges publicè profiterer Dolæ, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſexto, & penderet cauſa prioratus Pollygniaci in poſſeſſorio coram officiali Biſuntino, qui non ſolum de poſſeſſionis iudiciis, ſed etiam de perſonalibus contra laicos obligatos cognoſcit, & altera partium obiiceret conſenſum reſignationis non cenſeri verè præſtitum de ſtylo & conſuetudine curiæ Romanæ, niſi priùs ſignatura fuerit expedita in totum, & tranſmiſſa per eas manus & eo ordine, qui in regulis Cancellariæ Paul. III. Profeſſores Dolani per hæc ſcripta mea contra formulam reg. Paul. III. & contra ſententiam Gomeſij hîc, conſtituerunt tempus publicandi, de quo in hac reg. meminendum à data collationis, & non à data conſenſus, & ita per ſcripta mea in curia Biſuntina obtinuerunt.

218 ¶ Hîc obiter declaranda venit reg. cancell. 43. Reg. 43. Innoc. 8. *de conſenſu & iuramento præſtandi*, videtur enim, & verè facta eſt propter abuſum illum, quaſcũque ſuppbcationes, quæ non ſunt contra commoda Curiæ, ſine delectu admittendi, non viſo, ſed nec penro vllo mandato. Et tamen abuſum illum non vetat: ne currentes Romam ablegentur, reditus Curiæ minuantur: ſed duntaxat cauet bullis, ne forè contingat falſas bullas in partibus paſſim circumferri, cum magno einſdem Curiæ ſcandalo: ad quod amoliendum bullas vllatenus expediri vetat, niſi priùs dicto conſenſu & iuramento, ſaltem per abſentis procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum expedinoni bullarum præſtito, Non ergo tendit ad tollendum illum abuſum cenſúmve minuendum, ſed vt ſaltem prius adferatur mandatum quod procuratorium vocant, quam bullæ expediantur & dentur. Atqui iuſtius erat ſtatuere nullam ſupplicationem ex cauſa reſignationis admitti, nedum datari, niſi priùs legitimo & authentico mandato exhibito. vt in effectu Rex noſter Henric. II. ſtatuit in ſuo edicto contra paruas datas.

219 ¶ Cæterùm quaſuis ſupplicationes ſtatim admittere, & etiam ſtatim ab hora qua curſor aduolauerit, & oſtium trapeziæ, vel etiam meritoriæ tabernæ pulſauerit datare, & de eadem data, bullam, etiam poſt obitum (etiam ſi mandatum non ſit allatum nec exhibitum niſi diu poſt obitum) conficere. Nec hoc ſolùm palam fieri & tolerari Romæ, ſed etiam palàm authorari conſtitutione Alex. VI. qua ſtatutum eſt Alexand 6. huiuſmodi conſenſum poſt obitum præſtari poſſe: famoſum illum paruarum datarum abuſum, qui non

modò curſores omnes anteuertit, ſed etiam vera falſis & contrà commutat non ſolùm diſſimulando, ſed per indirectum augendo & prouocando, quid aliud eſt quàm ambitioſos & famelicos quoſuis, ceu Harpyas, inuolent, velut claſſico ciêre, imò etiam falſarios ad falſa inſtrumenta prouocare? quod experientia docuit. Vt enim audaciſſimus, quiſque nebulo per trapezitam de ſignatura, diſpenſatione, vel derogatione quamis obtenta, déque tipportuna data ſecurus erit factus, mox poſt obitum falſum mandati inſtrumentum fabricari & antidatari curabit.

Edicta regis. 220 ¶ Hæc enim mala tot ſcelera vſque adeo inualuerunt. velut Cæcia oobes, vt tandem neceſſarium fuerit conſtitutione Regia obuiam iri qua forma ſaocita eſt, tum qualitati tum numero trapezitarum, & tabellionum Eccleſiaſticorum, præſertim Papalium: & diligenter cautum ne decreto falſæ reſignationes beneficiorum fabricari & admitti queant, néve procuratoribus ſupplicare liceat priuſquam in manibus procuratorium habeant, & adhuc quibuſuis bullis nullam fidem in poſſeſſorio haberi, ſi probetur quòd tempore datæ bullarum procurator noo habebat procuratorium in manibus quantumuis appareat anterioris datæ. Quæ eſt ſancta & honeſtiſſima conſtitutio, infinitis fraudibus, impoſturis & falſitatibus viam præcidens. Quòd ſi à Pontificibus ſtatutum fuiſſet, noo fuiſſet opus ſutorio atramento dictæ regulæ 43. nec tot ſceleribus, falſitatibus, & impoſturis tandiu mundus vexatus fuiſſet.

Conſenſus quando præſtari poſſit. 221 ¶ Dum ergo quæritur an dictæ reg 43. ſatisfieri poſſit poſt obitum? breuis & expedita ſolutio eſt. Aut quæris circa virtutem & ſubſtantiam mandati: & nullo modo ſuppleri nec fieri poteſt poſt obitum, eſt enim defectus iuris naturalis, quem nec Papa quidem ſupplere poteſt: imò graue peccatum eſt taotom abuſum noo coërceri, nec contra hoc Papa diſpenſare poteſt, ſicut nec ad peccandom cap. vlt. in fi. *de pœnit.* d. 2. Aut quæris circa ſimplicem formulam confectionis bullarum: & poteſt præſtari poſt obitum, dummodò tempore impetrationis non ſolùm verum ſubeſſet mandatum, ſed etiam ad manus procuratoris peruenilſet. Cùm enim eſſet viuo mandante executum in principali, non eſt reuocatum, ſed perſeuerat poſt obitū in acceſſoriis & executiuis. l. *fundi.* §. 1. *de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Et generaliter re non integra, vt io reg. præced. ou. 27. Et hac ſancta conſtitutione Regia non ſolùm infiniti abuſus, fraudes & falſitates amputantur, ſed etiam infinitis ltibus & ambagibus via præcluditur, tam in conſulendo quàm in iudicando. Iam ſatis excuſſum eſt tertium & vltimum membrum noſtræ q. à quo breuitatis cauſa incepi: & obiter explicata reg. 43. & profligatus vetus error ex ea ortus.

Tempus publicandi quando incipiat. 222 ¶ Scire ſopereſt an tempus publicandi à ſimplici admiſſiooe, an demum a collatione incipiat? Hæc quæſt. initio aliis ridicula velut indubitata, aliis ſuperuacanea (com caſus non cootingat) videbitur: ſed mox ipſo progreſſu apparebit non eſſe rem ita expeditam, ſed inſuper ſciru & iooeſtigatione neceſſariam ad rectum & radicalem horum intellectum teliquarúmqoe quæſtionum deciſionem. Quod igitur a ſimplici admiſſione currat, videtur primò, quoniam extunc ſtatim beneficiom vacat: ſed hæc regula facta eſt & tempus in ea limitatum ad occurrendum diu- 2 turæ & incertæ beneficiorum vacationi. Secundò, quia regula loquitur in rem, ibi, *facta reſignatione*: nec loquitur de collatione oiſi in verbis executiuis. Tertio quia expreſsè refert tempus ipſum & principium publicandi, ad ipſam reſignationem ibi *ex tunc*, &c. & ſic ſufficit eſſe reſignationem ſcilicet validam & efficacem pet quam ſequuta ſit vacatio. ſupra n. 215.

Quartò, quia in reg. 18. fit expreſſa mentio non ſolùm de reſignatione, ſed etiam de collatione, idque 4
in verbis diſpoſitiuis, & per conditionem copulatiuæ adiunctæ, & tamen ſi vi dictæ copulatiuæ adiectionis, videlicet *ac*, ipſum beneficiom conferatur per reſignationem ſic factam, non requiritur concurſus, quia eſt expreſſa cauſa frequentiæ, & caſus dubitabilioris, non ad reſtringendum, ſed ad ampliandum diſpoſitionem dictæ regulæ, etiam ſi collatio ſequuta ſit, ita quòd quamuis verba diſpoſitiua dictæ regulæ dirigantur expreſſim & primariò ad collationem annullandam: tamen per locum à fortiori implicat annullationem reſignationis, ſi non ſit vltra ſimplicem eius admiſſionem proceſſum, vt ibi nom. 8. diximus. Igitur multò minus requiritur ſequutam eſſe collationem in hac regula quæ in diſpoſitiuis de ſolà reſignatione loquitur: non autem de collatione, niſi in conſecutiuis.

223 ¶ Quintò alioquin vtraque regula eluderetur, 5
niſi locum haberent io reſignatione admiſſa: quia ſicut regula *de infirmis* eluderetur io Curia tam Legati quàm Papæ, per ſimplicem admiſſionem, collatione dilata poſt obitum, vt ibi dictum eſt num. 7. in fi. ita fortiùs & faciliùs eluderetur hæc regula, differendo collationem vel datam collationis quandiu placeret? & ſic tempulos regulæ nunquam currere inciperet, niſi cum libêret reſignatario occulto & captatori: qui interim ſecurus eſſet non ſolùm aduerſus factum hominis, qui amplius reuocare non poteſt, ſed etiam aduerſus ſanctionem huius regulæ: imò etiam vtriuſ- 6
que regulæ tam *de infirmis* quàm *de publicandis*. Sexto, ſequeretur aliud abſurdum videlicet quòd quicunque vilis & infirmus Ordinarius, plus iuris haberet quam Papa:

224 ¶ Quia ſi Papa ſimplicem reſignationem admiſit collatione diffiſa, non habet niſi menſem ad conferendum, quo lapſo poteſtas redit ad Ordinarium. c. *Statuit præbend.* in 6. quod procedit indiſtinctè, nedum in vacantibus per obitum in Curia, ſed etiam per reſignationem: & tamen ordinarius reſignatione admiſſa, habet totos ſex menſes ad conferendum, & per ſemeſtre poſſet impedire locum eſſe huic regulæ, imò etiam vltra ſemeſtre, ſi permittat deuolui ad ſuperiorem: quia noo inciperet locus eſſe huic regulæ donec ſuperior iure deuoluto contulerit, niſi ſufficiat D vera vacatio per validam reſignationem. Septimò, 7
via eſſet aperta maiori quotidianæ illuſioni & abuſui, quia reſignaris apud Legatum faceret ſignaturam fieri de ſimplici admiſſione, fide habita de collatione facienda tali: deinde talis ille ſignaturam aliam vel bullam collationis haberet. de data poſteriori ſibi commoda non antecedente menſem obitus reſignantis, & ſic non ſolùm fraudaretur hæc regula, ſed notum *examinio*, ntuta oordinatio paruarum datarum in vſum introducetetur, fotarus enim collatarius ſingulis diebus datam haberet quo præuentiones ordinariorum vel Papæ anteuerteret, & impetrantes per obitum ſupplantaret.

225 ¶ Io contrarium quòd non ſit locus hnic regulæ E niſi poſt collationē, probatur: primò quia hæc regula 1
exorbitat a iure cummuni, & pœnalis eſt: ergo debent omnes eius termini priùs verificari quàm ei locus ſit: iuxta gloſ. quam omnes ibi & vbique ſequuntur in l. *mancipia.* in verb. *aduocandum*, C. *de ſer. fugit.* Ruma. ſing. 489. Lancelot. deci. in l. *omnes populi.* col. 11. verſ. *quinta regula. de inſt. & iur.* Cano. in c. *quamquàm de vſur.* in 6. Ater. conſil. 157. copiosè. Fely. c. *nonnulli in princip. chart. pen. de reſer.* Franc. Curt. Iunior. l. 1. col. 1. *ſi cert. pet.* Alciat. lib. 1. pag. in fin. *de verb. ſign.* in c. *cùm non ab homine.* num. 9. *de iudic.* c. *accedentes.* col. 2 *de præſcr.* Philip. Dec. conſil. 201. nu. 2. vbi tenet. Secundò, prius eſt quærenda perſona, quam ſolen- 2
nitas à perſona obſeruanda, l. *ſi quæramus de teſta.*

Bald.l. *licet*. not.j.C. *de procur*. Sed huius reg. ſolennitas imponitur reſignatario, & ab eo exigitur ibi poſſeſſio petita: ergo priùs eſſe debet aliquis reſignatarius: & ſic collatio per reſignationem neceſſariò præcedere debet.

3 226 ¶ Tertiò, etiam ſi nullum impedimentum ſuſpenderet tempus huius reg. vt in quæſt. ſeq. tamen ſaltem impedimentum quod reſoltar ex eadem regula, debet admitti, ſed defectus collationis eſt impedimentum reſultans ex eadem regula, ibi, *& poſſeſſio petita*. quòd neceſſariò præſupponit & prærequirit aliquem eſſe collatarium, qui poſſit beneficij ſibi collati poſſeſſionem petere: ergo ſaltem impedimentum nondum ſequutæ collationis debet admitti & impedire pœnam huius regulæ: quoniam eidem regulæ ineſt. l. *Iulia* §. *dicebam, ſi cert. petat*. Bartol. in *Leum qui ita* §. *quæſtio*. verſ. *dico ſic de verbo. oblig*. Bald. l. *ea pacti*. *C. de euict*. Roma. conſil. 42. *viſis*. Alex. conſil. 95. lib. 2. num. 1. conſil. 27 nu. 19. vbi tetigi lib 3. Philip. Deci. conſ. 8. col. fin. Quartò, nemo poteſt ad impoſſibile obligari. c. *nemo poteſt. de reg. iur* in 6. *impoſſibilium de reg iur*. ſed ſi quis teneretur antè publicare & poſſeſſionem petere, quàm ſibi collatum ſit, ad impoſſibile adigeretur, præſertim cùm collatio dependeat à grata ſuperioris, qui non poteſt cogi. Confirmatur per id quod ſupra eod. qu. 1. n. 2. contra Rotam diximus vtrumque præſtari poſſe, & hæc argumenta non ſolùm prioribus fortiora ſunt, ſed etiam neceſſaria.

227 ¶ Ad priùs allegata ſupra num. 222. non obſtat primum, quia idem eſt cum dicto contrario, & ſic C nullum, gloſ. 2. in l. fi. & ibi Ias. *de offic. procur*. Cæſar. Paul. Caſtren. l. in fi. *de excepto*. Non obſtat ſecundum & tertium quia regula integrè capi debet, & ſic priùs verificatis omnibus quæ requirit & præſupponit. Minus obſtat quartum: quoniam alia & manifeſta eſt ratio differentiæ inter regulam *de infirmis*, quæ nihil imponit reſignatario, nihil ab eo fieri requirit infra tempus ibi præfixum, quod meritò non retardatur ibi per collationem nec expectatur poſt eam: quia etiam ſi reſignatarius poſſeſſionem ceperit & pluſquam publicauerit non prodeſt, in d. reg. 18. Secus in hac reg. quæ vult publicationem fieri & poſſeſſionem peti infra tempus in ea præfixum & ſic vult præexiſtere collatarium qui hoc faciat, quod non eſt ante collationem.

Differentia inter reg. *de infirmis*. & regul. *de pub. iuandis*.

228 ¶ Præterea in reg. 18. reſignatarius non eſt tutus niſi poſt tempus 20. dierum: & ſic ibi incipitur à periculo, quod durat 20. dies tantùm: Cuius oppoſitum eſt in hac regula, vbi Papa noluit reſignatarium ſtatim periclitari: ſed priùs datis congruis inducis: vt ſupra eod. num. 17. Et ſic reſignatarius non incipit hìc à periculo ſicut in reg. 18. igitur hìc non incipit currere tempus ante collationem, quia poſſet eſſe lapſum ante collationem, & ſic non ſolùm reſignatarius inciperet a periculo vel à tempore periculi: ſed inueniretur præuentus ab ipſo periculo: quod eſt contra mentem & verba huius regulæ, quæ noluit reſignatarium periclitari, niſi poſt lapſas inducias publicandi, & petendi poſſeſſionem, & illis lapſis ſi contingat E reſignantem poſtmodùm & non antè decedere in poſſeſſione.

229 ¶ Ad 5. & 6. reſpondetur quòd ea inconuenientia tariſſimè, imò nunquam bodie conningaot. Sed olim Papa quandoque reſignationibus admiſſis non ſolùm collationes differebat: ſed etiam in partibus ordinariis committebat, fortè ad inquirendum interim de perſonarum qualitate & commodo eccleſiæ, vel ne videretur ſperni præceptum illud apoſtolicum 1. Timoth. 5. d. *Manus citò nemini imponas*. vt exempla habes in c. *inter cætera* (provt doct. ibi caſum ponunt) *de præb*. quæ eſt decretal. Innoc. III. qui fuit ante trecentos quinquaginta annos. Sed A apoſtolicus ille mos & ſolicitudo non perſonis, ſed eccleſiis prævidendi iam, pro dolor ante aliquot ſæcula exoleuit. Semper enim ſolent Legatus & Papa admittendo conferre, ſine alia inquiſitione, niſi tariſſimè. Quæ verò rarò accidunt, legiſlatores prætereunt. l. *nam ad ea. de legib*.

230 ¶ Tum hæ regulæ non tendunt ad plenam & abſolutam æquitatem ſtatuendam, nec ad occurrendum omnibus inconuenientibus qui frequentes ſunt, & quibus veterem diſciplinam amplectendo obuiari poſſet, vt notum eſt, igitur multò minus curandum de iis quæ rarò, imò tariſſimè vel nunquam accidunt. Cùm igitur conſtet authores huius regulæ noluiſſe uſque adeò lædere & vrgere reſignatarios, quin ſpatium competens ei daretur, & B adhuc noluiſſe omnibus morbis, ſed paucis, & quadamtenus mederi, iuxta l. *tutori*. verſ. *ſatis abundéque ſufficit, ſi cui vel in paucis. C. de negot. geſt*. non ſolùm hæc pars fundatior eſt, ſed etiam omni dubitatione ſuperior. Et quamuis è Republica eſſet ſtatim à die admiſſionis hoc tempus currere, fauore ordinariorum collatorum, & impetrantium per obitum poſſeſſorum, & odio clandeſtinarum reſignationum: tamen cum hic caſus ſcilicet diffindendæ poſt admiſſionem collationis, nunquàm aut tariſſimè contingat, Reſp. non videtur lædi. Et ad ſummum ſatis eſt non eſſe ſtatutum, nec tantùm de rigore iuris communis remiſſum, quod quatenus non eſt abrogatum, remanet, l. *ſi cum dotem*, in princ. *ſolut. matrim*.

231 ¶ Nonc aures arrige; quia vno verbo hanc C partem etiam per adducta nouiſſimè pro ea, euerto, Rotaſque retrorſum roto. Si enim nunquam (vt dictum eſt, etiam iam plus ducentis annis) ſolitus eſt Papa vel Legatus admittere reſignationem, quin conferat vt nunquam ſolet ei ſupplicari ue reſignatione admittenda, quin etiam de conferendo ſupplicetur: nunquam ſoleat niſi vnico verbo ſimol vtrumque facere vel concedere. Sequitur quod ſi quando aliter ſupplicetur & fiat, fraudem eo ipſo præſumi. Non enim poteſt contra ſolitum imò perpetuum morem factum eſſe, quin ſtudioſè factum ſit, ſtudio inquam & affectu priuato, cum id arte ſupplicantis contingat, ergo io fraudem factum præſumitur. Bald. in c. *quia verisimile. de præſumpt*. Angel. in l. *ſi quis ſub condit. de condition. inſtitutio*. Alexand. conſ. 54. D num. 2. lib. 6. Curt. Senior conſ. 72. num. 33. Pau. Pariſius conſ. 55. num. 51. lib. 1. & vbi abundantior cautela, ibi euidentior fraus, inquit Bald. in c. *ex litteris*. col. 2. in fin. *de conſuet*. in l. *teſtamentum* in princ. *C. de teſtam*. Philip. Deci. conſ. Corn. conſ. 41. col. 2, lib. 3. Deci. conſ. 448. num. 23. Cum igitur eo ipſo conſtet de fraude, & ea affectata: deterius eſt quam ſi conſtaret de collatione ſimultanea, & ſic præualet prior pars.

Prius ab inſolitis.

Et abundantior cautela.

232 ¶ Diſtinguo tamen, aut reſignationem in cancellaria Papæ vel Legati, ſine collatione admitti, contingit, ex iuſta & generali cauſa, puta ex quadam reformatione ad priùs inquirendum de veritate mandati vel reſignationis, & tunc cùm iam non fit hoc procuratum a priuato, nec decretum ambitioſum, ſed publicum ſtatutum, imò cum non ſit amplius in ſolitum, ſed generale & publicum, non cenſetur in fraudem factum, & tunc obtinet ſecunda pars, vt interim non currat tempus huius regulæ. Aut vetò id contingit præter ſolitum & receptum morem, non ex aliqua publica conſtitutione, & tunc ſi vnquam, maximè hìc quadrat regula quòd ex ioſolitis præſumitur fraus, imò cum potuerit ſupplicans æquè ſimul obtinere collationem, per eum ſtetit, imò etiam per eum fraudulenter & ſtudioſè dilata eſt, & ſic in fraudem huius regulæ, & conſequenter quòd per eum ſtetit, pro facto habetur in eius præiudicium, l. *mos*

Diſtinctio.

cuiſd.

ciuili. de conditio. & demonſtrat. Tum ratione procuratæ fraudis non minore, imò maiore odio digñes eſt, l. *Pupillus.* §. *ſed & ſi per interpoſitam. de author. tuto.* & meritò obtinet prima pars.

Concluſio. 233 ¶ Et ſic in effectu remanet & ſtat concluſio hoc tempus currere ſtatim à die reſignationis admiſſæ, per quam (alio non obſtante) vacatio per obitum impediretur. Quòd etiam clariſſimè probatur ex his quę in q. præcedenti n. 105. docuimus proprium & adæquatum ſubiectum huius reg. in quod agit, eſſe reſignationem, quæ citra hanc regulam impediret beneficium vacare per obitum, ſed reſignatio admiſſa per habentem poteſtatem talis eſt: Ergo ſtatim alio non requiſito ſubeſt huic reg. Fallit, ſeu potiùs declaratur primò, ſi Epiſcopus Cal. Maij admittit reſignationem curæ Titij ex cauſa permutationis cum Caio abſente, ſed differt collationem donec appareat de reciproco procuratorio, vel reſignatione Caij quo allato Epiſcopus confert dictam curam Caio idibus Iunij, deinde Titius in poſſeſſione dictæ curæ moritur in fine Iunij, certius eandem curam per obitum Titij impetrat Caius Iulij. an Caius qui non publicauit ſit per hanc reg. excluſus? Reſpond. non: quia Titius non obiit poſt menſem, ſed infra menſem. Non enim debet hoc caſu menſis computari à die admiſſionis, ſed à die collationis, quia admiſſio non erat talis per quam beneficium non vacaſſet per obitum reſignantis, imò alio non concurrente vacaſſet per obitum reſignantis: quoniam erat conditionalis, & ſub conditione iuridica facta, videlicet ſi Caius per ſe vel procuratorem legitimè fundatum paria faceret per not. in q. præcedenti nu. 117. Et ſic interim propriè non tam eſt reſignatio, quàm deſtinatio ad reſignandum: nec tam eſt admiſſio, quàm declaratio conſenſus vel authoritas epiſcopalis ad permutationem futuram fa. not. in reg. præced. numero 2.

234 ¶ Concluſio verò noſtra loquitur de reſignatione efficaci, & efficacè vacationē inducente. limito 2. ſi reſignatio ſit admiſſa ad finē vnioñs, quia ex quo non debet ſequi collatio, ſed beneficiū ſupprimi, non eſt materia huius reg. quæ non loquitur de talibus reſignationibus factis fauore eccleſ. ſed de factis abſolutè, vel de negotiatis inter priuatos perſonarum fauore? vnde hoc caſu etiam ſi non abrupta, ſed dilata vnione moritur reſignās in poſſeſſione, non eſt beneficiū impetrabile per eius obitū, & multò minus per reſignationem, donec vnio ſpetatur: qua defecta dicitur vacaſſe per obitum, etiam ſi reſignans infra menſem reſignationis obiiſſet, tanquam conditione reſignationis defecta per ea quæ in ſimili dixi ī. eod. nu. 169. de permutatione ad finē, vnionis, quæ debēt intelligi, vt dixi, quando vnio fit in perpetuum in fauorem & commodum certæ eccleſiæ, videlicet in proprietatem: ſecus ſi fieret fauore certæ perſonæ ad illius vitalitatē, & ad vitandā pœnā *de multa.* extra *de præben.* vel extrauagantis *execrabilis*, quia tunc locus eſſet huic reg. vt in reſignatione facta in fauorem certæ perſonæ. Limito tertiò eadem ratione, quando permutatio fieret cum decreto ex cauſa vitalitatis, vel neceſſitatis eccleſiæ, vt dixi ī. eod. num. 162.

235 ¶ Et ſecundùm prædicta moderari & intelligi debet additio quam Iul. III. & Paul. IV. fecerunt ad hanc reg. ſuper verbo *ſex menſes.* vbi addiderunt hæc verba a data ſupplicationis, & non à die præſtiti conſenſus computandos, confirmādo noſtram ſentētiam, & improbando abuſus & erroneas opiniones vulgarium trapezitarum & bulliſtarum: debet enim intelligi de data ſupplicationis efficacis implicante admiſſionem & collationem, aut ſaltem admiſſionem efficacem, per quam ſtatim beneficium vacat vt deinceps non poſſit vacare per obitum, niſi diſpoſitione huius reg. ſecundum prædicta, quæ iam ſunt clariſſima.

236 ¶ Sed hic emergit quæſt. quam vidi in facto, Con-

cordatū factum eſt inter Cardinalē & Titium de abbatia per Cardinalem Titio reſignanda: interuenit monachus qui promiſit reſignare beneficium ſuum clauſtrale infirmariæ in fauorem perſonę per Cardinalem nominandæ, Concordatum homologatum fuit in curia Romana, menſe Maio, vti reſignatio monachi admiſſa fuit menſe Iunio. Monachus menſe Februario obiit in poſſeſſione infirmariæ, quam Caius per eius obitum impetrauit: deinde venit nominatus per Cardinalem, cui hæc regula obiiciūt, quia non publicauit infra ſemeſtre reſignationis, & Monachus reſignās obiit poſt ſex mēſes in poſſeſſione: Caius verò profert bullā collationis ſibi factæ menſe Nouembri, à cuius data non ſunt ſex, ſed tres tantūm menſes vſque ab obitum Monachi, reſpond. beneficium Caio adiudicādum per hanc regulā repulſo nominato Cardinalis: debuit enim inf. ſemeſtre reſignationis admiſſæ, publicare, aut ſaltem ante obitum Monachi poſſeſſoris, cuius reſignatio admiſſa etiam citra collationem vacationem induxit: præſertim cum nihil eſſet reciprocè conferendum Monachō, & debet ſibi Cardinalis imputare quod non ſtatim nominauit: & alioquin eſſet inducere illuſiones & fraudes paruarum datarum in Papa quas in ſimili reprobauimus ſupra ca. io legatu, idem in ſimilibus. Tranſeamus ad alia.

237 ¶ Decimò quæro an hoc tempus currat ignoranti impedito vel minori? accipe quotidianam hypotheſim, Epiſcopus beneficij reſignatione admiſſa, contulit illud abſenti, cui non innotuit, niſi poſt menſem, tūncque acceptauit, ſed poſt alios quindecim dies reſignans in poſſeſſione deceſſit, anteqoā reſignatarius publicaſſet, qui mox poſt obitum veniens, vult prouiſum per obitum excludere. An ſit locus huic regulæ, videtur quòd non: quia loquitur de valida, efficaci, & irreuocabili reſignatione, vt vult Gom. hīc quæſt. 7. in fin. vbi ſentit de reſignatione in fauorem, & de collatione irreuocabili, ſed hīc collatio commotabilis eſt, imò pendet, vt in rēg. præcedent. nu. 72. Secundo, quia iuſtum impedimentum excuſat vt poſt Rom. Fely. & alios, tenet Gom. hīc q. 13. Sed nullum iuſtius impedimentum, quàm iuſta ignorantia abſentis. Tertiò, quia tem quæ culpa caret in damnum vocari non cōuenit, cap. 2. *de conſtit.* vbi loquitur de iuſta ignorantia, vt hīc. Quarto quia beneficium inducarum menſis datum tenebitur per hanc regulam eſſet eluſorium, ſi priùs curreret quam collatarius ſciret, & quā vllo modo publicare poſſet, contra c. *decet de reg. iur.* in 6. Præterea, quid ſi abſens erat minor viginti quinque annis vel etiam pupillus: habetur enim quandoque ratio minoris ætatis, & in integrum reſtitutionis in beneficialibus, ſecundum Panor. in c. *ex parte de reſtit. ſpoli.* Sed hic alioquin nec neceſſitatis, nec impoſſibilitatis ratio haberetur, contra c. *nemo poteſt. de reg. iur.* in 6. l. *impoſſibilium.* eod. tit. Quid enim ſi reſignans paulò poſt menſem obiit, nec prius ante obitum nonficari potuit collatario?

Quæſt. 10. Hypotheſis.

238 ¶ Sed his non obſtantibus dicendū indiſtinctè locum eſſe pœnæ huius Regulæ, vt beneficiū vere vacet per obitū: Nec vllo modo proſit publicare poſt obitum tēpore lapſo ſecuū, quia hæc reg. loquitur in tē, ibi *niſi de illis facta reſtim.* & ibi *ex tunc*, id eſt à die admiſſionis, vt in qn. præced. Et ſic ſat eſt reſignationē factā & admiſſam, ita vt cōperit vacare per ceſſionē, & ſic etiam poſt obitū reſignantis non aliter nec denuo vacet: ſed bene per obitum reſignatarij, niſi per hanc regulam occurratur. Tunc enim (ſcilicet ſubintrante hac regula) ſine collatio facta fuerit per ceſſionem, non ſolùm ceſſio, ſed collatio quoque, & indē ſequuta reſoluuntur: Si verò nulla collatio, nec aliud factum fuerit, ſimplex reſignatio & vacatio per eam hactenus introducta reſoluitur, & introducitur alia vacatio ex noua cauſa obitus per hanc reg. odio reſignationum occultarum, quæ fraudibus & lucris

Soluitur.

obnoxiæ ſunt, & fauore collationum quæ per obitum poſſeſſorum fiuot. Si igitur reſoluitur non ſolùm reſignatio, ſed etiam canonica & alias incommutabilis collatio, ſi qua facta & accepta ſit: multo magis collatio non acceptata, ſed pendens, & etiam aliter quàm per hanc reg. commutabilis, vt in c. *ſi tibi abſenti. de præb.* in 6. Non obſtat iuſta ignorantia abſentis, & ceſſionem & collationem ſibi factam ignorantis: tum quia certat de lucro.

230 ¶ Hæc autem regula facta eſt ad obuiandum fraudibus & litibus & multiplicibus damnis Reip. Et ſic lucrũ collatarij cedere debet damno Reip. l. *act.* §. *Labeo.* pro ſocio in authent *de non alien.* §. *quia verò ſimile.* Et bonum publicum, quies publica, præferetur etiam damno vel iuri priuati, l. 1. *de vſucapio.* imò etiã vtilitas fiſci l. *vnica.* §. vlt. C. *de cadu. toll.* quantò magis lucro priuatæ l. *vtilitas de primip.* lib. 12. C. Phi. Decius c. *ratio de præbend.* Tum quom hæc regula lata ſit in rem, reſignatarius ab initio nihil prorſus iuris acquirit, niſi cum onere tali reſolubilitatis per hanc reg. & ipſa reſignatio ab initio habet huoc ſtatum implicitum in hoc caſu, quo ſequuto, oullo damno cenſetur is affici, cuius ius reſoluitur, ſed iure communi ſecundùm rei naturam vti, l. vlt. vbi Alex. & omnes, *ſi ex noxa. cauſ. age.* Et ſic nihil obſtat.

240 ¶ Quamuis autem minori viginti quinque annis quandoque ſubueniatur in beneficiis Eccleſiaſticis, vt poſt Petr. Anchara Philip. Frãc. Gemin. in c. *ſi annum. de indici* in 6. gloſ. Hoſti. Butri. & omnes in c. *ex parte. de reſtitu. ſpoliat.* laſ. in l. *Gallus* §. *& quid ſi tamen.* lectura 1. col. 10. & lectura 2. col. 13. Guil. Bened. in repet. c. *Raynutius*, in verbo *adiecta impuberi*, num. 61. cum ſeq. Aymo Crauet. conſ. 90 latè Nicol. Boer. deciſ. Burdegal. 350. & pulchrè gloſ. pragm. *de paciſi poſſ. ff* in verbo *impedimenti*, in fi. cuius gloſ. diſtinctionẽ ſequitur Gomeſ. in regula *de triẽnali poſſeſſ.* quæſt. 5. Sed ea fuit originaliter diſtinctio & opinio Abba. Panor. in c. *ex parte.* col. 5. n. 15. *de reſtitu. ſpoliat.* Tamen primò non procedit niſi in admittendis: ſecus in quærendis, vt hic. Similiter quæ propter iuxta impedimenta Gomeſ. excipit in reg. *de annal. poſſeſſ.* q. 7. & in reg. *de triennal* q. 15. & q. 57. procedunt & intelliguntur ad conſeruanda beneficia quæſita: non autem vbi de quærendis agitur vel de iure ab origine commutabili, faciendo incommutabili, vt hic.

241 ¶ Secundò in his non reſtituitur minor niſi ex quibus caſus etiam maiori ſubueniretur, putà metus vel doli niſi quòd leuiores cauſæ, puta fictæ perſuaſiones, ſufficiunt in minore, idque quantò magis minor vel imbecilliot eſt, ſic facilius in eo vel extorta vel ſimoniaca renunciatio ex parte extorquentis: & ſic nulla cenſetur, & proinde etiam per iudicem ſæcularem redintegrari poteſt minor. Nec opus eſt reſtitutione, vel reſcripto Papæ, vt imperiti putant. Et ita bis iudicatum fuit videlicet per areſtum ſacri conſilij Reg. apud Rupellam die 2. Ianuarij 1542. pro Franciſco Mathæo, contrà Nicolaum de Berri, qui condemnatus fuit ſub pœna carceris ad faciendum & dandum infra biduum mandatum validum (quod procuratorium vocant) ad retrocedendum curam ſacri Hilarij de Lymerat in fauorem d. Matthæi, à quo ſibi per blanditias reſignari fecerat, & eodem areſto veticum & inhibitum fuit d. Matthæo vllam reſignationem vel mandatum ad hoc facere ſine authoritate curatoris: & futuris reſignatarijs inhibitum ne acceptarent ſub mulcta arbitraria. Cuius areſti copiam habeo. Et rurſus per aliud areſtum in ſimili Senatus Burdeg. die 25. Iunij, 1564.

Areſtum priuati conſilij Regis.

242 ¶ Cæterum ſi nec pupillaris quidem ætatis impedimentum excuſat ab hac reg. multò minus quodcumque aliud vel fortuitum impedimentum, duabus tantùm caſibus exceptis. Primus quando per bellum, peſtem vel aliud fortuitum non poteſt publicari in loco vbi beneficiũ conſiſtit: quia tunc ſufficit ita publicare in loco viciniori, vt verisimiliter ad notitiam Ordinarij & aliorũ peruenire poſſit, neceſſitas enim excuſat à formali ſatisfactione verborũ, ex quo menti regulæ ſatisfit: vt pulchrè decidit Ludo. Rom. cõſ. 435. quoad primum, per text. in clem. *cauſam* §. *verùm de elect.* c. *vbi periculum.* §. *porrò de elect.* in 6. clem. 1. *de foro compet.* gl. in cle. 1. ver. *loco.* quam gl. Card. Flor. & Panor. ibi ſequuntur, *de conceſſ. præb.* & ſequitur Fely. in c. *cum dilect.* col. 22. verſi. *limit.* 7. *de reſcript.* vbi loquuntur in alia ſed ſimili regul. Cancellariæ. Latè refert & comprobat Albet. Bru. in tract. *de fort. & ſolenn.* 10 artic. *de poſſeſſio fallent.* 33. col. 2. Sic anno 523. cùm propter bella & intercluſa itinera non liceret ire Romam, nec hinc pecunias transferre, & alias ſimilibus tempeſtatibus, vidi publicationem huiuſmodi in vim ſimplicis ſignaturæ fieri ſine bullis, & validam in hoc regno iudicari. Quinetiam è Cancellaria Palatina, Regio diplomate obtento, huiuſmodi ſignaturas per teſtimonia trapezitarum & ſollicitatorum bullarum huius regni verificari, etiam ad finem ſequeſtri, & fiduciariæ poſſeſſionis quam recredentiam vocant, per iudicium contradictorium ſine bullis obtinendi.

243 ¶ Secundus caſus exceptus, ſi is qui contendit beneficium ad ſe ſpectare, & aduerſarium per hanc regulam excludere, conuincatur dolo vel fraude per ſe, vel per alium impediuiſſe reſignationem & collationem aduerſarij publicari, vel poſſeſſionem peti: qui tunc illius reſpectu pro facto habetur, l. *in omnibus cauſis de reg. iur. l.* §. *ſed & Ariſto. quod vi aut clam, l. iure ciuili de cond. & demonſtr.* ſecus ſi tantùm doceretur de facto defuncti reſignantis, qui quoquomodo impediunt publicari, vel etiam titulos combuſſit: quia nihilominus locus erit huic reg. Secundus.

244 ¶ Summa, hæc regula in rem ſcripta eſt, temporisque huic reg. ſatisfaciendi ſtatim à reſignatione admiſſa continuò currit, ſiue reſignatio ſit pura, vel conditionalis, ſiue ſimplex, ſiue in fauorem, ſiue cauſa permutationis, ſiue ex cauſa ſimoniæ, aut aliter, ſiue bene, ſiue malè qualificata, ſiue ſequuta ſit collatio, ſiue non, & indiſtinctè: in quantùm tamen per talem reſignationem, ſiue de iure, ſiue de facto impediretur, vel dubitaretur beneficium vacare per mortem naturalem poſſeſſoris. Si enim contra reſignationẽ ſimplicem, & abdicationem abſolutam, ſtatim cutrit tempus reg. vt in princ. huius quæſt. & etiam in reſignatione admiſſa ex cauſa permutationis quæ à iure approbatur, vt 3. eodem quæſt. 8. non obſtante quòd ſit condiconalis, etiam pendente conditione, vt 3. eod. nn. 141. quantò magis contra reſignationem in fauorem, quantumuis condinonalis ſit, & condiconaliter admiſſa, ſiue ſuſpenſiua, ſiue reſolutoria ſit conditio: quia huiuſmodi reſignatio odioſa eſt, a inte deprobata: & magis indiget coercitione huius reg. quã alia quæuis reſignatio. Aut ergo reſignatio in fauorem tantùm admiſſa eſt, ſed diffiſa collatio: & tunc eo maior eſt præſumptio fraudis, licet admiſſio condiconalis ſit, per not. in q. præceden. in fin. Aut eſt admiſſa, & collatio facta, ſed reſignatarius nondum acceptauit, quia forte neſcit, & adhuc idem, quia eiuſmodi reſignatarius odioſior eſt, quàm is cui iure commum abſenti collatum eſt, & cui nihilominus ſtatim currit tempus huius regul. vt in prin. huius qu. Et ſic non obſtat quòd interim non vacat, niſi conditionaliter, ſaltem reſolubiliter: quia tanto minus iuris habet reſignatarius & minus conqueri poteſt, præter id quod iuſtius excluditur hic, quàm in reſignatione ſimplici vel cauſa reſignationis. Summa.

245 ¶ Si verò reſignatarius in fauorem repudiat vino reſignante, deinde moriatur reſignans, vacat per eius obitum de iure communi, ſiue infra, ſiue poſt tempus huius regulæ in poſſeſſione vel non, decedat: quia tanquam reſoluta, imò deficiente conditione, non Soluto.

1 Caſus exceptus.

Primus.

cenſetur fuiſſe reſignatum, & reſignans ipſo iure & ipſo facto remanet in veteri titulo & poſſeſſione, nec nouo titulo nouáque poſſeſſione (niſi aliunde amiſerit) opus eſt. Et ita in publicis cauſarum actionibus iudicatum fuit in hoc ſupremo Pariſiorũ Senatu, die Iouis 23. Ianuarij, anno ſeſquimilleſ. quadrageſ. nono ἐρευνώντων & pronunciante illuſtriſſimo illo Franciæ procancellario Do. Ioanne Bertrando, tunc eiuſdem Senatus Prætide, primò in cauſa Io. Bouchetel canonici Bituricenſis, qui canonicatum & præbendam reſignauerat in fauorem neporis, cui Papa mox contulerat: ſed poſtea nepos acceptare noluit. Capitulum autem Bituricenſe fructus denegabar reſignanti, eúmque tanquam ob dictam reſignationem in curia admiſſam (de qua conſtabar) priuatum extrudebat, qui contra Capitulum interdicto *vti poſſidetis* egit, eique per illud areſtum contra Capitulum plenum poſſeſſorium adiudicatum, & ſic in priorem locum & ſtatum antiqui canonici reſtitutus fuit ſeu permanſit, alius tanquam nouus canonicus vltimo loco ſedente. l. 2. *de curio.* Tamen contra illud areſtum multa dici poſſent, vt pleniùs dicam infra ſuper reg. *de verſic. nor.* qu. 9. nu. 92. cum ſeq.

Areſtum.

246 ¶ Aut verò reſignatarius in fauorem repudiat poſt obitum: & tunc ſi reſignans deceſſit in poſſeſſione poſt tempus regulæ, iam ſtatim vacauit per obitum in puncto obitus reſignantis per hanc regulam: aliàs vacat per obitum eiuſdem reſignantis de iure communi, & liberè ſequuta repudiatione expreſſa vel tacita, vt per lapſum temporis, vel obitum collatarij. Et indubitanter valet collatio Ordinarij, medio tempore, hoc eſt, per obitum ante repudiationem facta, ſcilicet quando reſignans obiit in poſſeſſione poſt tempus huius regul. quia tunc amplius non curatur de repudiatione, ſiue ſequatur, ſiue non. Sed ſi reſignans mortuus fuerit infra tempus huius reg. tunc adhuc penderet collatio reſignatarij, & non poſſet interim Ordinarius conferre, & multominus Papa vel Legatus per ea quę plenius dicam infra ſuper reg. *de verſ. nonn.* qu. 9. nu. 76. cum ſeq.

247 ¶ Fallit in collatione neceſſaria & debita collatario puta nominato vel graduato. Cum enim contigerit mors poſſeſſoris in eorum menſe quæ per repudiationem vel defectum reſignatarij ſequentem detegitur eſſe vera vacatio, & beneficium debetur eis omnino, ſiue ergo Ordinarius eis ex debito contulerit, vel ad Ordinarij recuſationem impetrauerit à ſuperiore, valet collatio, etiam ſi facta ſit medio tempore, videlicet inter obitum naturalem reſignantis, & repudiationem reſignatarij, quæ non facit nouam declarationem, ſed præcedentem declarat & liberam relinquit. In his autem quibus beneficia affecta ſunt & debentur, non eſt morosè diſputendum, de his apicibus an tempore collationis aliàs liberè, vacaret vel non. Tum circuitur euitandus.

248 ¶ Sed quando reſignatio non eſt conditionalis, nec in fauorem: ſed pura & ſimplex, vt in manu Ordinarij vel Legati: Tunc nunquam curatur de obitu reſignantis ſuperueniente infra tempus vel extra terminos huius regulæ, vt in c. *ſi tibi abſenti, de præb.* in 6. Tum quia ibi reſignatio erat pura & omnino valida, purè & incommutabiliter admiſſa: ſola verò collatio pendebat, & ſequuta repudiatione non reſoluitur reſignatio, ſed remanet, idémque vetus modus vacandi. Hic autem etiam ipſa reſignatio conditionalis & reſolubilis erat: tum quia ibi non ſuperuenit nouus modus vacandi: & ſic nulla iſta cauſa ſuberat variandi & alij conferendi. Hic autem alius nouus vacandi modus ſuperuenit: & ſic nulla culpa eſt in Ordinario rurſus alij cooferente, & dictam exorbitantem iuríque communi contrariam reſignationem ignorante. Idem tamen ſi ſciret: quia hoc caſu ceſſat & ratio & prohibitio alij interim conferendi, de qua

c. ſi tibi abſenti.

in dict. cap. *ſi tibi.* Tum in dict. c. *ſi tibi.* repudiatio retrò quidem trahitur, ſed ſolùm vſque ad punctum collationis factę repudiati: vacationem autem antiquam reliquit intactam in termino ad quem: ſed hic repudiatio traditur retro (etiam vſque ad reſignationem ipſam, quam abolet & inficit) & ad ſtatum quo beneficium non vacabat. Vnde non deber obſtare nouæ vacationi interim ſuperueniente, & conſequentet nec prouiſioni Ordinarij quæ fauorabilis eſt: Tum odio huiuſmodi reſignationum in fauorem vt faciliùs reſoluantur; Tum quia ſunt diſpoſitoriæ, & ſic videtur in dubio diſpenſatio limitata ad effectum prouiſionis ſuper qua fit, qua deficiente ceſſat diſpenſatio: vt & inf. & dixi ſupra *de inſtr. reſignant.* num. 29. num. 161.

249 ¶ Quod autem ſuprà num. 245. dixi de repudiante, vt etiam iure communi vacet per obitum, limito vt procedat quando reſignatarius nunquam acceptauit, nec expreſsè nec tacitè: ſecus ſi mel ſaltem tacitè acceptauit; vnde cum reſignatarius in fauorem retenta per patruum reſignantem penſione pactus fuiſſet cum trapezitis, & procuratorum à ſe factum ad conſenſendam creationi penſionis cum faſciculo totius negocij tradidiſſet eidem trapezitæ, qui ſimul expediri fecit Romæ, vbi collatio facta nepoti, & procuratoris eius conſenſu penſio creata patruo, deinde poſt tres menſes etiam bullis aut ſignaturis non allatis, vel ita arca ſeruatis, moriens nepos declarauerit patruo ſuo quòd non acceptabat, ſed repudiabat reſignationem, & obiit? Reſpon. collationem Ordinarij per nepotis obitum validam, quia iam ſatis acceptauerat, nec reſignabat, nec valebat hæc declaratio ſi conualuiſſet, & ſic erat fraus decreto de reſeruationibus & libertati Ordinariorum. Amplio etiam ſi non inſinuaſſet iuxta edicta Henrici Regis. Quod ſi omnia inſinuata, tanto minus cauillari poteſt collatio Ordinarij, quia aliàs deciperetur.

250 ¶ Item ſecus ſi ſunt ſuſpiciones fraudis continuatæ ſucceſſionis (vt apud Lemouicos) vidi de quodam qui menſe Octobri beneficium reſignauit vicario & factori ſuo, & Romæ admittitur menſe Decembri, dictus autem vicarius menſe Ianuario motiens declarat ſe nunquam acceptaſſe, & oolle illud beneficium quod nominatus impetrat, ſed dictus reſignans alij ſuo domeſtico reſignat. Certè magna eſt præſumptio fraudis de beneficio perpetuando in familia, & quod vicarius ſic monens repudiando retrocedebat in fauorem, & non aliàs, quia in effectu idem, & gliſcit fraus in ea regione vbi ſolum ſunt: accedit fauor nominatarum academiarum: fateor contra prædicta opponi poſſe, quòd in reſignatione in fauorem duo ſunt: Primum ipſa reſignatio: Secundum, quod in fauorem, ergo deficiente ſecundo abſque culpa ſuperioris qui quod ad ſe attinet conditioni reſignationis ex voluntate reſignantis ſatisfecit, remanet primum, ſaltem quando eſt ſimplex vſitata reſignatio in fauorem, non miſta cum aliis reciprocis, nec dependens ab euentu alterius concordati. fa. e. *cum dilecti.* §. *ſed contrà. de dolo & contumac.* & quæ dixi in conſuetud. Pariſ. §. 55. gloſſa. 1. numero 66. Sed ſolutio patet diſtinguendo quinque gradus huiuſmodi reſignationum, vt plenè dixi infra ſuper reg. *de verſimili notit.* qu. 6. quò remitto.

251 ¶ Ex his obiter & nouè dictatis, infinitæ quæſtiones tam in iure quàm in praxi decidi poſſunt. Ex prædictis bodie multas vno verbo decidi controuerſiſſimas quæſtiones in quibus varia emanauerant reſponſa, etiam doctorum, & conſultiſſimorum togati noſtri ordinis: ex vnico implicatiſſimo themate huiuſmodi. Quidam habens præbendam & prioratum, ter eodem anno reſignauit: ſcilicet primo menſe Iumo præbendam in fauorem Titij, prioratum verò in fauorem Caij: & vtriuſque ſignatura Romæ expedita:

Thema implicitum.

Titius menſe ſequenti obiit, nulla acceptatione nec declaratione facta: pet cuius obitum menſe ſequenti, Auguſto, Ioannes impetrat: poſtquam reſignans interim eidem Caio tam præbendam quàm priotatum reſignauerat. Rurſus & tertio præfatus reſignans, menſe Ianuario, Romæ reſignat præbendam in fauorem dicti Ioannis, & menſe Martio ſequenti priotatum in fauorem Caij, deiode anno immediate ſequenti, menſe Iunio, in poſſeſſione vtriuſque obiit. Cum autem Ordinarius prouidiſſet per obitum poſſeſſoris, venit Ioannes ad præbendam, tam capite ſuo (videlicet reſignationis ſibi factæ menſe Ianuario, nouiſſimo) quam ex capite primæ reſignationis factæ Titio, per cuius obitum impetrauerat. Caius autem ad priotatum, ex triplici reſignatione ſibi facta. Hic multæ quæſtiones ſimul concurrebant: videlicet an prima reſignatio facta Titio, ſit confuſa, & reſoluta per eius obitum, ante acceptationem, iúſque reuerſum ad reſignantem: vt quidam dicebant eſſe ambulatorium vſque ad acceptationem: an verò ſola collatio facta Titio, reſoluta ſit, quia non acceptauit: tamen præbenda remanſerit liberè vacans in mann Papæ vt alij putabant: an verò ſi præbenda vacet per obitum Titij, cadat in collationem Papæ, factam Caio, per ſeeundam reſignationem poſſeſſoris in vim clauſulæ, *quouiſmodo & ex cuiuſcunque perſona*: & an Caio obſter hæc regula in priotatu: non obſtante tertia reſignatione ſibi facta Romæ, infra quadrimeſtre, ante mortem reſignantis: & an Ioanni quoque obſtet, etiam ex capite Tinj, pet cuius obitum prouiſus eſt.

Solutio. 252 ¶ Breuiter, omiſſis variis aliorum reſponſis, cenſui beneficia adiudicanda collatatis ordinanj per obitum poſſeſſoris. Nec enim verum eſt, quod quidam pro Ioanne dicebant, hanc regulam eſſe perſonalem: quia imò in tem eſt, ibi, *niſi reſignationes*. & ſic quamus pet obitum Titij, forſan etiam ignorantis, non fuerit ius reuerſum ad reſignantem, nec collatio quidē ei facta, extincta (quia nec expreſsè repudiauit, nec tacitè: cum terminus ad hoc non fuerit ei præfixus, iuxta dict. c. *ſi tibi abſenti*. & ſic interim Ioannes bene impetrauerit, & ius habuerit, tamen reſolubiliter, ſicut Tinus habebat) debuit tamē publicare, quo omiſſo vacauit per obitum poſſeſſoris: etiam ſi ignoraut Tinum per reſignationem fuiſſe prouiſum, tum quia Ioannes certat de acquirendo: tum quia ſciebat alium poſſidere: ſaltem ſe non poſſidere. Quantum autem ad Caium, res eſt diſputatione indigna; cum ter ſibi ab eodem reſignari fecerit.

Quæſt. 6. 253 ¶ Vndecimò quæro, Prouiſus Romæ vel apud Legatum per reſignationem exhibuit & inſinuauit ſignatutam vel etiam bullam Epiſcopo collatori ordinario, qui eam pro debitè inſinuata vel notificata habuit, & in opiſtrographo vel plica bullæ per notarium ſuum adſcripſit, viſa tali die per Epiſcopum: deinde poſt ſemeſtre reſignationis, moritur reſignans in poſſeſſione ſine alia publicatione: an ſit locus huic
1 regulæ? Hæc quæſtio multa capita complectitur, videlicet an ſit locus ad commodum graduatorum vel nominatorum vel mandatariorum, aut aliorum ca-
2 nonicorum expectantium per obitum: Secondò an ſit locus etiam ad commodum currentium ad Papam
3 vel Legarum: Tertiò, an etiam ad commodum ipſius Epiſcopi, vt dictum reſignatarium qui inſinuauit, & quem pro inſinuato habuit eludere poſſit, & alij conferre pet obitum. Sufficiet hoc vltimum caput, quàm breuiùs & clariùs quibit diſputare: in quo videtur
1 ceſſare regula. Primò, quia Epiſcopus reſignatarium & eius prouiſionem ſemel approbauit: igitur amplius reprobare non poteſt, & illuſio & variatio maximè
2 dedecet eccleſiaſticos. clem. 1. *de renuntia*. Secundò, qui reſignatarius cōfidere potuit ſuper conſenſu Epiſcopi collatoris ordinarij, qui gratum & notum habuit: & hinc non tantā occaſionem habuit feſtinandi ad publicationem & poſſeſſionis realis apprehenſionem. Cùm igitur hoc caſu ſolùs Epiſcopi intereſſe, quia nullus eſt expectans cui debeatur pet obitum, nec alius impetrās per obitum quàm collatarius Epiſcopi, videtur ſaltem quòd attinet ad Epiſcopum ſatis publicatum eſſe: & ſic quòd Epiſcopus ipſe pet obitum conferre non potuerit, ſaltem liberali & voluntaria collatione, vt hic. Et ſic patet, quod ſaltem tenetur ad interueſſe, vel ad ſimile beneficium reſignatario, cui occaſionem morandi, minúſve feſtinandi, & ſic damni incurrendi ſua illa adprobatione dedit, l. *qui occidit. §. in hac ad leg. Aquil.*

254 ¶ Tertiò, quia huiuſmodi publicatio non exigitur niſi ad finem ſcientiæ: ergo ſola ſcienna ſufficit reſpectu ſcientis qui certus eſt, nec amplius (quomodo ſciat) certiorari debet, l. 1. in fin. *de actio. empt. c. cum qui certus*. & ibi Dyn. *de reg. iur.* in 6. & in dubio ſufficit ſola ſcientia Dyn. in dict. c. Cyn. in l. *empt. C. de euiction*. Alexand. conſ. 74. lib. 4. dixi in conſuet. Pariſ. §. 13. gloſ. 11. nn. 5. Ergo reſpectu Epiſcopi ſola ſcientia ſufficit: ſed hic plus eſt quam ſcientia, cùm adſit denuntiatio & inſinuatio Epiſcopo facta: & vltrà, approbatio per eum, gratum habendo, facta. Igitur æquè ſufficit contra merum collatarium eiuſdem Epiſcopi, qui cauſam metè lucranuam habet, nedum à ſciente, ſed etiam à denuntiato, & vltra ab approbatore. Quartò, quia ita fertur ſemel iudicatum fuiſſe in prima claſſe inquiſinonum huius Senatus, Atqui non exemplo, nec exemplis quidem iudicandum eſt. Hæc autem quæſtio non poteſt commodè breuiterque decidi, niſi priùs diſcuſſa & reſoluta quæſtione illa, an hæc regula locum habeat in Ordinario; quam quæſt. hactenus pro expedita & explorata habui, vt patet in præcedentibus, præſertim in 3. qu. vbi hoc pro indubitato præſupponitur. Quòd ſi pro nodo vindice digno illam habuiſſem, vtique in capite pro prima quæſt. poſuiſſem, vt in ſimil. in reg. præceden. num. 22. Quin experientia praxiſque vulgata, rerum magiſtra, docet non eſſe diſputandum. Verùm vtcunque hæc quæſt. in ſe explorata ſit, tameu quia plures caſus continet qui non ſunt æquè explorati, ſi fors caſus dubitabilis huius incidentis quæſt. incurrat in epitaſim alterius quæſtionis, vt hic, tunc in ea perſtaſi, qui priùs per ſe ſupra omnem dubitationis aleam ſtare videbatur articulus, iam perelitari, nutare, & dubitabilis eſſe incipit.

Quæſt. 12: An reg. procedat in Ordinario.

Primus caſus.

Secundus caſus.

Tertius caſus.

Hypotheſis.

255 ¶ Excutiamus igitur obiter illam hactenus pro-expedita habitam quæſtionem, quæ 12. erit. An hæc regula locum habeat in Ordinario? Et quia plures caſus implicat, primùm in caſu permutationis: de quo cùm non ſit voluntaria, ſed neceſſaria collatio, minus habet dubitationis, per not. in regul. præceden. num. 30. Secundum in ſimplici reſignatione voluntariè admiſſa, ſed collatione facta ei cui debetur, & affectum beneficium puta mandatario Papiſtico. Tertium in reſignatione voluntariè admiſſa & liberali collatione facta ei cui aliàs non erat debitum nec affectum. Hunc nouiſſimum tantùm caſum, vt diſputatione minus indignum, excuriemus paucis in hac bypotheſi. Seius reſignauit beneficium in manu Epiſcopi, qui admiſit & contulit Tino. Seius autem paulò poſt menſem, cùm non eſſet ſatisfactum huic regulæ, deceſſit in poſſeſſione, non vt vicarius vel cuſtos, ſed nomine ſuo vt vtularis beneficij reſignati quod Epiſcopus contulit Caio: qui certat cum Titio: vter potior? Videtur quòd Titius, primò, quia prior tempore; Secundò, quia hæc regula non videtur procedere in Ordinario, ſicut nec præcedentes, numero 30. Tertiò non videtur differentia: quia ſicut ibi non conceditur Ordinario, ita nec hic concedi debet facultas vel occaſio negotiandi. Et ſicut ibi poſt viginti dies non redit poteſtas ad Ordinarium: ita nec hic poſt triginta dies redire debet, cùm

4 id vtrobiqoe ſit contra ius commune. Quartò, quia Ordinarius nedum ſciuit reſignaoonem, ſed etiam eam adioſit & approbauit: nec hoc ſolùm, ſed etiam
5 tam inſequendo contulit Titio. Quintò, quia contulit Titio non coactè, ſed merè voluntariè: & ſic euictionis nomine tenetur ei, c. *inter cætera de præbend.*
6 Sextò, quia poſt obitum Seij, etiam ſi regulæ locus ſit, ius conferendi deuoluitur ad eundem Epiſcopum cui liberè & nouo defertur, cum nulli alij ex hypotheſi debeatur, ergo ius Titij primi collatarij potius confirmatur, l. *cum vir* & ibi Bart. Imol. *de vſucapionibus.* Saltem idem Epiſcopus de euictione Titio tàm obligatus, non poteſt priori legitimæ & canonicæ collationi ſuæ contrauenire.
7 256 ¶ Sepomò, aliàs ſequerentur multa abſurda: quia Epiſcopus vel eius vicarius admiſſa reſignatione, non conferret, niſi abſenti: cui noo nonficabit, niſi ſpes affulſerit nummi: quæ ſi illac deficiat, aliunde venabitur conferendo alij per obitum infirmi reſignantis, qui non ſolùm viginó dies, ſed etiam menſem ſuperuixit. Videtur autem perquàm abſurdum quod Epiſcopus qui infra viginti dies obiit ſequuto, non tamen variare poteſt prætextu reg. *de infirmis*, variare tamen poſſit prætextu huius reg. ſequuta morte poſt triceſimum vel alterum diem, ſpatiúmque decem duntaxat vel vodecim dierum tantam rerum mutationem adferre. Octauò ſæpe ſolent Epiſcopi abuti, & collationes ſuas nundinare, quin licitare. Cùm autem beneficium morbundi reſignatum ſummo ſemel licitatori addixerit, ruſsus paulò poſt menſem morientе reſignante, poterit alij ſiue pluris ſiue minoris licitanó, priore licitatore delecto & eluſo addicere, hæc regula in collatione qnoque Ordinarij locum babeat. Et ſic omnino videtur quod non minus debet in Ordinario ceſſare quam præcedens, ne materia ſit Ordinariis de collationibus beneficiorum oegociandi & illudendi, vt in regul. præceden. num. 77.

Solutio. 257 ¶ Quibus non obſtanobus, dicendum hanc regulam locum habere in collatione Ordinarij, etiam in hoc, etiam tertio & vltimo articulo, de quo magis dubitatur, & cõſequenter indiſtinctè. Probatur primò per textũ reg. ibi. *ſiue in Romana Curia, ſiue extra eam* igitur etiam de reſignatis apud Ordinarios. Verba enim *ſiue extra eam*, non poſſunt intelligi de Papa peregrinante: quia vbi Papa, ibi ſua curia c. *præſenti. de præbendis*, in 6. Bald. in rub. *de rer. diuiſio.* col. 6. Roman. conſ. 145. Geminian. Philipp. Franc. in c. *vbi periculum.* in prin. col. 1. *de elect.* in 6. Philipp. Franc. c. 2. *de priuileg.* in 6. gloſ. pragmat. ótu. *de reſeruatio.* in verbo *curia.* Oldrat. cõſ. 60. vbi tamẽ latè probat quod aliud Papa & Papatus, aliud Eccleſia Romana. Ibi enim agit de tollẽdis per Ioannem 22. priuilegiis Eccleſię Romanæ propter Imperatorem Ludouicum Bauárum ibi regnantem, & alium Epiſcopum Romanum ibi electum & receptum: & decidit quòd Papa poteſt, ſed non expediebat quia timendum erat nu ex hoc Guelphi & Gibellini fierent amici, & quod talia ſæpè contigerunt, & non per proceſſus & ſententias, ſed per arma (quæ ei in ſuo conſiſtorio Auenionenſi ſententiam rogatus conſulere) ceſſauerunt. Redeundo ad rem, verba huius regulę nec etiam poſſunt reſtringi ad
1 Legatum. 258 ¶ Quia Legati extraordinaria eſt, temporaria, & fortuita poteſtas, dictum autem generale etiam hominis non refertur ad extraordinaria, ſed ad ordinaria, l. *Sito.* §. *medico. de ann. leg.* Igitur multò minùs dictum legis generalis, quæ multò minùs refertur & limitatur ad ea quæ raro accidunt, l. *nam ad ea. de legib. l. ea. quæ rarò. de regul. iuris.* Philipp. Dec.
2 conſ. 633. num. 9. cum ſequent. Secundò probatur in eodem textu ibi, *niſi de illis factæ collationes &c.* Et ſic loquitur in tem, & ſic indiſtinctè, ſiue apud Legatum, ſiue apud Ordinarium reſignatum ſit, vt ẽ. eodem
3 quæſtion. 3. Tertiò ita quantum opus eſt, interpre-

Vbi Papa ibi curia,

A tatur obſeruantia communis & praxis generalis: cui ſtandum, quando de errore non liquet l. *minimè l. ſi de interpretatione de legibus.* Quartò, quia certum eſt 4 quod etiam in hoc articulo quo de agitur, non ſolùm Papa, ſed etiam Legatus (vt de facto obſeruatur) conferre poſſunt cuiuis, & præuenire Ordinarium, niſi ruſsus conferat per obitum. Imò illis ceſſantibus ſi Ordinarius negligat conferre per obitum, deuolutio fit ad ſuperiorem, qui poteſt cuiuis idoneo conferre, non obſtante quacunque collatione à quacunque facta per dictam reſignationem, quæ cum inde ſequutus nulla eſt & reſolata. Igitur idem Ordinarius per eandem regulam, & abolioonem prioris reſignationis cum inde ſecutis poterit per obitum oon ſolùm denuò conferre, ſed etiam cuiuis liberè conferre, cle-
B ment. 1. *de ſuppleud. neglig. prælat.*

359 ¶ Ad allegata in contrarium ſupra oom. 255. Solutio non obſtat primum per rationes decidendi nuper dictas. Non obſtat ſecundum, quia regula præcedens non loquitur oec congruit in Ordinario, vt ibi dictum eſt: prout verba huius regulæ neceſſatio conueniunt & includont Ordinarium. Non obſtat tertium, per l. *non omnium, de legibus. l. ſi verò.* §. *de viro.* in fine. *ſoluto matrimonio. l. ſi ſeruum.* §. *prætor. ait.* in verbo. *non dixit prætor de acquiren. vel omitten. hæred.* C penulómo. *ne ſede vacan.* Non obſtant quintum & ſextum, quia Epiſcopus ſcit ſe reſolubilem actum facere, & collatarius ſcire debet ſe collationem reſolobilem accipere. Non obſtant vltima, quia his regulis non agitur vt omoes abuſus tollantur. Ea ſic ſtat concluſio quòd hæc regula æquè & indirectè locum habet in Ordinario vt in Papa vel Legato.

260 ¶ Et eiſdem rationibos concluditur locum habere io quæſtione principali, ſuprà eodem numero 253. etiam ad commodum Epiſcopi, cui reſignatio etiam bulla Papæ vel Legati inſinuata fuit. Si enim ipſiuſmet Ordinarij admiſſio & collatio non impedit effectum huius regulæ: quanto minus alia leuior & remotior ſcientia vel approbaoo reſignaoonis? quæ etiam non cenſetur approbari niſi qualis eſt, & inquantum deſe ſtabilis eſt: non ad nouum robur dandum: quod nec etiam Epiſcopus dare poſſet: ſed nec Legatus nec Papa qoidem, vt ſupra eodem numero 3. Et ſic forma huius regulæ ſeruanda eſt non ad finem notificaoonis ipſi Ordinario vel alteri tantùm: ſed vt D exeat in communem & publicam noonam in loco, prout omnium tam expectanoum quàm Ordinariorum, quàm impetrantium per obitum publicè ſciri intereſt. Et ſic patet ſolutio ad obiecta ſupra eodem num. 193. nu. 194. non ſolùm per locum generalem *ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt.* authen. *multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſed etiam in ſpecie.

Limitatio §. in hac.

261 ¶ Et ad. §. *in hac.* in fin. nu. 253. Reſpondetur primò quòd hic ille notificator noo certat de damno, ſed de lucro: quia non de quæſito, ſed quærendo. Patet, quia volebat ius commutabile facere incommutabile hoc eſt, incommutabilitatem reſignationis acquirere. Sed eam non poterat acquirere illo modo: ſed certo modo ab hac regula præfixo quem neglexio quate ſibi E imputet. Secundò, quòd d. §. *in hac* locum habet in eo demum qui dat occaſionem damni ſua culpa, vt patet per illum textum, & per l. *ſi ſpurator.* eodem titulo immediatè ſequenó. ad leg. Aquil. Secus ſi ſine culpa, vt expreſsè tradunt Ioan. Imol. Franc. Aret. l. 2. §. *item ſi in facto.* col. 2. *de verbo. obligationibus.* Sed Epiſcopus nullo modo fuit in culpa admittendo noonficatorem & patiendo fieri inſtrumẽtum notificationis priuatæ, & nihil eſt quod ei imputetur; ſed bene notificatori, qui debuit non priuatam, ſed publicam facere notificationẽ ſecundum formã à lege ad hoc præfixam. Imò etiam ſi Epiſcopus expreſsè voluiſſet habere pro ritè publicato, & illum actũ habere vim publicaoonis, nõ potuiſſet: quia non poteſt expreſsè huic regulæ dero-

gare, nec futuram ſuam poteſtatem abdicare ſeu limitare, & multò minus tacitè. Imò hac arte non Epiſcopus (qui nihil agit) deciperet notificatorem: ſed notificator Epiſcopum deciperet: quia priuaret eum poteſtate ordinaria conferendi, cum tamen Legatus & Papa liberè, & alij poſt deuolutionem conferre poſſent per obitum.

Quæſt. 13. 262 ¶ Decimotertio quæro vtrum notorium teneleet ab onere publicandi? Reſpond. non, vt tenet do. Gomeſ. hic quæſt. 9. & bene, quia ex quo reſignans perſeuerat & moritur in poſſeſſione poſt hoc tempus, non ſufficit retrò, nec adhuc tempore obitus fuiſſe & eſſe notorium, defunctum reſignaſſe, imò nec in fauorem talis reſignaſſe, imò nec collationem ſecutã fuiſſe, ex quo ſortita non ſunt effectum. Poteſt enim ſubeſſe ſimulatio, colluſio, reuocatio, vel aliud vitium quod præſumi vel ſupplicari poteſt, ex quo reſignans per hoc tempus manet & moritur in poſſeſſione. Vnde licet quoddam factũ ſit notorium, non tamen qualitas facti: & ſic nihilominus ſeruanda eſt forma huius regu. facit gl. c. *concertationi*. in verbo *ſciuerit*. & ibi Gemin. Philip. Franc. *de appellation*. in 6. & alinquin fundarentur Ordinarij & expectantes, & canones de vetita ſucceſſione, vt ꝛ. eod. nu. 2. cum ſeq. quia prætextu notoni reſignatarius impunè poſſet indulgere reſignanti, vt quandiu viueret frueretur, & moriens certũ delectum ſucceſſorem velut hæredẽ inſtituturn haberet. Non ergo ſufficit illa ſola notorietas, quæ fraudes non præcludit, ſed illis ſubſeruite poteſt.

263 ¶ Imò plus dico quòd etiam ſi cum dicta notorietate concurrat poſſeſſio reſignatarij in vita reſignantis, etiam infra hoc tempus vel etiam ſtarim ſumpta & continuata: ſi tamen occulta fuerit, puta etiam coram tribus vel quatuor teſtibus & notario ſumpta, etiam præſente reſignante & conſentiente, etiam recognoſcente, etiam (vt aſſolet) ab eo conducente: ſi tamen hæc non fuerint publica, nec abierint in publicam notitiam in loco beneficij, & reſignans in eodem manſerit putatiuus poſſeſſor, & in ea reputatione deceſſerit, locus eſt regulę & vacat per eius obitum etiam ſi non fuerit mortuus in quaſi poſſeſſione, nec in reputatione titularij, propter notorietatem dictæ reſignationis: quia ſatis eſt quòd deceſſit in poſſeſſione, & in reputatione poſſeſſoris in eo loco, & quòd non erat publicum ſucceſſorem aduenſſe, poſſeſſionémque effectualem remoto vel abeunte reſignante cepiſſe, & quòd non apparet reſignatarium ſatisfeciſſe formæ huius regulæ.

264 ¶ Et ita in ſimili conſuluit Domin. de ſancto Geminian. conſilio 75. vbi nominatim loquitur de eo qui petiit ſe poni, & per executorem bullæ poſitus fuit in corporalem & realem poſſeſſionem per traditionem miſſalis & ornamentorum Eccleſiæ, in præſentia quatuor teſtium, & decidit non eſſe ſatisfactum publicationi in loco beneficij, ex quo publicatio non eſt facta in actibus, in quibus populus loci conuenit. Idem in ſpecie prorſus ſimili conſuluit Panormitanus conſilio 99. ad hoc lib. 1. glo. ſingul. clementina prima. verbo *publicè*. & ibi Card. Floren. Panormitan. *de ſepul. facit*. glo. prag. tit. *de concub*. §. *publicè*. verbo *ſententiæ* & *de excommunicat. non vitan*. verbo *publicè*. Barbat. in cap. *ſi quis contra de foro competenti*. vbi tenent non dici publicatum, niſi coram multitudine, vel quando tranſit in publicani eius notitiam.

Non valet publicatio facta tempore quo populus non conuenit.

265 ¶ Et quod dixi de poſſeſſione corpotali & reali debet intelligi de actu momentaneo, quod eſt potius ſignũ poſſeſſionis, quam poſſeſſio: pragmatici vocant poſſeſſionẽ iuris, & ita loquuntur Gemin. & Panormi. idẽ de poſſeſſione etiam continua: ſed per actum ciuilem ſeu fictum reſignante ſemper incumbẽte poſſeſſioni, vt in l. *quamuis*. § *ſi conductor. de acquir. vel amitt. poſſ. in l. ſicut*. §. *ſuperuacuum. quib. modis pign. vel hypoth. ſoluitur*. quod ſufficit ad præſumptionem fraudis reſpectu tertij. Bart. conſ. 65. Imola conſ. 55. col. 1. Alex. conſ. 28. nu. 10. vbi dixi lib. 5. Paul. Pariſ. lib. 1 conſ. 55. nu. 53.

Poſſeſſio iuris.

266 ¶ Secùs ſi poſſeſſio non ſit momentanea, nec per actus ciuiles, ſed reales, & realiter & palàm continuatos, ita vt iuris *poſſeſſio*, nouique non ſolũ ntularij, ſed effectualis poſſeſſoris aduentus abierit in publicam notitiam quia tunc poſſeſſio iuris publicata & publicè continuata, publicationi & formæ huius regulæ æquipollet, imò præponderat, vt ſæpius iudicauit Rot. & rectè, vt refert Dom. Gomeſ. hic qu. 11. vbi tamen iniuriam facit Geminiano, quem dicit contra illam deciſionem Rotæ conſuluiſſe 3. d. conſ. 73. & eius conſilia reprobari ſolita. Et malè, quia etiam eadem via reprobandum eſſet conſilium Panor. 99. lib. 1. & tamen ambo loquuntur in poſſeſſione momentanea, vel ficta, nec publica, ex interpretatione cuiuſdam reg. Cancell. Eug. IV. Rota verò loquitur in poſſeſſione reali & effectuali publicéque connuata. Et ſic nullo modo contradicunt, quia caſus ſunt diuerſi, Et aduerte quòd tunc ceſſat hæc reg. non propter formam obſeruatam per æquipollens: ſed propter aliam conditionem huius reg. deficientem: quia ex hypotheſi reſignans non obut in poſſeſſione,

Geminianus defenditur.

267 ¶ Et ſic idem ſi poſſeſſio realis non ſit diu continuata, nec abierit quidem in notitiam populi & vicinæ loci: ſed reſignans ad aduẽtum ſucceſſoris etiam diu poſt hoc reinpus venientis de facto, loco poſſeſſionique cedens quia abierit, & ſi alibi paulò poſt mortuus fuerit tunc verum non eſt eum in poſſeſſione deceſſiſſe. Et ſic non eſt inquirendum tiec de publicitate poſſeſſionis, nec de reliqua forma huius reg. Et ita obtinui pro Ioan. Maſierio, contra Petrum Bernardum ſuper canonicatu & præbenda Bellnoci Matiſconenſis diœceſis. Philippus Bernat. canonicatum bis reſignauit, primò in fauorẽ dicti Ioan. qui prouiſus fuit Romæ vicesima quinta Iunij anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo tertio poſtea pentiens, vel conſanguineorum (vt fit) precibus illectus reuocauit, & reſignauit in fauorem Petri nepotis ſui, qui eodem anno die ſeptnoia Septembris prouiſus fuit Romæ, ſed reuocatio prioris mandati non fuit nonficata niſi poſt collationem Ioan. Petr. tamen prior habuit bullas, publicauit, fulminauit, & poſſeſſionem cepit: ſed tamen reſignans remanſit ſemper in poſſeſſione vt prius vſque ad annum ſequentem & menſem Auguſtum quo infirmitate correptus eſt. Tunc venit Ioannes, & pet magiſtrum chori in præſentia quatuor teſtium & notarij, facit ſe in poſſeſſionem canonicatus mitri, eadem die reſignans lecticam ingreſſus, migrauit in aliud oppidum, vbi poſt quindecim dies deceſſit. Præſes Pariſienſis Academiæ conſeruator, recredentiam, quam vocant, adiudicauit Petro, Ioannes Senatum appellauit, vbi pro eo ſcripſi, & 268 obtinui per areſtum Cal. Februarij anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſeptimo pronuntiatum, quo fiduciaria poſſeſſio (ſententiam in hoc corrigendo) adiudicata fuit Ioanni, & partes in principali remiſſæ coram Præſide, ſecluſis (velut recuſatis) illis qui ſententiam illam dederant. Plenum enim poſſeſſorium moratus eſt Petrus factis quibuſdam quæ non probauit. Id: o ſuccubuit in pleno quoque poſſeſſorio per aliam ſententiam Præſidis quæ areſto pronunciato menſe Auguſti anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo confirmata fuit. Ratio decidendi, quia reſignans veniente Ioan. poſſeſſ. realiter ceſſit nullo inquilino, nec alio nomine ſuo poſſeſſioni incumbente relicto, ad quam nunquam redut. Et ſic cùm non ſit mortuus in poſſeſſione, ceſſat reg. & locus eſt iuri communi quo Ioan vicit. Et ſic quamuis tion deeſſent impetrantes per obitum, tamen non fuit curioſius inquirendum de publicatione Ioannis, ex quo reſignans non erat mortuus in poſſeſſione.

Areſtum.

Areſtum.

269 ¶ Dicta verò revocatio duplici morbo laborabat, Primo quia ex non integra notificata: Secundò quia notificatio non valebat. Licet etiam Philippus revocasset coram notario, tamen per idem instrumentum non constituerat procuratores ad notificandum. Et sic licet notificator haberet instrumentum revocationis præ manibus, tamen hoc non sufficiebat ad probandum mandatum ad notificandum: detentio enim & exhibitio instrumentorum non plenè probat mandatum nisi aliis concurrentibus, vt in l. fi. C. *de patt. conuen.* Lud. Ro. singu. 638. Felyn. in c. *eorum de offic. deleg.* maximè cum illa revocatio potuerit per importunitatem (de qua suspecta erat) extorqueri. Nota.

270 ¶ Petrus autem produxit transsumptum parte vocata è regiſtris curiæ Romanæ de signatura Ioannis, in qua erat scriptum, *missa decimatertia Octobris*, vnde inferebat illam signaturam non fuisse admissam nec subscriptam à Papa nisi mense Octobris: & sic post resignationem Petri expeditam mēse præcedenti. Ego verò respondi scripturam illam *missa, &c.* primò esse priuatam nullúsque fidei. Secundo ex interuallo appositam, vt patet per præfatam datam bullarum Ioannis, quibus potiùs standum erat & quod stylus scriptulatiorum Romanorum & Bullistarum non facit ius, sed bullis standum: & ita iudicatum fuit, & benè: quamuis non benè constaret quòd Masierius tempore publicationis suæ bullas suas haberet, & suspicio esset quòd leuatæ fuerint etiam post obitum resignantis, videlicet tempore datæ dictæ clausulæ *missa est, &c.* de qua nuper dixi.

271 ¶ Sed de hoc videlicet an bullæ leuatæ sint, parum curatur, modò de veritate constet, quia reg. 29. & reg. 53. similes, per quas gratiæ & dispensationes & inde secuta bullis non confectis cassantur, tanquam pecuniariæ apud nos spernuntur. Et semper vidi publicationes alias ritè & publicè factas, per huius Senatus arestа recipi pro satisfactione huius regulæ, nec vitari ex eo quòd probaretur bullas ipsas postmodùm leuatas fuisse. Quin ita etiam hodie obseruamus, etiam post regium edictum, quod post has regulas subiiciemus.

272 ¶ Ex prædictis deciditur quæstio quam valdè controuersam vidi in hoc Parisiensi Senatu, in prima classe inquisitionum, anno sesquimilleſimo quadragesimo secundo, mense Ianuario. In Ecclesia Carnotensi est præpositura Antuerpiensis spectans ad collationem Episcopi, cuius tamen administratio est Antuerpiæ, nobilissimo empono, fundata à Regibus Lusitanis qui ibi præfectum habent, & ibi fita sunt omnia bona reditus & iurisdictiones dictæ præposituræ, non autem Carnoti, vbi præpositus vnum tantùm cereum singulis annis offerre debet. Dom. de Serre consiliarius huius curiæ Parisiensis præpositus Antuerpiensis resignauerat in fauorem Titij, qui bullis non confectis nec possessione sumpta, resignauit in fauorem Caij, qui possessionem capit Antuerpiæ, locat prædia colonis, reditus recipit & apochas dat, ibique nomine suo iurisdictionem exercere facit, deinde post sex menses à prima resignatione dictus consiliarius moritur Parisiis, per cuius obitum Episcopus Carnotensis illicò dictam præposituram confert Seio, qui vult Caium extrudere per hanc reg. nec non Episcopus Seio adhærens & contendens se semper ignorasse dictas resignationes, eas nunquam fuisse sibi insinuatas, nec vllo modo publicatas Carnoti, quódque nunquàm fuit possessio petita à se, nec ab alio Carnoti, vbi etiam cereus fuit de more oblatus nomine primi resignantis post dictam resignationem. Quibus non obstantibus à certis dictæ classis consiliarius consultus respondi Caium tuendum, quia primus resignans non decesserat in possessione, ex quo eo viuo possessio realiter publicè & pacificè fuerat in loco beneficij apprehensa, continuata, & exercita, per Caium: sic primò cessat principalis conditio huius reg. Secundò talis realis; effectualis, & publica possessio præstat simplici publicationi quantumuis solenni, vt supra eod. num. 204. Tertiò cùm ea notoria essent in loco beneficij quantumuis remoto, non potest Episcopus iustam ignorantiam causari, sed sibi imputare debet, id quod per se vel alium scire potuit, vt inquit text. in Cle. vnica in fi. *de cohabit. cleric.* Antuerpia.

273 ¶ Decimoquartò quæritur, Quid si resignanti reseruati sunt omnes fructus? Breuiter hæc quæstio quam Gomes. hîc q. 15. per tres casus discurrit, superuacua est per ea quæ nouè diximus supra eo. ix. cum duabus seq. Si enim currit tempus reg. mox ab admissa resignatione non obstante quouis impedimento vel insta ignorantia resignatarij, vel etiam ante collationem, quantò magis quando resignatarius non habet aliud impedimentum quàm quòd parum vel nihil lucraretur, fructibus resignanti ad vitam reseruatis? præsertim cum huiusmodi resignatio sit odiosior & exorbitantior, & tantò magis si etiam omnes fructus & denominationem tituli reseruauerit? Vt per abusum & vulnerationem canonum fit in terris Papæ, vt refert Gomes. in reg. *de annal. possessor.* q. 60. Et sic indubitanter locus erit reg. nisi quando beneficium non per resignationem, tenenta quauis pensione: sed per reseruationem personalem, consensu titularij factam, non per eius obitum vacaret, sed in reseruatarium desultaret. Vt contra Canones passim fit in terris Papę, provt apud nos in officiis ad superuiuentiam, quam vocant, concessis. Quæſt. 15.

274 ¶ Cæterùm quicquid sit in locis (quam Romanenses vocant patriam obedientiæ) non toleratur in hoc regno, fructus omnes, sed nec dimidiam vel authore Papa reseruari: sed tertiam dumtaxat, vt Regiis constitutionibus, & summorum tribunalium arestis cautum est, etiam si permutationis causa ad tenuitatem competmutantis supplendam id fiat. Non tamen ob id rescinditur permutatio, vel resignatio, sed immoderata pensio ad congruum modum trientem ad minus, vel etiam ad minorem, si qualitas beneficij, putà parochialis exigat, etiam per potestatem sæcularem reducitur, & meritò, cum Ecclesiæ, quàm priuati, potior, causa sit. Imò esset reditus Deo sacrisque dicatos in alios vsus conuertere, quod est illicitum ex *semel. de reg. iuris in 6. l. de administra. rerum ad ciuit. perti.* cle. *quia contingit.* in prin. *de relig. domi.* per quæ iura iunctis canonibus antiquis de reditibus Ecclesiæ diuidendis in quatuor partes C. *vobis* cum 8. c. seq. 12. q. 2. & constitutione Lud. 9. Franciæ Regis qui iussit in tres partes diuidi, vnam prælato, alteram fabricæ, tertiam pauperibus, non toleratur in hoc regno pensionem excedere tertiam partem fructuum, sed appellatur tanquam ab abusu, & per arresta summorum tribunalium abusiua declaratur, in quantum tertiam partem excedit in qua distributiones quotidianæ non computantur, & meritò, quamuis aliàs toleratа fuerit in hoc Regno vsque ad dimidiam partem fructuum, nimis in hoc degenerando à seculo Caroli magni, sed quo bes, aut ad minimum semis, pauperibus addicebatur, vt dixi in præfatione edicti Regij, num. 5. Pensionis excedęs. Lud. 9. Caroli Mag.

275 ¶ Et sic ruunt multæ ambitiosæ & iniquæ decisiones nouorum canonistarum præsertim dum dicunt debitori huiusmodi pensionis denegari beneficium. cap. Odoardus. *de solutio.* quos sequitur Gomes. in regu. *de annal. possessione.* q. 54. & malè: tantum enim abest denegari, vt etiam si abundet: tamen vltra trientem dependente cogi non debeat. Quinetiam in terris Papæ vbi præfatæ sanctę constitutiones silent nullo iure cauetur denegandum hoc casu subsidium, d. c. *Odoardus.* 276 ¶ Plus dico quòd clausulæ Contra Gomes. Clausulà quod resignatarius

uatur non ſoluta penſione abuſiua eſt.

illæ de reſoluenda reſignatione, & reuertendo ad beneficium reſignatum ob non ſolutionem penſionis, nullæ ſunt & abuſiuæ, quia ſunt ſpecies reſeruationis ſiue recurſus, per decreta conciliaria generaliter & indiſtinctè damnati. Nulli enim recurſus, nullæ reſeruationes etiam conditionales fieri & admitti poſſunt niſi prout de iure communi, & in caſum quo & velut ab Ordinariis fieri poſſet, vt in ſimplici & rotunda permutatione iure communi permiſſa, vt ſuprà eod. n.134. Et quamuis in Papa vel Legato conniuenter toleratum ſit, vt poſſit creare penſionem, etiamſi permutatio fiat perſonarum fauore & affectu, quo caſu Ordinarius non poteſt, quamuis Ordinarius bene poſſet ſi permutationem faceret cauſa publicæ ipſius Eccleſiæ neceſſitatis vel vtilitatis, eâque cognita: tamen illud quod conniuenter admiſſum eſt in Papa vel Legato non debet trahi in conſequentiam, nec ad deterius extendi, videlicet ad clauſulas reſolutionis in defectum ſolutionis, quæ tanquam abuſiuæ ſpernendæ ſunt, & ab earum executione, ſi fors contingeret, tanquam ab abuſu iuſtè appellari poſſet: quod nota. 277 ¶ Et hîc non inutiliter excurrendo, notandum quòd penſio non poteſt conſtitui etiam per Papam & conſenſu prælati ad commodum eius qui nullum habet nec prætendit ius in beneficiu. Neſt eſt verum quòd Papa ſit dominus beneficiorum, quicquid garriant canoniſtæ, præcipuè Felyn. c. *ad audientiam.* 2. col. 2. *de reſcript.* Philip. Dec. conſ. 141. Hieto. Gygas in tract. penſio. qu. 1. nu. 4. & qu. 8. & qu. 10. nec in hoc Regno toleratur, ſed appellaretur tanquam ab abuſu, & abuſiuum declararetur, non obſtante quacunque poſſeſſione. vt ſæpe iudicari vidi in hoc Senatu, & in Senatu Rothomagenſi, anno ſeſquimilleſimo viceſimo primo. Debet ergo conſtitui vel cauſa concordiæ cum cauſæ cognitione per Ordinarium, vt in c. *niſi eſſent viri prouid. de prabend.* vel per Papam ad commodum & vitam, verum vel probabile ius & titulum reſignantis tantum. Non enim poteſt Papa facere quòd tranſeat ad hæredem, vel alium ſucceſſorem reſignantis, etiam conſenſu reſignatarij: ſed tanquam ab abuſu appellatetur: & merito, ne beneficia fiant cenſualia, vel ſectionem patiantur, contra conciliares canones, *vnico. vt Eccl. benefic. ſine vlla diminut. confer. c. maioribus. de prabend.* Tum ne redeant Eccleſiarum in alios vſus transferantur. 278 ¶ Quòd autem canoniſtæ nugantur penſionem non in quota, ſed in quantitate conſtitui debere, ne obſtent d. iura conciliaria, nimis friuolum & ineptum eſt: quia non minùs ſecantur vel minuuntur per quantitatem, quàm per quotam, & lex eſſet impoſita verbis, & fraus, imò contortio manifeſta d. canonum. Ideò de eorum diſtinctione ſophiſticè inuenta ad inſeruiendum affectibus fraudatorum d. canonum non curamus, ſed effectum inſpicimus. 279 ¶ Adhuc ſi ad commodum reſignantis conſtituitur penſio, non valet vt ſubreptitia, ſi prior inerat penſio, de qua non ſit facta mentio in bulla, etiamſi vtraque non excedat tertiam: niſi prior iam nulla vel finita eſſet. Hieron. Gygas in tract. *penſio.* q. 39. Nicol. Boe. deciſ. Burdega. 162. 280 ¶ Et licèt alias in creatione huiuſmodi perſonalis, & temporariæ penſionis non requiratur conſenſus patroni. Hier. Gygas tract. *penſio.* q. 23. tamen aliud eſt in beneficiis ſpectantibus ad nominationem Regis: quia abuſiua eſt penſio ſine conſenſu Regis expreſſo creata: & ab executione poſſunt tam reſignatarius ipſe, nedum ſucceſſor, quàm generalis procurator Regis appellare tanquam ab abuſu. Et ita notorié practicatur in magno Regis conſilio. 281 ¶ His ſcriptis, de duabus quæſtionibus conſultus fui, quarum vt quotidianarum deciſionem breuiter ſubiiciam. Prior in ſpecie huiuſmodi: Quidam iure deuoluto impetrauit beneficium veri, indubitati, pacifici poſſeſſoris, cui litem poſ-

Papa non eſt dominus beneficiorum.

Conſenſus Regis.

Areſta.

ſeſſoriam ſtruxit, quam tranſactione finierunt, penſione creata deuolutario prætenſum ius cedenti vel reſignano. Mortuo poſſeſſore, ſucceſſor penſionem denegat. Reſpon. quod bene: & quòd tanquam ab abuſu prædictum Senatum appellare poteſt, tam homologatione tranſactionis, quam creatione penſionis à Papa factæ: quia eo ipſo quòd conſtat poſſeſſorem illum fuiſſe verum titularium, & vltra triennium pacificũ, & quòd non apparet vllam fuiſſe cauſam deuolutionis, vel nouæ vacationis, ſequitur deuolutum illud nullum fuiſſe, imò abuſiuum contra decretum *de pacific.* Cum ergo liquidum eſſet deuolutarium nullum ius habere, tranſigi non potuit: ſed tranſactio nulla fuit, l. t. *de tranſact.* & conſequenter nec penſio creari potuit, Non enim ſufficit quæuis lis, ſed requiritur lis ſeria & non ficta, & ex probabili dubio & titulo colorato, alioquin cum lites fingi poſſint, & poſſent beneficia paſſim cenſualia fieri colluſionibus: quod eam nullum eſt quam prohibitũ, l. *cum hi. fid cum lis.* ibi, *fingi enim lites poſſunt vt &c. de tranſact.* & eſt caſus rotundus in c. *audiuimus. de colluſ. detegen.* 282 ¶ Poſteriorem quæſtio hæc eſt, duo titularij & pacifici poſſeſſores permutauerunt inuicem beneficia, non tamen ſimpliciter, ſed vtroque penſionem ſuper reſignato beneficio reonente, quo negotio à Papa homologato & executo, alter prædefunctus. ſucceſſor pro conuinuanda penſione impetitus me conſuluit: Plures enim togæ noſtri ordinis alij ambigebant: alij cenſebant ſtandum concordatu facto, cum vterque verus titularius fuiſſet, & vterque ſimpliciter ſeorſum ſic reſignare poterat: ergo ambo mutuo vel inuicem, & ſicut diuerſis temporibus poterant alter alteri ſic reſignare: ergo potuerunt ſimul & eodem tempore, vt valeat argumentum de ſimplicibus ad mixtum, vbi non apparet prohibitio nec diuerſa ratio. Alij rudiores (quæ maxima turba eſt quæſtum tantùm ſpectantium) dicebant ſe non inuenire caſum in iure vel concordatis prohibitum, nec per aliquod arreſtum: ergo &c. Prætereà & fortiùs concordatum indiuiduum eſt, nec pro parte ſolui poteſt, cum etiam ſit factum ſub clauſulis *nec, aliàs nec alter, &c.* ſed non poteſt penſio negari niſi ſoluto concordato, quo ſoluto, cunſultor iſte etiam beneficio impetrato proſus excluderetur: impetrauit enim beneficium permutatum defuncto quod non ſpectabat ad eum niſi virtute dicti coocordao: nec vacauit per eius obitum niſi mediante & ſtante dicto concordato. Et ſic neceſſarium videtur illi ſilendum eſſe, & penſionem continuandam ad vitam ſuperſtitis: licèt penſio creata defuncto, eius morte reſoluta ſit. 283 ¶ Quibus non obſtantibus, reſpondeo penſionem nullã & abuſiuam eſſe. hæc enim via admiſſa, omnia beneficia paſſim cenſualia fierent, contra veritas ſectiones beneficiorum, d. c. *maioribus.* &c. vnico. *vt Eccleſia. benefi. ſine vlla diminut. conſer.* Et fraudarentur decreta reſeruationum prohibitarum: ſic enim fieret vt ſuperſtes ſemper frueretur vno ſolido beneficiu, & penſiuoe ſuper altero: & ſic quandiu colluſores viuerent, penſiones compenſarent, ſecuti poſt obitũ. Et ſic quiuis habens beneficium poſſet cui vellet poſt obitum penſionem hac ante creare, vel etiam occultè preno adpretiato vendere cuicunque vellet, cum propter multitudinem beneficiorũ liceat à ſodali vile beneficium velut commodato ad tempus accipere, & eidem poſtmodum reſignare. Quid enim vetat negotio perfecto, alterum penſioni ſuæ renuntiare, vt liberum beneficium commodaton reſtitui poſſit, integra relicta penſione qua de negotiabatur?

Motus prætorius non valet.

284 ¶ Quanquam enim beneficium tenuiſſimum cum pinguiſſimo permutari poſſit, tamen de iure ſimpliciter fieri debet, nec habenda ratio quòd alterius reditus ſuperualeant: vt not. in c. peo. *de rerum permut.* niſi quando iure proprietatis permutantur, vt in c. *ad quæſtionem.* eo. tit. Quòd autẽ aliter hactenus practica-

ris cœptum eſt à curia Romana, id vno duntaxat caſu admiſſum & toleratum fuit; videlicet quando alterum beneficium inæquale erat penſione conſtituta cedenti beneficium pinguius duntaxat, & adhuc cum hoc ſit exhorbitans à iure communi, & diſpenſatiuè tantùm admiſſum, non debet in conſequentiam trahi, & ſic non poteſt extendi ad hunc caſum, quo non propter inæqualitatem patienti vnica penſio creatur: ſed vtérque ſibi paciſcitur & retinet penſionem: ita quòd non agitur de recompenſatione damnum patientis, ſed de noua ſpecie negotiationis, qua id efficitur, vt quicunque ſuperſtes erit, is de integro, libero, & non diminum beneficio, & de penſione ſuper altero, videlicet præmorientis beneficio ſecurus ſit: quæ eſt ſpecies reſeruationis, ἀνώνυμος odioſæ & per decreta conciliaria reprobatæ. 285 ¶ Igitur iſte ſucceſſor rectè tanquam ab abuſu appellare poteſt ab executione d. concordati & homologationis Papalis in quantum dictam penſionem & nouum hoc genus negotiationis concernit duntaxat. Nec eſt nouum, imò vt nuper num. 224. dixi iam vſitatum, vt in iſtis abuſionibus ſepararetur vtile ab inutili, quando inutile non concernit ſubſtantiam tituli, ſed aliquid extrinſecum, putà creationem penſionis vt hic. Et ſic eodem medio omnia quæ in contrarium quantumuis acriter vrgere videbantur, diluta ſunt. 286 ¶ Et hæc de penſione conſtituta ratione tituli & reſignationis ipſius beneficij; ſecus de penſione conſtituta ratione proprietatis bonorum vel iurium beneficij. Vt ſi Eccleſia acquitat ab alia, cui in ſupplementum penſionem conſtituit. Hæc enim non eſt penſio perſonalis & temporaria ratione tituli perſonalis reſignati, de qua tantùm loquimur: ſed eſt reditus realis & perpetuus, proprietatem ipſam & perpetuam vtilitatem vel ſeruitutem prædiorum Eccleſiæ reſpiciens: de qua iudicandum eſt ſicut de prædio vel iure prædiali. Vnde multùm errauit in facto Lud. Rom. conſ. 369. vbi defendit appellationem ad concilium Baſilienſe interiectam per Abbatem & Monaſterium ſancti Antonij Viennenſis à creatione penſionis mille quingentorum florenorum facta per Bonif. VIII. ſuper Abbatia & Monaſterio d. ſancti Antonij appellantibus, ad commodum Abbatis & Monaſterij montis maioris propè Arelatam, & diſputat ſicut de penſione ratione tituli beneficij creata: ſed longè alia res erat:

287 ¶ Quia tempore Bonifac. VIII. & retrò, Monaſterium ſancti Antonij non erat Monaſterium nec abbatia: ſed erat & ſemper ab origine fuerat ſimplex prioratus ordinis ſancti Benedicti, membrum ſubiectum & dependens à dicto Monaſterio ſancti Petri montis maioris, ordinis ſancti Benedicti extra muros ciuitatis Arelatenſis ſiti. Bonifac. autem VIII. (non obſtante fundatione regia & confirmatione Virgilij Papæ necnon decreto Gregorij Magni, (de quo in c. *cum piè* 25. quæſt. 2.) & ordinem & ſubiectionem & dependentiam eiuſmodi ſuppreſſit. & d. prioratum erexit in abbatiam & Monaſterium ordinis ſancti Auguſtini: & ſic erectum fecit eſſe caput omnium domorum & commendariarum ſancti Antonij per vniuerſum orbem ſitarum, quas ſubiecit & expedere iuſſit ab Abbatia & Monaſterio nouiter à ſe creato ſub denominatione ſancti Antonij Viennenſis. Et in compenſationē damni illati Monaſterio montis maioris, iuſſit nouum Abbatem & conuentū ſancti Antonij ſoluere annuatim mille quingentos florenos reditus, veteri domino Monaſterio montis maioris, vt per bullam Bonif. VIII. vidi. Et ſic nou erat penſio perſonalis, ſed reditus prædialis, pro cuius ſolutione multæ ſubinde lites oriebantur, vt in d. conſ. Lud. Roman. tandem citeriet poſt ducentos annos Innoc. VIII. ad preces Caroli VIII. Franciæ Regis & implendum quoddam votum Lud. XI. patris eius (vt vidi in bullis Inn. VIII. ſub data anni milleſimi quadringenteſimi octogeſimi, quarto Nonas Iulij ann. VI. tam Monaſterium ipſum & abbatiam montis maioris, quàm ordinem ſuppreſſit, mutauit, & transformauit, in ſimplicem præceptoriam ordinis ſancti Auguſtini, quam ſubiectam eſſe voluit membrúmque dependens à d. Monaſterio ſancti Antonij: & ſic tedium illum & lites omnes inde dependentes extinxit: non tamen ſine ingentibus pecuniis: ſuper quarum reſiduo lis adhuc hoc menſe Maio 1551. pēdet in magno Regis cōſilio. 288 ¶ Nónne vides affectatam perpetuitatem huiuſmodi fundationum etiam regalium irritam & euanidam eſſe? Childebertus enim Franc. Rex Monaſterium illud montis maioris in perpetuum (vt putabat) fundauerat intra moros ciuitatis Arelatenſis & à Virgilio Papa confirmari fecerat, deinde rurſus Greg. magnus Papa cum inuiolabili (vt putabat) decreto confirmauerat, & rurſus Epiſcopum Arelatenſem de hoc certificauerat, vt patet in libro 7. epiſtolarum Greg. epiſtola ſeu c. 115. vnde deſumptum eſt illud c. *cum piè* 25. q. 2. truncatum tamen per Gratianum, quia ibi pro quiete religioſæ conuerſationis, debebat eſſe pro quiete monachorum religioſæque conuerſationis. Sed quod deterius eſt ad fin. d. c. addita eſt falſa clauſula, huiuſmodi videlicet, niſi forte vbi maior eſt authoritas, quæ nullo modo eſt in textu vel regiſtro Gregorij: nec puto hanc falſitatem factam per Gratianum: ſed hanc falſam clauſulam primùm tempore Bonifac. additam margini libri per commendatarios ſancti Antonij, deinde in text. ipſum deſultaſſe, vt ibi admonui in annotatio. ſuper text. Dum autem dicta vrbs diruta reficitur, tamen ſit illud monaſterium extra muros, ſcilicet nouos. Deinde Bonif. VIII. ſe in totum ſuppreſſit, nihilque ſtabile ſit huiuſmodi decretis Regum & Papatum quantumuis religionis prætextus obtendatur. 289 ¶ Caterùm (ad penſiones redeundo) ſiue ſit reditus prædialis, ſiue penſio perſonalis (ex quo ſuper fructibus conſtituta eſt) non ſolùm ſi per modum quotæ, ſed etiam ſi per modum quantitatis vniformis conſtituta ſit, contribuere debent in decimis ſuper beneficiis vel Eccleſiis regni impoſitis: & de prædiali quidem reditu non eſt dubium. Sed quòd idem ſit de eo cui debetur penſio perſonalis, vidi in publicis cauſarum actionibus huius Senatus ex tempore iudicari die Martis nona Ianuarij, anno ſeſquimilleſimo triceſimoprimo. Et rurſus per aliud areſtum in quiſitionum latum inter Ioan. Maiet, & Ioan. Griffet pronuntiatum in vigilia Natiuitatis dominicæ, anno ſeſquimilleſimo triceſimoſecundo. Et ita etiam ſeruit Philippus Decius in l. pen. num. 4. vbi tetigi. C. *de colla.* & expreſsè conſ. 161. vbi in annotat. dixit Matthæus Afflict. deciſ. Neapolit. 252. Hierou. Gygas in tractatu *de penſio.* qu. 26. q. 28. nu. 19. & q. 59.

290 ¶ Hic commodùm occurrit q. de qua heri conſultus fui. Nepos reſignatione patrui canonicus factus anno 1545. per contractum ſub ſigillo capituli Carnoten. dedit & ceſſit patruo omnes fructus debitos & quæſitos, & futuros quærendos, vel quos acquiret ratione præbendæ ſuæ, ſiue groſſos, vt vocant, ſiue diſtributiones ad vitam patrui, qui apochas nomine nepotis dabit, in remunerationem gratorum officiorum receptorum à patruo, & quæ ab eodem ſe recepturum ſperat, & quia ita ſibi placet ſub iuramento, prōmiſſione euictionis, & hypotheca omnium bonorum, & aliis clauſulis laniſſimis. An valeat contractus? Et ſuppono nepotem fuiſſe tunc maiorem vigintiquinque annis, aliàs non dubitaretur de nullitate. Breuiter reſpon. contractum nullum eſſe multipliciter: Primò, quia in fraudem decreti, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine vlla diminutione conferantur, & concilij, de quo in c. *maioribus de præbendis.* Secundò, in fraudem decreti de reſeruationibus ſublatis. Tertiò, in fraudem conſtitutionum & Senatuſcon.

Vtile ab inutili.

Error Roman.

S. Ant. Viennenſis.

Papa mutat quadrato rotundum.

Arreſt.

Hypotheſis. Fructus futuri cedi non poſſunt.

1

2

3

ſultorum, quibus cautum eſt ne penſio tertiam excedat. Quartò, in fraudem iuris, quæ vetant reditus Eccleſiaſticos conuerti in alium vſum. Quintò, in fraudem ſimoniæ veræ. Poſtquam enim de iure reſpondi, dixit conſultor quòd imò ita conuenerat, & hoc pacto fuiſſe reſignatum: ſed quod non audent id reuelare, nec re detecta beneficium cedat in prædium alterius impetrantis per viam à me in praxim adductam, vt dixi ſupra eod. no. 31. Sed hoc omiſſo, etiam ſi conſtet nihil priùs actum eſſe, tamen ſatis eſt quòd huiuſmodi contractus in conſequentiam frequentem, & ordinariam ſimoniacæ oeconomiæ, & aliorum abuſuum trahi poteſt. Sextò, in fraudem ſuperioris, qui ſolus diſpenſare poteſt de reſignatione in fauorem & retenta penſione. Non enim poteſt Legatus etiam de latere admittere in fauorem, niſi nominatim habeat in mandatis: & ſi habeat, non poteſt admittere retenta penſione vel alio iure, niſi id etiam in mandatis habeat.

291 ¶ Sed ſi huiuſmodi contractus admittatur, reſignans qui vult omnia prædicta etiam ſine ſuperioris authoritate fraudare, penes ſe ſeruabit titulos reſignationis nec tradet reſignatario, nec eum in poſſeſſionem mitti ſinet, niſi huiuſmodi contractum faciat: & ſic etiam ſuperiore inconſulto, habebit plus quam penſionem, nempe omnes fructus: nec arguetur de ſimonia, vtpote contractu poſtea ſecuto, & tamen reditus non cedent miniſtro cui deſtinati ſunt, ſed extraneo, nec pro triente, ſed in totum. Et recidit in idem ac ſi reſignante beneficium, ſiue omnes fructus, ſiue onera retinente, titulus reſeruatus eſſet reſignatario. Et hæc omnia ſola priuata negotiatione. Cum igitur nec Papa quidem authore hæc fieri poſſent, multò minus priuata pactione. Non ſolùm enim beneficia Eccleſiaſtica, ſed & reditus eis deputati, publici iuris ſunt. l. j. §. *publicum ius in ſacris de iuſt. & iure*, & dixi 7. eod. nu. 91. Quod igitur publicum, imo ſacrum eſt, quomodo quis ſuum priuata pactione facere queat? Præterea videtur remiſſio futurorum alimentorum quæ non valet, l. *de alimentis. C. de tranſact.* imò etiam authore Prætore non valuiſſet, cùm nulla iuſta & ſufficiens cauſa ſubeſſe poſſet per prædicta, *l. cum hi. §. vult igitur. §. ſi prætor aditus d. tranſact.* facit quod hi reditus vt plurimùm ex fundationibus defunctorũ obuenũt, videntur ex vltimis voluntatibus proceſſiſſe: qui eſt caſus d. l. *cum hi.* 292 ¶ Præterea hæc forma cõtractus pertinet ad exemplum, ne tot abuſionibus via aperiatur, quibus omnino præcludendum eſt. Tum contractus etiam aliàs licitus, ſi tamen in captionem & occaſionem abutendi vergat prohibendus eſt, vt tradit Io. Gerſon. in tract. de contract. conſidera. 10. & eſt text. in d. l. *cum hi in princ.* Quantò magis hîc vbi vergit contra tot illicita, & iam prohibita, vt non ſit expectandũ à ſuperiore vel noua lege prohiberi, l. *illicitas. in princ. de off. præſid.* etiam ſi talis contractus non ſit factus in fauorem eius qui reſignauit, ſed cuiuſuis extranei: & ſic dictus contractus nullus, imò talis poteſt declarari etiam per iudices Regios, per prædicta: nec opus eſt reſtitutione in integrum, vt quidam cenſebat: & ſi opus eſſet, illâ iudex ordinarius concedere poteſt, vt eſt tex. in c. pen. *de integr. Reſtit.* Quod enim formularij quidam pragmatici putant, in Eccleſiaſticis reſtitutionem in integrum reſcripto Papæ petendam eſſe, ſicut & à Rege in ſecularibus in hoc Regno, exoneum nugimentum eſt, ab imperita formulatorum, qui iura etiam vulgaria ignorant. Prædictis adde, quòd reſignatio, facta ſub retentione omnium fructuum, in tantum eſt abuſiua, quòd etiam ſi reſignans moritur in poſſeſſione infra ſemeſtre admiſſionis, adhuc vacat per obitum: quia licet ceſſet hæc regula, & ſic non ſit nulla ex poſt facto per reſolutionem huius regulæ: tamen eſt nulla ab initio, vtpote abuſiua, eſt enim idem, ac ſi quis donaret retento vſufructu: vt fit in rebus prophanis: vel ac ſi quis talem hæredem inſtitueret in beneficio, quo quandiu viuit, integrè frui vult. & ſic eſt in fraudem decreti, *de reſeruatio. ſubla.* & annuorum canonum, *de vetita ſucceſſione.* 293 ¶ Et ita fuit iudicatum per arreſtum in hoc noſtro Senatu pronuntiatum die quinta Martij, anno ſeſquimilleſimo duodecimo, inter Vincentium Flament, actorem in poſſeſſorio, & Bartholomæum Mæguyn reum, ſuper cura Aminiaci Matiſconenſis diœceſis, de qua actor, anno ſeſquimilleſimo primo prouiſus fuerat per Papam, ad reſignationem Nicolai de Vlmo, vltimi pacifici poſſeſſoris, & anno ſeſquimilleſimo ſecundo poſſeſſionem ceperat, & ſolenniter publicauerat, & inſtituto per Epiſcopo, collatori ordinario, & decano, & capitulo patronis inſinuauerat, deinde per duos annos & ſemis, pacificè (vt prætendebat) poſſederat. Poſtea, anno ſeſquimilleſimoquinto per obitum reſignantis, qui omnes fructus ad vitam per manus ſuas retinuerat, reus per Ordinarium prouiſus, coram balliuo Matiſconenſi recredentiam amiſit, & appellauit Senatum: vbi, annullato dicto iudicio, recredentiam obtinuit: non obſtante titulo, & eius publicatione, & prætenſa poſſeſſione actoris, ferè triennali, tanquam incolorata: ex eo ſolo, quòd reſignans omnes fructus per manus ſuas percipiendos retinuerat, & ſic erat in effectu reſeruatio ſpecialis, per ſacra concilia & pragmaticam reprobata, nec fuit alia ratio, vt patet per tenorem arreſti, cuius exemplar habeo.

294 ¶ Ex eius narratis apparet quòd dictus Nicolaus reſignauerat in fauorem actoris cum retentione omnium & ſingulorum dictæ parochialis Eccleſiæ fructuum, per manus eiuſdem Nicolai quoad viueret percipiendorum, & non aliàs, nec alio modo. & ita etiam contigit dictum Nicolaum per manus ſuas quandiu vixit percipere, & ſic vulgò reputabatur parochus: ideo per eius obitum rectè impetratum fuit, & actor nunquam habuerat veram & effectualem poſſeſſionem, & inſuper non niſi titulum vitioſum & reprobum non obſtante diſpenſatione & deroganone Papæ. Amplio, etiam ſi Papa non admittat ita ſimpliciter: ſed moderet prouiſionem ad groſſos fructus, qui medietatem non excedant: vel aliter, vt vidi, quia deterius eſt: quoniam mandatum ad reſignandum erat limitatum, retinendo omnes fructus: & non aliàs. & ſic nihil eſt factum. Sublimita, ſi reſignans, adhuc ſoperſtes, conſentiat moderationi penſionis, & ratam habeat reſignationem, taliter admiſſam. 295 ¶ Circa hæc occurrit quæſt. de qua ouper conſultus fui: Duo litigant de cura valoris quadraginta librarum annuarum, faciunt concordatum à Papa homologatum quòd alter reſignat alteri ius ſuum retenta penſione triginta librarum, & ioſuper tenebitur reſignatarius infra tres annos reſignanti dare ſeu prouideri facere de beneficio pars valoris triginta librarum in vna ex tribus proximis diœceſibus, aliàs reſignans redibit ad ſuum beneficium. Poſtquam iuxta hoc concordatum reſignatarius poſſedit, reſignat Titio, qui quinque annis poſſedit nulla penſione ſoluta. Quare prior ille reſignans ſcholaris Pariſienſis coram præſide conſeruatore primilegiorum regiorum academiæ vocat in ius Titum ad finem ſolutionis penſionis trium annorum. Titius declinat petens remitti ad forum Eccleſiaſticum. Reſpond. remittendum ad conſeruatorem Eccleſiaſticum, etiam ſi actor concluderet ad continuationem penſionis. Idem ſi concluderet ad reſtitutionem beneficij, quia non poſſeſſorie: nec hæc inſtantia dependet ab aliqua alia poſſeſſoria inſtantia coram eodem ſeculari iudice pendente. ſecus ſi actor concluderet vt fructus dicti beneficij declararentur hypothecam ſolutioni reliquorum & continuationi

Beneficia & eorum redit. à quo licitio fint.

Contractus de ſe licitus, ob abuſum prohibentur.

Reſeruatio fructuum ſpecialis reprobata.

dictæ pensionis. Sed in quocunque foro petat actor A siue principaliter siue incidenter beneficium sibi restitui, potest reus tanquam ab abusu supremam parlamenti curiam appellare à clausula recursus dicti concordati, quia huiusmodi recursus non toleratur in hoc regno, nisi in vera permutatione, nec prædictis obstat quòd resignans titulum non amisit, & primus resignatarius nihil acquisiuit è concordato abusiuo, in que clausula nec aliàs nec aliter, &c. per not. in c. *super hoc extra. de renuntia*, quia a dicta clausula recessum est diminendo tealiter beneficium per ea quæ dixi super regul. *de infirm. resign.* nu.24. in fi. 296 ¶ Decimoquinto quæro, an sit locus huic regulæ Papa tempore medio moriente? Gomes. hîc quæst. 6. latè hinc inde disputat, & decidit quod non: quia morte Papæ expirauit hæc regula, & sic illius vinculum, dispositio, & B pœna. Et quamuis nouus Papa viuo resignante creatus eandem regulam statuat; tamen noua est regula, & si etiam per aliud integrum semestre vel alium mẽsem superueniat resignans, & in possessione decedat, etiam si decem vel viginti annis superuixisset, vacaret per resignationem, & non per obitum, cessante tam priore reg. vtpote reuocata, quàm posteriore vel posterioribus nouorum subinde pontificũ regulis? Quippe quæ vt nouæ & superuenientes leges, ad præteritas resignationes trahi non possint, c. vlt. *de constitut.* & hac præcipuè ratione Ioannes Baptista de sancto Seuer. consuluit effectum regul. *de anna. possessõ.* abolitum esse interueniente morte Papæ, vt refert Gom. in reg. *de anna. possessõ.* q. 59. Vbi tamen contrarium tenet: & bene, quamuis per aliam à nostra rationem. C Sed certè Gom. hîc in q. nostra vacillat, & satis apertè ostendit sese aliud sentire, sed transuersum agi propter plura Rotæ iudicia, in fauorem resignatariorum lata. Nos autem dicimus quòd hæ regulæ quas tractamus, tanquam boni publici causa latæ, & in vsum receptæ, & sic vim iuris communis nactæ, nullo modo morte, cessione, dispositione, vel mutatione Paparum cessant. Et ita in hoc regno practicamus, vt in simili de reg. præced. vbi dixi amplia. 28. num. 334.

Quæst. 16. 297 ¶ Decimosextò quæro, an hæc regula locum habeat in beneficijs commendatis? Breuiter respondeo sic, scilicet in perpetuis, vt dixi in reg. præceden. amplia. 12. num. 306. & tenet Gomes. hîc quæst. 4. in d. reg. *de infirmis.* quæst. 17. & in regu. *de triennal. possess.* quæst. 5. col. pen. Idem dico in temporalibus, quando D fiunt fauore personæ cui perpetuò conceditur, & propter temporariam incapacitatem tantisper commendatur, vt nouè dixi in regu. præceden. nu. 307. in fi. & generaliter dico nullam esse differentiam inter huiusmodi commendam, quæ fauore & in gratiam personæ, siue in perpetuum, siue ad tempus fit & inter titulum, nisi provt inter collationem dispensatoriam, & collationem secundùm ius cõmune, & omnes glo. & Collatio dispensatoria. doctor. hactenus super hoc ambigentes & conuertentes æquiuocatione verbi, ex ignorantia historiæ paralogismi sunt. Vtque radicitus rerum causas eruendo habeas. 298 ¶ Commenda ab origine sua tam ex etymo & propria significanone, quàm ex communi vsu Commenda depositi est. loquendi & practicandi veteris Ecclesiæ, nihil alind E erat quàm depositum temporaneum, & ad nutum reuocabile, quod verbum sonat. l. *commendare de verb. signif. l. Lucius.* depos. Depositum inquam vtilitatis Ecclesiæ causa factum, donec de ministro vel Episcopo legitimè promissum esset & manus imposita diligẽti & syncera cognitione habita, iuxta præceptum apostolicum 1. Timoth. 5. d. Et ita loquitur & intelligitur ca. *quia plures.* 21. quæst. 1. quia Leo IV. ex cuius scriptis, Gratia. detruncatam clausulam ibi transcribit, nõ loquitur in fauorem personarum, nec per modum indulgentiæ, vt liceat retinere duas episcopas vel parochias, alteram vnitatam, alteram commendatam, vt sibi falsò post plura sæcula subsecuti ambitiosuli blandiuntur: in quem errorem vulgo doctores eorum, videlicet canonistæ, pedibus ierunt.

299 ¶ Sed distinguenda sunt tempora, iuxta glo. in l. *apud antiquos.* in verb. *omnib. C. de furtis.* adhuc enim tempore Leonis IV. qui temporibus Lotharij huius nominis primi & Franci Imperatoris, Caroli magni nepotis, fedit: vt scripsi in consuetud. Parisiens. tit. 1. in Rubr. n. 22. vigebat quædam seueritas disciplinæ Ecclesiasticæ, & quædam septimæ synodi decreta tunc adhuc recentis, quibus apertis verbi Dei testimonijs (quantùm ad hoc) definitum est, illicitæ negotiationis turpisque lucri & proprij commodi genus esse, in duabus Ecclesijs aliquem conscribi clericum, & ab Ecclesiæ consuetudine penitus alienum. cap. 1. & cap. 2. 21. quæst. 2. vbi text. non dicit *de*, sed *in* Ecclesijs.

Contra Gratian. 300 ¶ Et sic etiam de simplicibus beneficijs loquitur, quamuis Gratian. ibi glisceti iam sæculi sui corruptioni sese accommodans textus illos à se truncatos, suis adhuc interiectitijs modificationibus eleuet. sed rerum seriem & historiam inspiciens liquet, promiscuas has commendas, quæ nouissimus his sæculis frequentantur, & partim etiam in truncatis centonibus Gratian. iunctis eiusdem glos. fundantur, fuisse illicitas & pro turpi negotiatione habitas tempore illius septimæ synodi, & adhuc tempore Leonis IV. & aliorum, quorum scripta Gratian. truncatim ad scopum suum cõsarcinat. Posterioribus ergo sæculis sub nomine cõmendæ palàm irrepsit duplicitas imò multiplicitas incompatibilium, fraudesque sub æquiuoco verbi fieri cepit canonibus. 301 ¶ Sed vt locatio & venditio talis est, etiam si donatio vocetur, vel alterius contractus titulo prætexatur, l. *si vno.* in princ. *locati. l. insulam de præscript. verbis.* Ita commenda in gratiam vel fauorẽ personæ facta, non est commenda illa de qua loquuntur canones, sed eius venenum, & figmentum diametraliter oppositum, nempe collatio dispẽsatoria. Cum enim datur vt sit perpetua, & cum plena dispositione fructuũ, nihil aliud est quàm collatio siue titulus collatorius. quamquam non malè, sed bene faciunt non tituli ordinarij, sed cõmendæ nomine tunc vti, vt significent se eõtra ius & canones facere & dispensare. Cæterùm vt contraria pacta faciunt contractum in alterã vel contrariam speciem desultare, *l. si alienum.* in fin. l. *vbi ita donatur. de donat. causa mort. l cum manu fata.* in fin. *de cõtrahenda emptione.* Ita dispositiones & clausulæ veris & antiquis cõmendis cõtrariæ, quæ in nouis commendis in fauorem personarũ, & titulorum instar apponuntur, faciunt eas transire in veros titulos, seu collationes dispensatorias, vt etiam apertè sentit do. Gomes. in reg. *de triem. possess* q. v. col. 4.

302 ¶ Et sic concludo quòd omnia iura loquentia de beneficijs titulatis vel collatis habent locum in eiusmodi commendis, etiam in his quæ cõcernunt statum Ecclesiæ: quamuis in hoc vltimo cõtrarium velit dom. Gomes. in d. reg. *de anna. possess* in fi. vnde beneficium commendatum, si vacat, non remanet vacans in curia, quicquid pleriqoe canonistarum dixerint. Amplio primò, etiam si tempore cõmendæ vacabat in curia, & sic Ordinarius eõferre poterit in titulum, & cadet in mandatis. Roman. consilio 350. quod refert & sequitur Sozin. consilio 32. col. 5. libro 1. cadet etiam in mensibus graduatorum & nominatorum. 303 ¶ Amplio secundò, vt beneficium commendatum possit permutari eũ titulato, vt sentit Feder. de Senis in tractatu *permutat.* quæst. 15. & Ioan. Imola in c. fi. *de rerum permutatione.* quamuis Philippus Francus cap. vnic. col. 6. eodem tit. in 6. contrarium indistinctè contendat. Ego verò indistinctè dico quod beneficium commendatum potest per Ordinarium permutari, non solùm cum titulato, sed etiam cum alio commendato, sine vlla authoritate Papæ, quicquid dicant Panorm. in cap. *cum olim.* col. 1. *de rerum permut.* & alij canonistæ, dummodò tamẽ conferat in titulũ, & habili secundùm ius cõmune.

Quia ſicut Ordinarius poteſt admittere reſignationẽ huiuſmodi commendæ factæ per Papam vel Legatum, & in titulũ conferre ſimpliciter, & liberaliter: ita poteſt admittere & conferre cauſa permutationis.

304 ¶ Plus dico quòd poteſt, ſiue ſimpliciter, ſiue cauſa permutationis, conferre ſub titulo commendæ, non tamẽ ſola ſua authoritate & nuda poteſtate ordinaria, ſed concurrente diſpenſatione facta per Papam vel Legatum in mandatis ſpecialibus habentẽ, collatario, qui cum (vt frequenti ſolet abuſu) diſpenſatum eſt plura habere incompatibilia, ſiue regularia, ſiue ſæcularia, vnũ in titulum, reliqua in cõmendam, cum clauſula cedendi, & loco dimiſſi vel dimiſſorum, ſimile vel ſimilia, diſſimile vel diſſimilia, ſi aliàs ſibi canonicè cõferantur. Tunc enim concurrente hac diſpenſatione Papæ vel Legati (quam Ber. in lib. *de diſpenſa.* meritò diſſipationẽ vocat) poterit Ordinarius etiam infirmus commendare, ſeu dare in cõmendam habenti aliud in titulum: quæ commendatio nihil aliud eſt quàm vera collatio diſpenſatoria, vt etiam tenigi ad Alex. conſ. 95. num. 2. lib. 4. & ad Philippum Decium. conſ. 149. n. 5. & in reg. *de infir. reſig.* n. 248. vnde, vt inquit Gomeſ. in d. reg. *de triennal. poſſeſſ.* col. 4. hæ commendæ inducunt incompatibilitatem, id eſt, ſunt directò contra omnia iura dè dupbicitate beneficiorum.

305 ¶ Et ſicut tituları poſſunt fructus in vſus ſuos conuertere, vel abuti. Ita hi commendatarij, Præpo. cap. 1. colum. 6 44. diſtinct. & alienationibus authorari, vel in perpetuum vel plures annos locare. Calder. conſi. 6. *de prabend.* conſil. 8. de loca. Sic cap. *quamam Abbas de officio deleg.* æquè locum habet in cõmendatario. Barba. conſilio 2. lib. 2. Philippus Decius in d. cap. *quoniam.* n. 4. vbi tetigi. Franciſcus Purpura l. 1. n. 274. *de offic. cuius mandato eſt iuriſd.* Sic c. *ſtatutum* in prine. *de reſcript.* in 6. etiam in eioſmodi cõmẽdatariis verificatur, vt poſſint pro delegatis in cauſis cõtradictorijs aſſumi. Philippus Decius in d. c. *quoniã.* & in cap. *edocere* in fin. *de reſcrip.* latè Do. Gomeſ. in d. c. *ſtatutum.* in prin. n. 77. ver. *nonò ampliatur.* Et generaliter omnia iura loquẽtia de titulario ſiue vero prælato. Domin. conſi. 17. col 5. vt cle. fin. *de procura.* ſecundum Imolam ibi & pariter poteſtas abſoluendi quæ datur in cap. *pro illorum. de ſenten. excommun.* cap. *ſtatutum de prabend.* in 6. & ſimilia locum habent in commmenda. 306 ¶ Et ſic malè dicit Gomeſ. hic q. 4. quod commendæ factæ per Papam, non poſſit renunciari extra curiam, quia hoc non eſt verum ratione tituli, cùm ſit verus titulus, nec poteſt ſoſtineri, niſi ratione implicitæ reſeruationis de qua tranſeat in terris Papæ, vel ſuæ, quam vocant, obedientiæ. Sed in hoc Regno, vbi reſeruationes abolitæ ſont, remanet verus titulus diſpenſatorius, vt dixi: nec poteſt Papa ſibi reſeruare futuram reſignationem vel vacationem, & ſi fecerit, vel in quantum feciſſe intelligeretur, poſſet tanquam ab abuſu, ad ſuprema regia tribunalia (quæ parlamenta vocant) appellari. Quemadmodum enim in bullis executorialibus vel delegationibus, ſi abſolotionem cenſuratum ſibi reſeruet, abuſus eſt contra decretum *de cauſis*, & poteſt tanquam ab abuſu appellari: Ita ſi in bullis gratioſis ſibi reſeruaret vacationem, vel diſpoſitionem non relinqueret ordinariis, vt liberè vacate poſſit, & ab eis diſpont, aboſus eſſet contra decretũ *de reſeruatio. ſublat.* & tanquam ab abuſu appellari poſſet per prædicta, & ita obſeruamus. Sed hæc non haberent locum in commendatarijs Hoſpitalium Sancti Ioan. Hieroſolymitani, quia non ſunt beneficia, vt dixi in regul. præced. n. 321. 307 ¶ Quantum autem ad commendam propriè ſumptam, de qua in c. *nemo de electione.* in 6. tamen ibi verb. huiuſmodi taxetur ad ſemeſtre, non eſt abſolutè intelligendum, provt meri canoniſtæ qui malo quodam ſuo genio velut ætitro percuti ſemper in detrimentum Ordinariorum & in fauorem deſpoſitæ Papalis interpretantur. Cæterùm, etiam ſi verba text. hoc innuant, iuſtis tamen decretis res temperanda eſt, vt inquit pulcher text. in l. *in ambiguis* §. *quoties de reg. iur.* in l. *non ſine* §. *quamuis. C. de bonis quæ liber.* & ſi fieri queat ne poſſit à ſapiente reprehendi, vt inquit Iureconſultus in l. *Saluius ariſto de leg. præſt.* Sed ſi ille text. ita præfractè intelligeretur (vt ſenſerunt hactenus canoniſtæ) contineret iniquitatem, imò euidentem [illegible] & monopolij ſuſpitionem, quaſi Papa præfixiſſet quò ſibi (ſibi licet pleniùs negotiari: vt etiam ſentur ibi glouloi. quæ vult non poſſe Epiſcopum, finito ſemeſtri primæ commendæ, rurſus eidem vel alteri commendare etiam ex cauſa: etiam ſi interim tempus Lateranenſis concilij non curraı, nec depolutio fiat, quod cùm non ſolùm iniquum, ſed perquam abſurdum ſit, ſi textus aliter commodè intelligi poteſt, non eſt dubium quin ſanior intellectus non ſolum laudabiliter accipa, ſed etiam neceſſario, hoc eſt lege auctrice retineri debeat, per textum in leg. *in ambiguis. de legibus.* Dico ergo quod taxatio illa ſemeſtris referenda eſt ad caſum qui frequentiùs accidit, videlicet ad beneficium vacans: iuxta l. *nam ad ead. de legib.* Nec hoc ſolùm ratio frequentiæ ſuader, ſed etiam alluſio, imò etiam analogia & proportio ſemeſtris, quod competit Ordinario ad beneficium vacans debitè ordinandum. Cùm igitur vltra ſemeſtre conferre non poſſit, non poteſt vltra ſemeſtre vacationis ergo commendare, ſcilicet abſolutè, & quin ſuperior ad quem facta eſt devolutio, commendam reſoluere poſſit cõferendo.

308 ¶ Quanquam autem tempus Lateranenſis concilij non curratı tuſi à tempore ſcientiæ, iuxta not. in c. *nulla* & in cle. vnic. *de conceſſ. prabend* tamen eo ipſo quòd vt vacans commendat, certùs eſt de vacatione, & omnino ſemeſtre curret. Et hoc quod ille text. tunc declarat non durare vltra ſemeſtre, ſcilicet merito iure ipſius commendantis, vt interim non poſſit ab alio præueniri: & ſic non ſequitur quin commenda duret etiam poſt ſemeſtre, & deuolutionem factam ad ſuperiorem. Sed hoc ſecuto iam non amplius durat abſolutè, quia non amplius pendet à poteſtate commendantis, ſed à facto vel ceſſatione ſuperioris: tantiſper enim dum ille vel eius collatarius differt, poteſt perſeuerare commenda, quæ de facto non reſoluitur niſi ſucceſſore adueniente. Si verò beneficium non vacat, ſed parochus mente captus eſt vel abſens, non relicto idoneo vicario, non poteſt Ordinarius commendare non ſolùm ad ſemeſtre, ſed quandiu furor, abſentia, vel alia iuſta cauſa durant: ita vt nec ſuperior etiam poſt ſemeſtre impedire poſſit: nec opus ſit ad Papam recurrere. Quod nota: quia vtile in praxi, & nullus adhuc tradidit.

309 ¶ Decimoſeptimò quæro, quid in beneficiis conſiſtorialibus? Et Gomeſ. hic, quæſt. 5. ſicut & in reg. præcedenti, quæſt. 14. tenuit ceſſare has reg. & certè iure communi neceſſe eſt vt ceſſent in illis, cùm non ſint beneficia collatua, ſed electiua duntaxat: quia conſiſtorialia non ſunt alij Epiſcopatus & Abbatia, quæ propriè & de rigore electiua ſunt, cap. *quia propter de electi.* & ſic non adaptantur hæ regul. hudie verò apud nos cùm ſint extra commercium omnium Ordinariorum, & in ſola diſpoſitione Regis & Papæ, non poteſt locus eſſe bis reg. io vim earum, vt dixi in regul. præced. limi. 5. ſed eorum ab eorum diſpoſitione & arbitrio pendet, præſertim Regis ſolidam nominationem habentis. Cæterùm hæc reg. non minùs tam actiuè quàm paſſiuè ligat Cardinales & Epiſcopos, quàm alios, quia non minus, imò magis in eis quam in aliis militat ratio coëtcendi & puniendi doli & fraudis, cap. *cum quidam.* in prin. *de iureiur.* vt tradit Gomeſ. quæſt. 12. & bene.

310 ¶ Decimooctauò quæro, Quid ſi reſignatarius ritè quidem immo publicauit & poſſeſſionem cepit? vel

C. nemo de leg. in 6.

Quæſt. 17.

Conſiſtorialia.

Quæſt. 18.

vel petiit ab his quos contingit(hoc enim copulatiuè, & æquè infra tempus fieri requiritur, vt ſupra eod. q. 1. quicquid ſcripſerit Gomeſ. in prin. huius reg. & q.8.& quæſt.15.) ſed poſtea tandio ſiluit reſignatarius reſignante ſempet, vt priùs per aliquot annos poſſidente, quòd tempore mortis reſignantis in eadem poſſeſſione decedentis communiter enumerat memoria d. publicationis. An ſit locus regulæ? Videtur quod non, quia ſemel illi ritè ſatisfactum eſt: quod ſufficit, & reg. non aſtringit ad multiplicem & continuam, ſed ad vnam tantùm, vel momentaneam poſſeſſionem. Tum reg. hæc à iure communi exorbitat, & clarum eſt eius verba ceſſare; ergo locus eſt iuri communi. Tum hæc reg. poſt ritè publicationem ſemel factam, relinquit reſignatarium in libertate iuris communi, nec aliud nouum ſuperuenit quo ius commune corrigatur. Sed his non obſtantibus contrarium dico. Quia hæc regul. non exigit hanc publicationem, vt ſciatur tempore publicationis, vel aliquantò poſt tantum: ſed vt tempore mortis reſignantis publicè ſciatur, & notum ſit morientem iam ceſſiſſe, nihilque per eius obitum vacare vel impetrari poſſe, ne Ordinarij & expectantes decipiantur. A B

311 ¶ Si igitur contigerit primo hanc notitiam amiſſam & obliteratam eſſe tempore mortis reſignantis, ſecundo culpa reſignatarij qui prorſus tacuit, & paſſus eſt reſignantem nomine ſuo palàm poſſidere & pro tali ſe gerere: his duobus ſimul concurrentibus dico locum eſſe reg. Tunc enim optimè procedit quod dici ſolet, non cenſeri factum quod non durat vel non perſeuerat. *l. nam & ſi. §. 1. de inoff. teſt. l. aliam. l.* pen. in fi. C *C. de his quibus vt indig. l. ſtipulatores.* in fi. *de fideiuſſo. c. ad noſtram. de reg.* videlicet quando aliquid imputari poteſt ei qui facere debet, vt diſtinguit glo. quam omnes ſequuntur, in *l. ſi pro patre § verſum de in rem. verſo.* Nec impunè ferre debet qui in aliorum captionem tamdiu diſſimulauit, vt iam non plus per publicationem obliteratam fraudibus occurratur quam ſi nunquam facta fuiſſet: Et alioquin non præcluderetur, ſed indulgeretur fraudi, quæ non minor, ſed maior eſt, poſtquam longo ſilentio publicario euanuit quàm quando per menſem vel ſemeſtre dilata fuit.

312 ¶ Si igitur poſt publicationem tribus annis reſignatarius omnino ſiluit, vel diſſimulauit, & reſignans palàm & pacificè vt prius, poſſedit: & in poſſeſſione communique reputatione titularij deceſſit, puto locum eſſe huic reg. idem ſi biennio, ſed præſente ſemper reſignatario, & palam continuè tolerante, ac ſi nunquam reſignaſſet, vt ita palàm & publicè reputaretur. Idem ſi minore tempore, ſed reſignatarius actus poſitiuos palàm fecerit reſignationi publicatæ contrarios, ita vt etiam nedum ſilentio, ſed factis reſignatarij, iuſta cauſa fuerit publicè credendi, credentíque fuerit reſignantem verum manere prælatum, vel ſimulationem ſubeſſe publicationis, vel retroceſſionem, prout bonus & prudens arbitratur. D

313 ¶ Si verò reſignatarius à ſolenni publicatione nihil fecerit, ſed fortè biennium vel triennium abſit, & interim reſignans nomine proprio poſſideat: ſiue reſignatarius paſſus ſit, vel vicarium non reliquerit, vel ſi reliquerit, mortuus ſit vel nihil egerit. Remedium eſt vt reſignatarius coteat in publicam notitiam reduci titulum, poſſeſſionem, & publicationem præteritam. Nec erit neceſſe publicationem repeti ſecundùm formam huius reg. vel conſtitutionis Regiæ infrà ſubiunctæ, ſed ſatis eſt per notabiles actus publicam notitiam prioris publicationis reducere, non tanquam de actu præterito vel finito ducatur, ſed tanquam de iure in quo reſignatarius de præſenti perſeueret, & proſequatur, etiam ſi reſignans nolit ſine lite & iudice poſſeſſioni cedere, & in ea decedat, dummodò tempore mortis ea notitia perſeueret in loco. E

314 ¶ Decimonono quæro. Si qui reſignauit pluries eidem qui publicauit ex vltima tantùm an ſatisfecerit huic regulæ? videtur quòd ſic. Primo quia ſolennis publicatio facta eſt, & capta vel petita poſſeſſio, & in notitiam publicam abit, in loco beneficij, poſſeſſorem reſignaſſe, & ſic titulum & poſſeſſionem amiſiſſe, licèt adhuc de facto poſſeſſioni incumbat. Secundò, quia reſignans paulò poſt moriens, non 2 moritur propriè in poſſeſſione, quia non moritur in reputatione titularij & poſſeſſoris, ſed in contraria reputatione, tanquam veritate contraria publicè deteſta. Tertiò, quia currens per obitum eſt in culpa, 3 imò in mala fide, cùm ſciat, vel ſcire debeat (vt communiter in loco ſcitur) defunctum non deceſſiſſe titularium & poſſeſſorem, ſed reſignaſſe, & reſignatarium ſucceſſorem adueniſſe. Quarto, quia ſi non conſtaret 4 niſi de vltima reſignatione, certum eſſet & indubitatum, locum non eſſe reg. nec vacationi per obitum per eam introductæ: ſed ſi pluris reſignauit, & hoc conſtat, quantò magis de hoc conſtat, tanto minus locus eſſe debet reg. quia tanto notius eſt defunctum & ius & poſſeſſionem aote obitum amiſiſſe, nihilque per obitum vacaſſe, & tanto minus fauendum impetrantibus & conferentibus per obitum, & tanto minor ratio corrigendi iuris communis, nouámque contra illud vacationem inducendi.

315 ¶ Quinto, quia in collationis licitum eſt plures 5 titulos cumulare, nec tenetur quis ad vnum ſe reſtringere, vt ſupra in reg. *de tuſſimus reſignan.* num.162. & ergo pluralitas reſignationum & collationum eiuſdem beneficij eidem factarum non nocet. Sextò, cer- 6 tum eſt quod pluralitas reſignationum venit & tendit ad diminuendum & deſtruendum ius & poſſeſſionem reſignantis: ergo non debet nec poteſt augmentum vel conſeruationem operari, *l. legato inutiliter. de legat. 1. l. cum tale.* §. vltimo. *de condit. & demonſtrat.* ergo non poteſt nocere, ſed potiùs prodeſſe reſignatario, qui ritè publicauit, ſi impetrans per obitum etiam de alia eiuſdem & eidem facta reſignatione doceat: ſaltem hoc non poteſt prodeſſe, ſed magis nocere impetranti per obitum, cum intentionem ſuam magis inde deſtruat: quippè tantò minus vacare potuit per obitum. Septimò, hæc regula correctoria eſt 7 iuris communis, ad quod de facili ſit reditus. gloſ. & omnes in cap. *ſtatutum de præbend.* in 6. & ſic impetrans per obitum eam nitatur contra ius commune, tantò facilius repelli debet, & in dubio præualet eius intentio, pro quo facit ius commune. Inno. in c. *audita de præſcrip.* quantò magis in caſu præſenti, vbi quod obiicitur per nitentem contra ius commonem, magis auget & confirmat diſpoſitionem iuris communis, ſcilicet vacaſſe per reſignationem, & non per obitum.

316 ¶ Confirmatur, quia ſi impetrans per obitum alleget defunctum pluries reſignaſſe, vel pluribus in genere, tantò magis ſeſe excludit, & locum facit vacationi per reſignationem vndecunque, & confirmat vacationem iure communi inductam, ſed hic ex hypotheſi allegando defunctum non ſolùm in genere, ſed etiam in ſpecie pluries eidē reſignatario, qui publicauit, reſignaſſe: non ſolùm magis confirmat vacationem iure communi inductam in genere, ſed etiam magis confirmat ius reſignatarij in ſpecie. Non ergo poteſt inde naſci vel confirmari vacatio per obitum, vnde magis excluditur. Ex his hæc pars videtur non ſolum iure, ſed etiam omni inuidia ſuperior. Quæ eſt enim inuidia ſi nunc doceatur reſignatarius priorem habuiſſe reſignationem de qua non feſtinanter vrgere reſignantem, ex quo tempore ſufficienti viuo reſignante apparuit ad publicandum & certificandum Ordinarios & expectantes, quorum reſpectu non refert an vetus an recens ſit reſignatio. ſa.no. ſupra eod. num.55.& infra eodem num.347.

Arg. vigore reg.

317 ¶ In contrarium quòd ponor ſit intentio impetrantis per obitum, arguitur: Primò, qui prima reſignatio (quæ ſola valebat) non eſt publicata. Secunda verò (quæ ſola publicata fuit) nulla erat, & ipſo iure
2 non valebat, ergo nec publicatio. Secundò, hæc reg. nullo modo tendit ad confirmandam reſignationem ſeu vacationem ex capite reſignationis: ſed recta tendit ad eam annullandam niſi rite publicata fuerit, ergo hæc regula non intendit conſeruare reſignationem validam per publicationem reſignationis nullæ. Igitur per mortem reſignatis in poſſeſſione, reſoluta eſt prior reſignatio non publicata, nec ſuſtinetur ex mente neque verbis exceptius huius regulæ ibi, *niſi illa publicata fuerit*, ex quo publicata non fuit.

3 318 ¶ Tertiò, vt ſatisfiat huic regulæ, non ſatis eſt publicare aliquam reſignationem (quantumuis verè ſubſiſtat) in genere, ſed neceſſe eſt publicare certam reſignationem in ſpecie, imò in individuo: vt in tex. ibi *niſi de illis facta reſignationes*. & ibi *facta ſint*: & ſic de certa & ſpecifica reſignatione loquitur: ergo ſpecificatio certæ reſignationis eſt de forma & ſubſtantiali ſolennitate publicationis. Sed vbicunque ſpecificatio eſt de forma vel ſubſtantia, ibi forma & ſubſtantia actus limitata eſt ad ſpeciem expreſſam: & ſic nullo modo valere poteſt, nec ſuſtineri actus ex alia cauſa vel ſpecie non expreſſa, *l.* 1. § *ſi quis ſimpliciter. de verbo. ol. legat.* §. *præterea.* inſtit. *de inutilibus ſtipul.* & not. in *c. ex parte de conceſſ. præbend.* & quæ dixi in conſuet. Pariſ. §. 37. gloſ. 10 numer. 15. Igitur huiuſmodi publicatio facta ex capite reſignationis nullæ, prorſus nulla eſt, nec extendi poteſt ad reſignationem priorem tacitam, nec illam conſeruare, nec ex eadem ſubſiſtere.

4 319 ¶ Quartò, ex hypotheſi conſtat defunctum mortuum eſſe in poſſeſſione: quia non reliquit eam propter illam publicationem, ſed tantùm per mortem: reſignatarius autem nullum ius, nullum titulum habet ex vltima reſignatione, quæ nulla eſt, tantùm habuit ius ex prima, quæ quia non fuit publicata, reſoluta eſt in puncto obitus: quæ reſolutio non trahitur retrò ad confirmandas reſignationes intermedias, nec ad faciendum eis locum, vt ſuprà eod. n. 314. arg. ſecundo, cum etiam hoc reg. nullo modo intendat fauere reſignationibus etiam validis: igitur multò minus illis quæ etiam originaliter nullæ ſunt. Et ſic
5 relinquitur beneficium vacans per obitum. Quintò, quia tempus publicandi incipit à prima collatione, imò à prima reſignatione & eius prima vel ſimplici admiſſione, vt ſuprà quæſt. 9. ergo obligatio publicandi incipit à prima & non à ſecunda vel poſteriori: ergo prima duntaxat non ſecunda vel poſterior neceſſitatem habet publicandi.

6 320 ¶ Sextò, aliàs fieret fraus huic reg. idque paſſim & promiſcuè: nec inciperet currere ſemeſtre huius regul. niſi quando quis vellet, quia reſignatarius faceret identidem etiam procuratorium pluries exequi, vel etiam procuratorum reuocari & iterum exequi tertiò, quartò, & deincept quoties vellet, & ſic
7 ſemper eſſet infra ſemeſtre. Septimò, hæc regula loquitur in rem, vt ſæpe diximus in tex. ibi, *niſi de illis facta reſignationes*: ergo omnes reſignationes comprehendit: ergo omnes debent publicari, ſaltem illa ex qua reſignatarius vult fundari, & ex qua debet verumtamen & titulum aſſequi. Octauò, quia reſignatarius publicando vltimam reſignationem, aut volebat vti priore vel prioribus reſignationibus, & debuit etiam illas ſaltem accumulando & proteſtando publicare: aut nolebat illis vti, & ipſo facto illis renuntiauit, ſaltem illarum reſpectu fraudem fecit, & ſic non poteſt illis iuuari.

321 ¶ Nonò, quia publicatio eſt actus reiterabilis quandiu vixit reſignans, ſaltem etiam in poſſeſſione manens. Ergo ſi reſignatarius volebat vti aliquibus A prioribus reſignationibus omiſſis, in publicatione debuit, vt potuit, eas publicare, quemadmodum publicationem non rite factam poteſt reuocare. Decimò, ſi facta publicatione nouam etiam ab eodem reſignationem & nouam collationem obtineat: vt nouas habet inducias ad publicandum: Ita tenetur iterum publicare. Alioquin hoc vltimo iure (quod per obitum reſignantis in poſſeſſione reſoluetur) nunquam ſe iuuare poterit. Ergo idem de præteritis reſignationibus & prouiſionibus non publicatis, quamuis vltima rite publicata fuerit, quia vt reſignatario non licèt cumulare reſignationem ſubſecutam non publicatam: ita nec reſignationem ſubſecutam non publicatam.

324 ¶ Ad allegata in contrarium, iam non obſtat Dilationes. B primum, nec etiam ſecundum: quia ſatis eſt quòd defunctus non admiſit poſſeſſionem talem propter illam publicationem, ad hoc vt dicatur mortuus in poſſeſſione: & ſic impetrans per obitum, non poteſt argui de mala fide propter momentaneam publicationem, vel famam, quæ fortita non eſt effectum: & multa publicantur quæ vera non ſunt. Et ſic non obſtat quartum, quia perinde eſt ac ſi diceretur quòd falſitas ſubſiſteret, ſi doctum non eſſet de contraria veritate.

323 ¶ Porrò non excludit hanc regulam ſi nunc delegatur quòd defunctus etiam millies reſignauerat, & priuatus fuerat titulo & poſſeſſione: imò magis locus eſſe debet reg. ad vitandam incertitudinem reſignationum & titulorum inde ſequentium. Imò etiam ſi C viuo defuncto conſtabat, vel etiam notorium erat, eum vel pluries reſignaſſe, & per reſignationem vel reſignationes priuatum fuiſſe: tamen non releuat à publicatione titè facienda, & quinalioquin locus ſit huic reg. vt ſup. eo. q. 12. imò odioſior eſt qui plures reſignationes ab eodem accepit, nec publicauit, niſi ſub tempus obitus: & ſic tanto ſuſpectior eſt, & eſt quod ei imputetur: imò publicando, publicam impoſturam fecit, quia reſignationem nullam pro vera ſuppoſuit. Et cum ſit ex facto proprio, nulla venia, nulla excuſatione dignus eſt, & quo tardius publicauit velut tempore obitus capiato, quanto plures reſignationes habuit, quantò diutius occultauit, tantò contra eum præſumptio degenerat veritæ alicuius vel ſimoniæ negotiationis, ad quas teſtringendas & coërcendas ſancita eſt hæc reg. Impetratio verò per obitum poſſeſſoris, ſemper purior & certior eſt, & à ſimoniæ veritæque negotiationis contagione remotior. Quid dicendum?

324 Gomeſ. hic q. 18. vbi hanc quæſt. ſpecificè formas, tenet reſignantem non poſſe iuuari, nec ex prima reſignatione defectu publicationis, nec ex ſecunda quam publicauit: & ſic locum eſſe impetrantibus per obitum, Quod tamen limitat, niſi ſint clauſulæ generales in ſecunda collatione factæ Romæ ex ſecunda reſignatione, videlicet *vel aliàs quomodo vocet, &c.* ſaltem quando in ea clauſula eſſent verba futurum tempus deſignantia, vt ipſe dixit q. 16. vbi ad hoc citat Rotam deciſ. 114. *ſi Papa. in antiquis.* Sed certè Rota ibi nihil ad hoc facit: ſed ſe limitat ad E vacationem quæ tunc erat, & hæc limitatio Gomeſij Contra Gomeſ. prorſus falſa eſt, quæcunque verba apponantur? quia nullo modo comprehendere poſſunt niſi vacationem iam exiſtentem tempora datæ, vt etiam diximus in reg. præcedenti, amplia. 11. num. 249. cum ſequen. & 3. eod. num. 76. Tum ſi ea limitatio eſſet vera, ſequeretur quod Papa poſſet ſub inuolucro diſpenſare contra hanc reg. videlicet quod publicatio valeret etiam reſpectu reſignationis occultæ & non publicatæ in ſpecie, imò nullo modo publicatæ. Quia quantumcunque publicetur bulla cum ſuis clauſulis generalibus & aſſuetis videlicet etiam ſi per aliam reſignationem vel aliàs quomodo & ex

cuiuſcunque perſona: bene verum eſt quòd illæ clauſulæ ſimul & acceſſoriæ publicantur: ſed tamen reſignationes ſub dlo inuolucro contentæ non publicantur, imò reguntur & occultæ manent: & ſic eſſet fucum & fraudem facere huic reg. ſi hæc publicatio ad omnia ſob illo inuolucro tecta extenderetur.

325 ¶ Cæterùm Gomeſ. non adducit rationes fundamentales & deciſiuas: ſed emendicatas ab illis ſcribentibus, non in terminis huius reg. ſed in terminis cuiuſdam alterius reg. quæ fuit Eugenij IV. vt tetigi ſopra eod. n. 266. videlicet de ſimplici acceptatione per expectantes facta, vt eam infra trimeſtre publicare teneantur. Cuius reg. nullus eſt vſus apud nos, & multùm differt à reg. qua de quæritur, in qua ſemper publicari poteſt viuo reſignante, vt ꝛ. eod. q. 2. & ſic publicatio ſemel malè facta repeti poteſt, & ritè fieri quandoconque viuo reſignante. Secus illa regula vbi tempus trium menſium præfixum eſt, non per modum induciarum vt hic, ſed peremptoriè, & ſic tempus illud prorogari non poteſt, vt omnino currit ibi tempus à tempore primæ prouiſionis & acceptationis, non autem à tempore ſecundæ: quia eſſet in poteſtate expectantis, tempus prorogare quandiu vellet, rurſus identidem acceptando: vt etiam tenet Guillelm. Caſſador. *de conceſſ. prabend.* deciſ. 9. & ſic in terminis illius reg. malè interlocutum fuit expectantem potuiſſe ſecundo loco acceptare, non obſtante acceptatione facta per procuratorem: quæ fuit nulla, non propter mandati vel alium defectum, ſed propter publicationem non factam infra trimeſtre: & malè conſuluit ille Ioan. Aloyſius quem Gomeſ. hic refert.

326 ¶ Redeundo ad principalem quæſt. ſuſpenſus Pauli per diſputationum procellas, conferamus & expendamus vtriuſque partis punctuales rationes. En reſignatarius fundatam habet intentionem in vltima reſignatione ritè alioquin publicata: prouiſus autem per obitum venit per viam obiectionis de prima occultata reſignatione: in qua obiectione velut actor eſt, & ſic clarè probare debet de priore reſignatione & eius admiſſione valida, quæ veram vacationem ex tunc (& ſic meram & puram) produxerit. Vnde diſtinguendum videtur inter ſimplicem & puram reſignationem, & inter conditionalem, puta factam & admiſſam in fauorem. Si ergo prouiſus per obitum doceat de ſimplici reſignatione admiſſa ab habente poteſtatem, ſatis eſt: ſed ſi erat reſignatio in fauorem, non ſufficiet docere de admiſſione & collatione Papæ vel Legati, niſi etiam doceat de valida acceptione, quæ alioqui non præſumitur: quia potuit reſignatarius illam repudiaſſe vel ſpreuiſſe: quo facto pro infecta haberetur, vtpotè condiuone defecta, vt ꝛ. eod. num. 245. eum ſequent. Nec eſt inconueniens quòd quis vno tempore ſibi reſignatam & oblatam etiam pingue beneficium repudiet, poſtea verò rurſus reſignatum acceptet. Sed acceptatione probata, niſi reſignatarius probet de præcedenti tempeſtiuè notificata reuocatione, vel de ſequenti terticeſſione (in quo quandoque iuncto longo temporis interuallo probabiles coniecturæ, bonorum & prudentium iudicum arbitrio ſufficere poterunt) vel de alia nullitate ipſius veteris reſignationis, fundata manebit intentio prouiſi per obitum. Et hoc breui diſtinctionis fœdere pulchrè ſedata videtur omnis diſputatio, & ſoluta quæſtio. Subſiſte tamen paulìſper: quia mox diſputationis Roras (quamm curſum plenius docendi cauſa tempeto) alio conuerſurus ſum.

327 ¶ Sed interim quæ hactenus differuimus & ex parte tantum aperuimus, plana ſunt in reſignationibus expeditis per Ordinarios: ſaltem ſi vltima ſit per Ordinarium, vt vidi de facto: Cum quis pinguem decanatum reſignaſſet Romæ, in fauorem nepotis ætatis octodecim annorum, cui ſub ſimplici ſignatura prouiſum fuit cum diſpenſatione ætatis & de- rogatione reg. *de infirmis*, patruus conualeſcens noluit exequi: quare non fuerunt leuatæ bullæ: non tamen aliter reuocauit cum penderent à nutu ſuo, ſed poſt ſex annos graniùs in extremis laborans conſenſit exequi. Cùm autem non ſupereſſet ſpatium mittendi Romam ad bullas redimendas & confectas adferendas ad publicandum, & mors inſtaret, vel ſimul ſortè quia ſoluendum fuiſſet pretium dictæ diſpenſationis redemptæ, quia non amplius indigebat nepos, vtpote ætatem aſſecutus, inuenta eſt breuior & minùs ſumptuoſior via, practicando cum Ordinario vt reſignationem admitteret, & nepoti cooſſeret in ætate habili, vtpotè viginti quatuor annorum, itaque in vim eiuſdem antiqui mandati procurator rurſus reſignauit in manu Ordinarij, qui admiſit, & contulit dicto nepoti: qui mox quam ſolenniſſimè publicauit. Sed patruo biduo poſt defuncto, Ordinarius illico Titio conſert per obitum: Tertius quoque impetrat à Papa per obitum & quouiſmodo: & hi tres contendebant. Breuitet omiſſa diſputatione, quæ ex præcedentibus & ſequentibus reſultat, reſpondi primum videlicet nepotem manutenendum eſſe: & ita obtinuit. Fuit tamen in magno periculo, quippè cui vtraque reg. & *de publicandis*, & *de infirmis*, & prior reſignatio obiiciebantur.

328 ¶ Sed obiectio reg. *de infirmis* non ſob ſiſtebat: quia non habet locum in Ordinario, vt latè in d. reg. num. 30. Regula verò *de publicandis* non obſtat, tmò ſuperflua fuit publicatio reſpectu collationis Ordinarij, cum reſignatus mortuus fuerit infra menſem. Labor fuit propter primam reſignationem à Papa admiſſam, quæ vacationem induxit, & ſic iterum reſignari non potuit, & conſequenter collatio Ordinarij per reſignationem, tanquam ab initio nulla, corruit: collatio verò Papæ per obitum reſignantis in poſſeſſione, reſoluitur tanquam non publicata: quia publicatio collationis ordinariæ non poteſt ad Papalem extendi, nec adaptari per prædicta. Vnica euaſio tunc fuit dicendo quòd nepos non acceptauit, & forte ignorauit primam reſignationem & collationem, prout adhuc hodie poteſt non acceptare, vel repudiare: nec præſumitur ſcientia niſi doceatur, c. *præſumitur d. reg. iur* in 6. *l. verum de probatio* & adhuc probata ſcientia, non præſumitur acceptatio: eum nec bullæ quidem leuatæ fuerint: & ſi leuatæ fuiſſent, etiam ſi peruenìſſent ad notitiam nepotis, non fuit capta poſſeſſio: & ſi capta fuiſſet per procuratorem, non ſufficeret, niſi conſtaret de mandato ſpeciali, e. *accedens*, & ibi Panorm. *de præben*, vel aliter de valida acceptatione nepotis probaretur: & ſic cum prior illa reſignatio eſſet in fauorem, & ſic conditionalis & conditionaliter admiſſa, reſignatario nolente acceptare, deſecit condino: & ſic pro infecta habetur, vt ꝛ. eod. n. 265. & conſequenter iterum etiam eidem reſignari potuit. Nec enim inconuenit, quòd quis repudiet priorem eiuſdem reſignationem, & acceptet ſecundam.

329 ¶ Quòd ſi probatum fuiſſet nepotem priorem illam acceptaſſe, non valuiſſet prior, tanquam non publicata ſecundum prædicta per hanc regulam, & tamen impediuiſſet ſecundam: quia prior adhuc pendebat vſque ad obitum: & ſic iterum reſignari & conferri non potuiſſet per Ordinarium, ſed omnino vacaſſet per obitum, per quem idem Ordinarius conferre potuiſſet Titio, qui verum ius haberet: & tanquam prior in data excluderet tertium: nec hoc ſolum, ſed etiam contra Titium & tertium, locum facere graduatis nominatis & mandatariis: quia propter collationem Titij priorem, præuentio ſequens Papæ non eſt præuentio, ſed nulla & ſubrepticia prouiſio, etiam ſi omnium nominatorum graduatorum & mandatariorum requiſitiones præceſſiſſet & ſic Titius tertium, & omnes quibus non erat debitum,

Rationes referuntur.

Diſtinctio plauſibilis.

beneficium excludens, non ſibi, ſed omnibus quibus A debitum eſſet beneficium prodeſſet.

330 ¶ At ſi nepos non acceptaſſet priorem, ſed adhuc tempore ſecundæ reſignationis & collationis erat minor 24. annis, tunc collatio Ordinarij eidem facta ipſo iure non valuiſſet, nec etiam collatio poſtea per eum facta Titio per obitum, etiam cum clauſula *quouismodo*, qua Ordinarios vti poteſt: vt ſ. eod. tit. 200. quia nullo modo vacaſſet per obitum, ſed per ſimplicem reſignationem ab Ordinario admiſſam remanſiſſet vacans: nec amplius pro illa vice & vacatione potuiſſet Ordinarius conferre, ſed quia iam contuliſſet indigno, poteſtas ſtatim fuiſſet ex tunc deuoluta ad capitulum vel ad ſuperiorem, *C. cum in cunctis.* ad fi. *extra de elect.* & ſic tertius ille iure præuentionis Papalis verum titulum obtineret: nec ſibi penitus B immineret à graduatis vel nominatis, etiam ſi præueniſſent in requiſitione: quia de facto ſublata ſunt eis vacantia per ſimplicem reſignationem, quamuis malè, vt dixi in reg. præced. num. 136. ſed tantùm timere poſſet à mandatarius, ſi quis eorum in ſimplici requiſitione præueniſſet: quia vacantia per ſimplicem reſignationem cadunt in mandatis, aliàs dummodo præuentus non ſit à ſuperiore Ordinario, ad quem non per admiſſionem reſignationis factam à primo Ordinario, quæ valida fuit & manet: ſed per collationem per eam factam indigno vna ex quatuor indignitatibus, d. c. *cùm in cunctis.* ſtatim facta fuit deuolutio: vincit tertius, dummodò in bullis ſuis Papæ vel Legati habeat clauſulam vulgatam *quouismodo*, etiam ſi per reſignationem, &c. C

331 ¶ Nec d. nepoti prodeſſet leuare & producere bullam prioris reſignationis, ſaltem in clauſula diſpenſationis ætatis: quia ſi non eſt aliud quàm quòd narratum eſt, illa diſpenſatio fuit alligata prouiſioni. Nec præſumitur (niſi expreſſum ſit) generaliter diſpenſatus de defectu ætatis, ſed ad effectum d. reſignationis & collationis ſemel factæ duntaxat, & ſic quocunque modo, ſiue ab initio non valuerit reſignatio & prouiſio, ſiue poſtea acceptata non fuerit, ſiue acceptata per hanc reg. reſoluta fuerit. vt hic eodem modo nulla vel reſoluta eſt diſpenſatio ſiue habilitatio ad illam limitata, prout limitata præſumitur, vt dixi in reg. præced. nu. 39. nu. 161. cum ſeq. Secus ſi principaliter & generaliter ſiue ſimul, ſiue ſeorſum de ætate diſpenſatus fuiſſet ad quamcumque aliam, D ſaltem ſimilem dignitatem: quia tunc valet expeditio Ordinarij, facta nepoti & procederent quæ diximus in priore caſu quando nepos erat in ætate habili.

332 ¶ Sed hic aduerte quia ex hypotheſi ſuprà nu. 327. expeditio hæc facta in vim eioſdem antiqui mandati ipſo iure non valuit, quia mandatum illud fuerat conſumptum per expeditionem factam Romæ, ſiue nepos acceptauerat, ſiue non: & ſic omnia prædicta currunt, & valet collatio facta Titio per Ordinarium qui mero iure ſine auxilio regulæ de inſir. reſignan. conferre potuit, prout non per dictam regulam, ſed iure communi, aut ſaltem per hanc reg. *de publ.* beneficium vacatet per obitum. Nec dicitur Ordinarius variare quoniam primùm conferendo E nepoti nihil egit, quia non vacabat ex ea cauſa reſignationis in manibus ſuis factæ, nulla enim reſignatio in manibus ſuis facta fuit ex defectu mandati. Solue ex eo quòd in eadem hypotheſi dixi publicationem quam ſolenniſſimè factam, & ſic intelligendum nihil omiſſum fuiſſe, & conſequenter non ſolum nouam reſignationem & collationem Ordinarij, ſed etiam ſignaturam veteris expeditionis Romæ factæ publicatam fuiſſe, quod ſufficit, vt diximus ſ. eod. nu. 271. reſpectu enim expeditionis factæ apud Ordinarium nulla opus erat publicatione vtpote morte reſignantis infra mentem ſequuta, nec tunc collatio Ordinarij erit vim niſi pro ingreſſu litis ad ſatisfaciendum ſtylo exhibendi tituli donec bullæ Papales conficientur, adferantur & cumulentur: imò etiam ſine vlla publicatione vinceret nepos ex prouiſione Ordinarij conſtituto de nouo mandato ad reſignandum ſimpliciter, nec conſtituto quod nepos priorem reſignationem acceptauerit.

333 ¶ Et de hac interiectitia hypotheſi ſatis. At nunc ſedatis plauſibilitet huius diatribæ turbinibus, qua parte planior & facilior eſt, videlicet quòdo vtra- Actior pugna. que, ſaltem vltima reſignatio expedita eſt per Ordinariom vt ſupra eod. nu. 327. cum ſeq. Nunc longiot adhuc & actior pugna recrudeſcit in altera eiuſdem diatribæ parte, videlicet ſi vtraque vltima reſignatio eiuſdem, in fauorem eiuſdem expedita ſit per Papam vel Legatum, latas facultates habentem. Primùm enim occurret q. an ſecunda mero iure valeat? Et ſi ſic, an valeat etiam ſiue publicatione, ſi reſignata non ſuperuiuat per tempus huius regulæ à tempore vltimæ reſignanonis? Et ſi non valet, an ſaltem valeat ſecuta publicatione viuo reſignante? Ad primum videtur indiſtinctè quòd ſecunda valeat in ſe, & conſeruet priorem validam: quia Papa non habet poteſtatem limitatam, vt Ordinarius: ſed pleniſſimã & liberrimã in his beneficialibus. Cle. 1. in fin. *vt lite pendent.* & præſupponuntur clauſulæ prægnantes & amphiſſimæ, iam protritæ, quæ plenitudinem poteſtatis illimitatæ oſtendunt, & ita ſentit Gomeſ. hîc. quæſt. 16. ad fin. quæſt. 18. in prin. præſertim quando reſpicit præterita, vt hîc. Cum ergo Papa intendat conferre ex quacunque, ſiue præſenn, ſiue præterita reſignatione videtur ſecunda vel vltima collatio Papæ ex omni quacunque præcedenti reſignatione ſuſtineri poſſe, prout omnes quamois etiam præteritas reſignationes & omne genus vacationis expreſſim ambit, & conſequenter publicans huiuſmodi bullam Papiſticam, cenſetur publicare ad omnem quamcunque præteritam reſignationem, & non ad vltimam tantùm limitari. Et ſic ceſſat ratio principalis & deciſiua caſus præcedentis in Ordinario, quæ fuodatur in eo quòd publicatio limitata erat ad reſignanonem ex qua fit: hîc autem oppoſita ratio concurrit: quia publicatio fit ex quacunque reſignatione, prout bulla cantat *ex quacunque reſignatione.*

334 ¶ Secundò ſuadetur quotidiano paradigma- *magis hoc* te. Fac decanum reſignare in fauorem Titij, qui bul- *pugnat.* lis non confectis reſignat in fauorem Mæuij, qui dubitans de iure Tinj, vel amiſſo fortè inſtrumento mãdati facto in fauorem Titij, rogat decanom rurſus in fauorem reſignare: quod annuit, & ſic Mæuius rurſus impetrat a Papa per reſignationem decani, ſeu per aliam quamuis reſignationem & quouis modo & hanc nouam bullam ritè publicat: nonne dicendum ſatisfactum eſſe huic reg. etiam ex capite præcedentis vel præcedentium reſignationum? alioquin ſequeretur abſordum contra bonum publicum, & in grauamen ſubditorum: videlicet quòd Mæuius cogeretur tres aut ad minus duas bullas redimere, & omnium publicationem facere: quamuis non plus iuris habeat ex duabus vel tribus bullis quàm ex vna. Tertiò probatur: quia ſi Mæuius vna & eadem ſupplicatione ad reſignationem tam Tinj quàm decani ſibi per vnicam bullam prouideri fecerit, non eſt dubium quin ſufficiat illum publicare. ergo idem quando ſucceſſiòe per plures ſupplicationes prouiſus eſt: ex quo vltima non eſt limitata, propter dictas generales clauſulas expreſsè contentas.

335 ¶ Quartò, ſi decanus pluries & ſimpliciter in manus plurium reſignauerit, puta in manu Ordinarij, Legati, & Papæ: & fuerint vbique admiſſæ reſignationes non ſecuta collatione, vel nullitet ſecuta: ita quòd remanſit vacans, ſi quis impetrat à Papa per reſignationem eum dictis ſolitis clauſulis, ſufficit vna bulla & vnica publicano: nec re-

netur certam resignationem exprimere, nec ad certam se allegare, sed provt bulla ambit omnes resignationes & singulas earum (in quantum opus est) ita & publicatio. Non obstat si dicatur hoc esse verum in eo cui nondum erat collatum per resignationem: sed quòd quæstio loquitur de eo, cui iam prouisum erat per aliam collationem: & sic secunda resignatio & collatio nulla est, & superuacua, vtpote de beneficio iam sepleto, & consequenter superuacuam esse, & eodem vino laborare huius vltimæ prouisionis publicationem: quia si publicanti vltimam bullam vel resignationem non oocet habere collationem priorem vitiosam, ex priori, sed nulla eiusdem resignatione: igitur multò minus nocere debet, habere priorem resignationem validam. Quid enim absurdius quàm titulum canonicum nocere habenti in eodem casu in quo titulus vitiosus non noceret? A B

336 ¶ Quinò, quia (præsertim in collatiuis permissa est multiplicatio titulorum, & potest quis pluribus titulis siue ab eodem collatore, siue à diuersis vti, vt dixi in reg. præced. nec tenetur ad vnum se astringere. Cum igitur publicaoo sit accessoria titulorum, non debet ab eorum numra deuiare: & sic potest eadem publicatio fieri ex pluribus titulis, vel pluribus resignationibus adaptan, saltem quando titulus qui publicatur, aptus est, plures, imò omnes casus complecti, propter expressas clausulas generalissimas, imò vniuersalissimas, vt in bullis.

337 ¶ In contrarium quia resignationes in fauorem sunt odiosæ, imò iure communi simoniacæ vt dixi in reg. præced. num. 101. igitur minus illis indulgendum quàm simplicibus. Si igitur simplex resignatio ab Ordinario admissa frustrà publicatur, stante priore resignatione: igitur resignatio in fauorem non debet plus, imò potius minus fauoris habere. Secundò quia hæc reg. principaliùs inuenta & statuta est contra resignatarios in fauorem, in quibus præcipuè versantur fraudes, quibus occurrere vult hæc reg. Igitur non potest nec debet resignationibus in fauorem indulgeri, quòd resignationibus simplicibus & ordinariis collaoonibus (quæ fauorabiliores sunt) non indulgeretur. Tertiò, alioquin nusquàm ferè locus esset huic reg. nisi in prouisionibus ordinariis, in quibus minùs necessaria est. C

338 ¶ Cæterùm in cutis Papæ vel Legati passim fraudaretur, imò maiorum fraudum multiplicandarum causa esset. Vt enim fileam de falsitaoibus & sceleratis impostoris, is in cuius fauorem & in fraudem canonum & Ordinariorum coofectum est mandatum ad resignandum, fide tamen expresiè vel tacitè data sustinendi in obitum resignantis: videns se ad publitandum astringi noo semel tantùm, sed pluries supplicabit, & admitti faciet: & mox post obitum iubebis confici bullam de data paulò ante obitum, vt sic vitet pœnam huius reg. quia resignans non supermixit tempus in ea præfixum. Itaque semper erat infra tempus. Quod si paruarum quas vocant datarum fraus (vt hodie cœptum est) exsibiletur, non verebitur dicta fide neglecta sub tempus obitus resignanós publicare, & morientem ante mortẽ exuere, frustráque docebitur resignationis admissionem & collaoonem dictum præcessisse, si publicatio vltima (præsidio clausularum bullæ) præcedentes omnes implicet. Et sic non solùm fraudabitur, sed præposterabitur hæc reg. si per eam solùm mulctentur simplices resignationes & prouisiones Ordinariorum, venia data corus & harpyis, contra mentẽ & scopum principalem huius reg. debet ergo ita interpretari, vt non minùs in bullis Papæ vel Legati, ad vltimam resignationem quæ principaliter publicatur, limitata sit, quàm in prouisionibus Ordinanorum: nec etiam in Satyricum illud (comma incidat: *Dat veniam corvis, vexat censura columbas.* debet enim lex ita interpretari, oe à sapiente reprehendi possit, *l. Salvum. de leg. præst.* D

339 ¶ At argumenta primæ partis, præcipuè fundantur in generalibus clausulis bullarum, sed eas magis propter fraudes & captiones restringi oportet, & omnino non debent operari in elusionem huius reg. quia clarum est id non esse de mente concedenos, quam clausulæ quantumcunque generales non possunt excedere. Minus obstat quod quinto loco allegatum est de cumulatione titulorum: quia non negatur plures publicationes plurium resignationum eiusdem simul cumulari & fieri posse, dummodò æquè principaliter, saltem aperte fiat vt singulæ deueniant in notitiam: saltem illa ex qua verus resultabit titulus, sed quòd sub publicatione vnius expressæ, aliæ tacitæ (licet oon expressæ) contineantur, illud est contra verba & contra mentem huius reg. quæ requirit publicari & notum fieri in loco, quod autem tacitè implicatur, oon fit notum, sed manet occultum. Igitur nullo modo publicari censetur. E

240 ¶ Quid dicendum? Nunc serio resoluens, mentémque meam aperiens, concludo in vtraque disputaoone pro prima parte, vt publicano vltimæ resignaoonis & collatioois siue Ordinarij, siue Legati, siue Papæ valeat, & prosit verum alioquin ius & nullam de iure communi habenti. Eruc fortè nimis altercaodo veritas amittatur, non rursus ingrediar disputanonum acies, saris iam excussas & contritas: sed casus omnes in rem præsentem adductos, & singulatim, & simul oculis subiiciam. Sunt autem sex, aut ad summum septem casus, ad quos reliqui omnes reduci possunt: nempe sex quando sunt tot collationes, quot resignationes & admissiones, videlicet tres de eodem resignante & resignatario, tres de eodem resignante & pluribus resignatariis. Vnicus autem, quando sunt eiusdem plures admissæ resignationes, sed vnica collatio. Conclusio. Septem casus.

341 ¶ Hypothesis primi casus talis est. Parochus anno M.D.XLIV. resignauit in manu Episcopi, qui contulit Titio, sed resignans semper possedit, donec anno M.D.L. fortè de vita desperans rursus resignat in manu Episcopi qui confert eidem Titio. Hunc casum sæpenomerò vsu venire vidi, dum resignatarius noo vult molestus esse resignanti, & tandem metuens suspectam esse resignaoonem diu celatam, nouam accipit, quam solam publicat. Nunc mortuo resignante lis est inter Caium impetrantem per obitum, & Titium, status litis in publicaoone, quam impugnat Caius ad priorem resignationem ante 61 annos acceptatam per Titium, nec publicatam. Argumenta hinc inde habuisti, non repero. Sed dico iniquum esse resignatarium alia fraude non admissa, ex eo solo defraudari, cùm viuente parocho ritè publicauerit, quæ publicaoo cessare facit inconuenientia quibus occurrere voluit hæc reg. quod saòs faciat priuatis affectibus & cauillaoonibus impetrantium, de quibus nihil ad rem. Primus

342 ¶ Hæc enim regu. non est facta ad illaqueandum resignatarium bonæ fidei: sed tantùm vt fraudes arceantur, igitur oon debet esse capoosa resignatario, qui ritè & buna fide publicauit, & de cuius fraude vel alio vitio non constat. Quid enim si prioris resignaoonis instrumenta combusta erant vel subtracta, ideò facta sit secunda resignatio: nunc autem Caius priotem & acceptationem testibus probare contendit: quid si à fure redemit instrumenta prioris hactenus perdita? Quid si prior resignatio vitiosa erat forsan extorta per consanguineum Titij, qui vt resciit, recta conscientia motus, vti noluit, sed post aliquot annos parochus eidem, meritis eius agnitis sponte cessit? An æquum sit adigi Titium probare præteritum vitium consanguinei, forsanve parentis sui, vel ius suum amittere, & velut quandam irregularitatem sine culpa, imò propter bonam fidem & rectã conscienoã

incurrere. Non puto, ſed obiectiones illas inadmiſſibiles tanquam laqueum contra mentem reg. iniicientes, reiiciendas.

343 ¶ Et ſic concludo quòd ſi publicana eſt verus reſignatarius, verúmque titulum de iure communi habet, conſeruatur per publicationem, licet in ea mentio non fiat de prima vel alia reſignatione (quæ fortè ſola verum tribuit titulum) ſed ſolùm de vltima, hæc enim reg. facta eſt ad conſeruandum ius veri & canonici reſignatarij, abſque Ordinarij, & expectantium captione, ſed hic Titius verus eſt reſignatarius, & ritè publicat: ergo ſufficit, nec debemus exigere plus quàm litera vel mens expreſſa requirat: Bal. l. 1. in fi. *de cura furio. l. Gallus* § *pen. de lib. & poſth. l. vniverſa.* col. 2. *C. de prec. imper. offer.* & dixi in conſuet. Pariſ. §. 1. gloſ. 4. num. 9. & §. 13. gloſ. 1. num. 25. præſertim in pœnis vbi liquidiſſimè conſtare oportet. *l. in teſtamento.* 1. & ibi Bald. *de cond. & demonſtr. l. Titius* in fi. *de lib. & poſt.* Alex. conſ. 33. col. 1. vbi tetigi lib. 2. hæc autem reg. tum pœnalis eſt: quia tollit ius quæſitum, tum exorbitans: quia contra ius commune.

Non plus exigendi quàm ſ exigat.

344 ¶ Sed hæc reg. non exigit aliud quàm publicari reſignationem poſſeſſoris, vt notum ſit eum reſignaſſe: non autem exigit, ſaltem expreſsè omnes, reſignationes eiuſdem publicare, ſi forte plures fiunt, & forſan vltra valeat, aut valitura ſit, ignoretur: ſed exigit ante obitum poſſeſſoria notum fieri in loco beneficij, poſſeſſorem de facto reſignaſſe, & ſucceſſorem aduenisse: ne Ordinarij & impetrantes decipiantur per obitum morientis in poſſeſſione & reputatione titularij. Satis eſt igitur ita publicari, vt hoc publicè notum fiat ante obitum, & adhuc notum perſeueret tempore mortis veteris titularij. In reliquis autem tantum abeſt, vt hæc reg. velit hanc publicationis formam capnoſam eſſe reſignatario, vt ei competena ſpatium relinquas, infra quod non ei, ſed potius Ordinariis & impetrantibus noceat, reſignantem in poſſeſſione mori.

345 ¶ Non obſtat tertium primæ *ἀπολογίας* ſupra num. 318. quia quamuis hæc reg. exigat certam collationem per reſignationem exhiberi & publicari: non tamen exigit certam ſpecificam reſignationem & admiſſionem limitatim publicari: ſed nec exprimi quidem. Clarum eſt enim quòd collationem ex cauſa reſignationis præcedere poſſunt plures reſignationes eiuſdem, & admiſſiones: ſiue ab eodem, ſiue à pluribus admittendi poteſtatem habentibus. Et tamen erit vnica collatio (vt infra caſu ſeptimo) quam ſufficiet publicari etiam ſi nullo modo exprimatur data reſignationi admiſſæ, nec ex qua admiſſione. Et pariter ſi fortè quis plures collationes per reſignationem eiuſdem habuerit & acceptauerit: non arctatur ſingulas publicata, nec illam ex eis quæ poſtmodùm inuenietur & iudicabitur valida: quod incertum & captioſum eſt *l. quod debetur. de peculio. l. vnica.* ibi, *in gaudi fortunam C. quando Imperator inter pupillos & vid duas.* ſed arctatur ad publicandum collationem ex capite reſignationis, & conſequenter aliquam huiuſmodi collationem, quia publicatio fieri non poteſt niſi appareat de aliqua ſpecifica huiuſmodi collatione, & ſic vis eſt in ſola publicatione vt publicè innoteſcat poſſeſſorem reſignaſſe: non autem vis eſt in vna magis quam alia huiuſmodi collatione, quia certa collatio non venit, niſi in conſequentiam & ad effectum publicationis: non igitur taxatiuè ad collationem publicatam, vt in obligatione generis ſubalterni vel vnius ex plurib. de certis.

Verba captari non debent.

346 ¶ Et ita rectè intelligenda ſunt verba reg. ibi, *niſi de illis facta reſignationes*, & ibi *facta ſint*, non autem debet captari, ſed qua mente dicantur animaduerti, *l.* pen. *ad exib. l. 2. §. tractari.* ibi *nec cauillari ad Tertul.* gloſ. in c. vnico. §. 1. in verbo *ſi mora*, in fin. *ne ſede vacan.* in 6. Innoc. *c. Romana*, in fi. *de* A *conſ.* in 6. Bald. in *l. beneficium de legi.* Mens autem & ſcopus reg. in illis verbis per totum contextum eſt, vt publicetur & innoteſcat, poſſeſſorem reſignaſſe: non autem vt etiam limitetur publicans ad collationem expreſſam: quia hoc eſſet verba legis captare, quaſi inſidiarentur reſignatario, quod reg. non intendit, ſed ſolùm intendit eum onerare tali publicatione, vt collatores & impetrantes non illudantur per obitum morientis in poſſeſſione, quo facto impetrantes per obitum eius quem publicè notum erat in loco reſignaſſe, & certum ſucceſſorem ante obitum palàm adueniſſe, non poſſunt occaſionem huius reg. ad iniquum compendium trahere l. fin. *C. de vſu cap. pro empto.* quod eſſet, imputando & exprobrando publicanti, quòd verum & canonicum titulum habebat ex B priore reſignatione & collatione, tempore publicationis non expreſſa. Quid enim aliud eſſet quàm verba cauillari contra d. l. 2. §. *tractari ad Tertul* & calumniari & captare contra d. l. pen. *ad exib* & ad iniquum compendium trahere contra d. l. vlt. *C. de vſu cap. pro emptore.* gloſ. vlt. in cap. *ſuggeſtum de app* & ad crudelitatem & amaritudinem contra *l. ſi id quod.* §. *ſi quas de d. na. inter virum & vxorem. l. ſi quid venditor. de edil.* in authen. *de triente & ſemiſſi* §. *prohibemur.* in prin. Ita etiam debent ſanè non amarè capi verba Regij edicti. quod infra ſubiciemus. §. 14. vt ibi tengi, gloſ. 3.

347 ¶ Et ſic non obſtat quintum primæ *ἀπολογίας* ſupra num. 319. quia verum eſt quòd tempus publicandi incipit à prima reſignatione ab habente poteC ſtatem admiſſa etiam ante vllam collationem, vt nouè diximus 1. quæſt. 9. ſed hoc eſt, ne ſit in poteſtate reſignatarij tempus inducias protogare: ſed negatur ex tunc incipere obligationem publicandi. Et in hoc latebat fallacia, imò nulla eſt obligatio ad publicandum, cùm ſit mera facultas, ſed tantùm poſt illius inducias incipit impendere periculum quod vitari poteſt quandocunque ante obitum poſſeſſoris publicando. Et ſic conuertitur argumentum, videlicet quòd reſignatarius non tenetur publicare infra menſem vel ſemeſtre primæ reſignationis admiſſæ: ſed (vt 1. eo. tium. 21.) poteſt quandocunque viuo reſignante: igitur ex quacunque reſignatione vel collatione publicet, ſans eſt quòd publicè & ante obitum poſſeſſoria notum fiat poſſeſſorem reſignaſſe, & ſucceſſorem D adueniſſe, ad vitandum pœnam huius regulæ ad 6. 7. 8. 9. 1. n. 317. cum ſeq. ſoluuo colligi poteſt ex prædictis ad x. verò malè de futuro iure ad tam competens infertur, a Ide infra eod. n. 359.

346 ¶ Ex his nullo negotio diſſoluitur grauis quæſtio hodie pendens inter impetrantem per obitum, & reſignatarium ab Ordinario prouiſum, cui obuicitur prior defuncti reſignatio ante quatuor annos, quæ tamen in regeſtis Ordinarij lacerata inuenitur, quia etiam ſi non eſſet lacerata, ſed dudum acceptata nec publicata, ſi tamen vltimo viuo reſignante publicata fuit, ſatis eſt, etiam ſi non allegatur intermedia retroceſſio. Secus ſi nec vltima quidem eſſet publicata, quia tunc aut reſignans mortuus eſt poſt menſem vltimæ, E & actum eſt de iure reſignatarij, aut mortuus eſt infra menſem vltimæ, & adhuc idem ſi mortuus eſt poſt menſem primæ admiſſæ, ſi tamen de primæ admiſſione conſtat, quia cum ſit ſimplex (vtpotè in manu Ordinarij) non requiritur vllam collationem vel acceptationem ſubſequi. Et ſic conſtaret de non iure reſignatarij, & impetrans per obitum ab Ordinario (etiam ſine clauſula *quouſmodo*) vinceret etiam omnes quouiſmodo ſub data poſteriori impetrantes, quia nedum admiſſio, ſed etiam deuolutio ab admittente facta ad ſuperiorem, & omnia inde ſecuta reſoluta ſunt per hanc reg.

Secundus caſus.

349 ¶ Hypotheſis ſecundi caſus. Parochus anno M. D. XIV. reſignauit Romæ in fauorem Tinj, ſemper

tamen in poſſeſſione manſit: ſed anno 1550. morte A
fortàn immioente, iterum reſignat in manu Ordina-
rij, qui conſert eidem Titio. Similè habuiſti hypothe-
ſim ſupra ea qu. n. 327. in qua vix tunc defendere po-
tui reſignatarium, ex eo quòd impetrans per obitum
non docebat primam reſignationem acceptatam fuiſ-
ſe per Titiũ, quod ſi docuiſſet videbatur moltis etiam
iudicibus actum de iure reſignatarij. Sed nunc ex præ-
dictis marte noſtro elaboraos, apparet etiam accepta-
tione probata, reſignatarium vincere debere, prout
de iure communi: niſi de alio vitio, vel mandato con-
ſumpto vel defectu iuris appareat. Et quamuis pro-
pter ſecundæ reſignationis, collationis, & mortis vi-
cinitatem, ſuſpicio ſit, priùs conuentum eſſe cum
Ordinario vel eius vicario, vt reſignatione admiſſa
conferret Titio, tamen ſuſpicio non eſt probatio, imò B
nec probatio quidem valet quæ ſe compatitur cum
appoſita veritate, vt tradit Bald. in *l. conuenticulum. C. de Epiſcop. & cler.* prout hìc potuit ſyncerè geri.
Sed ſi clarè probaretur de conuentione vel fide habita
conferendi Titio, vel aliis ſordibus, tunc non ſolùm
concurreret impedimentum exorbitans huius reg.
ſed etiam aliud grauius impedimentum de iure com-
muni, videlicet ſimoniæ, vt dixi in reg. præced. nu.
e. t. & conſequenter publicatio ipſa ſimoniaca eſſet,
ſiue per ſimoniam redempta. Quare nullo modo pro-
deſſet, ſed magis inquinaret.

350 ¶ Tertius caſus. Anno 1544. reſignatur in
manu Papæ in fauorem Tioj, cui confertur & acce-
ptat, ſed bullis non confecti, reſignante ſemper poſſi-
dente, renouatur reſignano & collatio Romæ anno C
1550. & hanc vltimam Titius publicat. deinde mor-
tuo reſignante, Caius per obitum prouiſus impugnat
propter priorem reſignationem acceptatam nec pu-
blicatam. Sed per prædicta dicendum eſt hoc non ob-
ſtare, ſed velut captioſum & inuidioſum reiiicien-
dum, niſi de alio vitio de iure communi appareat.
Non obſtat vt ſuprà eodem numero 2. quod reſigna-
tiones in fauorem ſunt odioſæ, contra ios commune,
& diſpenſatione indigent, quia ſunt admiſſæ ab ha-
bente poteſtatem

351 ¶ Non obſtant fraudes ſuprà tum. 120. nu-
mero 329. quia aut Titius non publicauit in vita reſi-
gnantis, ſed pluries ſupplicauit, & leuari fecit bullam
de data poſteriori, qua inſpecta mors reſignantis eſt
infra tempus publicandi. Et excluditur per hanc reg. D
quia tempus induciarum ad publicandum ſemper
computatur à prima admiſſione indiſtinctè, ſiue in
Ordinario, ſiue in Papa & Legato, vt probauimus ſu-
pra ea. quæſt. 9. Et ſic cùm reſignans mortuus ſit in
poſſeſſione poſt ſemeſtre primæ admiſſionis, nec fuc-
rit in eius vita publicatum, locus eſt reg. Aut verò
Titius publicauit in vita reſignantis, & tunc aut obi-
citur & probatur prior reſignatio & collatio alij fa-
cta: & excluditur Titius, non per hanc reg. (quæ be-
ne vult priuare negligentem ius habentem: ſed non
vult fouere non habentem ius) ſed iure communi, ille
autem alius per hanc reg. vt in quarto & ſequen. caſu.
Aut obiicitur prior reſignatio eidem Titio facta. Et
cùm hæc obiectio non ſit de mente huius reg. debet E
vt caoilloſa & captioſa reiici: non autem in inuidiam,
& contra ius commune trahi. Vnde ſi aliud non ob-
ſtat, Titius obtinebit.

Falſarij 352 ¶ Nec obſtat: ſi non appareat de nouo man-
dato ad reſignandum, quòd primum mandatum ſe-
mel conſumptum erat, nec amplius exequi poterat,
vt in regula præcedente, nu. 27. & ſuprà eo nu. 329.
quia iſtud non eſt maius obiectum quàm ſi diceretur
quòd ius reſignantis erat cõſumptum per primam re-
ſignationẽ admiſſam, & quòd amplius reſignari noo
potuit. Quod tamen non obſtat ex quo cõſtat Titium
eſſe verum illum primum & canonicum reſignatariũ
& publicaſſe vino reſignante. Secus ſi conuinceretur
nouum inſtrumentũ mandati falſum fabricaſſe: quia
licèt ſuperfluũ eſſet per prædicta, tamẽ indignum red-
dit falſarium omni honore & beneficio quantumuis
minimo: & publicatio eodem vino falſitatis inquina-
tur, vt nuper de ſimonia, nu. 359. dictum eſt. Oportet
enim reſignationẽ publicatam ſaltem eſſe talem, quæ
viſua veniente per obitum, non obſtante hac regula
excludat, ceſſante priore reſignatione eidem facta.
Quo ſolo caſu dicimus non debere priorem in inui-
diam tradi: imò eſſet etiam contra bonum publicum:
quia ſæpe vſuuenit reſignatarium tempore primæ re-
ſignationis pati defectum ætatis, vel alia beneficia ha-
bere: & ſic multis diſpenſationibus grauiter redi-
mendis indigere, quæ tempore ſecundæ reſignationis
ceſſant. Cùm igitur conſtet eum habere verum & ca-
nonicum titulum, ſufficit vltima bulla vel collatio
ordinaria, nec adigi debet ad redimendas bullas prio-
ris expeditionis.

353 ¶ Et hæc exempla ſufficiunt quando agitur
de eodem reſignante & reſignatario. Nunc totidem
exempla, quando idem reſignans, ſed plures reſigna-
tarij. Quartus itaque caſus, Parochus anno 1544. reſi- Quartus ca-
gnauit, & collatum eſt Titio, qui non publicauit: ſed ſus.
idem parochus in poſſeſſione manens anno 1550. rur-
ſus reſignauit. & collatum eſt Mæuio: qui nec publi-
cauit. deinde mortuo in poſſeſſione parocho, Caius
habens per obitum cum eis certat, Stanis litis eſt an
publicaoo Mæuij proſit Titio? Breuiter dico quòd
non: Tum quia Mæuius publicans nullum ius habet.
Et ſic nec acquirit nec conſeruat quod non habet.
Hæcautem regula facta eſt ad conſeruandum ius le-
gitimorum & canonicorum reſignatariorum dun-
taxat, ſine captione Ordinariorum & expectantium:
non autem vt quæratur ius ei qui non habet.

354 ¶ Tum quia publicatio perſonalis eſt, nec Publicatio
prodeſt tuſi petenti, & non alij: vt innuit text. reg. perſonalis eſt.
ibi *poſſeſſio petita.* loquitur enim de vno & eodem
publicante & petente. Et ſic effectus publicationis
ad aliam perſonam nullo modo extendi poteſt. Tum
hoc caſu, plures reſignationes non tam ſunt multi-
plicatæ quàm repugnantes: cum ſint factæ diuerſis
perſonis, nec ſolùm aliæ ſortè, ſed contrariæ: nec con-
currunt, ſed inuicem pugnant, propter diuerſa ſubi-
ecta, quò ſit vt vna aliam iuuare nequeat, ſed potiùs
inuicem collidantur, ſaltem vnaquæque remaneat in
propria natura: Et conſequenter cùm prima reſoluta
ſit per hanc regulam, ſecunda verò ab initio non va-
leat de iure communi, locus eſt vacationi per obi-
tum, tam de iure communi, quam per hanc regulam.

355 ¶ Tum ex quo reſignans non extruditur poſſeſ-
ſione per illam publicationem, ſed in illa remanet &
mortuus, illa publicatio non eſt plus quàm ciuilis in-
terruptio, quæ perſonalis eſt, ſoluque interrumpenti,
non alij prodeſt. *l. 2. C. de præſcript. long. tempor.* Secus
ſi de facto reſignans extrufus eſſet poſſeſſione, vel il-
lam de facto reliquiſſet: quia tunc velut naturalis in-
terruptio omnibus prodeſt, id eſt cuicunque verum
ius & titulum habenti, non per publicationem, ſed
quia non contigit reſignantem mori in poſſeſſione.
Et ſic deficit principalis conditio huius reg.

356 ¶ Et intellige ſanè quando reſignans deſit
demum poſt tempus huius reg. remanere in poſſeſ-
ſione, puta voluntaria migratione, vel violenta deie-
ctione à non habente ius. Secus ſi per ſententiam ſu-
perioris priuaretur, vel per alium legitimum impe-
trantem etiam poſſeſſione exuteretur, id eſt per eum
qui ceſſante priori reſignatione haberet verum ius de
iure communi. Tunc enim hic obitus ciuilis poſt
tempus huius regulæ cum effectu ſuperueniens, id eſt
locum faciens nouo ſucceſſori, priori remoto & om-
nino deſinente eſſe in poſſeſſione, morti naturali
æquipararetur quantum ad effectum huius reg. vt latè
probauimus ſuprà eod. qu. 7. nu. 72. cum ſeq. & hoc

caſu non refert ſiue omnes ſimplices ſint reſignationes coram Ordinario factæ, ſiuæ omnes in fauorem coram Papa & ſiue altera ſimplex, altera in fauorem: ſiue expreſsè, vt apud Papam, ſiue tacitè, vt apud Legatum: nec vtra prior ſit, dummodò prior non ſit publicata. Si autem prior reſignatio recens eſſet, ita quod infrà tempus illam publicandi reſignans obiiſſet, poſtquam interim reſignaſſet Mæuio qui publicauit: tunc non obſtante dicta publicatione, ſtare immotum ius Titij ceſſante hac regula.

Quintus caſus.

357 ¶ Quintus caſus, Parochus anno 1550. reſignauit, & collatum eſt Titio qui non publicauit, ſed reſignauit: & per eius reſignationem collatum eſt Mæuio anno 1555. Deinde anno 1560. parochus ſemper manens in poſſeſſione iterum de facto reſignat, & confertur eidem Mæuio qui ſolenniter publicat: & mortuo in poſſeſſione parocho litigat cum Caio per obitum prouiſo, Breuiter cum tempore publicationis Mæuius eſſet verus & canonicus titularius ex capite reſignationis, mediante reſignatione Titij primi & canonici titularij publicatio illi prodeſt, ad conſecuandum verum & canonicum ius quod tempore publicationis habebat per prædicta. Amplio etiam ſi idem parochus alias intermedias reſignationes fecerat, ex quibus alius collatum fuerit, quorum præterita iura non habebat Mæuius: quia ſatis eſt quod tempore publicationis concurrebat in eo verum ius de iure communi cum ſatisfactione huic reg. & ſic tam iure communi, quàm per hanc regulam conſeruatur.

Publicatio non trahitur ad iura futura.

358 ¶ Secus ſi poſt publicationem, etiam viuo eodem parocho, ius primi reſignatarij acquiſiſſet, vt ſi Mæuius primò habuit ſecundam reſignationem Parochi: quam publicauit: deinde habuit reſignationem Titij: etiam viuo parocho. quia tunc ſicut prius acquiſiuit, ſcilicet Titius, habebat ius reſolubile duntaxat, quando reſignauit Mæuio: ita Mæuius non acquirit de nouo niſi ius per hanc regulam reſolubile, nec poteſt eſſe melioris conditionis eo cuius ius acquirit, vt ſuprà eod. nu. 42. com ſeq. Tum quia huiuſmodi publicatio non reſpicit futura iura, nec vllo modo illa includere poteſt, ſed præcedentia duntaxat, ad quæ neceſſariò ex ſui forma reſtringitur, & ſic confirmari non poteſt ex iure ſuperuento, ſed noua & ſolenni publicatione opus eſt, ceſſante naturali interruptione, hoc eſt, niſi contingat parochum mori, realiter poſſeſſione penitus dimiſſa non per aliquod vltimum momentum vel tempuſculum vitæ, ſed per tam notabile ſpatium ante obitum, vt ante obitum & illius tempore publicè notum ſit in loco defunctum deſiuſſe ante mortem poſſidere, & pro titulario & poſſeſſore haben. Non enim ſufficeret occulta dimiſſio, vel in fraudem exquiſita à morientе, vel miniſtris illius nouo ſucceſſori fauentibus: ſed oportet ſeriam eſſe & manifeſtam naturalem illam dimiſſionem, ne fraudibus locus aperiatur quod no. ad declarationem dictorum ſuprà eo. num. 268.

Dimiſſio poſſeſſionis in fraudem.

Sextus caſus.

359 ¶ Sextus caſus, Parochus anno 1540. reſignat & confertur Titio: rurſus anno 1545. reſignat, & confertur Mæuio, deinde 1550. Titius reſignat, & confertur dicto Mæuio: qui poſtea viuo parocho in poſſeſſione manente publicat. Hic caſus differt à præcedenti in hoc, quod ibi tempore ſecundæ reſignationis parochi, Mæus habebat verum ius, & in eo confluxit ius vtriuſque reſignationis: & ſic reſignationes ab initio confluebant: Sed hîc Mæius nullum tunc ius habebat, nec reſignationes confluebant: ſed velut repugnantes & contrariæ ſeſe collidebant. Veriùs tamen puto eo tempus reſignationis poſſeſſionis factæ Mæuio publicanti inſpiciendum: ſed tempus publicationis. Cum igitur Mæuius tempore publicationis verus eſſet & canonicus reſignatarius, poteſt illi & debet prodeſſe publicatio, vtpote concurrente tunc in eo vtroque & iuris communis & huius regulæ auxilio. Et ſi quidem omnes reſignationes publicet, non eſt dubium, ſi verò primam & ſecundam tantùm, videlicet factam Titio & à Titio ſibi: non eſt etiam dubium, quin ſufficiat. ſi verò ſolam intermediam reſignationem publicauerit, videlicet ritulum quem anno 1545. habuit per reſignationem defuncti, adhuc idem dico, ex quo tempore publicationis factæ 1551. erat verus reſignatarius, & in eo concurrebat & iuris communis & huius regulæ auxilium. Et ſic non minor, ſed eadem ratio quæ in caſu præcedenti: & ſic non refert quando, nec quo modo, ſiue per obitum vel alias publicans acquiſierit ius primi & veri reſignatarij, dummodo illud habeat tempore publicationis, vel publicationem (vt poteſt) repetat.

360 ¶ Septimus caſus, Parochus pluries reſignauit, & toties habente vel habentibus poteſtatem admiſſa fuit: ſed vni collatio facta. Iſte caſus eſt eadem hypotheſis, de qua ſuprà nu. 314. in prin. huius qu. & nullum habet dubium, ſiue reſignationis habeat ritulum à Papa, vel Legato, ſine ab Ordinario: cum tamen apud eum eſſet ius conferendi. Quo caſu ſuperuacua quæſtio eſt in collatione Ordinarij publicata, dummodo collatio valeat, vt quia non ſe reſtrinxit ad reſignationem quam tunc admittebat tantùm, cum iam vacaret ex priore reſignatione nuper vel infrà ſemeſtre per eum vel ſuum vicarium admiſſa. poteſt enim Ordinarius conferre eam clauſula *quouiſmodo*, ſi ad eum ſpectet collatio, vt ſupra eod. num. 100. Idem in collatione Papæ vel Legati omnem aliam præcedentem reſignationem vel vacationem ambiente. Ex his pleniſſimè diſcuſſa, & per omnes caſus reuolura, & confecta eſt, hæc hactenus non minus controuerſa quàm quotidiana quæſt.

361 ¶ Viceſimo iuxta prædicta quæro, Patruus reſignauit in fauorem nepotis, qui collationem acceptauit, ſed nunquàm publicauit: & poſt ſex vel ſeptem annos imminente ſorte morte patrui, nepos in manu cuiuſdam vicarij Ordinarij ſimpliciter reſignauit, qui dicto partuo eadem vel ſequenti die eonulit: deinde puerus rurſus in fauorem nepotis Romæ per curſores reſignauit, & in veteri poſſeſſione obiit, & per eius obitum Titio confertur: ſed mox apparet nepos cum bullis vltimæ prouiſionis, quarum data ſe protegit ab hac regula quia patruus infrà ſex menſes à data bullæ deceſſit Titius replicat de priore reſignatione & acceptatione ante ſex vel ſeptem annos. Nepos publicat, & docet de retrocеſſione, vtet potiori videtur quòd nepos: quia à tempore retrocеſſionis non apparet de alia ſupplicatione & expeditione facta Romæ, quàm de ea ſuper qua dicta bulla confecta eſt. Et ſic cum non fuerint muloplicatæ ſignaturæ vel datæ, ceſſat fraus paruarum datarum: & ſic non obeſt hæc regula, nec poteſt haberi ratio temporis lapſi ante retrocеſſionem: & ſic remanet intentio nepotis iure communi fundata.

Soluitur.

362 ¶ Sed his non obſtantibus contrarium dico: quia illa retrocеſſio aut eſt ſimulata, aut fraudulenta, videlicet in fraudem huius reg. Patet primò propter coniunctionem perſonarum, *l. data.* ibi, *ſiquidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus facilè quiduis pro negotij opportunitate confingi poteſt, C. de donation.* Secùdò propter vicinitatem temporis, *l. ſi ventri §. in bonis. de priuileg. creditor. l. ſi quis poſthac. C. de bonis proſcripto.* de qua vicinitate temporis latè Frane. Curtius Senior, conſil. 54. & latiùs d. Andr. Tiraquel. in tract. *de retract. progrimita. §. t.* glo. 7. nu. 76. Tertiò, quia illa retrocеſſio nunquam ſortita eſt effectum ad commodum patrui retrocеſſionarij, qui nunquàm in vim illius poſſeſſionem cepit: nec aliquid mutauit de forma poſſeſſionis antiquæ, in qua ſemper manſit & deceſſit.

363 ¶ Et quamuis non ſufficiat vna præſumptio ad fraudem vel ſimulationem conuincendam, vt per

Sufficiunt tres præſumptiones.

Ioan. de Lignia. & Imo. in clem. vnica. *de rerum permutat.* Phillip. Franc. *c. vnico.* col. 5. eod. in 6. Tamen plures, ſaltem tres ſimul iunctæ, ſufficiunt: vt not. Canon. *c. 2. de cler. non reſident.* Cæpola. in tract. *de ſimula contrac.* in caſu principali, Alexand. conſil. 119. nu. 4. lib. 4. Paul. conſilio 74. col. 3. lib. 2. Philippus Corneus conſilio 224. conſilio 241. conſilio 346. columna fina. lib. pri. Hierony Cagnoli in repetitio. lib. 2. nu. 19. *C. de pact. inter emtor. & vendit.* Matthi Afflictus deciſio. Neapolitana. 40. col. fin. Philip Decius conſilio 167. (vbi in annotat. tetigi (Franciſcus Purpura. in *l. rogaſti. §. ſi tibi* nu. 70 *ſi certe petat.* Nicol Boër. deciſio. Burdegal. 102. Hierony. Gratus conſi. 157. l 2. & expreſſim in terminis reſignationis huiuſmodi: Petrus Ancha. conſilio 375. Ægidi. Bellamere deciſio. 344. gl. pragmat. tit. *de collatio.* §. *item quòdam mira*, verbo *permutationes*. Stephan Bertrand. conſ. 311. etiam beneficium lib. 2. Aymon. conſ. 82.

4 364 ¶ Quartò formùs vbi etiam plura concurrunt, videlicet quartum, quòd hæc retrocеſſio laborat vehementi ſuſpicione ſimoniæ canonicæ, nempe fidei tacitè datæ, quòd conferretur patruo. Præcedentia etiam & ſequentia clariſſimè euincunt quòd nepos non ceſſiſſet niſi animo retrocеſſionis, eóque tacito acto, & non aliàs. Et ſic huiuſmodi retrocеſſio nedum ſimulata & fraudulenta eſt, ſed etiam ſimoniaca: & ſic fundatus nulla, cum non poſſit Ordinarius retrocеſſionem vel aliam reſignationem in fauorem expreſſum vel tacitum admittere: vt in reg. præceden. nu. 101. Quintum ab euentu, tum quia mox vt
5 nepos ceſſit, collatum eſt patruo: tum quia mox ſecuta eſt eiuſdem patrui repetita ceſſio in fauorem nepotis: tum quia ſecuta eſt mors patrui infrà ſemeſtre. His tot & ſimul in hac hypotheſi concurrentibus, quis dubitare poteſt hanc retrocеſſionem merum machinamentum eſſe in fraudem huius reg. ſtructum?
6 365 ¶ Accedit Sextum: quia hoc machinamento admiſſo, eluſoria erit hæc iuxta & fauorabilis regula, nec vnquam illi locus erit ſtante facili promptaque via ad illam eludendam. Igitur etiam ſi aliàs extenſione opus eſſet (id quod non) deberet omnino ad hanc cauſam extendi, ne forat eluſoria: per not. in *c. ſi ciuitas. de ſenten. excommunica.* in 6. & quæ dixi in
Confuſio. conſuetudine Pariſien. §. 13. gloſſ. 3. nu. 9. Et in annot. ad Philipp. Decium con. 577. Et ſic concludo quòd ſiue huiuſmodi retrocеſſio expedita ſit per Ordinarium, ſiue per Papam, vel Legatum, tempus computandum eſt à prima reſignatione. Cùm igitur reſignans dudum poſt illud tempus primæ reſignationis, mortuus fuerit in poſſeſſione, vacauit per obitum: & tam in petitorio quàm in poſſeſſorio adiudicandum Titio.

366 ¶ His ſcriptis inſignis cauſa ferè ſimilis me præſente & audiente publicè & ſplendidè diſceptata fuit in hoc ſupremo Pariſiorum Senatu *ἐμφυσικῶτατα*, Illuſtriſſi. illo do. Ægidio le Maiſtre, eiuſdem Senatus
Hypotheſis. præſide primo, eruditiſſimo, in principio Auguſti, & rurſus die Iouis 13. eiuſdem menſis, anno 1551. Facti verò ſpecies in qua vtraque pars concordat, talis erat. Iacobus Boniou canonicus ſancti Martini Turonen. & parochus curæ parochialis de Viglan. anno 1543. menſe Auguſto, reſignauit vtrumque beneficium Romæ in fauorem Mathurini Boniou nepotis impuberis, eodem anno, quarta Decembris Iacobus facit à
Mandatum capitulum. nepote confici mandatum generaliſſimum, ſpecialiter tamen & expreſsè ad dictam curam & prębendam (quas dictus Iacobus obtinet) necnon quodcunque aliud beneficium, ſeu quæcunque alia cum cura vel ſine cura, eidem conſtituenti collatum ſeu conferendum, collata ſeu conferenda, acceptandum, poſſeſſionémque capiendum, iurandum in animam ipſius conſtituentis, & pro eo ſolita & debita iuramenta, &c. beneficiúmque ſeu beneficia in ſpiritualibus regendi & gubernandi, regíque ac gubernari faciendi, vicariumque ſeu vicarios potendi, & toties quoties reuocandi, dictumque beneficium ſeu beneficia vel fructus ad firmam locandi, pro tali tempore & pretio quibus ers vel ei videbitur: necnon quaſcunque pecunias leuandi, quittanciam dandi, illáque beneficia & illorum quod libet, poſtquam eidem conſtituenti collata ſeu collatum fuerit, quocunque genere vacationis in manibus huios ſeu quorum intereſt, tam ſub anneđicta ſpecialitate beneficiorum ſuprà declaratorum, quàm quorumcunque aliorum ſub generalitate declarandorum, & ad quæ ius ſibi emmpetit, ſeu quomodolibet in futurum competerit, & maximè dictam curam & præbendam ſub beneplacito dictæ ſedis, cedendum, dimittendum, &c. in fauorem & commodum d. Iacobi, & non aliàs aliter nec alio modo: ceſſionémque ſeu ceſſiones recipi & admitti petendum & ſupplicandum, ac literarum deſuper neceſſariarum expeditioni & confectioni conſentiendum: & ad iurandum in animam quòd in eiuſmodi ceſſione ac præmiſſis omnibus & ſingulis non interuenit nec interueniet fraus, dolus, ſimoniæ labes, aut quæuis alia pactio illicita. Hactenus tenor mandati quatenus ad deciſionem facit.

367 ¶ Eodem anno menſe Februario nepos retrocedit patruo vtrumque beneficium, ſeu potius patruus vi dicti mandati facit ſibi retroceđi, & vtriuſque reſignationis & collationis, videlicet prioris, factæ nepoti menſe Auguſto, & poſterioris, factæ patruo, menſe Februario: expeditæ fuerunt ſignaturæ cum conſenſibus: neutra tamen vnquam publicata fuit, nec Iacobus vllam nouam poſſeſſionem cepit, ſed veterem vtriuſque beneficij poſſeſſionem vt priùs vniformiter continuauit. Tandem anno 1548. poſt Paſcha, menſe Aprilli grauiter ægrotans, per curſores Romæ, primo reſignat vtrumque beneficium in fauorem Nicolai Batre, & fit ſignatura cum conſenſu ſine vlla publicatione. Mox 12. Maij immediatè ſequentis dictus Iacobus & dictus Nicolaus ſeorſum (hoc eſt per ſignaturas ſeparatas) reſignant dictam prębendam in fauorem dicti nepotis: & fiunt ſignaturæ cum conſenſibus: deinde die 18. eiuſdem menſis, nepos vi duarum vltimarum reſignationum capit poſſeſſionem prębendæ coram notario & teſtibus tantùm, abſque alia publicatione, ſed in craſtino, videlicet 19. Maij 1543. Iacobus moritur in poſſeſſione, & eodem die Capitulum per obitum dicti Iacobi confert prębendam Gentio: quem inſtallat & in poſſeſſionem inducit.

368 ¶ Totius cauſæ cardo vertebatur ſupet regula de publicandis: qua ſola Gentius nitebatur. Nepos autem, vt illam eluderet, negabat ſe primam reſignationem acceptaſſe, ſed tantùm ſecundam: & ſic tempus non eſſe computandum à prima reſignatione dicti tuenſis Auguſti ignorata nec acceptata, ſed à ſecunda: qua inſpecta, erat infrà ſemeſtre: imò infrà ſeptimam diem ab vltima reſignatione ſibi facta: & circiter infrà menſem à penultima reſignatione facta Nicolao ſuo reſignanti. & citabat areſtum Ioan. Bouchetel, de quo ſoprà eodem numero 245. quo præiudicatum eſſe dicebat, nihil actum eſſe prioribus reſignationibus, propter non acceptationem, quam hodie declarabat, & illis renuntiabat: & ſic ſolas vltimas reſignationes conſiderandas, quæ ſunt infrà tempus: & ſic etiam per hanc regulam conſecuantur. Tum argutabatur quòd ſi Nicolaus non reſignaſſet prębendam, obtineret illam ſine merito huius regulæ, cùm habeat reſignationem à vero poſſeſſore, imò etiam vero titulario: quia talis erat Iacobus, ſiue nepos non acceptaſſet primam reſignationem, ſiue retrocеſſiſſet: quia vtroque caſu Iacobus remanebat verus titularius & poſſeſſor. Et ſic vt per eius obitum vacare poterat, ita & per eiuſdem ceſſionem. Cùm

igitur tertius ceſſionarius, putà Nicolaus, iure obtinere poterat ſine metu huius regulæ vtpotè reſignante mortuo infrà tempus, ſequitur quòd idem Nicolaus potuit alij, ſiue confectis, ſiue non confectis bullis, ſiue ante, ſiue poſt obitum Iacobi reſignare, & quòd reſignatario non obſtabit hæc regula, nec ex capite ſuo, vt hîc, nec ex capite ſui reſignantis, & ſic contendebat ius ſuum eſſe clariſſimum.

Ioan. Iacobus Lauergnæus.

369 ¶ Contra pro Gentio diſertiſſimus & eruditiſſimus in eo Senatu cauſarum patronus do. Ioan. Iacob. Lauergnæus ſingula capita huius reg. vrgebat, perſonarum & negunj qualitates, & quod per dictum mandatum (quod publicè quamuis prolixum, lectum fuit) non apparebat nepotem tunc, nec tempore retroceſſionis ſciuiſſe præbẽdam ſibi reſignatam & collatam fuiſſe, nec primæ reſignationi vnquam renuntiaſſe, nec hodie tempus eſſe, poſtquàm per obitum poſſeſſoris verba & mens reg. verificata fuerunt. Surgens autem doctiſſimus ille & eloquentiſſimus dom. Dionyſius Riantius Regius in curia Franciæ aduocatus, paulò poſt in eadem præſes factus, dixit ſua nomine Regio intereſſe propter conſeruationem regulæ *de publicandis*, fauorabilis & Reipublicæ vtilis & in eadem curia receptæ, & paucis ad ſcopum diſertiſſimè more ſuo oſtendit, ex facto litigantium reſultare fraudem ſtructam eſſe, non ſolùm huic regulæ, ſed etiam ſacris canonibus de vetita ſucceſſione beneficiorum, & conciliaribus decretis de reſeruationibus ſublatis: manifeſtúmque eſſe patruum maluiſſe ſe præbendam quamdiu viuerer, habere, quàm nepotem: & nepotem, quàm alium vel collatarium Ordinarij: & eſſe velut ceſſionem cauſa mortis, ſeu dare & retinere etiam moribus in rebus prophanis vetitum, quantò magis in iſtis? Et quòd ſi via qua nepos prohibitus eſt, toleraretur, actum eſſet de hac regula, déque ſacris canonibus & conciliis.

Dom Dionyſius Riantius.

Ratio decid. huius.

370 ¶ Et hæc certè vera eſt & punctualis ratio decidẽdi. Nepos autem timens ne fortè prorſus etiam pleno poſſeſſorio caderet, dixit patruum obiiſſe ante vltimam reſignationem per Nicolaum factam, & ad illum titulum ſe reſtringebat: & ſic ſe debere obtinere, vi clauſulæ *quomodo*, tanquam etiam per obitum patrui iure præuentionis prouiſus. Tamen in eo facto non perſtitit, ſatis enim ex actis capitularibus & allegatis conſtabat Iacobum ſuperuixiſſe: Gentium verò mox ab obitu per Ordinarium prouiſum. Senatus conſilio inirio plenùs deliberandum cenſuit. nec exaudiuit nepotem ſaltem ſimplex ſequeſtrum perentem: eóque in præſenti contentum eſſe volentem: & meritò, non ſolùm propter multitudinem præſumptionum degenerantium contra eum, ſed etiam quia concluſum erat etiam in principali, quod mox diffiniri poterat, & poſt concluſionem in cauſa non eſt locus prouiſioni ſequeſtri.

371 ¶ Rogatus autem ab amico quidnam ſentirem promere, reſpondi in iſtis fraudibus obnoxiis, ad fraudem conuincendam vt hîc, ſufficere quòd alias regula eſſet eluſoria, niſi à prima reſignatione ſemel admiſſa tempus eius curreret. Quid enim facilius quam reſignatario colluſori priores reſignationes occultare? Quòd ſi fors prodantur earum ignorantiam prætexere, vel negare eas vnquam acceptaſſe niſi vltimam quæ eſt infrà tempus, & ſic ſemper fraudaretur hæc regula. Vlteriùs dixi quòd in hac vltima hypotheſi nun ſolùm concurrunt omnes præſumptiones fraudis, de quibus ℣. eodem nu. 349. vſque ad nu. 353. excepta quarta, propter authoritatem Papæ ſimoniæ canonicæ domini: ſed etiam ſex aliæ videlicet.

Mutus an reſignare poſſit.

6 372 ¶ Sexta quia tempore primæ reſignationis nepos erat impubes: qui licet præbendam huiuſmodi in Eccleſia non cathedrali (quam collegiatam vocant) quærere potuit: tamen reſignare non potuit, ſeu confiteere mandatum ad reſignãdum cum effectu. Quamnis enim in beneficiis Eccleſiaſticis non æquè ſubueniatur minori vt in patrimonio: tamen ſi beneficium quæſitum reſignet, ſubuenitur ſaltem quando reſignat vnicum, per cuius reſignationem to non exoneratur (vt eſſet beneficium curatum) ſed damnificatur, vt in præbenda: vt diſtinguendo decidit Panormitanus cap. *ex parte* col. quinta. numero quintudecimo. *de reſtitutione ſpoliatorum*, quem ſequitur glo. pragmat. *de pacific. poſſeſſor.* verbo *impediment.* in fine. Gomeſius *de trienna. poſſeſſ.* qu. 15. & ita bis iudicatum fuit in ſacro conſilio Regis, vt dixi ℣. eod. nu. 241. & ſic dicta retroceſſio ab impubere facta non valuit, & conſequenter ſtetit prima reſignatio, qua ſtante non potuit Iacobus ſecundo nec tertio reſignare, & nihilominus in puncto obitus, defectu publicationis prima reſignatio cum omnibus inde ſecutis reſoluta fuit, per text. huius regulæ in fine. Et ſic neceſſariò vacauit per obitum: quia non potuit vacare per reſignationes poſteriores à prima adhuc ſtante: & ſic Iacobo morienre non poteſt vocare per primam reſignationem, quæ reſoluitur per obitum, in fauorem per obitum impetrantium duntaxat, & non in fauorem aliorum, vt latè probauimus ſupra eodem, quæſtione ſeptima, num. 61. & num. 108.

7 Mandatum extortũ ipſo iure nullum.

373 ¶ Septima, quoniam retroceſſio etiam alia ratione non valuit, vtpote facta medio mandati captioſi & extorti, quod veriſimiliter nunquam fuit intellectum, nec verè ſeniòque rogatum ab impubere, vt res ipſa docet: ſed fuit compoſitum & fabricatum à patruo, à cuius nutu dictus nepos pendebat, imò minùs quàm pendebat: quia non intelligebat, nec erat capax clauſularum quæ etant in dicto mandato. Et ſic præter id quòd erat minor, imò impubes, forma illa tam exorbitans & captioſa præfati mandati reddit illud nullum, tanquam non profectum ab arbitrio mandantis, ſed ab arbitrio alteno: quod eſt contra ſubſtantiam mandati, *l. cum precario. de precario*, imò extortum contra ius, & dicta areſta. facit *l. cum Aquiliana. de tranſactionibus.*

8 374 ¶ Octauo, pupillus neſciebat præbendam ſibi reſignatam eſſe, & multò minus collationem ſibi factam menſe Auguſto præcedenti, vt patet per textum dicti mandati, ibi *quos magiſter Iacobus obtinet.* Ex quo elicitur quod ſpecificatio præbendæ non ſpectabat ad beneficia obtenta, ſed ad beneficia obtinenda, & cõſequenter etiam ex ipſa forma mandati pupillus neſciebat præbendam ſibi iam collatam, nec aliud quodcunque beneficium: potius autem putabat ſe carere omni beneficio: & conſequenter non cogitabat mandatum ſibi præiudicare de præſenti in beneficiis obtentis, ſed in futuris tantùm. Igitur inquantum patruus volebat applicare illud mandatum ad finem retroceſſionis dictæ præbendæ iam collatæ nepoti (qui hoc ignorabat) idem patruus author tam captioſi mandati nepotem decepit, ſaltem eo ipſo quod non certificauit eum, dictam præbendam iam eſſe ei collatam: imò potius contrarium expreſſit per illa verba mandati, *quos magiſter Iacobus obtinet.* ipſemet in hoc mandato nepotem decepit. Et ſic cum eſſet author & metator dicti mandati, cui dolus ſuus cauſam dedit, mandatum nullum fuit ipſo iure, ſaltem inquantum ad commodum patrui executum fuit. Et conſequenter ex alio quoque capite retroceſſio nulla, etiam ſi fuiſſet per Ordinarium admiſſa & expedita.

9 375 ¶ Nona vtpote ſubreptitia multipliciter. Primò ex eo quòd patruus non expreſſit Papæ ſe nepotem decepiſſe in extortione mandati, vt dictum eſt. Secundò ex eo quod retrocedens erat impubes: quod tacitum fuit, & ſi fuiſſet expreſſum, Papa non conceſſiſſet, aut ſaltẽ non tam de facili concedere debuiſſet. Et ſic ſubreptitia, per *c. poſtulaſti.* ad fi. *de reſcrip.* & not. ſuprà, præſertim cùm vix renuntiatio maioris præſumatur ſeria & ſpontanea. text. in *c. ſuper hoc de*

renuntia. in *c. quia verisimile. de præsumption* igitur multò minus in minore viginti quinque annis : & adhuc minus in pupillo, qui quicquid videt ignorat l. io fin. *C. de fal. moneta.* c.1. in prin. *de regula* in 6. maximè sapientum hominum iura, l. fin. *C. de testamen. militis.* Tertiò, quia quum forma mandati exorbitans esset & insolens, tamen tacita fuit, vt pater in signatura in qua de illa exorbitantia & captiositate mandati nullum verbum. Quòd si fuisset expressum, Papa non tam facilè concessisset, aut concedere debuisset. Nec satis est quòd de illa forma postea constet bullistis quia ipsi concedenti liquere debent omnia quæ possunt animum eius in contrarium inclinare.

10 376 ¶ Decima, personæ interpositio videlicet dicti Nicolai, ex qua noua præsumptio fraudis oritur. *l. papillus. §. sed & si per interpositam. de author. tuto.* Imò non fuit simplex interpositio, sed mistio & accumulatio personarum, non ob aliud exquisita quàm in fraudem huius reg. siue ad adumbraodum fraudes resignationum & retrocessionum præcedentium, non obseruata, sed perpetuò spreta forma huius reg. Quod autem d. Nicolaus fuerit ad fraudem adumbrandam interpositus, liquet ex temporis breuitate, & simultanea eiusdem præbendæ resignatione mox facta nepoti, quia statim infrà mensem, bullis non confectis, Nicolaus cessit nepoti resignantis, nec hoc solùm, sed simul eadem die concurrendo cum suo resignante, qui parùm fidens & idcirco omnem lapidem mouens, quasi prius nihil egisset aut nihil egisse videretur, cessit nepoti. Ex quo concursu simultaneo actus in idem, satis apparet communicamm structúmque consilium in fraudem regulæ præsertim respectu præbendæ, prout euentus docuit. Porrò quanto plures cautelæ & circuitus adhibentur, tanto fraudis vel simulationis præsumptiones multiplicantur, quò enim abundantior cautela, eo euidentior fraus: Bald. *cap. ex literis.* col. 2. *de consuetud.* & ibi. eod. nu.

11 377 ¶ Vndecima, à qualitate personæ interpositæ quæ erat domestica. Dictus enim Nicolaus (vt fertur) famulus erat vel negotiorum gestor Iacobi. Sed hæc quidem circunstantia facti non erat in confesso, verùm apparebat alia grauior, videlicet quòd persona interposita vel admixta habuit vel retinuit curam quòd præsumitur factam communi consilio consensúque Iacobi, & sic velut in præmium interpositionis, retenta cura, solam præbendam nepoti resignanti cessit: frustrà igitur tot tantisque simul concurrentibus cauillificatur nepos, quòd Nicolaus poterat habere & retinere præbendam si eam non resignasset, ergo & eius cessionarius, vt sic non ex patrui, sed ex tertij resignanone obtineat: Tum quia resignatio tertio facta initio non valuit, nec per obitum cedentis confirmata fuit per 6 rationem suprà eod. nu. 293. tum quia etiam si initio valuisset, vt si constaret nepotem priùs validè & efficaciter repudiasse primam resignationem, vel si constaret retrocessionē factam in vim validi & efficacis mãdati, non de fraude vel extortione, nec de ignorantia aut imbecillitate mandantis suspecti, nec aliàs vitiosi, adhuc tertius ille non remansit in illis terminis resignaonis sibi factæ: sed mox (vel ex compacto) bullis non confectis resignauit alterum beneficium nepoti cedenti sui, simul eodem tempore idem beneficium eidem nepoti resignantis, ac si nunquam illud tertio illi resignasset. Et sic etiam si prima resignano & retrocessio non esset aliàs per se vitiosa & fraudulenta: tamen qui ex præteritis ab subsecuta infertur, ea simul iuncta sufficiunt ad probandum negotium structum in fraudem huius reg. canonúmque de vetita successione, & decretorum *de reformationibus*

Reuocatio cassa etiam p̃ri signi cata. præsumit er fraudulen. a.

sublatis. Et sic præbendam prouiso per obitum defuncti adiudicandam.

378 ¶ Sed quid si resignatarius cui sæpius à defuncto resignatum erat, non allegat se priorem; vel priores resignationes non acceptasse, quod non prodesset per predicta, & supra eod. qu. 9. Nec se retrocessisse, quod nec etiam prodesset, per nuper dicta, nisi retrocessio publicata fuisset, ita vt appareret prædictas fraudes & incertitudinem beneficiorum cessare, vt postea dicam. Sed dicit resignantem priorem resignationem reuocasse & debitè nooficasse antequam admissa esset. Videtur audiendus, agit enim in fundamentum, & securim radici adigit. Et sic sublata radice dubitationis videtur remanere in iure commuui, cùm tertium huius reg. non adaptentur à principio, vtpote sublata priore resignaoone, nec conueniant fini resignante mortuo infra tempus vltimæ. Subsisto: quia non proinde tollitur materies præsumptæ fraudis, sed nouæ sumptiones suscitantur. Breuiter omissa disputatione, dico quòd si reuocationem testibus probare velit, non esse admittendum, nec in petitorio quidem, tum propter testium in istis lubricam facilitatem, *l. testium. C. de testi* tũ propter viam fraudibus occultis apertam. Quid enim magis idoneum fraudibus, quam si coram delectis testibus resignans ipse significet ei in cuius fauorem mandatum factum erat, se reuocare? nunquam enim prodituri sunt, nisi prout partibus commodum erit. Secùs si ex qualitate testium & testimonij appareat non fictam, sed seriam, nec studiosè occultatam reuocationem.

379 ¶ Idem dico si per instrumentum cùm possint reuocationes fingi, & postmodò vel etiam eadem die aliud instrumentum de derogatione reuocationis, & pariter coram aliis testibus, vt sic de vtróque probationem habeant ad manum, tempore & loco sibi commodiorem electuri. Et sanè est quòd ea via promiscuè admissa, promptum erit huic reg. illudere. Itaque tametsi præsumptiones fraudem non semper necessariò concludant, cùm esse possit sine fraude reuocatum vel retrocessum esse: tamen in dubio cum resignatarius certet de lucro, & Respublica de damno vitando, locrum priuati resignatarij de acquirendo certanis cedere debet publicæ vtilitati & conseruationi huius reg. ad publica onala & damna vitanda latæ. Et hoc nisi temporis interuallum, qualitas personarum non suspectarum, nec coniunctarum & in summa rei gestæ lux talis sit, vt præsumptionem fraudis & simulationis cessare faciat, & ita vt non possit trahi in consequentiam ordinariam fraudationis huius tegul. canonum & conciliorum: vt in simili dixi in tract. *de contract. & vsura.* num. 577. in fin.

380 ¶ Per hæc deciditur quæstio de qua nuper consultus fui, Possessor resignauit Tiõo, qui retrocessit resignanó, qui rursus eidem Titio cessit, & sic pluries inuicem reciprocando, tandem dum per obitum possessoris contingit ab alio priùs impetrari, Titius adest ostendens vltimam resignationem sibi factam infrà tempus huius regulæ: Respondeo ex hac sola reciprocatione, enam cessante cognaoone & aliis circunstantiis de quibus suprà num. 363. cum seq. locum esse regulæ, quia cessionum reciprocatio sæpius repetita, satu exquisitam fraudem arguit, etiam alia præsumptione cessante, præsertim in hac materia fraudibus obnoxia. Imò indistinctè ex quo nec prima cessio nec retrocessio nec vltima cessio fuerunt publicatæ, locus est huic regulæ: Et generaliter siue huiusmodi cessio vel retrocessio fuerit expedita per Ordinarium, siue per Papam, vel Legatum, tempus semper computandum est à prima resignanone. Cùm igitur resignans dudum post illud tempus primæ resignaooms mortuus fuerit in possessione, vacauit per eius obitum, & beneficium tam in petitorio, quam in possessorio adiudicandum Titio.

Reciprocatio cessionum. fraudulenta.

381 ¶ Vicesimo primò quæro, anno 1555. Petrus procuratorium confecit ad resignandum priotatum suum in fauorem Titij, sed non expeditur Romæ nisi post annum: deinde Petrus simile procuratorium

coufecit in fauorem Mæuij, qui fecit illud expediri Calen. Maij, anno 1556. Petrus eodem anno menſe Auguſto in poſſeſſione moritur, & Ordinarius per obitum confert Caio, Titius quidem ſiler propter edictum Henrici II. contra paruas datas, ſed apparet Mæuius menſe Septembri vel Octobri cum bullis ſuis, Caius obiicit primam reſignationem à cuius admiſſione biennium lapſum eſt, Mæuius replicat de illius nullitate ob defectum mandati ſuperannalis. Caius dupliceat quòd edictum illud Regium §. 10. non tangit titulum, nec petitorium: ſed iudicium poſſeſſorium duntaxat, reſpectu iudicum ſæcularium in regno Franciæ exiſtentium prædicto Regi ſubditorum. Mæuius triplicat quod etiam edictum illud titulum inficit etiam in petitorio propter obreptionem reſultantem, ſaltem in reſignationibus factis poſt illud edictum vt hic, & quod ſaltem prima reſignatio reſoluta fuit: quia non apparet Titium illo modo acceptaſſe: prorſus enim ſiler, ſed neſcitur quare hic nouarum diſputationum latiſſimus campus aperitur. Sed breuiter reſoluendo, dico quòd inſpectis vſu & obſeruantia fori: quæ erat ante illud edictum Henricianum ſi Titius ſemel acceptauerit verbo vel facto, vel conſenſerit, actum eſſe de vtraque reſignatione per hanc regul. & beneficium adiudicandum Caio per no. latè ſuprà qu. 9. 381 ¶ Declato vt procedat, ſi Titius acceptauerit vel approbauerit in vita Petri. Se-

Ratihabitio quando trahatur retro.

cus ſi non conſtet de approbatione vel ratificatione Tiuj niſi per obitum Petri. Nec obſtat quod ratihabitio retrotrahitur *c. rat habitionem. de reg. iur.* in 6. l. vlt. *C. ad Macedonia.* quia verum eſt quando extremi ſunt habilia, aliàs ſecus *l. diſpenſatorem. de ſolutis.* & quando ſuperuenit infrà tempus quo actus fieri poteſt, aliàs ſecus *l. bonorum. rem ratam habe.* glo. Ioa. Andre. in *c. quamſit* verbo, *petere*, in fi. *de electio.* in 6. Alexan. conſil. 135. vbi in annotation. dixi lib. 2. Guido Papæ deciſio. Delphi. 436. Philipp. Franc. in dict. cap. *ratihabitionem falleu* 2. Iaſon. in *l. ſi is qui. pro emptore.* n. 127. *de vſucapio.* Sed hic Titius qui incidit in hanc regul. per obitum reſignantis in poſſeſſione, non poteſt amplius acceptare. Et ſic nec repudiare quidem, nec aliud facere veluti mortuus ante noritiam & acceptationem *l. eius eſt nolle. &* ibi Philip. Dec. *de reg iur. l. ſi ſic quemadmodum ſeruit. amit.* cum igitur non poſſit ſibi prodeſſe acceptando, non poteſt inaniter acceptando alij nocere, & malitiis occurrendum, *l. eo fundo. de rei vendicat.* Nec obſtat quòd datis pluribus reſignationibus tempus reg. incipit ab admiſſione primæ, quia verum eſt puræ vel purificatæ: ſecus de admiſſione conditionali conditione defecta vt hic, & ſic admiſſio ſecundæ reſignationis prima eſt & vnica, & quia reſignans obiit infrà ſemeſtre, nõ eſt locus regulæ nec vacationi per obitũ.

383 ¶ Sed quid ſi conſtet Titium acceptaſſe viuo reſignante, & ſic re integra, dum adhuc pobbeare poſſet, & per acceptationem illam beneficium (adhuc quantum ad hoc pendens) ſuum feciſſe iuxta nor. ſup. eod. nu. 247. Reſpond. vt ſuprà n. 381. in fi. Sed poſt pubhcationem dicti edicti adhuc ſupereſt quæſtio, quia procuratorium ad reſignãdum erat ſuperannale, & ſic inutile, & ea nullitas etiam in titulum ipſum influit, quia gratia Papæ ſubreptitia eſt, tacito quod procuratorium ſuperannale erat contra edictum illud Regium, quòd etiam ad præterita extenditur, vt ibi §. 10. dixi in gloſ. in princ. & gloſ. 2. num. 6.

384 ¶ Nec eſt dubium quin extendatur ad præterita, quod attinet ad indicium poſſeſſorium, ſed quoad reſignationes expeditas poſt illud edictum viceſima quarta Iulij anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo in hoc ſenatu publicatum, non eſt dubium, quin etiam ad titulum ipſum & ad petitorium etiam in foro Eccleſiaſtico extendatur, prout etiam quoad procuratoria generalia extenditur. Edictum enim regium non minùs pollet quàm conſuetudo, quæ omnem actum ſubintrat & informat, vt dixi in conſuetud. Pariſ. §. 22. num. 86. Et ſic etiamſi conſtaret de acceptatione Tiuj in vita Petri, adhuc idem eſſet, niſi ſimul conſtaret de voluntate reſignantis iuxta ea quæ ſcripſi ſuprà dicto edicto, §. 10. gloſ. 2. n. 7. Sed hic magis apparet de diſſenſu per ſecundam eiuſdem reſignationem alij factam quæ conſequenter prima & ſola præſumitur: niſi tamen probaretur de colluſione inter Titium & Mæuium, ſed ceſſante defectu dicti mandati ſuperannalis & dicta colluſione, & conſtito de conſenſu Tiuj viuo Petro, vtraque reſignatio per hanc reg. corruit, & beneficium Caio adiudicandum.

385 ¶ Viceſimoſecundò quæro de quæſt. in qua conſului pro oprimo & ſtudioſorum amantiſſimo ſuprema noſtræ curiæ ſenatore in cauſa, ratione nominationis ſuæ in magno Regis conſilio pendente, in hac ſpecie. Per obitum Petri vltimi titularij & pacifici poſſeſſoris die decima ſexta Februarij, 1543. vacauit prioratus ſancti Romani, qui per Ordinarium vel executorem indulti curiæ, de quo diximus ſuprà in regul. præcedenti, quæſt. 7. nu. 214. collatus fuit nominato curiæ. Mox apparuit quidam impubes Riuorius cum bullis Papæ Paul. III. ad concedendas quaſuis diſpenſationes, etiam regularium tam prochius (contra quàm Paul. III.) vt Papa trapezitanum vulgo vocaretur, & erant ſub data ferè ſeſquimenſis ante obitum Petri, videlicet die tertia Ianuarij eod. anno 1543. per reſignationem eiuſdem Petri, ideo Riuorius areſto magni conſilij lato die quarta Octobris, anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo octauo fiduciariam (quàm rectredentiam vocant) poſſeſſionem obtinuit pendente lite principali in factis conſtituta, in qua degitur procuratorium dicti Petri ad reſignandum non peruenisſe Romam, niſi poſt eius obitum, videlicet die 18. Februarij anno 1543. quanquam eſſet data vetuſtiore ante ſex menſes, quare reſpond. plenum poſſeſſorium definiuit adiudicandum nominato curiæ: quamquam nondum tempore dictæ bullæ condirum eſſet edictum Henricianum contra paruas datas, quod ſeptimo poſt anno ſuperuenit.

Quæſt. 22.

386 ¶ Quia etiam citra illud laudabile edictum, iure communi procurator nihil eo nomine priùs gerere poteſt, quàm mandatum ad ſe non fortuitò, ſed per nuntium vel epiſtolam ad hoc expreſsè à mandante deſtinatam & miſſam peruenerit, receperit & acceptauerit. Quamquam enim contractus iſte mandati ſolo conſenſu perficiatur, tamen prærequiritur concurſus, conſenſus & ſic mutua & ſcientia & complacentia acceptata, quod inter abſentes non poteſt fieri fortuitò, ſed ſaltem per expreſſum nuntium vel expreſſam epiſtolam peruentam, acceptatam, nec reuocatam, vt no. inſtituta. *de obligatio. ex conſenſu.* & in *l. 1. ff. de pac.* Alioquin uou eſſet contractus propter defectum ſubſtantiæ & iuris naturalis vt nec fauore quidem piæ cauſæ ſubſiſtere poſſet, vt tenent gl. magna in fi. Cyn. Bart. Bald. Salicet, Paul. in *l. illud. C. de ſacro ſanct. eccleſ.* Bald. *l. in cauſa.* §. vlti. *de procuratorib.* Paul. in *l. abſenti. l. nuda ratio. de donatio.* Alex in *l. Labeo. de iureiur.* Iaſon. in *l. 2. C. de paſt.* Carol. Ruynus conſil. 13. uum. 10. lib. 4.

Procurator non eſt nouo receptus lite, tus.

387 ¶ Vt valdè ridiculi ſint Romanenſes & eorum factores, qui zelo menſæ negotiationis ſuæ augendæ exæcati, cenſent ſufficere quòd quis in veritate eſſet conſtitutus procurator, etiam longè abſens & ignorans, etiam ſi adhuc per rerum naturam impoſſibile ſit illum habere notitiam & ſufficere notitiam & literas mandati peruenire poſt obitum mandantis, de quo tactum eſt, ſuprà eod. nu. 229. Atqui illa non eſt conſtitutio, ſed deſtinatio futuri forſan procuratoris, per uot. in ſimili ſuprà in reg. *de infirmis reſignan.* num. 2. multa enim contingere poſſunt, prita

præmeditata,

pœnitentia, mors, quominus mandatum quod eſt in fieri incipiat in facto eſſe: & iſte defectus eſſentiæ & iuris naturalis nec à Papa quidem ſuppleri aut diſpenſari poteſt, vt ſupra eod. num. 219.

388 ¶ Cum ergo hic mandatum eſſet ſub inſtrumento publico confectum, ante receptionem & acceptationem dicti inſtrumenti procurator non fuit, *l. inuitus. C. de procurato.* clemen. 1. & ibi glo. in ver. *recep is.* eod. titu. cap. *licet.* eod. in 6. & ita latè decidit Barto. loquens etiam in materia beneficiali, conſil. 73. incipien. *Quæritur verum procurator conſtitutus in abſentia.* Idem Bart. in lege. *ſi negotia.* §. 1. *de negot. g ſt* & in leg. *eius qui in prouincia. ſi certum pet.* Specul. tit. *de procu.* §. 11. Archid. Ioan. And. in *c. is qui. de procurato.* in 6. cum quibus tranſit Bald. in *l licet* col. 1. *C. d procurator.* idem Paul. Caſtren. in *l. abſent. ff. de donatio.* Et quamuis Bar. Bal. & quidam alij putent Dynū (quem reprehēdunt) contrarium conſuluiſſe, non eſt ita: quia Dynus conſ. 18. loquitur in caſu diuerſo (videlicet in mercatoribus ſociis, quorum aliqui poſtea fecerunt inſtrumentum mandati de quolibet eorum inſolidum, & vnus eorum abſens Angliæ contrahit nomine communi antequam ſciret illud nouum mandatum) & decidit valere mandatum: quia priùs in ea qualitate contrahebat, ſcientibus ſociis: qui ſic tecognouerunt eum habuiſſe mandatum: & ſic malè & oſcitantes dicunt Dynum contra communem & receptam opinionem conſuluiſſe.

389 ¶ Idem in iudice delegato, vt nullam habeat poteſtatē ante præſentationem litterarum per nuntium ipſius delegantis & earum apertutam: tex. in *c. audita.* ibi ante poſteriorem literarum receptionem, & ibi canno. *de reſtitu. ſpol.* Ioan. Cal. conſi. 3. *de offic. delegat.* ad hoc tex. in *c. quiſquis.* ibi, *ex ea die.* quis eum accepiſſe literas conſtiterit. 4. qu. 5. fa. tex. in *c. ſuper eo.* 2. in fi. & ibi Philip. Dec. num. 12. (vbi in annotatio. dixi) *extra de appellatio* Philip. Franc. in *c. quamuis.* col. 1. in *c. cum plures.* col. 1. *de offic. delegat.* in 6. Bald. in *l. eum qui.* in princ. *de iuriſdictione, omnium iudic.* Idem in executot egratiæ Papę. Ægidius Bellamere deciſ. 111. & latiùs Rot. deciſio. 459. citta tertium in nouis. Ludou. Roma. in *l. abſenti. de donatio.* & in conſil. 155. *quoad primum.* colum. 3. ver. *quoad tertium.* Idem in arbitrio Franc. Aret. conſil. 68. col. 1. vbi tenet non ſufficere quòd ſciat compromiſſum in ſe factum, niſi ſciat qualitatem & tenotem commiſſionis.

390 ¶ Ita & hîc oportet procuratorem priùs ſcire non ſolùm, an ſit procurator; ſed ad quid, & ad quale, an ad reſignandum, vel reuocandum, & an ſimpliciter in fauorem, & cuius fauote, an ſui ſit arbitrij, vel non, an causâ permutationis vel concordati, & qualis, aliàs non pateſt contrahere nec acceptate huiuſmodi mandatum (quod ſpeciale eſt) niſi hæc in ſpecie. Et quamuis Bald. in *l. falſus.* col. 3. *C. de fart* hæc limitet vt procedant quando eſt data certa forma vt quando procurator eſt conſtitutus, vt demū poſt nuntium & literas receptas ſit procurator, aliàs ſecus.

391 ¶ Hæc limitatio falſa eſt, quia mandatum ſecundùm ius intelligitur: videlicet vt poſt receptas literas perficiatur, etiam ſi aliam certam formam cuius notitia prærequiratur, non contineat. Et falſius eſt quod ſubdit idem Bald. quod in dubio quando contrahitur inter abſentes nuntius vel epiſtola, non videntur mittu ad ſubſtantiam actus, ſed ad notificationem: nec refert qualiter quis ſciat, dummodo ſciat: hoc enim ſaturninum & falſiſſimum eſt, contra omnia iura & opinionem omnium: quia imò non ſufficit per alium vel fortuitò ſcire, vt not. in *l. illud C. de ſacroſ. Eccleſ.* in *l. ab exte.* in *l. nuda ratio de donatio.* Angel. Areti. *inſtitu de oblig. quæ conſenſu contrab.* & omnes vbique quamuis Ludou. Roma. conſi. 295. *donatio.* contrarium conſuluerit, & malè, vtpote clientulo infermens, conſitens etiam contra omnium antiquorum patrum authoritatem ſe niti, imò etiam contra quod in ſuis lecturis ipſemet tenet vt in *d. l. abſenti.*

392 ¶ Amplio primò, etiam ſi conſtet procuratorem eſſe conſtitutum ſub ea forma, vt ſtatim ſit procurator & poteſtatem habeat: quia quidquid dicat Baldus *d. l. falſus.* colu. 5. non eſt in poteſtate mandantis hoc facere, quia ſubſtantialia contractus non ſunt in contrahentium poteſtate *l. pacta conuenta. de contrab. empt. & venditio.* nec poſſunt facere quin leges in ſuo facto locum habeant, *l. nemo poteſt. de legat* 1. eſſentia autem & principium cuiuſlibet contractus, in concurſu ſimultanei conſenſus contrahentium incipit & conſiſtit *l.* 1 §. *actum. de pact. l. quæcunque gerimus de actio & obligatio.* Subſtantialia contractuum non ſunt in contrahentium poteſtate.

393 ¶ Amplio ſecundò etiam ſi in mandato ſit clauſula tan, per tempus præſens: videlicet quòd ex nunc etiam geſta vel gerenda per ignorantem ratificat: quamuis Lud. Ruma. ſing. 555. incip. neſcio communem concluſionem. ita limitet, & malè, proot etiam malè citat. Rot. deciſ. 280. in nouis quæ in contrarium facit. Fateot quòd ea clauſula poteſt habere vim ratificationis iam geſtorum, ratificabilium tamen, & dependentium à voluntate ratificantis, ſi ex certa ſcientia facta ſit: ſed impoſſibile eſt, quòd operetur eſſentiam contractus mandati, ante ipſius eſſentiæ principium. Contr. Rō.

394 ¶ Plus dico, quod in materia præſenti, etiam poſt factum & ex certa ſcientia locum non habet; nec habere poteſt ratificatio: quia regula de ratificatione, & quòd mandato æquipollet, & trahitur retro, demum locum habet ſubſiſtente aliquo ratificabili, & in his quæ depēdent à ſolo conſenſu & voluntate ratificantis: ſecùs ſi alia forma requiratur, & multominus ſi negotium à voluntate ſuperioris dependeat, vt hîc reſignatio beneficij Eccleſiaſtici *c. quod in dubiis. v. admonet. de renunt.* & ſup. in reg. *de infir.* n. 12. cum ſeq. Itaque ſi ante factum mandatū, vel antequam procurator recepiſſet, reſignauerit, nō valet reſignatio, nec admiſſio & collatio ſuperioris, nec confirmatur per ſimplicem ratificationem mandātis, ſed opus eſt noua admiſſione & collatione ſuperioris, & de hoc articulo latis, in quo non abs te calamo indulſi, vt procacitatem eorum, de quibus ſup. cod. nu. 211. ſemel retunderem. Conſtabat etiam in dicta hypotheſi huius qu. quendā ſcutiferum Papæ paruam datam dicti procuratus ex cauſa dictæ reſignationis leuaſſe menſe Nouēbri 1543. ad commodum Stephani Riuorij, vt ſi Papa nollet commendare impuberi beneficium in familia, conſeruaretur in perſona maioris: ſed cum non conſtaret procuratorium peruenieſſe Romam in manus procuratoris, viuo reſignante vacault omnino per obitum. Ratificat.

395 ¶ Viceſimam tertiam quæſtionem valdè notabilem, quam ante Henticianum contra paruas datas edictum, multum argumentoſam & ancipitem vidi, licèt eam alibi tractauero, tradam hîc in gratiam omnium ſtudioſorum, qui laboribus meis gratiam habēt, ſuperfluis & inutilibus omiſſis, Andreas parochus d'Harton, in diœceſi Bituicenſi, conſtituit procuratorem patrem ſuum (qui laicus erat) cum clauſula ſubſtituendi ad reſignādum parochiam ſuam in fauorem cuiuſcunque perſonæ, per patrem nominādæ. Deinde poſt quaruor annos, pater per alium procuratorem à ſe ſubſtitutum reſignat in Curia Romana, in fauorem Claudij, octodecim annos tantùm nati: cui Papa prouidendo, ætatis gratiā facit: ſed infra ſemeſtre reſignationis expeditæ, moritur reſignans: per eius obitum, ad præſentationem abbatis Burgodolij, Robertus per Ordinarū inſtituitur. Breuiter ex hoc themate inſurgunt ſex quæſt. Prima, ſi defunctus potuit conſtituere procuratorem ad reſignandum patrem laicū. Et ſi ſic, emergit. Secunda q. an potuit conſtituere ad reſignandū in fauorē cuiuſcunque perſonæ, per eum nominandæ, & ſi laicus capax ſit talis mādati: & ſi ſic, Tertia q. ſi pater in vim dicti mandati, potuit eligere ſeu nomi- Thomas. Sex quæſtiones. 1 2 3

nare Claudium patientem defectum ætatis: Et ſi ſic, A
4 inſurgit Quarta qu. ſi poſt quatuor annos potuit tale
5 mandatum exequi: Et ſi ſic, Quinta qu. ſi virtute clau-
ſulæ ſubſtituendi potuit negotium expediri Romæ,
non miſſo inſtrumento, mandati originalis, ſed ſolo
6 inſtrumento ſubſtitutionis: Et ſi ſic, Sexta q. ſi conſen-
ſus præſtari potuit per patrem, poſtquam alium pro-
curatorem ſubſtituit. Nobis, omiſſa ſinuoſitate argu-
Laicus poteſt eſſe procurator ad accipiendum vel reſignandum in genere. mentorum, 396 ¶ ad primam quæſtionem (non ob-
ſtantibus argumentis generalibus, quæ pro negatiua
inducit Ioan. And. in *c. quod alicui ſuo de regul iur.* in 6.
in mercurialibus) dicendum eſt quòd ſic, & ita tener
ibi Io. And. & in c. *accedens.* c. 2. *de præbend.* in nouel.
& ibi Panor. col. 2. Geminia. Phili. Fran. in c. 1. in prin.
per illum tex. *de procurator.* in 6. Philip. Franc. in d. ca.
Quod alicui ſuo. Rota deciſ. 104. *nota quod vbi aliquis,* B
& deciſ. 418. nota. *Verum permutatio.* in antiq. & lo-
quuntur indiſtinctè, ſiue procurator conſtitutus ſit ad
acceptandum tale beneficium in ſpeciem, ſiue ad ac-
ceptandum beneficium in genere, & in terminis reſi-
gnationis gl. rotunda in clem. vnic. verſic. *procuratorem
d renuntiatio.* quæ tener non referre an procurator
ſit clericus, an laicus, & omnes ſequuntur.

Sed non ad eligẽdum perſonam incertam. 397 ¶ Ad 2. q. contrarium videtur: quia tunc lai-
cus non nudum miniſterium, ſed etiam electionem
& arbitrium haberet, & in totum ab eius arbitrio,
diſpoſitio rei ſpiritualis dependeret, quod eſt proibi-
bitum *c. decernimus. de iudic.* ca. *ſacroſanctæ.* ca. *Maſ-
ſana. de electio.* Nec obſtant doct. præfati in q. ſeu ar-
ticulo præcedenti, quia expreſsè loquuntur & ratio-
nem reddunt, eo quòd ibi procurator nudo miniſterio C
fungitur, imò merè paſſiuè ſe haber: quia quamuis ſit
conſtitutus ad acceptandum in genere, tamen genus
illud non dependet à ſuo ſed à ſuperioris arbitrio, vel
à gratia iam facta: ſed hìc dependerer ab arbitrio laici,
quod eſt contra mentem omnium iurium & doct. &
etiam gloſ. in d. clem. vnic. ver. *procuratorem* intelli-
gitur de conſtituto ad renuntiandum ſimpliciter, non
autem ad renuntiandum in fauorem, & multominus
ad renuntiandum in fauorem perſonæ per procura-
torem eligendæ. 398 ¶ vnde decidit Panor. in *c. cauſam quæ.* col. 1. *de electio.* quòd poteſtas eligendi præ-
latum non poteſt conferri in laicum, hac ſola ratio-
ne, quia in tali electione non verſatur nudum mini-
ſterium, imò haber arbitrariam quis ſit idoneus, &
ſic aliquid per ſe tractare, imò arbitrari vel iudicare D
cõtra ſe *c. decernimus extra de iudic.* Vnde Panor. in d.
c. *cauſam quæ.* ſenrit, quòd laicus non poteſt conſtitui
procurator ad eligendum in genere, ſine perſonam
incertam per eum determinandam. Et adhuc an poſ-
ſit conſtitui ad eligendum certam perſonam, à conſti-
tuente nominatam. Felyn. poſt longam diſputatio-
nem dubium reliquit in cap. *A poſtolicæ. de exceptio.* &
Petrus de Biaxio *in direct. electi.* par. 3. c. 18. Vnde non
immeritò præſtantiores togati noſtri Ordinis circa
annum 1540. dubitabant.

Ad reſignandum in fauorem. 399 ¶ Sed his non obſtantibus puto quòd poſſit
duplici ratione. Prima, quia in iure non eſt prohibi-
tam: qua ratione arguit & concludit tex. in c. 1. in prin.
de procurator in 6. & ſic habes arg. à iure tanquam E
concludens approbatum. Secũda quia non eſt verum
quòd dependeat à mero arbitrio ſolius laici, quia imò
& principalìs ab arbitrio ſuperioris: & ſic non ob-
ſtat deciſio Panor. in *d. c. cauſam quæ.* num. 5. quia ibi
dependebat à mero & ſolo arbitrio laici: quia ſtante
ſua electio faciebar vocem vnam abſolutam, & nullo
alio requiſito expediram, nec aliunde dependentem:
& ſic non infertur ad caſum noſtrum, vbi longè aliud
eſt: quia ſuperior haber etiam arbitrium & delectum
perſonæ quæ nominabitur. Patet, quia niſi ei placeat,
non admittet reſignationem, & prorſus impedier
aliquid fieri, & ſic coget procuratorem ad nominan-
dum perſonam, ſuperioris arbitrio gratam & ido-

neam, antequam mandato vtatur, & alioquin ni-
hil fiet, ſed totum impedietur. Et ſic caſus iſte nec
aliquo iure, nec aliqua doctorum ſententia prohibe-
tur, ſed potiùs iure communi approbatur.

Laicus cum cler. arbitre in reb. ſpirit. 400 ¶ Quo etiam in cauſis ſpiritualibus deciden-
dis poteſt laicus eſſe arbiter, vna cũ clerico. *c. per tuas*
& ibi Panor. not. 4. *de arbitr.* ita hìc negotiũ iſtud non
dependet à ſolo procuratore, ſed à procuratore & ſu-
periore ſimul, & adhuc potiùs & principalius à ſupe-
riore, qui eſt Eccleſiaſticus, & ſic huiuſmodi procura-
torem eſſe laicum, non vitiat, præſertim ſuperiore
ſciente. Sed ego idem puto, etiam ſi ſuperior putet
procuratorem eſſe clericum, cùm laicus ſit: quoniam
hæc qualitas eſt indebita & impertinens hoc caſo, per
prædicta. Ad 3. quæſt. dicendum quòd ſic, per nuper
prædicta: ex quo ſuperior non ignorat, ſed ei expo-
natur qualitas & defectus perſonæ nominatæ: totius
enim negotij conſummatio ab arbitrio & poteſtate
ſuperioris pender.

401 ¶ Ad quæſt. 4. cancellaria Romana ante tiona-
ginta annos non ſolebat admittere procuratorem ad
renuntiandum beneficio poſt annum: & quamuis
tempore Sixti IV. & Inno. VIII. camera Papæ cœpe-
rit admittere, vt in reg. 43. ad fi. teſtatur gloſſator re-
gularum Cancellariæ, qui illo tempore vltra duos &
viginti annos, in Curia Romana præctcauit, vt idem
refert in reg. cancell. 33. pag. 2. tamen hoc erat per in-
dulgentiam & ſpeciem diſpenſationis ſeu maioris gra-
tiæ: quia non valentes obtinere in cancellaria, recur-
rebant ad cameram ipſius Papæ, vnde plenior indul-
gentia redimebatur. Si igitur difficultas erat in can-
cellaria, eáque probabilis & in præſũptione iuris fun-
data, igitur prouiſio obtenta à Papa, hoc tacito quòd
mandatum erat ſuperannale, ſubreptitia eſt, & ſic ipſo
iure nulla: quia hoc expreſſo Papa non tã de facili ad-
miſiſſet, aut admittere debuiſſet, quod ad ſubreptio-
nẽ ſufficit, vt diximus in reg. *de infir. reſign.* nu. 363. 368.

402 ¶ Ex quibus videtur iudicandum pro impetran-
te per obitum præſertim attento edicto contra paruas
datas lato. §. 10. quod trahitur ad præterita ſaltẽ quoad
iudicium poſſeſſorium, vt diximus ſup. eod. quæſt. 21.
num. 384. Sed certè quamuis illud edictum ex cauſa
iuſtiſſima latum ſit, tamen vix præticaretur quantum
ad negotia nedũ præterita, ſed conſummata & quan-
tum ad lites non ſolùm notas, ſed conteſtatas, imò ſen-
tentiã primæ inſtãtiæ deciſas ante illud edictum. Tum
ante illud edictum, expeditum erat tamẽn iudicando
quàm in conſulendo validam eſſe reſignationem ex
procuratorio ſuperannali, & verus ille rigor cancel-
lariæ Romanæ ſenſim exoleuerat.

403 ¶ Ad 5. quæſt. eodem modo reſpondetur, ante
hoc edictum non fuiſſe dubium, cùm ſolerent admit-
tere & expedire reſignationes, etiam nondum allato
nec viſo, & quandoque nondum confecto inſtrumẽ-
to mandati: & ſic abundans diligentia erat mittere in-
ſtrumentum ſubſtitutionis. Sed bodie poſt edictum. Non ſufficit inſtrumentum ſubſtitutionis.
§. 12. non ſufficeret quòd procurator ſubſtitutus ha-
beret inſtrumentum ſubſtitutionis præ manibus tem-
pore reſignationis, ſed neceſſe eſt quòd eũã habuerit
præ manibus inſtrumentum originale mandan: quo-
niam niſi illud videat, & penes ſe habeat, non poteſt
ſcire ſe eſſe ſubſtitutũ, cum aliter ſcire non poſſit ſub-
ſtitueotem eſſe procuratorem, & multominus habere
poteſtatem ſubſtituendi. Præterea hoc edictum §. 12.
expreſsè requirit quod inſtrumentum mandan per-
uenerit priùs ad manus ipſius procuratoris, qui ip-
ſum actum reſignationis facit & exequitur.

Inſtrumentum refertum non probat ſine relato. 404 ¶ Sed potiſſima fundamentalis & eſſentialis pars
ſubſtitutionis eſt inſtrumentum ipſum mandati pri-
mitus clauſulã ſubſtituendi continentis, ad quod ſub-
ſtitutionis inſtrumentum refertur: Et ſic cum ſit illius
pars, non facit fidem ſine illo Lud. Rom. conſ. 305.
quoad ſeptimum, col. 2. Iaſ. in *l. ſus cauſe de legib.* Alex.

Digitized by Google

consil.3.col.1.lib.2 conſ 35.nu.8.vbi in annot.dixi lib. A 4.hîc autem non tolùm refertur;ſed,quod plus eſt,inſtrumentum primùum eſt fundamentum & ſubſtantia ſubſtitutionis, quæ ſine illo nullo modo ſubſiſtit: Et ſic ad ipſum procuratorem actualiter reſignantem, neceſſe eſt peruenîſſe inſtrumentum primùum: quamuis ſufficiat in Opiſtographo aſcribi inſtrumentum ſubſtitutionis, vt de ſubſtitutione illius qui mandatum executus eſt, conſtet.

Conſenſus, procur. tam primùitus quã ſubſtit. ꝛc.

405 ¶ Ad 6. quæſt. patet ſolutio ex prædictis: quia conſenſus de quo in reg.Canc.43. præſtari poteſt non ſolùm per procuratorem primùum, ad hæc etiam ſpecialiter vt requiritur conſtitutum, ſed etiam per ſubſtitutum: dummodo ad omnia potuerit ex forma mandati ſubſtitui, & ſubſtitutus ſit: & nihilominus, expedita reſignatione, non ſolum per teſtimonium B præſtati poteſt,ſed etiam per procuratorẽ primùum dummodo habuerit poteſtatem ſubſtituendi,cũ clauſula reuocandi, & nihilominus exequendi vel perficiendi etiam cœptũ negotium, propter no. in *c. is qui.* & in *c. fi duo ac procurator* in 6. Ex quibus videtur indubitatũ,& deciſum,reſignatarium vincere debere,ſaltem ſi non obeſſet nouum ius dicti edicti.§.10.qui ſolùm ibi, *ſont ou ſeront executez*, obſtare videtur, eum ad præterita extẽ datur: præſertim hoc caſu:in quo edictum publicatum fuit circiter ſex menſes poſt dictam reſignationem & obitũ reſignantis, nec poſſe reſignatarium excuſari, cum nec facta fuerit publicatio, nec conſtet defunctum infrà annum vltimum expreſſiſſe ſe velle mandatum illud executioni dari.

Subreptionis ex pri. clauſula, de qua ſup. num. 199.

406 ¶ Cum autem nihilominus multi etiam ex ſe- C nioribus & doctioribus noſtri ordinis ambigerẽt, dixi quòd etiam citra hoc edictum, nulla erat ipſo iure reſignatio, & prouiſio per eam facta, etiam iure cõmoni,per aliam cationem: quia non conſtabat,in reſignatione vel ſupplicatione facta Papæ, narratũ & expreſſum eſſe,quod procurator ille vel eius ſubſtituti non habebat mandatum ſpecificum (videlicet ad certam perſonam ipſius Claudij) ſed mandatum generale & indeterminatũ, in fauorem cuiuſcunque perſonæ per eum nominandæ: imò ſatis conſtabat oppoſitum, videlicet hoc fuiſſe tacitum, ex quo etiam iure cõmuni, concluſi ſupplicationem ſubreptitiam, & quidquid inde ſequutum eſt, & ſic omnino vacaſſe per obitum: quia ſi Papa fuiſſet expreſſum, quòd procurator ille habebat mandatum informe & indeterminatum ad D omnem perſonam per eum nominandam, non tam facilè admiſiſſet, ſaltem non tam de facili admittere debuiſſet perſonam per procuratorem nominatam, quod ſufficit ad ſubreptionem per not. in *c. poſtulaſti.* in fin. *de reſcript.* & quæ nouè dixi ſuprà in reg. *de infir. reſign.* num.378.363.

407 ¶ Minor patet,quia nihil odioſius, & canonibus magis contrarium huiuſmodi reſignationibus in fauorem, vt latè dixi ſ. in reg. *de infir.* nu. 101. & ſup. eod. Quamuis igitur fuerint contra regulas iuris, per ſpeciales diſpenſationes, toleratæ (quando reſignatarius delectus eſt, & nominatus per ipſummet reſignãtem) non debet trahi in conſequentiam, quando non per illum, ſed per quemuis eius procuratorem diligitur: E cum enim hæc debeant reſtringi, ergo multò minus extendi. & dato quòd alias etiam huiuſmodi extenſio toleratã poſſit, tamen cum contineat nouam, ſaltem maiorem & difficiliorem cauſam diſpenſandi & vulnerandi iuris communis, ſaltem ad minus neceſſe eſt hanc extenſionem & circunſtantiam aggrauãtem exprimi:quòd cum factum non fuerit,ſubrepti o eſt,quę etiam in odioſis,& vbi diſpenſationes multiplicantur, tanto facilius admitteretur, & leuiculum quodque vitiat, vt dixi in regul. *de infir.* num. 132.

Quanto maior diſpenſatio. tanto ſi crior obreptio.

408 ¶ Tetrium eſt autem multo maiorem & periculoſiorem eſſe materiam & occaſionem turpis negotiationis & nundinationis beneficiorum, ſi delectus perſonæ in cuius fauorem, non ab arbitrio ſolius reſignãtis,ſed cuiuſcunque ſui procuratoris pendere poſſit, quam ſi ab ipſo ſolo reſignante. Tum eligere ſibi ſucceſſorem olim permiſſum fuit, cap. t *Moyſes*, c. 8. quæſt.1.ſed dare cuiuis poteſtatem eligendi nunquam fuit permiſſum nec toleratum nec antiquis nec nouis canonibus.

409 ¶ Præterea in odioſis & diſpenſatoriis,quanto additur aliquid minùs aſſuetum tanto maior eſt, & eſſe debet difficultas admittendi: ſed clauſula in fauorem cuiuſcunque perſonæ per procuratorẽ nominandæ, inſolens eſt & inſueta : imò non ſolùm inſueta,ſed longè magis periculoſa: Igitur in dubio, conceſſio Papæ vel Legati, debet intelligi de reſignatione in fauorem conſueta (videlicet pendente a ſolo ipſius reſignantis arbitrio) non autem dependente ab arbitrio procuratoris : niſi ſaltem hoc concedenti expreſſum ſit. Igitur non eſt dobium, hæc tacitum ſubreptionem inducere:& ita ſecundũ opinationem meam, pro Roberto per obitum prouiſo, iudicatum fuit. Tacitum in. ſolet in odioſis ſubreptio eſſe.

410 ¶ Vicesimoquartò quæro , An decedens in poſſeſſione litigioſa dicatur nihilominus decedere in poſſeſſione , ad effectum huius regu. hæc. q. diſtingui poteſt in ſex vel ſeptem caſus, ſed breuitatis cauſa vnã tantũ è multis, quas in regeſtis meis habeo, ſed in vſu verſatiliorem hypotheſim tractabo. Caius & Seius h- Hypotheſis. tigabant in poſſeſſorio beneficij. Seius reſignauit in manu Ordinarij, qui contulit Titio,qui per tres annos poſteſſionem capere diſtulit. reſignante ſemper caolam proſequente , donec mortem fortè Seij vel aliud timens, ſeque ſubrogatum iri cupiens, ne prior titulus ob lapſum temporis ſuſpectus eſſet nouam ſibi reſignationem fieri curauit, & collationem Ordinario, vt eius poſſeſſionem defunctoiam cepit. Interim motitur reſignans , & per eius obitum Mæuius ab Ordinario impetrat. Caius autẽ collitigator, à iudice cauſæ, docto de morte eortimalis inſtrumentiſque tituli tonſuræ & poſſeſſionis iuſtitiæ , manum ad ſui commodũ leuari obtinet, quã leuationem manus præfati Titius per reſignationem,& Mæuius per obitũ prouiſi, mox (hoc eſt infrà annum obitus Seij venẽtes) abolent, & mediantibus ſingulis diplomatis Regis,tumultique exhibitis, vt motis eſt, faciunt ſe reſpectiuè ſubrogari, in ius, litem, caoſam, poſſeſſionem, & inſtantiam defuncti , ſine præiudicio exceptionum inadmiſſibilitatis, tam contra ſe inuicem , quam erga Caium. Quæſtio vicesima quarta.

411 ¶ Deinde iuta ſua diſcutiont. Titius obiicit Mæuio prioritatem datæ,& quòd non per obitum,ſed per reſignationem vacauit. Mæuius obucit Titio , quòd neutra reſignatio valet , non prima per hanc regulam quia nunquam publicata fuit , & reſignans in eodem ſtatu veteſque repũratione motruus eſt,nec etiam ſeeũda, propter primam: deo non potuit iterum vacare nec conferri , etiam ſi reſignans obiert infrà menſem ſecũdæ. Caius autem vtique communiter obiicit vetetes exceptiones de defectu iuris Seij defuncti , & particulatitet cõtra Titium quòd non eſt admiſſibilis ad poſſeſſorium propter ſilentium , nnn ſolùm anni, ſed etiã triennij : ita quòd cõtra eum exquiſiuit ius decreti *de pacificis*,& ſortè diploma regiũ ex ſtilo ad fines dicti decreti obtinet. Contra Mæuium autem particulariter obiicit defectũ nttuli: quia non vacauit per obitũ,ſed per antiquam reſignationẽ Mæuij. quia ex tunc omnẽ titulum & poſſeſſionẽ perdidit,*c. accepta de reſt. ſpoliat.* Et quod Titius poſteſſionem tanto ſilentio perdidit , nec recuperare potuit per ſecundã collationem nullã , ex ſecunda reſignatione defuncti , qui iam ante tres annos omnem titulum & poſſeſſionem ipſo iure amiſerat. Cæterũ quod non eſt locus hoie reg. ex quo à tempore primæ reſignationis Seius nullo modo poſſedit , nec etiam in poſſeſſione fuit , ſaltem pacificè, Caio ſe poſſeſſorem contendente : & ſic quod Seius non videtur deceſſiſſe in poſſeſſione. Et quod in be-

neficialibus poſſeſſio litigioſa non habetur pro poſ-
ſeſſione : vt not. in *c. de multa de præb.* in *c. licet canon. de elect.* in 6.

412 ¶ Dum autem hi tres ſeſe circum agunt in hoc labyrintho, Caius moritur, vel reſignat Romæ, vbi Sempronio confertur eum clauſulis *quouiſmodo, & ex cuiuſcunque perſona*, & in ius, poſſeſſionem & inſtantiam Caij ſubrogatus, vnà alios excludere non ſolum ex veteri iure Caij, ſed etiam ex iure nouiter quæſito per clauſulas *quouiſmodo*. Videſne denſiorem caſuum & ambiguitatum ſyluam quam in q. 19. me certè proſixitans apprimè tædet, & quædam in his vtilia, omittere cogunt vrgentiora negotia, quæ me aliò trahunt. Quare diſputatione omiſſa breuiter & deciſiuè procedam, & non inquiſito ſed præſuppoſito veteri iure Seij valido (vel aliàs in omnes caſus Sempronius vinceret) ſat eſt diſcutere inter Titium & Mæuium.

Diſtinctio. 413 ¶ Et diſtinguo : Aut Seius incumbebat poſſeſſioni, non autem Caius. & tunc Mæuio beneficium adiudicandum, quia Titius non ritè publicauit. Non enim adhuc ſufficit poſſeſſionis vulgata & defunctoria apprehenſio, quam pragmatici vocant poſſeſſionem iuris, ſcilicet conſeruandi. Et quamuis Titius eſſet infrà tempus publicandi moriente Seio, inſpecta vltima reſignatione : ſatis eſt quod non erat infrà tempus, inſpecta prima reſignatione. Amplio etiam ſi Seius tempore primæ reſignationis non incumbebat poſſeſſioni, vel nullo modo poſſidebat, ſi tamen poſtea poſſidere cœperit, vel ſaltem incumbere poſſeſſio, etiam poſt litem motam, putà obtinendo & exequi faciendo ſententiam prouiſionalem fiduciariæ poſſeſſionis quam recredentiam vocant, quia à tempore dictæ poſſeſſionis etiam prouiſionalis, incipit currere tempus publicandi, & non priùs ex mente huius regulæ. Et ſi poſt menſem dictæ poſſeſſionis realiter incubuerit deceſſerit Seius, non ſacta publicatione ſolenni per Titium : ius Seij non per reſignationem, ſed per obitum virtute huius regulæ vacauit. Secus ſi non eſſet menſis lapſus à tempore dictæ realis poſſeſſionis : & multo magis 414. ¶ ſi Seios nunquam realiter incubuit poſſeſſioni : Quod eſt ſecundum & principale membrum diſtinctionis : quo caſu vincet Titius in iure Seij, non in vim ſecundæ (quæ ab initio non valuit) ſed in vim primæ reſignationis de iure communi, ceſſante hac regula. Amplio etiam ſi Caius ſemper incubuit & incumbat poſſeſſioni. Nec tunc obſtat Titio quòd non veniat infrà annum : imò nec infrà triennium primæ ſuæ collationis : & ſic quod non ſolùm non poteſt ſubrogari in vim ſecundæ, quæ non valet (vt dictum eſt) ſed nec etiam in vim primæ reſignationis, in hoc iudicio poſſeſſorio, quod eſt annale : præſertim propter multa ſupremi noſtri Senatus areſta, contra petentes poſt annum ſubrogari, lata : vt in publicis cauſarum diſceptationibus 415 ¶ die Iouis 8. Ianuarij anno ſeſquimilleſimo decimo quarto, inter fratrem Iacobum de Pontingus actorem in duabus literis Regis ad finem ſubrogationis, ratione prioratus de Roſny : & Ioannem du Drac canonicum Catnorenſem reum. Dictus Ioannes du Drac poſſeſſor vel incubator d. prioratus poſſeſſorio conuentus per quendam cognomine Seneſchal coram præſide Pariſienſi, recredentiam, quam vocant, obtinuit : dictus Seneſchal appellauit Senatum : vbi concluſum fuit in cauſa appellationis, ſaltem proceſſus receptus ad iudicandum. Quo facto dictus Seneſchal reſignauit, per quam reſignationem collato facta eſt d. Iacobo, qui ſeptem annos ſilet, eandem literas Regias ad Senatum obtinet ad finem ſubrogationis in locum reſignantis, in forma communi : deinde aliàs literas Regias ad ſitem reſtitutionis à lapſu temporis, prætendens reſignationem & collationem ſibi factam ignoraſſe : & quòd in ea curia poſt cõcluſionem in proceſſu ſcripto (verba ſunt ſua) non eſt locus interruptioni nec peremptioni inſtantiæ, per areſtum dictus Iacobus excluſus à ſuis literis, & ſubrogatione petita, & condemnatus in expenſas inſtantiarum dictorum reſcriptorum.

Poſſeſſionem. Poſſeſſor fiduciarius. Subrogatio nõ datur poſt annum. Areſtum.

416 ¶ Sed non obſtat illud areſtum, non propter ſeptennalem negligentiã petendæ ſubrogationis quia idem iudicatum fuiſſet ſi minori tempore non minus anno dilatum fuiſſet : non etiam propter ſeptennalem poſſeſſionem tei in vim ſententiæ prouiſionalis : quia idem ſi per annum, etiam ſine iudicis authoritate poſſediſſet. Sed punctualis areſti ratio fuit, quia reſignans proſecutus non erat : & ſic poſſeſſione, lite, & inſtantia reſignanns per reſignationem extinctis, Io. pacificus poſſeſſor manſit vltra annum. Non obſtat quòd in curia poſt concluſionem non eſt interruptio nec peremptio : quia verum eſt primò poſtquàm plenè concluſum eſt : ita quòd nihil reſtat per partes agendum : ſecundò verum eſt ex ſolo lapſu temporis : ſecus ſi inſtantia aliunde pereat, putà naturalem vel ciuilem habentis ius & poſſeſſionem perſonalem, nec ad hæredes vel ſucceſſores tranſmiſſoriam : vt in beneficiis eccleſiaſticis, vt dixi ſup. eod. num. 27. quia tunc neceſſariò perimitur inſtantia, nec interrumſa redintegratur parte inuita, niſi infra annum. Hîc autem non fuit interruſſa, ſed ſemper continuata & proſecuta per reſignantem : quo fit vt Caius qui ſemper imperitus fuit, non poſſit exceptione annali vti : quia non fuit pacificus.

Areſtum. 417 ¶ Sed fortiùs pro Caio vrgere videtur areſtum in claſſe inquiſitionum dictæ curiæ latum die viceſimatertia Iunij, anno ſeſquimilleſimonono inter fratrem Ioan. *du Reffuge*, actorem in duabus ſimilibus literis Regiis, ad finem ſubrogationis ratione prioratus de Sauuiniaco & Petrum Mariæ famoſum in eodem Senatu aduocatum, & fratrem Goffredum de Ambaſia reos. Lis erat coram præſide Pariſienſi conſeruatore priuilegiorum ſcholæ, inter Matthæum Galteri doctorem Sorbonicum actorem, & dictos Petrum & Goffredum reos. Actor tantùm obtinuit beneficium ſequeſtrari, lite ad omnes fines conſtituta : Actor ſumptus & moleſtias lis incertæ & contra potentiores pertæſus, reſignauit in fauorem dicti Ioan. ſui ſollicitatoris : qui nomine domini cedentis aliquantum proſecutus, cauſam vltra annum interruptam reliquit, deinde dictas literas è Cancellaria regia ad finem ſubrogationis & reſtitutionis temporis lapſi impetrauit : quod præfati tei impedierunt, allegantes Galterum ante biennium reſignaſſe, & ſic omne prætenſum ius & poſſeſſionem eius ex tunc vacaſſe : inſtantiam quoque lapſu anni peremptam, nec Ioan. vtpote ſollicitatorem vllam excuſationem aut ignorantiam prætexere poſſe, & lite ſuper hoc iuridicaliter conſtituta, per ſententiam præſidis d. teſcripta homologando, Ioan. in ius & locum d. Galteri ſubrogatus fuit, expenſis in definita reſeruatis. Rei Senatum appellarunt, vbi dictum fuit præſidem malè iudicaſſe, & emendando dictus Ioan. declaratus inadmiſſibilis ad d. ſubrogationem petendam, & in expenſas inſtantiæ principalis ſcilicet ſuper d. literis coram præſide actæ) condemnatus. Et tamen propter præſumptionem ſententiæ excuſatus ab expenſis cauſæ appellationis, quòd ſcilicet excuſare appellatum ab expenſis cauſæ appellationis) tunc, & vſque ad annum ſeſquimilleſimum triceſimum frequentiùs fuit in d. Senatu quam *decuerit*. (vt vidi.)

Areſtum.

418 ¶ Sed certè in d. areſto reſignans non poſſidebat : ſed contra poſſeſſorem agere cœperat, nec aliud obtinere poterat quàm ſequeſtrum. Ideò deſperans reſignauit proprio in eadem cauſa ſollicitatori : quod ſuſpectum & odioſum eſt, quia *l. quiſquis § præterea, C. poſtul.* prohibens aduocato contrahere cum clientulo, locum habet etiam in procuratore & ſolliciatore, qui onus cauſæ in fide ſua ſuſcepit, vt areſto huius Senatus in publicis cauſar ũ actionibus iudicatũ fuit, die 6. Iulij anno ſeſquimilleſimo decimoquarto, pro Bal-

Arrestum. thazaro de Carlat petente reſciſſionem contractus, eontra magiſtrum Ægidium Cournn reum orante pro actore clariſſimo viro domino Matthæo Chartano, aliàs Quadrigario totius togæ noſtri ordinis antecessore conſultiſſimo & eruditiſſimo. Tum vltra annum poſt dictam ceſſionem, his erat deſerta per reſignatem: rei verò non ſolum ſine aduerſario, ſed etiam ſine lite vltra annum, & conſequenter habebant ius petendi ſibi leuari manum iuſtitiæ, licèt non periſſent: quia ignorabant aduerſarium eeſſiſſe, & pnuſquàm reſciuiſſent, dictus Ioan. penetrat ſe ſubrogari, quæ noua inſtantia præiudicialis erat ad officium iudicis quo leuario maous peti poterat: ſed interim rei nou minus iuris habebant. Et conſequenter ſicut dictus Ioan. non fuiſſet admiſſibilis ad intendãdum interdictum *vti poſſidetis* nomine ſuo, poſt illum annum: ita non erat admiſſibilis ad petendam ſubrogationem poſt annum, vnde iuncta dicta prohibitione iuris, & ſiniſtra ſuſpicione excluſus fuit.

Matthæus Quadrigarius.

419 ¶ Sed hic Caius non erat interim in poſſeſſione & ſi erat, his ſemper fuit contra ipſum conõnuata per Setum reſignantem: quod ſufficit ad hoc vt Caius oon poſſit ſe dicere poſſeſſorem pacificum annalem contra Setum, vel eius reſignatanum, nec impedire reſignatanũ ſubrogari in iure, poſſeſſione, & inſtantia Sen, in eo ſtatu in quo eſt. Et ita fertvſus & praxis iudicialis in hoc regno, quæ rationabilis eſt, vt dixi in conſue. Pariſ. tit. 3. quinetiam iure fundata, per tex. in c. a. io 2. reſponſo, *vt lite pendente.* in 6. vbi ſi altet litigantium ſuper beneficio, cedat vel decedat, quamuis inſtantia mero iure non tranſeat in hæredem vel ſucceſſorem cedentis vel decedentis: tamen non eo ipſo extinguitur, ſed debet continuari & finiri cõtra ſuperſtitem. & tex. apertiut in clement. 1. §. *ſi verò*, eo. tit. vbi loquitur indiſtinctè, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor decedat. Et ad hoc, videlicet ad ſubrogationem in lite, admittuntur omnes quorum intereſt, in eo ſtatu in quo lis eſt, & gloſ. pen. & omnes canon. in d. c. 2. gloſ. in verbo *interſit.* & omnes in d. clement. 1. exemplificãt in electore, patrono, vel expectãte. Nec dubium quin multò fortius exemplificaſſent in eo cui de iure defuncti vel cedenti facta eſſet collatio, niſi hoc per primum reſponſum d. capit. 2. vetitum fuiſſet lite pendente fieri. Si enim expectans qui non habet ius in re, ſed ad rem: poteſt tamen & debet admitti, & in eodem ſtatu in lite ſubrogari loco cedentis vel decedentis, vt omnes etiam de iure fatentur: quantò magis habens ius in re, præſertim illud omnino idem quod decedens vel decedens habebat, & quale ceſſione vel morte admiſit?

c. ſi hi contra quos vt lite pendẽ in c.

420 ¶ Illud autem primum reſponſum d. cap. a. reſpit ſtilum & modum antiquum præteritæ Eccleſiæ, cum ſeuerior eſſet diſciplina in collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ ſenſim labefieri cœpit, opera certè & induſtria ſummorum pontificum, qui vt diximus in reg. præcedente, n. 40. cum ſequent. promiſcuis & celerrimis ſuis præuentionibus, omnem ordinem & politiam Eccleſiaſticam circa hæc confuderunt: nec ipſi iura, etiam à prædeceſſoribus ſuis nec à concilijs quidem ſtatuta, vt in *c. nulla de conſ. præben.* 11. qui. 1. c. *peruenit* ſeruarunt, quantùm ad tenorem & diſpoſitionem principalem: ſed bene quantùm ad eandem omnium decretorum & ſtatutorũ reſolutoriam, *ſi Papæ libeat*, vt in clemen. 1. in fin. ibi *ſalua tamen in præmiſſis omnibus Romani pontificis poteſtate ad quem plena eõ libera eõc. vt lite pendent.* vnde in d. clement. 1. primum reſponſum d. c. a. repetitur quidem & confirmatur, non tamen abſolutè, ſed addito verbo, de iure (ſcilicet poſitiuo) reſolubilit & pendenie a nutu Papæ in d. clauſula *ſalua tamen.*

Curia Papæ.

421 ¶ Notum eſt enim quòd etiam tempore Clem. V. qui ferè immediatè ſucceſſit Bonif. VIII, authori, d. c. *ſi contra quos.* in Cancellaria Papæ expediebantur

A literæ per viam ſubrogationis, nulla facta mentione vacationis: ne per viam & formam apertam nouæ prouiſionis, videretur directò fieri contra d. c. 2. vt refert Bonifac. de Vitalinis in d. Clem. 1. col. 3. n. 42. *vt lite pendẽ.* & ſic cum paſſim ab eis concederentur literæ ſubrogationum, nõ ſolùm ex parte actoris (quod Io. And. Geminian. Philippus Francus in d. c. 2. admittunt) ſed etiam ex patre rei & poſſeſſoris, tandem primum reſponſum d. c. 2. in deſuetudinem abut, & conſequenter poteſtas prouidendi vel conferendi quæ interdum patronis & prælaris Eccleſiaſticis (nunquam laicis, quos dicto c. *ſi hi contra quos.* non ſic ligauit) interim ablata erat, & ſoli Papæ ſeruata, per clauſulam finalem dicta clemennna prou. ad eoſdem Ordinarios, vt priùs redit.

Reſpõſum 1. c. ſi hi contrà quos deſeruit etiam in curiâ Papæ.

B 422 ¶ Et ita notoriè obſeruatur vt quicunque Ordinarij non minus per obitum, ceſſionem ſimplicem cuiuſuis litigatoris, ſiue actoris, ſiue rei, quàm pacifici poſſeſſoris libere ſtatim confetant, imò conferre feſtinent, ne a Papa legariſve ſius præueniantur: & conſequenter vltimum reſponſum dicti c. a. extenſionem recepit, per paſſinani utterpretationem d. diſſuendinis, & reditus in antiquum ius, & ſic hodie non ſolùm quilibet per ceſſum vel deceſſum cuiuſuis litigatoris a Papa promiſſus, deber in locum defuncti vel cedentis in lite in eodem ſtatu ſubrogari & admitti: per tex. in dicto cap. 2. in fin. & in dicta clemen. 1. §. *ſi verò vt lite pendẽt* Et quamuis in lubus poſſeſſoris in hoc regno ſoleant ad hoc impetrari literæ ſubrogationis à Rege: tamen non ſunt literæ gratiæ, ſed ſimplicis & communis iuſtitiæ, prout etiam in Cancellaria inſtantiæ cuius pro ſtylo conceduntur.

Literæ ſubrogationis.

C 423 ¶ Vnde in penitono & foro Eccleſiaſtico non opus eſt reſcripto Papæ: ſed prouiſus de iure cedentis vel decedentis poteſt iure cõmuni etiam poſt annum vel biennium reſumere litem in ſtatu ſuo loco deceſſoris, ſicut ante dictum c. 2. imò etiam per tex. in dicto c. 2. in fiu. & in d. clem. 1. & *ſi verò.* etiam ſi per iuta præcedenoa non iciuſſet. In foro aotem ſæculan in poſſeſſorio, quia poſſeſſorium eſt annale, non admittitur nolens reſumere vel ſubrogari poſt annum, ſcilicet inſtantiæ per ceſſum vel deceſſum decedentis eius reſpectu extinctæ, deinde per annum neglectæ: quia vt dixi ſuperſtes cenſetur annalem pacificam poſſeſſionem contra eum acquiſiuiſſe.

D 424 ¶ Vnde ſecus eſt ſi ſucceſſor de facto poſſederit vel poſſeſſioni incubuerit: quia tunc quandocunque poteſt litem reſumere, vel ſeſe ſubrogari facere contra dictos ſuperſtites ſi velit. Non com tenetur, quum ſe poſſeſſione ſua rueri poſſit, ſi impetatur. Cærenim poſſeſſori non imputatur lapſus temporis, imò tempus ſemper currit ad commodum poſſeſſoris, detu ẽs autem ſiue poſſeſſioni incumbens nomine ſuo, verus eſt poſſeſſor: talis etiaon ſi non alleger, præſumitur per Ioan. Andr. Gemin. & alios in *d. c. ſi hi contra quos.* per glo. & doctor. in *l. ſtipulato iſta habere licere. §. hoc quoque. de verbor. obligatiõ.* Nec abs re dicta ariella & verbum intellectum d. c. ſi hi contra quos nouẽ declarati: quoniam multos in his errare vidi, radicẽ cauſaſque rerum ignorantes, præſertim circa dictum areſtum *Du Reſſinge*, quod imperiti pro regula generali malè citant, cum limitetur ad cauſam & rationẽ quam dixi: quæ etiam in contextu d. areſti expreſsè narrantur vt etiam tenui ſuper ſtylo Parlamenn, parte 7. nu. 91.

Tenent cum ſit commodo poſſeſſoris.

E 425 ¶ Habes etiam confirmatam ampliationem ad ſecundum membrum diffinitionis noſtræ ſuprà numero 416. & num. 419. videlicet quòd continuatio litis facta non ſolùm per reſignantem incumbentem poſſeſſioni contra non incumbentem poſſeſſioni (de quo phanaticum eſſet dubitare) ſed etiam per reſignantem non incumbentem, etiam contra incumbentem poſſeſſioni, etiam in iudicio poſſeſſorio impedit præſcriptionem anni, ſiue conſeruat ius reſi-

gnatarij, vt nnn obſtante anno lapſo à reſignatione, collatione & poſſeſſione ſua, petere poſſit ſe ſubrogari loco reſignantis in eo ſtatu qui eſt tempore petitæ ſubrogationis, & non tempore reſignationis.

Acts cum reſignante nocent reſignatario.

416 ¶ Quod rurſus confirmo per conſtitutionem Regiam anni 1549. §. 64. vbi ſtatutum eſt quod omnia acta & iudicia facta & lata contra reſignantem qui pendente lite reſignauit, valent: & nocent reſignatario, & contra eum ſunt executoria. Quod ego amplio primò, ſiue reſignatarius ſciat, ſiue ignoret litem agi etiam ſi pupillus ſit, vel in furorem inciderit. Habet enim cauſam lucratiuam ab eo vel eius facto qui iam erat in lite: & ſic cum onere litis. aduerſarius enim præſto reſignatario cenſetur creditor & oneroſam cauſam habere. Amplio ſecundò etiam in reſignatario ex cauſa oneroſa, putà permutationis, tum quia ſibi imputare debet quòd non inquiſiuit cũ quo & qua de re contraxit, *l. qui cum alio. de regulis iur.* tum quia comparere debuit, ſeque loco cedentis ſubrogari facere vel adiungere: aliàs conſentire cenſetur vt geſta valeant: tum quia ſi cedens ſuccumbat, ſemper iſte ad priſtinũ ius & beneficium ipſin iure reuertetur, vt ẽ. eod. num. 187. & ſic non certat de cauſa oneroſa nec de damno, ſed de lucro, vt ſuprà eodem. Amplio tertiò, etiam in prouiſo per ſimplicem reſignationem vel abdicationem reſignantis, quamuis iſte nihil capere videatur à reſignante, ſed tantùm à ſuperiore per not. ſup. in reg. *de infir. reſignan.* & ſup. eod. n. 33. quia conſtitutio non diſtinguit, & fraudes fieri poſſent. Amplio quartò etiã ſi reſignans ſuccumbat per contumaciam, in quem etiam poſt reſignationem incidit: quia nihilominus imputatur reſignatario qui venire debuit, ſaltem cauſam lucratiuam prætendit, quæ cedere debet, & fauori aduerſarij de damno vitando certantis, & fauori publicorum iudiciorum, ne eluſoria ſit.

417 ¶ Limito primò ſi reſignatarius allegare & probare velit enlluſionem: quia tunc eùm etiam dolum victoris arguat, non habet locũ conſtituto, quæ tion intendit colluſionibus & dnlis indulgere. Limito ſecundò ſi reſignans non iudicio contradictorio, nec per ſolennem contumaciam, ſed voluntariè ſuccũbit, putà conſentit aduerſarium manu teneri, & ſentẽriam diffinitiuam pleni poſſeſſorij de conſenſu ſuo illi adiudicari. Tunc enim neque fauor publicorum iudiciorum verſatur, quum ſit magis contractus quàm iudicium, *l. 2. C. communia vtriuſque iudic.* Bald. in addit. Specul. *de inſtit. edi.* nec etiam fanor aduerſarij de dãno certantis: quia hoc caſu de lucro certat: imò hoc caſu nnn ſolum verus dolus eſt ex parte reſignantis, ſed etiam dolus re ipſa ex parte aduerſarij, dictam ſententiam & vilitatem de conſenſu reſignantis qui nihil amplius habet: & ſic à non domino recipientis, aut veritate agnita tenere volentis. Et hanc concluſionem cum dicta tertia ampliatione, & duabus limitationibus prædictis ad dictæ conſtitutionis interpretationem diſertè, doctè, & ſplendidè in medin Senatu propugnabat clariſſimus & conſultiſſimus ille do. Petrus Seguyerius, Regius in eodem Senatu patronus, nunc autem præſes digniſſimus in cauſa beneficiali è Prætectura Rhemenſi in eodem Senatu publicè & frequentiſſimo auditorio diſceptata, die Lunæ 24. Nouembris anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo, vt præſens vidi & audiui.

Do. Petrus Seguyerius.

Acta cum reſignante profunt reſignatario.

418 ¶ Quòd ſi acta & iudicata cum reſignante poſt reſignationem nocent reſignatario, ſiue ſcienter diſſimolanti, ſiue igooranti, ſiue etiam mentis impoti, multò magis ſaltem æquè proſont. Et in hoc neceſſariò dicta conſtitutio interpretationem paſſiuam, quæ ſemper admittitur, vt dixi ſuprà, recipit a notoria reg. iuris communis: quòd quibus nocerent acta & ſententia inter alios geſta, eiſdem proſunt: iuxta l. *ſecundùm naturam. de reg. iuris.* Fulg. Ludo. Raman. Iaſ. *l. idem eſt. de iureiurando.* Innocen. in *c. cùm am* *quæ.* & ibi latè Fely. *de teſtib.* Alexan. in *l. ſepe.* col. 53. *de re iudic.* & in conſ. 61. num. 9. lib. 2.

419 ¶ Redeundo ad diſtinctionem noſtram ſuprà num. 413. ſi Seius incumbat poſſeſſioni ſaltem per vltimum menſem, locus eſt huic regulæ, & ſic Tino ab vtraque reſignatione excluſo, Mæuius per obitum ius Seij obtinet. Si verò Seius non incumbebat poſſeſſioni, & ſic non deceſſit in poſſeſſione, ceſſat regula, & ſic Titius obtinet ius Seij de iure communi. Non ergo refert quantùm ad hanc regulam, an poſſeſſio ſit litigioſa vel non, nec an ius verum, ſeu beneficium ipſum abſolutè, an verò ius pretenſum duntaxat reſignetur: ſed an reſignans de facto poſſeſſioni incumbat, & in ea poſſeſſione poſt tempus publicandi huius regulæ decedat, vt tunc reſpectu prætendentium ius ex reſignatione locùm habeat hæc regula, aliàs maneant in iure communi. Quod ergo dixi incumbere poſſeſſioni, intellige ſiue pacificè, ſiue lingioſè, etiam per formam prouiſionis fiduciariæ, quam pragmatici recredentiam vocant. Idem ſi incumbens poſſeſſioni paſſus ſit ſententiam ſequeſtrationis ſed verbalem tantùm: vel ſi realem, non tamen executa fuit.

420 ¶ Verbalis enim ſequeſtratio non minùs prodeſt, & præſumptiuè confirmat ius detentoris, quam ſententia prouiſionis fiduciariæ: imò magis, quia per illam non oneratur ſanſdatione, prout in ſententia fiduciaria per ſententias iudicum inferiorum à ſupremo tribunali, pendente appellatione oneratur in hoc Regno, de quo dixi in cõſuetudine Pariſ. titu. 3. Quod autem ex emplificaui in poſſeſſorio, multò minus dubij eſt ſi tantùm lis erat in petitorio. Et adhuc vt ſit locus huic regulæ non eſt neceſſe reſignantem eſſe in poſſeſſione tempore reſignationis admiſſæ: puta alio tunc poſſidente, quem poſtea euicit & eiecit: ſans eſt quòd poſtea incipiat palam incumbere poſſeſſioni, & in eo ſtatu decedat poſt tempus ad publicandum hîc præfixum, etiam ſi incubatio illa prouiſionalis erat & reſolubilis, putà ſub forma, quam recredentiam Gallici pragmatici vocant.

421 ¶ Amplio, etiam ſi reſignatio facta erat vni ex tribus vel plutibus litigatnribus qui ſempet perſeuerabat in lite, non tamen allegabat dictam reſignationem, nec ſe loco cedentis ſubrogari facit bat: quia ſi reſignans moritur in dicta poſſeſſione poſt tempus publicaodi, vacat omninn per obitum per hanc regulam. Quod nota: quia vidi in facto, & in tegeſtis meis inuenio me cum alijs ante decem annos conſultum de hac quæſtione, cum tres litigarent in poſſeſſorio, & vni adiudicata recredentia qui iam reſignauerat: vel poſtea reſignauit vni litigatorum, qui illam reſignationem tacuit, & morte recredentiatj poſt tempus huius regulæ ſecuta, alter collitigans petebat leuationem manus iuſtitiæ reſpectu defuncti: cotrialis autem impediebat, dictæ reſignationis ergò, literiſque Regiis ad hoc obtentis, petebat ſe loco defuncti ſubrogari, cũ eſſet infrà annum, imò infra trimeſtre obitus? Reſpond. tamen eum omnino excludendum à ſuis literis & ſubrogatione, & condemnandum in expenſas dicti incidentis, propter nullitatem tituli, & reſignationis per hanc reg. reſolutæ, manúmque iuſtitiæ alterì leuandam non obſtante huius impedimento: Sed ſi quis per obitum recredentiari, impetraret, illum vementem infrà annum omnino ſubrogandum, vel etiam quandocunque, ſi poſſeſſionem defuncti apprehendere & cononuare poterit. Et ita mecum concluſum fuit, licèt aliqui dubitarent.

Sententia ſubrogationis non habet vim publicationis.

422 ¶ Sed fortùs dico, quòd etiam ſi dictus collitigator reſignatarius fecerat ſe ſubrogari loco cedentis eo viuo, etiam per ſententiam ad hoc obtentam, quæ in rem tranſierit iudicatam, eámque ſubrogationẽ executus fuerit publicè & iudicialiter inter collitigantes & in iudicio vbi lis pendet: ſi tamen non fecerit eam exequi quantũ ad poſſeſſionẽ facti in loco beneficij,

vel permiſerit reſignantem manere in poſſeſſione A reali corporis beneficij, & in ea decedere, reſoluerut reſignatio cum omnibus inde ſecutis: & verè vacabit per obitum, & ſpectabit ad impetrantem per obitum, ſiue ſit litigator, qui cum lata eſt præfata ſententia ſubrogationis eiu forſan expreſsè acquieuit, vel quiuis alius qui infra annum huiuſmodi obitus poterit poſſeſſionem defuncti, ſi illam nactus ſit, continuare, vel petere ſe loco illius ſubrogari. Quod obtinere debebit, non obſtantibus allegationibus reſignatarij iam ſubrogati, & ſententia per eum obtenta, a qua non habet neceſſe appellare, ſed illa ſententia cum omnibus à dicta reſignatione ſecutis habetur pro reſoluta.

433 ¶ Non quòd acta vel ſententiæ iudicum huius regni etiam ſuper beneficiis Eccleſiaſticis latæ, B poſſint directò annullari vel reſcindi per conſtitutionem Papalem huius regulæ, vel aliud decretum Papæ, quum Papa nullam in dictos iudices & eorum acta habeat poteſtatem, ſitque Rex ſupremus dominus poſſeſſionũ & poſſeſſoriorum iudiciorum, etiam Eccleſiarum & beneficiorum regni ſui, nec Papam vel aliũm ſuperiorem recognoſcat. Sed ex eo quòd dicta ſententia omnino fundata eſt ſuper reſignatione & collatione Eccleſiaſtica, quæ habeat implicitam reſolubilem ſtatum in caſum huius regulæ, eadem conditio in eundem euentum ineſt eidem ſententiæ, quæ intelligitur & limitatur ad fines & limites materiæ ſubiectæ, ſuper qua interponitur. Et ſic eaſdem conditiones & modos recipit, l. *miles* §. *decem.* & ibi Raphael Cumn. *de re iud. cata. l. ex diuerſo* §. *ſi in iudicio. ſoluto matrimonio.* Petrus Auchar. conſilio 248. ad prædicta. col. fi. conſilio 343. *præmitto* & quòd referatur ad intellectum iuris. Baldus, Paul. in l. 1. *C. de negotijs geſtis.* quod uota.

Sententiare. gulatur ſecundum materiam ſubiectam.

434 ¶ Non obſtat quòd ſententia pro veritate habetur, præſertim reſpectu eius contra quem tranſiuit in rem iudicatam, ſi colligator in ſubrogatione victus, poſtea per præfixum obitum impetrauerit. Quia habetur quidem pro veritate, ſed quatenus ſubſiſtit. Cum autem ſecuto obitu reſoluatur defectu requiſitæ publicationis, vt dixi, non debet colligator deterioris eſſe conditionis quàm quiuis extraneus. Et ſic non minus ius prætenſum per obitum impetrare poteſt quàm quiuis extraneus, nec oberit exceptio rei iudicatæ: quia ex noua cauſa quæ poſtea D ſuperuenit rurſus ad eandem rem agitur, l. *ſi mater* §. *tandem. de exception. rei iudicatæ.*

Exceptio rei iudicatæ non obeſt.

435 ¶ Vides quàm larè pateat hæc regula, eſt enim fauorabilis, & ita publicè expedit etiam inquantum opus eſſe extendi. l. *hoc. modo. de condi. ex demon.* Et contrà ſi reſignans tempore reſignationis pacificè & ſine vlla lite poſſidebat, ſed poſtea lis ei per rertium infertur. Siue enim in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, aut quouiſmodo, idem eſt, quandiu reſignans incumbit poſſeſſioni. Secus ſi extrudatur, etiam ſi per prouiſionalem tantùm ſententiam vel per ſequeſtrationem: quia tunc non diceretur eſſe, nec mori in poſſeſſione, ſi in eo ſtatu decederet. Fallit ſi probaretur litem eſſe fictam vel colluſoriam. l. *cum hi.* §. *ſi cum his. de tranſactionc* vel ab ipſo reſignatario ſuſcitatam & procuratam in fraudem. Pluta hîc in materia ſubrogationis occurrentia & alia prudens prætermitto, vt tandem manum tollam de tabula, & ſit finis huius regulæ.

436 ¶ Quæ licet in pluribus circunſtantiis differat quàm conuenat cum regula præcedenti: tamen quantùm ad ſcopum & finem principalem, in idem collimant. vt dixi ſuprà eodem numeto 2. & ex eis ſingulæ, nempè duæ limitationes colliguntur ad vltimum reſponſum. c. *ſuſceptum de reſcript.* in 6. vt ibi notaui ſuper text. Quòd autem ad periſerias attinet adhuc in vno ſcilicet in ſubjecto conueniunt, ſed in nouem differunt. Conueniunt in hoc quòd in vtraque requiritur & ſufficit reſignationem eſſe admiſſam ab habente poteſtatem, vt in regula præcedenti numer. 7. & iſta quæſtione 9. cum ſequen. Sed differunt primò in hoc quòd prior regula non verificatur in morte ciuili, ſed in naturali tantùm: vt in illa diximus limitatione 5. numer. 351. cum ſeq. hæc autem regula in ciuili quoque obitu eundem effectum habente procedit, videlicet concurrentibus his quæ nouè diximus, ſupra eod. numero 73. Secundò differunt in hoc quòd in priore reſignatarius ſtatim periclitatur: quòd vſque ad viceſimum diem durat: ſed hîc initio ſecutus eſt vſque ad ſemeſtre, ſi à Papa: vel vſque ad menſem, ſi ab alio prouiſus ſit. Quibus B inducijs lapſis, ſi non ſatisfecerit huic regulæ, periclitari incipit, donec ſatisfecerit, vt ſupra eodem numero 228. Tertio differunt, quia prior nihil interim exigit fieri à reſignatario: cui etiam non prodeſt publicare & poſſeſſionem capere infra viceſimum diem: ſed hæc regula exigit factum & diligentiam reſignatarij, vt ſuprà eodem numero 227. Quartò differunt, quia prior non loquitur in reſignante, qui bene vult ſtatum cum effectu dimittere, & abdicare: vt ibi dixi numero 85. ſed hæc quanquam ſit principaliter inuenta & ſancita (vt prior) contra eos qui nolunt ſtatim cum effectu dimittere, ſed ſucceſſori delecto quaſi hæredi futuro reſeruare: tamen habet locum etiam ſi conſtet quod ſtatim abſque fraude voluit liberè rurſus abdicare, debebat enim poſſeſſionem C quoque de facto dimittere. Quintò differunt, quia prior loquitur in iam acto infirmo: hæc autem etiam in ſano. Sextò illa non habet locum in Ordinario, vt ibi qu. 1. num. 30. hæc autem ſic, vt ſuprà eod. qu. 12. numer. 255. cum ſequ. Septimò in illa inſpicitur data conſenſus, nec prius incipit tempus currere: vt ibi numer. 10. cum ſeq. ſed hic inſpicitur data ſupplicationis ſiue admiſſæ reſignationis: & ſtatim tempus publicandi currere incipit, vt ſuprà eod. numer 215. Octauo in illa toleratur derogatio Papæ, licèt iniquum ſit, & per errorem admiſſum: præſertim in affectis graduatis & nominatis, vt ibi q. 2. num. 130. cum ſeq. ſed in hac nullo modo toleratur, vt ſuprà eod. numero 5. Nonò illa procedit etiam in reſignatione iuris non poſſeſſi: ſed hæc non procedit niſi in D beneficio poſſeſſo per reſignantem, vel cuius poſſeſſioni poſtea per tempus in ea præfixum incubuit, & ſic deceſſit, ſuprà eod. qu. vii. num. 429.

437 ¶ Et ſic finis his duabus potiſſimis cancellariæ regulis. Quod autem tam multa fuerint vſque adeo perplexa & reciprocanubus fluctuum vt argumentorum vndis, Euri pimore, inſtabilia vltrò, citróque vatiantia, quædam etiam quæſtiones tam aculeatæ & intractabiles, vt horridis hiſtricibus comparatæ ſint ſupra eodem numer. 112. in cauſa eſt, quod intra quidem ciuilia pet puncta rationis facta ſunt, vt ait Paul. Caſtren. ſolo generis humani intuitu. & tranquillitatis reipublicæ & ad decalogi ſaltem ſecundæ eius tabulæ executionem & obſeruantiam. hîc mentem ſubit hiſtoria quam Ægidius Bellameranus temporis ſuis teſtis oculatus refert in c. *indecoram de erat. ex qualita. præſcend* num. 5. dicens, Ioannes Nicoti doctor legum maximus poſtquam legerat viginti quatuor annos & vltra factus Epiſcopus Aurelianenſis, optimè rexit per decem annos & vltra, & adhuc bene regit, interrogatus quomodo tam bene regebat? Reſpondit, & bene, quod hoc didicerat à legibus impenalibus, in quibus omne bouum regimen continetur. Hactenus Ægid. Bellameta. contra vetò noua iura ponuficia per puncta ſeu potius hamos piſcaturam auri & argenti facta ſunt, teſte beato Bernardo, abba. Clareuallenſi, qui ante quadringentos an-

P regul. de in. & de ſubrogatis in ob. cum. nimi & in nouem diſſimum.

nos videns Eccleſiæ Romanæ prælatos ſenſim corrumpi, exclamabat, Quis mihi det antequam moriar, videre Eccleſiam Dei mei, ſicut in diebus annquis quando Apoſtolici laxabant retia in capturam animarum, non in capturam auri & argenti? &c. In declamationibus & conciombus, quæ ſi hodie beatus Bernardus viueret, & ſcriberet, non minoribus, ſed grauioribus quàm ipſe, contitiis ab illis impeteretur. Sed ſi hodie viuens, res adeo deprauatas cerneret, quantis putas fulminibus intonaret? Sciunt omnes cordati me tanta moderatione vſum eſſe, vt citra veritatis negationem, aut adulationem, mitiùs aut lenitùs fieri nequiuerit. Cùm ergo pro multis bonis operibus non ſolùm ingratitudinem, ſed etiam diras contumelias experiar, exemplis ſanctorum & bonorum omnium me conſolor, & maiorem in Deo qui via eſt, veritas, & vita, ſpem concipio videat Deus & requirat, citò fiat.

438 ¶ Materiæ mandatorum addenda eſt quæſtio, de qua bodie à regiis fiſci in ſenatu Rothomagenſi patronis conſultus fui. Quidam ſæcularis mandatum impetrauit ad abbam & connentum Voldrienſem communiter vel diuiſum ab iſto pontifice Paul. IV. qui appoſuit clauſulam, *per ſæculares obtineri ſolita*: prouiſus per ordinarium Senatum Rothomagenſem appellauit à dicto mandato vel eius executione tanquam ab abuſu: Regius procurator, & fiſcales patroni dicti Senatus dubitabant an deberent adhærere appellanti propter nouam illam clauſulam (*per ſæculares obtineri ſolita*) quæ non eſt ſolita apponi, nec eſt in forma concordati. Ego dixi clauſulam illam non eſſe contra formam pragmaticæ, nec contra formas conſtitutionum regiarum Ludouici XII. quæ ſeruantur in Neuſtria, non autem concordata Franciſci & Leonis X. quæ non fuerunt recepta in dicto ſenatu Rothomagenſi: illi verò protulerunt edictum quoddam Franciſci in dicto ſenatu publicatum, quo idem Rex tanquam Neuſtriæ dux ſtatuebat ibi iudicari mandata ſecundum formam dicto concordato inſertam: Tum ego reſpondi dictam clauſulam nullo modo eſſe contra formam concordati: ſed illi potiùs conformari. Quia in exemplari mandati nihil eſt de forma, niſi quòd apponitur vt minus lædatur ius commune, vel vt minus grauari poſſit Ordinarius, ſed tantùm abeſt vt hæc clauſula iuri communi in aliquo deroget, vt prorſus illi conformetur, & ea expreſſa non plus grauaret Ordinarius, quàm ea omiſſa: ergo non magis eſt contra vel prætet formam, quam ſi adderetur clauſula, nbi clerico titè ordinato, de legitimo matrimonio procreato, vel prouiſo quòd non ſis irregularis, & intelligas idioma loci in quo beneficium adminiſtrationem habens ſitum est: hæc enim & ſimilia omiſſa ſaris à iure communi ſupplentur, & expreſſa nihil detrahunt iuri communi nec libertati Ordinariorum.

¶ 439 Nec obſtat quod aliqui cauſificantur per illam clauſulam mandatum vltra formam concordati extendi, & mandatarium ſæcularem habilitari & diſpenſari ad beneficium regulare, ſi quod per obitum ſæcularis vacaſſet, hoc enim ridiculum eſt, Tum quia diſpenſatio non fit niſi expreſſe dicatur. Old. q. ccc. xxv. cum tribus ſeq. Oſtien. in c. *venient. extra. de filiis presbyterorum.* Ioa. Calderic. conſil. viij. ſub tit. *de reſcript.* conſ. 22. ſub nimlo *de regularibus* Pau. c. *dudum* 2. col. 4. *de elect.* Philip. Dec. in c. *ſi quando.* colum. 2. c. *cæterum.* col. 2. *extra de reſcript.*

440 ¶ Tum quia illa clauſula neceſſario intelligitur de beneficio ſæculari vel de regulari tedacta ad ſeculare per ſpatium 40. annorum iuxta c. *cum de benefici. de præb.* in 6. videlicet quando per ſæculares rectum & poſſeſſum fuit tanquam ſæculare in titulum, ſecus ſi in commendam: quia tunc etiam per 500. annos non mutatur naturam: quia commenda nihil aliud eſt quam cuſtodia vel depoſitum ſtatum antiquum non interrumpens, ſed conſeruans.

441 ¶ Vnus autem conſultiſſimorum noſtri ordinis dixit eſſe abuſum in alio, videlicet ex eo quod in dicto mandato omiſſa erant illa verba, veſtræ vel alterius eccleſiæ, ego verò dixi nec in hoc quidem peccatum eſſe, triplici ratione. Prima quia monaſterium non eſt eccleſia, ſed ſidla monachica vel cœnobium non habens eccleſiam, ſed ſubiectum eccleſiæ non tantùm dioceſanæ, ſed parochianæ, niſi quatenus exemptum ſit aut priuilegiatum quod non præſumitur 10. quæſt. 1. per totum. *c. alia cauſa eſt. c. eccleſia. peruenit c. qui vere. c. adiectum.* & per totum 6. quæſt. *1. peruenit. c. cognouimus.* & per tot. 18. quæſt. 2. ideo verba illa, veſtræ vel alterius eccleſiæ, non congruunt, niſi quando ſcribit Epiſcopo vel Capitulo eccleſiæ cathedralis, nec ſunt in forma mandati concordati, niſi vbi mandatur Epiſcopo vel ſuo capitulo aut vtique dirigitur. Secunda, quia etiam ſi fortè monaſterium ſit exemptum & contra canones antiquos habeat iura Epiſcopalia: Tamen etiam citra dictam clauſulam veniunt omnia beneficia, nec ſequitur reſtrictio propter omiſſionem dictæ clauſulæ veſtræ vel alterius eccleſiæ. Quod ſi monaſterium non habeat diſpoſitionem alterius beneficij in aliena eccleſia, ceſſat hæc cauſificatio, & ſi habeat adhuc idem per prædicta.

442 ¶ Tertia quia in omnibus huiuſmodi mandatis quæ non diriguntur Epiſcopo vel capitulo Eccleſiæ Cathedralis, ſed alis prælatis, puta, Abbatibus & ſuis conuentibus, quamuis ſolear apponi clauſula communiter vel diuiſim. Tamen (vt in multis huiuſmodi mandatis vidi) clauſula illa prima de canonicatu & præbenda veſtræ vel alterius Eccleſiæ, quæ eſt in forma impreſſa in concordato, ſemper omitti ſolet. Et mandatum quoad materiam ſubiectam incipit ab illa immediate alternatim ſequenti clauſula, videlicet de beneficio Eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura, & ibi ſiquidem pro ſæculari ſcribitur, addunturhæc verba, per clericos ſæculares obtineri ſolita: ſi vero pro regulari ponuntur verba, per monachos dicti monaſterij obtineri ſolita. Et mandata ſub hac forma concepta, nullo modo ſunt contra, nec prætet concordata, ſed legitima & valida, vt ſemper conſului. Ex quibus pto mandatario concluſi.

443 ¶ Sed nuuc occurrit valde neceſſaria q. in praxi quam nuper vidi in facto. Nicolaus Tiercelin abbas ſancti Nicolai Andegauēſis reſignauit in fauorem Philippi inſequendo concordatum a Papa homologatum, quo inter alia cautum eſt, vt Ludouicus in partem penſionis retineret collationem vel præſentationem omnium beneficiorum a dicto monaſterio dependentium alternatiuè cum dicto Philippo, An ſinguli poſſint grauari huiuſmodi mandato Papiſtico? videretur quod ſic, quia tam authoritate Papæ ſunt effecti duo diuerſi collatores beneficiorum dicti monaſterij quilibet in ordine ſuo & ita multi cenſebant per not. Ioan. Andre. Gemina Philip. Franc. in *c. cum in illis de præben.* in 6. breuiter contrarium reſpondi, quia imò non ſunt duo collatores, ſed vnus tantùm. Non enim fectum eſt beneficium nec diuiſa dignitas contra. *c. maioribus. extra. de præben.* ſed tantum alicui reſeruata penſio, veluti pars fructuum vel vſus fructos.

444 ¶ Et ſic ſemper mandata dirigi debent Philippo ſiue abbati ipſi, non autem penſionario, & tamen vtrumque ligant non tanquam duos collatotes ſed tanquam vnum; & inſinuatio mandati facta Philippo vel eius vicario ligat penſionarium abſentem & ignorantem qui non habet partem fructuum, niſi

cum onere ſuo, & idem dico de nominatis vel graduans ſimplicibus quibus dicta penſio & concordatum nocere non debent. itaque ſi poſt menſem inſinuationis mandati factæ Philippo vacet beneficium in turno vel ordine penſionarij, ſpectat ad damnum ſolius penſionarij qui non habet recurſum contra Philippum. Idem contra pariter ſi turnus vel ordo penſionarij aperiatur in menſe graduan vel nominati ſpectat ad damnum ſolius penſionarij, & contra pariter dico quòd requiſitio non eſt facienda ab alio quam ab ipſo naturali prælato, ſiue beneficium cadat in eius ordine, ſiue non. Non tamen nego quin poſſit fieri à penſionario: ſed expectans non tenetur illum adire nec recognoſcere.

445 § Secus quando non temporali contractu priuatorum, ſed iure proprio perpetuo ſpectat collatio beneficiorum ad duos prælatos communiter: quia tunc mandatum alteri directum alterum non ligat, ita quòd beneficia ſpectantia ad diſpoſitionem A grauati communiter cum alio, non ſolùm non cadunt in mandatum text. in *c. cum in illo. § vlt. de præb.* in 11. ſed nec computantur in nu. decem vel quinquaginta beneficiorum, niſi vtroque grauato, pura adiecta clauſula communiter vel diuiſim: & tunc nu computetur in nu. decem vel quinquaginta beneficiorum, quæſt. eſt, quam tractat gl. pragmaticæ in titulo. *de collatio.* §. *non tamen intendit* in verbo *decem de collatio.* Mathæus Pachus in tract. *de mandat. Apoſtol.* parte vlt. ſuper text. in verbo *habentem collationem*, vbi malè loquuntur.

446 § Breuiter longa diſputatione omiſſa veritas eſt quod computantur in nu. ſub duplo, hoc eſt duo pro vno, viginti huiuſmodi pro decem, quando alternatio ſpectat ad duos tantum æqualiter: alias pari B proportione & analogia multa hinc inde ſuper prædictis argumentando cumulare potuiſſem, ſed me tædet prolixitatis, & parco tempori ſeuerioribus commentationibus reſeruando.

EPITOME REG. XX. XXVIII. XXXII. & XIX.

1. *Vtraque reg. in ſcholiis.*
2. *Quæſtio prima an reg.28. procedat in Legato? Quòd ſi contra Stepha. Bertran.*
   Omnes Regula Cãcelleria aquè ligant Ligatũ.
3. *Quæſtio ſecunda an in Ordinario? Hæc reg.extracta à iure communi.*
4. *Hæc reg. vt ſua locum habet in Legato: ſed in Ordinario, vt iuris communis.9.*
5. *Hæc reg. in iure naturali & bonis moribus fundatur.*
6. *Nec poteſt à Papa derogari.*
7. *Legatus à latere duplicem habet poteſtatem: vnam iure legationis: alteram ex ſpecialibus facultatibus.*
8. *Qui taliter diſpenſatus eſt, vt ordinarius ei dare poſſit beneficium regulare, legatus ei poteſt commendare, non obſtante reſtrictione vi ſuarum facultatum.*
10. *Non eſt neceſſe collatorem ſcire an & ex qua cauſa beneficium vacet, ſed non licet impetranti feſtinare ante vacationem.*
11. *Idem in gratia motu proprio facta.*
12. *Quæſtio tertia, an fama obitus præcurrentem excuſet.*
13. *Cap. primum de conceſſ. præb. non habet locum inuſtè ignorante 20.*
15. *Sed bene regula de veriſimili notitia.23.*
16. *Differentia inter reg. 20. qua pœnalis eſt: & reg.28. quæ tantùm lucrum aufert.*
17. *Pœna reg.20. non habet locum in currente in vita, niſi collatio. in habuerit in vita.*
18. *Pœna non habet locum, niſi iure exprimatur.*
19. *Sine titulo ſe intrudens in beneficium viuentis, efficitur inhabilis, ſiue habeat iuſtam cauſam putatiuæ vacationis, ſiue non.*
   Dantis operam rei illicitæ imputatur, quicquid inde ſequitur.
21. *Rumor non præſtat iuſtam cauſam ignorantiæ.*
22. *Niſi ex iuſtis cauſis, & in loco obitus ortus ſit.*
23. *Tempus veriſimilis notitiæ nunquàm incipit, niſi à vero obitu etiam occulto, non autem à iuſta cauſa putatiui obitus.72.*
24. *Valet collatio, licet mors aut vacatio ſit occulta*
25. *Sed ſi in fraudem occulta ſit, non valet prauētio Papæ, niſi poſt tempus veriſimilis notitiæ à publicato obitu.*
26. *Adhuc in fauorem occultantis, vel cuius gratia etiam ignorantis occultacea fuit, non valet tanquam ſubreptitia.*
27. *Dies ſeptem curſorum à Pariſiis Romam.*
28. *Legatus non poteſt prauenire, niſi iuxta dictas mercatorum.29.31.*
30. *Gallia olim à ſimoniacis vexata.*
32. *Quæſtio 4. trapezitica.*
33. *Trapezites qui non expedit bullas die conuenta, tenetur ad intereſſe.*
34. *Moderandum vt de vſufructu incerta vel alimentis amiſſis niſi contra dolo ſum. 35.*
   Vera æſtimatio beneficiorum Eccleſiaſticorum.
36. *Quæſtio 5 an reg. procedat in reſignatario?*
37. *Verba generalia & vniuerſalia non reſtringuntur.*
38. *Etiam ſi maior ſit ratio in vno caſu quam in alio.*
39. *Duo fines huius reg. 51.*
   Ceſſante vna ratione l. non ceſſat lex.
40. *Irruptio prauentionum: litteræ derogatoriæ, monitoriæ, præceptoriæ, collatoriæ.*
41. *Papæ deſit ſcribere Epiſcopis, vt fratribus, & commiſſeris.*
42. *Cur mandata ſub chorda canabis.*
43. *Io. XXIII primus author huius reg.*
45. *Papa non cœpit prauenire niſi per dietas mercatorum.*
46. *Fraus prauentionum & clauſula* quouiſmodo. 47 48.
49. *Hæc reg. locum habet etiam in reſignatario, etiam ſecundùm Rotam.*
50. *Reprobatur in hoc gl pragmaticæ cũ ſequacib.*
51. *Plures rationes legis præſumuntur.*
52. *Error veritati cedit.*
54. *Verus author glo. pragmaticæ.*
55. *Conſuetudo excuſat à pœna.*
56. *Reſignatarius qui neglexit curam reſignantis infirmi, debet excludi.*
57. *Contra parnas datas.*
58. *Quæſtio ſexta de eo qui ſciebat alium ſimpliciter reſignatarium.*
61. *Sol. inquantum xul niti clauſula* per obitum, *ſubeſt huic reg.*
62. *Specialia non debent multiplicari.*
63. *Quæſtio ſeptima an in omni genere, vacandi? reſpondeo ſic.64.*
64. *Cap. primum de conceſſ. præb. habet locum in omni vacatione.*
65. *Nec poteſt per Papam diſpenſari.*
66. *Ordinarius poteſt conferre vacantia per extrauagan.* Execrabilis.
67. *Appoſitio manus Papæ quando ligat.*
68. *Inutilis prauentio Papæ officit Ordinario.*
69. *Cap. ſtatutum, c. ſi apoſtolica de præb. in 6. ampliantur.91.*

70. *Verisimilis notitia non exigitur in deuolutis lapsu temporis.70.80.*
71. *Nisi esset tempus brevissimum.*
73. *Reg.28. ampliatur, sed non limitatur.*
74. *Verisimilis notitia computatur non à die vacationis, sed libera vacationis.77.78 82.*
75. *Quæstio octaua 1. hypothesis.*
76. *Per repudiationem resignatarij nihil vacat, etiam in Curia.*
78. *In dubio favorabiliter collatio ordinarij propter ambitionem & odium currentium Romam.*
79. *Collatio Ordinarij facta spreto patrono confirmari potest: sed non collatio Papæ.*
A tempore sublati impedimenti requiritur nouum tempus verisimilis notitiæ respectu Papæ vel legati, sed non respectu Ordinarij.
83. *Quæstio nona 2. hypothesis.*
84. *Resignatio in favorem conditionalis.*
85. *Defectus conditionis trahitur retro, quantùm ad ea quæ sunt turis communis.87.100.*
Restitutio per viam gratiæ non trahitur ad fructus præteritos.
86. *Subreptio impedit gratiã vnquam conualescere.*
88. *Aliud est vacationem ipsam, aliud liberam collationem pendere.89.*
92. *Episcopus non potest in eodem casu & vacatione variare. Fal.94.*
Et primo collatario tenetur de electione, sed hodie non obseruatur. 97.
95. *Repudiatie non est genus vacandi, sed remotio obstaculi: nec restringit collationem.96.*
97. *Si resignatarius in favorem repudiat, an remaneat resignatorio vt simplex? 98.*
99. *Ortus & progressus resignationum in favorem gradus quinque. 100.101.102.103.*
104. *Legatus si possit admittere resignationes in favorem, non tamen in quinto gradu ob speciem reservationis.*
105. *Eadem ratio puri & purificati.*
106. *Non exemplis: sed legibus iudicandum.*
107. *Abusus Papæ facit ius.*
Ex quo resignatarius acceptauit, nõ potest amplius vacare per obitum cedentis, nisi in casum regulæ De infirmis vel de publicandis.
109. *Vetus simplicitas in artem versutia versa.*
111. *De Regulis Cancellariæ in communi, & quatenus admittendæ.137.*
112. *Reg.32. de annali possessore cõtra deuolutarios.*
113. *Ampliatur primò, etiam si motu proprio, siue ficto, siue vero.*
114. *Clausula motus proprij, non operatur contra verisimilem mentem.*
115. *Ampliatur secundò etiam in Legato: secus in ordinario.119.123.*
116. *Amplia. 6. etiam si impetretur post obitum possessoris.*
Successor non tenetur docere de iure decessoris.
117. *Hæc reg. realis est.*
118. *Amplia 7. etiam ex noua priuatione secuta post annalem possessionem.*
119. *Etiam per extrauagan. Execrabilis. vel aliàs quouismodo.121.*
120. *Reg 32. nec titulum nec bonam fidem possessoris requirit, nec ligat ordinarios.*
122. *Amplia 9. etiam in spoliatore, non tamen violento.*
123. *Amplia 10. etiam in resignante, sed non contra resignatarium.*
124. *Amplia 11. etiam in capoci vel laico.*
125. *Amplia 12. vt nõ sufficiat in genere exprimere.*
Quinque exprimenda in hac reg.
126. *Deuolutarius non potest vti alia specie vacationis quàm expressa.*
127. *Hæc reg. non est pœnalis, sed in totum favorabilis.*
128 *Inre communi non est necessaria mentio possessoris nisi colorati.*
129. *Huic reg. per verba generalia non censetur derogatum.*
130. *Amplia 13. etiam si notorie constet de non iure*
131. *Citatio nulla non interrumpit.*
132. *Quando quis dicatur pacificus.*
133. *Amplia 15. etiã si possessor non percipit fructus.*
134. *Amplia 16. etiam si vacent in curia. Ampla 17. vt non sit opus. 125.*
136. *Limito primò in resignatarie possessorit.*
137. *Limito secundò, si beneficium possidetur tanquam vnitum.*
138 *Reg. de annali & triennali consonant.*
Deuolutarij de iudicato soluendo satisfant.
140. *Reg.19. de idiomate.*
141. *Sufficit impetranti in genere: capacem esse tempore vacationis: sed quoad beneficia expressa: tacitus defectus facit obreptionem.*
142. *Hæc reg. locum habet etiam in ordinario, nec ei derogari potest per Papam.*
143. *Hæc reg. in iure diuino immediatè fundata est.*
144. *Habet locum in electione, præsentatione & omni genere prouisionis, & in omni beneficio habente administrationem animarum, vel prædicationis vel iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
145. *Nec satis est in parte, sed plenè debet callere linguam vulgarem loci, quinetiam Latinã: aliàs etiam per aperturam libri conuictus beneficio repellendus.*
146. *Collatio illiterato facta ipso iure nulla.*
147. *Qui addit scientiam, addit & laborem.*

COMMENTARIVS IN REG. XX. CANCELL. DE IMPETRANTIBVS BENEFICIA VIVENTIVM, ET XXVIII. DE VERISIMILI notitia obitus & Reg. XXXII. de annali possessore, & Reg. XIX. de Idiomate, ab eodem authore recognitus & auctus.

Regula XX. de Impetrantibus beneficia viuentium.

ITEM si quis supplicauerit [a] sibi de beneficio quocunque, tanquàm per obitum [b] alicuius, licet tunc viuentis, vacante, prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio, dicto supplicanti per obitum huiusmodi de nouo [c] facienda, nullius sit roboris vel momenti.

a *Supplicauerit*) & collationem habuerit. in text. ibi *de nouo*, & infra num 17.
b *Obitum*) vel quemuis alium vacandi modum, vt infra num. 62 cum seq.
c *Nouo*) est enim inhabilis pro hac vice c. 1. de concess. præb. nisi probet de iusta causa ignorantiæ: Panor. cap. post electionem de concess. præb. infra. n. 13. nec ea vice dispensari potest, n. 63.

Reg. XXVIII. de verisimili notitia obitus.

ITEM voluit [a] & ordinauit, quod omnes gratiæ quas de quibusuis beneficiis Ecclesiasticis cum cura, vel sine cura, sæcularibus per obitum [b] quarumcunque personarum [c] vacantibus in antea fecerit, nullius roboris vel momenti sint, nisi post [d] obitum, & ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint, ad notitiam eiusdem domini nostri verisimiliter potuerint peruenisse.

a *Voluit*) idem in Legato, vt infra q. 1. & in Ordinario q. 2.
b *Obitum*) vel quemuis alium vacandi modum, vt infra q. 6.
c *Personarum*) etiam resignantis & eiusdem resignatario. num 49
d *Post*) & a die non solùm veræ, sed liberæ vacationis: num 23 num. 74. cum seq. nec iusta ignorantia excusat: num 2. nec dispensari potest num 6.

Benedic. XII.

HAs duas reg. scilicet. 20. & 28. vt affines A continuxi. Prioris author fuit Benedic. XII. secundùm Gomes. in præfatione dictæ reg. vbi libet mendosus est: quia legitur Benedic. XIII. vbi legendum est XII. nullus enim Papa fuit hoc nomine ab illo duodecimo, qui anno Dom. M. CCC. 34. Io. 22. successit, & septem annis Auenione regnauit secundùm Plati. tempore Phil. Valesij Francorum Regis. Posterioris autem author fuit Io. 23. vt refert Gomes. in præfa. Prior verò magis est merum ius commune, quàm regula Cancellariæ. Posterior quoque ex iure communi, imò etiam naturali decis. Et hanc principaliter proseq.

Quæst. 1.

2 ¶ Quæro primò, an hæc reg. 28. locum habeat B in legato: videtur quòd non, quia tam in principio, quàm in medio, quam in fine, non loquitur nisi de Papa, ibi *omnes gratiæ quas*, & ibi *in antea fecerit*: & ibi *ad notitiã eiusdem dom. nostri*. Et ita de facto consuluit Steph. Bertran. cons. 128. non possum lib. 1. vbi post glos. huius reg. citat consil. Roma. & Pet. Ancha. cons. 317. efficacibus, qui nihil dicunt, sed iudicio & memoria lapsus, malè consuluit. Et omnino dicendum indistinctè omnes has reg. quæ loquuntur de gratiis, cõcessionibus, vel dispensationibus Papæ, non minus, imò fortius locum habere in Legato, cui Papa facultatem vel mandatum concedit dictas gratias vel dispensationes concedendi, & alia faciendi. Non enim censetur mãdare, nisi vt faciat eo modo quo Papa concedẽs vel mãdans facturus erat. *l. vel vniuersorum de pignor. actio.*

Error Steph. Bertran.

actio. l. vnica. in fin. *de offi. præfec. præto.* Igitur vbicunque Papa voluntatem vel poteſtatem ſuam limitauit, cenſetur enam limitaſſe facultatem ſui Legati. c. *in generali. de regul. iuris.* in 6. & Legatus debet eadem ratione mouen. c. *ſuper literis* io ſi. *de reſcrip.* imò etiam ſi poſt legationem commiſſam, etiam poſtquam Legatus reſidet & expedit in partibus, Papa nouam regulam edat qua ſuas conceſſiones limitet, vel ſi ſuperueniat limitatio conſilij: tenetur Legatus eandem limitationem ſeruare, etiam ſi de Legato mentio non fiat, quia pendet à nutu committentis eodémque ſtylo & forma debet vti. Et ſic hæc quæſt. non habet dubium, minúſque dubia eſt, ex no. in quæſt. ſequent.

Quæſt. 2. 3 ¶ Secundò quæro, an locum habeat in Ordinario? Videtur quòd non: tum quia verba non conueniunt niſi collationi Papæ, tum quia ſecundum omnes poteſt Ordinarius conferre beneficium ſub conditione ſi vacat. Breuiter dico quòd hæc reg. non ſolum non exorbitat à iure communi, ſed illi conformatur: & vt rectè ait Franc. Ripa. in l. 1. num. 65. *ſi cert. per.* hæc regu. non eſt extracta à ſimplici vſu vel conſuetudine Romanæ curiæ, ſed eſt extracta de corpore iuris communis: vt in cap. 1. & 2. *de conceſſ. præbend.* in 6. idem latiùs Franc. Ripa. cap. 2. col. penult. *de reſcript. & de leg. & longa conſuet.* Reſpon. 16.

4 ¶ Et ſic hæc regula vi quidem ſua locum habet in Legato, qui pendet à nutu committentis, cuius intennoni, ſtilo & conſuetudini ſeſe conformare tenetur, vt nuper dixi: in Ordinario verò, etiam ſi vi ſua propria locum non haberet, per ea quæ dixi in reg. *de infirmis.* qu. nu. 24 nu. 72. tamen propter concurſum iuris communis, & ſic potius in vim iuris communis, ſeu ipſum ius commune, locum habet omnino in ordinario. Et quod in ordinario & legato procedat, tenet etiam glo. & Gomeſ. hîc quæſt. 1. glo. pragmat. *de collatio.* §. *non tamen.* verbo *faciendas.* Philipp. Decius, l. fi. col. 4. C. *de pact.* conſi. 398. Iaſ. conſi. 104. in vlt. dubio. lib. 1. Ioan. Salua. in tract. *de benefic.* part. 3. qu. 46. latè Ioan. Igneus io l. 3. §. *verum.* nu. 33. cum ſequen. ad Sillan. Matth. Pacus tract. *de mandat.* fol. 33. verſo fol. 96.

5 ¶ Plus dico quod hæc regula non ſolum in iure communi fundatur ad ambitionis & auaritiæ vitium reprimendum, cap. *cum tamdudum.* & ibi Panor. *de præbend.* ſed etiam & ſecundò in ratione, imò in neceſſitate naturali: cum non ſit naturaliter poſſibile, tempus veriſimilis notitiæ ſine falſitate vel flagitio anteuertere. Tertiò fundatur in neceſſaria conſeruatione honeſtatis & bonorum morum: quoniam appetere beneficia viuentium & turpe & ſceleratum eſt, & contra bonos mores, & prorſus deteſtandum. cap. 1. c. *nulla. de conceſſ. præbend* cap. *deteſtanda. c. ne captanda.* eodem titu. io 6.

Papa derogare nequit. 6 ¶ Ex quibus infertur nec Papam quidē huic regul. derogare, vel contra eam diſpenſare poſſe, (quamuis contrarium ſentiat Gomez. hîc qu. 3 qu. 6. & expreſsiè qo. 8. & malè) & ſic multò minus Legatus vel Ordi. Et mentò nollæ ſunt & tranes clauſulæ, quas trapezitæ & bulliſtæ Roma. bullis Papalibus inſerunt ſuper derogatione huius reg. & in praxi apud nos penitus ſpernuntur. Et ita per multa huius Senatus areſta iudicatum fuit: hinc nuper pulchram quæſtion em decidi. Quidam monachus habens prioratum ordinis Premonſtratenſis obiit Pariſiis vndecima Februarij nouiſſimi. 1558. inter nonam & decimam horam ſerò, Legatus exiſtens Pariſiis eadem die (quia ante mediam noctem l. *more Romano d. feriis*) contulit Titio, qui decima quinta dicti menſis hora decima manè poſſeſſionem cepit. Sed alter Monachus nepos abatis ordinarij collatoris facit confici inſtrumentum poſſeſſionis ſuæ eadem die ſub data horæ ſextæ manè. Et in lite profert inſtrumentum collationis Ordinarij

A quæſitum: quid iuris? omnes cenſebant pro prouiſione Ordinarij, vtpotè etiam prioris in poſſeſſione per c. *ſi à ſede. de præbend.* in 6. Ego verò Reſpon. collationem Ordinarij nullam, & falſi vehementer in data ſuſpectam: quia Monaſterium illud in quo erat abbas qui contulit nepoti ſuo decem vel duodecim leucis diſtat à Pariſiis, ad quod non potuit ab inſtanti mortis ante mediam noctem duabus horis & ſenus etiam per velociſſimos curſores peruenire præſertim hieme & in profunda nocte & in dehquio lunæ.

7 ¶ Nec obſtat quòd legatarius erat ſecularis, & quòd Legatus iſte non habet poteſtatem commendandi regularia ſæcularibus niſi ſolita commendari, & quòd defunctus erat monachus eiuſdem monaſterij, vt mihi obiiciebant. Et ſic quòd Titius erat prouiſus à non habente poteſtatem: quia reſpondi quòd iſte Legatus (vtpote de latere) duplicem habet poteſtatem ſuper beneficiorum collatione, vnam iure legationis concurrendo ſimpliciter cum Ordinariis, c. 1. in fi. *de offic. Legat.* in 6. Alteram diſpenſando & faciendo in vim ſpecialium facultatum & iuxta eorum tenorem quæ Ordinarij non poſſunt, & quod iure communi non licet, & ſic quod facultas dicti Legati ſuper regularibus commendandis quibuſuis perſonis limitata ad commendari ſolita, id intelligimr quaodo commendaret vt conferret diſpenſando, videlicet inhabili ratione ſtatus ſæcularis, vel ſi eſſet monachus diuerſi monaſterij, vel ratione duplicitatis beneficiorum, vel aliàs, de qua inhabiliter diſpenſat, quia hoc non poteſt niſi circa ſolita commendari, vt patet in articulo dictæ facultatis ibi *quibuſuis perſonis.*

8 ¶ Secus quando is cui commendat eſt aliàs ſufficienter diſpenſatus à Papa, ita quòd etiam Ordinarius poſſet tali conferre habituro in commendam vel in titulum ſecundùm diſpoſitionis ſuæ tenorem, prout Titus erat diſpenſatus: quia in re moli eruditi & exercitati contrarium cenſebant: quia odioſæ ſunt illæ facultates Legati & reſtringendæ: ſed audius rationibus meis ſententiæ meæ ſubſcripſerunt. Vt enim Ordinarius potuiſſet Tiuo a Papa habilitet conferre: ita poteſt Legatus de latere in vim legationis, ſine vllis facultatibus ſpecialibus. Reſtrictio ergo facultatum ſpecialium eorum quæ Legatus non poteſt in vim legationis, dictas facultates odioſas reſtringit duntaxat, non autem refertur ad id quod ſiue dictis faculiatibus poteſt legatus in vim ſimplicis legationis, etiam ſi nullas alias facultates haberet.

9 ¶ Plus dico quòd etiam ſi dubium eſſet de titulo Tiij: tamen tanquam potius ius habens obtinere debet. Conſtat enim non ſolum de non iure dicti monachi: ſed etiam de incapacitate per c. 1. *de conceſſ. præbend.* quia præcurrit beneficium viuentis. Tum & conſequenter degenerat præſumptio falſitatis in prioritate horæ ſuæ poſſeſſionis (vt anteuerteret c. *ſi à ſede. de præben.* in 6.) fabricata. Si enim feſtinauit ante lucem, cur non priùs media luce poſſeſſionem cepiſſet, vt poterat poſtmodie collationis, ſi fieri poſſet: & verum eſſet illum collationem habuiſſe die mortis. Quid quod cum quis vigioti leucis ab vrbe Cat- Areſta. notenſi obiiſſet meridie menſe Iunio, & capitulum Carnotenſe (ad quod ſpectabat collatio) eadem die ſerò contuliſſet Caio, qui recredentiam obtinuit: tamen probata dicta loci diſtantia, tanquam deficiente veriſimili notitia per areſtum ſuprem huius ſenatus, vel plenum poſſeſſorium amiſit curæ Biſet. Idem areſtum de cura ſancti Boui Pariſiis ſita.

10 ¶ Non obſtat quòd vulgò dicunt beneficium conferri poſſe ſub conditione ſi vacat: quia non eſt ita generaliter expedium, vt vulgò putant, nec procedit in electione, vt decidit gl. Ioan. Andr. Philipp. Franc. in cap. *de electione.* in 6. nec vbi requiritur decretum vel ſolemnis deliberatio. Sed generaliter quod neceſſe ſit collatorem priùs ſcire vacationem, & ex qua cauſa cū-

ferat, aliàs collatio nulla ſit, tenet Ioan Igneus in lege 3. §. *verum* nu. 35. ad Syllan. Quod vltimum verum non puto: quia iure non canetur, nec etiam in praxi obſeruatur. Tamen licèt vbi non præterquiritur decretum nec ſolennis deliberatio vt in ſimplici collatione, & hodie ex vſu tecepta etiam nec inſtitutione, quamuis non ſit neceſſe collatorem ſcire an vacet, nec ex qua cauſa vacet: vt tenet Io. Monach. Ioan. Andr. Philip. Franc. Gem. in c. *ſi tibi abſenti. de præbend.* in 6. Lapus alleg. 6. Rota deciſ. 171. not. *quod vbi executor.* in antiquis. tamen neceſſe eſt vitium ambitionis & auaritiæ impetrantis, ſiue ab Ordinario, ſiue à Papa vel Legato coërceri. Nec eſt indulgendum fraudibus & anteuerſionibus eorum qui captant beneficia nondum vacantia, & maximè quando ſubeſſet occaſio inſidiandi vitæ alienæ. Nec meliùs & efficaciùs hæ fraudes amputari poſſunt, quàm facultate & commodo ſublatis. l. 1. in fin. *de fabric.* lib. 11. C. clem. *ne Romani* §. *cæterùm de electione.* & ſic in odium & deteſtationem anteuertentis, nulla eſt collatio, etiam iure communi, cap. 1. *de conceſſ. præbendar.*

Etiam ſi motu proprio.

21 ¶ Ex quibus etiam indubitatum relinquitur hanc regulam procedere etiam in gratia motu proprio Papæ facta: vt tenet do. Gomeſ. hîc quæſt. 2. vbi refert Rota ita iudicaſſe: etiam ſi conſtet de ignorantia & bona fide eullatarij: & bene. Idem in Commendis vt vult Gom. hîc, qu. 4. quod eſt indubitatum: tum per text. reg. ibi *omnes gratiæ.* & ſic nihil excipit, tum per ea quæ diximus in reg. *de pub.* qu. 15. Sed friuola eſt dubitatio quam facit. qu. 7. Papa peregrè agente à Româ vel curia: quia hæc reg. in iure etiam naturali & fraudibus arcendis fundata indiſtinctè procedit.

Quæſt. 3.

22 ¶ Tertio quæro, Titio grauiter ægrotante Pariſius, talſus rumor ſparſus eſt eum vita functum: Caius Romam miſit, & impetrauit per obitum Nonis Aprilis: Titius autem interim Calen. Aprilis deceſſerat, & Ordinarius vel Legatus poſtridie Nonas vel citeriori die Seio contulit. Vter potior? Videtur quòd Caius: Primum enim iure communi fundatus eſt tanquam prior in data. Nec obſtare videtur hæc reg. quia licèt currere cœperit viuente Titio: tamen iuſtam cauſam habuit propter illum tumorem & communem opinionem de obitu, præſertim aliis quoque currentibus: & ſic propter bonam fidem & ioſtam ignorantiam non habebat votum captandæ mortis alienæ, nec aſpirabat ad beneficium viuentis quem mortuum putabat, vt etiam publicè exiſtimabatur. Et ſic ceſſante ratione regulæ præſertim pœnalis, debet ceſſare pœna. l. *adigere* §. *quamuis de iure patronat.*

C. 1. de conſt. præbend. Error defendit.

23 ¶ Tum ſecundò hæc regula iuri communi vnde extracta eſt conformatur: ſed de iure communi pœna & inhabilitas inſurgens ex c. 1. *de conceſſ. prabend.* non habet locum in eo qui probabiliter ignorabat Titium adhuc viuere, & ſic bona fide impetrauit: etiam ſi tempore impetrationis Titius adhuc viuebat, vt declarat Panor. in c. *poſt electionem de conceſſ. prabend.* Et eſt vera eius opinio quicquid dicat Philipp. Decius & Gomeſ. in locis mox allegandis. Si igitur probabilis ignorantia facit ceſſare inhabilitatem & pœnam d. c. 1. & de reg. 20. igitur multò fortiùs faciet ceſſare pœnam huius reg. 28. ex quo tempore impetrationis Titius iam verè obierat, & inter falſum illum tumorem, & tẽpus quo Caius ex iuſta ignorantia currere potuit & datam bullæ, tempus eſt ſufficiens ad veriſimilem notitiam: licèt non ſit ſufficiens computãdo a tempore veri obitus. Hæc etiam reg. non minus extracta eſt in iure communi, quam dicta reg. 20. & ſic eod. modo

Cõtr. Philip. Dec. eum.

tempetan debet. 24 ¶ In contrarium facit quòd Philipp. Decius expreſsè decidit in l. vlt. nu. 17. C. *de patt.* quòd etiam probabilis ignorantia non excuſet à pœna dicti c. 1. Itaque quantumuis ignoranter beneficium viuentis impetrauerit: tamen inhabilis efficiatur ad illud beneficium obtinendum pro illa vice: nec valeat collatio eidem rurſus facta poſt obitũ, quantumuis poſt tempus veriſimilis notitiæ à vero obitu. Et ita dicit ſe præſente iudicatum fuiſſe in Parlamento Delphinali. Et ita etiam expreſsè tenet do. omeſ. in regul. 20. *de impetran. benefic. vivent.* quæſt. 3. ad finem. quamuis enim videatur Decium apertè oppugnare: tamen ſeſe intricat & fixè decidit idem quod Decius. Cum igitur iſte cœpit currere beneficium viuentis ante obitum, non videtur excuſari propter probabilem ignorantiam: ſed videtur etiam factus inhabilis, ſi impetraſſet octaua Aprilis, & ſic intercedente ſpano veriſimilis notitiæ à tempore veri obitus.

25 ¶ Et dato quòd propter probabilem ignorantiam non fieret inhabilis ſecundum veram opinionem Panor. vt dixi, tamen ſaltem non videtur debere conſequi lucrum ex ſua ignorantia contra ius commune: & ſic quod ſua ignorantia non poteſt operari, quòd tempus quo cucurrit in vita defuncti debeat ei prodeſſe, & computari ad conficiendum tempus veriſimilis notitiæ, & ad ſatisfaciendum huic reg. ad fin. acquirendi beneficij: ſed ſatis eſſet, quod attenderatur ad finem excuſandi eum à pœna & inhabilitate: ita vt ſecundùm hanc regulam obtinere poſſet ſi inueniretur prior in data, & poſt tempus veriſimilis notitiæ. Et breuiter hæc veritas per hanc vltimam rationem, & in hac hypotheſi. Vt autem plures caſus & regulas hic occurrentes plenè & deciſiuè ſemel habeas, prolixion diſputatione omiſſa,

Diff. tertia regul. 20. & reg. 28.

26 ¶ Diſtinguendum eſt inter reg. 20. *de impetrand. benefic. vivent.* quæ damnum inhabilitatis infligie, & hanc regulam *de veriſimili notitia*, quæ tantùm auſert lucrum præpropere collationis. Vnde merito quantum ad illam diſtinguendum eſt inter probabilem & iuſtam ignorantiam, quæ excuſat ab illo damno & pœna: & ſupinam vel minus iuſtam ignorantiam, quæ nec a pœna quidem excuſat. Illa enim propriè pœnalis eſt: quia non ſolum reliquit actum nullum (prout de ſe nullus eſt) ſed etiam inhabilem reddit in futurum. Hæc autem regula 28. non propriè pœnalis eſt: quia tantùm annullat actum præpropere, nec propriè infligit damnum: quia non reddit inhabilem in futurum, ſed tantùm auſert lucrum & commodum actus præpropere. Ideo in iſta non diſtinguitur inter iuſtam vel iniuſtam ignorantiam, vel etiam ſcientiam.

27 ¶ Quia incipiens, etiam ſcienter, currere beneficium viuentis, non ſolum ob id ſolum incidit in pœnam c. 2 *de conceſſ. præb.* nec dictam regulam 20. niſi impetrauerit viuente beneficiato: imò etiam ſi eo viuente peruenerit ad ſuperiorem & ſupplicauerit, ſi tamen nondum collationem obtinuerit, nondum incidit in dictam pœnam, nec incidet, niſi collatio ſequatur in vita beneficiati: quia non eſt tore cautum.

28 ¶ Et pœna non debet irrogari; niſi iure exprimatur: gloſ. penult. quam omnes ſequuntur, in c. vlt. in fi. *de iure patronat.* Alex. conſi. 103. nu. 15. vbi in annot. dixi l. 1. Phil. Dec. c. 2. n. 6. *de offic. de leg.* in rubrica col. 1. *extra de iudic.* Pariter pœna infamiæ & inhabilitatis perpetuæ omnium dignitatum, quæ imponitur facienti ſe promoueri ad Epiſcopatum viuentis in c. *audiuimus.* 3. qu. 2. non debet ad minorem caſum extendi. Verũ dico quod ſcienter ſupplicans beneficium viuentis: quanquam ex eo ſolo non fiat ipſo iure inhabilis: tamen efficitur indignus. Ita vt prouiſio ſequens ei hoc tacito a Papa vel Legato facta ſubreptitia ſit per ea quæ dixi in regul. *de infirmis reſignan.* nu. 391. & infra nu. 21. 29 ¶ Si quis tamen non impetrauit, ſed ſine collatione de facto occupauit beneficium viuentis, tunc omnino incidit in eam pœnam inhabilitatis & intruſionis: & hoc indiſtinctè, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam habuerit cauſam ignorantiæ. Tum quia plus eſt de facto occupare, quàm tantùm verbalè & literalem collationẽ obtinere, nec debet melioris eſſe cõditionis occupans beneficiũ viuẽtis ſine titulo,

quàm cum titulo c. *cum qui de præb.* in ſex.imò deteA & qualitate temporis & itioerum: vt per Gomeſium
rioris: quia plus delinquit. Tum cum det operam rei hic quæſt. 5.
illicitæ, non poteſt, ſi qua ſit, niſi iniuſta, fucata, vel 34 ¶ Et ſic non habet hic locum, nec requiritur id
affectata eſſe ignorantia: & omnino imputatur ei, quod habetur io clementina vnica in fine *de conceſſione præbendarũ*. quia illud reſpicit & factũ eſt in fauo-
quicquid inde ſequitur. c. *continebatur. de homicid.* rem Ordinariorum: vt eis non incipiat currere tem-
10 ¶ Sed quid ſi non ſolùm impetrauit, ſed etiam pus Lateranenſis concilij, antequam vacatio nota ſit
de facto occupauit beneficium viuentis? Reſpon. ſi in loco beneficij: & ſic non retorquetur io eorum
ex iuſta ignorantia non ſolùm in impetrãdo, ſed etiam odium, quin interim conferre poſſint, etiam ſi occulta
in occupando continuata, ceſſat pœna, puta ſi beneſit vacatio, dummodò vacatio peruenire potuerit ad
ficiatus erat abſens, & ex iuſtis & probabilibus cauſis notitiam & conſequenter idem indulgerut Papæ vel
publicè habebatur pro mortuo in loco beneficij. Se- Legato, quamuis æquum eſſet præuentiones eorum
cus ſi in occupatione noo perſeueret, ſed deficiat, vel reſtringi poſt notitiam: de qua in dicta elementina
minus iuſta cauſa ſit ignorantiæ: quia tocidet in pœ- vnica. Quod autem dixi ſtatim ab obitu etiam occulto
nam d. c.t. & de regul. 20. quantumuis tempore im- currere tempus veriſimilis notitiæ,
petrationis iuſtam ignorantiam habuerit.

Hypotheſis. 21 ¶ Nunc applicando ad praxim, accipe hypotheſim. Titius multa fortè habens beneficia menſe Mar- B 25 ¶ Limito, niſi mors fraudulenter occultata fuerit: quia tunc reſpectu Papæ vel Legati tempus occultationis deduci debet de tempore veriſimilis notitiæ: & valebit collatio interim facta per Ordinarium, qui noo impeditur per dictam occultationem, ſed benè conſeruat aduerſus præuentiones Papæ vel Legati, & ſic potior erit collatio Ordinarij ſiue prior, ſiue poſterior ſit in data, non autem præuentio Papæ vel Legati, niſi duobus eoncurrentibus. Primò, quòd ſit prior io data. Secundò, quòd ſit poſt tempus veriſimilis notitiæ, incipieodo à publica ſepultura vel alia publicatione obitus in caſum fraudulentæ occultaoonis, ſiue illa occultatio facta ſit induſtria vel eonſcientia impetrantis, ſiue etiam eo prorſus ignorante, ſed per eius patrem, vel eoniunctos, vel alios eius gerentes negotium, vt ſolenni huius Senatus Ateſto pro- C Areſtum.
quam veram eſſe contra Philip. Dec. & Gomeſ. propugnant. Contra dicendum eſt: quia talis ignorantia nuntiatum fuit viceſima tertia Febtuarij, anno ſeſſuper rumore alibi quàm vbi defunctus ægrotabat & quimilleſimo viceſimoquinto, cuius exemplar habemortuus eſt, exiſtente, oon eſt iuſta, ſed culpabilis. beo, ſuper præbenda Caſtri Heraldi, per obitum GuNon enim debebat Caius credere rumori aliunde lielmi Abriou in vrbe Pictauienſi, die ſexta Nouembris aduecto, qui ſæpe falſus eſſe ſoler, ſed priùs curare & 1517. cuius frater corpus ſalit & occultè ſeruari explorare debebat an ita verum eſſet, vel poblicè te- fecerat, vt filio ſuo Romæ beneficium impetraret, vt neretur in loco infirmitatis vel mortis. dixi in conſuetud. Panſienſ. §. 37. glo. 10. nu. 35. Idem
22 ¶ Sed quid ſi idem rumor erat Pariſiis? Reſpon. dico per quemcunque fuerit facta illa occultatio: aut ortus ex cauſis incertis ſeu leuibus aut dubiis, & quia quantumuis per extrancum & ad alium finem non excuſat etiam à pœna dicti cap.t. & regu. 20. ſed facta ſit: tamen ex quo de ſtudioſa occultatione & benè ſi erat ex cauſis iuſtis & certis, priùs, ſi Titius & aſſeruatione cadaueris conſtat, tempus veriſimilis curabatur in Xenodochio cum aliis infirmis forſan notitiæ non incipiet niſi poſt publicationem obitus peſtifero ſeu periculoſo morbo, & illine decimo vel factam in loco. 20 ¶ Sed ſi is qui impetrauit, vel ſui, nono Calendas Aprilis eleuatum eſt cadauer euiuſ- D aut gerentes negotium pro eo, huiuſmodi occultationem fecerint vel fieri curauerint, non valebit collaDam eiuſdem profeſſionis & nominis, & putabatur tio Papæ vel Legati, ſed ipſo iure nulla erit iodiſtinſſe ille Titius: & ita publicè creditum ſit Pariſiis. ctè, etiam ſi poſt tempus veriſimilis ootitiæ à die pubTunc hæc demum vel ſimilis iuſta eſt & probabilis licati obitus facta ſit, oec alius præuenerit: idque ignorantia, & quæ à pœna dicti cap.t. excuſat: & ſic non ſolùm quatenus ad omne poſſeſſorium, vt conſtivalebit tunc noua impetratio Cuio etiam ſine vlla tutione Regia cautum eſt anno 1536. artic. 56. ſed etiam diſpenſatione vel habilitatiooe: modò non ſit legiquantùm ad titulum & peritonum propter obtetimè præuentus ab alio. ptionem, ex eo quod non erat facta mentio dictæ oc-
23 ¶ Ex his inter alia habes fixam concluſionem cultationis factæ per impetrantem vel ſuos, ſibi veriquòd tempus huius regulæ nonquàm incipit niſi ab ſimiliter gerentes hoc negotium: alioquin ſi conſtet ipſo obitu, nec vnquam præcorrere poteſt, etiam ex quòd per peninſ extraneum, ad alium finem, ceſſafama quantumuis publica & ex iuſtiſſimis cauſis orta. bit ſubreptio reſpectu huius impetrantis: & ſic valere Et ſic licèt iuſta ignorantia proſit ad exeuſandum à poterit tam in petitotio quàm in poſſeſſorio, dumpœna dicti cap. primi, & dictæ regulæ 20. non ta- modò à tempore publicati obitus in loco intercedat men prodeſt ad eonualidandam collaoonem præ- E tempus veriſimilis notitiæ.
properam: quia illic damnum, hic vero lucrum vetſatur. Tum hæc regula non aliud conſiderat, quàm 27 ¶ Sciendum autem quòd apud nos tempus veri- Tempus curtempus ab ipſo obitu vſque ad collationem, & in eo ſimilis notitiæ ab hac Pariſiorum vrbe Romam, provt forum à Pari(vt aiunt) pedes figit: & ſic noo debet vltrà citrà ve per curſores malè reſpecto Papæ vſurpatum, non eſt ſiis Romam. transgredi: vt notat gloſſa penultima in fin. in l. *ſi non* minùs quàm ſeptem dierum: & adhuc in tempore *fuerint. pro ſocio*: Cæpola io tractatu *de ſimulat. con-* æſtiuo quo viæ ſunt faciles. Et memini me probatum *tract.* in 2. *præſumpt.* col. 4. Vnde oon refert quantùm vidiſſe per depoſitionem quatuor teſtium expertorum ad hanc regul. 28. an obitus fuerit pnblicus vel occul- ante quadraginta annos factam, quòd à Pariſiis Rotus, in loco mortis vel alibi: modò verè deceſſerit: mam ſunt trecentæ leucæ, & ſex dies curſorum ad miquia ſatis eſt quòd ab aliquo vel ſecreto ſciri potuit, & nus. Sed vt dixi, nos exigimus ſeptem dies ad minos quod inter obitum & collationem ſit tempus ſuffi- tempore æſtiuo & eommodo; tempore verò hyberno ciens, ad notificandum vel accedendum collatori, aut difficili, plures dies pro qualitate temporis, vt ſiue per terram, ſiue per mare, inſpecta diſpoſitione pluribus areſtis hoius Curiæ iudicatum fuit, ab He-

quamuis enim ab Heduo vſque Lugdunum non computantur niſi triginta leucæ, tamen illæ ſunt Burgundicæ & magnæ: nec ab Heduo Lugdunum diſpoſiti ſunt curſores, deinde Lugduno ſubſiſtendum donec cum trapeſitis & curſoribus negotiatum & conuentum ſit.

28 ¶ In Legato autem non admittitur apud nos veriſimilis nouitia per curſores: ſed nec adhuc per nuntios expeditos. Nec etiam exigitur ſpatium quo delicati vel impediti incedunt, ſed medium tempus, videlicet inxta mediocres & ſolitas dietas, quas mercatores & negotiatores conficere ſolent, putà quindecim leucarum in die, ſed paruarum, quales ſunt circa Pariſienſem & Aurelianenſem vrbem: & ita ſæpe in hoc Senatu moderatum eſt & indicatum, ne alioquin Ordinarij prorſus eludantur, & ſemper prævenientur per Legatos.

29 ¶ Verum eſt quod hoc anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo octauo multi è primoribus togati noſtri ordinis contrarium cenſent, & de facto conſulunt hunc Legatum poſſe prævenire per curſores, & ita nunc practicari, & ita bis fuiſſe areſto iudicatum. Quia, inquiunt, habet ius præueniendi, nec inferiorum eſt limitare: Ergo ſatis eſt quod velociſſimo curſu multis pernicibus equis defatigatis ea die & hora qua conceſſit, adiri potuerit. Ego verò dico hoc tum te, tum exemplo pernicioſum eſſe: eſt enim aperire viam paruis datis, ne dicam falſitatibus artificioſis hoc enim admiſſo factores & inſtitores huius negotationis omnia beneficia regni habebunt in numerato, & omnium ægrotantium beneficia nundinabunt, & addicent plus offerenti de data qua per velociſſimum curſorem contingere potuerit ad Legatum peruenieſſe, etiam ſi nec ille priùs ſciuerit, nec citius cucurrerit, vt experientia docet quòd ſæpe poſterius venientem (quia plus numerat) præferunt. Et ſic non ſolùm ferè ſemper conninget ordinario præueniri, nec vllum ſpatium illis relinqui.

Simoniaci Galli. 30 ¶ Sed etiam ſimoniacam hæreſim multiplicari, qua etiam olim Gallia nimium diffamata fuit, *c. ſiritur ſimoniaca hæreſis, ibi in regni veſtri partibus dominari.* 1. q. 1. Gregorius magnus ſcribens Regibus Francorum lib. 7. Epiſt. 114. & lib. 4. Epiſt. 52. beneficia verò Eccleſiaſtica contra intentionem fundatorum, contra præcepta Dei contra ſacros canones, contra ſanctiones pragmaticas Regum, indignis addici, nimis copioſa ſeges appellandi ab his abuſibus, nec minus fœlix ſtante iudicibus zelo diſciplinæ.

31 ¶ Tum Legato non plus contra libertatem Ordinariorum licere debet, quam Papæ contra cuius præuentiones Ordinarij regni circitet vnius hebdomadæ ſpatium habent: Ergo contra Legatum ſaltem communium dierum ſpatium habere debēt. Itaque non obſtantibus prætenſis quibuſdā nouis areſtis, (ſuperuenerunt enim multi inexperti veteris ſtili & moris ignari) ſto in ſententia cum veteribus melioribus areſtis, & ita de facto reſpōdi in hac ſpecie, dum patroni Hypotheſis. ehus obiiſſet Rhemis merid ie, & Legatus Pariſiis eadē die ſerò contuliſſet, quo peruenire non potuiſſet, niſi per ocyſſimos veredos ſubinde mutatos & repertos. Reſpondi collationem à vicario Archiepiſcopi poſtridie Rhemis factam, validam & canonicam eſſe: collationem verò Legati minus canonicam, ne dicam vitiis prædictis ſuſpectam præſertim cum à Rhemis Pariſios nō ſint curſores diſpoſiti: & ſcio quòd hæc eſt veritas, & æquitas, & ita olim & non diu iudicabatur. Monui tamen clientulo cauendum in quos iudices incideret.

Qui 4. Tibem trapezitam 32 ¶ Circa prædicta quarto quæro de q. quam vidi in facto: Titius a grauiter ægrotante Pariſius procuratorium ad in ſui fauorem reſignandū pingue beneficium erufcatus, eſt Philippo Didato unſigne trapezita conuenit de expeditione conficienda Romæ, & promiſit 360. libras pro mero curſu, & 130. libras prorogauit

A Philipp. qui coram duobus tabellionibus prætutæ Pariſienſis nona Nouemb. 1557. ſe obligauit, vt infra duodecim dies (die contractus non computato) fieret expeditio Romæ cum effectu: tamen non fecit niſi die 14. Nouembris, ſed interim die viceſima eiuſdem meſis reſignans obiit, & Ordinarius prouidit, & ſic Titius beneficium amiſit & cōtra trapezitam agit ad damna & intereſſe: hinc quæſtio duplex oritur, An trapezites ad intereſſe teneatur? Et in quantum teneatur? Ad primam, videbatur non teneri etiam ſi biduo poſt tempus conuentum admitti fecerit, quia eo tempore iter Mediolanum clauſum erat propter bellum, nec hebebat Gallis Romam proficiſci niſi per Rhętos, ita quod tam propter illud bellum, quam propter hyemem tempus veriſimilis nouitæ vel curſorum à Pariſiis B Romam non reputabatur minus duodecim diebus, etiam ſi tunc temporis inuentus fuerit qui die vndecima confecerit, quod, vt tatiſſimum, non eſt in conſideratione l. *nam ad ea. de legib.* Cùm ergo duodecim dies eſſent extremum maioris celeritatis, non debet extremum maius attendi, ſed mediocre, videlicet quatuordecim dierum. Vltimò trapezites cauſificabatur ducem Nemorcenſem eo tempore veredos & curſores omnes arripuiſſe Lugduni.

33 ¶ Quibus non obſtantibus reſpondi trapezitam teneri ad intereſſe: quia de die duodecima conuentum fuit: Cum ergo biduo tardauerit, non impleuit & obligatio ad intereſſe ſucceſſit, l. *ſi quis ab alio.* in fi. *de re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verbor. oblig.* præſertim cum conſtet teſignantem vixiſſe vſque ad C vltimum conuentionis diem, & quod ſi ſaltem die vltima nempe duodecima peruenisſet curſor, admiſſa fuiſſet teſignatio & Titius beneficium lucratus: quia non ſtetit per aliqua impedimenta ex parte Papæ vel curiæ Romanæ: Nec obſtat vltima cauſificatio trapezitæ, quia duce Nemorcenſi veredos Ordinarios rapiente, debebat trapezites alium equum emere, ſeu eis ſi contigiſſet itinera claudi etiam per Venetorum & Ferrariæ ditionem. Ad ſecundam, videbatur ſoldum intereſſe deberi, hoc eſt etiam citra moderationem dupli, cum caſus ſit incertus, igitur l. *vnic. C. de ſentent.* quæ pro eo quod interl.

Æſtimatio beneficiorū. 34 ¶ Verùm dico primò quòd etiam caſibus incertis analogia quadam certorum moderati debet intereſſe incertorum caſuum, ad id quod veriſimiliter prædeberi poterat, vt nonè dixi in extricatione labyrinthi, D *de eo quod intereſt.* num. 60. cum ſeq. Secundo dico quòd beneficium iſtud annuum non debet æſtimari tanquam ius quæſitum ablatum: ſed tanquam ius quærendum incertum. Tertio dico, quòd non debet æſtimari, vt proprietas, ſed vt ſimplex vſusfructus. Quartò dico, quod deduci debeut omnia onera tam reſidentium quam miniſterij & naturâ & qualitate beneficij debita. Quanquam enim vulgo ſolent æſtimari quantum, vt vulgo dicunt valent in portatis, id eſt quantum de facto ſummo conductori addici queunt, non debet abuſus ille attendi, ſed duntaxat id quod de iure fieri debet: Aliud eſt poſſe rapere & iniquum lucrum facere, quod nunquam eſt in conſideratione l. *generaliter de vſur.* aliud non debere lucrari, E niſi perſolutis omnibus tam diuino quàm humano iure debitis; Quinto dico quòd cum in beneficiis & tedditibus eccleſiaſticis quidquid ſupereſt, ſit pauperum 12. q. 1. per totum, non, vt hodie dicuor, quidquid luxui ſupereſt. Cùm autem luxus nunquam expleatur, & ſic, nihil vnquam ſuperfit, nihilū pauper eſſet. Sed vt canon Apoſtolicus ait. nihil habentes, niſi victum & veſtitum, his contenti ſimus, 1. Timor. 6. & 12. q. 1. c. *ex hoc. epiſcopus.* ſequitur ſola alimenta æſtimanda.

35 ¶ Non autem in ratione eius quod intereſt redirus omnes opulenn beneficij venire, niſi de dolo trapezitæ conſtaret qui cum alio de eodem beneficio mercatus eſſet & à pluribus de eadem re mercedē acciperet.

Tunc enim etiam corporaliter puniendus eſſet, & vt in delictis quidquid intereſt veniter per ea quę ſcripſit in extricatio. labyrint. *de eo quod intereſt.* qu. 9. quod ſi pœna adiecta fuiſſet, ſtandum eſt pacto, niſi quaterus ſupra modum pœna eſſet exceſſiua, & conſtaret trapezitam non fuiſſe in dolo, per ea quæ ſcripſi in dicta extricatio. labyrint. *de eo quod intereſt.* quæ x. adde edict. *contra paruas dictas.* §. 7. & §. 8. vbi gl. vlt. dixi.

Quæſt. 1 de reſignatario.

36 ¶ Quintò quæro, an hæc regula *veriſimilis notitiæ*, locum habeat in eo qui mandatum ferebat ad reſignandum? Videtur quòd non. Primò, quaſi ceſſet fraus & ſuſpicio inſidiandi vitæ alienæ, ex quo ob aliam cauſam currebat vel mittebat Romam: tum ſecundò, ex quo recepto tali mandato habet iuſtam cauſam mittendi Romam impetratum ex cauſa reſignationis antequàm reſignatio facta ſit. Ita videtur habere iuſtam cauſam mittendi impetratum cum clauſulis aſſuens, *etiam ſi per obitum vel quouiſmodo & ex cuiuſcunque perſona*: & ſic ſi fortè reſignans antequàm curſor auolauerit Romam præmoritus ſit, nihil eſt quod imputetur impetranti, qui nullo odio dignus videtur. Tertiò, quia ita dudum receptum eſt, & notoriè, & inconcuſsè practicatur, non ſolùm in hoc noſtro Senatu, ſed etiam in toto hoc regno, etiam ſi eadem die reſignans deceſſerit, etiam ſi eadem die Ordinarius prouidiſſet: niſi conſter de prioritate horæ, vel niſi collatarius Ordinarij prior ſit in poſſeſſione, iuxta c. *ſi à ſede. de præbend.* in ſexto. Igitur minimè mutanda ſunt quæ certam interpretationem ſemper habuerunt. l. *minimè de legibus.*

37 ¶ In contrarium arguitur. Primò, quia verba regulæ generalia ſunt, & indiſtinctè præciſèque ſtatuit præuentionem Papæ non valere per obitum, niſi mediante tempore veriſimilis notitiæ. Sed cùm reſignans pridie reſignationis admiſſæ deceſſent, non poteſt valere præuentio Papæ, tùm ex capite vacationis & collationis per obitum, ergo non valet niſi tantum tempus interfluxerit, quo notitia vacationis per obitum a die obitus veriſimiliter ad Papam peruenire potuerit. Secundò quia regula nõ ſolùm generaliter & indiſtinctè: ſed etiam vniuerſaliter loquitur ibi, *omnes gratiæ*, ergo indiſtinctè locũ habere debet: aliàs falſificata in vno, in omnibus falſa redderetur. l. *ſi is qui ducẽta.* § *verum. de rebus dubijs.* Tum qui omnia dicit, nihil excludit. l. *Iulianus.* in principio. *de legatis.* 3. gloſſa vltima in c. *ſolitæ. de maioritate. & obedientia.* Franciſc. Curtius Iunior, l. 2. n. 50. *de iuriſdictione omnium iudicum.* Tum verba etiam tantum generalia, generaliter operantur. *l. regula.* 5. ff. *de iuris & facti ignorantia. l.* 1. §. *cùm verbem. de offic. præfect. vrban. l.* 1. §. *generaliter. de legat. præſtan. l. pluribus de acceptilat.* etiam in materia odioſa. Angel. in l vltim. *de conſtit. principum.* Ant. Butrius, c. *olim de verb. ſignif.* Franciſcus Acet. l. *cum lege.* per illum textum *de teſtamentis.* Calderin. conſ. 1. *de conſanguinitate & affinitate.* Philip. Decius, c. *ſedis.* col. 2. *de reſcriptis*, conſilio 5. ad finem. Imò etiam in odioſis & pœnalibus ſimul gloſ. vlt. in c. *contra Chriſtianos. de hæreticis*, ſexto. Imol. authen. *ex teſtamento* & ibi Alex. col. 3. C. *de collationibus.* Ludouic. Gozad. conſil. 19. nu. 17. Quantò magis in fauorabilibus, vt hîc?

38 ¶ Eriã ſi maior ſit ratio in vno caſu quàm in alio. l. 1. §. *quod autem de aleator. l. in fi. aud.* in fi. *de teſtamentis militari.* Philipp. Decius in rubrica lect. 2. col. 3. vbi in annota. tetigi, *ſi certum petatur.* & in c. *cum ſit Romana.* col. 4. *de appellat.* quantò magis ſi eũã verba ſint vniuerſalia, vt hîc, ibi *omnes gratiæ*, & ibi *narrumcũque perſonarum* quæ formam ſunt generalibus. Philipp. Decius. l. 1. *de reg.* conſ. 349. col. fi. text. in d. l. *Iulianus.* in princ. *de leg.* 3. vbi longè minor eſt ratio & veriſimilitudo legendi rem alienam, §. *non ſolum inſtit. de legat.* & tamen propter verbum *omne.* etiam pars aliena includitur: imò verba vniuerſalia etiam ad caſus imptoptios extenduntur: Ludouic. Romanus, l. *id tempus.* §. 1. *de vſucapionib.* Hyp. Marſilius, l. *vniuſ.* §. *cognaturum* col. 4. *de quæſtionib.* Alciat. l. *mouentium. de verbor. ſignificat.* Andr. Tiraquel. tract. *retractatum proximitatis.* §. 1. gloſ. 7. nu. 20. cum ſeq. Sed hîc nulla interpretatione opus eſt: ſed verba æquè conueniunt in caſo quæſt. noſtræ ſicut io quouis alio. Imò hèrè vno reſpectu maior videatur ratio in hoc caſu, quàm in alijs, vt in prin. quæſtionis: tamen multis alijs reſpectibus non ſolùm par, ſed maior etiam eſt ratio huius abuſum tollendi, vt mox dicetur.

39 ¶ Tertiò principaliter, quia mens & ratio finalis huius regulæ eſt, non ſolum ambitioſorum præcurrentium conatus reſtringere, ſed etiam Ordinarium cõſulere, & aliquod ſpatium ad conferendum relinquere. Potrò licet io quæſt. noſtra prior ratio ceſſare videatur, ſed imperitis aut malè affectis, & ad pauca aduertentibus: tamen dato quòd omnino ceſſet, non tamen ceſſat ſecunda ratio: & ſit ſemper locus eſt diſpoſitionis huius regulæ. Quoties enim plures ſunt rationes legis, vna ceſſante non ceſſat effectus. l. *ſinoſ lex Ælia Sentia.* & ibi Bar. *de hær. d. inſtituen. §. affinitatis.* inſtit. *de vnpt. d. liberorum §. notantur.* & ibi Bart. D. *de his qui notant. infamia. l. ſi ventri §. in bonis.* & ibi Franciſc. Ripa, *de priuil. creditorum. etiam ſi prinlegium.* Imola, Card. Flor. c. *ex parte. de cleric. coniugat.* quantò magis in regula æquiſſima, & à iure communi extracta? Et ſic non obſtat primum, nec etiam ſecundum pto negatiua allegatum.

Duo fuer reg.

40 ¶ Ad tertium, verum eſt ita hactenus receptum eſſe ſed per errorem provt pleraque errore ghicente ſenſim irrepſerunt. Primum enim, & nondum quadringenti anni, tantum aberat vt Papa præuenire auderet, & diœceſanorum iuriſdictionem turbare contra cap. *peruenit.* in fi. 11. quæſt. vt tantùm preces & literas rogatorias, deinde monitorias ad alios Epiſcopos, vt confratres, dirigeret: c. ex iuſſinuatione. ibi *ſi nullæ monitoriæ ſuper hoc præceſſerunt*, & ibi Panor *de reſcriptis.* Panor. in c. *conſtitutus* notab. 1. eo. ritu. Ioan. Staphilæus de literis gratiæ in prælud. poſtea præceptiuas. Sed primum non in gratiam, verùm ex cauſa probabili, & præcedente culpa eius cui præciebatur: vt eſt caſus in cap. *inter cætera* (quæ eſt decreta Innoc. III.) ibi *ſupradicto Epiſcopo dedimus in præceptis. extra de præbendis.* Mox etiam in gratiam, tam rogatoriæ quàm præceptiuæ, vt eſt caſus in cap. *dilectum* 3. (quæ eſt decreta Honorij III. ſucceſſoris de Inno. III. ibi *preces direximus & præcepta de præb.* tandem paulatim non ſolùm monitoriæ, ſed etiam præceptoriæ (vt vocant) literæ deſierunt eſſe in vſu, & remanſerunt ſolæ executoriæ.

Irreptio præſentionum. Literæ rogatoriæ. Monitoriæ. Præceptiæ.

41 ¶ Tantum enim abeſt, & iam aliquot nouiſſimis ſæculis abfuit vt Papa dignetur monere, & multò minus rogare veteres confratres Epiſcopos, vt nec dignetur eos per literas præceptorias voluntatis ſuæ comminiſtros efficere, ſed ipſe velut Deus per ſe ipſum ſolum, gratias omnes inchoat & perficit. Quòd ſi quid Epiſcopis aut Ordinariis dirigit, minimè agnoſcit eos vt cuopetatorios, nec alloquitur eos niſi tanquam nudos & meros executores actus a ſe perfecti, donec reſignationibus per decreta conciliaria in hoc regno ſublaris reductæ ſint præceptoriæ in vſum quoad quid, videlicet quoad illa mandata limitata quæ in hoc Regno primùm per conuentum Bituricenſem menſe Iulio, aono 1438. deinde per concordata anno 1518. cœperunt fieri ſub forma literarum præceptoriarum: de qua in c. *mandatum* cum duobus ſequentibus, *extra de reſcript* & in pragmatitulo *de collatio.* §. *item vonſt. dicta congregatio. & in concord.* titulo *de mandat.*

Collatorias.

42 ¶ Et hinc eſt ratio cur Papa non expedit bullas huiuſmodi mandatorum limitatorum, ſiue principales, ſiue executorias, niſi ſub chorda canabis quaſi vtraque rigoroſa ſit, eò quòd illi mera libertas age-

di provt vult, in his relinquitur. Sed ad veterem præceptoriarum formam per dictam pragmaticam & coocordata redigitur, & cogitur saltem primo loco Ordinarios cooperatores agnoscere eisque vt gratiam conferant, mandate vel præcipere. Cæterùm omnes alias suas gratias quas plena libertate plenóque suo iure & officio perficit, nec Ordinarios (nisi fortè ad calcem vt meros executores) alloquitur, sericis filis alligat. quòd enim quidam scribunt ideo dicta mandata chorda canabis ligari, quia sunt literæ iustitiæ, nimis imperitum & erroneum est, tantum enim abest vt sint rescripta iustitiæ, vt sint contra iustitiam iuris communis, à quo damnata sunt: cap. *detestanda. de concess. præb.* in 6. sunt enim meræ grauæ expectatiuæ ad vacatura, meræ luctatiuæ & odiosæ. Quod ergo vt literæ rigorosæ canabi ligentur, est quia Papa rigotem sibi fieri & vinculum iniici testatur, & ægrè fert ex eo quod sibi passim & liberè his damnatis expectatiuis vti non permittitur, sed ad certos casus certámque formam adigitur. Verum nuper quidam mercator Parisiensis aliam non illepidam rationem mihi dedit, quemadmodum inquit nos maioris pretij pannos sericis, viliores verò canabeis filis obligamus.

43 ¶ Cæterùm à plus trecentis annis vsque adeo sese effudit ambitio, vt non solùm Papa cum omnibus Ordinariis quomodocunque & quandocunque (contra sanctum illud Gregorij magni decretum in cap. *cæt.* 99. distinct. & in c. *mandata de præsump.*) concurreret: sed etiam præcurrerer anticipaudo, suæque soli dispositioni reseruando, per infinitas & particulares, & generales, & subordinatas reseruationes. Quòd si fors quoddam beneficium à reseruatione liberum esset, & Ordinariæ dispositioni relictum, vt hanc quoque fundarent impuri & ambitiosi homines, qui ob indignitatem suam nihil sperabant ab Ordinariis, morientium obitum (ad Papam currendo) anteuertebant, & Ordinarios supplantabant. Quem abusum etiam erubuit Balthasar ille Cossa, tametsi sceleratissimus, & atrocium quàm Ecclesiasticæ disciplinæ peritior, quippe qui teste Platina, grandi pecunia coacta, & armatis militibus tum in vrbe tum in agris collocatis, violenter in Romanum pontificem (quò semper aspirauerat) sese eligi fecit, omniáque beneficia etiam Episcopatus indistinctim vendidit, & conciliabulum aduersus imminens Constantiense Romæ celebrans in prima & secunda sessione à fetali bubone palam diréque infestatus fuit, vt scribit Nicola. de Clamangiis in 2. disputa. super materia concilij ad finem. Tandem tanta scelerum multitudine obrutus, vt quadraginta & amplius contra eum probata sint in concilio Constantiensi, Pontificatu eiectus, sententiam in se latam (vt scribit Plati.) comprobauit. Is tamen vltimo Pontificatus sui anno iam ad dictum concilium citatus hanc regulam edidit, quam Marti. 5. & omnes posteà comprobarunt, vt refert Gomes. hîc in prin.

Ioan. 23.

Bubo venit ad concilium Papæ.

44 ¶ Quanquam autem per sacrum concilium Basiliense, 9. Cal. Februarij anno 1438. incipiendo à natiuitate Domini, sess. 31. in qua etiam Eugenius 4. suspensus fuit, abrogatæ sint omnes reseruationum species, exceptis in corpore iuris clausis duntaxat, & eodem anno in concessu Bituricensi decretum fuerit prosequi apud præfatum sacrum concilium, vt Papæ Legatorúmque suorum præuentiones abrogarentur & interdicerentur, durante tempore concilij Lateranensis, scilicet semestris, de quo in c. *nulla de concess. præbend.* ita vt Papa vel Legatus, tempus illud conciare præuenire non posset, sed solum post illud lapsum, quod tam æquissimum est quàm iustissimum, tamen efficaciter prosecutum non fuit, sed concilium armis redemptorum à Papa Ro. ptils dissipatum fuit, quàm id obtineri potuerit.

45 ¶ Cæterum inirio vsurpatarum præuentionum, non solebant fieri nisi per dietas ordinarias, & de certo expresso modo vacandi: vt in c. *suscepturn de rescript.* in 6. & valdè abominandum, & exempli pernicioſi erat scelerius currenti beneficium Ecclesiasticum dare. Sed tandem disciplina iu peius mandrabuli more prolabente, cœpit Papa etuam per celerrimos cursores, & ex quocunque cuiuscunque personæ incerto & fortuito genere vacandi, prævenire & anteuertere, quod tam odiosum quam inordinatum est, vt inquit rexr. in d. c. *peruenit.* m fin. rs. qn. 1. & multorum inconuenientium causa, vt dixi in reg. *de infirmis* num. 40.

46 ¶ Dum ergo curritur Romam ob resignationem in fauorem, Primò fit fraus canonibus de successione in beneficiis prohibita. Secundò fit fraus ordinariæ potestati, vt diximus iu reg. *de infirmis*, uum. 36. Sed dum additur clausula generalis *etiam si per obitum & alias quotiscunque & ex cuiuscunque persona vacet*, augetur fraus & sic uouum grauamen Ordinariis præripiendo, eis non solùm tempus Lateranensis concilij dudum præceptum, non solùm tempus maturè deliberandi priusquàm manus imponant, quod est de iure diuino & antiquis canonibus debitum, sed etiam tempus naturæ, nempe verisimilis notitiæ, hoc igitur vltimum magno errore inoleuit. Si enim bona fide mittens Romam, falsò sed iusto putatiuæ mortis rumore deceptus, non eximitur ab hac reg. sed nulla est impetratio, etiam si pridie collationis defunctus verè decesserat, vel etiam ante plures dies, non tamen ad verisimilem post verum obitum notiam sufficientes, vt probauimus in qu. præcedenti. quantò minus eximi debet resignatarius in fauorem? Siquidem ille nulla simonia laborat, nulla dispensatione indiger, nihil contra canones vel ius commune molitur, nisi quòd pnuæ Ordinarium beneficio concilij Lateranensis. Iste verò non solùm tollit beneficium concilij Lateranensis, sed etuam per ascensum ab antiquis canonibus de simonia damnatum & vetitum irrumpit, per ea quæ diximus in reg. *de infirmis.* uum. 101. 185.

47 ¶ Tertio fraudat canones, successionem iu beneficus prohibentes, per not. in d. reg. Quartò eget odiosa & restringenda dispensatione, contra vtramque censuram dictorum canonum. Cum igitur hîc tot inconuenientia simul concurrant, & canones multipliciter vulnerentur, & dispensatio dispensationi iu effectu addatur, liquet quòd non minor, sed etiam maior est ratio censutam huius reg. adhibendi & obseruandi hoc casu, quàm in illo vel alio. Tum alioquin vltra quatuor illa inconuenientia, duo alia adderentur, videlicet quantum, quo etiam spatium iura diuino ordinatum & præscriptum, ne citò manus imponatur, tolleretur Ordinariis. Sextò etiam tempus & spatium naturæ. Nullo igitur iure, nulla iusta, diuina aut canonica ratione, hæc erronea praxis inoleuit, sed fascino illo, de quo in c. *auaritiæ de electio.* in 6.

48 ¶ Adhuc ex eo errore (vt semel admissus velut cancer serpit) grauior nonnunquam oritur. Sæpa enim contingit mandata ad resignandum extorqueri vel falso fabricati præsertim ab infirmis vel moribundis, & tamen, prætextu talis mandati impetrantem etiam à necessaria naturalique huius regul. censora eximi, & huius erroris allectamento, malos & audaces ad eas suggestiones vel falsitates prouocari, quas post obitum quisnam accusabit aut probabit? cessante verò suggestione vel falsitate, sæpe vsuenit mandata reuocari: Et nihilominus eundem resignatarium ex eodem errore occasionem accipere insidiandi, & præcurrendæ captandæque mortis sine metu huius reg. prætextu dicti mandati, cu us solennem reuocationem & notificationem quis facile post obitum probabit? Hic ergo error non solùm multa secum habet

perpetua inconuenientia, ſed etiam ad grauiora A prouocat.

49 ¶ Quid? quòd pro hac parte affirmatiua, videlicet locum eſſe indiſtinctè huic regulæ etiam dato mandato ad reſignandum, iudicatum eſt ſolenniter in Rota Romana, non ſemel tantùm, ſed ter, & poſt longam contentionem, videlicet primo, tempore Iulij II. & rurſus tempore Pauli III. & rurſus tertiò, vt refert do. Gom. hic qnæſt. 3. qui etiam recenſitis opinionibus eorum qui glo. pragma. & negatiuam ſequuntur, dicit illis non obſtantibus hanc affirmatiuam veriorem eſſe. Et quamuis ad finem vacillet, tamen nihil validum in contrarium adducit: ſed in tam frigidam, & vel de induſtria, vel errore ſcriptoris obſcuram diſtinctionem delabitur, vt mens eius colligi non poſſit. Refert tamen ita conſultum fuiſſe tempore Sixti IV. & ſic ante Innoc. VIII. per quendam doctum aduocatum Rotæ hac ratione, quia hæc reg. reſpectum habet ad vacationem per obitum duntaxat, & non ad formam impetrationis. Cùm igitur de obitu indefinitiuè loquatur, comprehendit omnem modum, per quem quis ex vacatione per obitum nititur, ſiue principaliter & directè, ſiue per clauſulam *quouismodo*. Et hæc certè ratio κατ' ἐνέργειαν, & τῶν δυνάμεων non minùs breuis & arguta, quam concludens eſt, quæque ſola ſufficeret: nec tanto molimine meo, niſi aduerſus pertinaces & ad inueteratum errorem profligandum opus eſt.

Punctalis ratio.

50 ¶ Cum igitur & conſiliis veterum doctorum, expertorum patronorum, & Rotæ Romanæ præiudiciis, & toties, & tampridem, & recenter pro hac affirmatiua parte, tum iuri communi conformi, tum Eccleſiæ Gallicanæ fauorabili, conſultum & iudicatum ſit; Quæ dementia eſt nociuum errorem, vtili veritati hactenus prætuliſſe? In promptu cauſa eſt, priuata vtilitas eorum qui de beneficiis Eccleſiaſticis, quæ publici iuris ſunt, l. 1. §. 1. *de iuſt. & iure*, in rem ſuam, ſpretis veteribus canonibus & diſciplina Eccleſiaſtica negociari cupiunt, hinc depranatus affectus iudicio fucum hactenus fecit, ſatis iam retectum. nullus enim iam color illi ſupereſt, niſi authoritas glo. prag. (quantùm ad hoc defunctoriæ) in ti. *de collatio* in verbo *facendas* in fi. quam ſequiores æquè defunctoriè ſecuti ſunt. videlicet Ioan. Salua. tract. *de benef.* par. 3. q. 46. & gl. huius reg. 28. Aymo. Crauetta conſ. 88. num. 9. cum ſeq. Matth. Pacus, *de mandatis*. fol. 96. verſo. Tamen de gloſ. pragma. hoc non firmat, provt nihil concludens adducit. ſed tantùm ſic ſibi videri dicit, ex eo ſolo quod procuratot Romam adiit non propter obitum, ſed propter alium vacandi modum: & ſic originem inſpiciendam, vt ceſſet præſumptio fraudis. Sed hæc eſt fallacia de eo quod ſecundùm quid ac ſimpliciter, videlicet quando ex vno infertur ſimpliciter ad totum, de quo vide ſi vacat Thomam Aquinatem in libello fallaciarum. Atqui non eſt noſtrum legem reſtringere, nec illam ad certã rationem coarctate: fateor vnam præſumptionem fraudis ceſſare propter confectum & tempeſtiuè traditum inſtrumentum mandati ad reſignandum, ſed non ceſſant omnes fraudes & rationes huius regulæ.

Contra gloſ. pragma.

51 ¶ Quæ ſunt plures, quarum duæ ſunt *vietæ* ſeu principales & cardinales. Prima ad vitandum votum captandæ mortis alienæ. Secunda ad conſeruandum ius & aliquam libertatem Ordinariorum, ne penitus fruſtrentur iure conferendi per obitum. Sunt aliæ quoque rationes etiam finales, quæ colligi poſſunt ẽ. eod. num. 13. cum ſeq. & ad quas non minus collimat & tendit hæc regula. Cùm igitur conſtat plures ſemper eſſe rationes, etiam ceſſante prima, non poteſt ſine manifeſta tergiuerſatione negari locum eſſe regulæ, imò etiam ſi non conſtaret, adhuc legiſlator non præſumitur motus vnica ratione, ſed pluribus, vt tradit Salicet. in 2. l. C. *de nouat. actio.* quem ſequitur Alexan. in l. *ſi conſtante*. in princ. col. 3. *ſoluto matr.* conſ. 85. nu. 18. lib. 4. Iaſ. l. 3. §. *prætor ait*. col. 2. *de in ius voc. an.* in auth. *quas actiones*. C. *de ſacro Eccleſ.* in l. 1. col. 3. C. *de ſucceſſorio edic.* in l. *quamuis*, in fin. C. *de fideicom.* Nic. Eueral. In locis legalibus. lo. 35. à ratione legis lãta, col. 9. Lancelo. Galianla, l. 4. §. 4. col. 6. *de verb. oblig.* Hieronym. Gratus conſ. 26. nu. 38. nu. 15. lib. 1. Tum vel in dubio melius etat verbis edicti ſeruire, lib. 1. §. *ſi is qui nauem. de exercito. act.* etiam ſi lex potius reſtringenda eſſet, quantò magis quando eſt excluſoria fraudum, & ſic ſanorabilis, & inſuper quando tum naturæ tum iuri communi conformatur, & quadamtenus conſeruat ius & ſpatium datum à conſilio Lateranẽſi in c. *nulla de conceſſ. præben.* quæ omnia ſimul hîc concurrunt.

Plures rationes reg. præſumuntur.

52 ¶ Et ſic non obſtat d. l. *minime de legi.* & praxis inconcuſſa, quia vera eſt, ei ſtandum eſſe, donec euidens contraria vtilitas, ſaltem è Republica detegatur: iuxta l. *in rebus. de conſtitut. princ.* Cæterùm detectæ veritati rationique cedit. c. *veniens*. 8. diſtinc. Si enim etiam conſuetudo longæua rationi cedit, l. 51. C. *quæ ſit longa conſuet.* quantò magis ſimplex opinio? præſertim vbi cum veritate, coniuncta eſt Reipub. vtilitas, & iuris communis fauor. Nullo enim Senatuſconſulto, in controuerſiam adducta confirmata eſt ea opinio: ſed aliter non diſcutiendo dictam gloſ. hactenus ſecuti ſunt quemadmodum doctores cordatiores ſæpe queruntur communes opiniones ſtare á prima non diſcuſſa. contra c. *ego ſolus* 9. diſtinc. & eos (ne quid acerbius dicam in eos qui ad priuatos ſuos affectus leges & earum interpretationes accommodant) comparant grubis, quæ primam volutarem ſequuntur.

Author glo. pragm.

53 ¶ Cæterum vt obiter (velut ab inferis) & memoriam & honotem veri authoris glo. dictæ pragmaticæ vindicem, non fuit (vt vulgo putant) Coſmas Guymiet, ſed præſtantior alius cognomine Mareſchal, doctiſſimus & experientiſſimus antiquus aduocatus in hoc Senatu tempore Carol. VII. Ludo. VII. & Carol. VIII. qui ob breues quaſdã, ſed eruditas rationes iuris, quas ſaluationes vocant, cum imperitus clientulus impar ſalarium offerret, honeſtè renuit, dicens ſe tantùm id acceptarum quòd ob id in caſum victoriæ taxaretur. Cum autem clientulus victoriam obtinuiſſet, & in taxandis expenſis litis de hoc articulo ad Senatum referretur, taxatæ ſunt ei ſexaginta libræ Pariſienſes habita tatione non ad breuem, ſed ad doctam & reſolutoriam ſcripturam, modúmque litis, & eminentem ſcientiam aduocati. Et fuit ſplendidum & pro conſuetudine illius temporis vt ampliſſimum, ita rariſſimum honorarium. Is autem do. Mareſchal hæredem reliquit dictum Coſmam generum vel affinem ſuum, qui dictum commentarium inter chartas affinis inuentum, tanquam ſuum euulgauit. Non tamen auſus eſt nomen ſuum adſcribere, nec in titulo, nec in principio, nec in calce, nec in alia parte ipſius commentarij: ſed tantùm poſt finem commentarij ſeorſum teſtatur typographus gloſſatam eſſe pragmaticam per dictum Coſmam: vt patet in omnibus libris antiquis, quorum vnum habeo impreſſum anno 1486. Eo tamen errore Coſmas ille tanto honori habitus eſt, vt non ſolùm Senator fieret, ſed in vna claſſium eius Curiæ Præſidens: quamuis re vera modicæ doctrinæ iudiciique eſſet. Ego vero nec ficta nec ab inſidiis accepta narro, ſed quæ ab antiquis & probatiſſimæ fidei viris accepi: quorum adhuc hodie hoc anno 1551. vnus ſupereſt antiquiſſimus & probatiſſimus Senator. Cæterùm ante triginta annos audiebam à pluribus antiquis ſpectatæque fidei adnocatis qui dictum Coſmam nouerant, eum tatdi ingenij iudicique fuiſſe, longéque ioferiorem doctrina & iudicio dicti commentarij, quem non exiſtimabant ab illo compoſitum fuiſſe.

54 ¶ Sed interim dum rationes meæ in foro diſcu-

tiantur, & diſcutiendo inualeſcant, opinio d. gloſſ. pragm. limitanda eſt omnino, dummodo reſignatarius non ſolùm doceat de legitimo mandato ad reſignandum, ſed etiam de traditione, voluntate reſignantis facta: & dummodo ſit tempus ſufficiens ad veriſimilem notitiam, non ſolùm inter datam inſtrumenti & collationis, ſed etiam inter præfatam traditionem inſtrumenti, & collationem. Si enim hoc exigitur in principali capite reſignationis, iuxta edictum Regium, de quo infra. §. 4. multò magis in acceſſoriis.

Quæſt. incidens. 57 ¶ Sed circa prædicta occurrit quæſtio non negligenda, Quid, tetento themate huius 5. q. ſi huiuſmodi impetratio primùm facta eſt viuo reſignante infirmo, qui deceſſit infra 20. dies à die conſenſus præſtiti? Et ſic non poteſt valere, nec ex capite reſignationis per reg. 18. *de infirmis.* nec ex capite dictæ clauſulæ *etiam ſi per obitum.* quia tiondum reſignans mortuus erat, nec ex capite prouiſionis de futuro vacaturo: vt apud Gom. in d. reg. *de infirmis.* q. 35. propter ſublatas apud nos reſeruationes, an impediatur idem impetrans pro hac vice iurſus impetrare per obitum? Videtur quòd ſic, per c. 1. *de conſuet. præbend.* & per Reg. Cancell. 20. quæ recepta eſt provt ioſta iuriſque communis executiua. Sed contrariũ obſeruatur: tum quia non principaliter primo impetrauit beneficium viuentis per obitum, ſed in conſequentiam mandati ipſius reſignantis. Tum ſecundò, quia conſenſum & voluntatem habebat ipſius reſignare volentis: quod licet non ſufficiat (vtpote prohibitũ à iure) tamen crimen diminuit. Tum tertiò, quia conſuetudo eſt, & inualuit ita faciendi: & ſic ſaltem à pœna d. c. 1. *de conſuet. præbend.* & de reg. 20. excuſat: iuxta illud vulgatum quòd conſuetudo iniuſta excuſat à pœna temporali, id eſt apud homines, vt tenet glo. in c. *cum venerabilis* & ibi Petrus Anch. Panor. *de conſuet. Roman.* ſingu. 19. Alex. conſil. 8. col. vlt. vbi in annot. dixi lib. & ad Philipp. Decium, conſ. 9. col. vlt.

Conſuetudo excuſat à pœna.

58 ¶ Limito primò, ſi iſte impetrans non doceat de dicto mandato, ebque ſibi in fauorẽ ſui tradito: quia tunc locus erit pœnæ iuris d. c. 1. & d. reg 20. per nnper dicta, & in q. præcedenti. dixi etiam ſuper edict. contra par. dat. §. 13. gl. 1. verb. *ſecus procurat.* Limitò ſecundo, etiam ſi doceat, ſed reuocarum erat, eique notificata reuocatio antequàm Romã mitteret: quia tunc ſemel impetrauit beneficium viuentis nec conſentientis: vnde ſaltem pro hac vice inhabilis eſt d. c. *de conſuet. præbend.* Limito tertiò, ſi habebat vel habere debebat curam & ſolicitudinem reſignantis infirmi quem neglexit: quia tunc ex eius morte nullum commodũ conſequi debet l. *ſi ab hoſtibus* §. 1. *ſolu. matrim.* Alex. cõſil. 123. vbi in annot. dixi lib. 7. Frãc Ripa. tract. *de peſte.* fo. 37. Imò tunc gratia ſubreptitia eſt: quia ſi hanc negligentiam & ingratitudinem ſuam expreſſiſſet, non obtinuiſſet per obitum, ſaltem non tam de facili. Igitor per c. *poſtulaſti.* & ibi Panor. *de reſcript.*

Quæſt. 6.

59 ¶ Sed nonne igitor promptum eſt huiuſmodi mandatum habenti, fraudem facere huic regulæ? videlicet à prima impetratione & conſenſu, eadem (vt hodie fit) die in Cancellaria præſtito, ſingulis exinde diebus vſque ad viceſimum ſub paruis datis eodem modo impetrando, vel ſaltem per ſolum obitum impetrando: vt ſi reſignans infra tempus illud decedat, leuetur bulla ex capite obitus de eadem obitus vel diei ſequentis data nec eidem obſit d. cap. *quia inuidorum*, per prædicta: Sin verò poſt viceſimũ diem abietir, ſufficiat ei leuare bullam ex capite primò impetrationis per reſignationem? Reſp. hæ paruæ datæ non ſolùm fraudulentæ ſunt, ſed etiam, vt veriſimile eſt, præter conſcientiam Pontificis obtentæ, qui propter multitudinem negotiorum ignorauit eandem impetrationem ſingulis diebus multiplicari. Imò contra mentem & voluntatem Pontificis, qui noluit expreſsè his regulis derogare: & tamen per hanc paruarum datarum multiplicationem tacita derogatio vel fraus æquipollens contra hanc regulam furtiuè ſubripieretur & ſic tanquam ſubreptitiæ non valent huiuſmodi ſequentes impetrationes. Imò non ſolùm non valent, ſed etiam propter ambitionem & culpam faciunt impetrantem incidere in pœnam d. c. 1. & dictæ regulæ 20. per not. ſuprà.

60 ¶ Sextò quæro, Titius Calend. Martij conſecit mandatum ad reſignandum purè & ſimplicitet in manu ordinarij, vel poteſtarem habentis: interim dum procurator defert mandatum exequendum in manu Epiſcopi, Caius hoc reſciens, diffidens de gratia Epiſcopi, vel fortè repulſam paſſus, miſit Romam, vbi imperat Idib. April. ſiue per reſignationem vel incapacitatem, aut aliàs quouiſmodo. Interim Epiſcopus reſignationem admiſerat, & contulerat Seio Nonis Martij: Titius autem Seio non publicante manſit in poſſeſſione vſque ad quartum Idus April. quo mortuus eſt: quare Epiſcopus poſtridiè Idus April. per dictum obitum confert Mæuio. Nunc Seius, Caius, & Mæuius contendunt. Et primò certum eſt ius Seij reſolutum per regulam *de publicandis* & vacare non per reſignationem, ſed per obitum. atque ita non ſupereſt lis, niſi inter Caium & Mæuium. Vter potior? & videtur quòd Caius: tum quia prior in data, tum quia in bulla ſua non ſolum habet clauſulam *quouiſmodo*, quæ ſatis poller, ſed etiam ſpecialem clauſulam obitus & tempore datæ bullæ verè vacabat per obitum in vim reg. *de publicandis.*

Quæſt. 6.

61 ¶ Vnum duntaxat obſtare videtur ſcilicet hæc reg. quia inter obitum & datam bullæ non ſont niſi tres dies, qui non ſufficiunt ad veriſimilem notitiam obitus, etiam in Legato, ſi eſſet aditus in partibus vltra tres dietas vulgates: ſed reſpondetur ex communi trutina forenſi aduſque recepta, quòd Caius non cœpit currere Romam propter obitum, nec contemplatione obitus, qui non ſperabatur: ſed propter aliam cauſam, ſcilicet reſignationis admiſſæ per Epiſcopum qui ſi diſtuliſſet, conferre, vel incapaci contuliſſet, vt euenire poterat, canonicè repleta fuiſſet bulla Caij ex principaliter intento capite reſignationis, cum inter illius admiſſionem & datam bullæ, ſit menſis & vltra: & ſic plus quàm ſufficiens ad ooritam veram nedum veriſimilem. Cùm igitur circa caput reſignationis ſecus contingetit, quia Epiſcopus tempore & capaci contulit, ſed ſi alia inopinata ſpecies vacationis tempore datæ bullæ aperta eſt, nhil impedit quominus bulla in ea verificetur, cum & verba & mens bullæ conueniant, & certum ſit Caiom non captaſſe mortem Sei, nec hac occaſione Romam miſiſſe.

62 ¶ Sed vtcunque hæc prudentibus auribus beneficia captantium applaudant, tamen huic ſententiæ repugnant. Primò & verba & mens huius regu. Secundò ipſa æquitas. Tertiò fauor iuris communis & poteſtatis ordinariæ, Quartò odium præuentionum. De primo liquet: quia hæc regula non reſpicit formam impetrationis, nec de ea curat, ſed ſolùm habet reſpectum ad vacationem per obitum, & indefinitè, præciſe & abſolutè loquitur de vacantibus per obitum, adiectis etiam verbis vniuerſalibus tam omnium gratiarum quàm quarumcunque perſonarum, quæ nullam reſtrictionem patiuntur. Igitur inquantùm bolla debet verificari in vacatione per obitum, neceſſariò ſubiicitur huic regulæ. Non enim diſtinguit inter hanc vel alteram bullam, inter hanc vel alteram formam gratiæ ſed dicit vniuerſaliter & abſolutè *omnes gratiæ*: id eſt omnes bullæ. Et ſic nulla gratia, nulla bulla, ſub quacunque forma concepta ſit, excipitur inquantùm debet in vacatione per obitum verificari: ſed tunc neceſſariò ſubiicitur huic regulæ quæ falſa in vno, falſificatetor in totum. l. *ſi is qui decem.* §. *verum. de rebus dubijs.*

63 ¶ Non igitur ſufficit eſſe tempus ſufficiens inter

alias vacationes narratas in bulla (quæ non contigerunt vel euanuerunt) & datam bullæ: sed quantùm necesse est eam verificari io vacatione per obitum, pariter necesse est quod inter dictum obitum & datam bullæ, tempus verisimilis notitiæ effluxerit. Nimis ergo supinus error est contrarium existimare. De secundò quoque liquet quia Titius nunquam cogitauit resignare in fauorem Caij, quo fortè, vt famulo vel interuentio vtebatur. Quòd si detur Caium omni proditione vacare, & esse extraneum, qui quodam casu resciuit, saltē ad minus captator est & expiscator aleæ beneficiorum, & incidit in ambitionis & auaritiæ notam, de qua in c. *cum iam dudum. de præbend.* Et sic non est æquum, sed iniquum eum à cēsura huius reg. eximi in superuenienti vacatione. De tertio & quarto liquet per c. *peruenit.* 11. qu. 3. *nulla de concess. præb.* clem. 2. *de offic. ordinar.* quod no glo. 3. & doct. in c. 1. *de rescrip.* in 6. & dixi supra reg. 18. & in annot. ad Philip. Decium, cons. 224. & ita concludo, & deinceps tam apertè patefactaveritate Ecclesię & Reipub. vtili, consulendum & iudicandum est.

Ordinar.

62 ¶ Quod si Caius currere incipiens ex capite resignationis simplicis, de quo omnino nullum tractatum, nullum negocium habuit cum resignante, nullāmque summam admisit, nulla dispensatione indiget: subicitur tamen huic reg. ex capite superuentæ resignationis per obitum: quantò magis eidem reg. subijci debet in terminis quæstionis præcedentis? vbi simoniam canonicam & veritā incurrebat & dispensatione indigebat: quoniam longè difficiliùs dispensatio additur dispensationi: nec specialia debent multiplicari, sed potiùs restringi, l. 1. C. *de dotis promiss.* c. *si motu.* c. *non potest. de præben.* in 6. & quæ dixi super reg. *de insir. resignant.* numero 131.

quæst. 6.

63 ¶ Septimo quæro, Titius habens curam vnam parochialem, acceptauit aliud curatum: quare Caius misit Romam ad impetrandum primam curam per assecutionem incompatibilis, vel abiàs quomodocunque & ex cuiuscunque persona, sed ignorabat Tiòum habere dispensationē ad duo. Contingit autem Titium adepto secundo, etiam tertij possessionem tealē & pacificam interim acciperc, & sic per clem. *si plures. de præb.* omnia vacasse prudie datæ bullarum Caij. Episcopus autem ex eadem causa clem. *si plures.* contulit d. primā curam Mœuio, reliqua verò beneficia aliis. Seius autem nouissimè a Papa impetrauit, & bi tres cōtra Tiuium, & simul ad inuicem certant. Cum autem causa Titij deplorata sit, primùm examinandum est ius Caij. Certum est autem quod Caius non potest bullā suam adaptare primæ acceptationi, propter dictam dispensationem. Sed an possit adaptare secundæ acceptationi? Viderur quòd sic, propter verba generalia bullæ, cuius tempore beneficium impetratum verè vacabat per assecutionem incompatibilis. Et quamuis desit tempus verisimilis notitiæ, inspecta acceptatione quæ vacationem introduxit: tamen non videtur obstare hæc reg. quia verba non cōuenunt, cùm loquatur tantùm de gratis factis per obitum. Sed hæc non est facta per obitum, sed per assecutionem incompatibilis: & sic cessat reg. & remanemus in iure communi: quo tantùm prohibetur impetrari beneficia viorum per obitum. c. 1. *de concess. præb.* ibi *quis in vinorum sacerdotum*, & ibi *successores viuū.* Cuoi autē Caius non cocurrerit per obitum, non potest dici captasse mortem alienam.

64 ¶ Sed his non obstantibus dicendum Caium nullum ius habere nec ex prima acceptatione propter dispensationē Titij nec ex seconda propter deficientem verisimilē notitiam. Et quamuis deficiat verba huius reg. non tamen deficit dispositio iuris communis, quo diserte & indistinctè prohibetur aliquem viuentis locum appetere: sed omnem talem hoc ipso Ecclesiastica cōmonione p̄cllendum, c. 1. *de concess. præb.* vbi text. non magis loquitur de titulo per obitum viuētis, quàm de titolo per assecutionem incompatibilis nondum acceptantis, vel ex legitima dispensatione acceptantis, vel ex causa matrimonij nondum contracti, vel professionis monasticæ nondū factæ, vel resignationis nondum admissæ, vel sententiæ priuatoriæ nondum latæ, sed quomodocunque, quoquo titulo vel occasione quis beneficium viuētis, id est non vacans, sed per titularium viuentem & talem existentem impetrat, conueniont & verba & mens d. c. 1. Similiter primum responsum ca. nulla cod. tit. ibi *antequam vacent*, omnem speciem vacationis continet, & in versic. seq. ibi. *ne desiderare*, tantùm ponitur exemplum, quod non restringit. Et patet in ca. 3. eod. tit. in 6. per totum vbi omnis aspiratio ad beneficia nondum vacantia tanquam damnabilis prohibetur, quoquomodo vacatura sint.

65 ¶ Est enim manifesta captatio, & vitiosa ambitio, præcurrere, etiam citra casum mortis naturalis, antequàm resignatio admissa sit vel matrimonium contractum, aut professio emissa vel sententia lata, vel acceptatio pacificè facta, aut aliud quodcūqor ex quo vacatio futura imminet vel speratur: facit quæ scripsi supra in reg. *de insir. resign.* num 389. Igitur præcurrens eo ipso se indignum reddit: atque ita non solùm impetratio sua à Papa vel Legato nulla est vitio subreptionis, ob tacitum cursum ambitiosè & illicitè anticiparum, sed etiam huiusmodi prouisio tam Papæ vel Legati, quàm Ordinarij nulla est, censura & prohibitione iuris cōmunis, qua iste ambitiosè præcurrens, indignus & inhabilis efficitur: adeo vt nec per Papam quidem in hac impetratione dispensari, vel derogari possit censuræ iuris: quia esset inuitare ad delicta, quod nec Papa facere potest, vt dixi in reg. *de pubi* n. 3. Cū igitur hæc reg. sit extracta à iure cōmuni, imò etiam à ratione & necessitate iuris naturalis, vt 5. cod. nu. 5. recipit extentionem ab eodem iure communi, vt locum habeat in omni modo vel specie vacādi: vt etiam sentit. Gomes. hîc qo. 5. Et hoc verissimum & omnino tenendum & obseruandum puto, si non vi præcisa huius solius reg. saltem vi iuris communis, vt 5. cod. nu. 4.

Conclusio.

66 ¶ Nunc lis tantū superest inter Mæuium, & Seius qui vult Mæuium excludere. Tum vt prouisus a Papa cui per extraug. *execrabilis*, collatio in hac specie vacationis reseruata est, tū quia Papa præueniendo, conferendo Caio, manum apposuit. Quibus non obstantibus, dico Mæuium, cui ordinarius post dictā secundam acceptationē Titij, & tempus ad notitiam suam sufficiens, contulit, (etiam postquam Papa contulerit Caio manum apposuit) verum ius habere. Non obstat quòd ex huiusmodi acceptatione iocompatibilis, reseruata erat collatio soli Papæ per extrauagant. *execrabilis*: quia per sacra decreta concili Basilicnsis omnes reseruationes abolitæ sunt, excepta duntaxat clausis in corpore iuris. vt etiam dixi 5. in reg. *de insir. resign.* nu. 337. Imò nominatim reseruatio ex d. extrauagant. *execrabilis* aboletur, vt in pragmat. titulo *de reseruatio.* Et quamuis in concordatis, reseruationes extrauagantium non tollantur nominatim, satis est tamen quòd specialiter non excipiantur, vt sic contineantur in decreto abrogatiuo, quod fauorabile est, & si opus esset, interpretatione adiuuandum: cum per illud decretum fiat reditus ad ius commune, vt per glos. Ioan. Andr. & omnes Canon. in c. *statut. de præb.* in 6. Et ita semper obtinuit & practicatum est apud nos, etiam post concordata: per quæ etiam non abolentur priora decreta conciliaria, nisi quatenus specialiter exprimitur, quamuis quidam inexpertus aliter scripserit.

67 ¶ Minus obstat quod Papa iam manū apposuerat, tū quia quòd Canones per manus tradunt & amplificant de appositione manus Papæ: per c. *vt nostrum de agell.* Felyn. c. *quoniam Abbas* in fi. *de offic. de leg.* c. *cum venissent* col. 1. *de iudic.* Philip. Dec. ca. *cli accepissent*, col. 1. *de const.* nō haber locū in Gallis nec Delphinatu,

Apposicio manus Papæ quid?

C. 1. de concess. præben. loquit. in omni specie vacationis.

quia aut illud concernit iudicialia, & eſt ſpecies euocationis, vt in d.cap. *vt noſtrum*. quæ apud nos locum non habet, propter decreta conciliaria de cauſis, & de appellation. Aut verò illud concernit beneficialia, & fundatur in expreſſa vel tacita reſeruatione, quæ adhuc minùs locum habet apud nos propter decreta *de reſeruation. ſublat.* in pragmat. & Concord. Tum quia etiam in patria (quam Romanenſes vocant) obedientiæ vbi reſeruationibus locus eſt: tamen adhuc quando Papa ſimpliciter procedit conferendo, non cenſetur ſibi afficere nec reſeruare beneficium: & ſic nihilominus poteſtas redit vel remanet penes Ordinarium: vt tradit Panor. in c. *inter dilectos de excuſ. prælator.* Steph. Auſter. in addit. qu. Tholos. 436. Steph. Bertr. conſil. 2. num. 50. col. fi. l. 3. in prioribus per Vincentium impreſſis.

68 ¶ Tum inutilis, licèt expreſſa, reſeruatio, præuentio vel oppoſino manus Papæ non operatur præuentionem, nec reſeruationem, nec impedit Ordinarium poteſtate ſua: vti latè contendit & probat etiã Ludo. ipſe Rom. alioquin Papis addictiſſimus in con. 325. circa prin. cõſ. 380. q. eſt & ante eum Petrus Ancha. cõſ. 399. incanto dominæ Conſtantiæ, & nouiſſimè Hier. Gratus con. 36. in fi. lib. 2. Plus dico, quòd etiam in terminis reſeruationis clauſæ in corpore iuris, à dictis decretis exceptæ, vt ſi beneficium morte, ceſſione vel aliàs, vacet in curia, e. 2 *de præb.* in 6. tamen etiam ſi papa infra menſẽ contulerit, ſed incapaci, vel aliæ prouiſo, nulla ſit ea manus appoſitio, nullo modo impedit poteſtatem redire ad Ordinarium ſtatim poſt menſem iuris, videlicet non à data collationis vel manus appoſitionis, ſed à vacatione computandum: iuxta cap. *ſtatutum de præb.* in 6. vt plenè dixi in annot. ad Philip. Dec. cap. 1. *de conſtit. vbi vel inuiſti.* quamuis quidam ineptu Canon. aliter adulando ſentiant vt ibi dixi.

69 ¶ Plus dico, quòd etiam ſi Papa validè contulerit infra menſem, ſed collatarius acceptare noluit, vel morte præuentus eſt, iuxta ea quæ ſcripſi ſupra regula *de infirmis*, nu. 71. non redit poteſtas ad Papam, niſi ſit adhuc infra menſẽ vacationis, & infra reſiduum dicti menſis tantùm: aliàs redit poteſtas ad Ordinarium, iuxta d.c. *ſtatutum* quod ſecũdùm omnes fauorabile eſt, & ſi opus ſit ampliandũ, quamuis Ioan. And. in additione Speculi *de acc. ſeu petit.* ad fin. teneat, Papam habere aliam integram menſem: & malè. imò etiam vacante ſede Papali continuò currit ille menſis, quamuis gl. & Canon. in d.c. *ſtatut.* & in c. *ſi apoſtolica de præb.* in 6. contrarium teneant. & malè. Parochiales autem Eccleſiæ ſi cœperint vacare in Curia, ſede vacante, nullo modo vacant, nec vacabunt in Curia, etiam ſequuta electione Papæ, quòd ſi viuente Papa cœpennt ibi vacare, ſecuta eius morte, ceſſione, vel depoſitione inf. menſem perpetuò deſinunt vacare in Curia: nec telabuntur in priotem reſeruationem, etiam ſequuta electione noui Papæ infra eundem menſem, nec pro ſeſiduo quidem eiuſdem menſis.

70 ¶ Ex his & duabus præcedentibus quæſtionibus habes, vt generaliſſimam, ita ampliſſimã extenſionem ad hanc regulam vt in vim iuris cõmunis in omni genere vacationis procedat, vno tantùm ſolo caſu, ſcilicet deuolutionis, excepto: quia vt impetretur à Papa iure deuoluto, nõ eſt neceſſe quòd poſt primam deuolutionem, lapſum ſit tempus veriſimilis notitiæ, vt ſcilicet is ad quem fit deuolutio ſcire debeat ad ſe deuolutum: ſeu ſtatim poſtridiè primi ſemeſtris impetratio facta à Papa vel Legato valida eſt: etiam ſi aliàs non poſſet ſubſiſtere iure preuentionis primi ordinarij: puta a prærentionibus exempli, vt ſuprà in reg. *de infir. reſig.* qu. 4. dummodò non ſit limitata ad deuolutionem Papæ factam. Sed hæc non eſt propriè exceptio, ſed declaratio: quia loquimur de deuolutione ſecundùm formã iuris communis & concilij Lateranẽſis: de qua in c. *nulla de conſuet. præb.* quæ plus viceſies excedit tempus veriſimilis notitiæ, quod ſemper præteriit, antequàm viceſima pars deuolutionis lapſa ſit.

71 ¶ Vnde ſi eſſet deuolutio ex ſtatuto particulari minoris temporis, quàm ad notitiam Romæ deferendam ſufficiat, puta ſi decanus infra tres vel ſex dies tantùm conferre vel præſentare poteſt: aliàs fit deuoluno ad Capitulum, vel Epiſcopum: tunc enim etiam ex capite huius deuolutionis, non poteſt Papa vel Legatus conferre niſi inter vacationem & datam collationis lapſum ſit tempus huius reg. Sed nec Epiſcopus ipſe ad quem mero iure facta eſt deuoluno, ſi tam longè abſit, vt nontia vacationis ad eum veriſimiliter peruenire non potuerit.

72 ¶ Secus ſi potuerit: etiam ſi pendente deuolutione nec Epiſcopus nec Papa conferre potuerit: vt quãdo præſentatio ſpectat ad laicum, quoniam poſtridie quadrimeſtris liberè poteſt tam Papa vel Legatus quã Ordinarius conferre: quia interim plus ſatis temporis lapſum eſt ad veriſimilem nontiam tam vacationis quàm temporis, quo ius patroni laici finiturum eſt. Et quantum ad hoc non eſt differentia inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum vel Ordinarium: ſed ſemper vniformiter ab omni vera vacatione incipit currere tempus veriſimilis notinæ, etiam ſi nondum incipiat Eccleſiaſtico currere tẽpus Lateranenſis cõcilij quod non incipit niſi à die ſcienuæ ſaltem, iuxta clement. vnicam in fin. *de conſuet. præb.* vel impedimenti ceſſantis cap. *nulla. C. quæ. diuerſitatem. de conſuet. præb.* & patiter in laico, vt tetigi in regula 18 *de infirmis reſign.* nu. 59 Tempus ergo veriſimilis notitiæ, quantùm ad principium, ſemper eſt vniformε quantũ ad ſui principium, ſcilicet ab ipſa vacatione etiam occulta: modo non fraudulẽter occultata, vt ſuprà. Sed non quantum ad finem: quia tardius in vno finiti poteſt quàm in alio, pro locorum & perſonarum diſtantia.

73 ¶ Ex prædictis etiam habes nouè declaratas regulas. 20. *de impetran. benefic vacant* & hanc regulã. Prior illa limitatur, primò vt procedat dummodo collatarius habuerit collationem ante vacationem vel de facto occupauerit: aliàs ſi nec collationem habuit, nec ſe intruſit, non eſt inhabilis, vt 3. eod. nu. 14. Secundò limitatur vt procedat in ſcienie, vel ſupina aut minus iuſta ignorantia: Secus ſi conſtet de iuſta & probabili cauſa putatiuæ vacationis: quia tunc licet ius non acquitat, tamen non indicit in damnum & pœnam inhabilitatis, c. 2. *de conſtit* vt 3. eod. num. 17. Hæc autem reg. 20. nullam limitationem patitur, vt nuper dixi: ſed ampliatur, quantumuis impetrans vel etiam collator iuſtam cauſam ignorantiæ habuerit citeriotis vacationis, & credendi dudum vacaſſe: quia tempus veriſimilis notitiæ nunquã incipit ab opinione quantumuis publica & iuſta: ſed tantum a vera vacatione, vt 3. Rurſus vtramque regulam amplio, primò, etiam in Legato vel ordinario. Amplio ſecundò, etiam in Papa motu proprio conferente: Goneſ. in dicta regula 20. quæſt. 1. & hîc quæſt 2. Amplio tertiò, in omni genere vacationis, vt dixi. Amplio quartò, etiam in Cardinalibus. Amplio quintò etiam in commendatis beneficiis, quod eſt indubitatum per ea quæ dixi in regula *de publicandis.* quæſtio 1.

74 ¶ Nunc regulam 28. ſingulatitet & nouè amplio, vt non ſolùm ſemel exigatur veriſimilis nontia à die veræ vacationis, ſed etiam turſus à die liberæ vacationis. Hic non ſolùm ſuper hoc, ſed ſuper aliis quoque in praxi maximè neceſſariis, nondũmque à quoquam tactis; vbertima diſputationis ſeges ortut, quam partim raptimque perſtrinxi in reg. *de public.* quæſt. 10. vſque ad finem quæſt. Vt autem ab imis rerum fundamentis theoriam ſimul & praxim excutiam, & liqueat quot & quantas difficultates ſub breui compendio ad finem dictæ quæſt. 10. complexus ſim, duas ſubiiciam quotidianas hypotheſes, incipiendo à facilion.

Quæſtio obiecta. Hypothe-ſis.

75 ¶ Octauò quæro, Aldus reſignauit ſimpliciter in manu Epiſcopi Pariſienſis, qui admiſit & contulit Cal. Maij Badio abſenti, fortè in ſcholis Pictauis agenti, cui Cal. Iunij nouificatum eſt, ſed die decima Iunij repudiauit. Interim autem reſignans vigeſima ſecunda Maij deceſſit, die ſequenti vigeſimatertia Maij Epiſcopus, vel eius vicarius, per obitum contulit Caio, Papa vltima Maij per eundem obitum & quouiſmodo, confert Druſo, rurſus Epiſcopus die decimaquinta Iunij de cēpudiatione Badij certior factus confert Fauſto per dictam reſignationem. Ægidius autem die vndecima Iunij, ſiue per reſignationem, ſiue per obitum, aut aliàs impetrauerat à Papa: & hi quatuor nouiſſimi contendunt. Breuiter omiſſa diſputatione per puncta reſolutionis deciſiue tantùm procedam. Dico ergo quòd Caius licet prior tempore, nullum ius habet: quia tantum prouiſus eſt per obitum Aldi, per cuius obitum nullo modo vacabat, etiam ſi tempore reſignationis infirmus erat, & ex eadem deceſſerit, quia ſuperuixit 20. dies, etiamſi in poſſeſſione, & communi reputatione titularij deceſſerit, quia infra mēſem deceſſit. Et ſic nullo caſu per obitum vacare potuit, Druſus autem nullum ius habet, nec ex capite obitus per prædicta, nec ex capite reſignationis, quia collatio facta Badio adhuc pendebat. Et ſic, licèt adhuc mero iure vacaret per reſignatiōnem, tamen non liberè vacabat, ita quòd interim donec vel morte vel repudiatione Badij, vel lapſu termini ei præfixi collatio eidem facta reſoluta eſſet, nec Epiſcopus, nec quicunque alius prouidere poterat, cap. *ſi tibi abſenti. de præb.* in 6. nec Papa quidem vt nouè dixi in reg. *de infir.* num. 72. num. 82.

76 ¶ Quid de Ægidio? videtur habere verum ius, vtpote prior in data poſt liberam vacationem, quæ pridie per repudiationem Badij contigerat. Si enim per tacitam repudiationem lapſu termini præfixi contingentem, libera ſit, & manet vacatio, liberèque redit conferendi poteſtas, vt in d. cap. *ſi tibi abſenti*. Igitur & per expreſſam repudiationem vel mortem primi collatarij. Quemadmodum igitur ex tunc Ordinarius liberè conferre poterat, vt inquit tex. in d. cap. *ſi tibi abſenti*: Ibi poterit eo lapſo liberè beneficium conferre, igitur æquè liberè Papa, vtpote cum eo concurrens conferre potuit. Porro ridiculum videtur timere, non eſſe lapſum tempus veriſimilis notitiæ à data repudiatioois Badij, quia per repudiationem Badij nihil vacauit, nec eſt inducta vlla noua vacatio, ſed beneficium remanſit vacans antiqua vacatione, vbi & quomodo priùs vacat: Ita quòd ſiue Badius eſſet in curia Papæ tempore repudiationis, vel lapſi termini ſibi præfixi, vel ibi mortuus ſit ante lapſum termini, vel expreſſam repudiationem, nihil ad rem: ſed ſemper remanet beneficium vacans in partibus priori ſua vacatione. Tempus autem veriſimilis notitiæ ſemper incipit à vera vacatione etiam occulta, & ex tunc contiouò currit, vt ẓ. eod. nu. 18. Sed tempore impetrationis Ægidij lapſi erant plus quàm 40. dies à vera vacatione ſimplicis & abſolutæ reſignationis, & 20. dies ab obitu reſignantis: ita quòd etiam plus quàm notoria erat vacano, & tempus veriſimilis notitiæ plus triplo vel quadruplo lapſum, non ſolùm à veritate, ſed etiam à notorietate vacationis, vnde nulla etiam ambitio, nulla præoccupatio beneficij viuentis vel non vacantis imputati poteſt Ægidio.

77 ¶ Sed his non obſtantibus, dico Fauſtum, vltimum in data prouiſum ab Ordinario, verum obonere tinilum. Quanquam enim ſit vlomus in data, tamen eſt prior poſt veriſimilem & poſſibilem ſui collatoris de libeta vacatione notitiam. Facilè enim à Pictauis æſtiuo tempore, Pariſios accedi poteſt in quinque diebus, cùm anno 1519. more Gallico computando, iam alta die Pariſios egreſſus, die quinta in Pictauenſem vrbem (ſtudiis ardens) peruenerim, ini-

A tio Februarij, aquis etiam teſtagnantibus, & viarum partem occupantibus. Quòd autem Ægidio veriſimilis obſtet notitia; probo, quia beneficium erat validè & cononicè collatum Badio, & licet nondum eſſet acquiſitum Badio, vt ſuum eſſe beneficium dicere poſſet: tamen interim ſubſiſtebat collatio, ita quod alij per quemcunque conferri non poterat idque non propter aliquam reſeruationem vel ſuſpenſionem, ſed propter collationem factam, & ius, ſaltem ad rem, quæſitum Badio, & pendens. Si igitur nullus interim, nec Papa quidem conferre poteſt: igitur nullus impetrare, nec currere ad impetrandum. Tum ſatis eſſe videtur beneficium eius viuentis qui habet ius ad rem, ſaltem quantùm ad hoc, vt eo iure durante non poſſit alius curſum ad impetrandum ſiue vitio arripere. Et

B ſic eiuſmodi vitium non debet præpropetè currenti lucrum afferre. Itaque dico primò quòd impetrario Ægidij ſubreptitia eſt, ex eo quòd tacuit ſe curſum arripuiſſe vel feſtinaſſe antequam libeta eſſet vacatio, & pendente adhuc collatione facta alij ius ad rem habenti. Non enim hoc expreſſo tam facile obtinere debuiſſet: quod ſufficit ad ſubreptionem c. *poſtulat* ad fin. *de reſcri.* & tetigi ẓ. eod. nuo. 65.

78 ¶ Secundò dico etiam citra ſubreptionem, putà ſi eſſet facta motu proprio à Papa, vel ab Ordinario eadem vndecima, vel etiam decimaterna Iunij, quod adhuc non valeret propter impoſſibilem & diſverſimilē oonitum. Epiſcopus enim collatione facta ſciuit

C & ſcit poteſtatem prouidendi ſibi ablatam d. c. *ſi tibi abſenti*. Quamuis autem die decima Iunij, poteſtas mero quidem iure redierit: tamen Epiſcopus non ſolùm ignorat, ſed etiam neceſſario ignorat poteſtatem rediiſſe. Et ſic nou magis ea vti poteſt, quàm dum in remotis verè vacat, vereque habet poteſtatem conferendi: ſed eam non ſolùm ignorat, ſed neceſſariò ignorat. Et ſic non ſolùm ratio naturalis, ſed etiam conſcientia iuris ſeu poteſtatis deficientis ipſi repugnat. Impetranti quoque & præcurrenti vitium ambitionis & cenſura ioris repugnat. In impetratione autem à Papa, præter eam rationem etiam ſubreptio concutit. Idem ergo ſi impetraſſet à Papa die duodecima, vel etiam decimaquarta Iunij, quia licèt hoc caſu tempos veriſimilis notitiæ non ſit incipiendum ab vrbe Pariſ. ſed Pictauienſi, tamen etiam tempote æſtiuo nō

D mitius quàm ſex dies, etiam per celeritmos curſores ab vrbe Pictauienſi Romā vſque requiruntur. Quòd ſi Ægidius impetraſſet a Papa die decimaquinta Iunij (ceſſantibus tamen paruis datis, & pnonbus ex eadem cauſa impetrationibus, quæ ſequentes inficerent, vt dixi io reg.) tunc propter concurſum recurreretur ad cap. *ſi à ſede de præb.* in 6. Cæterum io dubio fauotabilior erit & potior collatio Ordinarij, proptet ambitionem & odium præuentionum.

79 ¶ Habes ergo quòd veriſimilis notitia requiritur à tempote liberæ vacationis eſſectæ, vt etiam dixi ſupra in reg. *de infir. reſig.* n. 392. quod eſt verum, quando tempus illud eſt incertum, ſiue impedimentum cōcernat ipſam vacationem, vt in præcedenn & ſequēti hypotheſi, ſiue impedimentū non cōcernat ipſam va-

E cationeē, ita quòd beneficium omnino vacet, & ſit cōferibile: ſed concernat collationem, ſine ius conferendi, vt ius patronatus laicum. Si enim infra quadrimeſtre cōtingat patronum laicum (vel etiam Eccleſiaſticum, ſed ratione caſtri vel domanij temporalis, vt dixi ẓin reg. *de infir reſig* nu. 45.) ſuſpendi vel priuari iure præſentandi, & ſic collaoo ex tunc incipiat eſſe libera: tamen quia euentus ille non erat certus, nec certò præuideri poterat, ſi Papa vel Legatus (aliud enim de Ordinario, vt mox dicam infra tempus antiquū præſentandi, vel teſiduum illius temporis prouidere velit, neceſſe eſt lapſum eſſe tempus veriſimilis notiæ liberæ collationis, inter tempus quo liberum factum eſt ius conferendi, & collationem. Secus quando tempus

Quando præcedit tempus certum ceſſat reg. de veriſimili notitia

certum eſt,ita quod præuideri poteſt,vt quando conferatur poſt tempus deuolutionis: quia poteſt prima die deuolutionis compleræ, iure deuoluto conferri: quoniam interim præuidebatur,vt dixi s.cod.n.72.

80 ¶ Idem ſi vacatio non erat libera,vt in d.cap. *ſi tibi abſenti.* ſed terminus, putà quindecim vel viginti dierum præfixus & notificatus erat collatario ad acceptandum,quia illo lapſo ſtatim alio non expectato, poteſt Ordinarius conferre, & ſimiliter Papa, vt cum eo concurrens: ſicut poſt deuolutionem vel tempus præſentandi, Sed ſi collatarius iſte infratempus ſibi ad acceptandum præfixum moreretur, aut vxorem duceret in remotis vel clam, vel incapax fieret vel renuntiaret, non valeret collatio Papæ vel Legati, ante lapſum illum terminum facta, tuſi inter mortem vel renuntiationem & nouam collationem lapſum eſſet tempus verſimilis notitiæ.

81 ¶ Sed bene valeret collatio Ordinarij vel ſui vicarij tam in hoc quàm in prion exemplo ẽ. eod. n. 79. ratio differentiæ prioris exempli eſt,quia reſpectu Ordinarij collatio mero iure libera eſt, non obſtante patronatu laico. Quia ius illud eſt tantùm quædam ſeruitus, quæ non impedit ipſo iure poteſtatem Ordinarij: ſed tantum ope exceptionis, vel potius in euentum conditionis, quo patronus velit vti, & de facto legitimè vtatur iure ſuo infra tempus ſibi præfixum, & interim præuentio Ordinarij, præuentio non eſt, ſed naturalis prouiſio, quæ proinde nulli ſubiacet obreptionis vitio. cle.2. *de offic.Ordin.* vt latè dixi ẽ. in reg. *de infir.reſign.* num.51.cum ſeq.num.175. cum ſeq.ſecus in Papa qui nullam habet poteſtatem præuenicudi patronum laicum,& funditus nulla eſt & abuſiua, aut ſaltem ſubreptiua talis præuentio Papæ, & ſic nunquam poteſt conualeſcere. dixi in d.reg. *de infir.* num.48. num. 68. num.71. ſed reſpectu patroni Eccleſiaſtici libera quidem Ordinarij collatio, quantumuis naturalis tamen interea reſolubilis eſt,præuentio verò Papæ per abuſum hactenus à paucis ſæculis receptum ſtatim incommutabiliter valet: ratio verò differentiæ vtiusi exempli eſt, quia etiam ante mortem naturalem vel ciuilem collatarij qui non acceptauit, beneficium vacat prion & veteri vacatione, quamuis interim alij confetre non poſſit quandiu pendet collatio facta, ſiue ignoranti capaci tamen, ſiue ſcienti, qui nondum acceptauit tex.in c. *ſi tibi abſenti. de præb.* in 6. non enim vis eſt in abſentia, quæ in d. cap. contingentiam facti tantùm notat, ſed vis eſt in non acceptatione, & collatione interim pendente, & nondum titulum nec ius in re imprimente.

82 ¶ Statim igitur vt pendere deſiit per reſolutionem dictæ collationis motte naturali vel ciuili (quantum ad hoc) collatarij, remanet vacatio vetus libera reſpectu ipſius Ordinarij qui ſauorabilis eſt, nec indiget noua aliqua notitia, ſufficit enim ſibi notitiam veteris vacationis & impedimẽtum illud verè ſublatum eſſe, ſiue ſublatum eſſe ſciat, ſiue non: ſecus in Papa vel Legato, quorum præuentiones contra ſacros antiquos canones vſurpatæ ſunt, ſic non extendendæ, ſed potius reſtringendæ, vt inquit tex.in cap. *quamuis de præb.* in 6. A tempore ergo ſublati dicti impedimẽti requiritur noua verisimilis notitia reſpectu Papæ vel Legati: idem reſpectu cuiuſlibet authoritate papiſtica ſpeciab vel generali conferentis, hæ enim extraordinariæ collationes non minus cuiuis ſubrepooni & nullitati ſubſunt quàm præuentiones Paparum vel Legatorum, vt expreſſim tenent Ioan. Andre. & Archidia.in cap. *ſi cui. de præbend.* in 6. & benè;quamuis Dom. de ſancto Geminia. & Philipp.Franc.ibi dubitent. prout recentiores Canoniſtæ ſenſim magis cœperunt à ſacris canonibus & veteri diſciplina Eccleſiaſtica,potentiam ſui Papæ augendo, iura verò & libertates ordinariorum dimmuendo degenerare, vt nimis omnibus notum eſt. Confirmo, quia hæc regula *de verisimili notitia.* non loquitur de ordinario,nec in eo locum habet ſua vi, ſed in vim iuris communis, ſeu prout de iure communi, vt dixi ẽ. eo. n. 4. Atqui ius commune nullo modo hoc caſu obeſt Ordinario,nec eum impedit ſublato dicto impedimento, ca. *non præſtat de reg. iur* in 6. & ſic multo minus Ordinarium hoc caſu impedit hæc regula, quamuis impediat Papam vel Legatum vſque poſt tempus verisimilis notitiæ huius liberæ vacationis. Et hæc nota vt non minus vtilis quàm noua: nec alibi reperies.

83 ¶ Nonò quæro. Antonius reſignauit in fauorem nepotis, & ſic in manus Papæ Cal. Maij, & collatum abſenti & ignoranti: Antonius autem Cal. Iulij. deceſſit in poſſeſſione. Nepos autem Cal. Auguſti quod in ſui fauorem geſtum erat, repudiauit. Interim autem Epiſcopus die ſecunda Iulij contulit per obitum Antonij Baldo, Cynus octana Iulij impetrat a Papa per obitum & quouiſmodo. Epiſcopus autem die ſecunda Auguſti rurſus per obitum Antonij contulit Dyno. Vicarius eiuſdem Epiſcopi die 5. Auguſti confert Ennio per repudiationem nepotis: Franciſcus autem die 8. Auguſti, ſiue per reſignationem, ſiue per obitum Antonij,vel aliàs,impetrat à Papa. Et ſic quinque contendunt,videlicet primus,tertius,quartus,per Ordinarium;Secundus & quintus per Papam prouiſi. Hæc qu.longè difficilior eſt prore, quam in præludiũ huius poſui, & in qua vna tantùm difficultas verſatur, videlicet an verisimilis notitia rurſus exigatur à tempore liberæ vacationis. hìc autem præter illam, alteta verſatur,videlicet an repudiatio ttahatur retrò, vt fiat locus vacationi per obitum, & tertia an cap. *ſtatut. de præb.* in 6.locum habeat,etiam ſi Papa validè cootulit, ſed poſtea collatio reſoluitur, & quarta an ipſa reſignatio in fauorem, recuſante reſignatario reſoluatur penitus, an vero vt ſimplex remaneat. Et hæc ordine intellectus, prior, & omnino cæteris prior eſt.

Quæſt. nona. ex Hypothefi.

Accipe ſubiectam figutam, vt hoc multiceps & implicitum thema occultis expoſitum habeas.

1 *Maij, reſignatur in fauorem nepotis ignorantis, cui Papa confert.*
5 *Iulij, moritur reſignans in poſſeſſione.*
2 *Iulij, Epiſcopus confert per obitum Baldo.*
8 *Iulij, Cynus impetrat à Papa per obitum, & quouiſmodo.*
1 *Auguſti, nepos repudiat.*
2 *Auguſti, Epiſcopus confert Dyno per obitum.*
5 *Auguſti, vicarius Epiſcopi confert Ennio per repudiationem nepotis.*
8 *Auguſti, Franciſcus ſiue per reſignationem, ſiue per obitum reſignantis, vel alius ex quauis perſona impetrat à Papa.*

84 ¶ Nunc totius concertationis fundamentis ſeu baſibus retectis, breuior & facilior erit iuxtà ſingulorum impetrantium diſcuſſio. Quàtum ad ius primi, videlicet Baldi, videtur potius, quia prius in datz & per vetum modum vacandi. Cum enim Aot.non reſignauerit purè, ſed cõditionaliter, videlicet dantaxat io fauorem nepotis, qui recuſauit, condioo defecit. Et ſic nec reſignaſſe cenſetur, & conſequenter per obitũ vacauit vt diximus in reg. *de publicandis.* qu.10. nu.190. Neceſſe eſt enim quòd vacauerit per reſignationẽ, vel obitum, ſed non per reſignationem condioonalem, cùm condiuo defecerit : Ergo per obitum. Non obſtat quod tempore collationis Baldi nondum defecerat conditio, quia nepos nondum renuntiauerat: & ſic collatio ei facta, & conſequenter reſignatio ſubſiſtebat, ſaltem pendebat: e. *ſi tibi abſenti de præb.* in 6. ita quòd interim nulli alij, nec per Epiſcopum, nec per quemuis alium confetri poterat, vt inquit tex. in d. c. *ſi tibi*

ſi tibi abſenti, quia reſpondetur quòd tantùm abeſt, vt hæc obiectio quantumuis vrgere videatur, officiat Baldo, vt etiam ius illius fulciat, & aliorum euertat.

85 ¶ Pater quia defectus dictæ conditionis trahitur retro quantum ad ea quæ ſunt iuris communis, & fauorabilia, non autem quantùm ad ea quæ ſunt gratiæ, ſtricta & odioſa: vt notant Alexan. Areti. & omnes in *l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth.* vbi tenent quòd reſtitutio per viam gratiæ, non trahitur ad fructus præteritos, vt in auth. *idem eſt. C. de hæred.* ſed bene reſtitutio per viam iuſtitiæ: vt etiam concludit Alciatus in e. r. in fin. *de præſcripto.* & latius ante eum Fortunius Garcias, *l. Gallus. §. & quid ſi tantùm* numero 236. *de lib. & poſthu.* dixi in annota. ad Alexand. conſil. 101. tum. 10. lib. 2. & ad Philipp. Dec. c. vlt. nu. 8. *de conſtitut.* & ad conſ. 525. tu. 7. Tum ſpecialia non debent multiplicari, ſed reſtringi: *l 1. C. de dotis promiſſio* Collatio autem Baldi via ordinaria & iure communi fulcitur, & fauorabilis eſt, *c. t. de reſc.* in 6. nec obreptioni vel ſubreptioni ſubeſt, cle. 2. *de offic. ordina.* Contrà collatio Cyni, vt gratia Papalis, ambitioſa eſt, odioſa, & reſtringenda: *e. quamuis. de præbend.* in 6. & per minimam obreptionem vel ſubreptionem penitus & perpetuò corrumpitur: *c. poſtulaſti* ad finem *de reſcrip. c. non poteſt. de præb.* in 6. & ſic duplici morbo laborat. Primò indiſpoſitione materiæ ſubiectæ ſeu beneficij impetrati tempore impetrationis. Secundò, vitio ſubreptionis: quia ſi Cynus expreſſiſſet collationē nepoti factam adhuc pendentem, Papa nullo modo vel non tam facilè conceſſiſſet.

Reſtitutio per viam gratiæ non ad præterita.

86 ¶ Obreptio autem funditus ab initio gratiam ita annullat, vt nunquam poſtea conualeſcere poſſit. Collatio verò Ordinarij facta Baldo laborat ſimplici indiſpoſitione materiæ ſubiectæ, non autem vlla ſubreptione: & ſic conualeſcere poteſt, ſublata indiſpoſitione materiæ. Et ſatis eſt ad validitatem collationis ordinariæ, quod tempore collationis vacabat (licet non liberè) vt poſtea conualeſcat impedimento ceſſante quamuis collatio Papæ vel legati propter ſubreptionem nunquam conualeſcat, vt in ſimili de beneficio tempore collationis non libero, ſed iuri patronatus, etiam laici, ſcribunt, dictum eſt in reg. *de infirm. num.* 69. Sed hic tempore collationis Ordinarij, beneficium vacabat non obſtante collatione nepotis facta: quæ non replebat beneficium, ſed pendebat. non enim deſinebat vacare, nec repletum erat donec nepos acceptaret, d. c. *ſi tibi abſenti.* Cum ergo vacaret (licet non liberè) collatio ordinaria non impediretur conualeſcere impedimento ceſſante, & præſertim quando ſublatio impedimenti trahitur retrò, vt in defectu conditionis ſuſpenſiuæ ab initio ita exiſtentis.

87 ¶ Quamuis enim exiſtentia conditionis non ſemper trahatur retrò: tamen eius defectus ſemper trahitur retrò, ſaltem quoad diſpoſitionem materiæ: quia conditio pendens nihildum impreſſit in materia. Dum autem deficit, minùs imprimit, & ſic eam retrò liberam relinquit. Quòd ſi quis vrgeat verba negantia tex. d. cap. *ſi tibi* ibi *nequibat*, in promptu ſolutio eſt, quòd loquitur quando Ordinarius variare veller, vt quia iam ipſemet reſignationem admiſit, & ſemel vni contulit. deinde ex ipſa eadem reſignationis eiuſdem vnius, reſignantis cauſa qua contulit, vellet iterum alij conferre, nulla noua cauſa ſuperuenta: quòd meritò in d. c. *reprobatur.* ſed hic Epiſcopus nihil dum fecerat, ſed primus eius actus eſt collatio facta Baldo, & inſuper noua cauſa vacationis ſuperuenerat, videlicet mors Antonij, pacifici poſſeſſoris, ex qua noua cauſa ſuperueniente, non eſt quod imputetur Epiſcopo, qui contulit ex ſuperuenro putatiuo modo vacandi, & iuſto errore, vtpote per obitum eius qui verus titularius fuerat, & adhuc putabatur, & in pacifica poſſeſſione & tali reputatione deceſſit. Ex his diſcuſſum manet & euacuarum ius Cyni, quod non poteſt ſubſiſtere: quia non reperit locum vacuum, ſed præoccupatum à Baldo. Quod ſi collatio Baldi non ſubſiſteret, adhuc minus ſubſiſtere poſſet collatio Cyni: 88 ¶ Diſcutiamus ergo ius Cyni: Videtur enim pooor tanquam prior in data poſt vacationem liberam effectam per defectum conditionis dictæ reſignationis per repudiationem nepotis. Aduſque enim vel beneficium non vacabat: vel, ſi vacabat, noo vacabat liberè. Quandiu autem non vacat, vel non liberè vacat: non eſt locus collationi, etiam ordinariæ: vt hæc omnia probat text. totundus in d. c. *ſi tibi.* Non obſtat quod pendentia illius conditionis reſpicit indiſpoſitionem materiæ, ſeu beneficij vacanns: & ſic quòd non impedit collationem ordinariam medio tempore factam conualeſcere, ceſſante impedimento: quia illud verum eſt quando illud impedimentum vel indiſpoſitio concerneret ſeruitutem beneficij vel ipſius collationis tantùm, non autem vacationem ipſam, quæ eſt neceſſarium & præambulum fundamentum omnis collationis. Et ita procedunt nuper allegata pro Baldo, vt diximus in locis in eam rem allegatis: vbi licèt beneficium vacans & ius conferendi ſeruirent ſeruituti iuris patronatus, tamen vacatio ipſa non ſeruiebat, nec impedita erat, ſed beneficium omnino purè, merè, & abſolutè vacabat. Secus ſi etiam ipſa vacatio quæ eſt principium & primum fundamentum omnis diſpoſitionis ſeu prouiſionis beneficij, ſit impedita, vel pendeat, vel non ſit libera: quia tunc quamdiu pender, vel libera non eſt: nondum aperta, ſed clauſa eſt innua ad omnem diſpoſitionem beneficij, ex quacunque cauſa: vt probat text. in d. c. *ſi tibi abſenti.* ibi *ordinare nequibat*, vbi non diſtinguit, ſed abſolutè loquitur.

89 ¶ Non obſtat de noua cauſa ſuperueniente: quia pendente impedimento vel ſuſpenſione primæ, ſecunda interim ſimpliciter ſuperueniens (id eſt ſine virtute reſolutiua prioris) eodem impedimento eademque ſuſpenſione neceſſariò afficitur. Sequitur enim neceſſariò: ſequens vacatio non aboler priorem pendentem, ergo ſequens quoque pendet, nec magis libera eſt. Igitur ſicut interim non poteſt conferri beneficium ex prima vacatione pendente & non libera: igitur nec ex ſecunda æquè pendente & non libera. Secus ſi ſecunda vacatio eſſet comitata virtute reſolutiua prioris, ita quòd ſecunda remaneret & ſola & pura, vt in vim reg. *de infirmis.* ſi reſignans infirmus erat, & de eadem infirmitate infra viginti dies deceſſiſſet: vel in vim reg. *de publicandis*, ſi citra publicationem in poſſeſſione poſt ſex menſes deceſſiſſet. Cum ergo in hac hypotheſi mors reſignantis ſuperueniat ſimpliciter, ſine concomitantia dictarum regularum, vel alterius virtutis reſolutoriæ: non tollit pendentiam prioris vacationis, ſed eidem ſuſpenſioni & incerto futuro euentui ſubiicitur.

90 ¶ Et ſic euacuantur & funditus abolentur collationes Baldi & Cyni interim factæ, tanquam de beneficio noti vacanti: aut ſaltem non liberè vacanti: & conſequenter locus operitur Dyno, qui poſtridiè vacationis liberæ, prouiſus eſt ab Ordinario habente iam liberas manus, & de beneficio iam liberè vacanti. Et ſic videtur indubitatum ius Dyni, cùm ſit prior in data & capax. In contrarium arguitur: quia vt dictum eſt ſupra eo. qu. 6. in fi. numero 74. veriſimilis notitia requiritur, etiam de nouo, à tempore liberæ vacationis: ſed hic deficit, cùm Epiſcopus contulit poſtridie repudiationis factæ per abſentem Sed iſtud obiectum quòd non prodeſſet Franciſco, vt poſteriori, ſed Ennio, dependet à circunſtantiis facti, videlicet ſi nepos tempore repudiationis tam longè diſtabat, vt tempore collationis Epiſcopus non potuiſſet

verisimiliter habere notitiam. Vode si potuisset, cessat obiectio, & videtur Ennius, vt posterior in data excludi, nec superesse disputaoonem, nisi inter Dynum & Franciscum.

91 ¶ Videtur autem Franciscus potior: quia resignatio facta est io curia, & sic vacauit: & consequenter oon ad Ordinarium, sed ad solum Papam spectabat prouisio. Nec obstat quòd tempore collationis à Papa factæ Francisco, iam tres mensis, & vltra, lapsi erant a resignaoone Romæ admissa: & sic quod iam ante bimestre potestas liberè conferendi ad Ordinarium redierat: liberè ioquam, quod attinet ad reseruationem vacantium in curia capit. *statutum de præb. ud* in 6. quia cum collatione facta nepoti, nemo conferre posset, non potuit interim currere mensis: & sic a repudiatione nepotis, Papa integrum mensem habet vt in fortioribus terminis, videlicet etiam postquàm mensis currere cæperat, decidit Ioan. Andr. in additione Speculi, ti. *de actio. seu petitione*, ad fin. & sic collatio Francisci est infra mensem, imò infrà diem octauum reseruationis vacantium in Curia. Verùm, vt dixi supra eod. oum. 49. hoc fundamentum falsum est: quia reseruatio vacantium in Curia, limitata est ad mensem continuum à die ipsius vacationis computandum d. c. *statutum* quæ limitatio fauorabilis est, & sic indistinctè procedit. Ius ergo Francisci, tanquam per Dynum vel Ennium præuenti, deplotatum est: & patitur ius Baldi & Cyni, tanquam tempore vacationis liberæ oulliter prouisorum.

92 ¶ Rursus disputationem reuoluo, & argumentor pro Baldo, quia si Dynus cæteris præsset, vt suprà, num. 50. hoc est Episcopus habuit liberam potestatem conferendi Dyno vel cuiuis, necesse est ius Baldi cui Episcopus ex eadem causa & vacatione prius contulit, potius esse dubbi ratione: Prima quia non licet Episcopo ex eadem causa & vacatione variare: sed hoc prohibitum est ecclesiasticis personis. c. *institutionis.* 23. *quæst.* 2. clem. *cum illustio.* in prin. *de renuncia.* c. *d cet contessum* c. *quod semel placuit.* c. *mutare consilium. de reg. iur.* in 6. Sed hic non potest esse nisi vna vacatio & non plures, imò ambæ collationes Episcopi sunt factæ ex eadem causa obitus eiusdem, videlicet Antonij. Ergo necesse est ptiotem collatarium, nempe Baldum, potiotem esse: alioquin iste Episcopus non semel, sed ter variaret, quia factum vicanj sui qui tertio contulit, est factum Episcopi. c. *qui per alium. de reg. iur.* in 6. Collat. enim vicanj facta per repudiationem tefertur ad obitum: quia repudiatio nepotis noo est aliud quàm temotio obstaculi.

93 ¶ Secunda ratio quia Episcopus qui semel contulit Baldo obligatus fuit ei de euictione, siue ad curandum quod collatio sua teneret, vel ad prouidendum ei de alio beneficio c. *inter cætera extra de prabend.* Aut ergo Episcopus habebat potestatẽ tempore quo contulit Baldo, & statim valuit. Aut postea potestas libera idem beneficium ex eadem causa & vacatione cooferendi pertinere cœpit Episcopo, & tunc statim antequam conferret Dyno, confirmata est collatio facta Baldo, cui Episcopus de euictione tenebatur, & quia sibi ex eadem causa variare non licebat, & quia Baldus prior causam habebat, ius soperueniens author suo, sibi statim profuit & collationem coofirmauit *l. cum vir. d: vsucapio.* quod si tempore collationis factæ Dyno notidum libera potestas competebat Episcopo propter defectuos verisimilis notitiæ, renuntiationis nepotis, si tunc oepos in temotis agebat, saltem tempore collationis postea per vicarium Episcopi factæ Ennio satis erat temporis ad illam verisimilem notitiam, & sic statim vel eodem momento quo collano fieri potuit Ennio confirmata fuit collatio prioti loco facta Baldo,

94 ¶ Verum hæc mioimè ostant Dyno, quia ad primum respondeo id quod de variatione dicitur verum esse quando prior actus valuit, aliàs non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum c. *non præstat. d reg i r* in 6. Sed hìc ab initio non valuit collatio facta Baldo per c. *si tibi de prabem.* in 6. & sic non habet locum regula, qui prior est tempore *de reg. iur.* in 6. sed regula quod vitiosum initio postea non conualescit. Præterea etiam si non superuenit nona vacaoo, tamen superuenit libera vacatio & potestas conferendi, quæ ptiùs non competebat: & sic Episcopus non dicitur variare, sed iure soo vti cùm noua causa superuenit. Ad secundum duplex est solutio, prima quòd d. c. *inter cætera*, loquitur qoãdo Episcopus scienter & ignoranti contulit præbendam quam non potuit, sed hic Episcopus ignorabat, & sic obligatus non fuit. Secunda solutio quia dictũ c. *inter cætera*, de factu nõ seruatur & cum mulos etiam antiquioribus veteris disciplinæ exoleunt: & notum est quòd hodie collatores non intendunt se obligare, nisi inquantum tunc eorum actus valet, & de iure subsistit. Cum ergo ab initio nullum ius quæsitum fuerit Baldo, reliquit locum liberum & vacuum altis.

95 ¶ Rursus ergo reuoluitur disputatio inter Dynum & Ennium solos: & adhuc etiam data vtriusque capacitate videtur Dynus potior ob prioritatem datę. Contrà quod repellendus, duplici ratione: prima quia nisi nepos tempore renuntiaoonis fuerit præsens, vel in loco remoto, deficit Dynum tempus verisimilis noóniæ quia rursus requiritur à die liberæ vacationis, vt suprà num. 72. Secunda quia Dynus non est prouisus nisi ex capite obitus. & sic habet collationem limitatam, vt in dubio limitata est ad modum vacationis expressum, nec extenditur ad aliom tex. in c. *susceptum.* & ibi omnes canonistæ *de rescript.* in 6. Egid. Bellamer. decisio. 735. Andreas Iser. *si de fundo defuncti. contra. sit inter domi. & agnat.* §. *in moribus. in vers. feudo.* Maximè cũ beneficium oon esset debitum Dyno: contrà Ennius die 1. à dicta repudiatione prouisus est post tẽpos verisimilis notitiæ à dicta repudiatione & superuenta libera confetendi potestate. Tũ sua collatio non est limitata, quippe quæ modum omnẽ vacandi, siue per resignationem, siue per obitũ includit, siue per superuentam potestatem liberè conferendi, Nec obstat quòd videtur limitata ex causa dictæ resignationis: quæ tamen non est facta nec admissa in faoorem Ennij, sed resoluta: imò quòd videtur facta per erroneum modum vacandi: 96 ¶ Quia simpliciter promisus est Ennius per repudiationem nepotis: quia non est modus inducendæ vacationis, sed relinquendi beneficium in priori statu. Respondetur enim quòd hæc expressio & qualitas collationis, non facit limitationem ad casum resignationis, nec ad repudiationem nepotis. cum enim hæc repudiatio non sit genus vacandi, sed remotio obstaculi, non potest censeri expressa ad limitandum seu restringendum ad aliquod genus vacandi, sed ad resignandum, cessate obstaculum, & collationem esse liberam ex quocunque genere vacandi spectante ad potestatem conferentis: qui etiam in dubio oon est credendus se restrinxisse, & elegisse viam ineptam & impugnatiuam suæ collaoonis, *l. 3. de milit. testa.* imò ea causa in collatione Ennij expressa, sui natura implicat omnem casum conferendi resultantem ex repudiaoone expressa, videlicet sioe per resignationem Antonij, siue per eius obitum, siue per superuenientem liberè collationem, siue per dictam repudiationem.

Repudiatio non est genus vacandi.

97 ¶ Cæterum Ennius non impertinenter causatur, quòd licet per repudiationem nepotis euanuerit collano nepoti facta, non tamen resignatio, sed remansit simplex, ex quo Papa semel conditioni paruit conferendo nepoti, qi icquid postea contigerit, & maximè cum resignans non conquerãtur nec pos-

ſit conqueri, & ſic quòd remanſit vacans per reſigna- A
tionem in Curia admiſſam, & in partibus poſt men-
ſem ab admiſſione, collatio verò Ennij non eſt limi-
tata ad obitum, ſed omnem modum comprehendit,
vt dictum eſt. Et ſic excludit Dynum iam ſatis *meè*
ἐμπόνως, veniendo *σὺν τῷ πρωτεύειν*, dico non
eſſe inter iſtos duos laborandum de veriſimili no-
titia vtpote prouiſos ab Ordinario, in quo non
habet hoc caſu locum hæc regula, quamois locum
habeat reſpectu prouiſorum à Papa vel legato, vt
nuper & nouè docui ad finem quæſtionis præce-
dentis num. 59.

98 ¶ Totius ergo multiplicis boius quæſt. deciſio
ad vnicum hunc punctum relabitur, an per repudi-
ationem nepotis, defecta conditione reſignationis,
reſoluatur ipſa reſignatio in totum: ita vt non re- B
maneat niſi vacatio per obitum: An verò ſolum re-
ſoluatur collatio nepoti facta, reſignatio verò rema-
neat, ſimplex, tanquam conditione fauoris ſemel
impleta & purificata. Ad hunc nodum, in quem reci-
dit tota Epiraſis huius diſputationis, reſoluendum, in-
ſpicienda eſt origo progreſſus & *ἀκμὴ* huiuſmodi re-
ſignationum in priuatarum perſonarum fauorem.

Ortus & progreſſus reſignationum. 99 ¶ Primùm enim vt ſimoniacum & execrandum
κατάκριτον protſus damnatæ & reprobatæ fuerunt, vt ſa-
tis dictum eſt in regula *de infirmis nu.* 79. Deinde vt
In fauorem. antiquus ille vigot Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſenſim re-
frixit, cœptum eſt in gratiam tacitè admitti, non ex-
preſſo, ſed diſſimulato fauore, quando videlicet curæ
Primus gradus. & ſollicitudini conſulendi Eccleſiis, ſucceſſit indulgen-
Secundus gradus. tia conſulendi perſonis. Poſteà cœpit addi expreſſa C
ſupplicatio pro certa perſona, purè tamen & ſimpli-
citer priùs reſignando, torúmque reſidoum in mera
voluntate & arbitrio ſuperioris teliquendo. Et ſic
fiebant mandata ad reſignandum purè & ſimpliciter,
& ſupplicando conferri tali non adiecta clauſula *non*
aliàs, nec alia reſtrictione.

Tertius gradus. 100 ¶ Dehinc & tertiò poſt reſignationem purè
admiſſam & ſupplicationem, cœpit addi clauſula *non*
non aliàs, quæ tamen nullam conditionem, nullam
neceſſitatem imponebat ſuperiori: ſed ſoli procura-
tori hanc formam vt facta & ſimpbciter abſolutéque
admiſſa reſignatione, ſupplicater tali conferri, nec
aliàs reſignáret, quàm huiuſmodi ſupplicationem ſi-
mul adiciendo: relinquendo tamen effectum ſuppli-
cationis in mera voluntate ſuperioris. Et circiter 30. D
anni cum cœpi aduocationibus operam dare, vidi
hanc tertiam formam in vſu eſſe, & mandata ad reſi-
gnandom, in fauorem ſub hac forma concipi, vide-
licet ad reſignandum, ac purè & ſimpliciter dimittendum: & infrà, in manibus Papæ aut alterius ſuper hoc
poteſtatem habentis in coria Romana putè, liberè, &
ſimpliciter huiuſmodi renuntiationem ſeu reſignatio-
nem recipi & admitti ac illa recepta & admiſſa, petendum, ſupplicandum & humiliter & deuotè requirendum, quatenus placeat & dignetur tali N. prouide-
re & non aliàs, iurandúmque in animam quòd in præ-
miſſis non dolus, fraus ſimonia, nec alia pactio illicita
interuenit, ac literarum ad hoc neceſſariarum expedi-
tioni conſentiendum. E

Quartus gradus. 101 ¶ Quartò mandrabuli more cœperunt reſignan-
tes, ſeu potius reſignatarij, huiuſmodi ceſſiones ve-
nantes, imò ambo ſic paciſcentes diffidere Papæ ſuæ-
que Cancellariæ, ſi bi que timere, ne ſecus quam con-
ueniſſent, contingeret, & bolus vtrique eriperetur è
faucibus. Quare deinceps non ſans habuerunt for-
mam ſoli procuraton iniicere: ſed iuuenta eſt ab eis
tutior via, qua ſuperiori qooque forma & neceſſitas
iniiceretur, vt aliter non poſſit reſignationem ad-
mittere, nec vlla vacatio ſequeretur, nec quicquam
fieret, niſi præcisè conferretur delecto & nominato
reſignatario: & ſic dempta eſt, & vſitari deſiit humi-
lis illa & deuota ſupplicatio, & clauſula *non aliàs* deſiit

poni poſt puram admiſſionem & deuotam ſupplica-
tionem. Sed cœpit adiici ipſi reſignationi, vt manus
quóque ſuperioris ab initio, tanquſ mutuo expreſſo,
& priùs icto commercio ligarentur ſub hac protrita
forma ad reſignandum putè & ſimpliciter, *in fauorem*
tamen N. nec aliter, nec aliàs, nec alio modo. Quintò
vt *πολυπέφια* & copiditas nonquam ſatis plena, ita
nonquàm ſatis ruta eſt, nouáſque in dies tunotes
formas depromit, dubitare cœperunt vigilantiores
(nec abs re) de vltima vſitata forma, quaſi conditio
illa vtcunque reſignationi & ſuperiori iniecta, mo-
mentanea eſſet, eique ſatisfactum eſſet per primam
collationem reſignatario vtcunque factam, ſiue aliàs
reſignatarius incapax inueniatur, ſiue non, ſiue poſtea
acceptet vel repudiet: vt etiam ſi non ſortiatur effe-
ctum ad commodum reſignatarij, tamen remaneat
reſignatio ſimplex vt pura, vel purificata, & reſignans
ſemper & in omnes euentus beneficio priuetur.

102 ¶ Quare quintam hanc & nouiſſimam formam Quintus gra-
commenn ſunt, quam anno ſeſquimilleſimo quadra- dus.
geſimonono practicari vidi in Curia Romana, admiſ-
ſam videlicet ad reſignandum in manus Papæ in fauo-
rem tamen. N. & dummodò ipſe. N. acceptare volue-
rit, & non aliàs, nec alio modo, non intendens reſi-
gnationem ſortiri, in ſui præiudicium, effectum, do-
nec & quouſque dictus N. per ſe vel ſuum procurato-
rem dicti beneficij poſſeſſionem acceperit actualem,
realem, & corporalem, ſuum animum de illa acce-
ptanda declarando. Et pet hanc nouiſſimam formam
tunùs agent reſignantes in quorum fauorem inuenta
eſt. & ſic iniicitur vinculum ſuperiori, non ſolùm ad
conferendom cui reſignans ſemel voluerit, ſed etiam
ad conferendum cum effectu, non ſolùm de præſenti,
ſed etiam de futuro. ita quòd ſiue reſignatarius ſit in-
capax, vel mortuus tempore collationis, ſiue tunc eſt
viuus & capax: ſed antequam acceptet, poſſeſſionémve
realem capiat, moriatur vel vxore cuculáve ſumpta vel aliàs incapax fiat, vel repudiet, & generaliter
omni caſu (excepta valida & effectuali prouiſione,
acceptatione & poſſeſſione reſignatarij) ius redeat vel
remaneat reſignanti, abſquæ noua collatione, & per-
inde acſi nihil omninò geſtum eſſet.

103 ¶ Et certè parum abeſt quin hæc forma ſpeciem
habeat teſeruationis vel regreſſus: quia etiam ſi per
annum, biennium, vel longum tempus, reſignatarius
poſſeſſionem realē capere diſtulerit, etiam quantūuis
acceptauerit, nō vacabit beneficium per eius obitum,
ſed remanebit reſignanti ſuperſtiti, ac ſi nunquàm re-
ſignaſſet. Tamen propriè non eſt verus regreſſus: quia
vt primum reſignatarius accepetit poſſeſſionem effe-
ctualem, reſignans omnino pnuatus erit, nec vllum
regreſſum ſeu reſeruationem habebit. Interim autem
vacabit per obitum reſignantis, etiam infra ſemeſtre,
vtpote caduca defectáque conditione reſignationis,
quia ex forma procuratonj apparet quòd noluit reſi-
gnare priuſquam reſignatarius acceptaret, & ſic quum
non poſſit reſignare poſt obitum, ea conditio intelli-
gitur, dummodo reſignatarius acceptet vioente reſi-
gnante, nec poterit acceptare poſt obitum, ſed liberè
vacabit per obitum, quod iuſtum eſt odio huiuſmodi
veritarum & ſimoniacarum reſignationum.

104 ¶ Verum, quia huiuſmodi forma adhuc bodie
noua & inſolens eſt, longuſque degenerans à mente
& cenſura canonum, potarem legatum etiam cui ſpe-
cialiter data eſſet facultas reſignationes in fauorem
expediendi, non poſſe ſub hac adhuc inſueta & nimis
exorbitanti forma admittere: ſed tantum ſub quarta
in vſum recepta, vel ſub prioribus: quia in mandato
generali non veniunt inſolita, ſaltem ſi eſſent grauio-
ra, vel per quæ ius commune magis læderetur, capite
in *generali. de regula iuris* in 6. Sub hac igitur no-
uiſſima forma certum eſſet Dynum potiorem eſſe:
quia non vacaſſet per reſignationem (cùm nepos vi-

nente Antonio non acceptauerit, & inſuper poſtea repudiauit) ſed per obitum. Dynus autem ex capite obitus prior eſt in data poſt tempus liberæ collationis, etiam ſi citra veriſimilem eius notitiam, & ſic Ennius, vt poſterior indiſtinctè excluditur.

105 ¶ Sed quid ſub quarta viſitatioi forma? tunc contrarium videtur: quia verba dictæ formæ ſalua recti ſermonis ratione, verificati & impleri poſſunt, per ſolam collationem reſignatario factam, ſiue tunc capax ſit, vel non, ſiue poſtea ante acceptationem morte naturali vel ciuili de medio ſubducatur, vel inhabilis fiat, aut repudiet. Et ſic beneficium non redibit ad reſignantem, ſed remanebit vacans per reſignationem, tanquam nunc ſimplicem: quia eadem tatio eſt puri & purificati. text. in *l.* vlt. §. vlt. verſic. *contra vero.* & ibi Franc. Atet. not. 3. *de verb. obl.* Bald. *l. cum teſtamento. not.* 4. *C. de manu. teſtam.* Ang. laſ. in *l. vltim.* §. 1. *colum.* 1. *de vulg. & pup.* ad hoc etiam tex. in *l. ſed & ſi de ſua. in fi. de acquir. vel amit. hared.* laſ. in *l. Marcellus* §. *idem Pomponius. ad Treb.* Tum in dubio verba huiuſmodi mandatorum debent interpretari, vt quanto minùs fieti poſſit, deuient à iure communi, minúſque à canonibus exorbitent. Cum igitur etiam ſine impropriatione poſſint intelligi de conditione momentanea, non debent extendi ad ſucceſſiuã, per quam magis derogaretur iuri communi. Et ſecundùm hoc excluderetur Dynus, cuius collatio ad obitum limitata eſt: & vincerer Ennius.

Eadem ratio puri & purificati.

106 ¶ Nec obſtaret arreſtum de quo dixi in reg. *de publicandis. quæſt.* 10. *num.* 265. quia reiecta euaſione diuinatrice, quòd ibi mandatum ad reſignandum fuiſſet in quinta forma, quod etiam non eſt veriſimile: & nondum ea forma nota erat, nec adhuc hodie eſt in vſu communi: nec id fuit allegatum: nec ſi quid erat, omiſſum fuiſſet facile eſt dicere non exemplis iudicandum, præſertim cum illud arreſtum multis antiquioribus & pernotioribus eiuſdem Senatus diſpliceret, vt tunc audiui & vidi. Facit quòd diſpenſationes & derogationes iuris debent, quantùm fieri poteſt, reſtringi. c. *odia. de reg. iur.* in 6. Et hæc quidem ſententia magis iuridica & canonica eſt, & omnino ſequenda eſſet, ſi quid veteris Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſideret.

Abuſus Papæ facit ius.

107 ¶ Sed omnia ſunt immutata; in contrarium adducor propter receptum Pontificum abuſum, quin in his, in quibus abſoluè, de facto ἐχ ἀνωμαλίας præſunt, facit ius: vt de errore imperatorum ait iureconſultus in l. 1. in fi *de ſupell. leg.* Non tamen quòd forma illa quarta & viſitata æquè polleat vt quinta: ſed hactenus vt ſub forma quarta, ſi reſignatarius acceptare noluerit, vel naturali aut ciuili morte etiam poſt collationem præuentus fuerit, non cenſeatur reſignatum eſſe, ſed per obitum reſignantis, vt iure communi vacet, vt dixi in d. qu. 10. ad fin. in reg. *de public.* Sin autem ſemel capax exiſtens acceptauerit, & ſic ſemel ei ius in re quæſitum fuerit, nunquam redeat ad reſignantem, ſed vacet per obitum reſignatarij, non autem reſignantis: niſi in caſum reg. *de infirmis*, vel *de publican.* inciderit. Et mouetur, tum quia ita cenſetur actum, tam per reſignantem quàm per Papam ſcilicet de reſignatione in fauorem cum effectu, hoc eſt, ita vt ius in re ſemel quæſitum ſit reſignatario, vtque tunc demum diſcedat ius & titulus à reſignante ſi quærant reſignatarium: & non prius, iuxta *ſi quis vt.* §. *differentia de acqui. vel amit. poſſ.* ita enim iam ferè moribus annuitatis arguere licet à prophanis, non immediatè, nec virtute legum ciuilium: ſed ex mente gerentium, quæ vtplurimùm ad inſtar negotiationis rerum prophanarum determinatur, vt notorium eſt: cou'e iucuter ita iudicatur. Tum ne deterius contingat, videlicet quod beneficium cedat in prædam aucipum mutétque dominio non ſolum inopinatè, ſed etiam in deterius. Præſtat enim veterem titulatium remanere, quàm inopinatè & contra mentem gerentium ſpoliari, nec tamen meliori beneficium dari, tum ex quo reſignans ſemper remaner in poſſeſſiooe, videtur velle moti titularius niſi inquantum ius acquiretur reſignatario.

Do pro phanis ad bene fieium argutur.

108 ¶ Tum aucupes illi & captatores alienorum beneficiorum, qui omnem occaſionem venantur, omnibus & perſonis & tempotibus inſidiantur, non ſolùm odio ſunt, ſed de mero lucro & immerito conſequendo & attipiendo eertant, antiquus autem titularius de conſeruando damnóque vitando præ illis certat: & ſic longè fauorabiliorem cauſam habet. Tum alioquin multa inconuenientia ſequerentur. Quid enim ſi ſenex vèl valetudinarius canonicus reſignat canonicatum in fauorem nepotis, vel amici, cuius gratitudinem nouit, & de quo confidit ſeſe ſuſcipiendum, nec in neceſſitate deſtituendum: poſtea rebus breui momento (vt ſæpe) mutans, cuntingat reſignatarium tempore collationis vel paulò poſt priuſquam ſciat vel accepter deceſſiſſe, vel iuſſu patris vxorem duxiſſe, ao æquum putas, ſenem illum bona fide (provt ſine vitio, ſed ex iuſta & probabili cauſa fieri poteſt, vt per Ægid. Bellam. cap. *tuam numero* 8. *de etat. & qualit. præfic.* in ſuptà in regul. *de infirmis reſignantibus. numero* 124. cum ſeq.) reſignantem, ex improuiſo & inuentione ſua fruſtrari, & beneficium gratiámque beneficij amittere: illudque primo occupanti non modo nullam gratiam relaturo, ſed penis forſan abuſiuo cedere. Ego certè (*ais ὁmexὸr ἐuὸ*, & æquitatis in omnibus ſtudioſus, vt teuti in conſuetudine Pariſienſi, §. 8. gloſſ. 4. numero 8. & §. 26.) non puto. Atque ita in hac hypotheſi concludo pro Dyno, & quæ in reg. *de public. quæſt.* 10. ad fi. tapiun ſcripſi, comprobo. Et ſic perſpicuè, breuiter & nitidè, ſine longa & tædioſa diſputatione, reſoluuntur hæ quondianæ & argumentoſiſſimæ quæſtiones, & quamplures his connexæ. Conclusio.

109 ¶ Viden' quam laborioſa, ineerta, & aleatoria eſt γεωμαλὶα pro veteri & primitiua ſimplicitate? quàm operoſa & perplexa ars ſucceſſit? quam obbtuliſſe homines, quibus ſynecra vetera, præ inuectis ſordent? Nec tamen hoc priſtinum (etiam aliorsùm felicius occupatiſſimus) refugi: quò dicentium ingenia vndequaque inuem: etiam ſi modicam gratiam referam, quum labor mihi ſit io damno luculento. Potuiſſem addere alium & ſextum gradum corruptelæ & degenerationis huiuſmodi reſignationum in fauorem, videlicet vt procuratot non habeat mandatum ſpecificum ad eertam perſonam, ſed poteſtatem reſignandi in fauorem cuiuſcunque perſonæ per eum nominandæ, videlicet vt ſine refectione noui mandati eadem fidelia poſſit procurator ſingulis menſibus: imò diebus & horis cuiuis plus offerenti addicere. Sed quia iſtud nouum γεωμαλὶαc & nũdinarioms geous paulo lõgiùs abeſt ab hoc noſtro propoſito, nec hîc ſim prolixior, remitto ad ea quæ dicam ſuper edicto Henrici II. contra parnas datas. §. 10. gloſſ. 2. num. 14. num. 20. cum ſequent.

110 ¶ Rurſus vide quam luhrica ſit & ſemper in præcipiti ſter beneficiorum huiuſmodi materia, vt vel puncto aut apice vno mutaro inuerti poſſit, rota enim laborioſa huius 9. qu. diſputatio & reſolutio eorruit, ſi Baldus eſſet nominatus inſinuatus & debitè qualificatus: Quia tunc reſpectu illius & ad commodum antiquioris nominati, repudiatio vel defectus reſignatarij ſequens trahitur retrò ad validam reqniſitionem vel promiſſionẽ nominati per ea quæ dixi ſupra in reg. *de publicem.* & omnino debetur beneficiũ antiquiori nominato, ſiue Bald. ſiue Dyno, ſiue Ennio, vel alij qui ſit antiquior nominatus, quia ex quo mors reſignantis, quæ poſtea deciegnit eſſe

veta vacatio, contigit in menſe nominatorum, debetur eis beneficium, nec inſpicitur quo menſe ſuperuenerit declaratio ſiue defectus reſignatarij niſi quòd bene inſpiciatur ad eorum commodum. Idem de graduatis, vel mandatariis, & legitimis expectantibus, vt inſpiciatur tempus quod eſt eis vtilius ex quo beneficium eſt eis & non alij debitum ſa. no. ſupra eodem num. 85. debent enim meritò præferri alijs venientibus ad merum lucrum. Prædicta verò noſtra diſputatio & reſolutio procedit in terminis Ordinariæ collationis, vt ſi mors contigerit in menſe Ordinarij, vel etiam vt ſupra ſpeciem facti poſuimus 83. in menſe nominatorum, ſed nullo nominato debitè perſequente. Et hæc de regulis huiuſmodi hactenus in hoc Regno vulgo receptis.

De reg. Cancellariæ in communi.

111 ¶ Quædam tamen aliæ ſeſe offerunt non minore ſtudio ἀναλύσεως diſcutiendæ, ſi otium ſuppeteret, & neceſſitas poſtularet: vt regula de annali, & altera de triennali poſſeſſore. Nou enim verum eſt quod vulgo putant reliquas omnes regulas (dictis quatuor exceptis protſus inutiles & ſpernendas eſſe, quatenus enim ius commune vel ordinarium iuuant, rationabiliter admittendæ ſunt, & in cauſis decidendis vſurpandæ, quo minus à iure communi & diſciplina Eccleſiaſtica recedatur: 112 ¶ Præſertim regula illa *de annali poſſeſſore*, quæ eſt 30. inter regul. Imoc. VIII. cuius tenor talis eſt: *Item idem dominus noſter (vt improbis lites exquirentium motus reprimantur) voluit, ſtatuit & ordinauit, quod quicunque beneficium Eccleſiaſticum (tunc per annum immediatè præcedentem pacifitè poſſeſſum) & quod certo modo vocare prætendit: deinceps impetrauerit, nomen, gradum & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem & quot annis illud ipſe poſſidit, & pacificam & determinatam (ex qua clarè conſtare poterit quod nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius competat) cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere, & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere, cauſamque ex tunc de ſuper infra annum vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè proſequi debeat & teneatur, alioquin impetratio prædicta & quæcunque inde ſequuta nullius exiſtant firmitatis. Et idem impetrans de damnis & intereſſe poſſeſſorem prædictum propterea contingentibus ei ſatisfacere, & ſi poſſeſſorem ipſum iniuſtè, friuolè ac indebitè moleſtaſſe repertus extiterit, quinquaginta florenos auri perſoluere cameræ Apoſtolicæ ſit aſtrictus: nec alius quàm præmiſſa vacationis modus etiam per literas, ſi neutri, aut ſubrogationis, vel alias ſibi quoad hæc vt huiuſmodi beneficium ea vice conſequi vel obtinere valeat quomodolibet ſuffragetur, illudque nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur.* Hæc regula primùm ab Eugenio III. (initio ſui pontificatus, quo conciliis vniuerſalibus ſeſe ſubmittebat (inuenta, vt ibi Gomeſ. præfatur. Eſt enim valdè laudabilis, vtpote lata contra inuolatores illos alienorum beneficiorum, hiſtiúmque artifices, quos deuolutarios vulgò vocant. Ideo in omni foro, etiam in hoc Regno omnino practicanda eſt, quatenus ſcilicet reſtringit & coercet impetrationes illas à Papa vel Legato ſito, non autem quatenus proceſſum iudicialem concernit, vel formam futuræ inſtantiæ præfigit, quia nihil poteſt Papa ſtatuere circa cauſas iudiciales & earum formam in hoc Regno, etiam in foro Eccleſiaſtico, nedum in ſeculari: ſed aboſioum eſſet, vtpote contra decretum de cauſis.

Regu de annali poſſeſſore.

Ampl. 1.

113 ¶ Quod ergo attinet ad ipſam impetrationem ſeu beneficij collationem in ſe, dictam regulam amplio primò, vt procedat etiam ſi Papa motu proprio conferat: etiam ſi non in vim clauſulæ *motus proprij* per ſuorem vel pecuniam obtentæ. Quo caſu nihil minus eſt quam motus oroprius verè & propriè loquendo: ſed eſt ſpecies tacitæ derogationis quæ non valet, nullúmque effectum habet, niſi in caſibus à

Motus proprius fictus.

A iure expreſſis duntaxat: vt de huiuſmodi clauſula *motus proprij* decidit gloſſ. in clem. *ſi Romanus. verſic. validam.* & ibi Card. Flo. Panorm. *de præbend.* Gemin. conſi. 104. Card. Flor. conſil. 304. Papa vnius, nec vnquàm valet in præiudicium tertij: Alex. conſi. 210. lib. 7. Philip. Deci. c. vltim. nu. 12. (vbi dixi) *de conſtit.* conſ. 33 nu. 6. Et ad excludendum effectum huiuſmodi ficti vel improprij motus, non auditur voleus probare hoc ad impetratis vel altetius inſtantiam factum eſſe: non per rationem quam addit Io. And. in c. *ſi motus. de præbend.* in 6. in nouel. ſcilicet ne Papa redarguatur de mendacio: ſed quia etiam ſi ad petitionem conceſſum probetur, tamen conſtat Papam voluiſſe vti hac clauſula diſpenſatoria. Secus ſi vlterius ageretur de effectu veri & naturalis motus: B quia tunc poteſt & debet admitti probatio in contrarium, imò non ſequitur. Adeſt clauſula motus proprij: ergo impetrans nec alius pro eo poſtulauit: ergo eſt verus naturalis motus, quia poteſt eſſe (vt ſæpius) fictus improprius motus, ſine clauſula diſpenſatoria, vel derogatoria vt dixi, petita & impetrata. Ponuntur enim & impetrantur clauſulæ motus proprij ſecundum ſtilum hodiernũ, vt etiam tempore ſuo ante 250. annos teſtabatur. Car. Flo. conſi. 143. in fi.

Naturalis motus.

114 ¶ Redeundo ad ampliationem noſtram, addo quod etiam ſi conſtet deeſſe ſupplicationem & fauorem impetrantis, & ſic eſſe vetum motum adhue idem eſt, quamuis Gomeſ. ibi qu. 10. contrarium teneat, & malè: quia cùm hæc regula lata ſit publicæ vtilitatis cauſa, & ad fraudes & lites repellendas, non C cenſetur Papa vel derogare etiam clauſula *motus proprij* appoſita, quæ nihil operatur contra metum vetiſimilem concedentis: Ioan. And. in d. c. *ſi motu de præbend.* in 6. in nouella. Rota deciſ. 111. cum ſequen. *in nouis*, Alexand. d. conſi. 215. lib. 7. Ægid. Bellameræ, deciſ. 392. deciſ. 474. Rota deci 445. *in antiq.* Felyn in c. *in noſtra.* corollar. 36. not. 11. *de reſcript.* Nec in his quorum Princeps nou habet plenam notitiam, vt in circunſtantijs, de quibus in hac regula, quæ ſunt facti: Bald. in *l. vlt. C. de crimine ſacril.* Felyn. in c. *cauſam. quæ de teſtibus.*

115 ¶ Amplio ſecundò vt locum habeat etiam in prouiſione Legati: quia eodem ſtylo, eiſdem regulis vti debet, vt dixi in regula *de publicandi*. & ſupra ead. reg. numero 2. quamuis contrarium teneat D Gomeſ. in regula. *de annali. quæſt.* 9. qui cum tamen conſentio non habere locum in prouiſione Ordinarij. Amplio tertiò, vt etiam ſede principali Papali vacante currat tempus in d. reg. præfixum: vt etiam tenet ibi Gomeſ. qu. 59. quamuis in terminis aliarum regularum contrarium poſt Rotam teneat: & malè, vt dixi in reg. *de inſir. num.* 334 & in reg. *de publican. quæſt.* 14. *num.* 296. Amplio quartò, vt procedat in omnibus beneficiis, vt tenet Gomeſ. qu. 18. etiam commendatis: vt idem tenet qu. 26. Quod eſt indubitandum, per ea quæ dixi in regul. *de publican.* quæſt. 15. Amplio quinto, etiam ſi impetrans ignoret qualitates de quibus in hac regu. & qualemcunque ignorantiæ cauſam habeat: vt ſentit Gomeſ. qo. E vltim. & bene. cum iſte impetrans certet de lucro ſeu iure quærendo: ad quod non admittitur, niſi ſub conditionibus eiuſdem regu.

Ampl. 2.

Ampl. 3.

Ampl. 4.

Ampl. 5.

116 ¶ Amplio ſextò, vt procedat etiam ſi impetretur poſt obitum poſſeſſoris annalis: hæc enim reg. realis eſt, & tranſit etiam in ſucceſſorem per obitum: vt tenet Gom. qu. 63. licèt ibi vacillet. Sed nullo modo dubitandum eſt: quia ampliatio loquitur & intelligitur quando deuolutio vel defectus iuris prætenditur non ex capite ſucceſſoris, ſed ex capite defuncti, ſiue ex defectu iuris defuncti: quo caſu maior eſt ratio excludendi impetrantem poſt obitum, quam ante obitum: quia ex quo defuncto non fuit lis mota, non tenetur ſucceſſor de eius capitulo

Ampl. 6.

Hæc regula realis eſt.

vel iure docere: vt dixi in regula *de publicandis*. qu. v. nu. 43. Et ſic contra ſucceſſorem longè duriori probatione afficitur impetrant, qui nunc agere incipit: quia tametſi clarè liquidare velit, non admittetur, etiam ſi ſucceſſor nondum poſſederit, ſi tamen defunctus per annum pacificè poſſederit, niſi impetrant à Papa vel Legato formam huius regul. obſeruauerit in impetratione ſua.

117 ¶ Quare generaliter ampliandum eſt in omni ſucceſſore, & tam actiuè quàm paſſiuè. Vnde ſiue is qui per annum pacificè poſſedit moriatur, vt dixi, vel cedat, ſiue ſimpliciter, ſiue in fauorem, ſiue cauſa permutationis, competit ſucceſſori eadem exceptio, vt it qui impetrauit ex defectu iuris defuncti vel cedentis, ſiue eo viuo, ſiue poſt ceſſum vel deceſſum impetrauerit, inquantùm vult fundari in ineapacitate, priuatione, vel defectu ioris dicti poſſeſſoris, teneatur oſtendere, ſe omnia in impetratione ſua Papæ vel Legati expreſſiſſe, quæ requirit hæc regula, alioquin non minus, ſed fortiùs, vt dixi, excludetur per quemuis ſucceſſorem quam per ipſummet annalem poſſeſſotem, ſi non ceſſiſſet nec deceſſiſſet. Et ſic hæc regula realis eſt, vt etiam ſentit Gomeſ. qu. 62. licet ibi in fine metu Rotæ vacillet, & reſtinguat: & malè, vt dixi in reg. *de publicand.* numero 30. cum ſeq. Et idem multòmagis de ceſſionario vel quouis ſucceſſore d. impetrantis, inquantùm vellet controuertere ius d. poſſeſſoris.

Ampl. 7. 118 ¶ Ampho ſeptimò etiam ſi impetrans fundari velit ex noua priuatione vel vacatione, quæ poſt pacificam illam annalem poſſeſſionem contigerit. Imò etiam ſi nuper, (putà pridie impetrationis) contigerit, putà ſi is qui per annum vel vltra, pacificè poſſedit, vxorem, vel cucullam, vel incompatibile beneficium ſumpſerit, vel infra annum promotus non fuerit, vel aliter per ſententiam canonis vel hominis, ipſo iure priuatus ſit, quia verba reg. generalia ſunt, nec diſtinguitur an vocatio præceſſerit vel ſecuta ſit annalem poſſeſſionem, vel an tempore medio inciderit, ſed generaliter & indiſtinctè loquitur de omni quouiſmodo à Papa vel Legato impetrante, ad finem quauis cauſa, ſiue veteri, ſiue noua deturbandi pacificum poſſeſſorem annalem. Et ſufficit quod tempore datæ impetrationis poſſeſſor ille iam per annum immediatè præcedentem pacificè poſſederat Et ſic niſi impetrans à Papa vel Legato formam in regul. Cancellariæ præfixam obſeruet, & omnia quæ in eo requiruntur, ſpecificè exprimat, nullum omnino ius acquirit. Et adhuc forma ſeruata, non poteſt iuuari alio vacandi modo quàm in d. impetratione ſpecificè expreſſo. Et ſic hæc reg. Vtilitas reg 32. vtiliſſima eſt, lauſſimè paret. & ita nominanm poſt Rotam decidit Gomeſ. qu. 54. vbi 119 ¶ & hæc

Ampl. 8. 8. Ampliatio, loquitur etiam in execrabili, videlicet per extrauagantem *execrabilis* ipſo iure priuato, vt tamen defendatur per hanc regulam, ſi per annum poſſedit, ſiue ante, ſiue poſt illam priuationem, ſiue computatis extremis, anni tamen coonnui. Idem dicit Gomeſ. quæſtio. 55. teneri & iudicari in Rota, etiam in priuato per non promotionem: c. *licet canon. de elect.* in 6. vel per altetius aſſecutionem, c. *de multa de prabend.* vel etiam aliter

Scopus reg 35. intruſo. Si tamen per annum pacificè ante impetrationem adnetſanj poſſederit, quod ſufficit, in odium impetrantium beneficia poſſeſſorum viuentium, quia regul. iſtud odium duntaxat reſpicit, nec requirit canonicum titulum nec bonam fidem poſſeſſoris. Et ita generaliter tenendum & iudicandum eſt. Nec proinde defenduntur intruſi, vel alias titulo ſuo priuati, contra quos inquirete debent Ordinarij, qui etiam liberè etiam vacantia de iure tantùm conferre poſſunt, ab eis ſine forma huius regul. etiam ſub clauſula *quouiſmodo* impetrare licet, vt dixi in regul. *de publicand. num.* 200 *num.* 330. quamuis poſſor nequeat deturbari, niſi cauſa cognita. cap. *licet Epiſcopus de prabend.* in 6. & infra de edicto Regio §. 16. vbi dixi.

120 ¶ Et ſic hæc regul. facta eſt odio impetrantium beneficio poſſeſſorum, & ad hoc Romam vel Legationem currentium, & in fauorem Ordinariorum. Magis enim reſpicit & tuetur fauorem & libertatem Ordinariorum, quam poſſeſſorum & intruſorum, etiam annalium, quos in iure communi relinquit inquantùm via ordinaria & ab Ordinariis prouidetur. Nec formam & reſtrictionem imponit, niſi in præoentionibus Papæ vel Legati, quæ etiam aliàs per ſe reſtringendæ ſuot, vt dixi in regul. *de infirmis.* nu. 40. cum ſeq. & in regul. *de publicand.* nu. 208. cum ſeq. & ſi hæc reg. multùm eſt æqua & fauorabilis, & omnino non minus in foro obſeruanda, quam præcedentes regu. à nobis ſuprà diſcuſſæ.

Contra Gomeſ. 121 ¶ Et ſic inquantum Gomeſ. qu. 53. limitat hanc regulam vt non habeat locum in impetranone beneficij, quo quis ob defectom ſolutionis penſionis priuatus eſt, peſſimè loquitur: de quo etiam tetigi ſuprà in reg. *de publicand.* quæſt. 14. numero 276. Sed addo, quòd etiam in terris Papæ quamuis huiuſmodi etiam annalis vel triennalis poſſeſſor, qui ceſſauit in ſolutione penſionis, non ſe protegat ibi contra ſuum reſignantem vel alium, in quem more illius Curiæ tranſlata eſt penſio: tamen omnino contra tertium impetrantem tueri poteſt & debet per hanc regul. Vtque poſſeſſor adhuc viuens ſeſe contra illum inuolatorem tueri poteſt: ita & eiuſdem poſſeſſoris, ſiue per ceſſum, ſiue per deceſſum ſucceſſor, reſpectu eius qui defectum iuris dicti deceſſoris prætendit: vt in præcedenti ampliatione dixi.

Ampl. 22 122 ¶ Amplio nono etiam in ſpoliatore, vt ei proſit hæc reg. non tamen contra ſpoliatum, nec prouiſum per ceſſorem ſpoliari, quia iſte haberet ius ante ſpoliationem & poſſeſſionem poſſeſſoris. Sed contra alium deuolutarium impetrantem poſt annum pacificæ poſſeſſionis. Quia talis impetrans contra excipientem de hac regu. non poteſt replicare quòd poſſeſſor excipiens alium ſpoliauit, vt etiam ſentit Gomeſ. quæſt. 64. Secus ſi poſſeſſor non ſolùm eſſet ſpoliator, ſed violentus: vt vult Gomeſ. in d. quæſt. 64 & placet. Tum quia non eſt veriſimile de ſpoliatore & violento ſimul cogitatum in hac reg. Tum quia ſpoliatio violenta non ſolùm tem afficit continuo vitio reali, reſpectu ſpoliati, & ſic reſignatanj: ſed etiam quadamtenus de facto impedit agi contra tam audacem & potentem: huiuſmodi enim vis improba & aperta ad effectum perducta, quandiu durat, & huiuſmodi violentus poſſidet & imminet: iuſtum metum incunt non ſolùm ipſo ſpoliato, ſed etiam alios, qua potentioribus pares eſſe non poſſumus, inquit text. in *l. quia etiam* in prin. *de aliend. iudi. mutan. cauſa fac.* & in auth. *vt omnes obedient iudici prouin.* §. *vero* verſ. *nec latet. colum.* 5. vt nec tutum ſit contra tales negotiom ſoſcipere ſimplici clerico nummis & fauoribus impari, vt experientia oſtendit, iis præſertim pudeodis temporibus, quibus non ſolum minima, ſed ſumma quæque iuriſdicundi munia vendantur & virtuns & integritatis præmio nummis comparantur, cuius pernicioſi & deteſtandi mali authores digno ſuæ vlnonis exemplo perdat Deus.

Ampl. 10. 123 ¶ Amplin decimo etiam in en qui facto ſuo voluntario ab hoc ordinario ſeſe priuauit beneficio, putà reſignando, & tamen remanſit in poſſeſſione: quia ſi tertius ſciens reſignatarium qui nunquam poſſeſſionem effectualem cepit incapacem eſſe, vel deinde ciuiliter vel naturaliter mortuum, vel repudiaſſe (caſu quo reſignano facta ſit in forma ſecundi vel tertij gradus, de quo ſuprà eod. nu. 99. c.) adhuc

poteſt poſſeſſor contra eum ſe tueri hac reg. ſiue ante A reſignationem, ſiue poſt, ſiue tam ante quam poſt per annum pacificè poſſeſſioni incubuerit tempore datæ impetrationis a Papa vel Legato, vt etiam tenet Go. quæſt. 57. ex longæua interpretatione Rotæ, quam in iudiſtinctè tenete & iudicata refert, & bene. quia lex impetrantes beneficia viuentium poſſeſſorum multum abhorret, vt etiam diximus in reg. *de infir. reſignan.* num. 387. cum ſeq. præſertim impetrantes à Papa vel Legato qui poſſeſſores & vultum pecoris ſui non agnoſcunt, nec cognoſcere laborant, nec poſſunt. Et ſic ſecundum dominos de Rota, & bene ſufficit ſola detentio, etiam aſinina, & iniuſta per annum pacifica, ad excludendum impetrantes à Papa vel Legato, niſi forma huius reg. in ſua impetratione ad vnguem ſetuata, Ordinatis in iure communi relictis? Et merito, B cum hi ſoli vigilent aut vigilare debeant & queant ſuper gregem ſuum.

Ampl. 11. 124 ¶ Amplio vndecimo etiã ſi impetrans ille allegater & doceret incapacitatẽ perſonæ ipſius detentoris, puta quòd ſit minor vigintiquinque annis in cuitato, non diſpenſatus vt diſpenſatio nulla: vt tenet Gom. qu. 33. Vel quòd ſpurius eſſet vel alias illegitimus, aut irregularis, vel diuerſæ profeſſionis, puta ſæcularis in regulari beneficio, vel regularis diuerſi ordinis vel monaſterij, vel etiam laicus, vt decidit Gomeſ. qu. 38. & bene. Nec propterea incapaces fouentur, cùm eorum beneficia liberè impetrari poſſint ab Ordinariis, qui etiam ſecuta deuolutione ad ſuperiores poſſunt eos cauſa cognita extrudere, & quibus hæc cura imminet. Iuſtiùs enim ſollicitudinis ſuæ cura cuique relinqui- C tur, quam inuiolatoribus illis ianua aperiatur, præſertim per extraordinarias præuentiones Papæ vel Legati, quas etiam quam fieri poteſt, reſtringi expedit.

Ampl. 12. 125 Amplio duodecimò, vt non ſufficiat in genere exprimere longum tempus vacationis, & iniuſtam detentionem talis poſſeſſoris, putà dicendo quòd vacat ad præſens, & tanto tempore vacauit, vt ad Papam deuolutum ſit, licèt Caius illud indebitè detineat occupatum ſed neceſſe eſt vltra poſſeſſoris nomen (quod eſt primum) & conſequenter cognomen ita certum, vt de corpore conſtet, adeò, vt ſi poſſeſſor plura nomina habeat, putà quadrinominus, non ſufficiat tria exprimere, ſi non habetur certitudo perſonæ, niſi quarto expreſſo, vt tradit Gomeſ. qu 31. & no. in *l. certum eſt, ſi cer. pet.* Nec ſufficeret exprimere per notas D ſiue abbreuiaturas: ſed neceſſe eſt exprimere extenſe, niſi æquè certitudo haberetur: vt tradit Go. hic q. 32. Secundò gradum, & conſequenter dignitatem. Tertiò nobilitatem, & conſequenter qualitatem, eam antecentem, putà ſi ex vtroque parente, vel ſi ex Regia ſtirpe. Quartò ſi poſſeſſor vltra annum poſſederit, oporteret ſpecialiter exprimere quot annis, & quinto non ſufficit dicere quòd indebitè occupauit vel occupat, ſed oportet nominatim exprimere cauſam vacationis, ſcilicet vel incapacitatis vel priuationis ipſius detentoris, putà quia tempore collationis ei factæ, erat irregularis tali irregularitate, vel ſpurius, vel laicus, vel quod poſtea vxorem duxit, vel aliud incompatibile acceptauit & poſſedit.

V. Requiſita in hac reg.

126 ¶ Et hæc adeò, vt non poſſit poſtea in alia ſpecie vacationis etiam de quà conſtat fundari etiam ſi obtineat alias bullas in forma *ſi neutri*, vel ſubrogationis, vel alias quaſcunque. In tantum quòd poſt exhibitas ſemel vel productas bullas primi deuoluti, non poteſt amplius illas corrigere, nec augere, nec ampliare etiam prætextu latioris ſpecificationis. Et quod fortius eſt, non poteſt etiam re integra, pro ea vice, iure præuentionis à Papa vel Legato impetrare, ita quòd non ſolùm careat effectu omnis alterius vacationis non ſpecificatæ in primis bullis, ſed etiam inhabilis eſt ad impetrandum etiam ex vera vacatione, etiam nunc primum detecta, quamque tempore impetrationis, iuſto errore ignorabat, vt ſupra Ampl. 5. Et ſic hæc regula, non ſolùm eſt reſtrictiua huiuſmodi deuolutionum ſeu præuentionum Papæ, ſed etiam quodammodo pœnalis eſt, ibi vel aliàs, &c. Quod meritò ſtatutum eſt duplici odio, tum præuentionum huiuſmodi, tum deuolutariorum & inſidiantium beneficiis alienis, etiam pacificè poſſeſſis.

127 ¶ Et eſt odium iuſtum & rationabile, & ſic etiam interpretatione, ſi opus ſit, adiuuandum: *l. ita vulneratus* ad l. Aquil. per Alberi. in 4. ſtatuto. quæſt. 86. Alexand. Iaſ. in *l. ſi quis ad quod de iurisd. omnium iud.* Alexand. conſ. 168. *colum. vltim. lib.* 6 imò hæc reg. cenſenda eſt in totum fauorabilis, cùm ſit principaliter introducta, tum fauore poſſeſſorum pacificorum, tum Ordinariorum, tum publicæ tranquilitatis. Et ſic in totum fauorabilis iudicatur, per not. in *l. qui exceptionem.* in princ. *de condic. indeb* Igitur per *l. hoc modo de cond. & demonſtra.* vnde cum potius eſſet extendenda, multò minus reſtringi poteſt præſertim eum etiam nullo modo ſit pœnalis. Non enim impedit, nec tollit ius quæſitum: ſed tantùm impedit quærendum, & odioſè, inquam acquirendum niſi ſub certa forma. & adhuc ea omiſſa non reddit impetrantem inhabilem, etiam pro ea vice, niſi ab impetrando à Papa vel Legato ſuo, non autem impedit impetrari ab Ordinario ſi nondum deuolutum ſit ad Papam. cum igitur Papa non alienum, ſed ſuum tantùm deneger officium non eſt pœnalis regul.

Hæc reg. in totum fauorabilis.

Et nullo modo pœnalis.

128 ¶ Malè ergo ſcripſit Gomeſ. quæſt. 38. quòd ſufficeret dicere, quòd talis Caius detineret occupatum, abſque mentione annotum, etiam ſi pluribus annis poſſedit. Nec obſtat quod ait Bald. conſ. 209 Titius impetrauit. lib. 1. in nouiter impreſſis. vbi contentatur expreſſione detentionis, licèt anni non exprimantur quia Bald. non loquitur in terminis huius regulæ (vel Gomeſio teſte in præf.) ſub Euge. IV. ſecuta eſt & ſic plus 30. annis poſt obitum Baldi, qui obiit anno 1400. vt patet ex eius epitaphio in frontiſpicio ſui commentarij in vſus feudorum. Imò tempore magni ſchiſmatis orti ann. 1378. Bald. ipſe iam erat famoſus & antiquus doctor: vt patet in ſuo concilio ſchiſmatis ſub Rub. C. *ſi quis aliquem teſta. prohib.* Et ſunt ad minus tres & quinquaginta anni, inter initium dicti ſchiſmatis, & electionem Euge. IV. qui initio concilium Conſtantienſe, Piſanum & Baſilienſe approbauit, & poſtea improbare & deturbare niſus, depoſitus fuit, alio Baſileæ electo. Et ſic Bald. nullo modo potuit conſuli, nec cogitare de hac regul. prout non fuit conſultus, & reſpondit tùm in terminis iuris communis, quòd non eſt neceſſe mentionem facere de illicito detentore, niſi habeat poſſeſſionem collatam. Et adhuc non requiritur annalem vel longiorem poſſeſſionem, vel aliud exprimi: vt not. in cap. *cum noſtris. de conſeſ. præb.* in c. 2. in princ. vbi glo. *verſ. poſſidebant.* Gemin. Philipp. Franc. *de decimis in* 6. Felyn cap. *in noſtra.* corolla. 36. *de reſcript.* Hæc autem regul. eſt contra ius commune, ſed iuri communi addit: vt rectè tradit Gomeſ. qu. 37. in fin.

Contra Gomeſ.

E Et pariter non obſtant quæ idem Gomeſ. quæſt. 38. citat ex Io. And. & aliis in d. cap. *cum noſtris* qui nunquàm viderunt hanc regu. nec in terminis illius, ſed meri iuris communis loquuntur.

129 ¶ Nec eſt verum quod Gom. qu. 39. ait ex illis verbis *tanto tempore vacauit: & licet quidam Caius detineat occupatum, &c.* colligatur expreſſio cauſæ vacandi, quam poſtea in iudicio ſufficiat iuſtificare: quia vt hoc verum eſt in terminis communis mentionem ſpecificam non requirentis, vel in ſimplici deuoluto contra non poſſeſſorem, vel qui non poſſedit pacificè per annum: ita falſiſſimum eſt in terminis huius reg. contra poſſeſſorem annalem paci-

ficum : quo caſu non ſolùm requiritur expreſſio modi vacandi, ſed ſpecifica & determinata : vt in
Contra Gomeſ. text. reg. adeo vt ſecundùm ipſummet Gomeſ. qu. 30. non ſufficiat expreſſionem requiſitorum fieri per æquipollens, ſed formalis & ad vnguem requiratur, propter decretum irritans eiuſdem reg. vſque adeo vt nec per quaſcunque nouas bullas poſſit alius vacationis modus ſpecificari. Et ſic malè dicit Gomeſ. qu. 29. valere reformationem primi decoluti, non facta mentione de hac reg. quod eſt falſiſſimum, cum hæc reg. habeat decretum irritans: quinetiam citra illud decretum : quia lata eſt cauſa publicæ vtilitatis & tranquillitatis. Et ſic in dubio non cenſetur ei per generales clauſulas derogari, iuxta ea quæ dixi in reg. *de infirmis.* numero 131. cum ſequen. & adhuc eoam ſi eſſet ſpecificè & ſufficienter derogatum, non valeret vt ex tunc: ſed tantùm vt ex nunc, videlicet à data derogationis & bullæ reformatoriæ vel ampliatiuæ : vt in forma quam vocant perinde valere.

Ampl. 13. 130 ¶ Amplio decimotertiò, etiam ſi notoriè conſtet de non iure, non titulo, vel incapacitate poſſeſſoris. Et ita ſeruatur etiam Romæ in Rota. vt tradit Gom. qu. 51. Et meritò : quia adhuc magis notoria eſt ambitio aſpirantis ad beneficium ab alio poſſeſſum, & præcurrentis ad Papam vel Legatum, ad ſupplantandum & excludendum cognitionem & officium Ordinarij : qui inhabilem vel intruſum cauſa cognita debet expellere : quo facto beneficium tam de facto quàm de iure, vacans conferre, vel etiam ſi iam deuolutum ſit, cuſtodem apponere, vel commendare, iuxta not. in c. *cum vos de offic. ordinar.* in c. *cum veniſſent. de inſtitut.* & tetigi ſupra in reg. *de publicand* num. 307.

Ampl. 14. 131 ¶ Amplio decimoquartò, vt per citationem nullam quæ proſequuta non fuit, non deſinat poſſeſſor dici pacificus. quamuis enim per ſimplicem citationem libellatam & executam lis pendeat clement. 2. *vt lite penden.* intelligendum eſt de citatione valida, non autem de nulla *l. penult.* & ibi Alber. Saly. *C. ne de ſtatu defunct.* Iaſ. in tubr. *de in ius vocan. l. morem. colum.* 11. *de iuriſdict. omnium iudic. l.* 3. *de eo per quem fac. erit.* Alexan. *l.* 2 *colum.* 6. *D. de eden.* Philipp. Deci. c. *vt debitus num.* 10 (vbi in annota. dixi) *de appellat.* vt etiam per plura alia tenet Gomeſ. qu. 45. quod intelligo quando non fuit proſecuta. Idem ſi non ſit initio nulla, ſi tamẽ conſtet illam fuiſſe calumnioſam nec proſecutam, vt tenet Caſſador. deciſ. 7. *de dolo & contumac* & deciſ. 5. *vt lite pendente.* Prout ſi impetrans curauit poſſeſſorem ante completum annum poſſeſſione deiici, ſiue ante impetrationem, ſiue poſt, nihilominus dicitur pacificus ad effectum huius reg. tam contra ipſum ſpoliatorem (contra quem debet ante omnia : ergo in omnibus, & conſequenter ad effectum commendorum poſſeſſionis medij temporis, plenè reſtitui, per iura vulgata) quam contra eum qui hoc fieri curauit: vt ſcribit Gomeſ. qu. 13.

Contra nullit.

Quando dicatur pacificus. 132 ¶ Et circa hæc no. quòd ſi poſſeſſor cui lis mota eſt obtineat ſententiam diffinitiuam pro ſe, extunc dicitur pacificus : etiam ſi ſententia non ſit aliter executa : dummodo non ſit appellatum, vel in rem tranſierit iudicatam : quia ſuos eſt executa reſpectu poſſeſſionis qua de agitur, quam penes ſe habet & tueri poteſt : aliàs non incipit dici pacificus, niſi poſtquam lis aduerſarij peremta eſt, vel appellatio eius deſerta. Si verò poſſeſſor diffinitiuam contra ſe ſententiam paſſus eſt, non dicitur pacificus, etiam ſi per annum vel etiam tribus annis differat victor ſententiam exequi : alioquin victo, ſententia contra eum lata proficeret: quod euidenter iniquum eſt, *l. euidenter. de exceptio. rei iudicat.* Et ita etiam vult Gomeſ. quæſt. 44. & in regu. *de triennali poſſeſſ. quæſt.* 53. Vltimùs nota quòd non refert an lis ſit in petitorio vel poſſeſſorio, dummodo non ſit ſuper iuribus aut appendicibus beneficij, quæ magis redderent illud pacificum : ſed ſuper ipſo oriulo. Tunc enim ſi tantùm ſit lis in poſſeſſorio, tamen ex quo titulus ipſe controuertitur & reuocatur in dubium, ſuos eſt litigioſus. Secus eſt ſi lis inferatur poſſidenti in titulum ratione propretatis vt ſi beneficium vendicatur à quodam collegio quod prætendit vnitũ, vel non eſſe beneficium : quamuis enim hæc lis fundamentum abſorbeat, tamen ex quo non reuocatur in dubium quin poſſeſſor ſit oriularius, ſi alioquin ſit beneficium per ſe ſubſiſtens : ſatis dicitur pacificus reſpectu tituli, contra prætendentes in titulum, dummodo tamen realiter poſſeſſioni incumbat quantumuis ratione proprietatis, petitoriæ vel poſſeſſoriæ lio ſit obnoxius. Imò etiam ſi interim impediatur incumbere poſſeſſioni vel percipere fructus propter ſequeſtrationem factam in poſſeſſorio per prætendentem vnitum intentato, vel etiam propter poſſeſſionem ob contumaciam in eum tranſlatam vel ob res ſententias conformes in terris Papæ, vt in clemen. 1. *de re iudicata*, nihilominus dicitur pacificus reſpectu huiuſmodi deuolutarij impetrantis in titulum : per not. in amplianoe ſequentu.

Ampl. 15. 133 ¶ Amplio decimoquintò etiam ſi poſſeſſor non percipit fructus, potà qua pro illo anno debentur Epiſcopo, vel capitulo, vel Fabricæ: iuxta not. in c. *ſi propter. de reſcript.* in 6. vel ſi eo anno nulli collecti ſunt fructus : vel ſi lucro domini feudalis ceſſerunt, etiam culpa poſſeſſoris non præſtantis iuramentum fidelitatis & iura debita. Nihilominus enim dicitur vaſſallus etiam verus & talis poſſeſſor contra omnes alios à feudario : vt ſcripſi in conſuetud. Pariſien. §. 1. gl. 4. qu. 2. num. 22. cum ſequen. Idem ſi à creditoribus vel decimarum exactoribus occupetur : vel ob ſuſpicionem, aut aliàs, vt quandoque fit, fructus ſequeſtrentur, non ratione ntuli controuerſi, ſed ſuper ipſo titulario, quia ex quo præhenſio, ſequeſtratio, vel io poſſeſſionem miſſio fit tanquam ſuper ipſo oriulario, ſiue pro reliquis vel debitis prætentis, ſiue ad eius liberationem pro tempore ſuo, ſatis poſſidere dicitur. *l. qui pignoris cauſa. de acquir. vel amittend. poſſeſſ. l. ſciendum. §. creditor. qui ſatisfare cogun. l. pignoris.* in princ. *ſeruus nomine. de vſucapion. l. cum noſtrum. §. ſed cum illud. C. de præſcript.* 30. vel 40. annorum. Ita etiam vult. Gomeſ. quæſt. 47. & bene.

Ampl. 16. 134 ¶ Amplio decimoſexto, etiam ſi impetrans prætendat vacaſſe, vel de nuuo vacare in Curia : quia ex quo impugnat ius annalis poſſeſſoris, debet formam huius regulæ ad vnguẽ obſeruare etiam ſi alius quàm Papa conferre non poſſit. Et idem in terminis reg. *de triennali poſſeſſore*, & decreti *de pacificis poſſeſſoribus.*

Ampl. 17. 135 ¶ Amplio decimoſeptimò, vt non ſit opus eam producere ſub plumbo, iuxta regu. Cancellar. 26. Cum enim iam ſit notoria & publicata, enã ante quinquaginta annos gloſſis doctorum illuſtrata, non eget alia probatione, vt notant Panor. Felyn. & omnes in c. *paſtoralis. de fide inſtrumen.* Paul. Alex. & omnes, in l. cũ ptolatis. *de re iudic.* Quod autem ait Gomeſ. qn. 4. debere priùs impetrari à Papa vel Vicecancellario, deiode certa ſolennitate ſignan, procedit in dubiis & ignotis regulis, de quibus ambigitur : vt etiam oſtendit textus dictæ regulæ viceſimæſextæ : alioquin dicta regula viceſima ſexta burſalis eſt & ſpernenda.

Limit. 1. 136 ¶ Limito primò, vt non procedatin reſignatario impetrante ad reſignationem poſſeſſoris : quia cum huiuſmodi impetratio non ſit deuoluroria, nec aliter odioſa, ſed fauotabilis, & omuino fundata in facto ipſiſmet poſſeſſoris ad hoc ſpecialiter ordinato, non habet locum hæc regula, ſed remanet in iure communi. Idem ſi impetret per reſignationem reſignatarij ipſius poſſeſſoris, & conſequenter, nedum ſi reſignatio ſit facta in fauorem impetrantis, ſed etiam ſi

ſimpliciter : quia impetrans per veram & ſimplicem reſignationem non debet eſſe detentionis conditionis, quum huiuſmodi commune quam priori magis aſſiſtat, per notata ſupra in regula *de infirmis*, num. 101. Secus ſi impetraret per ineapacitatem, vel aliam priuationem reſignatarij in fauorem. Tunc enim locum haberet hæc regula ad commodum reſignantis adhuc in poſſeſſione manentis & annalis pacifici poſſeſſoris, inſpecto tempore datæ huius impetrantis, non autem ad commodum alterius, etiam poſſeſſoris, ſed minotis temporis, vel non pacifici.

Limit. 2. 137 ¶ Limito ſecundò, quando poſſeſſor non poſſidet vt beneficium, vel vt titulum : ſed tanquam proprietatem, vt ſi parochus vel collegium poſſideat aliud tanquam vnitum. Tunc enim non loquitur hæc regula, vt rectè tenet Gomeſius quæſtione duodecima, & quæſtione viceſima quinta, ſicut nec etiam reg. *de triennali*. nec decretum *de pacificis* : vt alibi dixi.

Reg. de annal. in 6. & de triennali ſoſonat. 138 ¶ Regula autem *de triennali poſſeſſore* nullo modo diſcordat, ſed potiùs conſonat cum hæc regula, vt valdè hallucinetur Gomeſius quæſtione octaua, in extricandis, quas ſibi fingit concordantiarum ambarum regularum. Prior enim videlicet iſta, nullo modo fouet poſſeſſorem : quia non impedit illum deturbari per impetrantem ab Ordinario ſine vlla ſolennitate : nec per impetrantem à Papa vel Legato ſeruata forma : nec aliter ius impetrantis corroborat : meritò non requirit otium coloratum, nec aliam qualitatem poſſeſſoris. Secus in regula *de triennali* : quia illa confirmat ius poſſeſſoris, vetat illum moleſtari, & pleniùs prouidet decretum concilij Baſilienſis, vetans ioquietari in poſſeſſorio vel petitorio. Vnde merito hoc caſu requiritur quòd titulum coloratum habeat, nec ſit per ſimoniam ingreſſus. Et ſic pulchrè conſonant ambæ reg.

139 ¶ Non intendebam tot ſcribere ſuper hac regula *de annali poſſeſſore* : ſed partim dictando, partim feruente calamo, & ad alia feſtinando partim excidere permiſi, quæ neceſſaria in eo tranſcurſu videbantur. Plura verò dicturus etiam ſuper regula *de triennali*, ſed partim forenſium negotiorum turba auocat, partim maior neceſſitas aliorum operum diſtrahit, & expoſtulatio commentaria conſuetudinum flagitantium tranſuerſum agit. Tum ſaos ex prædictis ſtudioſus, non tardus ingenio, nec indiligens, colligere poterit. Igitur vnico breuiculo bas regulas concludens, dico illas quæ iuri communi conformes ſunt, vel libertatem Ordinariorum, etiam contra vel præter ius pontificium reſtituunt, aut iuuant : vel præuentiones & aucupia Romanæ Curiæ reſtringunt, omnino practicandas eſſe : vt ſunt prædictæ : tum regula 19. *de idiomate*, regula 28. de clauſula inſerenda, quòd neutri permutantium ius quæratur, niſi quilibet ipſorum ius habuerit. Cæterùm quæ ſunt, aut quatenus ſunt quæſtuanæ, vel reſtringentes Ordinariorum poteſtatem & libertatem, meritò ſperneudæ ſunt in hoc Regno

Concluſio.

140 ¶ Hic quorundam doctorum etiam Theologorum inſignium rogatu, zelum Dei habendum addidi reg. 19. *de idiomate*, cuius tenor talis eſt.

Reg. 19 Decidomate. *Item voluit, quod ſi contingat ipſam perſonam de parochiali Eccleſia prouidere, ſeu mandare prouideri vel gratiam expectatiuam concedere, niſi dicta perſona intelligat & intelligibiliter loquatur idioma loci, vbi Eccleſia huiuſmodi conſiſtit, prouiſio ſeu mandatum & gratia deſuper quoad parochialem Eccleſiam nullius ſit roboris vel momenti.*

Hæc ergo regula loquitur generaliter, ſiue quis à Papa collationem vacantis impetret, ſiue ius ad vacaturum, ſiue per formam mandatorum vulgarium, ſiue per aliam quancunque gratiæ expectatiuæ formam, & ſiue in titulum, ſiue in comendam quouis modo, & impetrato quidem, vel quæuis gratia aut reſeruatio de certo corpore beneficij ab initio ipſo iure non valet, & ſic nunquam conualeſcit.

141 ¶ Secus de mandato vel gratia expectatiua in genere, quia ſi tempore vacationis impetrati intelligit idioma & miniſtrare poſſit, ſatis eſt : nec obſtat cap. *ſi eo tempore de electio.* in 6. quia ibi impetrans erat tunc quoad omnia curata inhabilis, & ſic gratia quoad omnia curata ab initio nulla non conualeſcit, ſed hic quamuis in genere mentio facta ſit curatorum : tamen habilis eſt ad ea loca, quorum idioma callet. Et ſic ceſſante ſubrepone, hoc eſt quod tempore vacationis intelligat idioma, & habilis ſit ad curam alias in mandato cadentem, capite *ex tui de præbend.* in 6. Quod ſi in gratia nominum expreſſe tot loca ſeu parochias quarum idioma non intelligit, non valet ab initio gratia quoad illa, nec vnquam conualeſcit, dicto capite, *ſi eo tempore*. Quemadmodum ſi tacet ſe non eſſe ortum è regione in qua impetrat, ſubreptitia eſt gratia, & ab initio nulla. gloſ. Panorm. & omnes in c. *ſi proponente extra. de reſcript.* Antoo. Corcet. *in ſingula.* verbo *ſub optio.* Philipp. Deci. conſ. 561. numero decimoquinto, vbi in annotation. dixi.

142 ¶ Sed grauiter errat aoóquus gloſſulatius reg. cancella. dicens quòd d. reg. 19. non habet locum in Ordinario, & addit idem de prouiſione facta per legatum : in quo grauiter errat per no. ſupra eodem numero 2. & meritò eum reprehendit Ludo. Gomeſ. hic q. 6. qui tamen q. 11. malè hanc regulam reſtringit ad Eccleſiam propriè parochialem, vel eius perpetuam vicariam, & petius vtrique putant hue regulæ derogari poſſe per Papam : humi repunt huiuſmodi canoniſtæ, & à præſcripto ſuorum ponoficum vbique pendent, & interim etiam ad ea quæ ſunt non ſolum iuris naturalis, ſed etiam diuini, ſine doctrina verbi Dei & ſanctorum patrum, & veterum theologiæ doctorum manus extendunt.

143 ¶ Porro quamuis hæc reg. in diſpoſitione & obligatione iuris diuini immediatè fundetur : tamen non tam regula iſta, quàm ipſum ius diuinum vel naturale reſpectiue in omnibus quæ ſunt iuris diuini vel naturalis, perſcrutari debet. Omnis autem poteſtas & adminiſtratio verbi Dei & ſacramentorum, & ſpiritualis iuriſdictionis in diſciplina & correctione morum, eſt iuris diuini immutabilis : ergo vt nec muto nec ſurdo, multomous vtraque morbo laboranti dari vel committi poteſt : ita nec ei qui non intelligit idioma loci, vel ſi intelligat, non poteſt intelligibiliter loqui. cunque ſit hoc perpetuo & immutabilis iuris diuini, num poteſt Papa derogare : ſed nec concilium vniuerſale nec tota Eccleſia.

144 ¶ Nec refert per quos aut quo medio ad talem adminiſtrationem perueniatur ſiue electione, ſiue præſentatione, ſiue collatione. Tenetur enim patronus etiam laicus etiamſi eſſet Rex, præſentare qui intelligat & intelligatur, vt etiam tradit Card. Flo. in c. *ſignificaſti. extra. de iure patro* nec refert an maior vel minor ſit hæc adminiſtratio Epiſcopalis, vel cura parochialis, vel vicariæ, ſiue perpetuæ, ſiue temporalis : defectus enim iuris naturalis & multo minus defectus iuris diuini nequit à Papa ſuppleri. Nullos vnquam miſerunt Apoſtoli ad regimen certæ etiam particularis, vel ad propagationem Eccleſiæ, tuſi nouna linguæ prædicos, vel cum manifeſto dono linguarum : & qui contra hoc diſpenſare vel derogare tentant, ipſi Spiritui ſancto & eius donis derogant. Siue ergo beneficium habeant, adminiſtrationem clauium, vel munus docendi, vt in præbenda theologali : vel iuriſdictionem Eccleſiaſticam, aut correctionem morum, ſiue omnia ſint, vel quædam, aut vnum horum, habet locum quod dixi.

145 ¶ Cæterum rectè ait Gomeſ. hic q. 8. non ſuffi-

cere partim linguam loci intelligere, ſed neceſſum A plene & loqui & intelligere, & qu.9. non elegantem vel peregrinam tantum poſcit dicti loci notam, ſed toti populo & plebi vſitatam. & qu. 11. etiam ſi parochialis Eccleſia ſit annexa præbendæ, ſi tamen præbendatus tenetur ſacramenta adminiſtrare, vel verbum Dei prædicare, aut diſciplinam regere, & q. vl. rectè addit Gomeſ. non ſufficere plenam notitiam & vſum linguæ vulgaris, niſi etiam linguæ Latinæ ſcientia & vſus accedat. c. vlt. *extra. de ætate & qualit. ord.* c. vlt. & ibi Geminia. *de temporibus ordinat.* in 6. Vnde conſului habentibus litem beneficialem contra illiteratos, vt petant à iudice aduerſarium coràm per aperturam fottultam libri Latini interrogari, vt ſi planè illiteratus appareat, beneficium docto adiudicetur, ſaltem per fiduciariam recredentiæ prouiſionem, viſis etiam eius titulis: & ita obtinui per illos tex.

146 ¶ Ait etiam text. in c. *illiterat* 1. 36. diſtinct. illiteratos vt vitioſos à ſacris officiis repellendos, & vult Innoc. in c. *cum noſtris.* colum. 1. *de conſuet. præbend.* quod à beneficiis magis repellitur illiteratus quam homicida, quia collatio facta homicidæ per Ordinarium mero iure tenet, ſed collatio facta illitterato eſt ipſo iure nulla: & ſequitur Franciſc. Ripa in c. *ſi quando. numer.* 19. *extra. de reſcript.* & illud Oſeæ 4. *Quia tu ſcientiam repulliſti, repellam te ne ſacrificio fungaris mihi.*

147 ¶ Ego verò longa experientia didici veriſſimum eſſe dictum Salomonis Eccleſiaſtes primo, in fi. *Qui addit ſcientiam, addit & laborem. Scientia enim generoſæ menti addita, nec inſtitiæ, nec adulationi, nec potentiorum libidini ſeruire dignatur, ſed ſuæ matri veritati, quæ plurimorum odium, multorum contemptum, paucorum vero bonorum amorem parit.* Quod etiam in Germania à quodam inſigni principe expertus ſum maximo ſanctorum ſtudiorum meorum detrimento, multa tamẽ ibi vidi laude & gratitudine digna. Cæterum numis tiotum eſt in Gallia, Germania, Hiſpania, B Italia, quam gratiam referam de ſtudiis & laboribus meis publicis, commodis & honori coronæ Francicæ magno meo & familiæ meæ detrimento inſumptis. Multi vndique eruditis etiam & procacibus epiſtolis efflagitant vt reliqua eadem, ſed aduſque nemo fuit, nec eſt, nec ſpero, cui mei vel familiæ meę cura ſit, niſi, vt nouiſſimè ad finem ſecundi tomi in conſuetudines Pariſiorum ſcripſi, ſoli Deo laus, honor & gloria.

FINIS.

COMMENTARIVS
AD EDICTVM HENRICI
SECVNDI CONTRA PARVAS DATAS,

& abusus curiæ Romanæ, & in antiqua Edicta & Senatusconsulta Franciæ contra Annatarum, & id genus abusus, multas decisiones iuris & praxes continens.

Authore CAROLO MOLINÆO, *Iureconsulto Parisiensi, & in supremo Parisiorum Senatu Aduocato consultissimo.*

1. Reg. 2.

Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

2. Esdræ 4.

Magna est veritas, & præualet.

Esaiæ 42.

Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

A TRES-HAVT ET TRES-PVISSANT PRINCE HENRY DE VALOIS, PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE, SECOND DE CE NOM, TRES-CHRESTIEN, *Charles du Moulin, Iureconsulte de Paris, son tres-humble subiect, desire accroissement d'honneur, & felicité.*

LE zele, que i'ay tousiours eu à vostre honneur, Sire, au bien & vtilité de vostre tres-noble Royaume & Republique Françoise, m'a incité non seulement à composer, mais aussi vous dédier ce recent & nouueau Commentaire recent di-ie, quant à ce mien present labeur, mais tresancien, & rien moins que nouueau, quant à la matiere & choses principalement y contenues. qui sont de l'auctorité que vous, Sire, auez de Dieu, & que vos tres-nobles, & tres vertueux antecesseurs ont iadis eu de Dieu, gardée & executée en faisant plusieurs bonnes & sainctes loix & ordonnances de l'estat, gouuernement, & pnlices des choses ecclesiastiques, tant des Eglises, que mesmes des Euesques & Prelats de leur Royaume : comme il est notoire qu'à fait le tres-preux, vertueux, & sage, Charles le Grand, premier de ce nom, Roy de France, & apres luy, Loys, premier de ce nom, dict le Pieux, son fils, aussi Roy de France, & plusieurs autres leurs successeurs en la mesme couronne de France ; lesquels (comme il est tres-certain) vous ont transmis non moindre, mais pareille & mesme puissance & auctorité, auec la mesme couronne : comme aussi ce sont choses notoirement indiuisibles & inseparables. Lesquelles anciennes ordonnances, mesmement desdicts Charles le Grand, & Loys le Pieux, se trouuent encores auiourd'huy és registres de vostre souueraine cour de Parlemēt & chambre de vos comptes, & en plusieurs liures authentiques, & en partie inserées en la compilation ancienne du Grand Decret; lesquelles ordonnances, mesmes ecclesiastiques, ont esté receuës par l'Eglise, qui y a obey, comme appert non seulement par les liures authentiques des Historiophaphes, qui ont vescu & escrit, tant lors desdites ordonnances, que peu apres: mais aussi par les saincts Decrets. Or il a esté besoing rememorer ces nobles antiquitez, non pour vous attribuer nouuelle auctorité (qui est la mesme solide, & entiere qu'ont eu & exercé vosdits predecesseurs) mais pour icelle soustenir, & defendre, & monstrer euidemment que, de tout temps, elle a esté, & est, alencontre d'aucuns tenebrions, partie indoctes & ignorans, partie tergiuersateurs & mal affectez à l'excellence & amplitude de vostre dignité & auctorité Royale. Ce n'est pas de ceste heure que vostre Royaume mesmes a esté inquiné de plusieurs telles gens: lesquels, par leurs nouuelles inuenrions & fallacieuses seductions, rempoyent & derogoyent le principal membre de vostre couronne & auctorité Royale : qui est vostre iustice & iurisdiction souueraine, ensemble l'auctorité de faire loix & statuts, comme seul souuerain seigneur de vostre Royaume. Il y a plus de douze vingt ans qu'ils auoient tellement vsurpé vostre iustice & iurisdiction Royale, & distrait la pluspart de vos subiects hors vostre subiection, & obedience iudiciaire, & tellement aboli, & subuerti, les memoires, faicts & gestes des anciens & predecesseurs Rois, en derogeant à vostre hautesse & souueraineté, & à l'auctorité sacrée & inuiolable de vostre couronne Royale, qu'ils auoient communément persuadé que n'auiez, à cause de vostre couronne, puissance, auctorité, ne iurisdiction de statuer ou ordonner aucunement de l'estat ecclesiastique : sinon entant qu'il vous estoit par eux attribué, comme à simple executeur de leurs ordonnances & mandemens : & que non seulement toutes personnes ecclesiastiques, mais aussi tous simples tonsurez (combien qu'ils n'eussent aucune profession ecclesiastique, ains pure seculiere ou mecanique, comme les autres, qu'ils appellent lais) n'estoient aucunement subiects à vostre puissance & iurisdiction, ny à vos ordonnances ains qu'ils estoient totalement exempts, non par aucun priuilege de vous, ou vos predecesseurs, Roys, mais de leur propre droit, cōme vn peuple & regne separé. Tellement, que dedans vostre Royaume mesme, ils en auoyent, de faict, erigé vn nouueau, non subiect à vous, mais distraict de vostre obeissāce, subiectiō, & authorité Royale, & (qui pis est) tiroiēt à eux la pluspart des subiets & habitās de vostre Royaume, de sorte que, du tēps de feu de tres illu-

L'authorité du Roy est de Dieu, Prouerb. 8. Romane 13.

Charles le Grand. Loys le Pieux.

f. Segisus Abbas. Grego. Turonensis. Paul. Diaconus Annonius. c. de capitulis. c. vlt. 10.

Philippes Valois. de ſtre memoire Philippes de Valois voſtre predeceſſeur, feu de louable memoire Maiſtre Pierre de Cognieres, ſon Conſeiller & Aduocat, trauailla grandement, & eut fort grand peine à reduire à voſtre cour & iuriſdiction Royale, partie des vſurpations que les Prelats de voſtre Royaume, & leurs officiers & adherens, auoient faictes ſur icelles, & de retirer partie de vos ſubiects à voſtre ſubiection & iuriſdiction: leſquels ils s'eſtoient, les vns du tout, les autres en pluſieurs cas appropriez priuatiuement & excluſiuement à voſtre Royale & ſouueraine puiſſance & auctorité, au grand detriment, diſcoloration, & preiudice d'icelle, & non ſeulement à la diſtraction, mais auſſi à la grand foule de vos ſubiects naturels: leſquels nõ ſeulement faiſoient ſubir iuriſdiction par deuant eux priuatiuement à vous, mais auſſi finalement reſſortir en cour de Rome: & là, outre le tranſport & vexation de vos ſubiects, tranſporter, & conſumer grand'partie des finances de voſtre Royaume. Vray eſt que, auparauant les droits nouueaux des Papes, qu'on a appelez Decretales, il n'eſtoit queſtion de ces nouuelletez & entrepriſes ſus voſtre couronne & auctorité: mais, depuis qu'ils ſont ſuruenus, & qu'on a permis & toleré qu'en voſtre Royaume ils fuſſent leuez és vniuerſitez d'iceluy, ils s'en ſont tellement fait à croire, qu'ils auoient quaſi du tout abſorbé voſtre auctorité & iuriſdiction, & diſtrait la pluſpart de vos ſubiets, lors que ledit Philippes de Valois, voſtre predeceſſeur, par bon conſeil, & par les doctes & illuſtres plaidoyers dudict de Cognieres, cõmença en partie d'y remedier. Or (par ce qu'il eſt notoire que ceux, qui n'ont veu que leſdits droicts nouueaux ou Decretales des Papes, ou qui les preferent aux bonnes & anciennes loix, & meſmement à vos ordonnances, eſtans tels perſonnages mal ſçauans, & qui n'ont veu ny les lettres ſainctes, ny les biſtoires, & antiquitez, & bons linres politiques, ſaincts Decrets, & anciens conciles de l'Egliſe, ſont en la meſme erreur, detractans, & cauillans entre leurs dens, & où ils peuuent, à voſtre dicte ſaincte ordonnance) ce n'euſt eſté fait plein & entier deuoir à moy, d'expliquer ſeulement & declarer les doutes & difficultez, qui peuuent ſuruenir ſur chacun article de voſtre dicte ordonnance, pour l'inſtruction de ceux qui en ont à conſulter & iurer: ſi ie n'euſſe par meſme moyen, entré plus baut auſdictes illuſtres antiquitez & anciens ſaincts Decrets & conciles de l'Egliſe: pour par iceux monſtrer clairement & inconuinſiblement de voſtre ſupreme puiſſance & auctorité en ces choſes, & impoſer ſilence à tous detracteurs & cauillateurs. I'ay eſtimé auſſi eſtre choſe grandement aggreable à vous & à tous bons Conſeilliers & bienvueillants, d'oyr & entendre & ramener à memoire & lumiere leſdictes treſſainctes loix & ordonnances de voſdicts predeceſſeurs, touchant les choſes Eccleſiaſtiques, ſaincts Decrets, & anciens conciles de l'Egliſe: meſmement celles qui furent par ledit Charles le Grand ſtatuées, tonchant la pure adminiſtration de la parolle de Dieu & ſaincts ſacremẽts, ſtatuant en ſes capitulaires, & commandant aux Eueſques diligemment preſcher & annoncer au peuple la parolle de Dieu (ſans le ſoin de laquelle ils ne peuuent cheminer, ſinon en ptouoquant l'ire d'iceluy) & de nourrir leur clergé en ſobrieté & chaſteté: & outre ordonnant à tous, y comprenant ſoy-meſme, de ſoy preparer & exercer en la ſcience de verité, pour pouuoir reſiſter aux contrediſans à icelle, & que par le don de la diuine grace, la parolle de Dieu coure & croiſſe, & ſoit multipliée, à l'augmentation de la ſaincte Egliſe de Dieu, & ſalut de nos ames, à la loüange & gloire du nom de Ieſus-Chriſt noſtre Seigneur, ornant ſa ſaincte ordonnance de ceſte clauſe excellente, *Paix aux Predicateurs d'icelle parolle, grace aux obeyſſans, gloire au Seigneur Ieſus-Chriſt. Amen.* Ce treſſage & heroique Prince ſçauoit bien que la vraye religion (qui eſt ſeulement la vraye Chreſtienne, & nõ autre) depend totalement de la parolle & ordonnance de Dieu & non d'aucune autre cauſe ſeconde, & qu'il n'eſt loiſible à homme ny à Ange, ny à autre cauſe ſecõde, ou creature quelconque, y adiouſter ou diminuer aucune choſe, cõme deſigne le Royal Pſalmiſte diſant, *Le ciel du ciel au Seigneur mais il a donné la terre aux enfans des hommes.* Ce ciel du ciel (qui eſt la doctrine de vraye Religion, choſe ſuperceleſte) Dieu l'a reſeruée à ſa ſeule diſpoſition & ordonnance encloſe en ſa parolle, les choſes terreſtres (comme les polices, Royaumes, eſtats, & negoces temporels) combien qu'ils dependent de luy (comme de ſouuerain) ils dependent bien auſſi en partie de la prouidence & diſpoſition des hommes, & autres cauſes ſecondes, en tant qu'à iceux il les a aſſubiectis. Par tant la religion des payens & toutes autres, faictes ou inuentées par les hommes, ſont faulſes, nulles, & abuſiues: comme ce qui ſeroit adiouſté ou rayé en vos lettres Royales, expediées & ſcellées de voſtre grand ſéel. qui ſeroit non ſeulement crime de faux: mais auſſi ſacrilege, & eſpece de leſe maieſté. Sainct Iean en ſon Euangile, parlant de la doctrine du Seigneur, certitude & perfection d'icelle, a dit que Dieu le Pere l'a conſigné: en demonſtrant que la doctrine de la religion Chreſtienne eſt ſeellée du grand ſeel de Dieu eternel en Ieſus-Chriſt: qui auſſi, mourant corporellemẽt pour nous, a dit, *Tout eſt conſommé*, Qui eſt donc celuy qui y peut adiouſter ou diminuer, ſans crime de faux, ſacrilege, & leſe maieſté diuine? Cela meſmes en l'ancíẽne loy eſtoit eſtroictemẽt defendu par Moyſe, & les Propbetes. Sainct Hieroſme en Eſaie ch. 1. ſur

Pſal. 113.

ces mots, *Tes tauerniers meſlent l'eau au vin*, blaſme & confute les traditions des hommes, eſtablies pour loy en matiere de religion: laquelle ne peut ſubſiſter qu'en la ſeule pure, ſyncere, & infaillible verité de la parole de Dieu, comme le vin pur, condamnant ẽme faux tauerniers, ceux qui y veulent adiouſter ou meſler leur eau. Et au meſme Prophete, chap. 29. ſont les paroles, depuis repetées & proferées par le Seigneur en ſainct Matthieu chap. 15 diſant, *En vain me craignent & honorent par les doctrines & commandemens des hommes*, ce qui s'entend quant au faict de religion dont elles parlent: & non quant aux ordonnances & commandemens politiques: que vous, Sire, pouuez faire en voſtre Royaume, & auſquels Dieu meſme par ſes Apoſtres a commandé obeir, non ſeulement pour la crainte ou doubte de voſtre puiſſance, à ce ordonnée & eſtablie de Dieu: mais auſſi pour la conſcience. Et quant à la predication de la doctrine de Religion, dit le ſainct eſprit, par la bouche de Ieremie chap. 23. *Celuy qui traitte ma parolle, qu'il parle ma parolle veritablement. Et qu'a à faire la paille auec le froment?* Ledit Sainct Hieroſme, audit lieu, entend, par la paille, les traditions des hommes, non ſeulement vulgaires: mais quand ores ils ſeroient les Seigneurs, Docteurs & plus excellens du peuple. Ie laiſſe pluſieurs autres paſſages formels & euidents, comme en choſe plus que notoire, & auſſi pour toucher quelque exemple des ſainctes ordonnances de Louys le Piteux, Roy de France, fils dudict Charles le Grand, entre autres choſes, pour la Religion, il ordonna, non de ſens humain, mais ſuiuant la parolle de Dieu (touchant le ſacrement de la ſaincte Cene du Seigneur) la communion du pretieux corps & ſang du Seigneur eſtre deuotement faicte à tout le moins trois fois l'an, par les gens laics. Par autre ordonnance Eccleſiaſtique, il defendit aux Eueſques & Prelats, les robbes pretieuſes & habillemens pompeux: & qu'ils fuſſent contens des humbles habillemens. I'en delaiſſeray grand nombre, pour dire vn mot de ſes ſucceſſeurs: comme de la Pragmatique ſainct Louys, voſtre predeceſſeur (par laquelle il ſtatua expreſſément pour la liberté de l'Egliſe Gallicane contre les droits nouueaux & vſurpations des Papes) receuë & ſuyuie par pluſieurs arreſts de voſtredict ſouuerain Parlement, l'an Mil quatre cens ſoixante trois & des ordonnances Philippines de Philippes le Bel, de Charles le quint, dit le Sage, de Charles 6. ſon fils, de l'édict d'iceluy & arreſt de voſtredicte cour contre les Annates, exactions, & entrepriſes de cour de Rome, & entre autres faicts magnanimes, l'appellation du concile vniuerſel de l'Egliſe, interiectée par Philippe Auguſte, dit le Conquerant, contre le Pape Innocent 3. & ſes Legats: par le moyen de laquelle il empeſcha les entrepriſes & menaſſes du Pape, adhærant à ſon ennemy, & mit à execution virile & réelle l'arreſt donné en ſa dicte cour pour la recouurance & reünion de ſes Duchez d'Aquitaine & Normandie, de ſes Contez d'Anjou, le Maine, & Touraine, à ſa couronne. Icy feray fin, à ce qu'il ne ſemble que vueille ſuperfluement tranſlater le contenu cy apres. Il m'a ſemblé decent faire ceſte epiſtre françoiſe, nonobſtant que le liure ſoit latin, veu qu'il eſt dedié à vous & à tous bons François, car auſſi, outre pluſieurs autres, le premier qu'ay fait de voſtre regne & en voſtre langue, a eſté par moy preſenté & dedié à vous & à tous bons François, & qui ayment voſtre bien, honneur, & excellence, Sire, que Dieu tout-puiſſant, Seigneur des armées, ſeul fontaine de tout bien, vueille maintenir, conſerver, & augmenter, à la gloire & louange de ſon nom. Donné à Paris le premier iour de Ianuier, mil cinq cens quarante & vn, ſelon la computation Françoiſe.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI,

HENRICO II. VALÆSIO,

DEI GRATIA FRANCORVM REGI CHRISTIANISSIMO.

CAROLVS MOLINÆVS, IVRISCONSVLTVS Parisiensis, humillimus subditus, honoris & felicitatis incrementum exoptat.

EVS, quo semper ductus sum, Rex, vt quæ ad honorem vestrum & commoda nobilissimi Regni vestri Reique publicæ Francicæ spectant, procurarem, tum ad hunc Commentarium recentem nouumque conscribendum, tum vt eundem Nomini vestro consecrarem, impulit; recentem quidem, si opellam meam spectes, antiquissimum verò, nec vllo modo nouum, rerum in eo explicatarum habitâ ratione. Agit enim de Regia authoritate Vobis, nobilissimis item atque fortissimis antecessoribus vestris, à Deo collata, conseruata, sanctis Legibus & edictis statum, administrationem & gubernationem rerum Ecclesiasticarum, tum Ecclesias ipsas, tum Ecclesiarum ministros, nempe Franciæ Episcopos & Prælatos respicientibus, obseruata: Sicuti constat Carolum Magnum, Ludouicum Pium, 1. Caroli F. Principes Illustrissimos, Franciæ Reges, aliósque quamplurimos eorum in regno successores; qui cum diademate & sceptro regio parem eandemque maiestatem & auctoritatem (vt quæ etiam sunt individuo nexu coniunctæ) vobis transmiserunt. Veteres horum, præsertim Caroli Magni & Ludouici Pij, constitutiones, etiamnum hodie in summæ Curiæ vestræ, & Rationum regiarum Camera regestis, nec non in libris authenticis scriptæ, partim etiam in Magni Decreti compilatione vetusta insertæ reperiuntur. Has constitutiones, etiam Ecclesiasticas recepit, & cum obsequio sequuta est Ecclesia, sicuti tum ex authenticis historicorum (nempe Ansegisi Abbatis, Gregorij Turonensis, Pauli Diaconi, Aimoini, tunc temporis & postea viuentium) scriptis, tum ex Sanctis Veterum Decretis colligere facile est. Nobiles eiusmodi antiquitates commemorare necesse fuit, non vt nouam auctoritatem vobis tribueremus, nempe eandem illam solidam, perfectam, quam Maiores vestri obtinuerunt & exercuerunt, sed vt illam pro virili tueremur, & patefaceremus omni tempore viguisse, aduersus sciolorum & tenebrionum quorumdam cauillos quibus vestræ dignitatis & auctoritatis Regiæ præstantiam obscurare nituntur. Iamdudum huiusmodi sordibus Francia polluta est: nec defuerunt sycophantæ, nouis commentis, & fallacibus verbis præcipuum Coronæ vestræ Regięque auctoritatis membrum, id est summum Imperium vestrum atque legesstaturáque condendi potestatem, vobis ranquã regni vestri summo Domino concessam, lacerare studentes. Ante 240. annos iurisdictionem Regiam vestram ita ısti vsurparant, maximam incolarum regni partem à suo officio euocauerãt, vt neque obedire, neque statutis iudiciariis acquiescere vellent. Commenraria, dicta facta gestáque Maiorum vestrorum adeò superbè aboleuerant, summo iure vestro sublato, Sacra Maiestate vestrã pessundatã, vt omnes Franciæ regem in statum Ecclesiasticum nullo iure agere posse statuerent, nisi impetratã ab eis veniã, vobis ceu mandatorum Ecclesiæ excutori tantùm concessa: clericos item, nec non etiam simplici tonsura distinctos (quamuis nulla professione Ecclesiastica ornatos, verùm seculares, ac mechanicis artibus addictos, & Laicis, vt vocant, persimiles) neque potestati iurisdictionisque vestræ, neque regiis edictis esse subditos, sed ab iis omnino exęmptos & immunes, haud vllo vestro, anteceſſorumque vestrorum priuilegio, sed proprio suo iure, vtpote qui gentem & monarchiam separatim constituant. Et sanè intra regni

veſtri viſcera nouum regnum non verbis ſubditum, ſed Legibus veſtris obedire neſcium, poteſtatis Regiæ mandatis minime adhærens, erexerunt: quinimo Regni veſtri ciues & incolas ad ſe pellexerunt: ita vt Philippi Valæſij illuſtris memoriæ regis, tritaui veſtri tempore, M. Petrus Cognerius Conſiliarius & Aduocatus regius magno labore, ad Iuriſdictionem veſtram reduxerit vſurpationes nonnullas ab Epiſcopis Franciæ Regni eorumdemque Miniſtris & coniuratis factas, multoſque ſubditos ad officij ſui munia pertraxerit, quos iſti vel prorſus vel in variis caſibus proprios ſibi fecerant, excluſa ſumma V. R. poteſtate, magno cum eiuſdem detrimento, dedecore & præiudicio, ſubditorum veſtrorum perſonæ & Franciæ Theſauri deportabantur. Verùm enimuero, priuſquam noua illa Pontificum iura, quæ Decretalia dicta ſunt, apparuiſſent, innouationes, & conſultationes illæ in Maieſtatem Viſilebant: ſed Decretalibus enatis, & horum lectione in Franciæ Academiis permiſſa, Pontifices eam ſibi tribuerunt licentiam, quæ veſtram auctoritatem & iuriſdictionem deuorauerat, & ſubditos veſtros diſtraxerat, quum Philippus Valæſius ſanis conſiliis vſus, atque Doctis & præclaris in coria Cognerij actionibus excitatus, manum reformationi aliqua ex parte admouit. Quandoquidem verò certum eſt Pontificios illos ſcriptores, Canoniſtas ſeu Decretaliſtas, quſ eiuſmodi fragmenta antiquis & laudatis legibus, conſtitutionibus etiam veſtris præferunt, indoctos, ſacrarum literarum, hiſtoriarum, antiquitatum, probatorum authorum, Sacrorum Canonum, veterúmque Conciliorum Eccleſiæ planè rudes & ignaros, in eodem errore verſantes, ſycophantas agere, Sacræ veſtræ conſtitutioni obloqui, ac reſiſtere: officio verò defuiſſem, ſi duhiorum, quæ in ſingulos Conſtitutionis illius articulos incidunt, ad conſultantium & iudicantium inſtitutionem, explanationem contentus, in præclaras illas antiquitates, ſanctiones & ſynodos Eccleſiæ non penetraſſem; quibus ſumma veſtra potentia & auctoritas in his rebus perſpicua fieret, & ſycophantis ac Sophiſtis indiceretur ſilentium. Rem gratam præterea me vobis, fidiſque Conſiliariis, & bene erga vos affectis viris, feciſſe confido, quod detexerim, poſuerim ob oculos, ac in memoriam & lucem reuocauerim Sacras illas conſtitutiones & leges Maiorum veſtrorum, de rebus Eccleſiaſticis, ſacris ſanctionibus & Eccleſiæ peruetuſtis Conciliis: eas præſertim quas Carolus Magnus de ſincera verbi Dei Sacramentorumque adminiſtratione edidit, in capitulis ſeu Legibus Eccleſiaſticis Epiſcopos compellans, vt diligenter populis annuntient Dei verbum, abſque cuius ſono incedere nequeunt, quin iræ eius prouocent: Clericos item, ſobrios & caſtos eſſe curent: præterea præcipiens omnibus corde toto præparent ſe in ſcientia veritatis, vt poſſint contradicentibus reſiſtere; & diuina donante gratia verbum Dei creſcat, & currat, & multiplicetur in profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalutem (inquit) animarum noſtrarum, ad laudem & gloriam nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quam ſacram conſtitutionem clauſulâ illâ præſtanti obſignat, Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino noſtro Ieſu Chriſto, Amen. Nouerat Sapientiſſimus & fortis ille Heros, veram religionem, quæ Chriſtiana vera atque vnica eſt, à Dei inſtitutione & verbo omnino pendere, non ab vlla ſecundaria cauſa, nec homini, Angelóue, aut alia cauſa vel creatura eonceſſum eſſe, vt huic verbo aliquid addat, vel detrahat, teſte Pſalte Regio, his verbis, Cælum Cęli Domino; terram autem dedit filiis Hominum. Cælum hoc cæli, religionis veræ doctrina, res ſuperceleſtis, diſpoſitioni Diuinæ & conſtitutioni, in verbo ſuo incluſæ reſeruata eſt: res verò terreſtres, puta Reſpublicæ, Monarchiæ, ſecularia negotia, quamuis à Summo Dei nutu pendentia, etiam ab hominum ſententia, cauſſiſque aliis ſecundis ex parte pendent, quatenus iis cauſis Deus ea alligauit. Ideo cultus ab Ethnicis cogitati falſitatę, nullitate, errore multiplici laborant, ſicuti quæcunque priuatus in rebus ad Principem propriè pertinentibus, & Maieſtatis iudicijs tractauerit, aut regiis veſtris diplomatibus addiderit, vel detraxerit. Nec enim tantùm crimine falſi, verùm etiam ſacrilegij & læſæ Maieſtatis reus teneretur. D. Ioannes de Chriſti doctrina, eiuſdemque certitudine ac perfectione agens, teſtatur eam à Deo Patre obſignatam fuiſſe: demonſtrans religionis Chriſtianæ doctrinam æterni Dei magno ſigillo fuiſſe obſignatam in Chriſto Ieſu, qui corpore pro nobis moriens, dixit, Conſummatum eſt. Quis igitur huic doctrinæ addere auſit, vel ex ea detrahere, quin crimine falſi, ſacrilegij, & læſæ Maieſtatis ſe alliget? Idem ſub veteri lege ſeuerè prohibuit Moſes, prohibuit Prophetarum cœtus. Hieronymus in ea capitis prioris Eſaiæ verba, Caupones tui admiſcent aquam vino, damnat, refellitque traditiones humanas, pro lege in religionis negotio conſtitutas, quæ tantùm in ſincera & immota Dei veritate, ceu vino puro, conſiſtit. Explodit igitur ceo caupones falſos quotcunque ſuis commentis vel aquis ſinceriratem vini illius corrumpere conantur. Eiuſdem Prophetæ cap. 29. verba extant, dein à Chriſto repetita & prolata, Matth. 15. In vanum me colunt doctrinis & mandatis hominum. Quod de religione intelligendum eſt, non autem de conſtitutionibus & mandatis, quas tuis ſubditis, Rex, potes præſcribere, quarum obſeruationi per Apoſtolos ſuos Deus nos ad-

ſtrinxit non tantùm, vt veſtræ poteſtatis in hunc finem à Deo inſtitutæ, timore percellamur, ſed & propter conſequentiam. Cæterùm, quo ad doctrinæ celeſtis preconium, per Hieremiam, cap. 24. hæc dicit Dei Spiritus, Quicunque verbum meum profert, verè loquatur: Et quid paleæ cum tritico? In hunc locum Hieronymus ſcribens, paleæ nomine traditiones Humanas intelligit, non modò vulgares, verum etiam eorum qui Domini, Doctores, & omnium præſtantiſſimi videntur. Alios prætereo locos perſpicuos & expreſſos; ne aquas mari addam; præterea ne aliud exemplum ex pijs Ludouici Pij, Franciæ regis, Caroli Magni F. conſtitutionibus ad religionem pertinentibus prætermitã: Is enim, non ſenſu humano impulſus, ſed iuxta Dei verbum, de Sacroſanctæ Domini Cœnæ ſacramento, inſtituit vt ter quot annis ad minus laici Corpori & Sanguini Chriſti deuotè communicarent. Aliâ conſtitutione, veſtes precioſas & luxu diffluentes Epiſcopis & Prælatis eripit, eos humilibus indumentis contentos eſſe iubens. Ingentem illarum conſtitutionum aceruum omitto, vt nonnulla de ſucceſſoribus eius attingam: inter quæ Diui Ludouici anteceſſoris veſtri pragmatica occurrit, qua Eccleſiæ Gallicanæ priuilegijs aduerſus Pontificum noua iura & vſurpationes expreſſè cauit. Hæc verò recepta multiſque Summæ Curiæ veſtræ ſolemnibus ſententijs anno 1463. comitata eſt. Addo Philippi Pulchri, Caroli v. Sapientis, Caroli v. 1. conſtitutiones: & huius etiam: nempe Caroli vi. edictum & Parlamenti ſummi ſtatutum aduerſus Annatas, exactiones, & Curiæ Romanæ machinationes: præcipuè verò, inter tot heroica facta, ad Oecumenicam Synodum Philippi Auguſti, cognomine Conqueſtoris prouocationem interiectam aduerſus Innocentium iii. eiuſdemque Legatos: qua via conatus minaſque Pontificis cum hoſte coniurati repreſſit, & reipſa fortiter executus eſt quod à Parlamento conſtitutum erat de in integrum reſtitutione & Coronæ regi vnione Ducatuum Aquitaniæ & Normanniæ, Comitatuum item Andegaui, Manij & Turonum. Hîc ſiſto gradum, ne ſequentia dicta comportare velle videar. Epiſtolam meam vernacula lingua ſcribere conueniens duxi, quamuis Commentarium Latina lingua publicauerim: nam tibi, Rex, fidiſque Francis omnibus conſecratum eſt. Etenim inter multos primus à me de Franciæ regno Francica lingua conſcriptus liber tibi vereque Francis omnibus, veſtri commodi, honoris, nominis ſtudioſis dicatus eſt, ô Rex, quem Deus Omnipotens, exercitum Dominus, omnis boni fons vnicus, tueri, conſeruare, euehere in dies digneturad nominis ſui laudem & gloriam. Lutetiæ Pariſiorum, Calendis Ianuariis 1551. ſtilo Francico.

CHRISTOPHORI THVANT CELII, PARIS. A SECRETIS Regis, & in illo Ampliſſ. ordine cauſarum patroni, ad Carol. Molinæum Iuriſconſultum.

Non nobis nati ſumus, ortus patria noſtri
Vendicat vnam partem, aliam vſurpatis, amici.
Tullius hæc quondam, qui in dicendi ratione
Fecit pagnam vtráque, accepta, expenſa ferũtur.
Omnia cui meritò, tempus scritur quibus omne
Litibus in fictis aut veris, ſiue domi vel,
Seu peragenda foris, vanis palatia fumis
Dum complentur, & ingenti ſubſellia voce.
Hæc tibi dicta, puta, propria, Molinæe, ſuperſtes
Pridem poſteritati (poſſum dicere apertè
Gloria) adhuc viuens proprios dum cernis honores,
Et quis quid de te dicat, vel ſentiat, audis.
Qui quantum patriæ deberes, quantum & amicis
In commune bonus, priuata negotia ſperuens,
Coniugis immemor, atque domus, ſimul & natorũ,
In communem vſum, non priuatam vtilis atem,
Libris compoſitis ſummo immenſóque labore,
Teſtatum nobis, confirmatúmque relinquis,
Quem non dimouit, quem non deterruit vlla
Damni emergentis ratio, lucríque forenſis,
Addere quæ poſſet ſtimulos, occaſio præſens.
Quod facturus erat, ſi in te deſcendere velles,
Et cauere ipſe tibi (paucorum ſauè hominum vir)
Vt tandem incœpto velles deſiſtere curſu
Vſqueadeò à teneris te publica cura remordet.
Hoc eſt viuere, & anguſtam producere vitam,
Non ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Quod pro magnifico, celebri, famoſo, epitheto
Perpetuæ laudis, ſummo, illuſtríque Catoni
Lucanus tribuit: cùm maius, cum altius eſſet
Nſl, quod proferret, locuplete, & diuite vena.
Hactenus.

Eiuſdem ad eundem.

Viui hominis vulgò dixerunt etia noſtri
Eſſe ſepulturam maiores, & vitio illud
Verterunt (poſſent ſi fari) otio abundas:
Quo ſublato, omnes ceſſare cupidinis artes
Rectè ſenſerunt, fomenta libidinis, inde,
Scilicet ex multo, & magno otio, oriri agitantes.
Magni autem facere, & multũ laudare ſolebant
Hoc, qui ita vixiſſent, vt ees vixiſſe nepotes
Plauè intelligerent, monumẽta æterna, & honeſtas
Vitæ relliquiæ pertractando, atque legendo.
Ergo te meritò not, Carole, commendamus:
Qui iam perpetuos triginta atque amplius annos
Conſumpſiſti in multã, & magnã gratiam eorum,
Qui ſunt victuri poſt te, at tua fata nepotum:
Carpere qui voleant fructum radicis amaræ
Dulcem, & te demum laudent, mirentur, adorent,
Mecte noua virtute igitur, ſic itur ad aſtra.
Hactenus.

COMMENTARIVS ANALYTICVS IN EDICTVM HENRICI II. FRANCORVM REGIS CHRISTIANISSIMI *contra paruas Datas & abuſus curiæ Romanæ, circa beneficia Eccleſiaſtica :* & in Senatuſconſultum Franciæ, *aduerſus annatas, exactiones & abuſus Paparum :* Authore DO. CAROLO MOLINÆO. Iureconſulto Pariſienſi, & in eodem ſupremo Pariſiorum Senatu, curiáque Franciæ Aduocato famoſiſſimo, iuris vtriúſque ac praxis conſultiſſimo.

Epitome præfationis Edict. Henric. II.

1 *Diuiſio in nouem partes.*

2 *Reges Francorum ab antiquo de rebus eccleſiaſticis leges ſtatuerunt.*
Prima ſynodus Eccleſiæ Gallicanæ, ſub Clodoueo.
Caroli Magni leges politicæ & ſynodi quinque.
Ludouicus Pius Aquiſgrani, ne Epiſcopi ſericis veſtibus vterentur, edixit.

3 *Capitulare Caroli Magni.*

4 *Statuit ſolam ſacram ſcripturam legi in eccleſijs, & prædicari; non autem figmenta hominum.*

5 *De diſtributione bonorum eccleſiæ.*

6 *De pabulo verbi Dei, cœnáque Domini, laicis, in vtraque ſpecie ter in anno*

7 *Ne excommunicatio paſſim, & ſine cauſa, fiat : vtque electio ſit cleri & populi.*

8 *Ne liberi homines monachi fiant ſine permiſſu Regis.*

9 *Quàm benigne, iuxta doctrinam S. Pauli, ſubditi tractandi. 10. c. primum extra de cenſibus; eſt Caroli Magni.*
Ne digni morte gaudeant immunitate Eccleſiæ.

11 *Regum Francorũ legibus omnes, etiam Epiſcopi & clerici ſubditi.*

12 *Etiam Pontifices Romani legibus Caroli Magni & ſucceſſorum ſuorum paruerunt.*

13 *Leo quartus cauſam dixit coram Ludouico ſecundo Caroli magni pronepote.*

14 *Ludo. 9. contra reſeruationes & præuentiones Papæ legem fecit, & 15. pro libertate eccleſiæ Gallicanæ.*

16 *Et pragmaticam contra exactiones & aucupia Papæ.*

17 *Arreſtum ſenatus Pariſ. anno 1463 contra collectores & ſubcollectores Papæ.*

18 *Conſtitutio Philippina.*
Edictum Caroli 5.

19 *Edictum Caroli. 6. contra Cardinales & collectores Papæ.*

20 *Legibus Imperatorum, & Regum, etiam in rebus Eccleſiaſticis, paruit non ſolùm primitiua eccleſia, ſed etiam ſub Iuſtiniano Magno, & Carolo Magno & ſucceſſoribus ſuis*

21. *(quo Iuſtinia. iuſſit ſacra myſteria lingua vernacula peragi)* 22. 23. 24. 25. *quo etiam Rex Franciæ non minus poteſt de rebus eccleſiaſticis in regno quàm veteres Imperatores in Imperio.*

26 *Adhuc tempore Hono. 3. clerici ſeruabant leges Imperiales Romæ.*

27 *Dauid & Ezechias Sacerdotum & Leuitarum ordines conſtituerunt.*

28 *Salomon ſummum Sacerdotem inſtituit & deſtituit.*
Iudas Machabeus Sacerdotes elegit.
Aliud Sacerdotis, aliud Magiſtratus officium.

29 *In eccleſia Chriſtiana non minor eſt authoritas & poteſtas Regum, quam olim in Iſraelitica.*

Præfatio eiuſdem Authoris in Regium edictum.

Scopus.

HÆc ſancta & æquiſſima conſtitutio A ſancita eſt principaliter aduerſus multos & pernicioſos abuſus, qui hactenus male perpetrabantur, & in dies flagitioſius multiplicabantur, in curia, & cancellaria Romana, circa prouiſiones (imo nundinationes) ſacerdotiorum, paruarum præſertim (quas ita vocant) Datarium obtentu.

Diuiſio in quatuor partes.

Et in quatuor partes diuiditur. 1 ¶ Prima proœmiatur cauſamque tum materialem, tum finalem, & maximam ſalubertimi huius edicti neceſſitatem oſtendit vſque ad §. 1. Secunda, quatuor priores §§. continens, obuiat infinitis propè falſitatibus & impoſturis, quæ factitari ſolebant, per infidam & pernicioſam turbam notariorum papalium: & poteſt ſcindi in tria membra. Primum in §. primo, de Papalibus tantùm notariis (vnde potiſſima malorum illuuies manabat) diſponit. Secundum, in §. ſecundo, prouidet aduerſus abuſum notariorum Epiſcopalium, ſeu diœceſanorum. Tertium in duobus §§. ſequentibus, promiſcuè de notariis, tam Papiſticis, quam ordinariorum, diſponit. Tertia pars, in §. 5. 6. 7. 8. 9. & aliquid in §. 12. congruam legem imponit effrenatæ licentiæ trapezitarum Romanorum: quos vulgò banquerios vocant. Quarta, §. 10. 11. 12. & 13. pulchrè reſcindit abuſus fieri ſolitos in mandatis ad reſignandum, quandoque vltra annum adſeruari, quandoque poſt datam reſignationis confici vel mitti ſolitis. Quinta §. 14. & 15. dat normam & praxim reg. de publicandis. Sexta denolutariorum conatus reſtringit, §. 16. Septima, §. 17. & 18. falſarios caſtigat. Octaua obuiat ſpeciei falſi & reſeruationis propter ſimilitudinem nominis, §. 19. Nona, §. 20. concluſionem habet. Poſſet addi decima, quæ ſunt modificationes ſenatus Pariſienſis, ſuper eo edicto.

Reges Francorum de Eccleſiaſticis ſtatuerunt.

2 ¶ Porrò non eſt nouum Reges Francorum de rebus Eccleſiaſticis (præſertim ad refrænandum abuſus, vel exceſſus Eccleſiaſticorum, etiam Epiſcoporum & Pontificum) leges & edicta ſtatuiſſe. Quando quidem, ante mille quadraginta annos, Clodouæus, Francorum Rex primam Eccleſiæ Gallicanæ ſynodum celebrari iuſſit Aurelijs: vbi triginta tres Epiſcopi conuenerunt & triginta tres Eccleſiaſtici canones edicti: quos omnes ferè. Gratia. decreto ſuo inſeruit, & habentur in primo tomo conciliorum ad ſi. Tangit Vincentius in ſpeculo hiſtoria. lib. 22. Et hoc anno 1551. citeriter ſeptingenti ſexaginta anni ſunt à tempore, quo Carolus Magnus tanquam Rex Francorum deinde etiam ſimul vt occidentis Imperator, ſiue (ſic etenim Albert. Cranz hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1. cap. ſecundo, titulos eius ex veteribus diplomatis deſcribit (vt Romanorum gubernans Imperium, dominus & Rex Francorum & Longobardorum, oecnon dominator & Saxonum, non ſolùm multas leges politicas ſanxit, (quæ etiam vſque hodie in Saxonia vigent, vt teſtatur Baldus in conſil. 174. præſupponendum eſt, quod Carolus Magnus lib. 5.) ſed etiam quinque ſynodos (quas Abb. Vſp. concilia vocat) per Gallias celebrari iuſſit: videlicet primam Maguntiæ, ſecundam Rotomagi, tertiam Rhemis, quartam Cabilonæ, & quintam Arelatæ: vbi cleno leges & ritus ordinari. Ludouicus quoque Pius celebrem indixit ſynodum Aquiſgrani: vbi præter libros ſtatutorum Eccleſiaſticorum vulgatos anno 830. edixit, ne Epiſcopi, & clerici cuiuſuis gradus, pretioſas & exquiſitas veſtes (puta ſericas & coccinei coloris, aut bracteatas) ferrent: vt refert & adprime laudat Plati. in Greg. 4. Rob. Gaguinus, & Paul. Æmil.

Ludo. Pius.

Ne Epiſcopi pretioſis veſtibus vtantur.

3 ¶ Iterum etiam præfati Carolus per ſe, & cum Ludouico Pio in conſortium Imperij aſcito. idem quoque Ludouicus per ſe, & cum Clotbario primogenito ſuo in conſortium Imperij aſcito, conſtituerunt plurimas leges Eccleſiaſticas (tam circa doctrinam Chriſtianam, & ſacramenta, quàm circa miniſtros & Epiſcopos) quibus etiam Eccleſia ipſa obediuit, vt patet, tam ex capitulari, ſeu capitulis Caroli B Magni, Ludouici quoque Pij, & Clotharij, quàm ex magno decreto Gratiani: qui ex dictis conſtitutionibus multas leges decreto ſuo inſeruit, vt c. ſacrorum. 63. diſtinct. c. volumus. 11. q. prima. Ex quorum conſtitutionibus, quas capitularia ſeu capitula vocabant (vt eſt text. in d. c. volumus. Anſegiſus Abbas (qui eorundem authorum Regum & Imperatorum Francorum tempore floruit) quatuor libellos, ſuo quodam certo ordine diſtinxit. In primo leges Caroli Magni ad ſtatum & ordinem Eccleſiaſticum pertinentes per cap. 162. In ſecundo leges Ludouic. Pij, & Clotharij eius filij de eadem re Eccleſiaſtica, cap. 46. In tertio leges præfati Caroli de re mundana, hoc eſt ciuili, cap. 90. In quarto leges C Ludouici Pij & Clotharij de eadem re cap. 70. continentes.

Capitularia Caroli Magni.

4 ¶ Carolus autem Magnus in d. lib. 1. cap. 19. ſanctam & catholicam legem ſtatuit, videlicet vt canonici libri tantùm legantur in Eccleſia. Idem prius circa annum domini. 417. ſtatutum erat in concilio Carthaginicoſi. 3. cap. 47. vbi etiam libri canonici enumerantur, qui in nouo & veteri teſtamento continentur duntaxat. Rurſus idem Carolus lib. 1. cap. 76. Epiſcopos & parochos (tunc autem temporis non erant alij in miniſterio Eccleſiaſtico) ad prædicationem verbi Dei inſtruit, iubens etiam Epiſcopis, vt non ſinant aliquos noua ex ſuo ſenſu, & non ſecundum ſcripturas ſacras, fingere & prædicare populo: ſed vt ipſimet, quæ ad vitam ducunt æternam, prædicent, aliósque inſtruant vt hæc eadem prædicent. Et ibidem ſanctam ſubiungit exhortationem. *Ideo dilectiſſimi (inquit) toto corde præparemus nos in ſcientia veritatis: vt poſſimus contradicentibus veritati reſiſtere, & diuina domante gratia, verbum Dei currat, & creſcat & multiplicetur in profectum Eccleſiæ Dei ſanctæ, & ſalutem animarum noſtrarum, & laudem & gloriam nominis Domini noſtri* IESV CHRISTI. *Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino noſtro* IESV CHRISTO *Amen.*

Sacri libri ſacræ Scripturæ legantur in Eccleſia.

Ne ſeuſa humano fide prædicentur.

Vt verbum Dei currat & creſcat.

5 ¶ Et eodem lib. cap. 80. ſtatuit vt quicquid à fidelibus Eccleſiæ ſponte conlatum fuerit, in ditioribus quidem locis duæ partes in vſus pauperum cedant, tertia in ſtipendia clericorum, aut monachorum: in minoribus verò locis æque inter clerum & pauperes fore diuidendum: niſi fortè à datoribus vbi ſpecialiter

Diſtributio bonorum Eccleſiæ.

Ludouico. 2. Imperatori Francn eorundem legum obſeruantiam iuris profitetur. in ca. vides. 10. diſtinct. De hiſdem enim legibus loquitur, vt perſonarum & temporum qualitas & hiſtoriæ ſeries oſtendit. Adde infrà eo. n. 20. 14 ¶ Et nondum trecenti triginta

Ludou. IX. contra reſiſt. ſtat. oneroſ. &c

annũ, Ludou. IX. (inter Diuos relatus) anno 1228. legem edidit: qua, prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo, ſuprà eo. nu. 7. & ſacros canones antiquos imitando, aduerſus nouas adinuentiones, reſeruationes, & præuentiones curiæ Romanæ, ſtatuit, vt epiſcopi cæteriq; Prælati Regni ſui, ſimiliter tam patroni quam collatores beneficiorum eccleſiaſticorũ, ius ſuum plenarium habeant, & vnicuique ſua iuriſdictio ſeruetur: iuſuper eccleſiæ cathedrales, & aliæ liberas electiones habeant & earum effectum integraliter proſequantur: volens & ordinans promotiones, collationes, prouiſiones, & diſpoſiuones prælaturarum, dignitatum, & aliorum quotuncunque beneficiorum eccleſiaſticorum Regni ſui, ſecundum ordinationem & diſpoſitionem iuris communis, ſacrorum Eccleſiæ Dei conciliorum, atque inſtitutorum ſanctorum patrum fieri.

Pro libertate Eccleſiæ Gallicanæ

15 ¶ Quæ ſanctio manifeſtè lata eſt pro libertate eccleſiæ Gallicanæ, ad conſeruationem ſacrorum canonum & conciliorum Eccleſiæ, præſertim primæ ſynodi Gallicanæ (vbi, c. 19. quod etiam habetur. 16. q. 7. can. Omnes baſilicæ. ſtatuitur vt omnes eccleſiæ, tunc præſentes & futuræ, ſint in poteſtate & diſpoſitione Epiſcopi diœceſani) necnon ad conſeruationem concilij Niceni cap. 6. Antiocheni. cap. 9. & habetur 9. qu. 3. can. per ſingulas. 2 & antiquarum, tum Regalium tum Imperialium, in eam rem conſtitutionum contra reſcriptiones, præuentiones, & nouas quæſtuarias artes nouorum Ponuficum. Et dicta conſtitu. habetur in ſtilo parlamenti Pariſienſis, par. 3. tit. 3. §. 1. Idem Ludou. IX. anno 1228. aduerſus ſimoniæ crimen peſtiferum, Eccleſiam labificans, aliam edidit conſtitutionem: quæ habetur in præfato ſtilo, par. 3. tit. 39. Rurſus 16 ¶ idem Ludou. IX. anno. 1268. celebri confeſſu habito, pulchram legem, pro libertate Eccleſiæ

Pragmatica. S. Ludouici.

Gallicanæ, ſtatuit: quàm Pragmaticam ſanctionem vocauit & adhuc hodie vocatur Pragmatica ſanctio ſancti Ludou per quam, inter alia, veruit omnes curiæ Romane exactiones, impoſitas vel imponendas. Sequitur tenor illius articuli e regeſtis euiſdem Senatus tranſſumpti (nimis enim prolixum eſſet integram huc inſerere.) *Item exactiones & onera grauiſſima pecuniarum, per curiam Romanam Eccleſiæ Regni noſtri impoſitas vel impoſita (quibus Regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum exiſtit) ſine etiam imponendas vel imponenda, tenari aut colligi nullatenus volumus: niſi duntaxat pro rationabili, pia, & vrgentiſſima cauſa, ineuitabili neceſſitate, acetiam de expreſſo & ſponaneo aſſu noſtro, & ipſius Eccleſiæ Regni noſtri.*

Arreſtum Senatus Pariſ.

17 ¶ Et iuxta hanc ſanctionem, proſequente procuratore generali Regis, latum eſt arreſtum in eodem Senatu, anno 1463 contra collectores & ſubcollectores Papæ & inuncium omnibus iudicibus & officiatis Regiis, ne ſinerent quicquam exigi, nec ob id quoſcunque eccleſiaſticos, vel alios ſubditos Regis, à quibuſuis delegatis vel commiſſarus Papæ, vel alius, citari vel moleſtari. Cuius arreſti verba diſpoſitiua poſita in ſtilo euiſdem Parlamenti, par. 3. tit. 36. §. 10.

18 ¶ Philippus autem Pulcher anno. 133. famigeratam illam legem edidit (quam vulgo vocant Philippinam) per quam Epiſcopus & parochus, omnibuſque eccleſiaſticis Regni ſui, prohibet exactionem nouarum decimarum, & primitiarum, & inſolitorum onerum conſuetas tantum decimas exigi concedens, cuius tenorem habes in ſtil. Parlament. Par. 3. ti. 34. §. 1. Carolus item 5. Sapientis elogio decoratus, anno 1369 die 5. Ianuarij, ſtatuit ne Epiſcopi, ſeu alij Prælati Regni ſui, eorúmue officiales, aliquas cenſuras interdicti vel excommunicationis ferrent

Philippina.

Contra decimas inſolitas.

Carol. 5. edictum.

Contra Interdicta

in vrbes vel oppida, ſeu corpora & communitates Regni. Quod edictum in publica monumenta dicti Senatus relatum eſt, in regeſtis antiquarum conſtitutionum, Char. 62.

Carolus 5

19 ¶ Carolus autem 6. anno 1388. reuocata permiſſione & poteſtate, quam collectoribus & ſubcollectoribus Papæ dederat, iuſſit eccleſiaſticis Regni ſui bona eorum prebenſa libera reddi. Et per edictum, quod integrum poſui in ſtilo Parla. parte 3. tit. 37. §. 1. contra Cardinales & alios officiales Papæ beneficiorum, quæ in Regno poſſidebant, fructus exportantes, & dictos collectores, bona decedentium prælatorum occupantes, iuſſit prehendi, & ad manum ſuam boni fructus & redirus beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ Cardinales, & alij extra Regnum morantes, obtinebant: necnon penſiones quas percipiebant ſuper beneficiis Regni & per commiſſarios, à præſidibus prouinciarum deputandos, colligi, fundos coli, æs alienum diſſolui, ædes reparari, & reliquum (ratione ſuis præſidibus reddita) per eos reddi illis ad quos ſpectabit. Et pariter bona Epiſcoporum, Abbatum, Priorum, vel orphanotrophotum decedentium prehendi, & ad manum Regiam poni: vt repulſis collectoribus & ſubcollectoribus Papæ, qui illis inhiabant, hæredibus eorum, vel eis, ad quos de iure ſpectat, ſeruarentur.

Contrà collectores Papæ

Quòd Eccleſia Iuſtiniani tempore, & poſtea legibus Imperat. parebat vſque ad num. 32.

20 ¶ Quid quòd ius quoque ciuile Romanum plenum eſt legibus ab ipſis Imperatoribus latis de perſonis ipſis & rebus eccleſiaſticis, & omni diſciplina eccleſiaſtica: vt C. de ſacroſ. eccleſ. & de epiſcn. & cler. de epiſc. aud. per to. & in nouell. Iuſtiniani Magni conſtitutione. 3. vt determinatus ſit numerus clericorum. Conſtituiooe 5. de monaſteriis & monachis. Conſtitutiooe. 6. quomodo oporteat Epiſcopos, & cæteros clericos ad ordinationem perduci, & Conſtitutione. 16. vt clerici ex vna eccleſia in aliam, & Conſtitutione. 37. de eccleſiis conſtitutis in Aphrica. Conſtitutione 56. vt ea quæ vocantur inſinuatiua. & conſtitutione 57 vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant: vbi contraueniens ſacerdotio priuatur. & Conſtitutione. 58. de clericis qui à ſuis deſtiterunt eccleſiis. Conſtitutione 59. de exequiis. Conſtitutione 67. ne quis oratorium, & ne Epiſcopi abſint à ſuis eccleſiis.

21 ¶ Conſtitutione 83. vt clerici apud proprios Epiſcopos: vbi Iuſtinianus ad ſupplicationem Epiſcopi Conſtantinopolitani, dedit clericis priuilegium fori in ciuibus tantum, & Epiſcopo non impedito, aliàs & omninò in criminalibus reliquit ſub iudice ſeculari, & Conſtitutione 117. de diuerſis capitu & ſolutione matrimoniorum Conſtitutione 123. de eccleſiaſticis diuerſis capitulis. vbi. §. ad hæc. ex doctrina diui Pauli 1 ad Corinthios. 14. iubentur omnes Epiſcopi pariter & præſbiteri, nnn tacito modulo, ſed clara voce, quæque à fideli populo exaudiantur, ſacras preces & myſteria peragere. Conſtituiooe. 133. de monachis & aſceteris. Conſtitutione 146. de Hebræis, & quomodo oporteat eos ſcripturas legere, ſcilicet ſacras.

Sacra myſtè. e alingua verſ. nacula pera. guntur.

22 ¶ Porrò non eſt dubium præfatas omnes leges Iuſtiniani Magni, prædeceſſorúmque ſuorum Chriſtianorum Imperatorum legiumas fuiſſe: vt non ſolùm hquet ex epiſtola Io. Papæ, 2. in l. inter clatas. de ſumma trinita. ſed etiam ex ipſa veritatis teſte hiſtoria, omnúmque etiam eccleſiaſticorum chronographorum concordi teſtimonio: vt manifeſta ſit vanitas (ne dicam impietas) non nunus imperita quam adulatrix quorundam canouiſtarum, qui præfatas ſanctas leges alij nullitatis, alij etiam impietatis damnare auſi ſunt: non aduertentes, nec præ craſſa hallucinatione cogitantes ſeſe ſanctiorem illam primituam Eccleſiam prius damnare, & ab illa, & conſequenter à vera Eccleſia (quę ſemper vna eſt) ſeparare:

Vt enim nemo, niſi non tam phanaticus quàm protſus fidei inimicus, negare nequit primitiuam illam Eccleſiam ſanctam fuiſſe, & à Spiritu ſancto illuſtratam & gubernatam, imò iſta præſantiotem & ſanctiotem: ita negari non poteſt præfatas leges (quas illa, cum gratiarum actione recepit: quibus etiam vt donis Dei iuxta doctrinam Apoſtolorum, paruit) legitimas & validas fuiſſe.

23 ¶ Quid quòd ex propriis etiam codicibus apertè reuincuntur, non ſolùm per argumenta aliorum textuum, ſed per vulgatos ipſos tex. in c. principes ſeculi. c. adminiſtratores. 23. qo. 5. vbi Principes & ſeculares poteſtates nonnunquam intra Eccleſiam (id eſt in rebus & perſonis eccleſiaſticis) poteſtatem exercent, vt muniatur & conſeruetur diſciplina eccleſiaſtica, quos text. canoniſtæ reſtringunt, vt procedant quando eccleſiaſtici negligunt, vel abutuntur, vel quando ſecularem poteſtatem in auxilium aduocant, vt c. fin. 1. qu. 7. c. fi. 10. q. 5. c. res omnes. c. inceſtuoſi. c. de ligunbus cap. quali. cap. relegentes. 23. qu. 5. Sed fruſtra io re tam aperta angulos quærunt: quia de legis latione Imperatorum & Regum, principaliter de rebus & perſonis eccleſiaſticis facta, & ab eccleſia recepta, textus ſunt expreſſi, & in canones relati. 10. diſtinct. c. de capitulis. c. vides. c. quid autem c. fi. vt ſupra numero 12.

24 ¶ Non tepero, ſed addo tex. c. eccleſiæ. & can. victor. 97. diſtinct. vbi in c. primo Boniſa. 1. Papa libellum ſupplicem direxit Honorio Imperatori (qui tum in Italia & occidente imperabat) rogans & obteſtans vt perpetua lege ſanciret, quatenus Romæ nunquam per ambitum ordinetur Antiſtes, quod Honorius fecit, & legem ſanxit de electione Romani Pontificis, vetans omnibus etiam clericis ab ambitione ceſſare. quòd ſi duo ordinati fuerint, neutrum futurum Pontificem, ſed eum ſolùm qui, noua ordinatione, omnium conſenſu electus fuerit, quam legem ponit Gratia. in d. ca. victor. verbis tamen diſpoſitiuis omiſſis, quia idem Gratia. prius ea poſuerat, ſub 69. diſtin. c. ſi duo. Et rurſus in ca. de illicita. 24. q. 3. qui tranſſumptus eſt ex concilio Pariſienſi, tempore Ludo. Pij habiti: vbi expreſſim etiam ad verbum refertur præfata nouella. 121. Inſtiniani Imperatoris catholici. §. omnibus verò. vbi nmnibus Epiſcopis & preſbiteris intetdixit, ne quempiam prius excommunicent, quam cauſa proberut, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Quòd ſi quis contra eam legem aliquem excommunicauerit, excommunicatus quidem maioris Sacerdons authoritate ſoluatur: excommunicator autem communione ſeparetur, quantocunque tempore maiori illi viſum fuerit: vt, quod iniuſte alij fecit, ipſe iuſte ſuſtineat. quæ prope ad verbum recitantur in d. can. de illicita. vbi etiam concilium ipſum teſtatur, qnód eam legem probat & ſeruat catholica Eccleſia. Tunc antem iam plus trecenti anoi agebantur ab obitu Iuſtiniani Magni. Non autem minus poteſt ſupremus Francorum Rex in ſuo Regno, quàm Iuſtinianus ille Magnus & alij Imperatores in Impetio.

Poteſtas Regum Franc.

26 ¶ Quid quòd nondum 335. anni (videlicet tempote Hono. 3. Papæ) non dubitabatur etiam Romæ, quin clerici & Epiſcopi, etiam & Potuifices, legibus Imperialibus etiam generaliter & ſuper te ſpirituali (nempe iuramento) latis, ligarentur, vt eſt tex. in c. 1. de iuramento calum. extra. vbi pro certo & expedito habetur l. 2. in princ. ver. ipſæ principales perſonæ. C. de iurciur. propter calum. dan. in omni foro, etiam ab omnibus eccleſiaſticis perſonis id obſeruandum fuiſſe: niſi per aliam priorem legem (videlicet Marciani (ita enim,) & non Marco vt hactenus perperam legendi m eſt, in d. c. 1. vt ibi ſuper text. dixi) in l. clericis. §. quod ſi his. C. de epiſcop. & cler. ipſi clenci ſpeci liter exempti fuiſſent ab onere iurandi in iudicio. Nec erat dubium, niſi ſuper interpretatione legis Marciani: quàm aliqui teſtringebant ad clericos Conſtanonopolitanos, ad quos d. l. dirigitur, & de quibus tantùm loquitur: & ſic interpretabantur exceprionem d. l. non pertinere ad reliquos clericos, ſed eos manere ſub regula. l. Iuſtiniani in d. l. 2. Alij verò ſuper hac exceptione dubitabant: quia l. Marciani ab eodem Iuſtiniano inſerta eſt C. & ſic videbatur pro iure communi, non pro priuilegio ſpeciali clericorum certi loci, innouata & promulgata. Super quo dubio Hono. 3. non ſuam adhibuit, ſed Henrici Germani Imperatoris interpretationem recte ſecutus eſt: qui l. Marciani ad omnes omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere iudicauit: nec tamen per eam limitari l. Iuſtiniani, quæ in ſpeciali caſu iuramenti ex iuſta cauſa præſtandi loquitur. Itaque, vt vtrique l. ſatisfacerer, ſeruata etiam mente l. diuinæ, ſtatuit vt Epiſcopi, Abbates & clerici, non per ſeipſos (quibus indecens eſt) ſed per idoneos defenſores (qui hoc intamentum præſtarent) iugarent. Quòd ſi eccleſiæ ſuæ expediret, vt per ſe iugarent, per ſe quoque de calumnia iurarent, iuxta legem Iuſtin. Sed, vt etiam his, qui in aperoſſima veritate rixari tamen & cauillari non deſinunt, penitus os obſtruatur, enam ſacræ ſcripturæ concurrunt exempla & teſtimonia. Dauid enim Rex ſanctiſſimus, Sacerdotes omnes & leuitas recenſuit, & in certos ordines, per quatuor & viginti claſſes. diſtribuit: vt ordinatim miniſterio ſuo per vices perpetuò fungerentur. 1. Paralipo. cap. 23. 24. 25. 26. & eadem totius cleri inſtitutionem tenouauit Ezechias, Rex laudatiſſimus: de quo 4. Reg. 18. ſic dicitur: *ſecit autem quod rectum erat in oculis Dei, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. is ſuſtulit excelſa, confregit ſtatuas &c.* Porrò Ezechias (vt ad verbum, 2. Paralipo. 31.) conſtituit ordines Sacerdotum & Leuitarum ad ordines ſuos (ſcilicet à Dauide inſtitutos) quemque pro officio ſuo: & hic otdo Dauidicus viſque ad aduentum Domini noſtri Iesv Christi perſeuerauit: vt Lucæ 1. haberut ibi: *Quum* (ſcilicet Zacharias, qui etat de vice ſeu claſſe Abia; quæ etat octaua ſecundum præfatum ordinem Dauidicum, vt haberut. 1. Paralip. 24.) *Sacerdotio fungeretur, in ordine vicis ſuæ coram Deo, ſecundum conſuetudinem ſunctionis Sacerdotalis.*

Honor. 3. ſub quo adhuc obſeruabantur leges Impp. in eccl.

Mar. Anus.

Dauid circa Sacerdotes.

Ezechias item.

28 ¶ Vtque Ethnicotum exempla (apud quos iidem erant Ponofices & Reges, vt de Ægyptiis refert Plato io lib. de Regno, & de Romanis Iſidor. etymolo. lib. 2. cap. 1. & habetur. 21. diſtinct. c. cletos.) præteream, ſanctorúmque Regum lenia illa de oblaoonibus templi, & de cura inſtauraoonis, & ſatta tectorum templi à Sacerdotibus in Regiam manum itanſlaos. 4. Reg. 12. cap. 22. Salomon Rex, ſola Regia authoritate (vt & Dauid, pater eius,) fungens, Abiathar ſummum Sacerdotem deſtituit, & Sadoch in locũ eius inſtituit 3. Reg. 2. templúmque Domini cum omni populo dedicans, benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. 3. Reg. 8. Iudas quoque Machabæus elegit Sacerdotes ſine macula, voluntatẽ habentes in lege Dei, vt mundarent ſancta templúmque Dei, à genobus & idolatris prophanatũ 1. Machab. 4. d. Iam ergo manifeſtum eſt etiam in Eccleſia & populo Dei (qui erant Iſraelitæ) Reges & Principes imperium in Sacerdotes ipſos & totum clerũ habuiſſe, diſciplinámque & politiam eccleſiaſticá ordinaſſe, idque iure & laudabiliter feciſſe: quamuis ſacra ipſa myſteria, Sacerdotibus ac Leuins à Deo commiſſa oon attrectauerint, nec impunè hcuent, vt de Ozia lepra percuſſo: quoniam thuribulo prehenſo nitebatur incenſum adolere ſuper altare thymiamatis 2. Paralipo. 26. Aliud enim ſacrificare & munia ipſa Sacerdotum exercere, aliud Sacerdotia diſciplinámque eccleſiaſticam congruo ordine diſponere & conſeruare: quæ officia diſcreuit Deus, noo confundi voluit. In Eccleſia autem Chriſtiana quis negare audeat minotem authoritatem & poteſtatem eſſe Regum Chriſtiano-

Salomon item.

Iudas Machabeus item.

Ozias.

Aliud Sacerdotis, aliud Magiſtratus officium.

tum, quam olim fuit in Eccleſia Iſraelitica? An per Chriſtum diminuta fuit, an per alium, & per quem? Certum eſt non per Chriſtum: qui oblatum etiam Regnum refugit, Io. 6. b. & coram Ponuo Pilato aperte negauit regnum ſuum de hoc mundo eſſe. Certum eſt etiam, quòd non per ſactos Chriſti Apoſtolos: qui docuerunt & ſcripſerunt Regibus & poteſtatibus parendum, eóſque Dei miniſtros eſſe: quapropter eis ſubditos eſſe opottere, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam Roma 13. ea. 1. Petr. 11. c. modò ne quid contra Dei mandata præcipiant, Act. 5. c. in mandatis enim Dei exequendis & ab omnibus obſeruari curandis præcipuum conſiſtit Chriſtianorum Regum officium. Deuterono. c. 17. in fi. e. Regum officium 23. q. 5. Iaceant ergo præſtigiæ, confictæque à quibuſdam canoniſtis fabulæ: de quibus per Inno. & alios in c. licet ex ſuſcepto. de foro competen. Et hæc ad vitilitigatorum (ſi qui forſan adhuc ſuperſint vel hiſcere audeant) ora obſtruenda abundè ſufficiant. Iam ergo tex. ipſius Regiæ conſtitutionis, cum breuibus & pertinentibus ſcholiis accipe verborum pompâ ſuperfluiſque omiſſis.

Regũ Chriſtianorum authoritas.

Officium Regis eſt.

PROOEMIVM EDICTI.

HENRY, par la grace de Dieu Roy de France, ſçauoir faiſons à tous preſens & à venir, Comme nous ayons eſté deuëment aduertis, & nous ayent eſté faites pluſieurs plaiotes & doleances des fraudes & abus par ci-deuant faits & commis, & qui peunent a chacun iour eſtre faits par les impetrans en court de Rome qui obtiennent en ladite cour, impetrations de benefices par reſignation, en vertu des procurations nulles, fauſſes & mal expediées, par le moyen deſquelles ſont leſdits benefices poſſedez par gens intrus, & les vrais titulaires de leurs droits fruſtrez. Meſmement par le dol, cautelle, & malice des impetraos de petites Dates, b ſans toutesfois enuoyer procuration, ſinon apres la date des reſignations: Encores le plus ſouuent ſont leſdites procurations gardées deux ans ou plus, ſans les faire ſortir effect: ſinon apres la mort c du reſignant. Et d'ailleurs les Notaires & Teſmoings ſont gens incognus: dont auient que la pluſpart deſdites procurations ſont fauſſes d. Auſſi que pluſieurs reſignoent leurs benefices *in fauorem & non aliàs*: deſquels toutesfois ils joüiſſent apres, ſous couleur qu'ils diſent leurs reſignataires ne les auoir acceptez. Et neantmoins leſdits reſignataires cependant prennent vne poſſeſſion ſecrette: pour à laquelle donner couleur font quelques baux à ferme pardeuant Teſmoings & Notaires attiltrez. Et dauantage pour obuier à la regle de Chancellerie *de publicandis*. pluſieurs font telles reſignations de ſix en ſix mois: ou bien apres auoir paſſé procuration pour reſigner en faueur de quelque perſonne: leur font dés le lendemain ſignifier vne reuocation de ladite procuration, qui eſt par eux tenuë ſecrette e. Et ſi ſont encores pluſieurs autres fraudes & abus: par leſquels eſt mis vn grand trouble eo l'eſtat Eccleſiaſtique, & ſe ſuſcitent pluſieurs procés & querelles entre nos ſubiets. Pour à quoy obuier, par grande & meure deliberation des Princes & Seigneurs de noſtre ſang, & les geus de noſtre conſeil, eſtans lez nous, auons ſtatué & ordonné par ces preſentes, de noſtre certaine ſcience, pleine puiſſance f & aurhoriré Royale, ſtatuons & ordonnons par Edict, ſtatut, & ordonnance perpetuels & irreuocables, ce qui enſuit.

A *Peuuent.* Boni prudentiſque Principis eſt non ſolùm præſentes abuſus tollere, ſed etiam imminentibus & futuris obuiam ire. Scriptum eſt enim, Prouer. cap. 20 b. *Rex ſed us in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuendo*: hoc eſt vigilando, conſulendo, prouidendo. Quod det & faxit Deus: in cuius manu cor Regis eſt, & quocunque volet, inclinat illud. Prouerb. 21.

B *Dates.* Nouum genus κακοζηλίας, & corruptelæ à curialibus curiæ Romanæ inuentum: vt reſtatur gl. in reg. Cancellatiæ. 28. videlicet vt ſingulis diebus à Datariis Papæ nouam ſignaturam habeant, datatiue (vt eorum terminis vtat) faciant: deinde bullas, ſub qua data voluerint, confici vel renouari curent. Hic abuſus, ſi inſcio ſupetiore fit, non ſolùm ſubreptionis, ſed etiam falſitatis ſpecies eſt. Irrepſit tamen etiam vſque ad ordinarios locorum: vt teſtatur & refert glo. reg. cancella. 20. Ipſe quoque pridem ſæpiùs audiui plures graues & probos ſuprætmæ Patiſiorum cutiæ Senatores de huiuſmodi patuarum Datarum increbreſcente abuſu quodque obuiam, ire non poſſent, conquerentes. Quamuis enim grauæ, taliter impetratæ, nullæ ſint & ſubreptiuæ, vt dixi ſuprà reg. de publicand. nu. 166. tamen difficilis, imò impoſſibilis erat probatio. hactenus gliſcebat, imò notorium erat in genere, hoc malum. Sed quod in ſpecie probari non poterat, nequibant iudices ſuper præſumptione generali, iudicium in particulam fundare: & ſic inualeſcebat abuſus nec per ſpecies aut caſus particulares corrigi poterat: donec per hanc generalem conſtitutionem omnes ferè occaſiones amputatæ ſunt.

C *mort.* Poſt obitum, & adhuc ex patua Data retroactiua.

D *fauſſes.* Paſſim ad falſa fabricanda audaces inueniuntur impuri huiuſmodi Sacerdotes prætextu immunitatis eccleſiaſticæ, qua, propter enormitatem criminis, priuati deberent: vt per Panor. in c. etſi clerici. de iudiciis. Petrum Anch. in reper. c. ea quæ col. 32. de reg. iur. & conſ. 151. Hypol. Marſil. conſ. 9. num. 17.

E *ſecrette.* Quo caſu no. quòd ſi reſignans manet in poſſeſſione, manet dicta reuocatio valida, non obſtante publicatione reſignationis poſtea ſecuta, quantúuis ſolenni, ſine reſignante facta: ſed ſi reſignans ipſe conſentiat expreſſæ publicationi, vel ſponte locum cedat reſignatario, tunc iſte expreſſus, & palam ſerius conſenſus, ſufficit ad præſumendum priorem occultam reuocationem non ſeriam, ſed ſimulatam fuiſſe: & hoc ad vatiationem & illuſionem vitandam: quam etiam clc. vnica. de renuncia. vult euitari. Reuocatio ſecreta.

F *Puiſſance.* De his clauſulis videant otioſi Canoniſtas in cle. paſtoralis. §. cæterùm. de re indica. Vitali. de camba in tract. clauſulatum: quia deciſiua duntaxat, & paucis petſtringere ſtatui.

ARTICLE I.

PREMIEREMENT, Que par nos Cours ſouueraines, & autres nos Iuges, [a] en iugeant le poſſeſſoire des benefices contentieux, ne ſera foy adiouſtée és procurations pour reſigner, ne reuocation d'icelles, prinſes de poſſeſſion, & autres actes & inſtrumens paſſez par Notaires Apoſtoliques [b]: s'ils ne ſont prealablement examinez, & receus par les Archeueſques, Eueſques, leurs Vicaires, ou Officiaux, & fait ſerment entre leurs mains, & de ce ayent lettres ſous leurs ſceaux, fait auſſi enregiſtrer és Greffes des Cours deſdits Archeueſques & Eueſques & cours Preſidiales de noſtre Royaume, ſuiuant l'Edict par nous faict, [c] leurs noms & ſurnoms, & declarer le nom du lieu de leur demeurance: qu'ils ſeront tenus faire aux villes, & plus notables lieux deſdits Dioceſes, reſpectiuement: ſelon le département & nombre qu'il ſera aduiſé.

A *Iuges.* [a] Scilicet Regiis & præſidialibus: quia per edictum anno 1536. ſuper diſtributione cauſarum inter præſidiales & inferiores iudices Regius editum. §. 13. cognitio beneficiorum eccleſiaſticorum præſidialibus, in prima inſtantia attributa eſt: ſed ante illud edictum, etiam inferiores Regij cognoſcebant. Iudices autem non Regij (videlicet curiarum dominicarũ: quæ ſpectant ad dominos locorum) non ſunt ſoliti cognoſcere de poſſeſſorio huiuſmodi beneficiorum: ſed præſto ſunt iudices Regij: qui de his poſſeſſoriis & omnibus cauſis, iudicibus Regiis deputaris, cognoſcunt. Quicunque tamen iudex, Rege concedente, de his poſſeſſionis cognoſcit, vel cognoturus eſt, hanc conſtitutiònem ſeruare tenetur: niſi in beneficiis, quæ perpetuò ad liberam Regis vel alterius Principis, ſeu dominici loci collationem ſpectant: de quibus dixi ſupra in reg. de infirmis. nu. 185. quia talia non ſunt propriè beneficia eccleſiaſtica.

2 ¶ Et nihilominus, quamuis eis non conueniant verba conſtitutionis, quæ loquitur de benefiçis verè eccleſiaſticis, & ad eccleſiaſticorum prouiſionem ſpectantibus: tamen, quatenus verba & ratio conſtitutionis conueniunt, eatenus locum habet conſtitutio & eius ſanctio. Vnde, ſi fortè reſignatio, reuocatio, vel poſſeſſionis apprehenſio, factæ ſint coram notariis eccleſiaſticis, locum habebit conſtitutio, loquens de notariis hîc, & in tribus. §§. ſequentibus, & inſtrumenta eorum, omiſſa hac forma, confecta, nullam fidem faciunt in quocunque iudicio cuiuſcunque iudicis, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio.

Rex iure proprio, de poſſeſſoribus beneficiorum iudicat & ſtatuit

3 ¶ Quòd autem quidam putant iudices Regios ex priuilegio Papæ de poſſeſſoriis huiuſmodi beneficiorum cognoſcere, vt Guido Papæ q. Delphinali, 1. metum indoctorum nugamentum eſt. Rex enim, in Regno ſuo ſupremus dominus & iudex eſt omnium poſſeſſionum & iudiciorum poſſeſſoriorum: ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ ſint. Et ſic iure ſuo proprio, cognoſcit, imò etiam quandoque de petitorio, vt in vacantibus in regalia, quorum collator & cognitor eſt ratione coronæ ſuæ, non autem ex alterius cuiuſuis, etiam Pontificum, priuilegio, vt dixi in conſuetud. Pariſienſ. §. 17. col. vlt. Imò iure primitiuo & Diuino omnis iudicialis & cuntentioſa cognitio, etiam mere eccleſiaſticorum negotiorum ſpectat ad Regem, vt ſuprà in præfa. num. 1.

4 Cæterum omne poſſeſſorium, & omnis cauſa poſſeſſoria temporalis eſt & ſecularis, non eccleſiaſtici fori. vt per Vincent. Panor. in cap. paſtoralis. de iudiciis. c. literas. de iuramento calumniæ glo. Inno. Panor. in c. cùm dilectus. de electio. Archid. Io. Andre. in c. 1. de teſtituno. ſpoliat. in 6. Bal. in c. tua de ord. cognitio. auth. ei qui iurat. col. 9. C. de bonis author. iud. poſſiden. Tet gria auiora. ad Philipp. Dec. conſ. 115. num. 3.

Odo requiſt. an notarij ſint Papæ.

B *Apoſtoliques.* De Papalibus tantum loquitur in hoc §. 1. non autem de Epiſcopalibus: de quibus in §. ſequenti.

1 ¶ In his autem Papiſticis notariis ſex omnino requirit. Primum examen & receptionem dioceſani. Secundum, quòd iurent in manu eiuſdem. Tertium, quòd huius rei programma habeant, ſub ſigillo dioceſani ſiue Vicarij vel Officialis. Et hic intellige de Vicario generali ordinario habente tribunal, vt Officialis, non autem de Vicario volatili carente tribunali, & multominus de Vicario ſpeciali tantum, vt patet per id quod ſequitur. Quartum, quòd eorum nomen, cognomen, & locus domicilij, & reſidentiæ, regiſtretur, ſiue in publica monumenta referatur curiæ dioceſani quæ verba (vt dixi) non congruunt niſi Vicario generali habenti ordinarium tribunal. Quintum, quòd pariter regiſtretur in curia Regia præſidiali dictæ dioceſis. Sextum, quòd reſideant in vrbibus vel oppidis & inſignioribus locis dictæ dioceſis. Adde ſeptimum, quod non poterunt inſtrumenta conficere, niſi in vna tantum dioceſi: in qua omnia prædicta obſeruauerint, vt patet per generalitatem §. ſeq. in fi. & per generalia verba edicti. de quo in glo. ſeq. Adde octauum, quòd teneantur in ſuis inſtrumentis expreſſam mentionem facere de ſua qualitate, & de loco in quo immatriculati fuerunt, & de loco propriæ reſidentiæ, vt j. §. 3. vbi etiam quinque alia requiruntur in inſtrumento mandati ad reſignandum, vt ibi dicam. Quæ autem vlterius requiruntur in §. 4. non concernunt fidem & validitatem inſtrumenti, ſed onus notarij ex interuallo.

2 ¶ Et not. quòd licet hæc conſtituuio non loquatur expreſsè, niſi quantum ad finem adhibendam in iudicio poſſeſſorio: tamen idem eſt in iudicio petitorio, ſiue in quacunque cauſa Eccleſiaſtica exerceatur, ſiue coram quouis iudice Regio: vt quando agitur ex decreto de pacificis: in quo etiam per ſecularem fit ius in petitorio, ſiue in prima inſtantia in ſupremo hoc Pariſiorum Senatu, vbi de petitorio vacantis in regalia per totum Regnum priuatiue ad omnes dioceſanos & Eccleſiaſticos, & ad omnia alia Parlamenta & tribunalia eiuſdẽ regni, cognoſcitur: inſtrumenta enim huiuſmodi notariorum, præter formam huius edicti facta, nullibi, quam in petitorio, fidem facient: non tam vi directa huius edicti, quam per paſſiuam interpretationem à iam conſucta forma omiſſam c. cùm dilectus & ibi doct. de fide inſtru.

3 ¶ Plus dico, quòd non ſolùm hæc requiruntur, quando hi notarij conficiunt inſtrumenta in materia beneficiali: ſed etiam in quacunque alia materia eccleſiaſtica: niſi enim hæc obſeruauerint, reiectitij ſunt & ſuſpecti, & ſic inſtrumentum, tanquam a ſuſpectis & prolubitis factum non valet, etiam in foro Eccleſiaſtico, & in materia ad illud forum ſpectante. In his autem quæ non concernunt negotia eccleſiaſtica, ſed ſeculana, nequeunt inſtrumenta conficere, nec officium tabellionis exercere, etiam ſi omnia quæ hîc habentur obſeruauerint: quoniam in prophanis, vel ſeculariibus negotiis, non ſunt notarij, ſed meri priuati, catentes omni authoritate.

C *Faict* Mense Septembri millesimo quingentesimo quadragesimoseptimo, quod, quia, tanquam tela tum, partem facit referentis, vt not. in l. inciuile de legi. post præsens edictum subiunxi.

ARTICLE II.

VE les Archeuesques a & Euesques seront tenus b dedans trois mois, apres la publication de ces presentes (appellé notable nombre du Clergé) arrester le nombre des Notaires: auquel nombre ne pourra estre aucun subrogé, que par mort de ceux dudit nombre arresté, ou par vacation, priuation ou forfaicture: sans augmenter ledit nombre. Et où il aduiendroit que pour certaine cause seroit par lesdits Archeuesques, Euesques, Vicaires ou Officiaux, à aucun desdits Noraires interdict c l'exercice dudit estat, sera ladite interdiction enregistrée, comme dessus, admonestant lesdits Prelats n'en receuoir aucuns qui ne soient bons & notables personnages. Et ne pourront lesdits Notaires exercer lesdits Notariats qu'en vn Dioceſe d, sur peine de faux e & de nullité f des Contracts qui seront receus hors du Dioceſe, auquel ils auront esté receus.

A *Archeuesques.* Atchiepiſcopus hic, & §. præcedenti, & per to. & in edicto, de quo in glo. vlt. pto diœceſano, ſiue in quantum diœceſanus eſt, accipitur: & idem de primate.

1 ¶ Vnde, licet Atchiepiſcopus & primas Logdunenſis tres ſedes vel gradus Iuriſdictionis Lugdani habeat (videlicet ſedem Diœceſanam, in quantum Epiſcopus in propria diœceſi, & ſedem Atchiepiſcopalem in ſua prouincia, ſiue ſuper Epiſcopos ſuæ prouinciæ, & ſedem Primatialem ſuper Atchiepiſcopatus) tamen non poteſt alios notarios eligere vel diſtribuere pto diœceſi Lugdunēſi, alios pto prouincia, & rurſus alios pto primatia vel negotiis primatialibus. Sed, ſiue de notariis ordinariorum agatur, non poteſt niſi vnum numerum & ordinē pro ſua diœceſi tantùm limitate & conſtituere: qui omnia inſtrumenta Eccleſiaſticorum negotiorum in ea diœceſi expedient.

2 ¶ Bene quidem poteſt ſingulos habere actuarios: ſicut ſingulos officiales pto ſingulis gradibus iuriſdictionis: qui huius ſori tantùm acta forenſia conficere poſſunt: in cæteris aotem priuati ſunt. Sed non poteſt niſi vnicum ordinem notariorum communium conſtituere: qui poteſt arbitrari maiot, quanto ibi plura negotia affluunt: ſed ordines notariorum multiplicare, eſſet in grauamen ſubditorum, & contra hanc conſtitutionem, & ſic abuſiuum: & pariter de cæteris.

3 ¶ Siue autem de notariis Papalibus: quia in vim proris edicti (quod poſt illud ſubiiciam) delectus & taxatio numeri ſpectat ad iudices præſidiales: qui non habent in hoc rationē an locus ſit ciuitas Epiſcopalis vel Archiepiſc. aut Primatialis (niſi in quantū protode maior eſt freqnentia populi & negotiorū hniuſmodi) nec an ciuitas habeat, inuētione ambitionis humanæ, duos iuriſdictionis Epiſcopalis gradus, vt in Archiepiſcopatu, vel tres vt in Primatu. nō enim debet ibi duos vel tres notariotū ordines ſtatuere, ſed vnum tantum, pro modo amplitudinis loci, & notarij taliter electi & deſcripti pet præſidē, debent, vt in §. præcedenti, rurſus examinari, & ad iuramentum adigi, & in matricula ſua deſcribi pet diœceſanum loci, ſine ſit ſimplex Epiſcopus, ſiue Atchiepiſcopus, ſiue Primas.

4 ¶ Quæro an ſub catalogo & hoc edicto conſineantur notarij peculiares Epiſcopi, quos ſecretarios vocant? Breuiter dico quod non: quia hic §. tantùm loquitur. de notariis cōmunibus & promiſcuis, ad quæcūque extra iudicialia negotia Eccleſiaſtica totius diœceſis deputatis: qui etiam ſimpliciter notarij vulgo vocantur. Secus ergo de ſecretariis, qui ſunt deputati ad conficiendū inſtrumenta de actibus ipſius tantùm Epiſcopi: puta de collationibus vel inſtitutionibus ſuis, vel quæ cooperante Epiſcopo fiunt, vt de reſignatione beneficij in manu Epiſcopi facta, vel præſentatione patroni, vel quauis inſinuatione ei facta, vt j. eo. §. 15. vel

Secretarij.

A de acceptatione collationis, in præſentia eiuſdem Epiſcopi facta, & ſimilibus ad ipſius Epiſcopi officiū ſpectantibus. De cæteris enim nequeunt inſtrumēta conficere: & ſi faciant, non valēt, ſicut à priuatis. Quare in his non verſatur, nec etiam, propter dignitatem perſonarum, timetur tantum periculum, vt in promiſcuis & popularibus notariis. Vnde conſtitutio hos non comprehendit: quibus etiam ſecundum communem vſum loquendi qui debet attēdi l. Labeo. de ſupellect. legat. l. anniculus. de verbo. ſignifica. non conueniunt verba conſtitutionis, quæ tārùm de notariis loquitur. Hi autem, licet veri ſint notarij, non tamen ſic ſed ſecretarij vocātur. Eadem ratione non comprehēdit actuarios, vt nuper dixi nu. 11. qui enā extra locū & rem foreſem, in qua deputati ſunt, nequeunt inſtrumenta conficere. l. quicūque, de excepto. & exacto. li. 12. C. Bal. Paul. in l. tepenta. C. de Epiſc. & clen. Locas de penna in l. hac parte. de proximis ſacro. ſcriuo. lib. 12. C. Hi enā licet veri ſint notarij, non tamē notarij, ſed grapharij vulgo

Actuarij.

B vocātur. Similiter notarij, vel ſcribæ collegiorū eccleſiaſticorū, vulgo capimlorū, vel conuentuum ſeculanū, vel regulariū de quibus j. §. 14. & §. 22 qui etiā non ſunt notarij cōmunes, ſed ad negotia dictorum collegiorū duntaxat, & proptiè non ſunt notarij, vtpote ab inferioribus non habentibus poteſtatem, niſi in quantum in negotiis limitatis, propter annquam conſuetudinem tolerātur, nec in ſanctione huius §. continentur.

B *Tenus.* Et ſic, iuncto verbo *arreſter*, & reliqno tenore huius. §. liquet. 1 ¶ Quod hic non loquitur de Papalibus notariis: quia nō ad diœceſanos ſpectat eorum numerum taxare, ſed ad præſides: per quos iam id multis in locis executum fuit: quamuis diœceſani debeant, rurſus, electos, & à præſidibus pet loca diſtributos probare, & conſequenter, inſuffitientes repertos, reprobare, & idoneos inuentos ad iutamentum recipere, & in ſuis matriculis deſcribere, vt in §.

C præcedenti, non excedendo numerum & locum à præſidibus taxatum, & diſtributum. Hic ergo, vbi loquitur de nouo ordine, nouo delectu, & taxatione numeri per diœceſanos facienda, liquet quod de notariis Epiſcopalibus tantùm loquitur: neceſſarium enim erat & hīc prouidere, propter indiſcretam & effrenatam multitudinem in quibuſdam diœceſibus, vt Epiſcopus Pariſienſis circiter quinquaginta habet: qui numerus nimis exceſſiuus eſt.

2 ¶ Quumque minora ſint & eſſe debeant negotia eccleſiaſtica quàm ſecularia, minor debet eſſe numerus in ſingulis ciuitatibus vel locis notariorum Epiſcopalium, quàm notariorum Regiorum eiuſdem loci: & poteſt, & debet procurator Regius ad hoc vigilare, & eos cogere ad hanc conſtitutionem obſeruandam. Quòd ſi tectè prouiſum eſſet de numero & idoneitate notariorum Epiſcopalium, ſufficere deberent pto

omnibus negotiis Eccleſiaſticis, nec recurrendum eſſet ad Papales: qui nec ab inirio admitò debuerant, ſicut nec delegati Papæ: ſed admiſſos maluit Princeps ad modum reducere, & ab abuſu coërcere, quàm in totum (vt poterat) excludere. fa. c. Romana. in fi. de ſor. comp. in 6.

Notarij Papę ſubſunt ordinario.

C *Interdiff.* Non eſt dubium quin diœceſani iuriſdictionem habeant in notarios à ſe creatos, de quibus hîc loquimur: ſed dico quòd habent iuriſdictionem etiam in Papales. Quemadmodum enim prouiſus à Papa de quouis beneficio, ſeculari vel regulari, non ob id exemptus eſt à iuriſdictione ordinarij, ſiue ſecularis ſiue regularis (à quo etiam poteſt, cauſa cognita, priuari vel ſuſpendi, vt omnes tenent io c. per tuas. per illum tex. de maiorita. & obedien. Imò fortius tenent Panorm. & Felyo. ibi Stephan. Auffreri. in additio. quæſtio. Tholoza. 292. quòd ordinarius poteſt exauthorare & priuare, etiam ordine dato per ipſummet Papam) ita diœceſanus, vel eius officialis, poteſt cauſa cognita, notario Apoſtolico interdicere, eúmve ſuſpendere ab exercitio officij, vel omnino per ſententiam priuare.

D *Dioceſe.* Adhuc dummodo Epiſcopos creauerit eum notarium per totam diœceſim.

1 ¶ Poteſt enim eum limitare ad certum locum vel oppidum, ſi latitudo diœceſis exigat: & tunc non poterit inſtrumenta conficere extra locum deſtinatum. Et intellige quòd Epiſcopus hanc deſtinationem faciet publice, cum conſilio cleri, vt hîc, non excedendo congruum numerum, ſed velut ſaltem publicam & poliocam ordinationem ſtatuendo: quam ſemel commode & de conſilio cleri ſtatutam, obſeruare tenebitur, vt hîc, ad vitandam confuſionem & abuſus inde ſequentes.

2 ¶ Prohibetur ergo diœceſanus creare vel eligere notarium, qui etiam notarius ſit in alia diœceſi: niſi renunciet officio alterius diœceſis: & huiuſmodi notarius receptus in vna, inhabilis eſt ad ſimile officium in alia diœceſi, etiam in eadem prouincia: & ſi iam in alia quoque creatus erat, ex quo ſe permittit recipi & immatriculari in vna, renunciat non ſolùm exercitio, ſed etiam officio in alia: in qua debet numerus eorum qui exercere debent repleri.

Crimen priuilegiatum.

E *Faux.* 1 ¶ Et ſic, quum prohibeatur & puniatur per hanc conſtitutionem, efficitur crimen commune: id eſt vtriuſque fori, tam ſecularis quàm Eccleſiaſtici: quod pragmatici vocant crimen priuilegiatum, quando perſona eſt Eccleſiaſtica. & ſic iudex ſecularis non cognoſcet nec puniet de toto, ſed de crimine priuilegiato duntaxat: hoc eſt de qualitate concernente intereſſe Regium, & contrauenionem ſuæ conſtitutionis, & ſi de crimine in prõptu liqueat, ſtatim pro modo huius qualitatis prononciabit, & mulctã imponet, A quod pragmatici vocant iudicare crimen priuilegiatũ.

2 ¶ Poterit etiam eum, conuictum, declarare inhabilem electionis & deputationis & exercitij huiuſmodi officij introductæ per hanc conſtitutionem, & in reliquo plenius puniendum remittere ad ſuum diœceſanum: vel, ſi per confeſſiones vel euidentiam facti nondum plene liqueat de crimine, remittet ad diœceſanum, cum onere criminis priuilegiati: id eſt vt non poſſit iudex Eccleſiaſticus cognoſcere nec iudicare, niſi cum Regio, qui ſuas partes ſimul quidem, ſed per ſententiam ſeparatam interponet. & non ſolùm iudex Eccleſiaſticus, ſi ſecularis hoc omiſerit, ſed etiam ſecularis (quia eſt crimen per hoc edictum prohibitum) poteſt huiuſmodi notarium condemnare ad damna & intereſſe erga partem priuatam.

Notarius nõ poteſt extra territorium.

F *Nullité.* 1 ¶ Hoc eſt indubitatum de Epiſcopalibus: quia non poteſt notarius exercere, nec inſtrumentum conficere, extra territorium committentis: A quamuis confectum intra, in negotio Eccleſiaſtico, fidem faciat vbique, vt tradit Bar. in l. 2. de off. proconſ. & lega. Alberi. Bald. in l. non aliter. de adoptio. in l. repenta. C. de epi. & cler. Andr. Iſernia. in c. vnico. quæ ſint regalia. col. 24. in vſibus feudo. Salice. in l. t. C. de emancipatio. libero. Ioan. de Platea in l. dunmuirum. in fi. C. de decurio. lib. 10. Panorm. in c. cum P. tabellio. col. fin. de fide inſtru. Philipp. Decius in l. 1. col. 5. in l. fi. col. 6. de iuriſdictio. omnium iudicum Rot. deciſio. 291. inſtrumenta, in nouis.

2 ¶ Quod ampliatur, vt nec creatus ab Archiepiſcopo poſſit in prouincia, ſed duntaxat in diœceſi ipſius Archiepiſcopi exercere, vt eſt text. in c. Romana. §. vlt. & ibi Gemmia. Philip. fran. de ſoro competen. in. 6. Vnde vt dixi, Archiepiſcopi (& idem de Primacibus) non conſiderantur hîe, niſi in quantum diœceſani: quoniam in ſuffraganeos, vel eorum diœceſibus, oullam habent iuriſdictionem, niſi in articulo appellationis tantùm: de quo non agitur hîc tex. in d. c. Rom. C

3 ¶ Et ineptum eſt limitare vt procedat in creatis ab inferiore, vt Benedic. de Plumbi. in l. apud proconſulem. de manomiſſis vindic. quia etiam creati à Rege non poſſunt conficere extra Regnum. Bar. in d. l. 2. & in l. t. q. 7. C. de ſumma trinit. Et adhuc creati à ſummo Principe, ſi ſint ad locum limitati, nequeunt extra illum conficere. Vnde notarij Papales, poſtquam per edictum primum anni 1547. & rurſus per iſtud edictũ §. 1. limitati ſunt ad certum locum, nequeunt amplius extra illum conficere in toto hoc Regno: &, ſi fecerint, pœnam falſi incurrent, & inſtrumentum pariter nullum erit, niſi omnia quæ per edicta requiruntur, impleuerint, vt dixi ſuprà. eo. §. 1. glo. 2. Ex prædictis colligitur, quod hæc nullius inſtrumenti, non ſolum poſſeſſorium, ſed eóam petitorium & omnia reſpicit, vt ſuprà dixi §. 1. glo. 2. ou. 11.

ARTICLE III.

ITEM [a] ordonnons que foy [b] ne ſera adiouſtée aux inſtrumens receus par leſdits Notaires (ores qu'ils auroient obſerué le contenu aux articles precedens) ſi dedans les inſtrumẽs par eux receus, n'eſt faite expreſſe mention [c] de la qualité deſdits Notaires, du lieu ou ils auront eſté enregiſtrez, & de leur demeurance: & n'auront les Iuges [d] égard aux inſtrumens de procuration pour reſigner [e] benefices, ſi leſdits Notaires n'appellent deux teſmoins pour le moins, gens domiciliez & cognus ès lieux où ils receuront leſdites procurations, & non parens ne domeſtiques: c'eſt aſſauoir, pere, ayeul & aſcendant, frere, oncle, ou couſin germain des reſignans ou reſignataires: & que les procurations, ſcedes & minutes d'icelles ſoyent ſignées par le reſignant, en preſence deſdits deux teſmoins. Et leſquels teſmoins ſeront tenus ſur peine de nullité de ladite procuration, ſigner la ſcede & note d'icelle, au cas que le reſignant fuſt en telle diſpoſition qu'il ne la peuſt ſigner, dont les Notaires ſeront tenus faire mention, & de la raiſon & cauſe, pour laquelle ledit reſignant ne l'aura peu ſigner.

A *Item.* Iſte §. cum ſeq. æquè loquuntur & intelliguntur, tam de Epiſcopalibus quàm de Papiſticis notariis.

B *Foy* Et ſic noo ſolum in poſſeſſorio & in foro ſeculari: ſed etiam quoad omnia. & in omni foro, vt ſæpe dixi.

C *Mention.* Hîc tria alia geoeraliter adduntur ad formam inſtrumenti, vt proberur: ſcilicet vt in eo mentionem faciat notarius, Primò de qualitate ſua, videlicet an ſit Papalis xel Epiſcopalis: & ſi Epiſcopalis, cuius Epiſcopi vel diœceſis vel oppidi, ſi ad oppidum electus & immatriculatus ſit. Secundò de loco vel curia in qua immatriculatus fuerit. Vnde notarius diœceſani non exprimer miſi vnum locum: quia in vna Eccleſiaſtica tantùm curia immatriculatur. Sed Papiſticus tenetur exprimere duo, prout in duobus locis vel curiis debet immatriculari: primò in præſidiali, per edictum primum: ſecundò in diœceſana. per iſtud edictum ſupra §. 1. Tertiò, vt mentionem faciat notarius ſuæ reſidentiæ & domicilij.

D *Iuges.* Cuiuſcuoque fori, imò etiam vbicunque locorum, per prædicta ſuprà §. 1. gl. n. 2.

Requiſita in inſtrumento ad reſignandum.

E *Reſigner.* 1 ¶ Hîc, vltra omnia prædicta; Rurſus quinque vel ſex alia requiruntur ſpecialiter, in inſtrumento mandato ad reſignandum quodcunque beneficium Eccleſiaſticum: videlicet quod inſcribantur duo teſtes: quod per ſe de iure commoni eſt, vt not. in l. contractus, C. de fide inſtrum. & in l. generali. de tabularijs lib. 12. C. Ideo non computo in numero. Primum ergo, quòd ſint rogati. in tex. ibi, *appellent.* Secundum, quòd maſculi, per ſequentia verba tex. quæ fœminis non congruunt. Tertium, quòd teſtes illi non ſolùm noti ſint: ſed etiam domicilium habentes in loco vbi recipitur inſtrumentum conficiendum. Quartum, quòd non ſint ſanguine iuncti nec domeſtici reſignantis, vel reſignatarij, provt in text. gradus cognationis declaratur.

2 ¶ Non enim refert intra illns gradus ſiue teſtis ſit agnatus vel cognatus, & ſic auunculus tam eſt inhabilis quàm patruus, etiam in locis in quibus (vt Aruernîæ) differentia ſit in ſucceſſionibus inter agnatos & cognatos. Tum in hoc text. ibi, *pere. &c.* multò magis iotelliguntur excludi mater, & eorundem graduum fœminæ, in quibus non minor eſt affectio, ſed etiam maior facilitas, & minor confidentia. Debent etiam eſſe periti ſcribendi vel ſignandi, ſi teſignans hoc non poſſit.

3 ¶ Quintum quòd ipſa matrix ſcriptura manu propria ipſius reſignantis ſignetur, & ſubſcribatur in præſentia dictorum teſtium: quamuis enim text. dicat *& que les procurations ſoyent ſeydes & ſes minutes:* tamen non requiritur vtrumque, ſed ſufficit matricem ipſam ſubſcribi à reſignante, vt patet per ſequentia in text ibi, *au cas.* Sextum quòd, ſi teſignans non poſſit ſubſcribere, teſtes ipſi inſtrumentarij ſubſcribant & ſignent eam: & cum hoc notarius expreſſam mentionem faciat de infirmitate vel læſione manus aut alio impedimento, quo reſignans nequit ſubſcribere: & ſic hoc caſu requiritur quòd teſtes ſignate & ſubſcribere ſciant & valeant.

4 ¶ Et merito tot requiruntur in inſtrumento ad reſignandum, in quibus maius verſatur periculum, & ſic cautius in his agendum c. vbi periculum in prin. de electio. in 6. l. t. §. 1. ad Carbonia. tum etiam propter nimis crebras falſitates arcendas, vt experientia docuit. Vnde in inſtrumento ad reuocandum reſignationem, non requiritur tanta ſolennitas: ſed ſufficiunt ea quæ de iure communi, & per primum edictum, infrà ſubiectum & duos præcedentes §§. requiruntur. Sed inſtrumentis ad reſignandum valde neceſſaria ſunt hæc ſancta Conſtitutio.

Secus ad reuocandum.

5 ¶ Quoniam vſque adeò inualuerat cupiditas, velut rabies, aliena beneficia per huiuſmodi ſuffurata mandata inuolandi, vt in quibuſdã locis huius Regni, velut publicus mos, ſeu morbus, graſſaretur: præſertim in vrbe Andenſi: quam, propter multitudinem huiuſmodi Sacerdotum, vrbem Sacerdotum vulgò vocant: vbi fama nuper erat, & conſtans fuit aſſuetũ eſſe, ſi quis beneficiarus infirmaretur, vt eum huiuſmodi perfidi ſacrificuli Papiſtici, vel Eccleſiaſtici notarij, velut conſolaturi, aut aliud agentes inuiſerent: vtque ſemel viſus eſſer infirmus & aliquid quatus de re locutus, abirent, inſtrumentum ad reſignandum fabricantes: quòd ſi fors infirmus motte præueniretur, nihilominus per paruas datas Romæ expediri facerẽt. Dico ergo quòd hæc ſancta conſtitutio locum habet non ſolum in reſignarionibus io fauorem, ſed etiam in ſimplicibus, etiam apud ordinariosexpedieodis: idem etiam dico, ſi cauſa permutaõnis etiam per ordinarium faciendæ, & multomagis ſi in fanorem alicuius concordati: quia conſtitutio generaliter loquitur, & ad fraudes arendas, & ſic generaliter debet intelligi: imò tanquam fauorabilis, ſi opus eſſet, extendi, vt ſupra dixi in reg. cancella.

ARTICLE IV.

TEM que leſdits Notaires ſeront tenus faire bon & loyal Regiſtre, a tant deſdites procurations que du temps qu'ils les auront deliurées, combien de fois, & à quelles perſonnes. Leſquels Notaires ſeront auſſi tenus de mettre chacun an, b dans le mois de Ianuier, pour le plus tard, aux greffes des Archeueſchez & Eueſchez, auſquels ils auront inſtrumenté, vne coppie ſignée de leur main, & extraict collationné par leurs Regiſtres, contenant tout ce qu'ils auront inſtrumenté ladite année, concernant leſdites procurations, reuocations, & autres choſes dependans d'icelles: gardant pardeuers eux leurs nottes, ſur leſquelles ils auront dreſſé leurſdits Regiſtres & extraict d'icelles enuoyé, comme dit-eſt, aux greffes deſdits Prelats, Archeueſques, & Eueſques, qui ſeruira de controlle c ſeulement. Et auſſi à ce que leſdits Prelats, Archeueſques & Eueſques ayent cognoiſſance deſdites procurations, & s'informent, s'ils voyent que bon ſoit ſi leſdites procurations ont ſorty effect.

Protocolla.

A *Regiſtre.* 1 ¶ Protocolla quidem ſiue archetypa, quas matrices vocant, tenentur iure communi facere, vt in nouell. de tabellio. § illud Conſt. 44. adeo vt quidam dicant fidem non haberi inſtrumẽto, ſi protocol-

lum non reperitur, ſaltem ſi contractum erat in ſcriptis. vt Bald. in rub. colum 6. C. de fide inſtru. Ludo. Roma. conſil. 174. colum. 4. Philippus Decius c. quoniam contra falſam. colum. 25. de proba. Quod vltimum falſum eſt, vt dixi in annota. ad Alex. conſil. 175. num. 4. lib. 7.

2 ¶ Tamen in hoc Regno notarij, præſertim Regij tarò ſolebant facere regeſta & ſeruare protocolla, donec anno 1512. §. 63. Ludouicus XII. fieri uſſit: exceptis tamen notariis præfecturæ Pariſienſis, quæ exceptio non erat iuſta. dabat enim occaſionem quibuſlibet contractus illicitos, imò etiam fraudulentos, vel ſimulatos, facere cupientibus, Pariſios ad hoc accedere, vt omni probatione penes ſe retenta liceret variare vel illudere. Ideo Conſtitutione anni ſeſquimilleſimi triceſimi noni iuſte correctum fuit, & generaliter ſtatutum vt etiam notarij Pariſienſes tenerentur regeſta & protocolla omnium teſtamentorum & contractuum fideliter facere, & ſeruare.

3 ¶ Et ita ſeruatur, niſi quod, citra teſtamentum, iidem notarij de ſimplici proteſtatione, vel declaratione vnius, non faciunt protocollum: præſertim ſi pars fieri nolit: quaſi actus iſte in Conſtitutione non contineatur. Sed hæc Conſtitutio in hoc periculoſo reſignandi mandato plus exigit: videlicet vt in eadem regeſta referant tempus traditi inſtrumenti, & quoties, & quibus traditum fuerit. Quod ſi non fecerint, condicti à parte damnificata condemnabuntur in eius damna, & in mulctam fiſco Regio, ob crimen priuilegiarum (id eſt de quo clerici, etiam priuilegiati, per ſecularem poteſtatem puniuntur) & per detentionem ceteris, cogentur ſoluere non ſolum mulctam, ſed etiam damna poſt eorum liquidationem.

B *Chacun an.* Hoc non ad commodum ordinariorum tantùm ſtatuitur (quamuis finis §. innuere videatur) ſed in fauorem publicum, & etiam quorumcunque priuatorum, quorum intererit: quibus actuarij otdinariorum tenebuntur edere, non autem copiam ſignatam dare, ſed ſimplicem exhibitionem & copiam deſcribendi in priuatam ſcripturam duntaxat: vt poſſit tranſcribens ſcire notarium illumque adire, & parte vocata, ſi opus ſit, exemplar ſignatum accipere à notario, ſatisfaciendo ei, vel hæredibus ſuis de ſalario.

C *Controle.* 1 ¶ Id eſt vt non ſolùm ſcire poſſint, ſed conuincere, ſiquid forſan poſtea detractum, vel lancinatum, delerum, aut variatum ſit in atchetypis notarij, provt ſæpius contigit: ad quæ facinora auertenda hoc ſtatutum eſt, non autem vt notarij, eorúmve hæredes, fruſtrentur ſalario, occaſione dictæ copiæ anniuerſariæ: & hoc eſt quod edictum dicit ad finem diſpongendi ſeu verificandi archetypa notarij tantùm, non autem quod ex illis copiis extrahi poſſint exemplaria fidem facientia, niſi poſt tantum temporis emenſum, quòd res facta ſit de antiquis, nec immineat præiudicium notarij, & hæredum dudum obliteratorum. Portò nullitati non ſubiacebunt inſtrumenta aliàs ritè facta, licet contenta in hoc §. non fuerint obſeruata.

2 ¶ Sed quum tam multis tam exactè cantum ſit, de Papiſticis & Epiſcopalibus nostatus, non abs te quæritur an eadem obſeruanda ſint à notariis Regis vel aliis ſeculatibus: ſaltem ſi ſimilia inſtrumenta conficiant) an vero nequeant de his inſtrumenta conficere (quod videtur) tanquam alienis ab eorum foro: rum quia notum eſt, quod notarij Eccleſiaſtici (etiam Papales) nullo modo poſſunt inſtrumenta conficere, niſi in cauſis ſpiritualibus, vel negotus Eccleſiaſticis ad eorum fotum ſpectantibus, non minus quàm extra territorium. Et ita expreſſim decidit Ioan. Fabri. in l. ſecundum diui. C. de donatio. Lucas de Peña. in l. prædia. de locatio. prædio. ciuilium. col. 28. lib. 11. C.

Regij vel ſeculares notarij.

A vbi aliter dicit in Regno Siciliæ quia Normani alienum occupantes, recognouerunt illud in feudum à Papa, qui libenter admiſit & hoc teſtatus: ſecus concludens in aliis Regnis, & ita etiam in hoc Regno diſtricte veritum & cautum eſt, vt nullius ſit fidei. Conſtitutione Philippi Pulchri anno 1302. §. 20. & Conſtitutione Caroli VIII. quæ habetur in ſtylo Parlamenti par. 3. tit. 25. § 3. ad hoc etiam teſtum Senatus Pariſienſis, vt in d. ſtilo par. 5. qu. 259. vbi tenet & ſic è contrario videtur, quòd notarij ſeculares non poſſunt conficere inſtrumenta in materia Eccleſiaſtica: & quòd fidem non faciant. quare, vtpote ſuperuacui, non ſunt comprehenſi in his edictis.

3 ¶ Sed bis non obſtantibus, dicendum quòd notarij ſeculares, præſertim Regij, poſſunt inſtrumenta conficere, etiam de huiuſmodi & aliis negotiis eccleſiaſticis: & fidem faciunt, etiam in foro eccleſiaſtico: & ita etiam obſeruat cancellaria Romana, vt tenet ſupra in regu. de publican. nu. 161. & patet infra eo. §. 14. ad fin. ibi, *Royalou Eccleſiaſtique.* Ratio: quia originaliter omnis iuriſdictio, & eius adminiſtratio, ſecularis eſt poteſtatis: cui etiam Eccleſia & eccleſiaſtici ſubſunt, vt clarè docuimus ſupra in præfatione nn. 2. nu. 28. Cùm igitur non ſint exempti, niſi ex priuilegio à Regibus & Imperatoribus conceſſo, facile præſertim in qaibuſdam, tes ad exordium ſunm redit. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. de pac. glo. & Cano. in c. ab exordio. 35. diſtinct. 4. ¶ Sacerdotibus quidem etiam per eorum iura prohibitum eſt tabulariorum officiũ exercere. c. ſicut nec cler. vel monachi, etiam coram iudice eccleſiaſtico, vt ibi tenent glo. & Cano. ſed non ſeruant. Quòd autem formæ iſtæ & ſolennitates nõ ſint iniectæ notariis ſeculatibus, in promptu cauſa eſt, abuſus notariorũ eccleſiaſticorum, præſertim Papalium, nominatim perſtrictus in priore edicto, & ſupra eod. in proœmio, & qui eauſam dedit his edictis, vt ex eotum tenore liqueat: qui abuſus ceſſat in notariis ſeculatibus præſertim Regius, qui non ſunt ſoliti huiuſmodi falſitates & abuſiones perpetrare, quibus eccleſiaſtici illi, omni Dei & hominum timore poſtpoſito inſordnerunt, immunitate eccleſiaſtica abutentes, & ea audaces facti ad peſſima quæque patranda.

Abuſus notatorum Papæ.

5 ¶ Quoties ego in medium Senatum, oſtiis apertis, produci vidi Sacerdotes (ita enim vocant etiam propudioſos ſacrificulos) cum veſte ſacerdotali & vertice D raſo, tædam ardentem geſtantes, & ignominioſam profeſſionem falſitatis perpetratæ (de qua per ſeculatem poteſtatem conuicti erant) pronunciantes, & ſiccis oculis, ſine vllo rubore, fronte perfricta, ſuſtinentes condemnationem tanti criminis? ſed in qualitate, quã priuilegiatam vocant duntaxat, & conſequenter in mulctam pecuniariam tantum Regi & patri, cætera pro delicto communi (vt vocant) ad forum ſuum temiſſos? Hanc enim cautelam impij homines adionenerunt, & practicare incœperunt in criminibus grauiſſimis, vt à poteſtate ſeculari comprehenſi, nec ſperantes conuictionem euadere, ingenue fateantur, ad hoc vt de crimine priuilegiato ſtatim ſententia pecuniaria, etiamſi cum ignominioſa illa profeſſioue (quam E emendam honorabilem vocant) profetatur: vt ſic libere & ſine onere qualitatis priuilegiatæ, vtpote iam punitæ, & conſumptæ remittantur: vt facilius à ſuis, ſine grauiori puninone, liberari & euadere queant, vtpote iudicis Regij, iam perfuncti, nec amplius vigilantis, nec reperendi, authoritate minimè requiſita, & ſic, omni metu poſtpoſito, ſpretaque à malis quibuſdam eccleſiaſticis (malorum ſymmiſtarum ſuorum fautoribus) etiam confeſſione facta coram poteſtate ſeculari, iuxta c. atſi clerici. in prin. & doctorum ſuorum Canoniſtarum, ibi de iudici. Ita vt malis increbreſcentibus, iuſtum ſit, & expediat, eos priuilegus, quibus abuntur, priuari, c. priuilegium. 11. quæſt. 3.

Cautela ſeculatorum.

ARTICLE V.

ITEM [a] que les Banquiers, [b] & autres qui s'entremettent en noſtre Royaume, terres & ſeigneuries, des expeditions qui ſe font en Cour de Rome, & à la legation, ſeront tenus, vn moys apres la publication de ces preſentes, faire ſerment, pardeuaot les Inges ordinaires de leurs demenrances, de bien & loyaument exercer ledict eſtat, faire loyal regiſtre, meſme ſerment, que incontinent qu'ils auront receu les procurations pour faire expedier, prendront la date d'icelles, & les noms des Notaires, teſmoios inſcripts: & le lieu de la confection deſdites procurations: & en feront bon & loyal regiſtre: eoſemble du iour qu'ils receuront, & auſſi du iour qu'ils auront enuoyé leſdites procurations à Rome, ou à la legatioo. Seront auſſi tenus ſigner, au deſſous, chacuoe expedition, qu'ils feront & enregiſtreront à ce que les parties en puiſſent faire extraicts.

ARTICLE VI.

QVE leſdicts Banquiers, en déliurant les expeditions par eux faites, ſeront tenus mettre & eſcrire leurs noms & demeurances, ſur peine d'eſtre à iamais priuez d'exercer ledit eſtat de Banquier, eſdits pays & Royaume, d'amende arbitraire, & dommages & intereſts des parties.

ARTICLE VII.

ITEM que, où les Banquiers ſeront trouuez auoir failli en ce que deſſus, ou autrement auoir fait faute en leur charge & regiſtre, ſera procedé contre eux par empriſonnement de leurs perſonnes, iuſques à pleioe ſatisfaction des dommages & intereſts deſdites parties, & de punition corporelle, [c] elle y eſchet: faiſant defences à toutes perſonnes Eccleſiaſtiques de ne s'entremettre dudit eſtat de Banquier & expeditions de Cour de Rome, ou legation: & commaodement auſdits Banquiers de bailler caution de mil eſcus pour le moins pardeuant les Iuges Preſidiaux, auant que s'entremettre dudit eſtat.

ARTICLE VIII.

ITEM auons ordonné & ordonnons, que ſi pendant les procez d'aucuos benefices, les parties font reformer [c] aucunes bulles, deſquelles ils ſe ſeroyent auparauant aydez audit procez, pretendans que les premieres par eux produites n'eſtoyent dépeſchées, iouxte & ſelon que portoyent leurs ſignatures, que celuy qui ſe voudra aider deſdites bulles, ainſi refaites, ſera tenu faire apporter [d] l'extraict de la ſignature, faite *parte vocata*, pour voir ſi la teoeur eſſentielle & ſubſtantielle y eſt cootenue, & ladite bulle dépeſchée ſelon la verité & teneur de ladite ſignature. Ordonnant toutesfois à nos Iuges qu'il ne ſoit par ex differé [e] au iugement de la recreance, auquel ils pourront proceder, ayant eſgard aux premieres bulles produites par leſdites parties: nonobſtant le delay extraordinaire qu'ils pourront bailler pour le recouurement dndit extraict de ſignature.

ARTICLE IX.

QVE leſdits Banquiers enregiſtreront les iour & heure que les Courriers partiront pour faire expeditions à Rome, ou à la legation.

A *Item.* Hîc incipit tertia pars, à §. 5. vſque ad §. 9. incluſiuè: ideo hos §§. ſimul expedio.

B *Banquiers.* Non loquitur de numulariis & argentariis antiquis, qui tempore Romani imperij floruê-

Papæ. Imperatores. trapezitæ Papæ arg-entarios exegerunt.

runt: (de quibus in l. argentarium de edendo. & in nouell. 136. de contract argentario. de quorum muniis & prærogatiuis satis scripti in tract. vsura. nu. 59.) sed de institoribus bullarum & negotiorum emporij Romani. quemadmodum enim (11. ad Thessalonicen. 11.) mente Imperio Papa successit: ita veteribus argentariis, qui eum Imperio defierunt, hi trapezitæ Romani successerunt: à quibus hæc constitutio nouem exigit.

1. Primum, vt saltem post mensem à publicatione huius edicti, iuramentum legaliter exercendi præstent, coram iudice ordinario sui domicilij, hoc est cotã iudice præsidiali, de quo §. 5. intelligitur, vt patet per finem §. 7. vbi septimum præstandum est coram iudice præsidiali: Igitur & primum (de quo in §. 5.) de eodem iudice intelligitur: ne eiusdem negotij continentia diuidatur. argu. l. nulli. C. de jud. Tum præses prouinciæ est natu-
2. ralis ordinarius totius prouinciæ. Secundum, vt iurent
3. fidele regestum omnium actionũ conficere. Tertium, vt etiam iurent quòd mox vt receperint quæcunque mandata, siue apud Papam vel legatum expedienda, in sua regesta referent datas mandatorum, nomina notariorum, testiumque inscriptorum, & loca, vbi dicta mandata confecta sunt, diem qua receperunt ea, diemque qua mittent ea Romam, vel ad Legatum: tenoremque & exemplar dictorum mandatorum ad resignandum in sua regesta referent vt colligitur, ex ea-
4. dem constitutione j. §. 12. Quartum, vt subscribant singulas expeditiones quas facient & registrabunt: vt negotiantes ad eorum, sicut veterum argentariorum codices, fidei gratia, & exempla probatoria exttahen-
5. di, recurrere queant. Quintum, in §. 6. quòd, singulas expeditiones tradendo, tenebuntur adscribere nomina sua & domicilia, sub pœna perpetuæ ptiuationis exer-
6. citij, damnotúmque partium, præter mulctam. Sextum, in §. 7. ne sint ecclesiastici. Et meritò cum talibus etiam tabellionis officium inhibeatur c. sicut. ne cleri. vel monachi. quod tamen honestius est hac vili institoria arte ἐμπορεύεσθαι, quæ etiam multò amplius distrahit. Tamen non propter hoc eos vetat hæc Constitutio: sed vt per indices Regios, & secularem potestatem, liberius coërceri & puniri queant: alias, nisi sint laici, siue omnino de foro seculari, ipso iure pro-
7. hibiti sunt exercere huiusmodi officium. Septimum, vt cautionem mille aureorum, ad minus, dent, coram iudice præsidiali, priusquam quicquam huiusmodi officij exerceant, Non autem loquitur Constitutio de futuris trapezitis, sed de præsentibus & præteritis: & sic multomagis eadem exigit à futuris priusquam admittantur. Puto tamen quod vetetes trapezitæ potuerunt impune exercere infra mensem publicationis huius edicti per §. 5. in prin. non autem post illum mensem, quamuis acta non sint nulla, sed mulctabuntur. Et quamuis aliàs iure communi verbum cautio intelligatur de simplici & valida promissione. l. sancimus. C. de verbo. significa. verum est in cautione quæ præstari potest extra iudicium præsertim priuato: sed cùm huiusmodi cautio non fit conuentionalis, sed prætoria, non priuato, sed iudici ipsi ad cõmodum publicum & securitatem omnium cum eis negociantium, satisdationem inclndit: & sic debet esse cum idoneis fideiussoribus, in eodem loco vel prouincia, vt est natura prætoriarum stipulationum l. 1. §. 1. de præto. stipula. Alex. l. diuortio. §. interdum. fol. mattimo. Iaf. l. prætor ait. §. deinde de oper. noui nuncia. etiam si B trapezita esset locupletissimus, vt probat l. prætoriæ. 5. de præto. stipu. Octauum, requiritur infra §. 9. vt 8. non solùm registrent diem missi mandati, quod procuratorium vocant, vt supra in tertio requisito: sed etiam vt registrent diem & horam, qua cursores cursum arripient pro negotio eis tradito. Nonum infra. 9. §. 11. vt pariter registrate teneantur responsum quod habuerint à sollicitatoribus suis Romæ, vel apud Legationem exetcentibus: in quo responso exprimi debet dies & data, qua dictus sollicitator missum à trapezita negotium acceperit. Quod vltimum registrare debent trapezitæ statim à suscepto dicto responso, aut saltem quando recipient signaturas & bullas dictarum expeditionum. Et hoc vltimo deficiente speciale est, vt fides non adhibeatur. & in d. §. 12. Et patiter in 6. quia ecclesiastici absolute vetiti sunt hoc of-C ficium exercere: ergo gesta nulla sunt. l. non dubium. C. de legib.

C *Reformer.* Puta addendo, vel clarius quod nunc controuersum est explicando, vel etiam mutando aut detrahendo: quod vltimum rarius accidit.

D *Apporter.* Ad obuiandum falsitatibus, quas præsidio Reginæ pecuniæ (quæ, vt testatur Cardi. Florent. in clé. vnica. de baptis. col. 2. omnia potest) facile confingetent, vt erebtò visum fuit: quate hæc constitutio non diffidit bullistis & officialibus Papæ.

E *Differé.* Scilicet prætextu solius dilationis extraordinariæ: sed bene, si quædam alia iusta causa, aut veri similitudo concurrat, prout prudens iudex arbitrabitur.

ARTICLE X.

ITEM defendons aux Iuges de n'auoir égard, en iugeant le possessoire du benefice, aux prouisions qui sont[a] ou seront expediées sur procurations surannées, & aussi sur procurations generales [b] & non speciales & particulieres, pour les benefices dénommez esdites prouisions.

A *Sont* 1 ¶ An intelligatur de expediris tempore huius edicti, & sic de præteritis? Videtur quòd sic, tum quod aliàs ver. *Sont*, superflueret, & nihil omnino operaretur, Tum, secundò, quia hoc statuitur ad fraudes arcendas, & sic ad præterita videtur extendi. Tum, tertiò, quòd aliàs alternatiua *ou*, non solùm superflueret: sed penitus corrigenda esset. debet enim stare inter diuersa, nec salua tatione recti sermonis capi potest pro copula, *vel* expositiua. Tum, quartò, ita tenent & iudicant tam in insigni præfectura Parisiorũ, necnon priuilegiorum Academiæ, quàm apud iudices libellorum supplicum Palatij. Quin a fide dignis etiam Consiliariis accepi, quod Consiliarij primariæ classis huius Parisiensis. Senatus, qui hoc edictum excusserunt, & homologauerunt, ita censent & pro expedito habant, & in iudicio homologationis censuerunt, in D hoc etiam ad præterita extendi. Tum, quintò, ita Rex nouo edicto declarauisse fertur hæc verba, suæque intentionis fuisse, etiam collationes, ante hanc Constitutionem factas, & expeditas virtute talium mandatorum annuoi tunc excedentium, comprehendere. Tum, sextò, quia etiam leges Pontificiæ, quæ noua iura vetant trahi ad præterita, tamen petnuttunt, quando id expresse cauetur, tex. in c. fi. de constitutio.

2 ¶ Superest duntaxat videre an hoc periculosum sit vel iniquum. Quod videtur. vt l. comparationes in fi. C. de fide instrum. vbi dicitur ad præterita extendi minime vacare periculo, & in l. in fi. de decurio. lib. 10. C. vbi dicitur inde suscitari calumniam prætetitis negotiis, prout hic videtetur classicum sonari, non solum ad turbandos, sed etiam ad

ſpoliandos, vi huius conſtitutionis, plures titularios, quibus, ſecundum iura ponnficia, ius quæſitum eſſet, etiam diu ante hanc conſtitutionem, quod tam abſurdum quam periculoſum & iniquum videtur. Et hæc fotſan cauſa, qnòd hic noſter Senatus nolnit, ſed ſuperſedit, procedere ad homologationem & publicationem dicti noui edicti huius §. declaratorij, idque prudenter & recte. Quamuis enim interim ſic in cauſis pnuatorum iudicetur: tamen non tantùm nocet, nec ita inuiolatores beneficiorum prouocantur, ſicut per generalem & ſpecialiter tepetitam conſtitutionem.

3 ¶ Et ego quidem melius & vnius cenſeo ſic relinqui iudicantibus, in æquitate & circunſtantiis ſui cuiuſque caſus particularis, quam turſus generaliter & ſpecialiter, lege lata, diffinin dictas collationes, ante hanc conſtitutionem factas, non valere, ſeu efficaces non eſſe in poſſeſſorio. Sunt enim caſus in quibus non ſine cauſa ſeruari poteſt hæc conſtitutio, quantumuis in hoc articulo dura videatur, iuxta l. proſpexit. qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt: puta ſi quis (vt de facto vidi) anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſexto coram notario reſignauit, ſeu mandatum dedit ad reſignandum in fauorem nepotis: ſed per tres annos nihil fuit executum, donec anno ſeſquinilleſimo quadrageſimo nono menſe Maio, inſtante morte reſignantis, nepos exequi fecit mandatum, ſibique conferri Romæ, deinde paulò poſt reſignante mortuo, in poſſeſſione, Tertius impetrat ab ordinario, & in poſſeſſionem mittitur, & mox per nepotem, bullas afferentem, nirbatur. Certe conſtat tribus annis occultatum fuiſſe mandatum, nec executum, niſi ſub tempus mortis: & ſic non videtur fuiſſe ſeria, ſaltem ſincera, reſignatio: ſed in arca retenta in fraudem canonum de vetita ſucceſſione in beneficiis, & in fraudem ordinatiorum, tum conciliorum & decretorum de reſeruationibus ſublatis, & executa in fraudem reg. de publican. tempore ad hoc captato. Si igitur hodie per hanc, vt cumque nouam & tunc inopinatam, conſtitutionem nepos excludatur, quamuis id durum ſit, non tamen ſine cauſa iure ſemel quæſito excluditur: & ſic etiam ſi non eſſet in culpa nihil eſt nouum. text. in c. ſine culpa. de reg. iuris in 6. vbi glo. & doct. tradunt multa exempla, quibus quis ſine culpa punitur, & tamen iuſte, quia non ſine cauſa, ſed omnibus cauſis de quibus in dictis exemplis, præponderat cauſa diſciplinæ eccleſiaſticæ reformandæ, ad quam tendit hæc conſtitutio. Quantomagis quando non ſolùm cauſa, ſed etiam culpa concurrit? vt hic nepos in culpa fuit, tot annos differendo, in captionem ordinariorum, & illuſionem canonum, nec ſine ſuſpicione turpis oblique negotiationis, & conſequenter ſubreptionis & nullitatis collationis ſuæ. Concurrit etiam cauſa fauoris publici, ne beneficia ſint in incerto & litibus intricentur.

5 ¶ Sunt etiam caſus in quibus non ſolum culpa, ſed etiam cauſa, rigore huius conſtitutionis obſeruandæ deeſſe videmr: vt ſi dictus nepos, viuo reſignante, publicauit ſecundum formam reg. de publican. vel etiam realem poſſeſſionem, diſcedente reſigname, fuit aſſecutus: tunc enim, etiam ſi paulò poſt puta infra annum, mortuus ſit reſignans ante hanc conſtitutionem publicatam, puto rationem & finem, & conſequenter rigorem & pœnam huius conſtitutionis ceſſare. Hoc etum caſu non eſt nuda prouiſio ex mandato ſuperannali, de qua tantùm loquitur conſtitutio in hoc articulo: ſed etiam concurrit legitima publicatio, non obliterata tempore obitus poſſeſſoris, ſecundum ea quæ noue diximus in reg. de publican. quæſt. 17. & tantomagis ſi concurrat realis & publica poſſeſſio.

6 ¶ Cæterùm poſt huius conſtitutionis publicationem, non ſolùm non valeret ſimplex collano Papæ vel Legan, facta in vim mandati ſuperannalis, vel generalis, & non ſpecialis, ſiue in induiduo: terì nec etiam publicatio quantumuis ſolennis, imò nec poſſeſſio tealis & effectualis. Cùm enim ab imno (vtpote poſt publicatinnem huius conſtituuionis) non valeat talis collatio, nec illi fides adhibenda ſit, propter pericula falſitatum & captionum, de quibus in prœmio huius conſtitutionis, & in §. ſeq. ſequitur non valere nec ſubſiſtere poſſe quęcunque acceſſoria & conſecutiua dictę collationis: niſi poſtea contingat huiuſmodi collatan ſi tribus continuis annis pacifice poſſidere, & ſic decreto de pacificis iuuari poſſe. quod admitto: quia conſtitutio loquitur de nuda huiuſmodi prouiſione, non autem de roborata virtute dicti decreti, quod prohibere non intendit. 7 ¶ Amplio prædicta, etiam ſi mandatum ad reſignoandum, ſuperannale vel genetale, ſit expeditum & executum infra bimeſtre huius conſtituno. publicatæ: imò etiam ſi infra menſem. Vnde friuola fuit eorum interpretatio, qui dicebant ea verba *ſont*, interpretanda de mandatis executis infra bimeſtre publicatæ conſtitutionis, & in hoc ſatis operari nec ſuperfluere: quia iſta non eſt interpretatio, ſed contortio ſenſum perimens, atque adeo reiicienda. c. cum dilecti. de accuſat. Bald l. 3 C. comminano. vel epiſco. Tum, quia verba *ſom*, &c. etiam de prꝛterins loquunnur, ergo non poſſunt poſtergari ad furata. Nec obſtat nouella 66. vt facti noui conſtitutio. quia (præter id quod Francia vna eſt prouincia) dicta nouella locum non habet, quando alind cauetur in conſtituno. vt hic, vt per glo. Io. Andr. & omnes in data libri 6.

EPITOME GLO. II. §. X.

1. *Mandata generalia ad reſignandum quam ſint periculoſa.*
2. *Et meritò reprobanda, etiam ſi ea Rota admiſerit.*
3. *Sic mandata ſuperannalia, Mandatum ſtatu mutato reuocatur.*
4. *Olim cancellaria Papa non ſolebat admittere mandata ſuperannalia.*
5. *Et conſequenter impetratio, hoc tacito, erat ſubreptitia.*
6. *Vnde hic §. ad prꝛterita extenditur.*
7. *Limitatur, ſi reſignans vetus mandatum tradidit nuper exequendum.*
8. *Sed, ſi eſt executum poſt hoc edictum, debet habere ſolemnia. §. 3. ꝛ. eo. ſi inter publicationem edicti, & datam collationis eſt tempus, per vulgares dietas, ſufficiens ad renouandum mandatum.*
9. *Ampliatur etiam in ordinariis, etiam exteris, ſi beneficia ſint in Regno.* 10.
10. *Hoc edictum aquè ligat ordinarios quatenus eis congruit.*
11. *Hypotheſis 6. capitum.*
12. *Laicus poteſt eſſe procurator ad acceptandum vel reſignandum in genere.*
13. *Laicus non poteſt conſtitoi procurator ad eligendum perſonam à ſe nominandam.*
14. *Sed bene ad reſignandum in fauorem per-*

Æt ordinar. etiam exter. hic § 20 ex-tenditur.

10 ¶ Tùm Rex, qui zelo diſciplinæ eccleſiaſticæ, A frœnum iniecit nimis aduſque effrœnatæ licentiæ Papatum & Legatorum, non debet maiorem licentiam Epiſcopis & ordinariis Regni ſui relinquere. Tum iamdudum in ordinariis, Senatus authoritate receptа eſt conceptio mandatorum generalium, vt dixi: & ſic de ſuperannalibus, cùm de ſtaudibus reprimendis agatur, idem dicendum. Et generaliter rota hæc conſtitutio etiam in ordinariis locum habere debet: quatenus tamen eis congruit, vt ſupra eod. § 2. 3. 4. & hìc & inſta §. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. Amplio, etiam ſi ordinarius non ſit ſubditus Regis, nec de regno vel iuriſdictione eius: ſi tamen beneficium, quo de agitur, ibi ſitum ſit, debet enim attendi lex loci ſeruientis, vel de quo agitur, vt in ſimili dixi in conſuetud. Pariſienſ. §. 7. in fi.

Hypotheſis 6. cap.

B 11 ¶ Ex prædictis deducitur quæſtio, quam ante hoc edictum, multum argumentoſam & ancipitem vidi: nec hìc ſuperfluis & inutilibus omiſſis, tradere grauabor. Andreas, parochus d'Arton, in diœceſi Bituticenſi, conſtituit procuratorem patrem ſuum (qui laicus erat) cum clauſula ſubſtituendi, ad reſignandum parochiam ſuam in fauorem cuiuſcunque perſonæ, per patrem nominandæ. Deinde poſt quatuor annos, patet, per alium procuratorem ſubſtitutum, reſignat in curia Romana, in fauorem Claudij, octodecim annos tantùm nati: cui Papa prouidendo ætatis gratiam facit. ſed infra ſemeſtre reſignationis expeditæ, moritur reſignans: per cuius obitum, ad præſentationem Abbatis Burgodoli, Robertus per ordinarium inſtituitur. Breuiter ex hoc themate inſurgunt C

Set quæſtiones.

ſex quæſtiones. Prima, Si defunctus potuit conſtituere procuratorem ad reſignandum patrem laicum: &, ſi ſic, emergit Secunda q. An potuit conſtituere ad reſignandum in fauorem cuiuſcunque perſonæ, per eum nominandæ, & ſi laicus capax ſit talis mandati, & ſi ſic,

5. 2. 3. Tertia q. Si pater, vt dicti mandati lator potuit eligere, ſeu nominare Claudium patientè defectum ætatis: &, ſi ſic, Quarta q. Si, poſt quatuor annos, potuit tale mandatum exequi: &, ſi ſic, Quinta q. Si, virtute clauſulæ ſubſtituendi, potuit negotium expedire Romæ, non miſſo inſtrumento mandati originalis, ſed ſolo inſtrumento ſubſtitutionis: &, ſi ſic, Sexta q. Si conſenſus præſtari potuit per patrem, poſtquam ſubſtitut.

4. 6.

Laicus poteſt eſſe procurator ad acceptandum reſignandum in genere.

12 ¶ Nobis, omiſſa ſinuoſitate argumentorum, D ad Primam quæſtionem (non obſtantibus argumentis genetalibus, quæ pro negatiua inducit Ioan. And. in c. quod alicui ſuo. de reg. iuris in 6. in mercurialibus) dicendum eſt quòd ſic, & ita tenet ibi Io. And. & in c. accedens, col 2. de præb. in nouell. & ibi Panor. col. 2. Geminia. Philip. fran. in c. 1. io prin. per illum tex. de procura. in 6. Philip. fran. in d. c. quod alicui ſuo. Rota deciſ. c. 4. nota quòd vbi aliquis. & deciſ. 418. not. vtrum permutatio. in antiq. & loquuntur indiſtinctè ſiue procurator conſtitutus ſit ad acceptandum tale beneficium in ſpecie, ſiue ad acceptandum beneficium in genere. & in terminis reſignationis eſt glo. rotunda in cle. vnica. ver. procuratorem, de renunciat. quæ tener oón teferre an procuratot ſit clericus, an laicus, & omnes ſequuntur.

Ad reſignandum in fauorem.

14 ¶ Sed his non obſtantibus, puto quòd poſſit duplici ratione. Prima, quia in iure non eſt prohibitum: qua ratione arguit & concludit tex. in c. 1. in prin. de procura. in 6. & ſic habes arg. à iure tanquam concludens approbatum. Secunda, quia non eſt verum, quòd dependeat à mero arbitrio ſolius Iuci, quinimò & principalius ab arbitrio ſuperioris: & ſic non obſtat deciſio Panor. in d. c. cauſam quæ. nu. 5. quia ibi dependebat à mero & ſolo arbitrio laici: quia ſtatim ſua electio faciebat vocem vnam abſolutam, & nullo alio requiſito expeditam, nec aliunde dependentem: & ſic non infertur ad caſum noſtrum: vbi longe aliud eſt: quia ſuperior haber etiam arbitrium & delectum perſonæ, quæ nominabatur. patet: quia, niſi ei placeat non admittet reſignationem, & prorſus impedier aliquid fieri, & ſic coget procuratorem ad nominandam perſonam, ſuperioris arbitrio gratam & idoneam, antequam mandato vtatur, & alioquin nihil fiet, ſed totum impedietur. & ſic caſus iſte nec aliquo iure nec aliqua doctorum ſententia prohibetur: 15 ¶ Sed potius iure communi approbatur: quo etiam in cauſis ſpiritualibus decidendis, poteſt laicus eſſe arbiter, vnà cum clerico. c. per tuas. & ibi Panor. not. 4. de arbit. ita hic negotium illud non dependet à ſolo procuratore ſed à procuratore & ſuperiore ſimul, & adhuc potius & principalius à ſuperiore: qui eſt eccleſiaſticus, & ſic huiuſmodi procuratorem eſſe laicum non vitiat, præſertim ſuperiore ſciente, ſed ego idem puto, etiam ſi ſuperior puret procuratorem eſſe clericum cùm laicus ſit: quoniam hæc qualitas eſt indebita & impertinens hoc caſu per prædicta. Ad 3. q. dicendum quòd ſic per ſuper dicta: ex quo ſuperior non ignorat, ſed ei exponitur qualitas & defectus perſonæ nominatæ, totius enim negotij conſummatio ab arbitrio & poteſtate ſuperioris pendet. Ad 4. q. quamuis olim cancellaria denegaret propter ſuſpicionem fraudis vel mutatæ voluntatis, vt dixi ſupra ea. gl. nu. 4. tamen ea difficultas ſenſim apud eos exoleuit, vt infra eo. §. 12 glu. verſ. maiùs. nu. 3. ita quod ante hoc edictum expeditum erat, quòd ſit, taci in iudicando quam in conſulendo.

Laicus cum cler. arbitret in reb. ſpir.

16 ¶ Ad 5. q. eodem modo reſpondetur, ante hoc edictum non fuiſſe dubium. cùm ſolerent admittere & expedire reſignationes, etiam nondum allato nec viſo, & quandoque nondum confecto inſtrumento E mandati: & ſic abundans diligentia erat mittere inſtrumeorum ſubſtitutionis, ſed hodie poſt hoc edictum. §. 12. non ſufficetet, quòd procuratot ſubſtitutus haberet inſtrumentum ſubſtitutionis præ manibus, tempore reſignationis: ſed oeceſſe eſt, quod etiam habuerit præ manibus inſtrumeotum otiginale mandati: quoniam niſi illud videat, & penes ſe habeat non poteſt ſcire ſe eſſe ſubſtitutum: cùm aliter ſcire, non poſſit ſubſtituentem eſſe procuratotem, & multominus habere poteſtatem ſubſtituendi. Præterea hoc edictum. §. 12. exteſsè requirit, quòd inſtrumentum mandati pertenerit prius ad manus ipſius procuratoris: qui ipſum actum reſignationis facit & exequitur.

Non ſufficit inſtrumentum ſubſtitutionis.

Sen non ad eligendum perſonam incertam.

13 ¶ Ad 2. q. contrarium videtur: quia tunc laicus non nudum miniſterium, ſed etiam electionē & arbitrium haberet, & in totum ab eius arbitrio diſpoſitio rei ſpiritualis dependeret. quod eſt prohibitum. c. decernimus. de iudici. c. ſactoſancta. e. maſſana. de electio, nec obſtant docto. præfati: quia expteſsè loquuntur & rationem reddunt: eò quòd ibi procurator nudo miniſterio fungitur: quia quamuis ſit conſtitutus ad acceptandum in genere, tamen genus illud non dependet à ſuo, ſed à ſuperioris arbitrio, vel a gratia iam facta: ſed hìc dependeret ab arbitrio laici, quod eſt contra mentem omnium itrinm & docto. & etiam glo. in d. cle. vnica. ver. procuratotem, intelligitur de conſtituto

17 ¶ Sed potiſſima, fundamentalis & eſſentialis pars

Inſtrumentum referens non probat ſine relato.

ſubſtitutionis eſt inſtrumentum ipſum mandati primitui clauſulam ſubſtituendi continentis : ad quod ſubſtitutionis inſtrumentum refertur, & ſic cùm ſit illius pars, non facit fidem ſine illo, Ludo. Roma. conſi. 305. quoad ſeptimum, colu. 2. Iaſ. in l. inciuile. de legib. Alex. conſi. 3. col. 1. lib. 2. conſ. 35. num. 8. vbi di xi lib. 4. hîc autem non ſolùm refertur ſed quod plus eſt, inſtrumentum primitiuum eſt fundamentum & ſubſtantia ſubſtitutionis, quæ ſine illo nullo modo ſubſiſtit. & ſic ad ipſum procuratorem actualiter reſignantem, neceſſe eſt peruenire inſtrumentum primitiuum: quamuis ſufficiat in opiſtographo aſcribi inſtrumentum ſubſtitutionis, vt de ſubſtitutione illius, qui mandatum executus eſt, conſtet.

Conſenſus procur. tam primit. quam ſubſtit.

18 ¶ Ad 6 q. patet ſolutio ex prædictis: quia conſenſus, de quo in reg. cancella. 43. præſtari poteſt, non ſolùm per procuratorem primituum, ad hoc etiam ſpecialiter vt requiritur conſtitutum : ſed etiam per ſubſtitutum: dummodo ad omnia potuerit ex forma mandati ſubſtitui, & ſubſtitutus ſit: & nihilominus expedita reſignatione, non ſolùm per ſubſtitutum præſtari poteſt: ſed etiam per procuratorem primituum, dummodo habuerit poteſtatem ſubſtituendi, cum clauſula reuocandi, & nihilominus exequendi vel perficiendi, etiam cœptum negotium, propter not. in c. is qui. & in c. ſi duo. de procura. in 6. Ex quibus videtur indubitatum & deciſum reſignatarium vincere debere: ſaltem ſi non obeſſet nouum ius huios §. 10. qui ſolùm ibi, *ſont ou ſeront expediez*, obſtare videtur: cùm ad præterita extendatur: præſertim hoc caſu, in quo edictum publicatum fuit circiter ſex menſes poſt dictam reſignationem & obitum reſignantis, nec poſſe reſignatarium excuſari per moderationem noſtram, de qua in glo. præcedenti. nu. 5. & ſuprà ea. gloſſ. nu. 7. quoniam vtriuſque moderationis conditio deficit, cùm nec facta fuerit publicatio, nec conſter defunctum infra annum vltimum expreſſiſſe ſe velle mandatum illud executioni dari 19 ¶ Cùm autem nihilominus multi etiam ex ſenioribus & doctioribus noſtri ordinis ambigerent, dixi quòd etiam citra hoc edictum, nulla erat ipſo iure reſignatio, & prouiſio per eam facta, etiam iure communi, per aliam rationem. quia non conſtabat, in reſignatione vel ſupplicatione facta Papæ, narrarum & expreſſum eſſe quòd procurator ille vel eius ſubſtitutus, non habebat mandatum ſpecificum (videlicet ad certam perſonam ipſius Claudij) ſed mandatum generale & indeterminatum, in fauorem cuiuſcunque perſonæ per eum nominandæ, imò

Subreptio. niſi expreſſ. de qua ſupra. nu. 11.

A ſatis conſtabat oppoſitum : videlicet hoc fuiſſe tacitum ex quo etiam iure communi, concluſi ſupplicationem ſubreptitiam, & quicquid inde ſecutum eſt, & ſic omnino vacaſſe per obitum. quia ſi Papæ fuiſſet expreſſum, quòd procurator ille habebat mandatum informe & indeterminatum ad omnem perſonam per eum nominandam, non tam facile admiſiſſet, ſaltem non tam de facili admittere debuiſſet, perſonam per procuratorem nominatam, quod ſufficit ad ſubreptionem per not. in c poſtulat in fi. de reſcrip. & quæ noue dixi in reg. de infir. reſignan num. 151. num. 156.

20 ¶ Minor patet: quia nihil odioſius, & canonibus magis contrarium, huiuſmodi reſignationibus in fauorem, vt latè dixi in reg. de infirmis n. 79. & in reg. de publican. nu. 79. Quamuis igitur fuerint, contra regulas iuris per ſpeciales diſpenſationes, toleratæ (quando reſignatarius delectus eſt, & nominatus, per ipſummet reſignantem) non debet trahi in conſequentiam, quando non per illum, ſed per quemuis eius procuratorem, deligitur. cùm enim hæc debeant reſtringi. ergo multominus extendi. & dato quod alias etiam huiuſmodi extenſio tolerari poſſit, tamen, cùm contineat nouam, ſaltem maiorem & difficilioremem cauſam diſpenſandi & vulnerandi iuris communis, ſaltem, ad minus, neceſſe eſt hanc extenſionem & circunſtantiam aggranantem exprimi. quod cùm factum non fuerit, ſubreptio eſt: quæ etiam in odioſis, & vbi diſpenſationes multiplicantur, tanto facilius admittitur, & leuiculum quidque vitat, vt dixi in reg. de infirmis, nu. 90. Certum eſt autem multo maiorem & periculoſiorem eſſe materiam & occaſionem turpis negotiationis & nundinationis beneficiorum (ſi delectus perſonæ in cuius fauorem, non ab arbitrio ſolius reſignantis, ſed cuiuſcunque ſui procuratoris, dependere poſſit) quam ſi ab ipſo ſolo reſignante.

Quanto maior diſpenſ. tanto facilior obreptio.

21 ¶ Præterea, in odioſis & diſpenſatoriis, quanto addimr aliquid minus aſſuetum, tanto maior eſt, & eſſe debet, difficultas admittendi: ſed clauſula *in fauorem cuiuſcunque perſonæ per procuratorem nominandæ* inſolens eſt, & inſueta, imo non ſolùm inſueta, ſed longe magis periculoſa: igitur, in dubio, conceſſio Papæ, vel Legati, deber intelligi de reſignatione in fauorem conſueta (videlicet pendente a ſolo ipſius reſignantis arbitrio) non autem dependente ab arbitrio procuratoris: niſi ſaltem hoc concedenti expreſſum ſit. Igitur non eſt dubium hoc tacitam ſubreptionem inducere & ita ſecundum opinionem meam, pro Roberto, per obitum prouiſo, iudicatum fuit.

Tacitum in ſol. in odioſ. ſubreptio.

ARTICLE XI.

ET pource, que iournellement ſe font pluſieurs plaintes, par nos ſubiects, des expeditions faites en Cour de Rome, pretendans, pluſieurs prouiſions eſtre depeſchées par reſignation, auant que les Procureurs ayent entre leurs mains les procurations à reſigner: leſquelles expeditions ſe font du iour & date que les prouiſions en ſont requiſes, combien que leſdits Procureurs n'ayent leſdites procurations en leurs mains, & ne ſont enuoyées leſdites procurations ſouuentesfois qu'aprés le treſpas de ceux qu'on dit auoir reſigné. (qui eſt vn moyen de falſifier leſdites procurations) & auſſi les reſignans, aprés auoir paſſé leſdites procurations, les retiennent pardeuers eux, & ne ſont enuoyées que iuſques aprés leur treſpas. Et neantmoins ſe font leſdites expeditions ſur la date & ſupplication requiſe deſdites reſignations, ſans que ledit Procureur (comme dit eſt) ait receu leſdites procurations.

ARTICLE XII.

POVR à quoy obuier, & à ce qu'on puiſſe auoir quelque connoiſſance ſi leſdits Procureurs ainſi reſignants, auoient entre leurs mains leſdites procurations: Auons ordonné, & ordonnons, que les pourueus feront apparoir de leur procuration deuëment extraicte du regiſtre & du Banquier: contenant ledit extraict le temps que ladite procuration aura eſté enuoyée, & la reſponce que ledit Banquier aura receuë de ſon ſolliciteur

en Cour de Rome : h contenant le iour & datte de la reception d'icelle, & par qui elle luy aura eſté baillée. Laquelle reception iceux Banquiers ſeront tenus enregiſtrer loyaument & fidelement, incontinent qu'ils auront receu ladite reſponce: à tout le moins quand ils receuront les ſignatures & bulles deſdites prouiſions. Autrement ne ſera aucune foy adiouſtée à icelles, meſmes quant à la recreance: & quant à la maintenuë, pourront les parties (c'eſt à ſcauoir celuy qui voudra impugner la reſignation) ſouſtenir & faire preuue que au temps de la datte de la prouiſion, par reſignation, ledit Procureur n'eſtoit ſaiſi k de ladite procuration, & le reſignataire au contraire, & faire auſſi preuue de ſa part.

ARTICLE XIII.

ITEM, à ce que pour raiſon du precedent article les expeditions ne ſoient empeſchées, Ordonnons que leſdites procurations pour reſigner ſeront enuoyées en Cour de Rome, ou à la Legation par les Banquiers ſe chargeans deſdites expeditions, dedans le temps & ſelon qu'il ſera par eux accordé, & ce ſur peine aux contreuenans de cét article & du precedent: ſçauoir (quant aux Reſignataires, qui auront obtenu prouiſion ſur autre petite date à part ou ſeparément ſans procuration l) de décheoir du droict poſſeſſoire des benefices par eux pretendus, en vertu deſdites prouiſions: & (quant aux Banquiers, qui n'auront ſatisfait à ce que deſſus) de tous deſpens, dommages & intereſts m des parties, & autres mulctes & peines arbitraires.

A *Et pource.* Procœmiatur ad duos §§. ſequentes. A

B *Pretendans.* Et vero ſerió, ita vt iam promiſcua eſſent falſitatum ſcelera, vt ẽ. eo. §. 3. in fi.

Papæ ſciebant & diſſimulabant falſitates.

C *Font* 1 ¶ Species falſitatis iamdudum vſitatæ & inueteratæ Romæ (vt etiam ſciebant, & diſſimulabant Papæ) patet per regu. de conſenſu ante centum annos ab eis editam, quæ eſt 43. in ordine regularum. Inno. 8. qua hodie in hoc regno poſt hanc conſtitutionem, nullo modo opus eſt vt tetigi ſuprà in reg. de publicanum. 171. cum ſeq. Potró, niſi Papæ ſordidum lucrum veritati præpoſuiſſent, noſtrum hunc Regem præuenirent, nec ſeſe corrigi expectaſſent: ſtatuendo (provt initio debuerant) nullam omnino reſignationem, nec ſupplicationem quidem, admitti, niſi per præſentem vel verum procuratorem, habentem, & prius exhibentem ſpeciale mandatum, vt in §. ſeq. non autem exegiſſent mandatum tempore confectionis & traditionis bullarum, numerationiſque pecuniarum duntaxat: protiocando etiam impoſtores & falſarios ad pecunias in ſuum fiſcum defereudas: vrque bulliſtæ, copiſtæ, & meretrices aulæ ſuæ, alerentur: vt inquit Gloſſator, regu. cancellariæ 23. pag. pen. 2 ¶ Vetũ eſt quod initio, dum lente ſerperet imperium Papæ, non erat Romę tam effrœnis licentia, ſed vel in tricis ad ſuperſtitionẽ vſque ſeuerras. vt patet in c. nonnulli. in fi. c. ex parte decani, de reſcript. vbi ante 300. annos, tẽpore Inno. 3. & Greg. 9. tam odioſa habebatur recẽs vſurpatio iuriſdictionis ordinariorũ, vt reſcripta ad lites non poſſent impetrari à Papa ſine ſpeciali mandato, de quo prius cõſtare oportebat: adeo vt nec dominus impetrans ratificare poſſet nec ſolũ literæ nullæ erant, & conſequenter proceſſus delegatorũ: ſed etiã procurator qui imperrauerat idoneum, videlicet particulare mandatum ementitus obrepſerat, tanquã falſarius puniebatur. Quæ ſeueritas, initio iuriſdictionis Papalis extenſæ introducta, & in legẽ C cõſ. 73. quę incip. quæritur vtrũ procurator cõſtituens in abſentia. ldé Bar. in l. ſi negotia. §. 1. de nego. geſtis, & in l. eius qui in prouincia. ſi cer. peta. Specul. tit. de procuratore. §. 1. Archid. lo. And. in c. is qui. de procur. in 6. cũ quibus tranſit Bal. in l licet. col 1. C. de procura. Ita etiam tener Rot. deciſ. 145. ſi procurator in nonis.

Progreſſus Curiæ Romanæ.

redacta mox refrixit, & in deſuetudinẽ abiit, vt ait quædam additio in fi. gl. magnæ d. c. nõnulli. & d. c. ex parte decani: 3 ¶ vt neceſſe fuent nimis in inſolentẽ abuſum decretis conciliaibus coërceri. vt in decreto de cauſis & de appellaõo. in pragm. & concord. ſic inirio non ſolebant præuenire, ſed rogare ordinatios, nec è diœceſi aliena ſpontaneã reſignationẽ admittere, niſi prius viſo mandato. Et nondum centũ anni, cancellariæ Papę volebat admittere mandatum poſt annũ, vt tetigi in §. præcedẽti gl. 2. nu. 3. ſed primũ cœpit camera ipſius Papæ, deinde tota eius cancellaria & curia, etiã generalia mandata ad quæcũque etiam obtinẽda beneficia (vt fatetur Rota deciſ. 529 in antiq.) admittere: tandẽ etiam ſine vllo mandato: niſi cũ bullæ tradendæ eſſent & pecuniæ numerãdę: ne ſorte tũ authoritas, tũ queſtus villeſcerẽt, ſi defectu mãdati cõtingeret bullas paſſim reiici.

D *Mains.* 1 ¶ Conſtitutio in hoc & ſeq. §. præciſe ſtatuit non ſolũ ad finẽ fiduciariæ poſſeſſionis, ſed etiã plenã poſſeſſonj, vt procurator ad beneficiũ reſignandum, tempore reſignationis per eum factæ & admiſſæ, etiam in curia Romana, debeat recepiſſe, & præ manibus habere inſtrumentum ipſum mandati ſpecificum, imò indiuiduum, ad reſignandum, vt ẽ. §. to. & inſuper authenticũ & ſolenne provt ẽ. eod. §. 3. & quòd de hoc conſter iudici poſſeſſorij: aliàs nullam fidem adhibeat prouiſioni factæ per reſignationem. Et quia Romæ ſolent officiales Papæ tetinere originalia mandatorum ad reſignandum, hæc cõſtitutio ad fidem cotã dicto iudice faciendam de illis, quodque erant in manu procuratoris tẽpore reſignationis & datæ prouiſionis, contentatur exemplo exẽpli dicti mandati, patte vocata ſumpto è tegeſtis & exemplati trapezitæ, vna eũ tranſſumpto ab eiſdẽ regreſſis de tẽpore dicti mandati miſſi Romã, B & renunciatione eidẽ trapezitæ, per ſollicitatorem vel actotẽ ſuum Romæ exiſtẽtem, facta de receptione dicti mandati in curia Romana, & data dictæ receptionis & per qnẽ fuerit eidẽ ſollicitatori allatũ & traditũ, vt ẽ. eo. §. 5. Hæc enim ſi congrue reſpondeant, & præcedãt datam bullæ, ſatis etiã ad finẽ plenæ poſſeſſorij conſtat procuratorẽ tunc habuiſſe mãdatũ præ manibus, aliàs nulla fides etiam bullis adhibebitur. 2 ¶ Hic expende iuſtitiã, diligentiã, & cautionẽ laudabilem huius edicti. Quod enim procurator prius mandatũ præ manibus, habere debeat, & nomine mandantis, non fortuitò, ſed per nuncium vel epiſtolam ad hoc deſtinatã recepiſſe, & legiſſe vel audiuiſſe, quam aliquid ex nomine gerere poſſit, id eſt de iure: quia ante receptionẽ & acceptationẽ mandati, procurator non eſt l. nemo. C. de procur. cle. 1. & ibi gl in ver. receptis. eod. c. ut licet eo. in 6. ita latè decidit Bar. loquens etiã in materia beneficiali

Procurator non eſt ante receptas lit. terat.

5 ¶ Et quamuis Bar. Bal. & alij putent Dynum contrarium conſuluiſſe, non eſt ita: quia Dynus, conſi. 18. loquitur in caſu diuerſo (videlicet in mercatoribus ſocis: quorum aliqui poſtea fecerunt inſtrumentum mandati de quolibet eorum in ſolidum, & vnus eorum abſens, Angliæ contraxit, nomine communi antequam ſciret illud nomen mandatum) & decidit valere mandatum: quia prius in ea qualitate contrahebat, ſcientibus ſocis: qui ſic recognouerunt eum habuiſſe mandatum, & ſic male & oſcitanter dicunt Dynum contra communem & receptam opinionem

Dyn.

consuluisse. Idem in iudice delegato, vt nullam habeat potestatem ante præsentationem literarum per nuncium delegantis & earum aperturam, tex. in c. audita. ibi, ante posteriorem literarum receptionem, & ibi Cano. de restitutio. spolia Calderi. consi. 4. de offic. delega. ad hoc tex. in c. quisquis. ibi ex ea die. quia eum literas accepisse constiterit 4. q. 5. facit. tex. in c. super eo. 2. in fi. & ibi Philip. Dec. nu. 12. vbi in annota. dixit in appellatio. Philip. Francus in c. quãois col. 1. in c. cùm plures col. 1. de offic. delegata. in 6. Bald. in l. eum qui. in prin. de iurisdictio. omnium iudi. Licet quidam dicant, quòd habitu quidem statim quæratur iurisdictio, licet nec potentia nec exercitium, ante receptas & apertas literas, vt Cynus in l. mandatũ. C. manda. Roma in l. absenti. col. 1. de donatio. & consilio. 353. quoad primum in 3. quæsito. Fely. in c. eam te. col. pen. & in c. fœlicitatis, num 13. de rescrip. quod in idem recidit.

Nec delegatus.

5 ¶ Idem in executore graniæ Papæ Egidius Bellemere. decis. 11. & latius Rot. decis. 459. circa tertium in nouis. quamuis si non opponatur, præsumatur prius literas recepisse, vt decidit Rot. decis. 795. si autem in antiq. Idem in arbitro Etane Are. consi. 68. col. 1. vbi tenet non sufficere quod sciat compromissum in se factum, nisi sciat qualitatem & tenorem commissionis. Ita & hic oportet procuratorem prius scire, non solùm an sit procurator: sed ad quid, & ad quale an ad resignandum, vel reuocandum, & an simpliciter, an in fauorem & cuius fauore, an sui sit arbitrij vel non, an causa permutationis vel concordiæ, & qualis: alias non potest contrahere, nec acceptare huiusmodi mandatum (quod speciale est) nisi hæc in specie sciat.

Contra Bal.

6 ¶ Et quamuis Bald. in l. falsus. col. 5. C. de furt. hæc limiret, vt procedant quando est data certa forma, vt quando procurator est constitutus, vt demum post nuncium & literas receptas sit procurator, aliàs secus hæc limitatio falsa est: quia mandatum secundum ius intelligitur: videlicet vt post receptas literas perficiatur: etiam si aliam certam formam, cuius notitia prærequiratur non contineat. Et falsius est quod subdit. Idem Bal. quòd in dubio, quando contrahitur inter absentes, nuncius vel epistola non videntur omitti ad substantiam actus, sed ad notificationem: nec refert qualiter quis sciat dũmodo sciat. hoc enim saturninum & falsissimum est, contra omnia iura & optimonem omnium: quia imò non sufficit per alium vel fortuitò scire vt no. in l. illud. C. de sacrosc. eccles. in habsenti. in l. nuda ratio, de donatio. Ang. Aret. inlit. de obliga. quæ consensu contrahi. & omnes vbique. quamuis Ludo. Roma. consi. 295. donatio. contrariũ consuluerit & male, vt pote cheriulo inseruiens, confitens etiam contra omnium antiquorum patrum authoritatem se niti, imò etiam contra quod in suis lecturis ipsemet tener, vt in d. l. absenti.

Substantialia contractuum non sunt in contrahentium potestate.

7 ¶ Amplio primò, etiam si constet procuratorem esse constitutũ sub ea forma vt stanim sit procurator & potestatem habeat: quia quicquid dicat Bal. in d. l. si falsus. col. 5. non est in potestate mãdantis hoc facere: quia substantialia contractuum non sunt in contrahentium potestate. l. pacta conuenta, de contrahen. emptio. & vendito. nec possunt facere quin leges in suo facto locum habeant. l. nemo potest. de leg. 1. Essentia autẽ & principium cuiuslibet contractus in concursu simultanei consensus contrahentium incipit & consistit. l. 1. §. pactum. de pac. l. quæcũque gerimus. de actio & oblig.

Contra Rom.

8 ¶ Amplio, secundò, etiam si in mandato sit clausula rati per tempus præsens: videlicet quòd ex nunc etiam gesta vel gerenda per ignorantem ratificat: quamuis Ludouic. Roma. sing. 655. incip. uescio communem conclusionem. ita limitet & male, provt etiam male citat Rot. decisio. 380. in nouis, quæ in contrarium facit. Fateor quòd ea clausula potest habere vim ratificationis iam gestorum, ratificabilium tamen & dependentium à voluntate ratificantis, si ex certa scientia facta sit: sed impossibile est quòd operetur essentiam contractus mandati, ante ipsius esse næ principium.

9 ¶ Plus dico, quòd in materia præsenn, etiam post factũ, & ex certa scientia locum non habet, nec habere potest ratificatio: quia regula de ratificatione, & quod mandato æquipollet, & trahitur retro, demum locum habet subsistente aliquo ratificabili, & in his quæ dependent à solo consensu & voluntate ratificantis: secus si alia forma requiratur, & multomagis si negotiũ à voluntate superioris dependeat, vt hic resignatio beneficij ecclesiastici cap. quod in dubiis. c. admonet, de renuncia. & supra in reg. de infirmis, nn. 2. cum seq. Itaque si ante factum mandatum, vel antequam procurator recepisset, resignauerit, non valet resignatio, nec admissio & collatio superioris: nec confirmatur per simplicem ratificationem mandantis: sed opus est noua admissione & collatione superioris.

E *Pourueus.* Contra prouisos per obitum resignantis, denolutarios aut alios quoscunque ex quocunque genere vacandi, & ex cuiuscunque persona venientes, aliter quam per resignationem eiusdem resignantis.

1 ¶ Et hic, quamuis resignans (puta Titius) siue mortuus siue superstes, nec alius per aliam eiusdẽ resignationem conqueratur: tamen resignatarius docere debet, & de mandato ad resignandũ, & quod procurator illud tempore resignationis ptæ manibus habebat, falsario secundum formam huius §. Declaro, primò, vt hæc omnia cesseut, si resignans ipse præsens in manus superioris admittentis resignauerit. Declaro secundò vt forma huius §. 12 tantum locum habeat in resignationibus, quæ per procuratores fiunt apud Papã vel Legatũ: vt patet in hoc §. & in præcedenti, & in seq. Secus apud ordinarios, in quibus certum est cessare formam probandi, de qua in hoc §. 2 ¶ Sed an saltẽ in ordinariis requiratur aliter de usdem cõstare. Viderur quòd non: quia quantum ad hoc in ordinario cessant verba constitutionis: ergo & eius dispositio: & sic resignante nõn conquerente, nec per se nec per alium resignatarium, videtur standum prouisioni per resignationem: non docendo aliter de mandato, cuius instrumentũ retineri soler per ordinarium, provt hactenus obseruari solitũ est: vt stet mos antiquus: quatenus per nouã constitutionem expresse non mutatur. l. præcipimus in fi. C. de appellatio. c. constitut. in fi. de elect. o. in 6. contrarium dico, vt ex mente constitutionis, quæ ex verbis eiusdem colligitur in §. præcedenti. vbi mens finalis exprimitur ad obuiandum falsitatibus & restituendam obseruationem iuris communis, qua præcuratur ante verum mandatũ nomine mandãris receptum intellectum & acceptatũ expedire nequit, vt in gl. præcedenti nu. 2. Secunda quidem ratio paritet locũ habet in ordinario. Prima verò quamuis non tam frequenter, vt in Papa vel Legato, tamen ordinarius quoque nonnunquã, eorumue vicarius, contingit imponi. 3 ¶ Et sic concludo quod hodie, post hanc constitutionem, prouisus ad resignationem procuratoris per ordinarium, tenetur etiam resignante non conquerente, sed alio contrauertente, docere de mandato resignãris in priori & sufficienti data, & quòd procurator illud præ manibus habebat, ad quod etiam ad finem simplicis fiduciariæ possessionis, non sufficiunt verba narratiua collationis etiã de eo quod tunc potuit geri. Cùm enim non sufficiant in Papa vel Legato, per sublationem cle. literis. nec sufficere debent in ordinario: cui non debet plus licere in materia fraudibus obnoxia. Mandatum autem facile probabitur, producendo instrumẽtum originale, vel eius exemplar parte vocata factũ: nec sufficere exemplum exempli, nili in expeditis apod Papã vel Legatũ, & concurrẽtibus aliis, de quibus in hoc §. 12. 4 ¶ Quòd autem idem procurator tunc vel prius receperat mandatum, testibus quidem probati potest, sed ad finem plen possessorij tantum. Vnde ad finẽ possessionis fiduciariæ expediet, vel quòd procurator præsens cõstitutus sit & acceptauerit,

vel quòd per aliud inſtrumentum, etiam in opiſtographo inſtrumenti mandati ſcriptum, conſtet eundem procuratorem recepiſſe & acceptaſſe per tempus ſufficiens ante reſignationem, vel quòd reſignans ipſe (ſi ſit ſuperſtes) compareat, vel procuratorem ſpecialem mittat ad recognoſcendam & approbandam dictam reſignationem. quod etiam ſine principali ad reſignandum mandato ſufficit, ſaltem in poſſeſſorio.

5 ¶ Declaro tertiò, vt etiam in expeditis per Papam vel Legatum hæc omnia ceſſent, ſi reſignans ipſe ſuperſtes præſens in iudicio, vel per ſpecialem & particularem procuratorem, recognoſcat reſignationem. Tunc enim aliud non requiritur, nec in pleno, nec fiduciario poſſeſſorio. faciunt not. per Geminia. Philip. Francum in c. duobus, col. 2. de reſcrip. in 6 c. vno. in fi. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei ſeruandæ in 6. Fely. in c. olim. de reſcrip. & quæ tetigi ad Philip. Dec. in l. poſtquam liti nu. 4. C. de pac. Et ceſſat forma huius §. quæ etiam præſupponit reſignantem mortuum eſſe vel abſentem.

6 ¶ Et aduerte, quòd non ſufficeret ſimplex eius ratificatio, quantumcunque lata, quicquid cenſuerit rota deciſ. 289. nota quod non procurator in annq. Aliud eſt enim docere quòd habet gratum & ratificat (quia hoc non pendet ab eius poteſtate, & ſic non concludit, vt dixi in glo. præcedenti. nu. 9.) aliud fidem rei geſtæ confirmare, & ita vere geſtum fuiſſe agnoſcere: quod omnino ſufficit, & nullo modo per hanc conſtitutionem excluditur, ſed potius in huius defectum aliud ſubſidium ſtatuitur. Fallit contra alium eiuſdem reſignatarium, cui confeſſio cedentis ex poſtfacto nocere nequit. l. facta. §. ſi heres. ad Trebel. l. 2. & 3. vbi Angel. Imola, Paulus de ſoluto. l. ſi partem. §. ſi. quemadmodum ſeruit amittan. Alex. conſi. 46. lib. 5. vbi retigi. Declaro quartò, vt ſi forte procurator præſens & acceptans conſtitutus ſit, & Papam vel Legatum adierit, ceſſet forma de qua in hoc §. & ſufficiat id quod dixi in ordinario ſupra eadem. glo. num. 3.

Aliud ratificare aliud vere agnoſcere.

7 ¶ Declaro quintò, vt ſi mandatum habeat clauſulam ſubſtituendi, & fuerit per ſubſtitutum executum, tunc vltra requiſita in hoc §. debeat conſtare de ſubſtitutione aliter quam ex eo ſolo, quòd ſubſtitutus haberet inſtrumentum mandati præ manibus, vt dixi 3. §. 10. glo. 2. num. 16. Declaro, ſextò, vt prædicta ſufficiant contra quoſcunque à reſignante vel alio ſuo reſignatario, vt in prin. glo. ſed, ſiue reſignans ipſe conqueratur, ſiue alius eiuſdem reſignatarius, non ſufficiet fidem facere de mandato per exemplum exempli trapezitæ de quo hîc, ſed per ipſum originale, vel exemplar inde parte vocata ſumptum. Et meritò tunc maior probatio requiritur. Declaro ſeptimo, vt prædicta, quæ in hoc §. non requiruntur, ſi aduerſarius non opponat, nec controuertat reſignatum eſſe. ſa. quod Ror. deciſ. 895. ſi autem in annq. tenet valere prouiſionem executoris gratiæ ante receptas bullas, ſi hoc non opponatur: quia tunc præſumitur prius recepiſſe. Et intellige quòd nec in ſpecie, nec in genere opponatur.

8 ¶ Declaro, octauò, vt etiam, ſi ſpeciatim opponatur, nnn autem ſit neceſſe procuratorem penes ſe habuiſſe inſtrumentum mandati præciſe tempore reſignationis & admiſſionis, & multominus tempore collationis, ſi fors diffiſa ſit: ſatis eſt enim probare quòd ante reſignationem recepit & acceptauit mandatum: quia, ſi mox perdiderit inſtrumentum (dummodo aliàs non probetur, re integra, reuocatus à mandante) poteſt mandatum exequi: quia ſubſtantia mandati non conſiſtit in dicto inſtrumento, ſed ſolùm probatio, quam ſufficit aliter haberi. l. non figura. de actio. & obliga. l. cùm res. C. de probatio. & ita debet intelligi fictio huius §. ibi, *faſſi*.

A F *Extraicte*. Scilicet parte vocata. auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo. & hoc caſu exemplum exempli plene probat: quia non eſt nudum: ſed plura alia, de quibus hîc, concurrunt, & etiam lex ita ſtatuit.

G *Regiſtre*. Et ſic libri huiuſmodi trapezitarum, quoad hoc, æquè pollent, vt libri tabionum veterum argentariorum, ad quorum fidem recurrebatur: quia officium eorum atque miniſterium publicam habet cauſam: & hæc principalis eorum opera eſt, vt actus ſui ratiooem diligenter conficiant. l. argentarius. in princ. de edendo.

H *Rome*. Vel Legati, ſi ad Legatum ſupra eo. §. 5.

1 *Recreance*. Ergo idē in pleno poſſeſſorio: niſi aliud in eo diuerſum probetur. dictio enim *meſmes*, quæ præcedit, implicat. Cæterùm impugnans reſignationem, poteſt etiam, quantum ad fiduciariam poſſeſſionem, probationem, de qua in hoc §. impugnare. non tamen per teſtes, ſed per inſtrumenta, iuxta alias conſtitutiones Regias, vt Carol. 7. §. 74. cum ſeq. In pleno autem poſſeſſorio, tam per teſtes quàm per inſtrumenta. Et pariter reſignatarius non impeditur alia fortiori vel æquipollenn horum probatione vti per inſtrumenta duntaxat, quantum ad fiduciariam poſſeſſionem: per teſtes autem & inſtrumenta in pleno poſſeſſorio. quòd ſi fiduciariam illam amiſerit, ex eo quòd de inſtrumento mandati, eòque per procuratorem recepto, non probauit per hanc formam, vel fortiorem, aut æquipollentem de ſcripto, poterit in cauſa appellationis ab hac interlocutoria, de nouo ſupplere per inſtrumenta: vel tam per inſtrumenta quàm per teſtes in pleno poſſeſſorio de integro probare, vel veterem probationem tueri & confirmare.

K *Saiſi*. Cùm hoc eſſe debuerit de iure cōmuni, vt dixi in gl. verb. *mains*, num. 2. ideo hæc conſtitutio in hoc trahitur retro: & ſic infinitæ Papales bullæ annullari poſſunt, imò nullæ, prout de iure ſunt, velut falſæ declarari. Sed in hoc differentia eſt, quod bullæ reſignationum admiſſarum poſt hanc conſtitutionem, corruunt. non probata forma huius conſtitutionis, nec maiori aut æquipollenti per ipſum teſignatarium: ſed in reſignationibus expedita ante hanc conſtitutionem, reſignante non conquerente probatio non exigitur à reſignatario, etiam ſi bulla conſecta ſit poſt hanc conſtitutionem de negotio præterito: ſed impugnans ipſe tanquam per viam obiectiuam veniens, probationes adferre debet. Siue ergo oſtendat nullum, vel falſum inſtrumentum mandati, vel tempore teſignationis non dum peruenìſſe ad procuratorem, obtinebit. Et intellige verbum *faiſi* de iure magis quam de facto, ſatis eſt etiam quòd ante reſignationem receperit & acceptauerit mandatum, licet tempore reſignationis illud amiſerit: modò non minus de fide conſtet, vt dixi in fin. gl. 5. Ideo ſi impugnans probet quòd tempore datæ bullæ procurator non habebat inſtrumentum penes ſe, ſi reſignatarius probet quòd paulò ante habuit, recepit, & acceptauit, ſatis eſt: & ſufficiet caſum allegare, quem non tenebitur aliter probare, ſed in reliquo ſufficiet probatio de qua in hoc §.

L *Sans procuration*. Id eſt ante mandatū traditū procuratori, & ab eo acceptatum. 1 ¶ Et ſic confirmatur opinio mea de extenſione c. 1. de conceſ. præben. ad omnem modum vacandi. vt dixi in reg. de verisimili notitia. nu. 40. cum ſeq. Sed eum non ſolùm currens ex capite reſignationis ſimplicis, etiam poſtquam curſori datum eſt inſtrumentum mandan, ſed etiam is in cuius fauorem iuſſu teſignantis Romam cutritur, quique ſcit ſe voluntatem habere teſignantis, tamen præuemendo aduentum inſtrumenti mandati & impetrando, excluditur ab omni iure, ſaltem in poſſeſſorio, nec ſolùm à ſua accelerata impetratione quæ nulla eſt, excludimr, ſed etiam omnino ab omni futura collatione pro hac vice, ſiue in vim huius reſignationis (quamuis iſte magis excuſandus eſſet) quanto minus à pœna. d. c. 1. excuſantur quicūque alij ante vacationē impetrātes;

nec immerito, propter ambitionem à canonibus vetitam.

2 § Quare dico quòd in hoc hæc conſtitutio locum habet etiam in petitorio, & in omni foro: non in vim ſolius conſtitutionis, ſed in vim concurſus iuris communis: tum quia non ſolùm adeſt nullitas præpropere impetrationis, & inhabilitas: pro hac vice ambitionis pœna, ſed etiam ſubreptio, impetratio enim præpropera ſubreptione laborat, ob tacitum ambitionis vitium, & prohibitæ accelerationis. Quòd ſi poſt allatum & exhibitum mandatum rurſus impetret, adhuc prætet nullitatem & incapacitatem, ſubreptio ineſt, ob tacitum vitium iam incurſum: quo expreſſo non fuiſſet conceſſum.

3 § Quòd ſi fors exprimatur, & Papa diſpenſet, adhuc deterius eſt: quia, ſiue in prima & accelerata impetratione, & daret occaſionem futuris delict. A (quod per ſe turpe eſt & execrandum) ſiue in ſecunda impetratione poſt exhibitionem mandati, diſpenſando de vitio præterito: & adhuc ab huiuſmodi diſpenſatione ſiue ab executione bullæ in hac parte, tanquam ab abuſu poſſet appellari ad Parlamentum Regium, & abuſiua declareretur huiuſmodi diſpenſatio, tanquam contra hanc ſanctã conſtitutionem Regiam data: Quemadmodũ reliquæ omnes iuris communis tranſgreſſiones, quæ per Papas attentantur, nullæ & abuſiuæ ſunt in hoc regno: ſi Rex, diſciplinæ eccleſiaſticæ vindex & conſeruator, Deoque ob id obſtrictus c. principes ſeculi 23. q. 5. pati nolit, ſiue per hanc aut aliam conſtitutionem, ſiue per ſummorum ſuorum tribunalium areſta.

M *Intereſt.* Ita vt, in caſum doli: etiam per carcerem cogantur: nec ad cedendum bonis admittantur, vt per Io. Fabri & alios. §. fi. inſtit. de actio.

ARTICLE XIV.

ITEM [a], Ordonnons à nos Iuges qu'ils n'ayent aucun égard, en adiugeant le poſſeſſoire d'aucun Benefice, aux prouiſions dudit benefice contentieux pardeuant eux faites par reſignation [b], ſinon que par vertu d'icelles [c] ait eſté priſe [d] poſſeſſion ſolemnelle, & ſelon qu'il eſt requis par nos Ordonnances, & regle de Chancellerie, en ce qu'elles ſont receuës pour ce regard. C'eſt à ſçauoir, quant aux Benefices des Egliſes Cathedrales, Collègiales, & Conuentuelles, qu'il n'en apparoiſſe par inſtrument ſigné du Greffier & Notaire [e] deſdites Egliſes, en la forme & maniere qu'ont accouſtumé inſtrumenter leſdits Greffiers & Notaires: contenant la reception deſdits pourueus. Et en ce cas de refus, acte d'iceluy, vallant & portant effect de poſſeſſion & publication, pour la ſatisfaction de la regle de Chancellerie, *de publicandis*: Et au cas que leſdits Notaires de Chapitre refuſeroient bailler acte de la preſentation & requiſition faite par leſdits pourueus d'eſtre receus & mis en poſſeſſion des benefices, dont ils ſont ainſi pourueus, pour prendre acte & inſtrument dudit refus, par tel autre Notaire Royal ou Eccleſiaſtique que bon leur ſemblera, appellé iuſques à deux Teſmoins [g] pour le moins. Lequel acte ſera de tel effect que celuy qui leur pourroit auoir eſté baillé par leſdits Notaires de Chapitre.

ARTICLE XV.

ET quant aux benefices dont la reception n'appartient aux Chapitres & Colleges, comme Cures, Prieurez & autres benefices: la priſe de poſſeſſion d'iceux ſera faite deuant Notaires & Teſmoins, & la publication d'icelle, ſuiuant ladite reigle de Chancellerie, *de publicandis*, au Proſne de l'Egliſe Parrochiale deſdits benefices, ou aux places ordinaires, où ſont leurs Iuriſdictions, ou aux Sieges Royaux & Preſidiaux, ou aux iours de Marché, où y aura affluence de Peuple [h], ou à l'Aſſemblée, que pourra faire l'Executeur d'icelle bulle, [i] des Paroiſſiens & Marguilliers d'icelles. Ou par notification & inſinuation, faite aux Ordinaires, Collateurs, ou Patrons & Nominateurs, ou à leurs Vicaires & autres Officiers au lieu Archiepiſcopal, Epiſcopal, Prieuré, & principal lieu du benefice dont dépend ledit benefice ainſi reſigné, de leurſdites prouiſions & priſes de poſſeſſion, leur en baillant copie ſignée d'vn Notaire, ou de leurs Secretaires, s'ils le veulent. De laquelle notification leſdits pourueus en pourront prendre acte des Notaires: qu'ils meneront auec eux, ou des Secretaires deſdits ordinaires, ſi bon leur ſemble. Voulant les priſes de poſſeſſion autrement faites eſtre declarées nulles & clandeſtines.

A *Item.* Hîc incipit quinta pars, vſque ad §. ſeq. inclusiue, quæ ſeipſam exponit. deſcribit enim clariſſime praxim reg. de publicandis: de qua etiam ſatis diximus in d. reg qu. 11. 12. 17.

Par reſignation. Scilicet quando reſignans deceſſit, poſt tempus publicandi. non enim hæc conſtitutio tollere intendit inducias ſemeſtris vel menſis à d. reg. relictas. hæc enim reg. licet ſonet de reſignationibus expeditis per Papam vel Legatum: tamen etiam locum habet in expeditis per ordinarios, quatenus verba & mens congruunt.

C *D'icelles.* Ita tamen vt poſſit alia reſignatio eiuſ- B dem poſſeſſoris accumulari, provt nouè declaraui in reg. de publican. qu. 18. quod hoc edictum non intendit excludere, nec eius verba debent captari, vt dix. in d. reg.

D *Priſe.* Reg. cancella. præciſe non exigit poſſeſſionem capi: tamen ita vſitatum eſt apud nos, vt ea momentanea apprehenſio, quam poſſeſſionem iuris vocant (vt dixi in d. reg. de publican. nu. 205.) ſit pars publicationis: & adhuc vſum alludit hæc conſtitutio, & idem requirit, niſi prohibeatur. quo caſu huiuſce impedimenti vel repulſæ teſtatio conficienda eſt, vt ſequitur in tex. ibi, *& en cas de refus.*

E *Notaire.* Scilicet ſcriba dicti collegij, de quo dixi ſupra §. 2. glo. 1. in fi. & quamuis non ſit proprie notarius, tamen conſtitutio magis illius operam exigit, quia citius per ſcribam collegij ad notitiam eorum quorum intereſt peruenier: tum ne locus relinquatur perfunctoriis & clandeſtinis publicationibus, & ne cui liceat qualem velit ſuis affectibus inſeruientem notarium deligere & horam captare.

F *Accouſtumé.* Dummodo tamen ea quæ iure communi requiruntur non deſint: puta duo teſtes noti.

G *Teſmoin.* Niſi ſint duo notarij Regij, adde no. ſupra §. 4. glo. 3 num. 3.

H *Peuple.* Dixi in reg. de publican. qu. 12. nu. 202.

I *Bulle.* Hîc & §. præcedenti, præſupponit bullas leuatas & exhibitas eſſe, ſi à Papa vel Legato prouiſio facta ſit: ſed hæc præſuppoſitio formam & neceſſitatem non imponit. l. ex facto 1. de hered. inſtit. cle. 1. in fi. de præb. Vnde, cùm regu. cancellariæ Papæ pecuniariæ (quales ſunt, quæ bullarum confectionem requirunt) meritò in hoc Regno ſpernantur, non vitiantur publicationes aliàs rite & palam (licet ſine bullis) factæ, vt etiam tetigi in reg. de publican. q. 12. num. 209. & ita ſæpe vidi per peritiſſimos togatos noſtri ordinis reſponderi, & per pluta noſtri Senatus areſta decidi: quæ per hanc conſtitutionem non corriguntur. Vnde non vitiabitur publicatio facta tempore Pauli. 3. licet poſtea, propter neceſſitatem motæ liis, tempore Iulij 3. leuatæ ſint bullæ ſub formâ *rationi congruit*: imò etiam ſi propter bellum, à Iulio. 3. ſuſcitatum, prorſus non leuantur, vt ſæpius ob leuiores cauſas, fieri & iudicari vidi in hoc Regno.

ARTICLE XVI.

ITEM [a], Que tous pourueus par deuoluts, fondez ſur incapacité [b] des poſſeſſeurs, ne s'efforcent de faict d'entrer en la joüiſſance des Benefices, ſur peine de la décheance de leur droict de poſſeſſion, que ſur leſdites prouiſions ne ſoit adiugé aucun ſequeſtre: ains joüiront deſdits Benefices, ceux ſur leſquels auront eſté impetrez leſdits Benefices par deuolut, iuſques à ce qu'il y ait jugement au contraire, de recreance, ou principal.

A *Item.* Hæc eſt ſexta pars contra deuolutarios & excuſſores beneficiorum, & optima ſanctio, iuſtique communi conformis, in c. licet, de præb. in 6.

Contra deuolutarios.

B *Incapacité.* Non ergo loquitur de omnibus deuolutarijs, ſed de illis tantùm qui nituntur ex incapacitate poſſeſſoris: quos dupliciter coercet: videlicet tam extra iudicium, quàm in iudicio. Primò, extra iudicium, prohibendo ne occupent poſſeſſionem facti, ſub pœna amiſſionis iuris poſſeſſorij. Secundò, in iudicio, prohibendo ſequeſtrationem fieri ad inſtantiam deuolutarij: ſed vt, lite pendente, is contra quem deuolutum impetratur, poſſideat: donec in contrarium latum ſit iudicium fiduciarij, vel pleni poſſeſſorij. Amplio primò, etiam ſi poſſeſſor nondum per annum & diem poſſederit. ſatis eſt enim quòd poſſeſſioni incumbit, quando per eius incapacitatem impetratum eſt, vt verba & mens edicti verificentur. & meritò, odio huiuſmodi impetrantium: contra quos præſumitur: donec clare de capacitate conſter. Amplio ſecundò & multò fortius, ſi per incapacitatem defuncti poſſeſſoris, iuxta ea quæ dixi in reg. de publican. num. 37. Amplio tertio, ſiue prætendatur incapacitas ab initio, ſiue ſuperuenta ex poſt facto: puta ſiue ex eo quòd poſſeſſor, tempore collationis ſibi factæ, non erat clericus, vel erat irregularis, aut multiplex in beneficiis incompatibilibus: ſiue ex eo quòd poſſeſſor poſtea palam incompatibile poſſedit.

C 2 ¶ Amplio quartò, etiam ſi impetrans non prætendat incapacitatem, ſed ſimplicem nullitatem, vel reſolutionem tituli poſtea ſuperuentam puta ex eo quòd beneficium erat curatum, & poſſeſſor non eſt factus Sacerdos infra annum. Non enim ob id ſit incapax: ſed tantùm ipſo iure priuatur, & vacat beneficium. c. licet canon. de electio. in 6. Tamen habet locum hic tex. cùm largo modo ſit quædam incapacitas: quia non poteſt eidem etiam per ordinarium rurſus conferri pro hac vice, niſi eſſet interim promotus: & hoc ne fraus legi fiat. Sed, ſi impetrans non fundat deuolutionem ſuam in incapacitate, vel priuatione perſonæ ipſius poſſeſſoris, ſed in ſimplici nullitate tituli ipſius poſſeſſoris, aliunde quam propter eius incapacitatem, vt quia dudum ob aliam cauſam vacauit, non habet locum hic text. ſed tam in iure communi quam in alijs iuribus relinquitur quod dico propter reg. de annali poſſeſſore. Amplio quintò, ſiue ab ordinario, ſiue à legato, ſiue à Papa impetratum ſit. Amplio ſextò non ſolùm ſi merus deuolutarius & ſolus impetat poſſeſſorem: ſed etiam ſi cum aliis non deuolutarijs, vel in quantum quiuis titulis velit accumulare vel applicare quemuis titulum ſuper prætenſa incapacitate poſſeſſoris. Cætera temino ad ea quæ ſcripſi poſt reg. de verifi. nortia à n. 83. vſque ad finem.

ARTICLE XVII.

ITEM tous, ayans commis [a] fauſſeté au faict des Benefices, ſoit en baillant collations, impetrations, procurations, inſtrumens, requiſitions, temps d'eſtudes, lettres de degré, mandats, nominations & autres [b] lettres, actes, & inſtrumens iudiciaires, ou extraiudiciaires en Cour de Rome [c], ou des autres collations, patronages, ou preſentations, ſoit en regiſtres [d] des Notaires Apoſtoliques ou autres regiſtres de Banquiers ou autres perſonnes publiques. de quelque qualité qu'ils ſoient, s'ils ſont Clercs, ſont declarez décheus [e] du droict poſſeſſoire prerendu auſdits Benefices par eux faits contentieux, & punis de telle peine que les Iuges verront pour le cas priuilegié [f] & renuoyez à leurs Prelats & Iuges ordinaires, pour proceder contre eux, tant par declaration d'inhabilité perpetuelle [g] de tenir & poſſeder benefices en ce Royaume, que autres peines ſelon la qualité du faict. Et quant aux Gens lais, ſera procedé contre eux, ſelon la rigueur de nos Ordonnances que nous voulons auoir lieu, non ſeulement pour les procez à mouuoir: mais auſſi pour tous les procez ia meus & intentez [h], & qui ſeront trouuez pendans & indecis.

A *Commiſ.* Id eſt commiſerunt, & ſic etiam præterita reſpicit, vt in ſi § & eſt 7. pars, falſarios caſtigans.

B *Et autres.* Venit ampliatiue : id eſt non ſolùm ſi in inſtrumentis concernentibus titulum, vel primordia & præparatoria tituli ſeu acquiſitionem iuris vel poſſeſſionis (vt inſtrumentum repreſentationis Archidiaconi, vel apprehenſiæ poſſeſſionis) ſed etiam concernentibus conſeruationem vel probationem, vt locationis prædiorum, vel iurium beneficij, vel apochæ fructuum, ſeu aliàs ſpectantis ad ius, poſſeſſionem, vel adminiſtrationem beneficij, non ſolùm de actis extra iudicialibus, ſed etiam de iudicialibus, vt eſt text. in c. ol im. de teſcrip. etiam ſi taotùm inſtantiam concernant : quia conſtitutio generalis eſt, & iuſtum odium perſequitur. quare non debet reſtringi : cùm Reip. intereſſit maleficia puniri, l. ita vulneratus. §. quod ſi quis ad l. Aquil.

C *Rome.* Stat ampliatiue, vt ſequitur in text. idem enim ſi apud Legatum, vel ordinarium, vel iudicem de cauſa cognoſcentem, ſiue ſecularem, ſiue eccleſiaſticum, aut vbicunque.

D *Soutes Regiſtres.* Ampliat. id eſt non ſolùm ſi in originali inſtrumento commiſſum ſit falſum, non ſolùm ſi in inſtrumento extenſo vel tranſſumpto, ſed etiam ſi in regeſtis notarij vel alterius publicæ perſonæ cuiuſcunque.

E *Decheut* Id eſt, falſo detecto, cauſa cadunt, & omne ius poſſeſſionis a mittunt. Non tamen ſequitur quòd debeat poſſeſſio adiudicari aduerſario, niſi ius habeat. Sed ſi aliàs habet intentionem fundatam, nec apparet inhabilis, ita vt obnneret ſi falſarius noo fuiſſet in cauſa, puto quòd et adiudicari poſſit beneficium : etiato ſi conſtet obſtare titulum origine canonicum falſarij (puta prioris in data) qui ex poſt facto falſum commiſit. quia illud committendo videtur renunciare poſſeſſioni, & huic ſe pœnæ ſubücere. l. imperatores. de iure fiſci. Fely. c. poſtulaſti. col. 2. de foto competen.

2 ¶ Et quamuis ad obtinendum in petitorio in beneficialibus non ſufficiat confeſſio aduerſarij, Io. Confeſſio. Andre c. de eo qui mit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan. in 6. c. 2. de confeſ. in ſexto, hoc verum quando ex illa ſola valet quis probare titulum : ſed bene poteſt ex illa coadiuuare titulum ſuum, etiam dubium, & in petitorio. glo. ſing. in verbo, ſi non appareat. c. pen. de reſcrip. in ſexto. quam Gemmia. Philipp. Fran. ibi Geminia. conſ. 38. col. 3. ſequuntur deciſ. theolo. 473. & ibi Stepha. Aufre. in addi. Fely. in c. olim. col. pen. de reſcrip. Nicol. Boeri. deciſ. Burdegal.

3 ¶ Tamen in poſſeſſorio fortius operatur, & ſufficit, vt tradit Anto. Butri. c. fi. col. 81. de cauſa poſſeſſ. & proprie. Fely. d. c. olim. col. 6. Rot. deciſ. 408. fuit dubitatum in nonis. Non tamen quod ſola confeſſio, renunciatio, ſeu declaratio aduerſarij quod non habet ius, vel æquipollens per ſe ſolum ſufficiat, vt alteri plenum poſſeſſorium adiudicetur, ſeu manu teneatur : ſed bene docenti de capacitate (puta tonſura: B vt vocant) & de titulo, ſufficit non ad ſimplicem manus iuſtitiæ leuationem : ſed etiam ad manutenendum: hoc eſt plenum poſſeſſorium definitiue adiudicandum: etiam ſi aliàs excludebatur per titulum renunciantis, deſiſtentis, vel falſum committentis, & ſic ſeſe excludentis: etiam ſine nouo titulo, ceſſante alio corruali melios fundato, & ita practicatur. Sed in petitorio opus eſſet nouo titulo, conſtito ſemel de alio priori valido : quamuis prior ille expoſt facto cauſa A penitus cadat. vt eſt text. in d. c. olim. in fi. de reſcrip. quod loquitur de petitorio, quamuis enim ibi fiat mentio de ſequeſtro fructuum, id non eſt intuitu poſſeſſionis (quia conſtabat reum eſſe poſſeſſorem & detentorem) ſed intuitu contumaciæ, & quia miſſioni in poſſeſſionem ibi locus non erat, vt declarant Bal. Paoor. Fely. ibi. Cardi. flo. cle. vnica, de ſequeſtratione poſſeſſ. & fructuum. col. 8. q. 2. Vnde talis ſequeſtratio fieri poteſt per iudices eccleſiaſticos, etiam in hoc regno : nec poſſet appellari tanquam ab abuſu, quia non concernit poſſeſſorium, vt dixi ſuper tex. d. c. olim. C. olim de reſcript.

F *Priuilege.* Quicunque enim falſum committit in iudicio, vel inſtrumento falſo, alibi fabricato, ſcienter vtitur in iudicio, publicam poteſtatem & iuriſdictionem offendit, l. ſi quis obrepſerit. in prin. & in fi. de falſ. ibi. imò, ſi accuſatus fuerit, etiam pœnam ſufferre debet, & in eum etiam aliàs nullo modo ſubditum, poteſt idem iudex animáduertere, tex. in l. nullum. & ibi Cyn. Bal. C. de teſti. Federi de ſenis. conſi. 93. facit Bart. in l. eos de falſ. Vnde iudex ſecularis etiam clericum vel epiſcopum, etiam Cardinalem, pro modo ſuæ iuriſdictionis puniet, cætera remittet, vt hìc, & dixi ſupra eo. §. 2. glo. 5. & §. 4. glo. 3. nu. 4. cum ſeq.

G *Perpetuelle.* Satis innuit conſti. hanc miſerum falſarium non ſolùtu omni poſſeſſione per iudicem ſecularem, ſed etiam titulo in petitorio, vel in cauſa remiſſionis ſuper delicto communi per ſententiam iudiC cis eccleſiaſtici priuandum, vt eſt caſus rotundus in d. c. olim quamuis enim ibi reus eſſet vſus falſo (etiam non circa titulum commiſſo) coram iudice eccleſiaſtico in cauſa petitorij, idem ſi coram ſeculari in cauſa poſſeſſorij, vel aliàs. tex. enim ibi, non reſpicit in hoc qualitatem inſtantiæ vel iudicis : ſed ipſum falſitatis vitium : quod dicit ad ſilentium perpetuum imponendum ſufficere. Quod autem hæc conſtit. dicit de inhabilitate, hæc eſt ſequela condemnationis de falſo: quæ infamiam inurit, & ſic irregularitatem, & inhabilitatem ad omnia beneficia. c. infamibus, de teg. iuris in ſexto.

2 ¶ Non tamen ſola infamia inris & facti, niſi ad Infamia. dignitates inhabilitat : ſed iuncta cum crimine & conD uictione falſi inhabilitat ad omnia. ſi enim priuat obtento, vt in d. c. olim. multomagis obnnendo : & ſemel infamis & inhabilis, talis eſt vbique. Quod autem ſubdit conſtituno ibi, *en ce Royaume*, demonſtrat directam diſpoſinonem edicti vel ſententiæ ſubditi ſui, non autem excludit quod iure communi diſponento conſequitur : & ſic ſiue quis de falſo circa huiuſmodi beneficia conuictus fuerit, etiam per tertium nocet illi ſententia, & pro ventate habetur, reſpectu omnium : niſi tantum per contumaciam conuictus eſſet. quia hæc pro veritate habetur, teſpectu proſequentis, cui fit contumacia, ſed non reſpectu terrij, tex. in l. ſi ideo, de euictio. in l. præſes. C. de pigno. Anto. Butri. in c. quamuis. de re iudic. & conſi. 5. Fely. c. cauſam quæ, col. 2. de teſti. & ibi Philip. Dec. ad fi. vbi in annota. dixi. & ad Alex. conſi. 84. lib. 3.

H *Ordonnances.* Vt morte puniatur, conſti. publicata in hoc ſenatu. 23. Aprilis 1532.

1 *Intentez.* Et ſic hæc vrima clauſula refertur ad omnia præcedentia in hoc §. non ſolùm contra laicos, de quibus vltimo loco, ſed etiam contra clericos, de quibus ſupra dixi. quod eſt etiam de iure communi d. c. olim. de reſcrip. Et ita etiam vidi practicari in hoc Senatu, ante hanc conſtitutionem editam.

ARTICLE XVIII.

ITEM, a pource qu'il ſe trouue pluſieurs expeditions, faites par reſignation ou autrement, au nom de deux freres ou parens de meſme nom & ſurnom : Ordonnons qu'en telles expeditions ſoit expr mé lequel deſdits freres ou parens, le majeur, ou le mineur, fils aiſné, ſecond, ou frere de tel frere, ou couſin de l'impetrant reſignataire : en telle maniere qu'on puiſſe apertement & clairement connoiſtre, qui eſt celuy qui eſt pourueu du benefice.

A *Item.* Hæc eſt octaua pars, obuians falſis ſuppoſitionibus & fraudationibus decretorum de ſublatis reſeruationibus per ſimilitudinem nominis & cognominis. Quamuis autem nullam exprimat pœnam, ſi contrauentum ſit, non exprimendo circuoſtantias vt de corpore conſtet requiſitas, tamen ſaris, per l. non dubium. C. de legi. pœna intelligitur ad minus de nullitate actus : videlicet quòd, quandocunque detecta æquiuocatione vel incertitudine, propter nominis & cognominis in eadem familia ſimilitudinem & ſic ſcienter vel ſupina negligentia expreſſione requiſita omiſſa, nulla fides adhibebitur tali collationi vel impetrationi, nec quantum ad poſſeſſorium coram iudice ſeculari, nec quantum ad petitorium coram iudice eccleſiaſtico, qui in hoc regno conſtitutiones Regias, in eo caſu expreſſas, ſeruare tenetur. Et procedit hic §. ſiue ab ordinario, ſiue à Legato, ſiue à Papa & quouiſmodo, impetretur.

ARTICLE XIX.

ITEM, que quand ceux qui auront obtenu en Cour de Rome[a], ou Legation, les prouiſions ſuſdites par reſignation, & auront ſur ce produit en jugement leurs Bulles, les pourueus par les ordinaires & autres contendans, puiſſent impugner leſdites prouiſions par les moyens deſſuſdits, & faute d'auoir obſerué le contenu és precedens Articles : & pour ce montrer, pourront faire Extraicts en Cour de Rome, ou Legation, partie appellée, auec delay competant pour ce faire. Si donnons en mandement à nos Amez & Feaux Conſeillers, les Gens de nos Cours de Parlement de Paris, Tholoze, Bordeaux, Dijon, Rouen, Dauphiné, & Prouence, & à tous nos autres Iuſticiers & Officiers, leurs Lieutenans, & à chacun d'eux, ſi comme à luy appartiendra, que nos preſens Edict, Statut & Ordonnance, ils faſſent lire, publier, & enregiſtrer en leurſdites Cours & Auditoires, & le contenu en icelle entrerenir & garder : nonobſtant[b] tous Edicts par nous, & par nos predeceſſeurs faits & publiez, & autres Ordonnances à ce contraires. Et pource que l'on pourra auoir affaire de ces preſentes en pluſieurs & diuers lieux : Voulons foy eſtre adjouſtée au *Vidimus*[c] d'icelles comme au preſent Original : Auquel afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à toûjours, Nous auons fait mettre noſtre ſeel, ſauf en autres choſes noſtre droict & l'autruy en toutes. Donné à Saint Germain en Laye, au Mois de Iuin, l'an de grace mil cinq cens cinquante, & de noſtre Regne le quatriéme. Signé, par le Roy en ſon Conſeil, DE L'AVBESPINE. *Lecta, publicata, & regiſtrata, ſub modificationibus & limitationibus in regiſtro contentis, audito & hoc requirente d procuratore generali Regis, actum Pariſiis in Parlamento, viceſimaquarta die Iulij, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo. Sic ſignatum*, DV TILLET.

A *Rome.* Hæc eſt nona pars concluſionem vltimam continens. Quamuis autem verba ſonent tantum de prouiſionibus Papæ vel Legati, hoc tanquam dubitabilios & magis neceſſarium expreſſum eſt, quia hæc conſtitutio facta eſt principaliter propter illorum abuſus, non tamen excludit quin etiam ordinariorum prouiſiones impugnari poſſint & debeant : niſi prædicta & ſingula, quatenus eis conueniunt, obſeruata fuerint, puta in §. 2. vbi loquitur de notariis ordinariorũ. & in §. 3. & 4. & in §. 10. 11. & 12. vbi loquitur de mandatis ad reſignandũ : quæ proculdubio locũ habent etiã in teſignationibus expediris per ordinarios. & §. 14. & 15. vbi de forma reg. de publicandis & §. 16. 17. & 18. quæ æque in ordinariis proceduot, provt & omnia quæ in hoc edicto, quatenus eis adaptantur. 2 ¶ Sed multa quoque circa ipſoſmet ordinarios emendanda ſunt : è quibus pauca duntaxat, prædictis adfinia, monendi & in commune conſulendi cauſa, tangam. Primum bonæ memoræ Ludou. 12. iuſtitiæ cultor, populique pater, Cõſtit. anni 1499. 63. iuſſerat omnes ordinarios Regni ſui & Delphinatus, iuſta & verdica regeſta omniũ collationum & præſentationum à ſe vicariiſque ſuis faciendarum conficere, & de quinquennio in quinquennium renouare quæ tenerentur exhibere ad obuiandum occultis, vel ſub falſa data confictis, additis, demptis, vel mutatis collationibus. Sed præter id quòd ea conſtitutio male ſeruata fuit (ſerpente, velut cancro auaritia : quam malorum omnium radicem vocat Apoſtolus) longe periculoſius incruduit malum, dum eiuſdem beneficij, plurimæ ſolent collationes fieri, paucæ tamen publicari. Hæc turpis negotiationis infinitarum etiam litium ſemenris occaſio, ſeuerius remedium poſtulat, Regiamque vt præoiam manum : cuius edictu ſtatuitur. 3 ¶ Primò, vt ordinariorum omnium & vicanorum collationes & præſentationes intra menſem, quo factæ ſunt, in regeſtis publicentur : eáque regeſta in publico locu, vt ab omnibus videri legique poſſint, tuto ſerrennur : ne deinceps quicquam variare, addere, aut detrahere liceat : cæteris præſentationibus vel collationibus (etiam ſi in aliis regeſtis inueniatur) vt clandeſtinis vel fraudulentis, omni fide caretntibus, vt tradit Fely in c. ſicnt. numero 31. verſicu. tertio aduerte de re iudic. Secundò, vt in eiſdem regeſtis omnes & ſinguli vicarij ordinariorum deſcribantur, cum authoritatibus ſuis, quæ vocant inſtrumenta vicariatuum, vt deioceps ab omnibus cognoſci valeant. Ita enim expedit : cùm ſint publicæ perſonæ quæ ordinarium ipſum immedi te repreſentanr vtque furoris collanonibus & antidatis facilius obuietur. 4 ¶ Tertiò, vt in eiſdem regeſtis ſcribatur, quid pro quaque collatione, ſeu collationis inſtrumento, vel ſigillo, ſoluendum ſit. Quanquam enim dudum multis huius ſupremi Senatus arreſtis, cautum ſit, ne Epiſcopi vel Archiepiſcopi vltra

[a] Ordinar'] corrigendi.

[b] Ludouic. 12. pater populi.

vnum aureum, collationis ſeu ſigilli nomine, recipiant, inferiores autem ordinarij minorem ſummam, tamen in magnam Pontificalis dignitatis infamiam, ſextuplum eiciter exigunt, nec apocha datur.

5 ¶ Quartò, vt in cæteris quoque actis ordinariorum certus ſalarij modus ſtatueretur. Quamuis enim grans concedere, iuxta verbum Domini, teneantur, præſertim eùm ad hoc ampliſſimos vel ad luxuriam vſque ſuperfluos reditus habeant, tamen, quaſi nihil poſſideant, & ad menſam negotiatoriam proſtent, omnia, præſertim per ſubminiſtros, velut inſtitores copidiſſimos, quàm plurimi queunt, vendunt: vt iam πλεονεξία, & lucri ſtudium cùm cæteris quibuſlibet, vel apud populum malè audiat, turpíque infamia laboret. Multo plura occurrunt emendatione digna, quæ ſuperioribus relinquo: his præſertim, qui Regi ſtant à B conſilijs: quorum etiam res agitur: quippe qui hac de re rationem olim Deo reddituri ſunt, vt inquit text. in c. principes ſeculi. verſi. cognoſcant. 23. q. 5. Viderint ergo, dum tempus habent, quàm teliquatores ſient. Quòd ſi ad verbum Dei docendum & miniſtrandum, vt in ſancta primitiua Eccleſia, reducerentur hoc vno collyrio, omnia eorum mala & ſcandala purgarentur, nec opus eſſet tot alijs infœlicibus repagulis.

B *Nonobſtant.* Vide Barto. in extrauagan. ad re- A primendum. verb. non obſtantibus. Panor. Felyn. e. nonnulli. de reſcrip.

C. *Videmus.* Intellige factum exemplum à notario duobus inſenpsis teſtibus, vel à duobus notariis, & ſic aliàs legitimè: niſi quòd non eſt neceſſe aliquem vocari, nec aliam iudicis authoritatem adhiberi: cùm ſufficiat authoritas huius legis. Non autem poſſet huiuſmodi exemplum, per vnum ſolum prærogatæ dignitatis notarium, quem ſecretariorum Regum vocant, fieri: quamuis id ſibi quidam ex eis (vt vidi) ſed imperitè, arrogant. Non enim poſſent ſoli conficere, niſi apud acta, vel in præſentia Principis, & in his tantùm ad quæ cum ea prætogata authoritate deputati ſunt, in alis nec cum teſtibus quidem. Secretarij.

D *Requirente.* Maxima agitur & auguſtiſſima eſt authoritas huius edicti, vtpote prona, & plenſſima authoritate totius ampliſſimi Senatus, cuiúsque Franciæ (quæ pars eſt corporis myſtici ipſius Principis & Regiæ maieſtatis: vt pulchrè ſanctéque Ludouicus Pius, Francorum Rex & Romanorum Imperator, olim ad ſtatus Regni & Imperij c. 2. declarauit in capitulis ſuis (ita tunc vocabant libros conſtitutionum & ſtatutorum) concurrente & homologante. plenior eſt enim quam ſi ſimpliciter dictum eſſet, conſentiente.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

VEv par la Cour les lettres patentes du Roy, données à Saint Germain en Laye, au mois de Iuin dernier, ſignées, par le Roy en ſon Conſeil, de l'Aubeſpine, contenant aucuns articles ſur la reformation des abus, qui ſe commettent és impetrations des Benefices en Cour de Rome, & les Remontrances cy-deuant faites au Roy & ſon Conſeil de la part de ladite Cour, ſur quaſi *ſemblables* a lettres d'Edict, concernant meſme matiere, les Concluſions du Procureur General du Roy, la matiere miſe en deliberation: La Cour a ordonné & ordonne, que leſdites lettres patentes ſeront leuës, publiées & enregiſtrées és Regiſtres d'icelle: A la charge toutesfois que les Notaires des Chapitres & Monaſteres, qui ont accouſtumé d'eſtre par eux choiſis, pourront inſtrumenter, ainſi qu'ils ont accouſtumé faire: meſmes és Actes qui ſe font eſdits Chapitres, Colleges & Monaſteres. Et auſſi que les Prelats & autres Collateurs, ou Preſentateurs Eccleſiaſtiques des Benefices, ſeront tenus és collations ou preſentations qu'ils feront deſdits Benefices, appeller des Teſmoins non domeſtiques deſdits Collateurs & Collataires, & de la qualité de ceux dénommez audit Edict: qui doiuent eſtre appellez pour Teſmoins aux Procurations pour reſigner leurs Benefices, ſous la meſme peine que contenu eſt audit Edict à l'encontre des Reſignans & Reſignataires. Et outre, que où il y auroit doute, diſpute, ou contention ſur la demeurance, notice, & qualité des Teſmoins inſtrumentaires, ne pourra ladite difficulté eſtre déduite, ou alleguée pour empeſcher le ſequeſtre, recreance, & autres prouiſions: mais viendra au plein poſſeſſoire. Fait en Parlement, le vingt-quatriéme iour de Iuillet, l'an mil cinq cens cinquante. Ainſi ſigné, *Du Tillet.*

a Quas vide datas abeodé Rege apud San. Germanum in Laya. meſe Decembri, anno 1548. homologatas Gratianopoli. die 24. Ianuarij eodem anno 1548. more Caſtiæ computando.

SEQVITVR TENOR EDICTI AD QVOD PRÆCEDENS

Edictum ſe refert, ſupra § primo, & ibi glo. 3.

HENRY, par la Grace de Dieu Roy de France, à tous preſens & à venir, Salut. Comme dés le temps du feu Roy de bonne memoire, noſtre Tres-honoré Seigneur & Pere, luy euſſent eſté faites pluſieurs Remonſtrances, plaintes & doleances, & meſme de la part des gens d'Egliſe & Beneficiez: leſquelles, depuis noſtre aduenement à la Couronne, nous euſſent eſté reïterées des fauſſetez qui ont eſté par le paſſé, & ſont encores chacun iour, commiſes par les Notaires Apoſtoliques, eſtans en noſtre Royaume, au paſſement & expeditions des Procurations à reſigner, & autres Actes & inſtrumens dépendans de leur eſtat, dont ſe ſont meus & meuuent iournellement pluſieurs Procez: & par tels ſiniſtres moyens ont eſté pluſieurs Benefices volez, à la damnation de ceux qui les ont obtenus par telles falſitez, & au grand preiudice des Collateurs: ce qui eſt aduenu, & aduient par le grand & effrené nombre d'iceux Notaires Apoſtoliques qui ſe trouue en noſtredit Royaume, pour la facilité que chacun a d'obtenir, comme l'on ſçait, tels eſtats & Offices en Cour de Rome: la pluſpart deſquels Notaires ſont pauures & indigentes perſonnes, &

les autres Seruiteurs domeſtiques de gens d'Egliſe : qui par le commandement de leurs Maiſtres, qui en veulent mal vſer, font & paſſent indifferemment toutes Procurations à reſignet, ſelon le plaiſir & volonté de leurſdits Maiſtres: choſes de damnable & pernicieuſe conſequence. SÇAVOIR faiſons, que nous voulans à ce pouruoir & remedier, ainſi qu'il eſt tres-requis & neceſſaire au bien & ſoulagement de nos ſubiets, & meſmement deſdits gens d'Egliſe, à qui le faict touche plus qu'à nuls autres, AVONS ſtatué & ordonné, ſtatuons & ordonnons par ces preſentes, Que par nos Baillifs, Seneſchaux, & Iuges Preſidiaux, chacun en ſon pouuoir, deſtroit & juriſdiction, ſera aduiſé, arreſté & limité, à ce appellez nos Aduocats, Procureurs & Conſeillers deſdites Seneſchauſſées & bailliages, en nombre competant, ſi aucuns y en a, le nombre ſuffiſant d'iceux Notaires, pour l'eſtenduë deſdites Seneſchauſſées & bailliages reſpectiuement, & en quelles Villes & lieux ils deuront faire leur reſidance: Laquelle reduction & limitation par eux & chacun d'eux ainſi faire, Nous voulons qu'ils choiſiſſent des plus ſuffiſans, notables, & capables deſdits Notaires Apoſtoliques de leurdit bailliage, Seneſchauſſée & Iuriſdiction, tant en ſçauoir & experience, preud'hommie & legalité, qu'en faculté de biens, iuſques audit nombre par eux aduiſé & arreſté: Leſquels ſeront par aprés immatriculez & enregiſtrez au Greffe de chacun bailliage, Seneſchauſſée & Iuriſdiction, & les lieux, Villes & Sieges d'iceux, où ils les auront départis, & ordonné reſider, pour par leſdits Notaires Apoſtoliques, ainſi choiſis dudit nombre, & immatriculez, que dit eſt, eſtre d'oreſnauant paſſez & receus en chacun deſdits bailliages, Seneſchauſſées & Iuriſdictions reſpectiuement, toutes Procurations à reſigner benefices de quelque qualité qu'ils ſoient, & autres inſtrumens dépendans de leur eſtat: eſquels ils ſeront tenus deſigner le bailliage, Seneſchauſſée & Iuriſdiction, où ils auront eſté immatriculez & enregiſtrez, afin que ſi ſur ce interuenoit Procez & different, l'on ait recours audit Greffe, pour entendre s'ils ſont dudit nombre choiſis & enregiſtrez: Et là où il ſe trouueroit deſdites Procurations & autres Actes & inſtrumens paſſez & receus par autres Notaires Apoſtoliques que leſdits Notaires ainſi choiſis & immatriculez que dit eſt, aucune foy n'y ſera adiouſtée en nos Iuriſdictions layes. Si donnons en mandement à nos Amez & Feaux Conſeillers les Gens de noſtre Grand Conſeil, &c. Donné à Fontainebleau, au mois de Septembre, l'an de grace mil cinq cens quarante-ſept, & de noſtre Regne le premier.

His non minus vtile quàm neceſſarium, & omnibus veræ diſciplinæ eccleſiaſticæ zelatoribus gratiſſimum duxi, pauca quædam addere, ſcitu memoriáque digniſſima, aduerſus abuſus Paparum, & Romanæ curiæ, ex Senatuſconſultis curiæ Franciæ ſupremique Pariſiorum Senatus, & antiquis edictis & conſtitutionibus Francorum Regum, è multis, quæ è regeſtis eiuſdem curiæ, necnon præfecturæ ratiociniorum Regiorum, fideliter recollegi, & in primis celeberrimum illud Arreſtum anno 1406. in eodem Senatu ſolenniſimè, aduerſus abuſus annatarum & aliarum vſurpationum Papæ, eius aduocatis & oratoribus pleniſſimè auditis, latum: cuius tenor talis eſt.

A CAROLVS, Dei gratia Francorum Rex, A
vniuerſis, præſentes literas inſpecturis, ſalutem. Notum facimus quòd, cùm nuper pro parte quamplurimorum numero grandi Regni noſtri Prælatorum Pariſius tunc exiſtentium, nec non filiæ noſtræ dilectæ vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, nobis querulosæ *b* fuiſſet expoſitum quod eccleſiæ noſtrorũ prædicti Regni & Delphinatus Viennenſis, pro magnitudine grauium exactionum, & onerum eiſdem eccleſiis tam per Benedictum Papam 13. *c* quàm ſuos anteceſſores, contra communis diſpoſitionem iuris *d* impoſitarum oppreſſæ, atque in tantum grauatæ hactenus fuerant & erant, quòd eadem in magnam pauperiem ac ruinam corruebant, & in deſolationem vndequaque vergebant, niſi per nos *e* de remedio ſubleuarentur: finaonæ etiam, ſuper iiſdem eccleſiis exactæ de eodem Regno noſtro, in magnum & irreparabile reipublicæ Regni eiuſdem noſtri præiudicium expotabantur a nobis: quibus eccleſiam, præſertim ſuprà dictorum Regni & Delphinatus noſtrorum, ab omni oppreſſione præſeruare incumbebat, & vnde ſpecialiter aſtricti & obligati Deo creatori noſtro rationem eramus reddituri: humiliter ſupplicando quatenus eccleſiis memoratis ſuper præmiſſis exactionibus & grauaminibus, eas ceſſare faciendo, prouidere dignaremur, vt miniſtri & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, diuinis inſiſtentes, & famulantes, viuere, eccleſias ſibi conceſſas regere, earum edificia in bono & decenti ſtatu tenere, alióſque actus ſuam profeſſionem & fundatorum *f* ſuorum diſpoſitionem concernentes, exercere valerent: Et ob hoc nonnulli & plures de noſtro magno Conſilio, ad videndum & deliberandum ſuper his & aliis Eccleſiam prædictam tangentibus, quid rationabiliter fieri poſſet, & deberet dudum commiſſi & deputati, aliqua nobis ſuper dictis exactionibus referenda vidiſſent & aduiſaſſent, ſeu deliberaſſent: quia tamen Prælatis & filiæ noſtræ præſaos videbatur dictam deliberationem largius declarandam fore, idem prælati & filia noſtra aliquas declarationes & additiones cum deliberatione & aduiſamento ſuprà dictorum noſtrorum Concilliariorum feciſtent, eáſque noſtræ Parlamenti curiæ, *g* cum nominibus dictorum noſtrorum Concilliariorum, qui dictæ deliberationi præſentes affuerant, in quadam ſchedula ſub noſtro contraſigillo miſiſſemus, & per literas noſtras patentes eidem curiæ noſtræ mandaſſemus, & eidem poteſtatem, & authoritatem impartiendo, expreſſe iniunxiſſemus, quatenus ad eandem curiam aduocatis & accerſitis de noſtro prædicto

A Querela Eccleſiæ Gallicanæ.

B Et Academiæ Pariſienſis.

C

D

E

F Officium Regis.

G

magno Conſilio, & reqneſtis noſtri hoſpitij, tot & talibus, prout eidem cutiæ noſtræ bonum videretur, ipſa noſtra curia eccleſiæ prædictorum Regni & Delphinatus noſtrorum, ſuper contentis in dicta ſchedula proꝛuideret, ſecundum quod nobis eſſe faciendum conſuleret, prout hæc & alia latius & luculentius ex ipſarum noſtrarũ ſene ae tenore litẽtarum liquebant. Conſtitutis propter hoc in eadem uoſtra cutia procuratoribus noſtro generali, necnon charisſimi patrui noſtri Ducis Bituricenſis, & ipſa filia noſtra vniuerſitate Pariſienſi, pro parte eiuſdem filiæ noſtræ, ſub his verbis apoſtolicis, *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* H *b* propoſitum fuit quòd ſacroſancta mater noſtra Eccleſia, entium ad inſtar naturalium, & politiarum macrocoſmi videlicet, & microcoſmi (qui ſunt maior *i* & minor *k* mundus) in pondere, numero, & menſura, I *k* à ſummo creatore (Philoſophis atteſtantibus) conditore, dirigi debeat, atque regi in ordine, quorum elementis quatuor primam diſtribuerat materiam idem creator omnium in ſuam grandem naturæ portionem, eorum cuilibet totaliter conferendo quantum alteri, & iiſdem ex ſe mutuam viciſſitudinem ſui alimenti & ſuſtentamenti referendo: adeo vt quod vnum ipſorum ſub æquinoctiali vel polo per alterius conuerſionem deperdidiſſet de alio recipere, & ſibi reſtaurare ipſius naturæ munere & inſtinctu, & increatæ ſapientiæ prouidentia, dignoſceretur. Sic Regalis, ſic anſtocratiæ, L & timocratiæ politarum, *l* nullius quarum tectorem nutrimentum ſeu ipſorum maiorem partem omnium ſubiectorum aut inferiorum abſorbere vllus vnquam ſufficeret, quemadmodum in microcoſmo ſi ad exceſſum alterum membrorum alimoniam extens egentibus ſumeret, vnde corpus ipſum in languorem & exinanitionem vergere contingeret, medio quodam ſubtractiuo ſeu reſtrictiuo huiuſmodi ſuperabundanti membro eſſet occurrendum. Sed Benedictus ſupradictus neque modum, neque pondus, neque menſuram, in Eccleſia & Eccleſiæ ſubiectis obſeruare conſueuerat: quin magis ipſos ingis & ſeruitutibus importabilibus, à nonnullis defunctorum *m* ſucceſſoribus ſpolia auferendo, ab aliis Prælaturarum & beneficiorum ecclesiaſticorum vacantias *n* extorquendo, à quibuſdam exigendo arreragia, tanquam debita præteritorum *o* & incognitorum temporum, à beneficiaris ſuorum, quæ de nouo obtinebant, beneficiorum primam expetendo & petcipiendo annatam, ab his qui P tempore ſubtractionis *p* obedientiæ dudum ſibi per nos & clerum Regni ae Delphinatus noſtrorum prædictorum factæ, ad Prælaturas ſeu dignitates, aut alia eccleſiaſtica beneficia promoti fuerant, fructus (quos dictæ ſubtractionis tempore malè perceptos fuiſſe dicebat) recipere enitendo, & procurationes capiendo, Prælatis, Archidiaconis, & aliis ordinariis pro viſitatione debitas, aliiſque exactionibus ac extorſionibus indebitis adegerat, afficerat, & contorſerat, adigebat, afficiebat, & contorquebat, contra iura non tam Chriſticolarum quàm ethnicorum quotumeunque, apud quos & ab omni tempore elerum ab omni munere & ſeruitute fuiſſe liberum *q* compertum etat. Eos enim Q non ancillæ filios ſed liberæ, qua libertate Chriſtus eos donauetat, teſte Apoſtolo, ipſóſque ſub his adhortante verbis, *State & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.* Nam (vt eadem noſtrã filia dicebat) in polita ſeculari, qnis principem tam à nobili quàm ignobili annatas primas omnium hæreditariorum in aliquem quoquo ſigulo tranſlatorum excipere & extorquere ſatageretem, non tyrannum aut ſuæ politiæ euerſorem cenſeret, & talem tectorem ſuſtinere valeret? Quantò minus erat idem Benedictus (qui miniſter, & non dominus Eccleſiæ, ab euangelica, vernate aſſerebatur) primarum annatarum fructus ſibi tyrannicè approprians beneficiorum, tolerandus? R Illud patui pendens Samuelis in Regum libro populum

A alloquentis & dicentis, *Loquimini de me coram domino & coram Chriſto eius, vtrum bouem alicuius tulerim vel aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & reſtituam vobis. Ac dixerunt, Non es calumniatus, nec oppreſſiſti nos, neque tuliſti de manu alicuius quippiam.* 1. Reg. 12. Exemplo tameo cuius inſtrui & tenuiois rationabilibus contentari, non exactiom & coneuſſioni pecuniarum tyrannicis inhiare debebat, euangelio exhortante Luc 3. neminem concntete, neque caluminam facere, & contentum eſſe debere ſtipendiis ipſius, Apoſtoli exemplo in Apoſtolorum actibus dicenris, *Argentum & aurum* Act 20. *nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Ego* (inquit Apoſtolus) *ſcio quoniam* B *poſt diſceſſum meum intrabunt inpr rapaces in vos, non parcentes gregi.* Quam rapacitatem ſpiritu prophetico clarè proponebat pronunciaſſe ipſa filia noſtra Prophetam Ezechielem, ſuis ſub his verbis, *Factæ ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem, eo quòd non erat paſtor. Neque enim quæſierunt paſtores gregem meum: ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant. Propterea* (inquit dominus) *ceſſare eos faciam, vt vltra non paſcant gregem meum, & liberabo gregem meum ab ore eorum, & non erit eis vltra in eſcam.* Ex qua Propheria clarum eſt, domino Benedicto ſuptadicto, qui tanta confuſione & inordinatione cupiditatis debacchabatur, ſubtractionem nedum finantarum ſupradictarum ſibi fieri debere, ſed plenariam: quamuis aliàs & dudum ſibi C factam *s*, & iure & facto durate, ae tenere cenſeret, & S in eadem ſe permanere profitebatur eadẽ filia noſtra: ex eo præſertim quod reſtitutionẽ obedientiæ per nos eidem Benedicto factam nullam eſſe, quæ ſub conditione non impleta, & ſub cauſa cuius nullus ſequebatur effectus factã prout per ſchedulas quaſdam in ipſa reſtitutione contẽtas apparere, dicebat. Eccleſiæ etiam Regni ae Delphinatus noſtrorum prædictorum authoritate, dictam reſtitutionẽ minimè factam, & per conſequens ipſam ſubtractionem durare, ſeu ipſam aut ſaltem dictarum pecuniarũ & finantiarum eidem Benedicto fien debete. cùm idem Benedictus, ad deſtruendam eccleſiaſticam poteſtatem, non hominis, Apoſtolo teſte, contra ſanctæ ſynodi authoritatem, diſſimientis nullum *t* piſcopũ expetere debere aurum & argen- D tum à parentibus, vel cleticis vel monachis quo ſub eo ſunt, Gregorij, Bernardi, & aliorum ſanctorum doctorum, imo Euangelij authoritatem, dictas finantias in eccleſiæ prædictæ ſubuerſionem & exitium, extorquetet *v*. Eandem autem ſubtractionem per eandem noſtram curiam & Prælatorum & dictæ filiæ noſtræ conſilio faciendam eſſe dicebat eadem filia noſtra, exemplo Regis Ioas, qui conſilio Ioiadæ Sacerdotis pecuniis ad templi reparationem deſtinatis, quibus Sacerdotes ſui temporis abutebantur, manum appoſuerat, & earum partem ad neceſſitatem diuinis famulantium, partem ad mercedem latomorum, & partem in architectorum ſalarium partiebatur. Vnde dictũ in ipſius laudem prodietur, quòd Rex Ioas rectum fecerat coram E Domino cunctis diebus quibus eum docuerat Ioiada Sacerdos. Per quem eadem filia noſtra ſummos doctores intelligi dicebat, & quòd eiuſdem Eccleſiæ oppreſſioni prouidere nobis, aut eidem curiæ noſtræ incumbetet, & aothontate, & naturali ranone, & proprij mtiſiurandi debito, & anteceſſorum noſtrorum exemplo apparete eadem filia noſtra oſtendebat, Ambroſij in lib. de Patriarchis, neceſſitatẽ defenſionis eccleſiarum Regi pertinere aſſerentis. Recto præterea rationis dictamine, quo gentes etiam qnæ legem non habent eidem Benedicto dictarum finantiarum exactionem eſſe ſubtrahendam diffinirent: ad quod proprij vinculum iuramenti noſtræ coronationis, in qua vnicumque de Prælatis & eccleſiis ſibi coommiſſis canonicum

1. Reg. 12.

Luc 3.

Act 20. Ezech. 34.

Subtractio obedientiæ plenaria.

Chalcedonẽſis. 2. q. 3. c. ſi quis epiſcopus. 3 q. 3. c. ex multis.

4. Reg. 12. 2. Paralipo. 24.

4. Reg. 12. 2.

c. dicat aliquis 21 q. 3.

Aduo Aca demor 3. ad Theſſalonic. vlt.

Ariſtot. politic. 3. c. 3.

Abuſus Papæ.

Subtracta obedientia.

Genef. 47 Cæſar de bell. Gal. lib. 6.

Ad Gal 5.

Matth 10. Marc 10. Luc 22

cum priuilegium & iuſtitiam ſeruare, & defenſionem pro poſſe contra oppreſſores adhibere promiſeramus, nos adigebat, ac ſpecialiter aſtringebat. In exemplum erat Rex Ioas prædictus, prædeceſſoréſque noſtri, temporibus Bonifacij, Clemenus, Gregorij, & aliorum quondam ſummorum Pontificum. Per huiuſmodi enim iniuſtas exactiones pie fundatorum beneficiorum fraudabantur intentiones, & à ſua ſalute & gloria defunctorum animæ morabantur caprinæ. Quòd ſi eorum hoſtes & veritatis ſuppreſſores hanc perſecutionem & inobedientiam eſſe prætenderent, cùm Deo magis quàm hominibus eſſet obediendum, hæc hominum vaniloquia (Papa Pelagio aſſerente) nos nequaquam retardare debe-
rent. *Errant (inquit) huiuſmodi erroris fabulatores.* B *Non perſequitur, qui malum tam factum punit, aut prohibet ne fiat, ſed dilegit.* Ex quibus conformiter, ad ſui themaris verba, eadem filia noſtra requirendo concludebat, quatenus ſubtractio fierer eidem Benedicto obediennæ, aut ſaltem dictarum finanriarum & pecuniarum exactionis, quódque pecuniæ in manibus collectorum aut ſubcollectorum exiſtentes, in noſtra areſtentur manu, & his, quibus eidem Benedicto aliquid occaſione prædictorum debere imponebatur, ne ſolueren inhiberetur. Procuratoribus generali noſtro, ac dicti noſtri patrui ſub excuſatione proteſtantibus, ſe noo affectionis inordinatæ libidine aliquid dicere velle, & ſe, ſi notæ aut repreſenſionis dignum aliquid dicerent, debitæ correctioni ſubmittentes ac vlterius proponentes, quòd eccleſiæ fuerant & erant per Principes temporales fundatæ ac dotatæ, quarum C dos ſeu patrimonium authoritate capi nequibat aut debebat. Licet enim Conſtantinus eccleſiæ Romanæ ſedis præeminentiam, quam ſibi dari Conſtantinopolitana, Alexandrinàque, & aliæ nonnullæ eccleſiæ contendebant, tribuiſſet, tanòque ſuaderet & vellet vt Prælati, qui fidem publicarent, diuinis inſiſterent, eccleſiaſtica frequentarent officia, & ſacramenta miniſtrarent, neceſſaria referrent ſui ſtatus & vitæ, non tamen intelligebat quòd ipſi exactiones imponerent, nolla præſertim vrgente neceſſitate. Nam Archiepiſcopos (quo nomine Romanæ vrbis Epiſcopum ſcriptura nuncupat) ſuper ſuis ſuffraganeis, ſen eorum ſubiectis, exactiones imponere iura verabant. Quòd ſi eccleſia Romana cæterarum caput & principalis exiſtens, vt ſunt ſeculi varietates, & viciſſitudi- D nes temporum & mentium & animorum malitia, in, aut à ſuo (quod maius & auctius Regno noſtro poſſidebat) patrimonio, ſorte aliqua diſturbabatur quo minus ipſo libere vteretur, cæteras monere debebat eccleſias, excitare, adhortari, & requirere de ſubſidio charitatiuo, quod eidem eccleſiæ Romanæ annui poſſer ac debetet, cum tamen conſilio, moderamine, & iuſta cauſa, abſque ptæiudicio, culpa non præcedente, durante neceſſitate, ac de conſenſu ac benignitate Principum, patronorum, & aliorum Prælatorum, & non cum grauamine aſſiduo & indiſtincto cæterarum eccleſiarum: quas vtique, & præſertim horum noſtrorum Regni & Delphinatus ſupradictus Benedictus paſſim, & Phariſæorum more (qui decimas in- E differenter de plantulis, herbis, baceis, & omnis generis fructibus extorquebant) cum grani compulſione, ſubſidiis, & exactionibus inſolitis, & contra libertates eccleſiæ, exagitabat & premebat: quibus, cùm ſecularis iuſtitia eccleſiaſticæ ſubſidio & iuuamini ſemper fuiſſet (alterum enim alterius ſemper egebat auxilio) neceſſitas occurſandum impellebat, ſuadebat æquitas, exigebat ratio, ac totius clamor populi incutiebat, intereſſe quæ præterea noſtrum, hanc ruinæ impendens, nos ſtionulabat, ne venerabilium huius noſtri Regni eccleſiarum, tanto charitatis ardore extructarum, & quarum fundatores & auctores dicebamur, tam miſera, tam flebilis, & tam negle- A cta ſubreperet deſtructio: exemplíſque inſtrueremur egregiis Theodoſij, Honorij, Conſtantini, Caroli Magni, aliorúmque anteceſſorum, qui corruptelis, contra Eccleſiam ipſam quandocunque attentatis, ſolerter obuiauerant, ac ſuccurrerant liberaliter. Subſidium autem, quod Eccleſiæ eidem conferre poterámus & debebamus, erat a eidem Benedicto in buiuſmodi abuſionibus non obedire, obedientiámque ſubtrahere. In quo nullatenus, iuxta beati Thomæ de Aquino, & aliorum eccleſiæ doctorum authenticorum doctrinam, peccabamus. Ex quibus aliis plu- Concluſio prod curatoris Regis & Ducis. ribus aſtructis rationibus concludebant, ac requirebant, quatenus eadem curia noſtra, iuxta noſtras mandatorias literas, inhibendo dicti Benedicti officiariis, ne quas ratione præmiſſorum exigerent in dictis Regno ac Delphinatu noſtris pecunias; ac exactas & penes eoſdem officiarios exiſtentes areſtari, vſque ad Prælatorum congregationem faciendam, prouideret. Pro parte Benedicti, & ſuæ cameræ officiarium, ab aduerſo exitit requirendo propoſitum, quòd cùm materia præagitata grandis & alta, iura ſedis Romanæ (cuius erat ipſe Benedictus caput) ſuámque cameram, & antiqua deueria ſua, ac Cardinales concerneret & tangeret, inſémque Benedictus & Cardinales nullo in eadem noſtra curia procuratore ſulcirentur, quo cauſa præſens deduci, foueri poſſet, aut defenſari, & Prælati noſtri Regui ad proximum omnium ſanctorum feſtum congregandi dicerentur, in cuius temporis interſtitio nullum vertebatur periculum, eadem noſtra curia ſuperſedere vellet, provt teneatur. Præfata filia noſtra in contrarium proponente, ac dicente, quòd tadix pro parte ipſius Benedicti propoſitorum inualida cenſeri debebat: eo quòd eadem filia noſtra proceſſum ſubire ordinarium non intendebat, ſed ſibi ab ipſa noſtra curia prouiſionem fieri quam ab ſque mora teferre debebat. Nam quantuſcumque eſſer Papa ſeu Prælatus, non erat ſuus, ſed omnis eius poteſtas ſiue dignitas & alius cuiuſlibet, magis Eccleſiæ, quàm perſonæ. x De iure igitur Benedicti, ſiue eccleſiæ Romanæ, faciendum erat quod ad profectum pertinere videbatur eccleſiæ, & non io ipſius præiudicium, teſte Apoſtolo, Eccleſiæ ſuppoſita ſub his compellante verbis: *Templum Dei eſtis vos, & ſpi-* u 1 Cor. 3. d. *ritus ſanctus habitat in vobis, ſi quis illud violauerit, diſperdet illum Dominus.* ſubdit: *Non glorietur quis* y *in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Cephas,* y *ſiue Paulus, ſiue Apollo.* Pecuniæ autem, ſiue finantiæ, quas idem Benedictus exigebat, non ad Eccleſiæ profectum, ſed ad ipſius & animarũ tendebant interitum: cuius interitus & præſentis horrendi ſchiſmatis erant medium & ſomes. Quare à nobis & eadem noſtra curia (quibus iuſtitiam miniſtrare erat neceſſe) huiuſmodi mortiferæ peſtilentiæ, non tam reiiciendæ quàm penitus & abſque vlla mora tollendæ erant, cùm & vnumquemque, iure gentium gladium de manu intereſtoris conſeſtim eruere, & vim vi repellendo interfecere licoret. Ex his, prout ſupra requirendo dictis noſtro & patrui noſtri Procuratoribus ſuam requeſtam fieri requitentibus: attento quòd per notorias exactiones ſæpè dicta reſpublica ex defectu prædicationum, & ſubiectorum viſitationum & correctionum, & aliàs vt ſupra multipliciter contra ſacrorum canonum inſtitutiones grauabatur, quódque querelas ſuas non proceſſum inituri, ſed remedio prouiſionis innitentes intentabant, nec erat qui contrarium opponetet, ad hoc & vt ſupra concludentibus, Officiariis ipſius Benedicti in contrarium contendentibus, & vt negotium abſque præcipitatione protelaretur quantum pro abſentibus ſupplicari fas erat, provt ſupra inſtantibus nec quicquam innouaretur requirendo concludenti bus. Tandem audiris hinc inde ad plenum partibus antedictis, in omnibus quæ dicere ac proponere circa præmiſſa voluerunt,

Philip 4 Carol. 5.

act. 5. e.

Pelag 2. c. non vos. 23. q. 5.

Concluſio Academiæ.

Actio procuratoris Regij & Ducis Aquitaniæ,

Eccleſia Romana præeminentiam accepit à principe.

Dilor & potentior ſedis Regno Franciæ.

Papa Phariſæorum carnes.

C. reuocantes. 23 q 5.

Illuſtrium Principum exempla.

Exceptiones fugitiuæ Fiſcæ.

Replicatio Academiæ.

C. eſt iniuſta. c. nimium. 22. q 4.

Rurſus Papa ſubterfugia quærit.

Id eſt ad audiendum.

& in areſto appunctuatis. Congregatis igitur eiuſdem noſtræ curiæ noſtri Parlamenti camens, conuocatiſque & aſtantibus in notabili numero de gentibus noſtri magni Conſilij, ac viſis ſupradictis literis & ſcedula. Conſideratis inſuper & attentis diligenter & cum magna & longa deliberatione omnibus circa hæc attendendis & conſiderandis, & quæ eandem noſtram curiam in hac parte poterant & debebant mouere, per præfatæ curiæ noſtræ areſtum, prædictis obtemperando literis, per eandem filiam noſtram à nobis impetratis, dictum fuit, quòd dictus Benedictus & officiarij ſui ceſſabunt, in noſtris Regno & Delphinatu, ab exactionibus annatarum primarum, fructuum & emolumentorum Prælaturarum dignitatum, & aliorum beneficiorum quorumcunque vacantium, ſeu quæ vacauerunt, aut vacabunt, tam pro primis annatis, quàm etiam fructuum & emolumentorum, qui tempore ſubtractionis aliàs eidem Benedicto factæ & vacationis prælaturarum, dignitatum, & aliorum beneficiorum obuenerunt, ſeu obueniunt, qualitercúnque: necnon procurationum pro viſitationibus debitarum, & arreragiorum quorumcunque ratione præmiſſorum, vel aliarum exactionum debitarum: ipſáſque procurationes poterunt Prælati, Archidiacoñ, & alij ordinarij, quando ipſos ſuos ſubiectos viſitare contigerit, leuare. Ceſſabunt etiam Cardinales, & camerarius collegij, à perceptione illius partis, quam in vacationibus Prælaturarum pro primis annatis, vel aliàs ante præſens areſtum percipiebant, & arreragiorum quorumcunque occaſione præmiſſa debitorum. Et ſi aliquid ex his, quæ leuata ſeu exacta fuerunt occaſione prædictorum, apud collectores ſeu ſubcollectores aut alios quoſcunque exiſtit ſeu remanet, ſub manu noſtra areſtabitur, & id areſtauit, & areſtat ipſa curia noſtra. Et per idem areſtum eadem curia noſtra ordinauit, & ordinat, quòd excommunicationis ſententia præmiſſorum occaſione illigati relaxabuntur ℣, & hæc quouſque aliàs per eandem curiam noſtram extiterit ſuper præmiſſis ordinatum. In cuius rei teſtimonium præſentibus literis noſtrum iuſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſius, in Parlamento noſtro, die 12. Septembris, anno domini milleſimo quadringenteſimoſexto, & Regni noſtri 26. Per areſtum curiæ. Baye.

Areſti pronuntiatio.

Contra Papam & cameram Papæ.

Contra Cardinales & collegium eorũ.

Exacta tam nomine Papæ quam Cardinalium, impediuntur.

℣ Cenſurarum relaxatio.

A *Carolus.* Scilicet 6. filius Caroli 5. cui Carolo 5. ob prudentiam, modeſtiam, & Philoſophiæ, ſacræque ſcripturæ ſtudium (cuius libros in Gallicum vbique transferri iuſſit) Sapientis nomen inditum eſt, vt tetigi ad ſtil. Par. par. 4. pag. 235. hic etiam Carolus quintus aduerſus ambitiones Paparum, erroneáſque imò hæreticas opiniones fautorum Papæ, componi fecit, ab eruditis, libellum ſeu dialogum cui titulum fecerunt Viridarij.

Carol. quintus cur Sapiens vocatus.

B *Querelæ.* Vide quàm iuſta querela & recuſſus eccleſiæ Gallicanæ & Academiæ Pariſienſis aduerſus exactiones & vſurpationes Papæ ad Regiam maieſtatem, iuxta c. principes. c. adminiſtratores. 33. q. 5.

C 15. Scilicet Petrus Luna: qui Auenioni ſuffectus eſt, poſt obitum Clementis ſeptimi; qui anno 1378. menſe Maio Fundis electus fuit ab omnibus Cardinalibus, illic relicto Vrbano ſexto congregatis, & præticantibus. c. ſi quis pecunia. 79. diſtinct. Romæ enim, Aprili præcedenti, ad feſta Paſchæ, per vim & impreſſionem populi Romani, Romanum vel Italicum Papam cum armis & minis magniſque clamoribus expoſtulanti, & per Cardinalium ſimulationem, electus fuerat ille Vrba. 6. qui iurauerat hoc agnoſcere, ſéque abdicare ſeditione ſedata. quod poſtea facere nolut, vt patet etiam per Italicorum ſcripta, vt apud Bal. in conſ. ſchiſmaris poſt tit. ſi quis aliquem teſta. prohib. & Egidium Bellemeram c. licet. de electio. io c. ſacris. ad fi. de his quæ vi met. ve cauſa. Et ſic Clemens 7. prius Robertus de Gebanna vocatus, erat verus Papa, quicquid Italici, ſuis affectibus fauentes, dicant. 2 ¶ CúmqueCle. 7. cũ omnibus antiquis Cardinalibus, iuxta d. c. ſi quis. in fi. humano armorum auxilio Romam inuadere, & Vrbanum pſeudopontificem extrudere, multo ſanguine fuſo, moléque Adriani capta, conati fuiſſent, tandẽ Auenioni conſederunt, Italia relicta Vrbano ſuiſque nouis Cardinalibus, quos viginti ſex vna die creauit. Inuicem autem atroces proceſſus, diras cenſuras, prædas, cædéſque continuè exercentes, vt apud Plati. & latius Theodoricus à Niem de ſchiſma. lib. 1. Quare minus mirum eſt, ſi Petrus Luna, qui dictis electionibus interfuerat, tam præſtaté & obſtinatè Conſtantienſi concilio, Imperatori Sigiſmundo, & aliis Principibus reſtiterit, etiam poſt electum Martinum 5. moriénſque Paniſcbolæ alium, loco ſui, in Papam elegi fecerit. rerum enim geſtarum, quibus ab initio interfuerat, veritatem ſciebat, & in Chronica ſancti Dionyſij in Francia, deſcripta apparet bulla Cardinalium, cum eorum ſubſcriptionibus, continens thema dictæ violentæ & fictæ electionis.

Petrus Luna.

Cle. 7. verus Papa.

Vrba 6. pſeudo Pontifex.

Bellum Paparum.

D *Iuris.* 1 ¶ Sacrorum ſcilicet canonum: quos antiqui Papæ (qui, vt nou minoris poteſtatis, ita maioris ſunt authoritatis) ſe ſeruaturos omnino, nec contrauenire poſſe profitebantur, c. contra ſtatuta 25. q. 1. Quinetiam & Gregorius Magnus teſtatus eſt, nec à quoquam Pontificum in totũ vel in partem qualibet occaſione mutari poſſe. quantominus igitur ambitionis & cupidinis (vt aiunt) occaſione? tex. in c. inſtitutionis. 25. q. 2. qui eſt derogatorius omnium abuſuum & uoluntarum ſubſecutarum. ad hoc c. de eccleſiaſticis. c. cùm piè. c. quod veto. & per to. 25. q 2. Quid quòd Pelagius primus, Papa, etiam tempore Iuſtiniani Magni, Childeberto Francorum Regi, Clodouæi, ſeu Ludouici primi primogenito, nou ſolùm confeſſionem fidei ſuæ, ote proprio expoſuit, iuxta illud 1. Pet. 1. & 3. c. ſed etiam, propriæ manus ſubſcriptione, profeſſus eſt ſe Leonis 1. Papæ thronum per omnia conſeruaturum (tex. in c. ſatagendum. 25. q. 1.) hoc eſt, nullas nouitates facturum, nec diſciplinam eccleſiaſticam in aliquo violaturum? quod etiam præfatus Leo, apud Marcianum Auguſtum, profeſſus fuerat, ad proprium rearum imputans, ſi contra faceret fierive permitteret, vt eſt text. in c. priuilegia. 1. & a. 25. q. 2. Ex quibus etiam liquidum eſt Papam non fuiſſe præfidem nec definitorem, ſed ratiocinatum fidei, nec dominum Eccleſiæ, ſed miniſtrũ & ſeruũ, & vt ſcripſit Clem. 1. ad Iacobũ fratrẽ Domini, ſi miſidialibus curis occuparetur, nec Eccleſiæ, verbũ Dei docẽdo, prodeſſet, deponẽdũ.

Pelagi 1.

Childebertus Francorum Rex.

Leo. 1.

E *Nota.* Iuxta c. principes ſeculi, c. dicar aliquis. c adminiſtratores 23. q. 5. c. quando 23. q. 5. & ſupra in præfa. edicti. uum. 9. cum ſeq.

F *Fundatorum.* Ne dedicata per eos in alium vſum, præſertim alendi luxus aulicorum Papæ, deputentur, l. 1. l. legatam. de adminiſtratio. rerum ad ciuitas. pertinen. cle. 2. de religio. domi.

G *Curiæ.* Quæ eſt curia Franciæ, vt inquit Io. Fabri, in l. 1. C. de ſumma trinita. & cor. teip. Franciæ, vt ſcripſi in præfa. extrica. labyrin de eo quod intereſt.

H *Inordinatè.* 1 ¶ Et ſic à Benedicto 13. qui (heer ſuorum Cardinalium & curialium importunitate, vt ſcribit Theodoricus à Niem lib. 2. c. 33. multas valdè anno malas & exorbitantes beneficiales & alias gratias, necnon exemptiones & vniones beneficiorum, ac diſpenſationes incompatibilium, & peccatorum remiſſiones, pecuniæ emungendæ gratia, faciebat, ſequendo in hoc, Bonifacium nonum, impium cormalem ſuum. Quare meritò, iuxta præfatam epiſtolam Cle. 1. quæ habetur 10 primo tomo conciliorum, deponendus erat, eiqne obediẽtia ſubtrahẽda, etiam ſi nõ eſſet tã flagitioſus vt ille.

2 ¶ Bonifacium 9. qui adeo Simonem Magũ imitatus eſt, vt morientibus Cardinalibus, qui ſimoniam oderant, ſummopere lætaretur, velut liberas habenas ha-

Bonifa. decim.

bere incipiẽs ad ſimoniam publicè exercendã: ſub quo iuſtitia venalis: nec fœnus peccatum arbitrabatur, nec falſitas quidẽ: quia plus offerenti indiſcriminatim vendebat priorirates datarum. Et hæc mercimonia palã in ſua curia multis annis, nullam infamiam veritus exercuit: & adhuc priores mercatores eludebat, inuenta clauſula anteferri, pro 25. florentis: & hoc turſus per prærogatiuam antelationis pro 50. ducatis, fixis etiam multis regulis cancellariæ, quas pretio refigeret, vt latè ſcribit Theodoricus, qui illis præſens adfuit, lib. 2. e.6. cum multis ſeq. ¶ Et ſic multo magis attrita fuit & afflicta Italia, non habens ad quem recurreret (quia carens Rege) & ſic, olim prouinciarum domina, omniũ miſerrima, vt inquit Bal. in l. ex omnibus. de offic. præſ. &, vt inquit idem Bald. de allod. col. 5. in vſib. feudo. carentes Rege dicere poſſunt, *Deſeruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.* quod intellige, vt rectè firmata polytea.

Miſera Italia carens Rege.

I *Maior.* Cœlum & elementa continens.

K *Minor.* Scilicet corpus humanum. Hugo de S. Victore in lib. de medic. animæ.

L *Polytæum.* 1 ¶ Quarum trium ſubordinata conjunctione temperatum debet eſſe Regnum bene fundatum & duraturum: qualis, ſecundum Io. Gerſon, tract. de poteſta. eccleſiaſtica, conſidera 8. ad finem, ſub Moſe miſta fuit ex triplici politia, nempe regali in Moſe, ariſtocratica in ſeptuaginta duobus ſenioribus, & democratica, dum de populo & ſingulis tribubus ſub Moſe rectores ſumebantur. Vult dicere Gerſon quòd non erat monarchia, qualis poſtea ſub Regibus fuit, & veterem illam polyteam huic præfert, & meritò. Quamuis enim, ſingulas polytearum ſpecies per ſe conſiderando, ariſtocratia præſtet democratiæ, & regia ariſtocratiæ, (præſertim ſi Regia non electione, ſed ſucceſſione ſanguinis deferatur, & quãrò ſucceſio illa perennior & diuturnior eſt, & minus interrupta) tamen polytea, temperata ex tribus, vtrilior, præſtantior, & durabilior eſt ſingulis. a ¶ Dico tamen quòd preſſius loquendo, polytea illa Iſraëlitica non erat miſta, ſed Regia, quia ſumma rerum erat penes Moſem, imò penes Deum optimum maximum, cuius Moſes organũ erat, iuxta illud Pſal. *In exitu Iſrael, &c. factus (ô Deus) Iuda ſacroſanctus eius, & Iſraeli Imperator eius*, licet partem adminiſtrationis dimiſiſſet Deus dictis ſenioribus & tribunis populi. iudicatur enim & denominatur ab eo quod præualet, l. quæritur. de ſtatu hominum. Ariſto. in lib. politicõr: vbi quamuis lib. 3. c. 12. videatur regiam ariſtocraticæ poſtponere, non loquitur cæteris paribus, ſed de mere regia, reſpectu ariſtocraticæ certis legibus temperatæ: quam mirum non eſt ſi præferat abſolutæ monarchiæ, quæ facilè in tyrannidem degenerat: mera verò ariſtocratia facilius in oligarchiam labitur.

An regia præſtet ariſtocratiæ.

Sententia Ariſtotelis explanata.

3 ¶ Sed apud Romanos, poſt exactos Reges, & ante Remp. relapſam ad Imperatores, polyteea erat democratica. quamuis enim regia emineret in Conſulibus, ariſtocratica in Senatoribus, democratica in Tribunis plebis & populo, tamen ſumma erat penes populum. at ſic democratica erat non mera, ſed ex ariſtocratica & regia temperata: quemadmodum in occidentis Imperio & Franciæ Regno, regia eſt, ſiue monarchica, ſed ſub ariſtocratiæ & democratiæ ſtatuum, Regni vel Imperij quadam temperatura, vt Ludo. Pius, Francorum Rex & Romanorum Imperator, pulchrè coram omnibus ſtatibus Regni & Imperij profeſſus eſt, & teſtatum reliquit in ſua conſtitutione, quam excudi feci ad ſtil. Parla. Pariſi. par. 3. tit. 50. & habetur apud Anſegiſum inter conſtitu. Ludo. Pij & Clotharij lib. 2. c. 3. & c. 12. Sed timendũ eſt ne ſalutaris ille nexus rumpator: filum certè tener Deus in manu ſua, qui non ſolùm orandus, ſed etiam illi maximè obtemperandum eſt. ait enim 1. Reg. 11. *quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles* Contemptus autem eſt verbum Dei (quod à Regibus ſcin & promoueri præcipitur Deutero. c. 17.) negligere, vel opinionibus humanis poſthabere, vt patuit in Saul 1. Reg. 15.

M *Defunctorum.* Scilicet Prælatorum hæreditates ſeu peculia, ſibi applicando, fraudatis hæredibus ſecularium, contra conſuetudinem Regni, de qua dixi in conſuetu. Pariſi. §. 151. & ſucceſſoribus & conuentibus in regularibos. Contra hunc abuſum idem Carolus 6. iam prouiderat per aliud edictum anni 1385. quod poſui ad ſtil. Parla. par. 3. tit. 37 §. 1. Tamen hoc inuenium Abbates Cluniacenſes, & alij imitati ſunt, & retinent, ſibi ipſis applicantes peculia, quæ vocant ſpolia monachorum decedentium.

N *Vacantias.* 1 ¶ Quas annatas vocant, ſeu vacantiarum reditus: quarum, & reſeruationum, ac taxarum, inuentor fuit Io. 22. vt ſcribit Ludo. Gomeſ. in proœmio reg. cancella. q. 1. vt etiã tangit Plati. in Bonifa. 9. qui eas impudenter (vt ſupra glo. 19. dixi) exercuit. Et, vt refert Io. And. c. inter cætera. in fi. de off. ordi. conſultum fuit & tractatum in concilio Viennenſi de imponenda viceſima redituum omnium beneficiorum pro victu Papæ & Cardinalium, vt ab annatis & aliis exactionibus abſtinerent: ſed omiſſum, quia (vt inquit) tam inſatiabilis eſt auaritia Pontificum, vt hoc & illud exigerent. Adde glo. prag. tit. de annatis. verbo annatarum. Et in concilio Conſtantienſi eccleſia Gallicana iuſtiſſimam & granſſimam fecit querelam de annatis, minutiſque ſeruitiis, & aliis exactionibus abolendis.

2 ¶ Sed Cardinales (inter quos Petrus de Aliaco, Cardinalis Cameracenſis, Philoſophus & Theologus, & Franciſcus de Zabarellis, Cardinalis Florentinus, merus canoniſta) fruſtrando impedierunt concilium ſuper hoc decernere: & cùm eccleſia Gallicana inſtaret, conuerterunt ſe ad plures moratorias appellationes, & vnam impoſuerunt nominibus ſuis, alteram per Ioan. de Scribanis, Procuratorem fiſcalẽ nomine cameræ Apoſtolicę, & tertiam per magiſtrum Ioannem Ponceti, eorum Promotorem, & adhuc doloſè detrectantes generale concilium, appellabant ad ſedem Apoſtolicam & ſummum Pontificem futurum, qui tamen erat pars formata, ſeu appellans, per dictum Io. de Scribanis, & his canillationibus, cum ſua potentia freti, nec non minis & terroribus in quoſdam, impedierunt decerni per concilium (vt patet in libello Apoſtolorum nationis Gallicanæ) ita vt neceſſe fuerit ad hoc ſanctum edictum velut ad ſacram anchoram recurrere, quo circiter nouem annis ante concilium Conſtantienſe omnes illas exactiones abuſiuæ declaratæ fuerant, & prorſus interdictæ. & hoc indicium Regis Francorum imitatum eſt poſtea ſacrum concilium Baſilienſe: quod ſeſſione 21. anno 1436. idem ſtatuit.

Epitome glo. 14. præteritorum.

1 *Barbaricæ exactiones curiæ Romanæ.*
2 *Ingens taxa eccleſiarum Franciæ.*
3 *Germanorum inanes ad Papas querelæ.*
4 *Fridericus 3 Germanorum preces & inſtas poſtulationes ſpernit.*
5 *Rationes Germanorum pro pragmatica.*
6 *Contradictiones impiæ Æneæ Siluij.*
7 *Fridericus 3. bis Germanos ſpreuit, & Papæ ſubiecit.*
8 *Summa pietas eſt, mutua inter populum & Principes charitas.*
9 *Vafrum & verſatile ingenium Papæ Pij. 2.*

O *Præteritorum.* 1 ¶ Faciebant enim officiales Papæ quemlibet ſucceſſorem obligari ad reliqua omnium annatarum & ſeruitiorum prædeceſſorum, formas execrabiles & plus quàm barbaras legere potes, ſi vacat, in dicto libello Apoſtolorum. Vides itaque quàm neceſſarium fuerit hoc ſanctum edictum: citra quod eccleſia Gallicana omnium erat deterioris conditionis. quoniam (etiam ante hoc edictum) camera, ſeu fiſcos Papæ, vel Cardinales, nihil in Anglia percipiebant, niſi de Epiſcopatibus: qui ſunt Pauci. Adhuc Rex Angliæ vetuerat omnes eiuſmodi exactiones, nec amplius tolerabat in Regno ſuo. Et pariter in Regnis Hiſpaniarum ſtatutum fuerat quòd camera, ſeu fiſcus Papæ, nihil omnino perciperet.

Barbaræ exactiones curiæ Romanæ.

2 ¶ Taxa vero vacantiarum deſcripta in libris cameræ Papæ, etiam de eccleſiis cathedralibus & Abbatiis Gallicarum taxatis, tantum aſcendebat ad ſexcenta nonaginta ſeptem millia ſeptingenta quinquaginta Francorum, non computatis Prælaturis, non taxatis & aliis beneficiis: quorum exactiones fere tantundem aſcendebant. Prior autem illa ſumma in ſex annis integraliter ſoluebatur, & ſic ſingulis annis aſcendebat vltra ducenta millia: & ſic valde neceſſarium fuit iſtud edictum: prout ſimile valde neceſſarium erat in natione Germanica, 3 ¶ quæ licet minus penderet, eo quòd minus opulenta, tamen mirum in modum grauabatur: vt identidem cogerentur ſupplices & querulos libellos offerre Pontificibus Romanis: qui eos verbis eludebant, exprobrantes etiam quòd ſua ſpiritualia multo pretioſiora eis ſeminabant, quódque centuplum etiam per eas, quas vocant indulgentias, recipiebant, vt patet in epiſtolis Ænææ Siluij: qui poſtea papa pius II. factus eſt. Superuento autem concilio Baſilienſi, in d. ſeſſione 21. cùm illud concilium nec in Germania quidem, propter potentiam Papæ ſuorúmque emiſſariorum, ſeruaretur, ſed duntaxat in Gallia, mediante Regia pragmatica, ſimilis & Imperialis ſanctio neceſſaria erat Germanis. primum enim, vt ſcribit Plati. Cremonenſis, in Nicolao V. Germanorum alij concilium Baſilienſe ſeruabant, alij neutrales erant, nec Felici, nec Eugenio, obtemperabant: ſed Eugenius IV. miſſis oratoribus (in queis Æneas Syluius) vſque adeò eos delinuit, vt & concilium Baſilienſe & neutralitatem eis tolleret, adiuuante Friderico Auſtraſio, in Imperatorem electo, huius Imperatoris Caroli V. proauo, nondum quidem coronato, ſed coronam ſiccente: qui etiam Fœlicem Sabaudum compulit ſe Pontificatu abdicare, & cedere Nicolao: a quo paulò pòſt coronatus fuit Romæ, cum Leonora noua nupta vxore, Luſitaniæ Regis filia 18. Martij, anno 1452. incipiendo à natiuitate domini, quamus Matia. Soci. in c. cùm contingat. col. 2. de foro competen. ſcribat fuiſſe anno 1451. quod eſt verum, computando more Gallico à Paſchate, ptovt & Annales Franciæ. Anno verò milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, audita morte Nicolai V. qui Fridericum tertium coronauerat, Germani, miſeram ſortem ſitam deflentes, perſuadere nixi ſunt Imperatori, ne Pontificibus Romanis amplius obtemperaret: niſi ſaltem quædam, ad pragmaticam tendentia, prius ab eis impetraſſet. Oſtendebant enim ſuam longe (ſed immeritò) deteriorem eſſe conditionem Gallis, vel Italis: quorum ſerui (Italorum inprimis) niſi res immutarentur, meritò dicebantur.

Ingenteata eccles. Franc.

Germon. inanes ad Pap. querelæ.

Fridericus 3.

Germani à Friderico Auſtraſio ſpernuntur & Papæ ſubiuncti.

5 ¶ Rogabant, vrgebant proceres, populique Germaniæ, grauiſſimis tum rationibus, tum exemplis: tum vulnerum, tum neceſſitatem Imperij, Imperatoriſque fidem implorabant, obteſtabantur (qua ipſis, vel ſacramento, obſtrictus erat) necnon dedecus & verecundiam: quod decretorum, in ſua natione digeſtorum, ſoli fructu carerent. Quòd Gallica natio aduerſus exactiones pontificum non fruſtra recurſum habuit ad Regem ſuum: à quo protecta eſt quique non diu ex dictis decretis pragmaticam ſanctionem, pro libertate ſuæ nationis, fœliciter confecerat, & vtiliter ſeruari faciebat. Quod Imperator nec minus poteſt in ſuo Imperio, nec minus debet populo & ſtatibus Imperij, quam alius Rex in Regno ſuo. Quidnam ad ſummum futurum, ſi exteri ad Regem ſuum recurrentes præſidium moeniant, & ab eo contra dictas exactiones protegantur? Germani verò & ſtatus Imperij, ad ſuum Imperatorem recurrentes, ab eo deſerantur, ſeu potius prodantur, decretiſque in ſua natione factis, priuentur?

Ænæas Syluius.

6 ¶ His rationibus victus & permotus Imperator non minorem ſuis quàm Rex Franciæ Gallis pragmaticam facturus erat, niſi grauiſſima (verba ſunt Platinæ Pio II. Ænææ (ſcilicet Syluij) authoritas interceſſiſſet. cuius hæc fuit apud Cæſarem ſententia (hic audi impetum animi, & perfidi oratoris vocem) inter Principes, ait, etiam de magnis rebus inter ſe diſſidentes, patrem aliquando & amicitiam componi poſſe: at inter Principem & populum immortale odium ſempet intercedere. qua re dicebat (hoc eſt, concludebat impius ille Ænæas, Caliſti paulo pòſt futurus ſucceſſor) ſuum ſibi videri cum Pontifice ſenore, quam eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, ſed appetitu & cupiditate, ducuntur. Viden' qua arte, quo machinamento, quo impietatis aretæ, venenata illa lingua Imperatorem venens ſuis ſubitò inſecit & dementauit? & vno verbo, tam exploratam veritatem, tam euidentem iuſtitiam, tam exculſam & vtilitatem & neceſſitatem decretorum conciliarium, quibus idem Æneas interfuerat, eaque diu etiam apud eundem Imperatorem probauerat & exequi fecerat, tot, tantaſque rationes Principum & populorum Germaniæ, omniáque iam perſuaſa, iam euicta & admiſſa, tantum nondum confecta, euertit & profligauit: efficitque vt ea vnica falſa, ſeductoſa, & venenata ratione imbutus, inò dementatus Imperator, ſpreta tot populorum ſuorum tam æquita, iuſta, & neceſſaria poſtulatione, eundē Æneam oratorem deligeret: 7 ¶ quem, dignum patella cooperculum, ad Caliſtum nouum Papam mitteret, ſuo nomine iuramentum in eius verba præſtare, & abſolutam totius Germaniæ obedientiam, vt pote merani quam vocant obedientiæ patriam, conciliaribus patriſque decretis calcaus effectam: prout prius idem orator eodem Friderico mittente, & eius nomine, Eugenio IV. publice renuntiauerat, ſe ſcilicet Friderienm ac Germanos omnes in humanis diuiniſque ei deinceps obtemperaturos. Itaque Fridericus Auſtraſius his Germanos ſpreuit & eluſit, natiuiſque & conciliaribus decretis ſpoliatos, ſeruituti Papæ ſubiecit, quæ partim canſa fuit quòd ſeptem annis priuſquam moreretur, curauit filium ſuum Maximilianum non ſolùm eligi & coronari Regem Romanorum: ſed etiam in Imperij adminiſtrationem aſſociauit, ne poſt obitum ſuum (vt factum fuiſſet) transferretur Imperium in aliam familiam, ſuſpectos habens Germanos: quos bis contra conciliaria decreta (primùm antequam coronaretur, tempore Eugenij IV. & iterum poſt coronationem ſuam & obitum Nicolai V.) poſtularis eorum ſpretis, ſeruituti Papalium exactionum ſubiecerat à quibus deinde anno 1463. obſeſtus fuerat.

Venenata lingua.

Fridr. 3. bis Germanos Papæ ſubiecit.

Rationes Germ. pro Pragmat.

Summa pietas.

8 ¶ Porro ſumma pietas in rebus humanis eſt patriæ, hoc eſt, populi, ad verum & legitimum ſuum Principem amor (penes quem patria & Reſpub. conſtat) & eiuſdem Principis ad populum ſuum. Summa ergo impietas erat, & omni veneno peſtilentior, oratio Ænææ Siluij: qui vinculum hoc charitatis & pietatis, quo Reſp. conſtat, vno verbo (quo potentiam Papæ, cui tam totus deditus erat, & ad quem tendebat, augeret) abrupit, & Fridericum in odium ſui contemptū populi ſui, ſtatuúmque Imperij, & ſic in tyrannidē, induxit. Hoc exēplo, ſummopere, velim à præſentaneo veneno, cauère debēt Princip. a conſilio eorum, qui iſ cōtraria factione tenētur, ſuéq; ambitioni tinct.

9 ¶ Fuit quidē Ænæas ille egregie à natura doratus, & variis ſtudiis eruditus, vt eius ſcripta docent: ſed de ſapientibus huius ſeculi, ad ſummos eiuſdē ſeculi honores ſenſim omnibuſq; netuts tendēs: quo etiam tandem peruenit, & ad hunc ſibi præſtitutum ſcopū verſatilis, pulchre foto vti, ſcenæq; inſeruire ſciens. Vafrum ingenium. Primum enim ſcriba fuit, & duodecimuir in celebertima ſynodo Baſilienſi, & quandiu ea inualuit, eam egregie propugnauit epiſtolis & orationibus, Eugenium. IV. tanquam meritò ſuſpenſum, deiectum, & pſeudopōtificem infectatus: & Legatus à Fœlice nouo Pontifice miſſus ad dictum Fridericum, illum & Germanos in obediētiam Fœlicis, Eugenio abiecto, confirmauit. Sed mox, vt cōcilij & Fœlicis res nutare cœperunt, inualeſcente Eugenio, ſententiam & mores cum tempore mutans, etiam ſpretis amicorum preceibus qui illi metuebant, Eugeniū adiit, prætextu legationis, quā ſuper abolēdo ſchiſmate à Friderico ſuſceperat, & non vt homo conſtans ſua innocentia fretus (vt ait Platina, ſauēsei. cuius quàm bonorifice poteſt vitam deſcribit) ſed vt tempori ſeruiēs, verſatili ſua arte oratoria (ad virum modicæ literaturæ, vt ettam teſtatur Plati.) fretus, eidem ſeſe conciliauit, ſuáq; dexteritate & induſtria eurauit, & conciliaria decreta & neutralitatem aboleri in Germania, eámq; in humanis & diuinis Papę ſubiici. Hinc vnam deinde altetam epiſcopam nactus, Fridericum a populi ſui charitate & defenſione veneno infuſo auertit.

10. ¶ His arribus mox Cardinalis & ſummus Pontifex effectus, quàm humaniſſime & humillime ſcripſit ad Academiam Pariſienſem, nonnihil ſubmurmurantem quòd Poëta & orator vartus & inconſtās ad Pontificatum peruenisſet. Sed mox, authoritate ſua fit mata, pragmaticam Gallorum ſanctionem, è decretis, quæ olim libris editis propugnauerat, ſumptam, cane peius & angue odit, & perſecutus eſt: qui graphice miſerias Cardinalium, olim deſcripſerat, vt viderentur aulam penitus execrari, vtque peſtem fugere, eùm tameo nemo maior & callidior aulicus fuerit. Hæc tamen Ænææ vitia virtutes ſunt, ſi conferas ad monſtra ſucceſſorum, quos habuit, Alexandri, Iulij, &c.

Epitome glo. 15. ſubtractionis.

1. *Præceptum eſt ſe ſubtrahere à Pontifice, inordinate ambulante.*
2. *Papa Pius 1. deceptus ab Hermete. Friuola, ſed pernitioſa q. de die Paſchæ.*
3. *Victor 1. orientales excommunicare volens, ab Hirenæo prohibitus.*
4. *Eccleſia Græca, prior Romana, tamen eā æqualē habuit vſque ad Io. Conſtantinopolitanum: qui primus Primatū metari ſibiq; vēdicare voluit. 6. Quod vt Antichr. proprū, Greg. Mag. dānauit.*
5. *Epiſcopi Conſtantinopolitani primū vniuerſales Patriarchæ vocati ſunt, ſed verbaliter tantum in honorem ſedis Imperialis, ibi reſidentis.*
6. *Continuatio hiſtoriæ vſurpationis Primatus Eccleſiæ, vt ſuprà n. 4.*
7. *Io. Conſtantinopolitano. Pelag. 2. iuſte reſtitit, & appellationem vniuerſalis damnauit.*
8. *Sic Greg. 1. etiam Imperatori reſtitit, ſpreta obſidione Longobardorum, & ablatam vniuerſalis appellationem execratus eſt.*
9. *Epiſc. Rauēnas cur Primatum vſurpare voluit.*
10. *Vnde poſt 400 an. à Paſchali. 2. deplumatus fuit.*
Sub Paſchali. 2. Epiſ. Florentinus prædicauit Antichriſtum natum eſſe.
11. *Florentia olim Fluentia vocabatur.*
12. *Cauſa Primatus diſceptatur coram Phoca, qui adiudicauit Romano Epiſc.*
13. *Quia Roma non deſierat eſſe caput Imperij. 11. Concilium Nicenum non admiſit vniuerſalem Primatum 26.*
14. *Reliqua vero concilia vetant vnum certum in terris dici Principem vel ſummum Sacerdotem, aut quid eiuſmodi. 20.*
15. *Vna Eccleſia, vna fides, vnum caput, vnus ſummus Epiſc. Chriſtus.*
16. *Quando Epiſc. Ro. appellationes vſurpare volens, repulſus eſt.*
17. *Omnes Ep. fratres & Papa pariter vocabātur.*
18. *Senſus & mos primitiuæ Eccleſiæ.*
19. *Metropolitani poſt Conſtantinū Magnū inſtitui cæperūt, & Principis arbitrio deſignabātur.*
20. *Conſtantinop. Eccleſia æqualis erat Romanæ.*
21. *Cur deinde Roma prima, Conſtantinopolitana vero ſecunda ſedes facta eſt?*
22. *Iuſtinianus Magnus in natali ſolo Iuſtinianeā primam Archiepiſcopalem erexit: cui eadem priuilegia, quæ Roma dedit.*
23. *Alciatus male de Procopio.*
24. *Nomen* ſummus orbis Pontifex *veteri Eccleſiæ incognitum.*
25. *Sed nomen* ſummus Sacerdos, vel Pōtifex, *erat commune omnibus Epiſcopis.*
26. *Cur nomen ſummi Pont. commune Epiſc. omnibus tolerabatur.*
27. *Eccleſia Græca nunquam ſubiecta fuit Ro. niſi quandiu Galli potiti ſunt Imperio Conſtantin.*
28. *Cur Cle. excōmunicauit Andronicū Palæologū.*
29. *Ortus & progreſſus Papatus.*
30. *Quando Papa egerunt de transferēdo Imperio.*
31. *Imperatores ius inſtituendi Papam & Epiſc. non habebant à Papa.*
32. *Franciæ Reges etiam ante Carolum Magnum Epiſcopatus & Abbatias conferebant.*
33. *Ius quoq; Regaliorum habent à ſua corona.*
34. *Reges fundati ſunt in tēporalibus in regno ſuo, & in patronatu Eccleſiarum.*
Ius præſentandi non eſt de gratia.
35. *Reges, & domini locorum, pleno iure conferunt prebendas.*
36. *Iura Regaliorum non potuerunt tolli per Decretales.*
37. *Canoniſtæ, miſcentes temporalia ſpiritualibus, reprehenduntur à Theologis.*
Res proprie ſpirituales.
38. *Decima non ſunt res ſpirituales.*
39. *Nec ius patronatus.*
40. *Miniſterium verè eccleſiaſticum ſeparatum eſt ab adminiſtratione ciuili.*
41. *Imperatores Græci, deinde Franci & Germani inſtituebant Papam. 42. 43 44. 45. 46.*
Henricus. 5. cedere coactus iuri.
42. *Etiam Exarchi Rauennates Papas ordinabāt.*
43. *Paſchalis. 1. à Ludouico Pto Imp. confirmatus.*

44. *Lotharius primus magiſtratus Romæ cõſtituit.*
45. *Lotharingia vnde dicta.*
46. *De iure confirmandi Pap. electiones ab Imp. aduerſus Plat. & Gratian.*
47. *Io. Carion nure grauat Gallos.*
Carolus Craſſus Imperio à ſuis depoſitus.
48. *Quot mala ſecuta ſunt, ablato Frãcis Regibus Imperio, & Imperatoribus poteſtate eligẽdi Papam: cuius rei Adrianus. 3. primus author fuit.*
49. *Mox multi infames & decuſſorij Papæ.*
50. *Donec Othoni. 1. ius eligendi Papam fuerit reſtitutum.*
51. *Quod vtile & neceſſarium oſtendunt tria monſtra Paparum, & venditio inrit Papalis: quæ, mortuo Henri. 2. ſine liberis, contigerunt.*
52. *Henric. 3. tres Papas depoſuit, & tres ſucceſſiue elegit, & inſtituit. 53.*
53. *Damaſus. 1. armis certauit.*
54 *Tres cauſæ ambitionis Paparum.*
55. *Factio Ildebrandi incipit.*
56. *Mortuo Henri. 3. rurſus ambitioſi & violenti Papatum inuaſerunt.*
Contra quos Nicol. 2. fecit c. ſi quis pecunia. 79. diſtinct.
57. *Primúſq; occaſionem dedit electionem Papæ ſenſim redigendi ad ſolos Cardinales.*
58. *Origo Cardinalium.*
59. *Incrementum ſedis Papalis.*
Imperium non pendet à Papa.
Lex Ludo. Bauari. 4. Imperatoris.
60. *Cæſare impubere, poſt mortem Nicol. 2. armis decertatum pro Papatu.*
61. *Greg. 7. ſceleratiſſimus Imperium ſeditionibus oppreſſit, & iura Imperij temporalemque iuriſdictionem vſurpauit.*
62. *Idque tanquam à Deo ſolus vtrumq; gladium haberet.*
Henri. 4. obedientiam eius & cenſuras reiecit.
63. *Henri. 4. 62. pugnauit, contra Papiſticos.*
64. *Rudolfus, Sueuiæ Dux, à Papa contra Imperatorem concitatus.*
65. *Horrenda de Greg. 7. contra quem concilium Vuormaciæ.*
66. *Concilium Noricum contra eundem Greg. 7.*
67. *Greg 7 abdicatur, & in exilio moritur.*
68. *Horrendiora ſcelera Greg. 7.*
69. *Cuius ſucceſſores duos filios Henri. 4. ſucceſſine in patrem inſurgere fecerunt.*
70. *Hinc cornua Eccleſiæ Romanæ exaltata.*
71. *Rurſum ſchiſma inter Imperium & Papatum*
72. *Pœnitentia & confeſſio Papæ.*
73. *Inde ſcit ſchiſma inter Imp. & Pap.*
74. *Henri. factionibus & pertinacia Paparum cogitur ius inueſtiturarum abrogare.*
75. *Quando Eccleſiæ Inſubres, Hiſpanicæ, Anglicæ, cæperunt Papæ, etiam in appellationibus, ſubuci. 76.*
77. *Senatores à populo Romæ conſtituti, etiam in Cardinales & Papam iuriſdictionẽ habebant.*
78. *Papa ſubeſt iuriſdictioni temporali domini loci.*
79. *Eugen. 3. volens ſupprimere magiſtratus po. Ro. tanquam perdnellis eiectus eſt.*
80. *Populus Ro. nolebat Papæ, ſed Imperatori ſubiici.*
Tyburtini, detrectantis dominium Papæ, ſeditionibus afferuntur.
81. *Qua arte Adrio. 4. Gulielmum Siciliæ Regem domuit.*
82. *Atrox cõtumatio in Imperatorem, quem Papa, pretio conductus, excommunicat.*
Papa à muſca occiſus.
83. *Alex. 3. iudicium ſubterfugit: & tandem collum Federici. 1. premit.*
84. *Alex. 3. à po. Ro. non recipitur, etiam temporali iuriſdictioni renuncians, & ſpiritualia dumtaxat gerere promittens.*
85. *Quàm inique Inno. 3. Philippum Federici. 1. filium perſequitur.*
86. *C. bonæ memoriæ. de electio. per odium & vindictam.*
87. *Sub Inno. 3. quæſtus Romanæ curiæ auctus ex litibus beneficiorum.*
80. *Inno. 3 priuatum ſuorum commodum Eccleſiæ ſuæ præferebat.*
89. *Inno. 3. adhæret inimicis Regis Franciæ.*
Io. Rege Angliæ occupato, Arturium occidit.
90. *Vnde Areſto Curiæ damnatus eſt, & feudis priuatus.*
91. *Inno. 3. executionem impedire voluit. Rex Frãciæ conſilium appellauit, & iudicatum excutiũ eſt, & ducatũ Normanniæ iam 318. annis alienatum recuperauit.*
92. *Inno. 3. Prælatos Regni Franciæ in Regem ſollicitat, emiſſo c. nouit. de iudic.*
93. *Fumorum deſcriptio & explicatio d. c. nouit*
94. *Feudum in Regno Franciæ non tribuit iuriſdictionem.*
Declaratur c. Valentinianus 63. diſtinct.
95. *Sub veteribus Pontificibus, verbo Dei vacantibus, non timebant Principes ab eis iuriſdictionem vſurpari, vt à nouis.*
96. *Philippus Valeſius cœpit iuriſdictionem ſuam ab Eccleſiaſticis repetere.*
97. *Peccatum & iuramentum non mutant formã.*
98. *Πανηγὶς populi Franciæ.*
Ingens victoria Philippi Auguſti.
99. *Io. indictis & armis victus, Inno. 3. Regnum Angliæ & Hyberniam in feudum ſubiicit, & tributariam facit.*
100. *Io. ab Anglis Regno eiectus poſt, prohibente Papa, Lud. 8. in Regem, ab eis vocatus, eò iuit. ſed Papa, ad tributa ſeruanda, Henri. 3. Io. filium coronari fecit.*
101. *Luci. 3. Conſules po. Ro. ſupprimere voluit, eiicitur, ſuiſq; oculi effodiuntur.*
102. *Tempore Greg. 9. Romani veterem polytiam redintegrare, & leges condere niſi ſunt.*
Greg 9 Fridericum. 2. male excommunicauit.
103. *Quàm horrenda Greg. 9 in Fridericum. 2. perpetrauit.*
104. *Bis pecunias turpiter exegit à Friderico. 2.*
105. *Tamen Fridericum adiit, vt cum eo, tanctis copiis, Romanos opprimeret.*
Et pretio conduxit milites Friderici, vt Romanis reſiſteret.

Papa & Imperator mutuis criminationibus ſeſe impetunt.

106. *Cle.4. Carolū fratrem Lud.9. vtriuſq; Siciliæ Regem fecit, vt Manfredum nothum, male parentem expellet, & cenſum Papæ augeret.*

107. *Conradini Sueuiæ Ducis Siciliæ Regis cædes.*

108. *Carolus Siciliæ pellitur à Petro Aragone.*

109. *Nicol. 3. Caroli potentiam minuit, vt ſuam augeret.*

110. *Et Senatorem Romanum ſe fecit, loco Caroli. Rodulphus Imperator non audet Italiā ingredi.*

111. *Nicol. 3. ad ſupprimēdum dignitatem Senatoriam edidit c. fundamenta. de electio. in 6.*
Papa in dominio temporalium non vult vti iure humano, ſed diuino.
Charitas Papalis.

112. *Marti 4 Gallus, temporalem iuriſdictionem Romæ populo reſtituere cogitur.*

113. *Henricus. 7. euchariſtia venenata ſublatus. Magiſtratus vrbis Romæ nunc à Papa occupatus, nunc populo reſtitutus.*

114 *Tandem à Boniface. 9. Pſeudopontifice prorſus occupatus.*
Sed, Euge. 4. fugato, ad tempus reſtitutus.

115. *Metus Nicol. 5. & Cle. 8.*

116. *Mutatio eccleſiæ Romanæ.*
Confeſſio Adriæ. 4.

117. *Differentia Papatus & Epiſcopatus.*

118 *Ficta conſtitutio Conſtantini. 4.*

119. *Sic & ego Ludouicus. 63, diſtinct. contra Bibliothecarium. 120.*

121. *Scripturæ Bibliothecæ Pap. reiiciendæ.*

122. *Non eſt veriſimile Ludo. Pium Romam & regiones Imperij donaſſe. quod non potuit, ſicut nec Regnum.*
Donatio Conſtantini, etiamſi vera fuit, nil valuit.

123. *Nullus Papa in dictis donationib. ſe fundauit.*

124. *Continuatio confutationis ego Ludouicus.*

125. *Carol. Magnus & Ludo. Pius electionem Epiſcoporum clero populoque dederunt.*

126. *Sed Pontifices, exempto populo clerboque, ad paucos reduxerunt.*

127. *Epiſcopi olim iudicabant ex ſacris ſcripturis & canonibus Eccleſiæ, non Papæ.*

128. *Cur compilationes Pontificum dicantur extra.*

129. *Conſilium Eudonis, Ducis Burg. de non admittend. nouis conſtit. Pap.*

130. *Diuitia fidem & diſciplinam Prælatorum ſuffocauerunt.*

131. *Eoſq; de ſeruis, Imperatorum & Regum dominos effecerunt.*

132. *Ingratitudo Paparum.*

133. *Impoſtura donationis Conſtant. Magni. 134.*

135. *Plures Imperatores & Reges ab obedientia Papæ ſe ſubſtraxerunt*

136 *Ambitio Boniſ 8 Subtracta obedientia. 137.*

138. *Papa fœdera & iuramenta ſoluunt, vt lubet.*

139. *Bonifacij ſuperbia, & eius in Philippum Pulchrum odium.*

140. *Carolus 5. & 6. reſtiterunt ambitioni & auaritiæ Paparum.*

141. *Bulliſtæ Papæ per lictores tracti & electi.*

142. *Senatus Pariſ reſtitit auaritiæ Marti. 5. 143.*

143. *Concordata Henr. 6. Angl. & Car. 7. Francicum Pap. Parlamenta reſpuunt.*

144. *Car. 7 reſtitit Eug. 4. pro concilio Baſilienſi.*

145. *Lud. 2 vetuit vſum bullarū, & pecunias Romam euehi, & iuſſit etiam Cardinales reſidere.*
Ingens Minoritarum multitudo bello idonea per eorum magiſtrum prædicatur.

146. *Ludo 12. ingratitudinē Iulij Papæ expertus. Iulius ſuſpenſus, armis concilium deturbat.*

147. *Veneti ſpreuerunt diras Cle. 5. eos etiam depradari iubentis.*

148. *Sic Florentini & Lucenſes, Papámq; poteſtate beneficia conferendi in quinquennium priuauerunt.*

149. *Sixto 4. conſcio horrenda cōiuratio in Remp. Florentiæ, & cades proditoria in templo.*

150. *Archiepiſcopum proditorem ſeditioſum ſtrangulatum Papa diris & armis vlciſcitur.*

A quibus ſe ſubtrahere oportet.

P *ſubſtractionis. 1.* ¶ Vel ſeparationis, quē etiam Apoſtolus præcipit. Ait enim beatus paul. II. ad Theſſalon. vlt. *Præcipimus autem vobis, fratres, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. vt ſubducatis vos ab omni fratre, qui inordinatè ſe gerit, & non in arta inſtitutionem, quam acceperit à nobis.* Omnis ergo alia noua inſtitutio, etiam à quocunque, tenetur, ad Galatas 1. b. Hæc autem ſubtractio, vel ſeparatio, noua non eſt, ſed ſæpius facta, propter ambitionem Romanorum pontificum, ordinationem Chriſti & Apoſtolorum (de qua infra co. glo. 17. ver. euangelica, nu. 1.) tranſgredientium: de qua peſtifera ambitione (vt vel Academia Pariſienſis & hoc edictum teſtantur) etiam Ezechiel prophera c. 34. & beatus paul. Act. 20. vaticinati ſunt: vt tempore Victoris papæ, primi, orientales eccleſiæ, propter nouam libertatis eccleſiaſticæ oppreſſionem, quam moliebatur, ab eius communione ſeſe ſeparauerunt.

Pius 1. de expreſs ab Hermete.

2 ¶ Cum enim papa pius primus, circiter ante quinquaginta annos, perſuaſus eſſet à quodam Hermete, impoſtore phanatico (vt pote authore libri, titulo paſtoris inſignito: qui inter apocryphos, hoc eſt, inter damnatos & reprobatos, computatur, in c. ſacroſancta. 15. diſtinct.) pius, nequam, magnam habens conſuetudinem enim dicto Hermete (qui mandatum Angeli, ſub perſona paſtoris, prætexebat, vt ſcribit plat.) ſanctum paſcha die dominico à quartadecima luna primi menſis, ſolicet Martij, vſq; ad viceſimam ſeeundam celebrare cœpit, omnibúſq; vetare cœpit: quamus conſuq; ab Apoſtolis, eorúmq; diſcipulis & vniuerſali Eccleſia ſemper celebratum fuiſſet ſimpliciter decimaquarta luna primi menſis. Verùm vt non erat malum, ſed liberum, die potius dominico celebrare, ita temerarium fuit (imò impium, & Satanæ, ſub ſpectro Angeli lucis ad futura ſcandala præludentis, inuentum) non ſolùm id alios, libertatem eccleſiaſticam violando, imponere: ſed etiam eos ob id abſcindere & excommunicare velle. prout Victor primus, à pio quintus papa, vt ſanctior & maior illis videretur, attentare voluit.

Q. de die Paſchæ.

Victor. 1. Eccleſiam ſcindit.

3 ¶ Pius quidem cū tribus ſucceſſoribus ſuis exemplum tantum edidit, & ſuadere voluit, nec vltra proceſſit, ſed alias Eccleſias in ſuo antiquo & apoſtolico more toleratur, & ſanctas agnouit, prout & illæ viciſſim hūc, & eius Eccleſiam, nullum ſumēres ſcandalum è re indifferēti: donec Victor ille, ſupergreſſionis alienum cupidus, circa annum domini ducenteſimum, exigere, & aliis Eccleſiis imponere voluit: & primus

Hieronym.

Eccleſia Græca.

Io. è monacho factus Epiſc.

Greg. Magnus.

Cur Patriarcha Conſtantinop. primus vniuerſalis dictus eſt.

Continuatio hiſtor. vſque ad primat. Eccleſiæ.

Vrbs ſpiritualium cum temporalibus confuſio

Eccleſiam Dei ſcidit, & orientales Eccleſias, tametſi Romana priores, Chriſtique & Apoſtolorũ, præcipue Ioannis Euangeliſtæ doctrinam & exempla retinentes, abalienauit: in quas etiam nouam cenſuram exercere voluit, & eas excommunicare, diriſque deuouere: vt de facto feciſſet, niſi à ſancto Hieroæo, Lugdunenſi Epiſcopo, diui Polycarpi diſcipulo, grauiter & ſeuere correptus & prohibitus fuiſſet.

4 ¶ Eccleſia Græca, licet prior, multiſque onneris potior fuerit Romana, tamen ſemper Romanam vt æqualem habuit, iuxta Chriſti & Apoſtolorum doctrinam, Niceniique concilij decreta: nec vnquam de Primatu, priori ve ſede, certauit, vſque ad tempora cuiuſdam ſuperbi, & nouitatum auidi, Io. Conſtantinopolitani Patriarchæ: qui, è monacho ſummam humilitatem fingens, Regiæ vrbis, ſcilicet Conſtanoopolis factus antiſtes, eò ſuperbiæ dementiæque euectus eſt, vt οἰκουμενικὸν id eſt vniuerſalis eccleſiæ ſe Præſulem & caput vocarer quod Antichriſti proprium eſt, vt recte ſcripſit Gregorius Magnus, vir ſanctus, ad Conſtantiam Imperatricem, vt refert Antoni. hiſtoriarum tit. 12. c. 3. §. 13. Is ergo (non prior Io. deceſſor ſuus, Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopus: qui, vt ſcribit Plari. in Benedicto 1. otientalem Eccleſiam in fide continuit, legendo, diſputando, ſcribendo, monendo, docendo: ſed perfidus ille monachus, è ficta humilitate euectus) habita Conſtanonopoli ſynodo ſeipſum œcumenicum, id eſt, vniuerſalem Papam ſeu Patriarcham creauit. Antoni. tit. 22. c. 13. §. 6.

5 ¶ Quamuis enim quidam deceſſores ſui, præſertim monachi, vt Menna, eundẽ ſuperbum & impium titulum priuatim vſurpate cœpiſſent (conniuentibus Imperatoribus Conſtantinopolitanis: quibus ſedem ſuam exaltari gratum erat, etiam tempore Iuſtiniani Magni, vt patet in auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos. in prin. col. 6. & in auth. vt in priuatis domib. facta myſt. non fi. §. hæc enim. conſtit. 57.) tamen, re vera, titulus ille verbalis erat, nec aliud quàm præeminentiam quandam, ſeu pooas honoris prærogarinam ſignificabat, in honorem ſedis Imperialis ibi reſidentis: non autem vetum Primatum, nec veram dominationem in omnex alias Eccleſias, nec tealem earum ſubiectionem: quam nunquàm prætenderunt, & multo minus executi ſunt Archiepiſcopi ſeu Patriarchæ Conſtantinopolitani, vſque ad hunc impium Io. qui primus omnium id publica ſynodo authoratum iri & confirmari volut.

6 ¶ Sed ad quid? niſi vt plus faceret quàm deceſſores ſui? quorum qui pij fuerunt, ſacræ ſcripturæ ſtudio & verbi Dei miniſterio inſiſtendo, ſuperbum illum titulum factis, & exemplis ſpernebant: etiam ſi vulgo in ea regia vtbe receptum prorſus excutere non poterant: vt pius ille & ſanctus Io. de quo ſupra ea. glo. nu. 4. in fi. Si qui verò ſpiritu mundano ſibi ob illum titulum ptæ cæteris placuerunt, non tamen vlterius ad facta proceſſerunt, ad quæ Io. iſte primus procedere niſus eſt. Non enim tanto molimine ad nudum duntaxat titulum (vt pote iamdudum receptum) ſibi ipſi authorandum & confirmandum, ſtudio quoque & auxilio Imperatoris accedente, ſynodum congregauit: niſi vt quod iamdudum verbis tenus dicebatur, factis ipſis deinceps obtineret, reliquóſque totius orbis Epiſcopos & Eccleſias ſibi & Eccleſiæ fux realiter ſubiceret, veniimque Primatum, ſeu dominationem, in eas, contra Chriſti decretum, & Apoſtolorum, totiuſque primitiuæ Eccleſiæ doctrinã & conſuetudinem, arriperet: vt quemadmodum omnes vniuerſaliter ſubiciebantur, ſeu ſubiici debebant, Imperatori Romæo, ſeu Conſtantinopolitano, ita omnes eccleſiæ totius orbis de facto ſubicetentur, vel ſubiici deberent Epiſcopo ſeu Patriarchæ & Papæ vniuerſali Conſtantinopoleos: vt ſic nouum (quod iſte molhebatur, & primus metari voluit) religionis & Eccleſiæ Regnum, ibi eſſet, ſederet, vel emineret, vbi Regnum quoque terrenum ſedebat, & emnebat.

7 ¶ Quod nouum & impiiſſimum facinus Pelagius II. vrbis Romæ Epiſcopus, directis epiſtolis iuſte reprobauit, vt habetur in c. oullus. 99. diſtinct. non quòd vniuerſalis aut Eccleſiæ caput ipſe Pelagius dici vellet, aut cupetet: ſed quòd nulli Patriarcharum, & multo minus cuiuis Epiſcoporum, liceret Primatum in alios vſurpare, nec frartum ſuorum honorem ex tantulacunque parte minuere: ſeipſum enim Pelagius comprehendit, dum omnibus fidelibus iubet vt neminem vnquam vniuerſalem nominent: ratione addita, oe ſibi debitum detrahat, cùm alteri honorem infert indebitum: vt manifeſta ſit cauillatio cuiuldam ſophiſtæ, qui verba d. c. cootorquendo, dixit ibi negari aliquem poſſe eſſe vniuerſalem Epiſcopum, ſub eo ſenſu duntaxat, quod eſſet cuiuſque Eccleſiæ proprius rector, ita quòd nullus alius eſſet Epiſcopus, non autem Primatum negari. quia imò verba & mens d. c. clare concludunt de Primatu agi, & Primatum prohiberi, vt etiam omnium Chronographorum hiſtoriæ oſtendunt, etiam ipſius Antonini tit. 12. c. 3. §. 13. vbi refert beatum Gregotium ſententiam Pelagij deceſſotis ſui confirmaſſe: cúmque Io. fallaciis ſuis & hypocriſi, Mauticium Impetatotem in ſitam ſententiam traxiſſet, & obtinuiſſet vt Imperator ad Gregotium Romæ vrbis Epiſcopum ſcriberet vt Ioanni obtemperaret, 8 ¶ Gregotius, conſtantia Chriſtiana vſus, huic Antichriſtianæ factioni cedere noluit: & cùm Imperatorem ob id infenſum haberet, ſcripſit Conſtantinæ Imperatrici, recte aſſerens nouam illam præſumptionem, atque ſuperbiam, eſſe contra euangelicam ſententiam, & canonum decreta (nempe Nicena c. 6) eámque nouitatem nihil aliud niſi iam propinqua Antichriſti tempora deſignare. Nec ſolùm Gregorius, vir ſanctus, piam Pelagij ſententiam ſecutus eſt: ſed etiam, cum periculo, multas afflictiones, ob veritatem tuendam, toleraut: vt enim ſcribit Plati. Mauticius, ob id infenſus, reuocatis militibus ſuis, qui in Italia etant, Longobardos adhortatur vt, ſpretis fœderibus, Romanos adoriantur. Quare Agilulphus, eorum Rex, vaſtatis Hetruriæ agris, Romam integrum annum obſedit, Gregorio io ſententia perſeuerante: qui etiam vniuerſalis Papæ appellationem ab Eulogio, Patriarcha Alexandtino, ſibi nouiter inditam, acriter repudiauit, ſuperbiam & impietatem illam deteſtatus, vt eſt tex. in c. ecce. 99. diſtinct.

9 ¶ Sed interim, dum Pelagius & Gregorius. pij Ponoficex, contra nouam & Antichriſtianam ſuperbiam, caput artollentem, certant, Epiſcopus Rauennas iam à tempore Vigilij Antichriſto viam ſtruere incipiebat, Primatum occupare cupiens, & ex tunc à ſocietate Romanæ eccleſiæ deſciuit (vt ſcribit Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum lib. 3. c. 12.) ea occaſione, quòd circiter ante centum annos, Valentinianus iunior, tnito occidentis Imperio, non Romæ, ò Gothis, Etulis, & nouis ſubinde tyrannis occupatæ, ſed Rauennæ ſubſtitit: quam mœnibus iuſtauraoit eiúſque Præſuli Ioanni, vt palho liceret vti, conceſſit, (vt ſcribit Raphaël Volaterranus lib. 4. & lib. 23.) quódque deinde, poſt Narſetis obitum & Longobardorum incurſum, Exatchi, Conſtantinopolitanorum Imperatorum in Italia Vicarij, ſedem ibi, ſpteta inſælici Roma, conſtituerunt: ita vt Roma quoque à Rauenna iuta peteret.

10 ¶ Et hinc eſt quòd eoam, poſt quadringentos annos, Paſchalis 2. vir, vt ait Platina, magni ingenij atque animi, à religione ad arma conuerſus, prædicante interim Florentino Epiſcopo Antichriſtum natum eſſe, ſuſpectam non ſibi, ſed ſucceſſoribus ſuis habuit potentiam Rauennaos Eccleſiæ: (quæ inſtar Romanæ, cuius, vt ſcribit Plari. in Leo. 2. æmula fuerat, Cardinales ſibi create ſolebat) eamque depluuant: &

Hieronym.

Mauricius.

Gre. Magnus abhorrens vniuerſalem primatum Eccl. tam ſibi, quã alijs dari.

Roma obſeſſa.

Epiſco. Rauennas.

Valentinianus.

Paſchalis 2. à religione ad arma conuerſus.

Prædicatur Antichriſtus natus.

coacto ad id concilio apud Guardaſtallum, decreuit A ne vrbes Æmiliæ, Placentia, Parma, Rhegium, Mutina, Bononia, *Rauennatis Eccleſiæ antea metropoli* ſubiectæ amplius eſſent: quòd ſæpius, ob ſuperbiam in Romanam ſedem præſules Rauennates comma exercerant. Idem Sabellj. Ennead. 9. lib. 4.

Florentia olim Fluentia dicebatur.

11 ¶ Vbi, pro Fluentino Antiſtite Antichriſtum aduenisse prædicante, Florentinus intelligendus eſt: *quia Florentini initio Fluentini dicti ſunt*, teſte Plinio l. 2. c. 5. & Raphaele Volaterra. geographiæ hh. 5. quod verum puto: quamuis hoc reprobet Nicol. Machiauegli, hiſtoriæ Floren. lib. 2. ex eo, quòd Frontinus & Cornelius Tacitus (qui fere tẽpore Plinij ſcripſerunt) vocant Florentium, & Tacitus refert oratores Florentinos venisse ad Imperatorẽ. quod non concludit: *quia Plinius potuit veteri, Tacitus autem nouo nomine vti.* B melius autem feciſſet Sabellie. verbis præſentibus, dudúmque receptis vtendo, vt & ipſe Ennead. 9. lib. 7. fatetur. *Rauennatis autem Eccleſiæ depauperationem* ideo deflet Io. An. in Addi. Spe. quia in ea primum beneficium canonicatus aſſecutus fuit.

Controuerſiæ Primatus.

12 ¶ Redeundo ad Gregorium Magnum, paulò poſt eius obitum, videlicet tempore Bonifa. III. circa annum domini 607. longe acrior Primatus pugna, & vtrinque exarſit: videlicet inter Conſtantinopolitanum & Romanum Epiſcopos. Ille contendebat ſedem & caput Imperij Conſtantinopolim tranſlatum eſſe eamque iamdudum nouam Romam vocati, atque ita primam ſedem & caput Eccleſiæ eſſe debere, vbi caput eſſet Imperij. Contrà Romanus ſolam Romam caput eſſe Imperij, Conſtantinopolim verò coloniam C Romanorum, quinetiam literis eorum Principẽ ipſum τῶν ῥωμαίων ἀυτοκράτορα, id eſt, Romanorum Imperatorem vocati, ipſóſque Conſtantinopolitanos Romæos non Græcos dici. Hac cauſa coram Phoca impio & ſcelerato, uempe anariſſimo, adultero, & inetiſſimo Imperatore, qui dominum ſuum Mauricium proditorie occiderat, magna contentione diſceptata, cùm interim metuerentur ne aliàs Romani ab Imperio deſciſcerent, pronuntiauit Phocas Romanum Epiſcopum fore œcumenicum, caput, & vniuerſalem, ſummúmque Pontificem totius Eccleſiæ, vt ſcribit Plat. in Bonifa. III. & ante eum Paulus Diaconus *ἐν ἐπιτόμῃ* de geſtis Longobardorum lib. 4. c. 31. & Chronica Martiniana, Annonius Monachus Benedictinus, de geſtis Francorum lib. 4. c. 3. & poſt Platinam Volaterra. Sabellj. Ennea. 8. lib. 6. col. 2. & omnes Chronographi.

Iudicium Phocæ.

Cauſa Iudicij Phocæ, ſuper Primatu Eccl.

13 ¶ Et ſic vera cauſa edicti fuit eo quòd Roma fuerat, & iudicabatur non deſiiſſe, ſed adhuc eſſe caput Imperij, vt ſatis indicat tex. in c. Conſtantinopolitanæ. 22. diſtinct. vbi dicitur conſtitutum fuiſſe Conſtantinopolitanum Epiſcopum ideo ſecundum à Romano locum obtinere, quòd Conſtantinopolis ſit Roma noua, ſeu iunior Roma, vt ait tex. concilij Conſtantinopolitani c. 2. in fi. ideo veteres ſequi, non præcedere debet. In ea verò contentione certum eſt non fuiſſe exaudita decreta concilij Niceni: quippe quæ neutri partium fauebant, ſed vtriuſque ambitionem damnabant. In decretis enim Nicenis, c. 6. ſtatutum eſt, vt ſecundum morem antiquum, Alexandrinus Epiſcopus Primas eſſet Libyæ & Pentapolis per Ægyptum: quia & vrbis Romæ Epiſcopo pariis mos eſt (videlicet vt Primas ſit in ſuburbanis Italicis eccleſijs) ſimiliter & apud Antiochiam, & cæteras prouincias honor ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ, & conſequenter ne altera alteram ſupergrediatur, & habetur in c. mos antiquus. 65. diſtinct.

Concilium Nicenum iuuebat.

14 ¶ Videtur autem eo iudicio Phocæ non protinus attributam eſſe iuriſdictionem in alias eccleſias, nec poteſtatem vſurpandi, aut inuolandi in iura eorum: ſed tantum honorem, ſeu prærogatiuam denominationis primæ ſedis, vt definitum eſt in concilio Charthaginenſi 3. c. 16. tempore Siricij, vrbis Romæ Epiſcopi. & rurſus tempore Bonifa. I. vrbis Romæ Epiſcopi, in concilio Aphricano, cap 6. & habetur 99. diſtinct. 6. primæ ſedis quòd primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, aut aliquid ciuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus: prout etiam dicitur Cyprianus, Eccleſiæ doctor ſanctiſſimus, Carthaginienſis Epiſcopus, & martyr, docuit in trac. 3. de ſimplicitate Clericorum (qui eſt verus & natiuus titulus, licet imperiti, loco clericorum, poſuerint barbarum, verbum Prælatoſum) col. 2. & habetur 24. q. 1. c. loquitur.

Sacerdotis ſummi nomen vetitum.

S. Cyprianus.

15 ¶ *Hoc erant* (inquit) *vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pares conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt vna eccleſia monſtraretur.* Et poſt pauca ſubdit, *Vnus eſt dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus: ita* Vnus Epiſcopatus. *Epiſcopatum quoque ipſum (id eſt, dignitatem & poteſtatem Epiſcopalem) vnum atque indiuiſum eſſe, & penes ſingulos Epiſcopos in ſolidum eſſe oportere ſub vno ſummo Epiſcopo Chriſto, vnico capite & ſponſo Eccleſiæ vnicæ: quemadmodum multi radij Solis vnum lumen ſunt.* Hactenus Cyprianus: qui, ducentesimo poſt Chriſti paſſionem anno, Eccleſiam texit & docuit. Idem plus centum annis poſt eum docuit & ſcripſit beatus Hierony. & habetur 93. diſtinc. c. legimus. dicens, *Si autem authoritas quæreretur, orbi maior eſt vrbe, vbicunque fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Thebis, ſiue Germaniæ, eiuſdem meriti eſt, & eiuſdem ſacerdotij.* Ex quibus ſatis notum eſt Primi vitæ Eccleſiæ. quæ fuerit primitiuæ Eccleſiæ, longe ſanctioris & doctioris, ſuper his ſententia, & obſeruantia: quam etiam ex actis Apoſtolorum, factis & doctrinis beati Pauli.

S. Hieronymus.

16 ¶ Tamen à tempore ſententiæ à Phoca obtentæ, nunquam ceſſarunt Romani Pontifices ſúſque déque conari pro dignitate, porenniáque ſua augenda: & primùm quidem, cùm adhuc ſemper eſſent ſubditi Imperatorum, etiam Conſtantinopolitanorũ, deinde Francorum (quorum etiam authoritate & conſenſu inſtituebantur) non ſunt auſi (vltrà alios 470. annos a iudicio Phocæ, vſque ad Gregg. VII. qui ſeditionibus aſtu magno concitatis in Germania Imperium attriuit) manum apponere ad tertenum Imperium, iuriſdictionémque exercendam in Principes & laicos, nec Romæ quidem: ſed tantum interim (etiam ante Phocam) appellationes ab aliis Epiſcopis vel Primatibus ambire cœperunt: quamuis hoc illis in d. concilio Aphricano denegatum fuiſſet: vbi Bonifa. primus Legatos miſerat cum certo commonitorio: quo', inter alia, poſtulabat appellationes Epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ Sacerdotem deferri, præterens ita per concilium Nicenum definitum fuiſſe. Verùm ducenti ſeptemdecim Epiſcopi, qui in eo concilio præſentes erant, vniuerſalem totius Aphricæ ſynodum agentes, nihil de hoc habebant in ſuis codicibus. Ideo ſolennes Legatos miſerunt Conſtantinopolim, Antiochiam, & Alexandriam, neenon Romam, obnixe togantes vt tranſmitterent exemplaria Niceni concilij, vſque ad illorum aduentum ſuſtinentes: tandem omnibus exemplaribus excuſſis, inuentum eſt nihil de hoc haberi in decretis Nicenis.

Papa Rom. apellationes peccos repellitur.

Impoſtura.

17 ¶ Illud etiam certum eſt non ſolùm dicti concilij, ſed etiam aliorum ſingularium Epiſcoporum litetas, quantumuis humiles, non alio titulo fratris vel coepiſcopi, ad Romanum, quam ad alios Epiſcopos ſcriptas, & nuncupationem Papæ, omnibus Epiſcopis Papæ nomẽ commune Epiſcopis. æque communẽ fuiſſe, vt paret in epiſtolis Cypriani, Ambroſij, Hieronimi, & Auguſtini, & aliorum antiquorum Præſulum & doctorum: qui & pertiotes & ſanctiotes erant his, qui ſecuti ſunt. tex. eſt enim in c. loquitur in ſuperſcriptione. 24. q. 1. vbi Cæcilius Cyprianus, Carthaginienſis Epiſcopus, Papa vocatur. Cõſtat enim tex. illum eſſe Carthaginienſis Epiſcopi,

de quo ſup. nu 14. nullus autem in catalogo Romanorum Pontificũ eſt Cypriani nomine. Idem tex. in c. de eo tamen. 50. diſtinct. & c. abſit. ea diſtinc. vbi etiã clerus ipſe Romanus, ſcribens ad ſanctũ Cyprianũ, vocat eum Papam. ſed ibi gl. putans literam mendoſam, valde errat: quia non vidit libros antiquorum patrum, nec etiam conciliorum Eccleſiæ: in quibus Auguſtinus, Hyponenſis Epiſcopus, Papa vocatur, à concilio, Aphricano, nedum à beato Hieronymo, Bonifacio, & aliis. Quinetiam Clodoæus, ſiue (vt beatus Rhenanus mauult) Ludouicus, primus Francorum Rex Chriſtianus, Simplicem Epiſcopum Papam vocabat, vt apud Grego. Turon. hiſto. lib. 2. c. 27, & hoc plus quàm notorium eſt, ante ambitioſum illud iudicium Phocæ.

Clodoæus.

Senſus & mos primitiuæ Eccleſiæ.

18 ¶ Vides qualis fuerit ſtatus, ſententia, & vſus primitiuæ Eccleſiæ, quæ non minus, præ iſta, doctrinæ Chriſti conformior quam vicinior erat: & quàm nulla erat controuerſia, ſed ne mentio quidem, poſtea creati Primatus. Quid enim ſibi vult, quòd Paul. ad Galat. 1. air ſibi concreditum fuiſſe euangelium præputij, quemadmodum Petro circunciſionis? *Nam* (inquit) *qui efficax fuit Petro ad Apoſtolatum circunciſionis, efficax fuit & in me erga gentes.* Et ſubdit Iacobum & Cepham (à ſaxo, non à capite, vt indocti putant) & Ioannem, dextras ei ac Barnabæ ſocietatis dediſſe: vt ipſe, cum Barnaba, in gentes, illi verò in circunciſionem Apoſtolatu fungerentur. Quid (unquam) ſibi vult? niſi Apoſtolos ipſos doctrinam Chriſti, Matth. 20. Mar. 10. Luc. 22. vt infra eo. gloſſ. 17. litera R. diligenter obſeruaſſe? nec vnquam de Primatu, ſed de C prorogando euangelio & ſpirituali Chriſti regno duntaxat ſolicitos fuiſſe? Rurſus, quid ſibi vult doctrina illa Cypriani & Hieronymi ſupra ea gloſſ. nu. 15. niſi Apoſtolorum quoque diſcipulos idem ſenſiſſe & obſeruaſſe? velut in partem quoſque ſolicitudinis vocatos, ſub vno capite & Epiſcopo, paſtorumque

19 ¶ Principe, Chriſto: Pace quidẽ ſub Conſtantino t. reddita eccleſiis, cœperont Metropolitani inſtitui, non Primatus ergo, ſed curandæ diſciplinæ eccleſiaſticæ gratia. Omnes enim Metropolitani (qui poſtea vocatu ſunt Primates & Archiepiſcopi (pares erant, nec differebant à ſingulis Epiſcopis, niſi in hoc quòd plurimi quoque Epiſcoporum ſuæ prouinciæ ſolicitudinem gerebant, inter quos etiam vrbis Romæ Epiſcopus nominatim exprimitur in concilio Nice- D no. c 6. Adhuc ſedes illæ Primatum vel Archiepiſcoporum, arbitrio principum conſtituebantur, vt patet in conciliis Calcedonentibus & Aphricanis: vt manifeſtum ſit non diuinam & immutabilem, ſed politicam fuiſſe inſtitutionem, ab hominibus, diſciplinæ eccleſiaſticæ commodius curandæ, cauſa, inuentam.

Metropolitanorum inſtitutio.

Metropolis Principum arbitrio.

20 ¶ Et ne politica illa inſtitutio in occaſionem Primatus traheretur, diſerte concilianbus decretis cautũ eſt, vt nullus Primatum Princeps Sacerdotum, ſummus Sacerdos, aut quid eiuſmodi Primatum ſonans, vocaretur: ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus (videlicet in ſua quiſque Metropolitanus prouincia) diceretur, vt ſupra. ea gl. nu. 14. Hinc Cõſtantinopolitana E Eccleſia æqualis erat Romanæ, & eadem omnino iura & priuilegia habebat: imò etiam Romana dicebatur, & Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus papa Romanus, vt habetur 24. q. 2. c. vlt. verſicu. item Romanorum, id eſt, Conſtantinopolis vt ibi gl. & omnes docto recte exponunt.

Eccleſia Conſtantinopolitana æqualis Rom.

21 ¶ Tamen, quia Imperatores Conſtantinopolitani, non Conſtantinopolitani, ſed *ἰουδαῖοι*, id eſt, Romani, dicebantur, nec veterem Romam abalienare, nec poſtponere volebant, ſed vt caput Imperij retinere, ideo Iuſtinia. Magnus (qui Romam ter Gothis ereptam, bis per Belliſarium ratnnum, & iterum per Narſetem Imperio ſuo aſſeruit, vt ſcripſi in conſuet. A pariſi. tit. 1. in rubr. num. 24. conſtit. ſua nouella 131. de eccleſia. cano. in prin. (ſtatuit veteris Romæ papam primum eſſe, ſeu primam ſedem habere. Archiepiſcopum verò nouæ Romæ, ſeu Conſtantinopolis, ſecundum locum tenere: in Aphrica verò munus Archiepiſcopale dedit Epiſcopo Iuſtinianææ Carthaginis:

Cur Roma prima ſedes.

22 ¶ cùm autem idem Chriſtianus Imperator natus eſſet è Taureſio, tunc obſcuro Dalmatiæ pago, iuxta ciuitatem Bederinam, apud Dardanos Europæos, poſtquam Taureſium quadrato muro circundatum ἐς τετράπυργιν id eſt, totidem turribus erexiſſet, ciuitatem quoque proximam auxit, & in honorem natiuitatis & patriæ ſuæ mirifice ornauit, & de nomine ſuo Iuſtinianæam primam appellauit: cumque prius Illyricorum Archiepiſcopo ſubeſſet, illam in Metropolitanam erexit, eique Epiſcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis, Triballeæ, ac Dardaniæ, ſcilicet Europeæ, & Niſiæ ſuperioris, & pannoniæ ſubiecit, & ſanxit vt hi ab Archiepiſcopo Iuſtinianææ primæ ordinarentur. Ipſe verò à propria ſynodo, nec his contentus, ſtatuit vt Archiepiſcopus Iuſtinianææ primæ, patriæ ſuæ, in præfatis prouinciis ſibi ſubditis, locum teneret Apoſtolicæ ſedis Romanæ: idque etiam à Vigilio Papa Romano, 23 ¶ confirmatũ fuit, vt patet in d. nouella Iuſtiniani, & ex his, quæ ſcribunt Agathias lib. 5. & Procopius de ædificiis Iuſtiniani libro. 4. qui ſic concordari debent, & inuicem, & ex dicta nouella ſuppleri. ambo enim tempore eiuſdem Iuſtiniani floruerunt, & ſcripſerunt, & ſub eius Ducibus militauerunt. Vnde Alcia. Parergõn lib. 5. c. 2. male facit Alciatus male de Procopio. Procopium contrarium dictæ nouellæ, & peius ſcribit Procopium Iuſtiniano iofenſum fuiſſe: cùm conſtet illum ſummis laudibus vbique proſequi, nihilque omittere quod ad honorem Principis ſui faciat. ſed concordari & ſuppleri debent, vt dixi. Et de illa Iuſtinianæa prima mentionem facit Grego. Magnus in c. quia igitur. 63. diſtinct. vbi electionem Io. concorditer à concilio, id eſt, ſynodo ſuæ prouinciæ, electi, iuxta præfatam nouellam Iuſtinia. & de voluntate ſerenniſſimi Principis, id eſt, Imperatoris (qui veriſimilitet Mauricius erat) gratiam habet. Et rurſus in regiſtro, & habetur 7. q. 1. c. 1. vbi gloſſ. 1. putans eſſe Salonam, non minus erat, quàm qui Iuſtinianum Magnum Thracem fuiſſe putant, cùm eſſet Illyricus.

Nomen ſummi orbis Pontifex.

24 ¶ Nomen tamen hoc *ſummus orbis Pontifex*, nondum, etiam tempore Iuſtiniani, natum erat, nec tempore Gregorij Magni, qui centum fere annis ſecutus eſt, & ſimplicem vniuerſalis appellationem exhorruit, vt ſupra ea. gloſſ. num. 8. nec ex veterum omnium ſcriptis colligere licet, vt Etaſmus quoque ſcripſit, epiſtolarum libro 3. epiſtola prima. numero. 73. & verum ſcribit. Ego enim ex Baſilij, Cypriani, Fulgentij, Chryſoſtomi, Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, & aliorum veterum & probatorum eccleſiæ doctorum nedum Tertulliani, ſcriptis, non ſolum titulum illum colligere non potui: ſed potius ambitioſo illi ipſi repugnantia inueni, etiam ſi breuitatis cauſa locos tantùm vulgatos citaui: qui in magno etiam decreto habentur, vt ſupra ea. gloſſ. numero. 15.

Nomen ſummi Sacerd. cõm. Epiſcoporum.

25 ¶ Bene quidem inueni, in antiquorum etiam Pontificum ſcriptis, Epiſcopos vocari ſummos Sacerdotes, vel ſummos Pontifices, & eorum munus ſummum Sacerdotium: ſed hoc in communi duntaxat, ſeu promiſcuè, nuſquam verò certo Epiſcopo vel ſedi ſingulariter attributum, vt ex 7. ſynodo habemr in c. omnes 38. diſtinct. vbi munus ipſum Epiſcopale ſummum Sacerdotium dicitur ibi, *ſubſtantia enim ſummi Sacerdotij noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita*, id eſt, vera diuinarum ſcripturarum diſciplina. vbi gloſ. verbo *ſubſtantia*, deprauat text. dum exponit, id eſt, de ſubſtantia Sacerdotij videtur eſſe: & male: quia imò verbum *ſubſtantia* proprie ſtat. id eſt, fundamentum, & id ipſum quo ſubſiſtit verum, non perſonatum, Sacer-

Verum Sacerdotium.

dotium. Et paritèr in concilio Agarhenſi, quod habetur in c. Pontifices 12. q. 3. Epiſcopatus vocabatur ſummum Sacerdotium, & omnes Pontifices ſummi Sacerdotes: prout etiam vocabat Fabianus, qui anno domini 240. vrbis Romæ Epiſcopus factus eſt, in c. Deus ergo. 3. q. 2. vbi de omnibus Epiſcopis promiſcuè loquitur, & omnes pariformiter ſummo Sacerdotio fungi ait. & Anacletus, qui centum triginta octo annis ante Fabianum fuit Epiſcopus vrbis Romæ primus à Cle. 1. in c. accuſano. 1. 2. qu. 7. vocat Epiſcopos ſummos Sacerdotes & Apoſtolorum ſucceſſores. Idem Innocentius 1. qui factus eſt vrbis Romæ Epiſcopos, anno domini 405. vt habetur in c. miramur. 61. diſtinct. & Zozimus, qui vrbis Romæ Epiſcopus factus eſt anno domini 420. vt patet in c. 1. 69. diſtinc. Non enim loquuntur de ſummo Sacerdotio ſõlius B eccleſiæ Romanæ, ſed omnium eccleſiarum: ſiue, vt beatus Cyprianus docebat & prædicabat, de vno, quod eſt omnium, vt ſupra ead. gloſſ. nu. 15. Sic Vrbanus 1. qui factus eſt vrbis Romæ Epiſcopus anno domini 226. nomen ſummi Pontificis cuilibet Epiſcopo vniformiter attribuit, vt patet in c. ſi officia. 59. diſtinct. prout etiam indifferenter obſeruabatur anno domini 310. tempore Melchiadis Papæ Romani, etiam eo authore, vt eſt tex. in c. de his. de conſecra. diſtinct. 5. & multis deinceps ſeculis, vt patet legentibus ſcripta antiquorum.

26 ¶ Quod non erat inconueniens, nec contra præfatam Chriſti doctrinam & decreta concilaria, quæ duntaxat vetant vnum ſingulatem, talem, ad aliorum differentiam & ſubiectionem, dici: non autem C in communi: quia tunc ceſſat periculum dominationis vitæ per vnum ſolum in omnes alios vſurpandæ. Nunquam etiam in Eccleſia Chriſtiana aoditum fuit aliquem ſingularitet & peculiariter, nedum priuatiue ad omnes alios, Principem Sacerdotum, vel ſummom Sacerdotem, aut Pontificem dici, ante illud iudicium Phocæ: (vtpote contra præfata coocilia & decreta) ſed nec aliquanto poſt illud iudicium, ſed illius occaſione ſenſim emerſit. Satis tamen conſtat eccleſiam Græcam nunquàm in hoc obediuiſſe indicio Phocæ, nec Romanam eccleſiam, vt dominium, vnquam agnouiſſe (ſicut nec vſquam eccleſia Aphricana, vt dictum eſt) niſi citca annum domini 1202. cum Franci, duce Balduioo, Venetis auxiliatibus, Conſtanninopolim tratecíſſent (vt Alexium in D Imperio teſtituerent: ea condiciooe, teſte Plan. in Inno 3. vt eccleſiam Græcam Romanæ ſubijcerent) Alexio verò reſtituto, & mox per inimicum occiſo, Imperium, excepta Adrianopoli, occupaſſent: quandiu Balduinus, & reliqui Franci Imperatores, circiter quinquaginta octo annos, illud non pacifice nec plene tenuerunt) vſque ad Michaelem Palæologum: qui, Francis expulſis, priſtinum Imperij ſtatum obtinuit. Vnde, quamuis in lib. Grego. 9. multæ ſint Decretales ad Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum tamen omnes emanauerunt eo tempore, quo Galli ibi dominabantur: vt c. ſolitæ. c. inter quatur. vbi in annota. tex. dixi de maiorit. & obedien. c. quaoto. de couſinet. c. vlt de confirma. vtil vel inuti. c. 5. de inſtit. E & vbicunque Conſtanonopolitano Partiarchæ dirigunntur: niſi inſperſcripno eſt manifeſte erronea, vt in c. 4. de cenſ. vbi eam cottexi ratione margini addita. Quin, vt refert Plan. in Nicol. 4. ad fi. & Bapnſta Egnat. Roma. princip. lib. 1. præfatus Palæologus, ex eo quòd ad concilium, Lugdni à Gregorio decimo indictum, veniſſet, & facile cum Romano Pontifice conuenilſet, tantam inuidiam Græcanicæ gentis (etiam apud Sacerdotes & monachos ſuos, vt ait Plat.) contraxit, vt nec morienti tuba perſoluerint, & locum ſepulturæ negarint, vt nec Andronicus Palæologus, filius eius, & in Imperio Conſtantinopolitano ſucceſſut, mutuc auſus fuerit, quem tamen Cle. 5. anno A 1307. Pictauis exiſtens, ſchiſmaticum & hæreticum declarauit, & omnes cum eo fœdus vel commercium habentes excommunicauit, vel in penul. extrauagantium communium: ob id videlicet quòd appellationes à Græcia ad Papam emitti denoluique non faceret, nec eum ſuperiorem agnoſceret. Et certe, vtex hiſtoncis rerumque ſerie facilè colligere licet, hæc φιλοδοξία & φιλοκρατία & ambitio Papæ in cauſa fuit Imperij Conſtantinopolitani à Gallis amiſſi, & tam difficulter interim paucis annis retenti. Balduino enim, Flandriæ Comite, intra annum (quo Conſtantinopolis Imperator appellatus eſt, & ex fœdere, vtcunque potuit, eam eccleſiam Romanæ ſubiecit) aſſumpto, Henricus, frater eius, Imperator ſalutatus, ſe, ex eodem fœdere, adiutorem præbuit Romani Pontificis, Legato, ad hoc, à Papa Byzantium miſſo, vt Græcos ſubigeret ad Romanæ eccleſiæ ritum ſuſcipiendum. Sed vix ea tes moueri cœpta eſt, cùm ſeditio ingens ciuitatem inuaſit, Græcis reclamantibus Imperatoris officium eſſe arma curare, non ſacra: ſatis ſuperque à ſe datum quòd ſuam ſemel paſſi eſſent eccleſiam Romanæ ſubiectam renuntiari. Deinde Henrico, immatura morte aſſumpto, Petrus, Antiſſiodotenſis Comes in deſuncti locum Imperator à Gallis declaratus, prius Romam cum vxore profectus, ad Laurenti fanum extra mutos, Imperij inſignia ab Honorio 3. malo omine accepit: quoniam, paulò poſt, à Theodoto Græco (qui in Epiro pro Imperatore Græciæ ſe gerebat) medio conuiuio obtruncatus eſt: cuius filius Roberms, in eodem Imperio & miſeria ſucceſſor Venetorum Ducem, fœderis & auxilij cauſa Imperij collegam appellabat. Verùm cùm perduitis matronæ Conſtantinopolitanæ filiam, Purpurato cuidam prius deſponſatam, vxorem duxiſſet, prior ſponſus domum Roberti Imperatoris irrupit, nouamque nuptam truncis natibus deformat, euſque matrem domo abſtractam in mare præcipitat. Imperator autem Romam profectus, multum apud Papam (ciolis oempe diſſenſionis authorem) queſtus, cùm inde Bizantium rediret, in Achaia deceſſit: vt Sabelli. Ennea. 9. lib. 6. quo valde miratur adeo tum nullas Imperatoris opes fuiſſe, vt nec priuatam quidem iniuriam vleiſci potuerit, ſed aut multum cæcuit, aut (quod verſimilius eſt) in gratiam Papæ diſſimulat Græcos, eriam Conſtantinopoli, non habuiſſe Gallos illos pro Imperatonbus, ſed pro vſurpatoribus & tyrannis: eo quod eorum eccleſiam Romanæ, contra conſenſum cleri & populi, ſubijcere ſatagerent, vt ſatis liquet ex ſcriptis Sabelli. necnon Antoni. tit. 19. c. 2. §. 2. & aliorum. Sed ad tem. Romani verò Pontifices, à Phoca œcumenici declarari, tandiu Conſtantinopolitanos Imperatores in pretio habuerunt, quandiu è re ipſorum fuit, vt latè diſertéque in ſua lingua tractat Nicolaus Machiauegli, in ſua hiſtoria. præſertim in lib. 1. vbi Papatus ortum, progreſſum, & incrementum, Pontificumque Romanorum in id artes graphicè deſcribit: dicens Pontificem Romanum nullam aliam initio habuiſſe authoritatem, ea, quam ei dabat religionis & doctrinæ reuerentia. Primam autem occaſionem auctæ eorum authoritatis tribuit Theodorico Regi Gothorum, quando ſedem ſuam fixit Rauennæ: quia Roma remanſit ſine Principe: vode Romani occaſionem habuerunt maiorem obedientiam præſtandi Papæ, nec tamen multùm creuit eius authoritas, donec aduentu Longobardorum, Italia in plures partes diuiſa, occaſionem dedit Papæ *di farſi più vino* (vt verbis Machiauegli vtar) hoc eſt maioris ſpiritus & robotis fieret: quia Romani, mediante Papa, velut capite, non tanquam ſubiecti, ſed tanquam ſocij, ſe cum Longobardis, & cum Longino Exarcho, colligarunt. Cum autem Papæ modò Longobarborum, modò Græcorum, ſeu Imperatoris Conſtantinopolitani amici eſſent, ſuam dignitatem

Cur nemo ſanctum cùm Epiſcop. omnes tolerabatur.

Eccle. Græca non obediuit iudicio Phocæ.

Galli Imperiam Conſtantinopolitanum occupant.

Michael Palæologus.

Andronicus Palæologus

Balduinus.

Henricus

Petrus Antiſſiodorenſis.

Robertus

Ortus & progreſſus Papatus.

Theodoricus Rex Gothorum.

augmentarunt. ſecuta verò ruina Impetij orientalis, noodum lapſis centum quinquaginta annis à præfato iudicio Phocæ, cogitate cœperuot de eo in Francos transferendo, vt Longobardotum Regum iugum, tributum à Roma petentium, regnóque Italiæ inhiantium, excuterent. quod & fecerunt. vt ſatis ſcripſi in conſuet. Pariſi. tit. 1. in Rubr. num. 18. & eadem via eadem iura & priuilegia, quæ Conſtantinopolitani Impetatores in ordinatione & ioueſtitura Romani Pontificis & reliquotum Epiſcopotum habuerant in Carolum Magnum, & Francos ſucceſſores ſoos, tranſtulerunt. 31 ¶ Noo enim intelligendum eſt (vt volunt imperiti Canoniſtæ, hiſtoriarum ignari) quòd Adrianus primus de nouo creauerit & dederit Carolo Magno, & ſuis, iura & priuilegia, de quibus in e. Adrianus, el. 2. 63. diſtinct. ſed eadem iura (quæ antiqua & Imperialia erant) eidem Carolo ſimul cum Impetio competere tecognouit, & confirmauit: imò non ſolùm hoc ius Imperatotum in ſuo Imperio, ſed etiam reliquotum Principum io ſuis Regnis.

52 ¶ Francorum enim Reges, initio priuſquam pedem in Italia poſuiſſent, & quicquam Romano Pontifici contuliſſent, ab eo fidei & diſciplinæ eccleſiaſticæ rationem exigebant, e. ſatagendum. 25. q. 1. vt ſupra eo. gloſſ. 4. & in ſuo tegno, etiam dudum ante Carolum Magnum, non ſolùm Abbatias, ſed etiam Epiſcopatus dabant, vt ſatis indicat Grego. Turonen. Epiſcopus (qui vixit, & ſcripſit, tempore Grego. Magni) in ſua Franeorum hiſtoria, lib. 4. c. 6. cum ſeq. &, vt refert Anuoni. qui ante trecentos quinquaginta annos ſcripſit de hiſtoria Ftaocorum, lib. 4. c. 83. Carolus Magnus monaſterium ſancti Dionyſij Fordulpho Longobardo dedit, in præmium detectæ coniurationis Pipini ſui primogeniti, qui poſtea ante patrem obiit. & apud eundem authorem de Abbatiis paſſim, & lib. 3. c. 55. Innocentius, Ganalitanotum Comes, per decretum Btunichildis Regiuæ in Epiſcopatu Rotenorum ſucceſſit, & Guntranus, Francorum tetrarcha, Burgundionum Rex, elegit & ſubſtituit Sulpitium in Epiſcopum Biturigum, dicens multis Epiſcopatus competuturibus, *Non eſt* (inquit) *noſtræ conſuetudo manſuetudinis, eccleſias Chriſti pretio vendere: ne nos damnationis digni, & vos Mago Simoni ſimiles videamini.* & ita frequenter inuenias apud eundem authorem.

53 ¶ Et ſic in e. hinc eſt. 16. q. 1. non erat priuilegium, vt putat, ſeu potius ſuadere niturat Gratia. qui, arte monachica, de qua in c. inter dilectos. de fide inſtru. de ſuo aſſirit ea verba quòd priuilegium ita eſt, &c. ſed ea adiectio non eſt Grego. Magni, authoris d. c. cuius tempore (vt per Grego. Turonenſem *suæ gloriæ* ſuum, & alios chronographos) erat verum ius commune Francorum Regum: quod, ſicut & ius Regaliotum, non habuerunt nec acceperunt à priuilegio Papæ (vt putant imperiti Canoniſtæ) ſed à ſua cotona. Et pariter de Regibus Hiſpaniæ, text. eſt in e. cum longe. 63. diſtinctio.

34 ¶ Sunt enim Reges fundati in temporalibus io Regno ſuo, vt tradit Panor. in c. veniens. nn. 4. de accuſatio. & conſequenter in fundatione & patronatu eccleſiatum, ſaltem maiotum, Regni ſui: puta Epiſcopatuum, Abbatiarum, & Prioratuum, vt tradit Archid. c. lectis. 63. diſtinct. ſequitur Bald. in proœmio Grego. ineip. Rex pacificus. colum. 2. & in c. quanto. in fi. de Indic. Idem ſimpliciter firmat Anto. Corſetus in tract. de excellen. & poteſta. Regia. q. 34. reiecta teſtrichione Præpoſiti Mediola. in c. impetium. 10. diſtinct. qui vt Nupetus Canoniſta, & Cardi. Alexand. quantum potuit niſus eſt iura Principum reſtringere, & decreta antiqua caullari. Sed tantum abeſt vt patronus ex fundatione ius præſentandi habeat ex mera gratia (vt commenti ſunt noui Canoniſtæ) vt hoc habeat iure primitiuo, & tanquam partem iuris & dominij priſtini, per text. in l. talem in fi. & ibi Bald. & Io. Imola de hæred. inſtitu. Bald. in d. c. quanto. & e. ſignificauit. in fi de teſti. Bald. Philippus Corneus l. 3. C. de fideicom.

35 ¶ Quòd de mera collatione beneficiorum, pleno iure ſpectante ad Regem (text. eſt in c dilectus. 3. de præb. & in c. cùm ioter. in parte deciſa. de conſuetu. & de Comitiſſa Flandrenſi, in e. fi. de conceſſ. præb. qui text. & ſimiles non ſunt intelligendi de priuilegio Papæ, vt noui canoniſtæ, adulantes Papæ, fingunt, ſed iure ſuo, quemadmodum iura Regaliotum, a ſua corona) non beneficio Papæ Reges habent, etiam ante omnia iura Pontificia, vt dixi in conſuetu. Pariſi. §. 27. colum. vltim. Nec ſolùm Regibus & Imperatoribus, ſed etiam aliis Principibus & dominis locotum competere poteſt, vt tradit Archid. in d. c. lectis. 63. diſtinctio. & eſt tex. in c. abbatem. 2. 18. q. 2. vbi loquitur de domino poſſeſſionis, vt Abbas non poſſit ordinari, niſi quem monachorum electio & poſſeſſionis dominus popoſcerit. Nec ſubſecutæ nouæ Decretales Papæ potuetunt priora hæc iura tollere, ſicut nec iura Regalhorum. Itaque meri Canoniſtæ ſuis decretalibus (quæ domeſtica teſtimonia vocat glo. in c. patet. 9. q. 3. & gloſſ. Io. Andre. in clē. vnica in verbo Bonifa. de iureiurand. exarmati, confugiunt ad aliud aſſumptum à ſe confictum: videlicet quod laici ſpiritualium ſunt incapaces. Hoc enim potiſſimo ariete ſedrioſus ille Thomas Cantuarienſis (contra Regiam maieſtatem Henri. 2. Angliæ Regis, domini ſui, à quo Cancellarius, deinde Archiepiſcopatus honore decoratus fuerat, inſurgens) Regalia illius Regni quatere niſus eſt, idque apud Alex. 3. omnibus remis veliſque profecutus eſt, vt patet in c. ex frequentibus. de inſtitutio. & apud Antoni. tit. 17. c. 1. §. 9 & c. 3. quē, licet ab Alex. 3. in duos relatom, Henri. 8 Angliæ Rex ætate noſtra, fere poſt quadtingentos annos, læſæ maieſtatis damnauit. Verùm (vt omnes Theologi teſtantur, præſertim Richardus de ſancto Victore in 4. ſententia. diſtinct. 13. & ibi Tho. Aquinas & Gabriel Biel diſtinct. 13. qu. 2. art. 3. & in electio. 28. canonis) multum falluntur Canoniſtæ temporalia & carnalia ſpiritualibus miſcentes, & prætextu cuiuſuis dependentiæ vel annexionis confundentes: & ſecundum Io. Gerſon in lib. de vita ſpiritu. animæ. lectio. 2. corolla. 3. in fi. crebro falluntur & fallunt. & idem Gerſon eodem lib. lect. 3. col. 2. expreſſim ait, quòd einſmodi adinuentio (quam commenti ſunt Canoniſtæ) annexæ ſpiritualitatis turbationes plures, quam ſcribi poteſt, traduxit in Eccleſiam. Cùm enim, figmentis remotis, ad verum ipſum ventur. res ſpirituales (non ſpiritus ipſi ſed ad ſpiritum permnentes) proprie & eſſentialiter ſunt gratia Dei, verbum Dei, virtutes: vſque adeò vt ſacramenta (quæ ſunt ſpiritualia) tamen ſecundum Theologos noo ſunt talia eſſentialiter, ſed cauſaliter, vt termois eorum ſcholaſticis vtat. volunt enim dicere inſtumentaliter, vt aperte ſentiunt & ſeſe declatant in locis præfatis, & vbicunque de his loquuntur.

38 ¶ Vnde decimæ, ſicut & alij reditus eccleſiaſtici, ſunt res carnales & temporales, non autem ſpirituales, ſed ſpiritualium miniſterio deputatæ. Omnia autem temporalia vt non, niſi iure humano ab eccleſiaſticis poſſidentur (vt teſtatur beatus Auguſtinus tract. 6. in Io. & habetur in e quo iure. 8. diſtinct.) ita diſſenſu dominorum temporalium, cauſis occurrentibus legitimis, auferri poſſunt, vt ad verbum decidit Ioan. Gerſon in d. libr. lectio. 3. & fere trecentis annis ante enim Hugo de ſancto Victore, Theologus Pariſienſis, in lib. 2. de Sacramentis.

39 ¶ Ius quoque patronatus non eſt ſpirituale, ſed temporale, vt etiam fatentur Panorm. Philippus Decius, & communiter Canoniſtæ in e. quanto. de iudici. Rochus Curtius in tract. de iure patron. verb. ius.

Quando Papæ egerint de Imperio transferendo.

Carolus Magnus.

Ius inſtit. Pap.

Reges tributa olim dederint Epiſcop. & Abbatus.

Ius præſenti. di non eſt de gratia.

Reges fundati in patronatu Eccleſiarū.

Non habent Regalia à Papa.

Rex plenum ius conf. et præbendas.

Regalia non potuerūt poſt. per decretales.

Theologi Canoniſtas reprehendunt.

Res ſpirituales.

Decimæ quomodo ſint ſpirituales.

Ius patronatus non eſt ſpirituale

ius. Eſt tamen ſecundum eos ſpirituali annexum, vtque proprius loquuntur Thomas Aquinas in 4. ſententia. & reliqui Theologi, ad ſpiritualia ordinarum. non ergo ſpirituale eſt. rexr. in l. ſeruitures. 3. §. ſeruitus. de ſeruitu. Ius autem etiam pleno iure conferendi, vel electionem confirmandi ſeu ratã habendi, ſpectat ad politeam & externam diſciplinam Eccleſiaſticam, quæ pars eſt etiã politeæ Regiæ, per no. in præfa. ſuperioris edicti. num. 16. Proinde vel meri laici non minus capaces ſunt etiam propriiſſime & eſſentialiter ſpiritualium, quam meri clerici, vt eſt in confeſſo. & ſic patet quàm male fucatum fuerit argumentum Canoniſtarum: quorum etiam aliqui male, imò iniurioſe, laicos inter prophanos deputant.

Miniſterium vere Eccleſ.

40 ¶ Ipſum certe miniſterium, vere & proprie eccleſiaſticum (ſcilicet euangelij, verbique Dei, & adminiſtrationis ſacramentorum) ſeparauit Deus ab adminiſtratione & poteſtate ciuili etiam Regia, vt ſatis ſuprà probatum eſt, & eſt text. in c. te quidem. c. ſicut. 11. q. 3 non autem externam politiam, diſciplinamque Eccleſiaſticam: cuius pars eſt præfectio ad ſacerdotia, vel etiam eorum congrua diſpoſitio. Et vltra exempla prædicta extat in Regeſtis præfati Senatus, & annalibus Francorum, decretum Philippi Auguſti Francorum Regis: quod, ad expeditionem Hieroſolymitanam aduerſus Saladioum profecturus, edidit ſub hoc tenure: *Si forte contigerit ſedem Epiſcopalem, vel aliquam Abbatiam, in Regalia vacare, volumus vt canonici eccleſiæ, vel monachi monaſterij vacantis, veniant ante Regnum & Archiepiſcopum* (ſcilicet Remenſem, patruum ſuum, quem, cum vxore, Regni ſui Regentes conſtituerat) *ſicut ante nos venirent, & libere ab eis electionem petant. Nos volumus quòd ſine contradictione eis concedant. Nos verò tam canonicos quàm monachos monemus, vt talem paſtorem eligant, qui Deo placeat & vtilis ſit Regno.* Quid quòd ſi Rex abſens aliter non prouiderat, eccleſiæ cathedrales, ſede vacante facultatem eligendi petebant à Rege, in ſupremo Pariſiorum Senatu, vt in eius regeſtis habetur.

Philip. Auguſtus.

Imperatores inſtituebant Papas.

41 ¶ De Romano verò Epiſcopo indubitatum eſt non licuiſſe, ſine Imperatoris aſſenſu, eum ordinare, vt apud Paul. Diaconum de geſtis Longobardorum, lib. 3. c. 39. & c. 74. Plat. in Pelagio 2. & Grego. 1. Sabellicum Ennead. 8. lib. 5. & omnes. Id enim apud omnes in confeſſo eſt: non ſolùm de Conſtantinopolitanis Imperatoribus, tam ante quàm poſt iudicium illud Phocæ, ſed etiam de occidentalibus Imperatoribus, poſt Imperium in Francos tranſlatum, ſeu potius ſectum, oriente Græcis relicto, & occidentis Imperio, etiam per Italiam Apuliam vſque, Carolo Magno, ſuiſque ſucceſſoribus, Francorum Regibus, attributo. His enim ſimul eadem iura, tam Romani Pontificis, quàm reliquorum Epiſcopotum ſui Imperij attributa ſunt, vt noper nom. 14. dictum eſt. imò non ſolùm Francis Imperatoribus hoc ius in Romanam ſedem competit: ſed etiam, poſt illos, Germanis Imperatoribus: qui eo iure vſi ſunt, donec Greg. 7. multis ſeditionibus & cædibus per eum ob id in Imperio concitatis, ius illud ab Henri. 4. extorquere niſus eſt.

Henricus 5. hudere coactus.

Er tandem circa annum 1110. Henricus quintus quarti filius, ne ſimilibus ſeditionibus per Papas agitaretur, coactus eſt ei iuri renunciare Paſchali. 11. qui primus nomine ſuo, ſediſque Papalis ſtipendiis, exercitus armatos per Italiam, ad illius Regnum capeſſeodum, circunduxit.

42 ¶ Er quamuis interim, ante Grego. 7. ratione neceſſitatis (quòd non eſſet liber aditus ad Imperatorem) vel ratione alterius periculi aut ſeditionis, quandoque contigerit Romanorum Pontificem eligi ſine authoritate Imperatoris: tamen tantum abeſt vt ob id ius Imperij interruptum fuerit, vt, Legatis excuſatum miſſis, & confirmatione ſequenti, recognitum & confirmatum fuerit. vt, cùm anno 581. Pelag. 2. Pontifex creatus fuiſſet iniuſſu Imperatoris Conſtantinopolitani (quoniam vrbem Romam, diu à Longobardis obſeſſam, nullus exire poterat) miſſus eſt Conſtantinopolim, ad placandum Imperatorem, Gregorius, tunc Diacoous, qui confirmationem Pelagij, cui poſtea ſucceſſit, à Mauricio (cuius interim filium de ſacro fonte leuauit, & Euticium hæreticum conuicit) obtinuit, vt apud Paul. Diaconum de geſtis Longobardorum, lib. 3. c. 10. Annoni, de geſtis Franco. lib. 3. c. 39. Plati. in Pela. 2. Antoni. tit. 12. c. 2. Sabellicum Ennead. 8. lib 5. colum. 12. & omnes Chronographos. Pariter, cùm, collabente Imperio, Imperatores Conſtantinopolitani, bona quoque parte Italiæ amiſſa, reliquum ægre per Exarchos) qui, Roma omiſſa, Rauennæ conſidebant) tutarentur, vana erat cleri & populi electio: niſi eam Imperatores, aut eorum Vicarij Exarchi, confitemaſſent, vt etiam teſtatur Plati. in Seuerino: quem in Romanum Epiſcopum, authoritate Iſatij Exarchi electum, & ab eo confitematum fuiſſe teſtatur anno do. 635.

Pelag. 2.

Seuerinus etiam per Exarchum confir.

43 ¶ Cùm autem, tempore Ludouici Pij, Francorum Regis & Romanorum Imperatoris, Paſchalis primus ſine eius authoritate Romæ Pontifex creatus ſuiſſet, timens exaurborari, ſuámve electionem reprobari, Legatos miſit ad Ludouicum 1. Imperatorem: qui illi ſatisfacerent, eiuſque rei culpam omnem io clerum & populum reijcerent: quòd ab bis vi coactus eſſet Pontificium munus obire, priuſquam Imperator eſſet author factus. Accepta hac ſatisfactione Ludouicus reſpondit populo & clero, maiorum inſtituta & pacta ſeruanda eſſe, idque tebus eorum conducere. &, vt manſuetus erat, Pontificem confirmauit. ſub hac tamen iniunctione, vt deinceps cauerent ne ſimili exemplo Imperatoriam maieſtatem læderent, vt teſtantur Plati. & Sabelli. ennead. 8. lib. 9.

Paſchalis 1. à Ludo. Pio. Imp. confir.

44 ¶ Cùm autem Bernardus, ab auo Carolo Magno Italiæ Rex factus, inſtigantibus quibuſdam (vt etiam Plati. ſcribit) Epiſcopis & ſeditioſis, ex eo quòd natus eſſet ex Pipino primogenito Caroli Magni ante patrem defuncto, à patruo deficiens, Imperium occupare niſus, victus, captuſque pœnas dediſſet, Ludouicus Lotharium primogenitum filium, Regem Italiæ declarauit, neenon in Imperij conſortium aſſumpſit. Itaque Lotharius, viuo patre, Romæ à Paſchali, 1. coronatus eſt. Mortuo verò Paſchali. 1. rurſus idem Lotharius, eius nominis primus, Romam venit, & ibi, tanquam dominus & Imperator, politeam conſtituens, magiſtratum delegit & inſtituit, qui populo Romano ius diceret, vt etiam ſcribit Plati. in Euge. 11. vbi ſubdit quòd ſub Francorum Imperio, videlicet imperante Carolo Magno, deinde filiis eius, Romani libertate aliqua (hoc eſt, recta & commoda politea) poſt longam & grauem ſeruitutem vſi ſuot. Deiode poſt Euge. 11. Valentinum (qui quadrageſimo die exceſſit) Greg. 4 abſentibus Imperatoribus, à clero populòque Romano electus, nuntiis ad Ludouicum Pium adhuc viuentem miſſis, diſtulit, nec prius Pontificium munus iniit, quàm Imperatoris conſenſum habuiſſet. Ludouicus autem Pius, Imperator, certos ob eam cauſam Legatos ad electionem examinandam Romam miſit: à quibus diligenter electione diſcuſſa, nomine & authoritate Imperatoris Grego. 4. confirmatus eſt, vt teſtatur Plati. & Volaterra. lib. aa.

Lotharius. 1.

Magiſtratus à nom. à Lothar. delegatus.

Grego. 4.

45 ¶ Idem in effectu ſcribit Plati. de Benedic. 3. Præfatus enim Lotharius, huius nominis primus, Imperator, qui poſt obitum patris, pace & Regnorum diuiſione cum fratribus facta, ſolus, cum Imperij titulo, vrbem Romam cum Italia & Gallia Narbonenſi obtinuit, eaque parte Galliæ (quæ inter Scalim & Rhenum fluuios ſita eſt, quæque a Lothario, eius filio, Lotharingiæ nomen adhuc recepit) poſt

Benedic. 3.

Lotharing'a.

quindecim annos monaſterium ingrediens, Impe-
rium Ludouico. 2. filio ſuo, quem nupet in conſor-
tium Imperij aſciuerat, reliquit: qui Ludouicus 2. à
Sergio. 2. Romæ coronatus, poſtea per Legatos ſuos
Romam miſſos ad examinandam cleri populique
Romani electionem de Benedic. 3. illam confirmauit:
poſt cuius obitum Romæ, præſens electionem Nico-
Nicol. 2. lai 1. licet abſenòs & fugitantis, approbauit: 46 ¶ poſt
cuius Nicolai. 1. obitum, abſens, electionem Adria. 2.
Adria. 3. ſacris apicibus omiſſis, ratam habuit. Addit Plat.
quòd Romanos laudauit, eo quòd Pontificem ſanctè
& integrè creaſſent, non expectato aliorum voto, qui
in ea te, ob ignorationem perſonatum, minus iudicij
habuiſſent. Sed ex præcedentibus & ſequentibus ver-
De iure con- bis Plat. quæ non refero, ſatis apparet eum in hoc ſtu-
firmandi Pa- dioſe conari perſuadere Imperatorem eo iure priuan-
pam per Im- dum fuiſſe: ſed, ſi tam præcedentia, quàm ſequentia
pe. adueſſus. facta, rerumque ſeriem deſpicias, veriſimilius erit li-
Pl. & Grat. teras Ludouici ſecundi, fuiſſe literas confirmatorias
electionis, poſtquam Imperator per legatos ſuos eam
recte, & de ſancto viro factam cognouit. Quod au-
tem ſcribit Gratia. in c. cùm Adria. 63. diſt. non con-
cludit ex tunc ſublatum ius Imperatoris: & adhuc
videtur confictum: quia Grego. 4. cui Gratianus epi-
ſtolam illam adſcribit, ex longo interuallo ſecutus eſt
Adri. 2. Sed poſt Adria. 2. obitum, mortuo interim
Lud. 2. Caroſus Caluus, eius patruus, nempe Ludo. 1.
filius & Francorum Rex, Regni ſui anno 32. Impera-
Ioan. 8. tor factus, Romæ exiſtens, electionem Ioan. 8. approbauit, & ab eo Romæ coronatus fuit. Carolo verò
Caluo Mantuæ veneno ab æmulis, poſt ſex annos,
ſublato, & vt inquit Blondus, Hæbræo medico ſuo
pecunia corrupto, idem Ioau. 8. à vinculis Germano-
Filij Germa- rum (qui filius Ludouici Germanici, fratris Caroli
nici. Calui, Imperium vendicare volebant) elapſus, in Gal-
lias fugiens, Trecis ſynodo habita, Ludouicum co-
gnomine Balbum, Calui filium, Francorum Regem
& Imperatorem coronauit.

Io. Cation. 47 ¶ Hic Io. Cation, neſcio quo affectu, Gallos
& Pontificem grauat: quaſi iniuriam fecerint Ger-
manici filiis, & Carolus Caluus eorum matrem mor-
tuus fuerit: ſed verior eſt veterum, & aliorum hiſto-
ricorum conſenſus, vt dixi, nec Caluus & Io. 8. iniu-
riam fecerunt filiis Germanici, ſed vt pater eorum,
conſpiratione cum Lothario facta, iniurius fuit in Lu-
douicum Pium, patrem (quem in vincula, deinde in
monaſterium retruſit, eo quòd in Carolum Caluum
propenſior eſſet: quem etiam Carolum cuſtodiæ
manciparunt, vt vult Plati. in Grego. 4. & laous Ro-
bert. Gaguinus, & Paul. Æmilius de geſtis Francorum)
ista filij dicti Ludouici Germanici, velut odio hæredi-
tatio, Carolum Caluum, eiuſque filium, inique perſe-
quebantur, & ſatis aperte in eos, & in Pontificem, in-
iurij fuerunt: tum quod Imperium in ipſos Franco-
rum Reges tranſlatum fuiſſet: tum quod Carolus
Caluus non ſolùm Francorum Rex erat, ſed etiam
Caroli Magni nepos: & ſic gradu ſanguinéque pro-
ximior tam reſpectu ſtipius, quàm reſpectu Ludoui-
ci 2. ſui ex fratre nepotis, vltimò defuncti. Per obitum
verò Caluj, non potuit ad alium deferri, quàm ad Lu-
douicum Balbum, eius filium, Francorúmque Regem:
quo mortuo ſine liberis apparentibus, ſed relicta vxo-
re prægnante, adeo vrſerunt Germani, non expe-
ctata natiuitate & ætate Caroli Simplicis, Balbi filij,
adhuc in vtero exiſtentis, vt Io. 8. inuitus coronauerit
Carolum, Ludouici Germanici filium, cognomento
Craſſum: cui & ſuis, nunquàm Galli negotium face-
ſſerunt: quamuis Craſſus ille, ob corporis animíque
Carolus Craſ- segnitiem, à ſuis depoſitus fuerit. Tantum abeſt vt fi-
ſus Imperio lius Germanici proſpere ceſſerit Imperium importune
priuatus à & præpropere, neglectis Francorum Regibus, ambi-
ſuis. uiſſe, vt grauiſſima inde & hotrenda ſcandala ſecuta
Ablato Fran- ſint. 48 ¶ Hac enim occaſione quòd Francorum Rex
cis Reg impe- non ſolùm neglectus, ſed etiam Normanorum incur-
rio quot fe- ſionibus implicitus erat, & quòd Carolus Craſſus a Io.
cuta. 8. licet inuito, coronatus, ſegnis & inutilis erat, Regia
& Imperiali prouidentia ceſſante. Primò, poſt obi-
tum Io. 8. Martinus 2. Gallus, Pontificatum malis ar-
Marti. 2. tibus adeptus eſt, & male partum citò, vix annum &
quinque menſes implens, amiſit. Secundò Adria. 3.
Adria. 3. ſine vlla Regia vel Imperiali authoritate ingreſſus an-
no dom. 895. primus omnium attentauit ad Senatum
populúmque Romanum referre, nouámque legem
rogare, ne in creando Pontifice Imperatoria authori-
tas expectaretur: ſed liberæ eſſent cleri populique
Romani ſuffragia, vt Plati. Sabelli. ennea. 9. lib. 1. col.
9. Volater. lib. 22. & alij teſtantur. 49 ¶ Tertiò, per hoc
nouum, & vt euentus docuit. pernicioſum decreoum
publicæ & effræ. natæ ambitiones & ſimoniæ, violen-
Infames & tiæ, veneficia, cædes, Pontificiam ſedem inuaſerunt, à
deculteri) præfato Adria. 3. per 21. ſuccedentes, imò inuicem ſeſe
Papæ. excutientes Papas, præſertim Formoſum, Theodo-
rum, Io. 9. Chriſtophorum. Sergium 3. Ioa. 12. in adul-
terio confoſſum (quæ Plat. portenta & monſtra vo-
cat) per 75. annos, torpente direque afflicto Imperio,
vſque ad Leo. 8. electum authoritate Othonis primi,
Leo 8. germani Imperatoris valenoſſimi: qui enndè Leonem
Otno. 1. octauum confirmauit, Imperialia iura de inſtituoone
Ius eligendi Pontificis, ſub illo interregno ſopita, teſtimendo, &
Pap Imp. re- renouando: 50 ¶ adeo, vt Plati. ait, vt Leo autho-
ſtitutum. ritatem omnem eligendi Ponuficis, à clero populó-
que Romano, ad Imperatorem tranſtulerit. quod
tamen non ita tuditer, vt ſcribit Platu. accipiendum
eſt: ſed intelligendum morem antiquum teſtitutum,
vt cleri quidem & populi eſſet electio, ſed authoritas
examinandi, & ſi ſyncere facta eſſet confirmandi, pe-
nes Imperatorem: provt etiam ſanè debet intelligi
quod de Carolo Magno & ſucceſſoribus ſuis Fran-
corum Regibus habetur, in c. Adrianus. & de iſto
Othone 1. & ſuis ſucceſſoribus, in c. iii ſynodo. 63. diſt.
vbi inter Leo. 4. & conſequenter etiam clerum po-
pulúmque Romanum, ex vna parte, & Lotha. ſcilicet Pacta.
primum, & Ludouicum, ſcilicet a eius filium, in con-
ſortium Imperij aſſumptum, Auguſtos ex alia parte,
in formam pacti fœderiſve ſtatutum & firmatum eſſe
dicitur, quòd electio & conſecraoo futuri Romani
Ponuficis non niſi iuſte & canonice fieri debeat. Cùm
igitur Imperatoris ſpecialiter intereſſit pacta ſeruata
eſſe, poteſt, & deber, vel intereſſe, vel electionem fa-
ctam prius examinare, vt ſi iuſta pacta facta ſit, con-
firmet: ſin autem, reprobet: tum enam multorum
ſeculorum obſeruantia: quam Plao. retum experi-
mentis coactus, laudat in Cle. 2.

Quàm neceſ- 51 ¶ Quæ quàm fuerit neceſſaria ipſa veritatis
ſaria Impe. teſtis hiſtoria, rerúmque geſtarum ſeties oſtendit. Vt
authoritas in enim omittam Boniſa. 7. (qui preciosa quæque è Ba-
chg. Pap. per ſilica Petri furto ſubtrahens, Conſtantinopolim fu-
exemplum git: donec, diuendiòs quæ ſacrilegio abſtulerat, ma-
Boniſa 7 fa- gna vi pecuniarum coacta, Romam ad recipiendam
cris. & Io. 23. tyrannidem, hoc eſt, temporalem iuriſdictionem oc-
leri oforis. cupandam, tedit) & Io. 15. cleri oſorem (qui diuina
humanáque omnia cognatis & affinibus elargieba-
tur, vt teſert Platina) inde (id eſt, non intetueniente
Imperatorum authoritate) itruperunt tria illa tetet-
rima monſtra: videlicet (verba ſunt Plati.) Benedic. Tria monſtra
9. Sylueſter 3. Gregorius 6. quorum primus, vt ignauus Papæ.
& nullius preuj (vt ait Plan.) deiectus eſt: ſecundus
largitionibus Papatum redemit: quo expulſo, primus
per factiones teſtituitur: qui, videns ſeſe contracta
factione rutſus extrudendum, Pontificatum ſuum
vendidit tertio: qui ſedioonibus, ourmis, & armis,
certauit cum ſecundo, etiam redemptore. Hæc enim
conogerunt poſt obitum Henrici 2. cum caſta con- Henri. 2.
iuge ſua ſine liberis defuncti, & tempote Conradi. Conrad 2.
2. Sueui: ſub quo propter nouum initium ſui Impe- Imp.
rij in nouam familiam delato, omnia in Germania tur-

bata ſunt: quinetiam in Italia (vt ſcribit Plati. in Io. 20.) multæ ciuitates, ſpe libertatis erectæ, ab Imperio defecerunt: & ſic Impenj poteſtate turbata in Germania, & ceſſante in Italia, Pontifices ſibi ipſis relicti, in hæc horrenda ſcelera & ſcandala ceciderunt. Eò enim tum, vt ſcribit Plati. Papatus deuenerat, vt qui plus largitione & ambitiune valeret, is ſolus dignitatis gradum, bonis oppreſſis & reiectis, obtineret. Quem morem vtinam (inquit Plati.) non retinuiſſent noſtra tempora.

Henric. 3. Imp. 52 ¶ Tandem Henricus 3. filius d. Conradi, Henrico. 1. in Gallia regnante, Italiam cum magno exercitu veniens, habita Romæ ſynodo, cauſa cognita inter dictos Benedic. 9. Sylueſtrum 3. & Grego. 6. eos tanquam tetterrima monſtra, ad abdicandum ſe magiſtratu damnauit, & compulit: Syndegerum Bambergenſem Epiſcopum, qui Cle. 2. dictus eſt, Pontificem creauit (à quo etiam Romæ coronatus fuit) &, ad vitanda in futurum buiuſmodi ſcandala, factiones licitationes, & ſeditiones ambientium Pontificatum, coegit Romanos in verba ſua (vt inquit Plati.) iurare Pontificum electioni ſe nequaquam interfuturos, niſi iuſſu Imperatoris id facere cogerentur. Hinc mortuo Cle. 2. (omiſſo Damaſo 2. qui die 23. Papatus per violentiam occupati, mortuus eſt: quem Plati. è catalogo delendum cenſet) Romani, iuxta illud iuſiurandum, Legatos ad præfatum Imperatorem in Germaniam miſerunt, anno 1049. ſupplicatum vt optimum Pontificem ſibi daret: qui ſtatim Baunotem, Epiſcopum Tablenſem, virum bonum & ſimplicis ingenij, Legatis & eccleſiæ Romanæ obtulit: qui Leo 9. dictus eſt, vt refert Plati. qui hunc Imperatorem vocat Henricum ſecundum; ſed iuxta Germanos hiſtoricos (qui Henricum Aucupem, Saxoniæ ducem, Othonis Magni patrem, poſt Conradum primum, qui ex nobiliſſima Caroli Magni poſteritate nouiſſimus fuit, Imperatorem deſignatum, non immerito inter Imperatores numerant, vt etiam eſt text. in c. conſtitutio 63. diſt. & Abbas Vrſperg. computat) tertius eſt, cognomine Niger. 53 ¶ Sed circa id, quod obiter dictum eſt de Damaſo 2. quem Plati. non immeritò expungendum cenſet, non abſurde quæri poteſt, cur non idem cenſuerit de Damaſo primo: quem non ſolùm vi & armis ſed multis cædibus, etiam in templo editis, pro Pontificatu certaſſe, & ſuperiorem euaſiſſe ſcribit. imò etiam (vt teſtatur Ammianus Marcelli. qui eo tempore floruit & ſcripſit lib. 27.) tanta tamque cruenta ſeditione Damaſus & Vrſicinus, ſupra humanum modum ad rapiendam epiſcopalem ſedem ardentes, ſciſſis ſtudijs aſperrime conflictabant inſtar belli, vt nec Iuuentius vrbis & Palatij Præfectus, ſedare potuerit: ſed vi magna, vrbeque telicta, coactus ſit ſecedere in ſuburbanum: & tandem in concertatione ſuperauit Damaſus: ſed vno die centum triginta ſeptem cadauera peremptorum in ipſo templo reperta ſunt, non computatis his qui aliis diebus vel extra templum occiſi ſunt.

Cauſa ambitionis Papatus. 54 ¶ Cauſamque tam præfractæ cupiditatis aperit Ammianus ſecuritatem triplicem: nempe diuitiarum, faſtus, & deliciarum. *cùm id adepti* (inquit) *futuri ſint ita ſecuri: quippe ditantur oblationibus matronarum, procedúntque vehiculis inſidentes circumſpectè veſtite, epulas curantes profuſas, adeò vt eorum conuiuia regales ſuperent menſas.* & exprobrat eis Antiſtitum prouincialium frugalitatem, ſanctitatem, & verecundiam. Quòd ſi Ammia. talia vidit tempore ſuo, circa annum domini 370. minus noui videntur abuſus poſtea ſecuti quantùuis portentoſi: niſi quòd turpe eſt Chriſtianos minus hæc erubeſcere, quam Ammianum ethnicum, cui ea vitia non ſolùm deſpectui erant, ſed ea quoque inſectabatur. Satis tamen indicat tetterram ſupergreſſionis ambitionem, iam ſedem illam inuaſiſſe eo prætextu quòd eſſet vbi caput Impetij erat. eò enim reſpicit quòd reliquos antiſtites prouinciales vocat. Quòd ſi Damaſus ille 23. die Pontificatus ſic adepti obiiſſet, non dubito quin Plati. eum è catalogo æquè delendum cenſuiſſet. Hanc totam velauit euentus ſeſſionis nouemdecim annorum & quadrantis.

Ildebrandi facino. 55 ¶ Redeundo ad Baunonem, ei, Pontificio habitu Romam accedenti, obuiam egreſſus Ildebrandus, monachus aſtutus, viam ſuæ ambitioni eminus præſtruens, perſuaſit, vt depoſito Pontificio apparatu, priuatus vrbem ingrederetur, dicens Henricum nullam creandi Pontificis poteſtatem habere, ſed ad clerum populúmque Romanum pertinere. Voce etiam quadam è cœlu conficta, mox Ildebrandus egit ad cletum populumque Romanum, vt Baunonem eligerent, Leonem 9. appellatum: à quo ſtatim Cardinalis Diaconus creatur: idemque Leo ſancti Pauli eccleſiam gubernandam dedit, vt quaſi conſors Pontificij muneris ſecum videretur, cùm alter Petri, alter Pauli templum regeret. Rurſus, mortuo Leone, ſucceſſit Victor 2. Alemanus, ex prouiſione ſolius eiuſdem Imperatoris: qua cletus populúſque Romanus, iuxta idem iuſiurandum, non elegerunt, ſed ab Imperatore poſtularunt, miſſo ad hoc Ildebrando Legato: & ſic, quandiu vixit Henric. 3. ſolus Romanam eccleſiam pacificè ordinauit. ttes enim ad minus canonicos Papas ſucceſſiue inſtitnit, tribus ſimul deſtitutis, etiam teſte Platina, Abbate Vrſperg. & aliis Chronographis.

Victor. 2.

Henr. 4. ſub quo violenti Papæ. 56 ¶ Henrico verò Nigro mortuo, relicto impubere filio ſub tutela matris Agnetis, rurſus ſublato metu & reuerentia Imperatoris, capnt more ſolito erexerunt audaces & ambitioſi homines, per vim & largitiones Pontificatum inuadentes, & inuicem ſeſe excutientes. Veliternus enim Epiſcopus, fauore quorundam nobilium, per vim, preces, & pretia, Pontifex creatus, Benedic. 10. appellatus eſt: ſed Ildebrandus, cum Geratdo Epiſcopo Flntentino, Romam adueniens, in omnes acerbiſſimè inuectus. tantis contentionibus egit ad populum, vt Benedic. non ſolùm Pontificatu, menſe intruſionis nono, ſed etiam Epiſcopatu deiiceretur, & in exilium priuatus mitteretur, ſuffecto Getardo, qui Nicol. 2. vocatus eſt, & qui anno 1059. ad confirmandam dciectionem Benedicti 10. ſanctum illud Decretum edidit, de qno in c. ſi quis pecunia 79. diſtinct. vbi quiſquis pecunia vel gratia humana, aut populari, ſeu militari tumultu ingreſſus fuerit declaratur apoſtaticus, & etiam manu armata extrudendus, & patter Decretum incip. in nomine domini. 23. diſtinc. cuius pars Decretum præcedens videtur: vbi, dum ſe facit ſucceſſorem Stepha. 9. tenet è catalogo Pontificum præfatum Benedictum 10. & ſtatuit Cardinales Epiſcopos primùm de electione tractare, mox reliquos Cardinales adhibere, ſicque reliquum cletum & populum ad conſenſum nouæ electionis accedere. Et tationem teddit optimam: videlicet vt cum vniuerſo cleto, etiam populo adhibito, venalitatis morbus nequeat irrepere. non enim facilem habet ingreſſum, niſi te ad paucos redacta.

Benedict. 10. intruſus.

Nicol. 2.

Decretum, quo oportere Papa 100. annis declaratur apoſtatare.

Vnde electio Pap. ad ſolos Card.

57 ¶ Hac autem occaſione ſcripſit Blondus, & poſt eum Gaſſarus in epitome, & Io. Cation, quod Nicol. 2. primus ſtatuerit ius eligendi Romani Pontificis ad ſolos Cardinales, aliis penitus excluſis, ſpectare. Tamen non præciſe hoc ſtatuit: ſed quòd Cardinalibus in ea te primas dedit, hoc ipſo futuris Cardinalibus occaſionem dedit totum ſibi arripiendi: prout, poſt ſexaginta annos, practicate cœperunt in electione Gela. 2. qui fuit ſextus à Nicolao 2. Mortuo enim Nicol. 2. Epiſcopi elegerunt (quamuis duos in diſcordia) & Ildebrandus contendit electionem ſpectare ad clerum, vt apud Plati. qui poſtea in Greg. 7. refert decretum electionis à ſolis quidem Cardinalibus, ſed præſentibus Epiſcopis, Abbatibus, & multis tum clericis tum laicis, deinde refert Paſchal. 2. fuiſſe

electum à clero, expectante populo, & collaudaote Cardinalium Senatu: & poſt Paſchal. 2. ſemper à ſolis Cardinalibus, niſi tempore concilij Conſtantienſis & Baſilienſis.

Origo Cardinalium.

58 ¶ Et hic obiter notandum de origine Cardinalium, non fuiſſe inuentum vnius ſolius Papæ: ſed Summyſtarum quoque ſuorum, videlicet parochorum Romæ (quos vulgò curatos vocant) non tamen totius diœceſis Romanæ, ſed ſolus vrbis & ſuburbiorum. Cùm enim hi eſſent Papæ (vt pote proprio Epiſcopo) non minus aſſidui quàm in eadem vrbe vicini, videntes fauore iudicioque Imperatorum, vt ſupra numero 12. officialium & ſubiectorum Imperialium, plus ſuo Epiſcopo quàm teliquis Epiſcopis prouincialibus tribui (vt pote in loco, quod eſſet caput orbis & Imperij, ſedenti) cœperunt & ipſi, cum ſuo Epiſcopo & eius Archipreſbyteris & Diaconis, hunc mundanum fauorem pro iure atteptum, quacunque occaſione augere, propriúmque & Papæ velut commone negotium collatis operis vrgere: vtque ſe tanquam aſſiduos familiares, Conſiliarios, & latetales Papæ è numero reliquorum parochorum in alnorem ordinem, nonumque prærogatæ dignitatis collegium erigerent, nouo ſplendidóque in id confiſto vocabulo, ſeſe Cardinales appellauerunt. Et tandem partim ſua, ſuique Papæ authoritate, & edictis, partim potentia, faſtu, & pertinacia, id egerunt & aſſecuti ſunt, vt excluſis Principibus, deinde populo, poſtremò reliquo quoque clero, ad ſe ſolos electio Pontificis Ro. perrineret, ſicque ferè ſemper vnum ex ſeipſis eligerent, vt etiam tetigit Nicol. Machiauegli, lib. 1. hiſto.

Incrementum ſedis Papalis.

Floren. pag 14. 59 ¶ Tuncque (vt ibi deſcribit) mirum in modum augeri, & in dies corroborari cœpit potentia & authoritas illius ſedis, ſeu conſiſtorij, tot conſultoribus ſimul iuratis & deuotis, operas aſſidue ad eam vndiquáque augendam conferentibus, & pertinaciſſime omni alio ſtudio omiſſo defendentibus. Et implerum eſt quod de his ſcripſit Albeti. in l. bene à Zenone. col. 6. n. 18. C. de quadrien. præſcriptio. *Præſidentes* (inquit) *Romanæ eccleſiæ, eorum aſtuta & ſagaci prudentia, ſecundùm temporum varietatem ſua variauerunt ſtatuta, modò Imperium ſublimando, modò paulatim deprimendo de tempore in tempus. Sed ad quid? niſi vt ſenſim omnia, & cæleſtia & terrena, & ſpiritualia, & temporalia* (vt vocant) *edibus ſuis* (vt *palam gloriamur*) *ſubiicerentur?* & ibi Albet approbat ſententiam Ioannis Patiſienſis, & Dantis Aligerij, Imperium non dependere à Papa. Refert etiam & approbat legem Ludo. Bauari Imperatoris 4. per quam ita declaratur, & ex ſola electione verum Imperatorem fieri, ſine vlla Papæ vel ſuæ ſedis approbatione, & contrarium aſſerentes omnibus feudis & bonis Imperij ipſo facto priuantur, & crimen læſæ maieſtatis incurriſſe decernuntur, ſed poterat etiam hæreticos declarare, per illud Io. 18. Regnum meum non eſt hinc. Ille viginticuatuor annis, ſpretis diris Paparum, victor permanſit: adeo vt anno 13 5. Benedic. 12. Papa, impetentibus coram ſe perſonam Ludouici, qui contra Eccleſiam egiſſet, reſpondit: *Imò nos fecimus contra ipſum: quod fecit, prouocatus fecit: id eſt, ad ſe. dignitatimque Imperij tuendam.* Subdit Albrti. hæc verba: *Si quælibet poteſtas fuiſſet e mensta ſuis limitibus, & vna alteram coadiuuaſſet, ſicut facere tenentur. puto quòd pax eſſet in vniuerſo orbe.* Sed vnde initium mali, niſi à malis Sacerdotibus? vt quæritur S. Hieron. Et ſic ſenſim Catd. cum Papa ſuo, ad totius orbis regimen aſpirantes ſeſe Principes & patres orbis terrarum vocari fecerunt. Quod an putas Grego. Magnum paſſurum, ſi viueret?

Imperium non dependet à Papa.

Lex Ludou. Bauari. 4.

Benedic 12.

60 ¶ Caterum Nicol. 2. biennio poſt illud decretum, de quo ſupra nu. 56. mortuo eo ſpreto, bis magno cruore fuſo, pro Papatu certatum eſt. Et tandem Alex. 2. copiis Mathildis, diuiſſimæ fœminæ, adiutus, victor euaſit: quem, cùm Oto Colonienſis Archiepiſcopus, grauiſſimis verbis increparet, quòd ſedem Romanam iniuſſu Cæſaris, & contra quàm conſuetudo & lex ipſa iubebat, occupaſſet, tum Hildebrandus, iam eminus viam ſibi præſtruens, acerrimè contendit electionem ad clerum pertinere. Sciebat enim callidus ille monachus ſibi apud Imperatorem Pontificatus emerendi locum non fore, ſeque factionibus iam potentiorem euaſiſſe in clero & nouo collegio. Dux quoque exercitus, quem Alex. 2. à Mathildi comitiſſa acceperat factus, Apuliam infeſto agmine tetendit, & armis Papiſticis non ſolùm Richardi & Guilelmi, Normanorum Ducum, impetus repreſſit, ſed etiam aliquot vibes, & in his Capoam & Beneuentum his eripuit, ſiſcóque, ſeu patrimonio Papali, adiunxit.

Alex. 2. armis vicit.

61 ¶ Et paolò poſt, Alexandro mortuo, ſeſe ſuffici, & grego. 7. vocari curauit, anno 1072. quem, vtcunque Plari. & Sabell. ennea. 9. lib. 3. & Simoncta eorum. Abbas, lib. 5. c. 67. poſt ſecula plura ſecun, ſomnis, ſed adulatorne, more ſuo conficlis laudibus efferre uitantur. tamen Sigebertus antiquus hiſtoricus, quinetiam Buno Cardinalis, eius *emulus*, & eccleſiæ Romanæ Archipreſbyter, teuris facinoribus eum onerarunt: quòd nerromanricus fuerit, & Eccleſiæ & Imperij ſtarum perturbarit. Primus enim Epiſcopatium, Abbatiarum, & aliorum beneficiorum collanonem, quã Imperatores eouſque pacificè habuerant, eis eripere voluit: imò etiam omnibus Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & aliis ſecularibus poteſtatibus quibuſcunque: & de facto, tam inueſtuuram dantes quàm accipientes excommunicauit: vt ſunt tex. in c. ſi quis deinceps. c. quoniam. 16. q. 1. & decretum Adriani 3. de abroganda poteſtate Cæſarum in inſtitutione Romani Pontificis innouatur. Primus non ſolùm Imperatorem anathemate notauit, ſed etiam Imperio abrogare, & ſubditos ſacramento ſolnere attentauit, & ſimul omnes ei adhærentes etiam dignitatibus, ac beneficiis, diris execrationibus adiectis priuare. Primus, bullis emiſſis, edixit ne quiſpiam cuiuſuis conditionis, vel Rex, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Comes, &c. Legans Papæ reſiſtere audeat. Primus legem edixit, ne quis Epiſcoparũ vel Cœnobium vel aliquod aliud eccleſiaſticum beneficium, a laico acciperet. Ptimus temporalem, ſupremamque iuriſdictionem, quam ante centum annos Bonifa. 7. ſacrilegiis ſuis occupare niſus fuerat, lege lata, vſurpauit, edicens à ſe vel Magiſtratibus ſuis, iuſtitiam requirendam. Primus palam edixit ſe non ſolùm in cœlo ligare & ſoluere poſſe, ſed in certa quoque etiã Imperia, Regna, Principatus, & quicquid habere mortales poſſunt auferre & dare ſe poſſe. 62 ¶ Et hæc omnia non ex fabula Conſtãtini, non ex largitionibus Pipini, Caroli Magni, & Ludouici Pij, aut alterius ſiue Principis, ſiue populi donatione, vel conſenſu, ſed à Deo & beato Petro tantùm, & eo ipſo quòd Præſul & Papa Romanus, quas leges & edicta diris & horrendis execrationibus communit, vt apud Plan. Et artes, en præſtigia: quibus Imperium Romæ, Regnúmque Italiæ apprehendere voluit, reliquaque omnia etiam in terra & mari Imperia & Regna a nutu ſuo dependere. Sed ad hoc confirmandum ſenſit ſolas diras & atroces proceſſus non ſufficere: præſertim cùm non deeſſent Epiſcopi, qui tyrannidem Papæ improbatent in deroganda authoritate Cæſaris pro ſua libidine: quare & ipſi ſynodos facientes, neglecta excommunicatione Papæ Ildebtandi, ipſum vicißim excommunicabant: adeo vt Henri. 4. habito conuentu apud Vuormaciam, ſuhtraxerit ſeſe & ſuos ab obedientia Papæ abrogant, & publicis programmatis interdixetit omnibus, ne vlla in re Pontifici Romano obtemperarent: & ex eodem conuentu Romandus, Parmenſis clericus, Romam veniens, Gregorio publice interdixit, ne quid ageret deinceps quod

Grego. 7.

Sigebertus. Buno.

Grego 7. nouauit.

Tertia fictio fama.

Subtrahit obedientia.

ad magiſtratum Pontificis pertineret, & Cardinalibus ipſis mandauit, vt relicto Gregorio, alium habituri Pontificem, ad Imperatorem proficiſcerentur, vt refert Plati.

Emiſſarij Papæ.

Henr. 4. pugnauit 62.

63 ¶ Videns autem Papa vi, factiſque opus eſſe, vt votis ſuis poiretur, & primùm neceſſe eſſe Imperatorem ſpoliari regno Italiæ, necnon iure Romanam ſedem & Epiſcopos Imperij ordinandi, vt eò peruenirtet, tanta ciuilia bella per ſuos emiſſarios, nempe ſacrificulos, Præſules, monachos, vbique ſibi iuramento addictos in Imperio excitauit, vt coegerit Henri. 4. Imperatorem, ab adoleſcentia ſenectutem vſque, ſexagies & his (vt etiam Bapti. Egna. ſcripſit) in aciem ciuilis belli, à Papa ſuſcitari, deſcendere, Marcúmque Marcellum & Iulium Cæſarem ſupergredi: quorum alter trigeſies, alter quinquageſies & bis certauit. Vnde Imperium attritum adeò corruere cœpit, vt nunquam in veterem ſtatum redigi, & priſtinas vires recuperare potuerit. 64 ¶ Vtque Albertus Crantius eccleſiaſt. hiſto. lib. 5. ſcribit, etiam Rudolfum, Sueuiæ Ducem, Cæſaris ſororium, eique fidelitatis iuramento adſtrictum contra fœdera & iuramenta aduerſum Imperatorem, dominum & ſororium ſuum, rebellare fecit, & ad eum concitandum & dementandum, ſub annum 1077. auream coronam miſit inſcripto verſiculo *Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo*: ſignificate volens à petra (qui eſt Chriſtus) Imperium terrenum, etiam Germaniæ, Pontifici datū, & ab eo nunc dari Rudolfo. cúmque Rudolfo, dextra abſciſſa victo, cóque, Papiſticis Epiſcopis mala eorum conſilia exprobrante, mortuo, facinus hoc male ſuceſſiſſet, & Imperator, Italiam petens, ſuperata apud Parmam, Marhildi, eiúſque inceſtuoſo marito Azone Romam victor ingreſſus, Ildebrandum expuliſſet, & à Cle. ſuffecto ſe coronari feciſſet, & à Guiſcardo Normano, nouo Papæ vaſallo, cæteta impeditus, Germaniam repedare coactus eſſet, non tamen ceſſarunt Epiſcopi Papiſtici, etiam mortuo Ildebrando (cui ſucceſſiue ſuffecti ſunt quatuor alij monachi, videlicet Victor 3. Vrba. 2. Paſchal. 2. & Gela. 2.) omnem mouere lapidem ad Impetatorem opprimendum, donec zizania circunquaque ſeminata, etiam Henricum 5. eius filium aduerſus patrem impia arma ſumere fecerunt.

Rudolfus Sueuiæ Dux Imp. ſororius.

Verſus Papiſticus.

Horrenda de Gregor. 7. in Abbat. Vſperg. Chro.

65 ¶ Horrenda ſunt, quæ vere tamen & parcè Abbas Vſpergenſis in ſuo chronico ſcribit, qui illis temporibus vixit, & Pontificibus adhæſit, præſertim Paſchali 2. ah Hyero ſolima Romam reuerſus, vt ipſe de ſeipſo ſcribit, pag. 254. & licet cauſæ Pontificum, quantom poteſt, faueat, reſtatur tamen, & ſcripturn reliquit. quod ſub Greg. 7. Romana Reſp. & omnis Eccleſia nouis & inauditis ſchiſmatum erroribus periclitari cœpit. De quo Gregorio, cùm abſque Regis (ſciticet Romanotum Henrici 4.) conſenſu, ſolis tantùm Romanis (quos iam ab Imperatote domino ſuo, abalienauerat, vt ſupra eo. nu. 55. nu. 60.) fauentibus hunc apicem conſcendiſſent, ſunt (inquit Abbas ille Vſperg.) qui dicant illum non canonice conſtitutum, ſed tyrannice Papatum ſibimet vſu paſſe: pro qua re & a nonnullis Epiſcopis abdicatus eſt. Mox ſubdit, quod anno domini 1076. habitum eſt concilium apud Vuormaciam: vbi, præſente Rege Henrico, vniuerſi penè Theutonici Epiſcopi prætet Saxonicos (hi enim impulſore Papa rebellauerant) Ildebrandum abdicarunt, mittentes ad illum epiſtolam, poſt multas culpationes in eum iniectas, ita concluſam: *Quia ergo & introitus tuus tantis periuriis eſt initiatus & Eccleſia Dei tam graui tempeſtate per aſſiſionem nouitatum tuarum periclitatur, & vitam per conuerſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtaſti, obedientiam, quam tibi promiſimus, nullam u c de cætero vllam ſeruaturos eſſe renuntiamus.*

Concilium Vuormat.

Dicta Gregor. 7.

66 ¶ Et rurſus anno domini 1080. refert aliud concilium Epiſcoporum & optimatū Italiæ & Germaniæ apud Brixiam Noticam: vbi, omnium conſenſu, facta eſt hæc concluſio contra Ildebrandum, vt ſequitur: *Quia illum conſtat non à Deo electum, ſed à ſeipſo, in fraude ac pecunia impudentiſſimè obiectum, qui eccleſiaſticum ſubuertit ordinem, qui Chriſtiani Imperij perturbauit Regnum, qui Regi catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem, qui periturum defendit Regem, qui inter concordes ſeminauit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter coniuges diuortia, & quicquid inter pie viuentes ſtare videbatur, concuſſit: nos, autore Deo congregati in vnum, &c. contra eundem Ildebrandum procaciſſimum, ſacrilegiū ac incendia prædicantem, periuria & homicidia defendentem, catholicam & Apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtionem ponentem, hæretici Berengarij antiquum diſcipulum, diminationum at ſomniorum cultorem, manifeſtum necromanticum, pythonico ſpiritu laborantem, & ideirco à vera fide exorbitantem, iudicamus canonice deponendum, &c.* Ideo autem exprobrat diuortia, quia Grego. 7. non ſolùm primus ſacerdotibus Germanis matrimonia prohibuit: ſed etiam multa, iam contracta diuulſit, vt refert Hentic. Mutius lib. 16.

Notticum.

67 ¶ Idem Abbas refert in quodam prælio Rudolfi. & Epiſcoporum Papæ, contra Henr. 4. multis proſtratis & vtrinque fugientibus, quoſdam Archiepiſcopos Papæ occiſos, captos, vel ſuſpenſos & infinitas huiuſmodi clades ſuſcitatas à Grego. 7. quem tamen Henri. 4. Italiam petiens, Roma diu Grego. 7. reſiſtente obſeſſa & capta, fecit à Romanis vnanimiter abdicari, & in exilium agi. vbi deceſſit. & Henri. Vuigbertum, Rauennatem Archiepiſcopum, Papam inſtituit: a quo, cum Bertha vxore, coronatus eſt, anno 1084. & anno ſequenti in ſynodo Moguntiæ, præſentibus Legatis Romanorum, omnes Epiſcopi rebelles Imperatori depoſiti ſunt: & ibi, communi conſenſu atque conſilio, conſtituta pax Dei: deinde ſubſtituti ab Imperatore, loco abdicatorum, Epiſcopi conuerſatione & doctrina præſtantes.

Gregor. 7. victus abdicatur & exul moritur.

68 ¶ Sed horrendiſſima ſunt, quæ Buno Cardinalis, de his quæ vidit, in ſua hiſtoria ſcribit: vbi lugenda refert de vitiis Ioan. 20. Benedict. 9. Sylueſtri 3. Grego. 6. Leo. 9. Alex. 2. quæ partim inuenis vidit, ſed execranda ſenex tempore Grego. 7. qui primus turbis laicotum ſtipatus, cum terrore & minis, Epiſcopos ſibi iutate coegit. vt in c. ego. de inreiuran. quod non eſt Greg. Magni nec Grego. 3. vt luculentet oſtendi ſuper tex. d c. & ſuperſcripſiorie c. 1. eo. tit. quam ibi ratione reddita correxi. Tum ſacras ſcripturas violentet intorſit, ad falſas inuentiones ſuas, vt verba *paſce oues meas* ad Reges deponēdos, *clanes Regni colorum*, ad regna terræ, vt etiam apud Plati. qui ſatis luculenter illius hac in re hæreſes, licet imprudens, traducit. Tum ſacramentum corporis Domini, diuinationes quærens contra Imperatotem, in ignem conecit. Tum Imperatorem per occultos proditores perdere voluit. Tum tres homines, non conuictos nec confeſſos, abſque ſecularibus iudicibus, morti adiudicauit, & ſuſpendi fecit. Tum libtum necromanticæ artis ſecum ferre ſolebat. Quæ, & plura alia ſcelera, Buno refert.

Buno.

Graniora ſcelera Grego. 7.

69 ¶ Ildebrando verò in exilio mortuo, non quieuerunt eius ſucceſſores: ſed (vt etiam Abbas Vſperg. ſcribit) quamuis ſcelerata illa tebellio Rudolfi ſororij. in Imperatorem à Grego. 7. ſuſcitata, poſt multas clades peſſimum & pudendum Papiſticis habuiſſet exitum: tamen non deſierunt deteriora moliri. Contradum enim filium Imperatoris primogenitum, quem patet nuper Cæſarem & Regem coronauerat. dementarunt, & in pattem armatunt, cique contra pattem in Italia nouē fere annos regnanti, & pro Papa militanti, filiā Ruggeri, Normani, Siciliæ Ducis, Papæ fœderati, vxorem ducere fecerunt: quo Conrado mortuo, cùm

Conradus.

interim Henri. 4. eo reprobato iuniorem filium ſuum Henri. 5. Aquiſgrani Regem anno 1099. coronaſſet) eum quoque technis ſuis aduerſus patrem ferociùs rebellare fecerunt: vt meritò quæri poſſit, an hi minus offenderint præceptum Dei, quàm Phariſæi illi, quos acriter reprehendit Chriſtus, Matth. 15. Marc. 7. Ait enim Abbas Vrſperg. quòd anno domini milleſimo centeſimo quinto, dum Imperator Henr. natalem domini Magontiæ celebrat, Henr. filius eius, nominis illius quintus, Rex dictus, rebellationem aduerſus patrem in Baioaria parat. Contra, idem Abbas late deſcribit humilitatem, deuorionem, & obedientiam Henri. 5. erga Epiſcopos, Abbates, monachos, & clericos Papæ, à quibus in patrem armabatur, & adoleſcentiæ eius verecundiam, & erga Sacerdotes reuerentiam ſummis effert laudibus: ſed mox parricidialia bella refert: quamuis multa (ne nimis odioſa impietate cauſa Papæ granetur) diſſimulet: quæ ex Alberto Crantio eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 5. H. Mutio, Germanorum Chronicorum lib. 15. & aliis ſuppleri poſſunt: vt patrem a filio in itinere per inſidias, contra fidem publicam datam, captum, & exteratum (vt præfatus quoque Abbas pag. 262. ex epiſtola Henrici 4. refert) duúſque Epiſcopos (vt Crantius lib. 5. c. 20.) Imperatorem acceſſiſſe, tumque exauctoraſſe, coronam capiti detraxiſſe & ſede dejectum omnibus Imperialibus exuiſſe: & ad auertendam plebem (quæ magis pro patre ſtabat) ſelectos iudices in cauſa fidei, ſuper hereſi Vuigbertina & Heinriciana: qitia ſcilicet Henn. 4. depoſito & electo Ildebrando, Vuigpertum Rauennatem Epiſcopum Cle. 3. vocatum Papam ordinauerat, tumque ſcribit Abbas Vrſperg. exaltata diuinitus eccleſiæ Romanæ cornua, ad incutiendum timorem cunctis, vſquequaque ſchiſmatum membris.

Cornua Ro. eccleſiæ exaltata.

71 ¶ Sed poſt hos luſus, eadem fere tependerunt filio, quæ patri: vt enim ſcribunt idem Abbas, Plati. & alij, anno M. CXI. Henrico 5. Romam ad coronam Imperialem venienti Paſchalis 2. miſſis Sutrium vſque Legatis, dixit ſe paratum ad conſecrationem, & omnem Regis honorem: ſi tamen ipſe laicam abdicaret Epiſcopatum inueſtituram. quod Henri. conſenſit, ſub eo pacto, quatenus concilio quoque vel concordia totius Eccleſiæ, ac Principum Regni aſſenſu probaretur. Itaque Henricus, magna pompa Romam ingreſſus, & vnà cum Papa, ad dextram tamen, ingreſſus à Pontifice petit, vt illos confirmet, quibus ipſe Epiſcopatus dederat: recuſantem verò Paſchalem cum Cardinalibus capit, & ad caſtra, deinde ad Soractis montem perducit. quare Paſchalis 2. accitis è Roma notariis, pacta & priuilegia antiqua Imperatorum de creatione & inueſtitura Pontificis & Epiſcoporum (de quibus in c. Adrianus. 2. in ſynodo. c. intec nos & vos 63. diſtinct.) confirmauit & innouauit: & hoc modo compoſitis rebus, vrbem redeuntes, Imperator à Papa coronatur.

Rurſus ſchiſma inter Imperium & Papatū incipit.

Concilium Paſchal. 2.

72 ¶ Sed, poſt diſceſſum Imperatoris anno 1116. Paſchal. 2. ingenti ſymmyſtarum ſuorum ſynodo coacta Romæ, cum magno cordolio confitetur & deplorat grande illum peccatum quod fecit, dum captiuus priuilegium illud in tentoriis Regis dedit. rogat omnes Deum pro ſe veniam orare, & priuilegium, à prauitate ſua, priuilegium vocat, & ex communicat, rogans omnes vt idem facerent, tunc ab vniuerſis conclamatum *fiat fiat*. Atmox inter confidentes ortum eſt graue diſſidium ſuper ſpecie illius peccati à Papa confeſſi, ait, fuiſſet peccatum hæreſis, cenſebant enim priuilegium illud hæreticum fuiſſe. & ſic nonnulli palam inferebant Paſchalem ipſum ex ore proprio hæreticum fuiſſe, & Papatum ſemel amiſiſſe, aliis contendentibus Papam bene feciſſe: eo quòd vt ſe populumque Dei, liberaret, & ſic ex charitate euangelica, feciſſet, vt latius deſcribit idem Abbas, & in eodem concilio Paſchalis 2. decretum Grego. 7. ſuper dictus inueſtituris conſirmauit, ſub anathemate dantis & accipientis, vt etiam patet in c. ſi quis clericus. in c. conſtitutiones 16. q. 7. 73 ¶ Et ſic rurſus ſciuditur, & nouis ſeditionibus à Papa & ſuis ſymmiſtis involuitur Regnum Theutonicum: quod iam citciter decem annos quieuerat. Machinamenta vctò Epiſcopi Mogontini contra Imperatorem, multaſque cædes, dictus Abbas refert, pag. 273. cum ſeq. Sed Henr. 5. ægreferens ſe excommunicatum iri, & Imperio priuari, anno ſequenti Romam tedit, fugato Paſchali, & alio Papa ſuffecto (quem Grego. 8. nominauit, vt inquit H. Murius Germanor. chronico. lib. 16.) rurſus ſe cum poteſtate dandorum Epiſcopatuum coronari fecit, vt ait Plati. quin Gelaſ. 2.) qui, vt deceſſor, monachus fuerat) ſcribit Henri. 5. cùm ſciuiſſet aduerſum ſe parari exercitum, à Ducibus Apuliæ & Campaniæ autore Papa, cuius vectigales erant, Romam veniſſe, & Mauricium Brachareuſem Archiepiſcopum, patria exulem, Papam creaſſe, & Grego. 8. appellaſſe, & Ftegepanum familiæ commendaſſe. ſed verius eſt, vt alij ſcribunt, quòd Henri. 5. ſub Gela. 2. reſtituit dictum Greg. quem prius ſub Paſchal. 2 creauerat. Subdit Plati. Gelaſio cum proceribus Apuliæ magnóque exercitu adnentante, Henricum 5. Italia exceſſiſſe, mortuóque Gelaſio Calixtum 2. comparatis repente copiis, præfatum Gregorium, Sutrij ſe continentem, viciſſe, captúmque & camelo impoſitum in triumphi ſpeciem Romam duxiſſe.

Henri 5. cedit inueſtituris eccleſiarum.

74 ¶ Tandem, cùm videret Henri. 5. potentiam Papæ, Normanorum Ducem armis (quos duces Apuliæ & Campaniæ Papa faciebat) creſcere, ſeque iiſdem artibus & ineſtimis bellis, quibus & patec eius oppreſſus fuerat, peti, ſibique idem periculum imminere, ceſſit antiquis illis Imperialibus iuribus & priuilegiis inueſtiturarum Pontificum Ro. Epiſcoporum & Abbatum: & anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo concordiam factam, & fœdere firmatam inter Henricum 5. & Calixtum 2. & eius tenorem deſcribit Abbas Vrſperg. pag. 280. cuius ſumma eſt. Quòd mediante generali abſolutione, omnium cenſuratum, eccleſiaſticas inueſtituras cæteraque ſpiritualia negotia, quæ tanto tempore Reges Theutonici adminiſtrauerant, quæque ipſe, ne Regni diminueretur honor, nunquam ſe vita comite dimiſſurum propoſuerat, humiliatus abnegauit, & in ius perpetuum eccleſiæ dimiſit. Contra conceſſit Calixtus electiones Epiſcoporum & Abbatum Theutonici Regni, qui ad Regnum pertinent, in præſentia Imperatoris fieri abſque ſimonia & aliqua violentia, iudicio, in caſum diſcordiæ, reſeruato prouinciali ſynodo. electus autem Regalia per ſceptrum ab Imperatore vel Rege percipiat, promittens auxilium ſecundum officij ſui debitum, de quibus ad Papam Rex querimoniam fecerit. Eadem ad verbum refert H. Mutius lib. 16.

Inter. ſchiſ. inter Impe. & Pap.

Pœnitentia Papæ.

75 ¶ Et his artibus Pontifices, eodem ferme tempore (Imperio attrito) non ſolùm ſuptemam temporalem poteſtatem Ron æ, & in Italia ſibi palam attribuere cœperunt, ſed etiam dominationem & iuta appellationum in alias eccleſias: quamuis nondum plene nec pacifice, ſed cum multis cruentis bellis ſucceſſiue ſerpendo. Vt enim refert Plati. tempore Stepha. 9. anno 1057. Mediolanenſis Eccleſia tunc demum cœpit Eccleſiæ Romanæ obtemperare, cùm ducentis fere annis ſe ſubtraxiſſet. Sed certe (quicquid tacite innuat Plati.) multò minus intenitut quod ante annum 810. fuerit Romanæ ſubdita, ſicut nec tempore diui Ambroſij. Deinde ſub Vrba. 2. acceſſerunt eccleſiæ Hiſpanicæ: quia Archiepiſcopus Toletanus, Romam veniens, & in verba Pontificis iurans, pallium & priuilegia quædam, totiuſque Hiſpaniæ Primatum ab eo aſſecutus eſt, vt ſcribit Plati. in Vrba. 11.

Ec leſia Mediolanenſis.

Hſpanica.

Anglicana. 76 ¶ Eccleſia autem Anglicana nondum plene ſibi ciebatur: ſed Reges impediebant appellationes Romam interpoſitas, donec Henri. 2. propter Thomam Cantuarienſem, ſibi rebellem, occiſum, coactus eſt ab Alex. 3. alioquin deturbationem è Regno, & populi ſui ſedi oonem minitante, Regni intra a Papa recognoſcere, & inter alia, iurare appellationibus, ad cuiam Romanam factis, oon aduerſari, vt ait Plan. in Alex. 3. Adhuc tamen non continuò cœpit cuia Romana vſque adeo alias eccleſias (præſertim Gallicanas) expilare: niſi circiter poſt alios ducentos annos, ſub tempus Boniſa. 8. quo præuenriones, reſeruationes, & alij quæſtuatij abuſus efferbuerunt.

Temporalis iuriſdictio Romæ. 77 ¶ Nec etiam mox à Greg. 7. (quicquid de iuſtitia a ſe ſolo peteoda ediderit) pacifica fuit Papis iuriſdictio tempotalis Romæ: niſi poſt alios trecentos ſexaginta annos, videlicet tempote Nicolai. 5. quia etiam ſi Paſchal. a. à Gtego. 7. tertius qui etiam monachus fuerat, à religione ad arma conuerſus, primus ballatorum armatos exercitus nomine ſtipendiiſque Papatus, ad eius ditiooem ampliandam per Italiam circuntulerit; tamen ſemper Senatores ſeu magiſtratus à Lotha. 1. tempore Euge. 2. Romæ pro liberrate populi conſtituti remanebant, ius dicentes populo, etiam cleticis & Cardinalibus & Papis, quo ad ſeculatem iuriſdictionem, vt ſatis indicat text. c. fundamenta. 6. decet. (Ibi, vt frattes ipſos nullus ſeculatis poteſtatis metus exterreat) de elect. in 6. idque non nomine Papæ, ſed nomine Imperatoris vel populi.

Senatores Roma.

Papa ſubeſt iuriſdict domini ſuæ. 78 ¶ Nec mirum, quia, etiam ſi Papa eſſet in Gallia, ſubeſſet iuriſdictioni temporali non ſolùm Regis, ſed etiam cuiuſlibet domini temporalis loci: tantum abeſt vt ibi iutiſdictionem aliquam ciuilem exercere poſſit: niſi ei à ſuperiore detur, prout anno 1519. Carolus 5. Imperatoc, per Gallias callidè tranſiens, crimina condonabat, ex conceſſione Regis. Sic Clc. 5. Philippo Pulchro, Franeorum Regi, bullatam declaratio nem dedit (quæ in regeſtis Senatus Pariſienſis habetur) quòd iutiſdictio, qua præfectus aulæ ſuæ iu aulicos ſuos vtebatur in comitatu Papæ, in Regno exiſtens, erat ex conceſſione Regis.

Euge. 1. tanquã perduellis, eiectus. 79 ¶ Redeundo ad magiſtratus vrbis Romæ, quamuis Euge. 3. qui monachus Clareuallis fuerat, præſtigiis quibuſdam Senatores Romanos eò pepuliſſet, vt ſe magiſtratu abdicarent, circa annum 1145. tamen cùm hoc facto, vrbis populique Romani manifeſtatem læſiſſet, coactus eſt è Roma fugere: & fugiens telis ſagittiſque à populo Romano velut perduellis inſecutus eſt, vt refert Plati. Deinde circa annum 1154. Adria.

Adria 4. 4. tentatus à Romanis, tum precibus, tum minis, vt Conſulibus liberam vrbis adminiſtrationem relinqueret, conſtantiſſime renuit: & vno ex Cardinalibus ſuis a populo vulnerato, dius execrationibus coegit Conſules abdicare ſe magiſtratu, relicta ſibi admuiſtrandæ vrbis libera facultate, idque non minore tyrannide quam ſi armis compuliſſet, prout mox euentus docuit.

Fridericus 1. 80 ¶ Quamprimum enim teſte Plati. Friderieus Ænobarbus Romã venit. anno 11 5. & Adria. 4. eum armis tepellere non valens, pacem per internuntios, priuſquam accederet, compoſuiſſet, populus Rooianus tyrannidem Pontificis, iuriſdictionem temporalem in vrbe occupaotis, auerſatus, magno ardore niſus eſt, Imperatorem, vt proptium & naturalem dominum aguoſcere: cumque Adrianus Friderieum coronaret, clauſis portis excluſo populo, videns populus milites Imperiales, cùm Papa, præter eorum voluntatem, ſenture, cœpit eos paſſim cædere: quaſi ab illis prodereturà quibus à tyrannide Papę eripi debebat. nec ſolùm Romani cupiebant Imperatori ſuo ſubijci: ſed etiam Tyburtini (Tybur ciuitas eſt Vmbriæ in monte ſita, quaoi Lap. caſtellio allega. 85. incip. viſis

Studium Po. Ro. in Imperatorem.

A omnibus. late contendit non ſubeſſe dominio Papæ, contra gl. in c. venientes. verſi. interpoſitis. de iureiuran. ſed per emiſſarios Papæ cononuis fere ſeditionibus oppteſſa, vt tangit Raphael. Volaterra. lib, 6.) ſeſe ac ſua omnia ſponte dedentes: quos Imperator Papæ reſtituit: & otox, populo Romano & Italia relictis, in Germaniam tedit. Cùm enim Papa callidè illum, illectamento coronæ, ceteis pactis præuenuiſſet, noluit Fridericus videri pacta fregiſſe, quod eum poſtea, à ſequenobus quoque Papis circuuuentũ, valde pupugit.

Adria 4. Guilelmum Sicil æ Regem domuit. 81 ¶ Verùm idem Adria. 4. cùm Guhelmum, Siciliæ Regem primum, excommunicaſſet, eiuſque ſubiectos omoi ſacramento, quò facilius ab eo deficerent, liberaſſet, deinde, Beneuentum adiens, ſua tantùm ptæſenna, maiotem Regni partem ei abſtuliſſet, poſtremò, accepta legaooue Emanuelis a. Conſtantinopolitani Imperatoris (qui quinquies mille libras auri ſe daturum, & Guhelmum ex Italia fugaturum offerret, ſi tres matitimas Italiæ vrbes pro ptetio tei bene geſtæ retineret) tremefactum boc modo Guhelmum coegiſſet imperata facere, Romam rediens, à populo conſulibúſque Romanis (qui interim eo abſente libertatem Romanam teſtituere cœperant) adeo vexatus eſt (cùm ſemel vſurpãta mordieus retinere vellet) vt exire coactus ſit, & paulò poſt extra vrbem moti, vt ait Plati. 82 ¶ Tunc autem temporis, vt ſcribit Abbas Vſperg. facta etat atrox conſpiratio Mediolanenſium & Bnxienſium in Imperatorem: in qua ſe aſtinxerunt maxima pars Cardinalium, Gulielmus quoque Rex Siciliæ, & pene vniuerſæ ciuitates Italiæ, & ſimul cum Adriano Papa adeo intamenos firmata, vt nullus ab altero recedere poſſet, vel Impetatoris gratiam, ſine omnium conſenſu, tequirere, & cum pacto quòd ſi Papa ille motereturs, alium de qumero conſpiratorum eligerent Cardinales, datáque eſt immeoſa pecuna Adriano Papæ, vt Imperatorem excommunicaret: quam excommuoicationem Papæ, pecunia eorrupti, valde execratur dictus Abbas: dicens certum eſſe tion ex Deo, ſed ex Diabolo proceſſiſſe. Vt enim adimpleretur illud propheticum, *Qui ſurgunt in me confundantur*, factum eſt vt, cùio Adrianus apud Anagniam denuntiaret exconimunicationem contra Imperatorem, pancis diebus euolutis, cœpetit, teſſigerandi gratia, cum ſuis ſpatiari: cumque veniſſet ad fontem, hauſta aqua muſca os eius intraut, & gnttuti eius adhæſit: nullòque artificio medicorum auelli potuit quoaduſque ſpiritum exhalatet. Hæc Abbas Vrſperg. qui illi tempori vicinus fuit.

Arenx conſtratio in Imperatorem.

Quem Papa pretio conducat, excommunicat.

Papa à muſca occiſus.

Octauianus & Rolandus de Papatu certant.

83 ¶ Mortuo Adri. 4. oon tres tantùm (vt ait Plao) ſed oouem Cardinales elegerunt Octauianum (qui Victor dictus eſt) virum per omnia religioſum & probatum, vt ſcribit Abba. Vſperg. eui, vtpote vicinori & certius deponenti, magis credendũ eſt, quàm Platinæ. Cæteri, qui erant plures, elegerunt Rolandum Cancellatium (qui poſteà Alex. 3. dictus eſt) & facta eſt pactio inter electores vt neutra pars ſuum electum publicè denomuaret, dooec diſcordia inter partes ſopiretur. Sed, ea pactione ſpreta, pars Rolandi ſuam electioueм priùs promulgauit. Victot tamen, te detecta, pnor ordinatus & conſecratus fuit (vt eorum verbis vtat) eiuſque electioni populus Romauus aſſenſit. etat enim vir bouus, humilis, & manſuerus. Quare, & ob cnntumaciam Rolaodi (qui vocatus venire contempſit) Fridencus 1. cauſa cum multis Epiſcoois & Prælatis cognita, teſtibns audiis, electiooem Victoris confirmauit, Rolando ſeu Alex. 3. nauigio Guhelmi Siciliæ Regis Franciam contendente, & apud Clatomontem Imperatorem excommunicante, & nihil non aduerſus eum varus factiombus moluente, per totos viginti annos, quibus illud ſchiſma, & Fridetici potentia duraut: donec auxilio Venetorum capti collum magno faſtu pteſſit Venetus.

Rolandus ſuã dignitatem fugiti & tandẽ vincit, collumque Frid. Imp. premit.

Alex. 3 Pap. Ro. nõ alios etiam tenuisse iuriſd. tempo.

84 ¶ Interim autem Alex. 3. Italiam reuerſus, Fridericò nondum ſubacto, diu cum Romanis colluctatus eſt, vt in vrbem admitteretetur: & quamuis promitteret ſe vrbem eorum pace ingreſſurum, & nihil amplius quàm rem diuinam curaturum, relicta eis cuncta ſecularium, nullo modo tamen ab eis admiſſus fuit. Fridericus autem io Atmenia cum Turcas motiens, anno 1189. tres reliquit filios: Henricum, qui ſucceſſit in Imperio, Fridericum in obſidione Ptolemaidis (quam Acon vocant) occiſum, Philippum, cui Henricus 6. relicto Friderico 2. infante moriens, filium & Regna commendauit.

Mors Friderici 3.

85 ¶ Sed dum Philippus ex ſententia defuncti fratris adminiſtrare vult, & à Principibus, vt maiori authoritate polleret, in Regem eligitur, aduerſus eum inſurrexit Inno. 3. Papa nouus: & ſtatim, vt pontificatum iniit, omnia turbare molitus eſt, & ad hoc effecit vt Otho Ducis Saxoniæ filius, eligeretur: quem mox confirmauit, deinde coronauit, & mox, vix triennio exacto, abrogauit. Philippo autem omni ſtudio aduerſatus eſt, vt inquit Abb. Vrſperg. improperans ei facta patris & fratris, in quo præfato Abbati non videntur ſecundum æquitatem iudicaſſe. Refert etiam epiſtolam. Inn. 3. ad Bertholdum, Ducem Caringiæ (in qua contra Philippum multa abſurda, & quædam falſa deſcribuntur) quam fecit inferi compilationi Decretalium ſuarum, quas Petrus Beneuentanus, ſubdiaconus ipſius in vno volumine compegit. deinde Greg. 9. in ſua compilatione Decretalium eam inſeri fecit, in c. per venerabilem. de elect magna tamen parte deciſa.

Inno. 3. vt ſequatur Phil.

C. per venerab lem. de elec.

86 ¶ Innehitur etiam præfatus Abb. in iniuſtitias Inno. 3. qui dixit aut ſe oblaturum philippo diadema Regium, aut ipſe ſibi inſigne Apoſtolicum, & Epiſcopum Sutrinum (qui Legatus ad philigpum, ei humiliter petenti abſolutionem excommunicationis, dedetat) ita frendens, Epiſcopatu priuatum, & in inſolam mans telegatum, ibi mori coegit: & in odium philippi, electionem canonicam Luipoldi, in Moguntinum Archiepiſcopum, reprobauit, altera, quæ nullo iure ſubſiſtere poterat, confirmata, in c. bonæ memoriæ. de elect. vbi fecit non iudicium, ſed iniuriam, ſecundum præfatum Abb. qui eo tempore Romæ vixit, & deplorat ſimultates, deprædationes, terrarum vaſtationes, incendia, ſeditiones, bella, quæ inde ſecuta ſunt: quippe philippo aduerſus etebtas diras papæ fetè ſemper armis præualente.

Iniuſtitia & vindicta Inno. 3.

C. bonæ memoriæ de elect.

87 ¶ Et inter multas ſubſecutas abuſiones ſubdit Abb. quòd vix temanſit aliquis Epiſcopatus, ſiue dignitas eccleſiaſtica, vel etiam parochialis eccleſia, quæ non fieret litigioſa, & Romam deduceretur ipſa cauſa, ſed non manu vacua. *Gaude* (inquit *ecquitus*) *mater noſtra Roma, quoniam aperiuntur cataractæ theſaurorum in terra, vt ad te confluant vini & aggeres nummorum in magna copia. Lætare ſuper iniquitate filiorum hominum: quoniam in recompenſationem tantorum malorum datur tibi pretium. Iocundare ſuper aduitrice tua diſcordia: quia erupit de puteo infernali abyſſi, vt accumulatur tibi multa pecuniarum præmia: babes quod ſemper ſitiſti, decanta canticum, quia per malitiam hominum, non per tuam religionem orbem vicisti. Ad te trahit homines, non ipſorum deuotio, aut pura conſcientia: ſed ſcelerum multiplicium perpetratio, & litium deciſio, pro tuo comparata.*

Queſtus Romanæ curiæ

ἀύτικ ἐγὼ μαχάσ.

88 ¶ Porro Inno. 3. multis illuſtribus legationibus miſſis, nunquam placati potuit, donec ei promiſſum fuit, quod filia Philippi nuptum daretur Othoni filio fratris ſui Richardi: qui iam Comes fuerat effectus, papæ ſuffragio: & hoc illectamento (vt inquit Abb.) non curauit papa in articulis pacis repetere terras, quas multoties ab Imperatoribus repetere conſueuerant anteceſſores ſui in Tuſcia & Spoleto & Marchia Anconæ: ſperans quòd in poteſtatem nepotis ſui, ptoCur Inno 3. pacem facere voluit cum Philip.

ptet prædictas nuptias, poſſet deuenire. Verum, poſtquam præfato Othoni, concludendo pacem, deſponſata fuit, Philippus non diu poſt, proditorie occiſus fuit, vt deſcribit Abb. & latius Albert. Cranz lib. 7. c. 28. & Hen. Murius lib. 9. Sed nimis longum eſſet, & à propoſito alienum vel ſummarim attingere quæ Papæ aduerſus Imperatores, etiam ſuam tantùm dignitatem tuentes, inique moliti ſunt.

Mors Philippi.

89 ¶ Vide apud præfatos & alios hiſtoricos. Non tamen omittere poſſum quòd ex chronicis Franciæ & Decretalibus Inno. 3. liquet eum, fumis multis offuſis, facere voluiſſe aduerſus illuſtriſſimum illum Francorum Regem Philippum Auguſtum: hunc autem viriliter & prudenter ſe protexiſſe. Mottoo enim Richardo 1. Rege Angliæ, Duce Normaniæ & Aquitaniæ, Comite Pictauenſi, Andegauenſi, & Cenomanenſi, Ioannes, vltimus frater eius, vulgò Io. ſine terra eognominatus, ſe Regem Angliæ coronari fecit, die aſcenſionis Dom. anno 1199. & anno ſequenti milleſimo ducenteſimo, pactum fœderis & diuiſionis terrarum, quæ d. Ioannes tenebat in Regno Franciæ, fecit eum Philippo, iuramento ſolenni, vt moris eſt, firmatum. Regnum tamen Angliæ ſpectabat ad Arturium, Britanniæ minoris Ducem, nepotem Ioannis ex Goffrido ſenore fratre, quem Arturius repræſentabat: ſed Arturium dictus Ioan. Cal. Auguſti. 1202. proditorie occidit. 90 ¶ Cum parricidij nuoune per Armoricos pioceres accuſatus eſt in curia Franciæ, coram Philippo Auguſto: eumque compatere nollet, inſtante generali procutatore Regis, contumax iudicatus, teſtibus in abſentem audtis, re cognita, per areſtum præfatæ curiæ, in qua Franciæ Pates aderant, quod Parlamentum vocant, anno 1203. dictus Ioan. patricidij damnatus eſt: & omoes Ducatos, Comitatus, feuda, & bona, quæ in Regno Franciæ habebat, Regi confiſcata ſunt, eiuſque coronæ vnita. Mox Rex cum armis, vt res poſtulabat, profectus ad executionem areſti. Ducarum Aquitaniæ, pto maiori parte, occupauit. Deinde ingreſſus eſt Ducatum Normaniæ, & Comitatus Pictauenſem, Turonenſem, & Cenomanenſem. 91 ¶ Ioannes verò, nec potentiæ nec celeritan Francotũ Regis occurrere valens, Papæ dennntiat, togans vt cogat Philippum, armis poſtoſ, fœdera dictæ pacis ſetuare, aut ſaltem de integro cauſam dicere coram eo vel eius Legato: & omnem fidelitatem, Regnique ſubiectionem offert Inno. 3. qui mox duos Abbates Legatos miſit ad Philippum: quem, nomine Papæ, iuſſerunt ſtatim arma ponere, & occupata contra illa pacta redintegrare, pacemque iuratam ſeruare, diras alioquin minitantes, cenſuras, & conſequenter ſeditiones & diuiſiones Regni: ſicut in Regno Theutonico aduerſus Imperatures ſolti erant facere. Rex autem Philippus acn prumptóque doctorum virorum conſilio vſus, appellaint ad futurum concilium, tam à Legatione, quam ab executione & præceptis, & ſic Legatis illis hoc modo perculſis, vel ad conſulendum Papam ſuum reiectis, executionem intem mateſti ſui perfecit, ampliſſimumque Ducatum Normaniæ, iam trecentis & quindecim annis alienatum per Carolum ſimplicem (qui Rollom ethnico in dotem filiæ dederat) recuperauit, pariter & latum Ducatum Aquitaniæ, necnon Comitatus Andegauiæ, Pictauiæ, & Turonuon: quæ omnia coronæ ſuæ mox & perpetuò vniuit.

Arturium prodiroriè occidit.

Et areſto Curiæ Franciæ damnatus eſt.

Et ad Inno. 3. confugit.

Philippus Auguſtus concilium contra Papam appellat.

Ducatus Neuſtriæ.

92 ¶ At Inoo. 3. videns Legatos ſuos nihil effeciſſe decretalem quandam epiſtolam compoſuit, quam ad omnes Prælatos Franciæ tranſmiſit: quæ partim deciſa habetur in c. nouit. extra de iudic. Sed non minus prudentis quàm fortis Regis conſtanti prouidentia, & ſubditorum fideli obedientia, nihil effecit. Quorſum enim tendebat illa Decretalis, niſi ad permouendos animos Prælatorum (qui tam multi ſunt in Francia & per eos plebem populumque ſeducendum

Inon 3. in Regem diuulgat c. nouit. de iudici.

Vt Prælatus Regni in eum concitat.

& auertendum à deuotione & obedientia Regis, quaſi Eccleſiam non audientis, ſed inobedientis? Hei mihi, vide Decretalis illius fucum.

Famorum diſcuſſio.

93 ¶ Primò ineipit in proteſtatione quòd nolit iuriſdictionem Regis Franciæ detrahere, aut minuere, cùm nihil aliud agat: adeo vt Hoſtienſis ibi ſcripſerit eſſe proteſtationem contrariam facto. Mox pro primo fundamento, adhibet Euangelium Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* ſed quàm impertinenter? Non enim ibi loquitur Do. de aliqua cognitione contentioſa vel iudiciali, nec de crimine occulto vel dubio, ſed de quo iam palàm conſtat, & de ſimplici cenſura Eccleſiæ in loco exiſtentis, & notitiam habentis de illo publico peccato & ſcandalo, & de pertinacia peccantis. Sed quid hoc commune habet ad res iudiciales & contentioſas? & tamen hoc prætextu Papa (iſque ſolus) volebat iudicialem & contentioſam cauſæ cognitionem aſſumere. Patet ibi, *& Rex Angliæ ſit paratus ſufficienter oſtendere quòd Rex Franciæ p'c. at in ipſum.* nondum ergo oſtenderat: nondum conſtabat de aliquo peccato, nec in confeſſo erat. Tum ibi, *niſi forſitan ipſe coram nobis vel Legato noſtro ſufficientem in contrarium rationem oſtendat.* Tum io fine ibi, *vel ſaltem humiliter patiatur, vt idem Ab'as & Archiepiſcopus Biturcenſis de plene cognoſcant.* Ergo prætextu contorti euangelij, contentioſam & iudicialem cauſæ cognitionem vſurpare volebat, & in quem? niſi in excellentiorem totius orbis Regem, & in ſuo regno ſupremum monarcham, & de rebus in ſuo Regno & regali ſua ſuprema iuriſdictione ſuos? Quin de rebus, iam finitis curiæ Franciæ areſto, cuius, licet inuiolabilis, modicam vel nullam rationem Inno. 3. habuiſſet, ſi coram eo Rex iudicium ſubire voluiſſet.

Feudum in Regno Franciæ non trahit iuriſdictionem.

94 ¶ Deinde ibi, *non enim*, &c. ne nimis iuriſdictionem Regiam turbare videatur, excipit iudicium de feudo: ſed mox eam excepionem inanem reddit, ibi, *niſi forſit ſure communi, per ſpeciale priuilegium vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum*, & ſic an & quid detractum eſſet, cognoſcendũ erat. In Regno autem Franciæ iuriſdictio nihil habet commune cum feudo: oec ſimplex feudum iuriſdictionem attribuit vt dixi in conſuet. Pariſienſ. §. 1. gloſſ 5. num. 44. cum ſeq. Pro ſecundo fundamento adducit dictum Valentiniani, quod ex hiſtoria tripartita tranſſumpſiuè habetur in c. Valentinianus 63. diſtinct. vbi, mortuo quodam Epiſcopo Mediolanenſi, Valentinianus Imperator congregauit Epiſcopos vicinos, quos exhortatus eſt dignum eligere Pontificem: qui non verbo ſolo, ſed etiam conuerſatione regeret Eccleſiam, ſeque imitatione virtutis teſtem doctrinæ oſtenderet: cui etiam Imperatores, nedum ptiuati, capita ſubmitterent, & eius monita, &c. Sed ille tex. loquitur de ſubmiſſione reſpectu miniſterij eccleſiaſtici, & medicinæ ſpiritualis duntaxat, non autem in iuriſdictione externa, nec in aliqua ciuili vel politica (quam temporalem vocant) poteſtate, vt etiam expreſſe tenent glo. Archidia. Cardina Alex. & omnes ibi, & ſic *ἀδύνατον* *ἐστι*. Pro tertio ſolidiori fundamento adducit ſtatutum Theodoſij, necnon Caroli Magni: ſed minime loquitur de ipſo Principe, vel cauſis Principum (quicquid inferat illa Decretalis. verſic. ſed forſan.) ſed priuatorum inter ſe duntaxat, & tempore quo Principes etiam Franci, & Gallici, nullum faciebant quæſtum de litibus ſubditorum, nec ſacroſanctam iuris dicendi adminiſtrationẽ quæſtui habebant, ſed debito oneri: nec aliud quærebatur, quàm vt lites, & earum occaſiones, minuerentur, & ſubditi quàm breuius & minore ſumptu ſyncerum ius obtinerent: quo etiam tẽpore ambitioſi & indocti non fiebant Epiſcopi, ſed vtin ſanctitate doctrinæ & vitæ conſpicui: quorũ iudicio (ſi eis vacabat) pacificari ſubditos, non ſolũ ſubditorum intererat, ſed Principum: qui ſic eatenus commode exonerabantur, nec periculũ erat quòd veteres illi Epiſcopi hac occaſione iuriſdictionem Principum ſibi vendicarent, incumbentes enim doctrinæ, verbóque Dei prædicando, cæleſtia tantum curabant & ciuilibus negotiis ſuum potius miniſterium vilificari cenſebant, iuxta beatum Paul. 1. Corinth. 6. & 2. Timot. 2 niſi quatenus charitas ſuadebat, cùm vacuũ eſſet, litigantes componere, & etiam ab eis, ſicut ab arbitris, ad iudicem ſecularem ordinarium prouocabatur, non autem ad Metropolitanum, vel alium ſuperiorem eccleſiaſticum, tex. in authẽ. ſi quis litigantium. C. de Epiſco. audi. Sed vt ſæpe queritur ſanctus Hierony. à malis Sacerdotibus diſciplinæ labes incæpit: qui cœperunt pro ſuo iure & quæſtu arripere, vt poſtea neceſſe fuerit Principibus, non ſolùm eis hoc prohibere, ſed etiam vſurpatam iuriſdictionem ſuam ab eis eripere, vt in Regno Franciæ, tempore Philippi Valeſij fieri cœptum eſt, anno 1329. oranie domino Petro Cogneno, inclyto Regio Aduocato: cuius tamen laudabilem memoriam mali (imò perſonati eccleſiaſtici) contumeliis indignis fœdare conati ſunt, vt refert glo. pragma. Contra quem fruſtra permulta ridicula & conficta deliria ſcripſit Petrus Bertrandi, tunc Epiſ. Heduenſis, poſtea Cardinalis factus. Et ſic ceſſante cauſa legis, videlicet innocentia, doctrina, & fidelitate Epiſcoporum eius temporis, quibus tam Principes quàm ſubditi tutò fidere poterant, ceſſat lex. Non enim fuit per aliam expreſſam legem abrogata, vt putat glo. in d. c. nouit, verbo quicunque. imò idem in effectu iure Codicis ſtatutum erat, vt eſt tex. in l. epiſcopale. & in d. auth. C. de epiſco. audien. ſed ceſſante ratione ſua, ceſſauit, iuxta legem adigere. §. quamuis de iure patronꝰ. Tum illud ſtatutum non loquebatur de Papa, ſed de Epiſcopo diœceſano in ſua diœceſi duntaxat. 97 ¶ Pro quarto & quinto fundamento adducit pacem & iuramentum. Sed, ſi peccatum attribuit iuriſdictionem externam Papæ, quis non videat omnia ferc ad eius forum trahi? Quòd ſi, vbi de pace vel iuramento obſeruando agitur, addas, quidnam ab eius foro excipietur; nonne omnis iuriſdictio Principis abſorpta erit? prout eos ambitionis & quæſtus ſui cauſa, omiſſo verbo Dei abſorbere neruis omnibus conatos eſſe, iam plus quàm ſexcẽtorum annorum ſpatia clamant? Sed ad quid ampulloſa illa Decretalis omnibus non ſolùm Epiſcopis, ſed Prælatis Regni per Papã miſſa eſt? niſi vt illis exſufflatoribus concitato populo, Rex auguſtiſſimus cauſam, iam actam, rurſus, & adhuc coram iudicibus ſuſpectis (vrpote à Papa aduerſano impulſore delegatis) agere cogeretur? & maiorem partem Regni ſui, impio & parricidæ illi, quem Papa humeris ferebat, calcatis Franciæ curiæ areſtis, reſtituere? alioquin per Legatum, ad hoc cum trucibus diris miſſum, Regno interdicto deturbaretur: prout ſimilibus illuſionibus Reges Teutonici nuper petiti, deturbati, & attrito erant?

C. Valentinianus 63. diſtin.

Veteꝛ diſciplina Principum.

Et Epiſcoporum.

Pecuniæ & iuramentum non mutant formam.

Do. Petr. de Cogneto Aduocatus Regis Philip. Valeſij iam reprehenſa iuriſdict. ab Eccl.

98 ¶ Non minus igitur laudanda eſt *πίστις καὶ εὐνοια* fidelisque affectus Francici populi erga Principem ſuum, quàm magnanimitas & conſtantia præfati Auguſti: qui, ſi dicas illas & ampullas Inn. 3. Legatorumque ſuorum veritus eſſet, imò niſi illas teſtuiſſet, Auguſtus non fuiſſet, ſed vix minimus & pauperrimus Regum Franciæ manſiſſet. Quamprimũ enim parricida ille areſtum contra ſe latũ ſciuit, Regemque ipſum in procinctu inchoatæ excuſionis eſſe, dum parum armis vtcunque executionem moratur, partim ad illam ſuſpendendam Papam in ſuam ſententiam pollicitationibus tractum ſollicitat, retras interim conſpirationes fabricat cum Othone 4. Imperatore, nepote ſuo, Ferrando Flandriæ Comite, Reginaldo Bononiæ Comite, & aliis belli ſocijs, ad Philippum opprimendum, Regnumque inter ſe vice prædæ diuidendum, prout inter ſeſe iam partiti erant. Quod niſi Philippus ſpretis iniquis diris Papæ, maturaſſet, nunquam ſemel amiſſam occaſionem reuocare potuiſſet. Poſt-

Ingens virtus Philippi Auguſti.

Digitized by Google

quam autem, præueniens, loca, ſibi adiudicata occupaſſet, facilius tam aduerſus Anglum in Aquitania, quàm aduerſus Othonem ſignis Imperialibus amiſſis fugatum, & Comites Flandriæ & Bononiæ, in Flandria, captos glorioſiſſima victoria, eodem fere tempore, ponius eſt: vt hæc omnia annales Franciæ & Armoricæ reſtantur.

Ioan. Regni Angliæ & Hyberniam Papæ ſubmittit, & tributariam facit.

99 ¶ Ioannes, iudiciis & armis cum ſuis victus, confugit Romam ad Inn. III. cui Regnum Angliæ & dominium Hyberniæ ſubmittit, eique, ſedis Papalis nomine, tanquam vaſallus homagium facit, togans vt ſibi, tanquam clientulo, Papa patronus ſuppetias ferret aduerſus Philippum, vtque ſaltem authoritate ſua efficeret, vt Philippus ei prædictos Ducatus & Comitatus reſtitueret: promittens, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Regibus Angliæ & dominis Hyberniæ, non ſolùm ea perpetuò vt feudalia, ſed etiam vt ſedis Papalis tributaria tenere, & quotannis dictæ ſedi mille libras argenti, videlicet ſeptingentas pro Anglia, & trecentas pro Hybernia ſoluere, quo velut pretio conductus Inno. III. non maiorem habuit rationem dignitatis & iuſtitiæ Regis Franciæ & areſtorum ſupremæ curiæ, quàm parricidiorum & aliorum ſcelerum Ioannis. Sed tam importunè egit erga Philippum, vt portionem aliquam Aquitaniæ (velut in os Ceiberi offulam) in feudum ligium dederit Ioanni: 100 ¶ qui tandem ſuis quoque odioſus, Regno

Sed Regno deturbatus male perit

deturbatus eſt à nobilibus & populo Angliæ, aduerſus eum (qui Flandrenſes in eos armauerat) implorantibus auxilium Ludouici, primogeniti prædicti Franciæ Regis: quem in Regem affectabant, eique Regnum offerebant. Inn. autem III. Ioanni, quantumuis ſcelerato fauens, prohibuit Philippo & Ludouico eius filio ne bellarent aduerſus Ioannem, non alia ratione adiecta, niſi quòd omnes dicti Ioannis aduerſarios excommunicauerat: quo non obſtante, non ſolùm magnam vim militum in auxilium nobilium & populi contra Ioannem miſerunt in Angliam, ſed

Ludouicus Franciæ in Regem Angliæ aſcitus.

etiam Ludouicus ipſe, cum robore exercitus, perſonaliter eò traiecit: vbi, velut Angliæ Rex admiſſus, homagia recepit, & mox Ioanoes obiit, nec Inno. III. eum liberare potuit ab exhumatione & eommuni opinione malæ mortis, de qua teſtantur annales. Sed ne perderet tributum & homagium Regni Anglici, miſit eò Galonem legatum ad tuendum & coronandum Henri. III. pupillum Ioannis filium: quod faciliter um terrificis cenſuris, tum præſidio ſacrificulorum & monachorum, Papæ ſemper addictorum, ſecúmque bonam populi partem attrahentium effecit. Itaque Ludouicus, illis omiſſis, rediit in Franciam.

101 ¶ Sed iam tempos eſt vt ex hac ſecunda ectaſi redeamus ad magiſtratus popnli Romani: pro quibus ſupprimendis & temporali iuriſdictione iſthic vſurpanda, quadringentis annis tam aduerſus Imperatores, quàm aduerſus populum Ro. miris artibus Papæ pugnauerunt. Enimuero poſt Alex. III. de quo ſuprà nu. 84. Lucius III. immediatus eius ſucceſſor, dum (etiam fauentibus ſibi quibuſdam ciuibus Romanis)

Lucius 3.

abolere Conſulum nomen annituntur, ex vrbe deiicitur, & fautoribus eius in vrbe deprehenſis, oculi effoſſi ſunt, vt ait Plati. & ab illo tempore deſierunt pontifices iuriſdictionem tempotalem obire, coacti illam telinquere populo, iuxta inſtitutionẽ Lotha. t. per vndecim ſequẽtes pontifices nita vt etiam, tempore

Romani veterem Senatus & populi authoritatem renouantes, à Greg. 9 vrbe pulſo, armis petuntur.

Vrbani IV. qui eſt vndecimus à Lucio III. Romani Imperio Ponnficis non obtempetarent, magiſtratus in vrbe nominèque ſuo cteantes, penes quos etiam vitæ ac necis hominum atbitrium eſſet, vt ſcribit Plati. & Blondus lib. 8. 2. decados. & papa vius II. in Epitome: 102 ¶ adeò vſque vt tempore Grego. IX. nondum 320. anni veterem vtbis Romæ politiam redintegrare molu ſint. vt enim ſcribunt Plao. & Sabelli. ennead. 9. lib. 7. Senatus more veterum, legem toga-

uerat, populúſque ſciuerat, vt omnia oppida, circa vtbem poſita, Romanis vectigal penderent. Quam legem Grego. IX. abolere volens, aut ſaltem eius executionem, etiam armis impedire volens, præſidia militum locis opportunis diſponere volut. quo facto Romam, etiam diſſuadentibus Cardinalibus, adit, populum dehortaturus: cúmque nihil efficere poſſet, ſed ad apertam vim res ſpectaret, Romanis ad arma contra pontificis vſurpationem, pro ſua libertate & veteri politia tuenda, ſeſe parantibus, vrbe relicta confugit ad auxilium Friderici II. Imperatoris: qui cum graues inimicitias, pro terrena ditione, exercuerat, & excommunicatum, magna exorta pecunia, abſoluerat, initio pontificatus, teſte Abb. Vrſperg. qui eo tempore vixit, & de Grego. IX. ita ſcribit: *Hic tanquam ſuperbus, primo anno Pontificatus ſui, cœpit ex.*

Greg. 9. Friderī. 2 male excommunicauit.

communicare Fridericum, pro cauſis frinolis & falſis, & poſtpoſito omni ordine iudiciario. Addunt Sabelli. ennead. 9. lib. 6. & alij quòd etiam Imperio & Regnis priuatum declarauit.

103 ¶ Addit Abb. Vrſperg. qnòd, dum Imperator in Syria, Hyeroſolimis Rex coronatus, militat, papa, captata occaſione de abſentia Impetatoris, copioſum exercitum deſtinauit in Apuliam, & terras Imperatoris, in ſeruitio Chriſti demorantis (quod nefandiſſimum eſt dicere) abſtulit & ſibi ſubegit, & cruce ſignatos (ſcilicet milites) ne transfretarent omni ſtudio prohibuit, tam in Apulia, quàm in Lombardia: teſpuit & abiecit literas Impetatoris, quibus gaudium annunciabat de Hierulalem, Nazareth, & Iope, cum

Malitia Greg. 9 in Friderīc. 2.

tetris adiacentibus recuperatis: falſamque famam de morte Imperatoris in Apulia diuulgari fecit: vt ciuitates, quæ adhuc in Imperatoris fide manebant, ſibi ſubiceret, crudeliotáque addit, quæ refettre piget. Quod vbi nuntiatum eſſet Imperatori, Seneſchallo ſuo, cum maiori patte exercitus Hieroſolymis relicto, celeriter magnis itioetibus, cum copiarum parte, Apuliam venit, & euocatis milobus Germanis, Apuliæ Regnum recepit.

104 ¶ Vltro tamen papam rogauit vt abſoluetet, & iterum Imperator & Rex Siciliæ appellaretur. quod non prius impetrauit, quàm centum viginti millia vnciarum auri perſoluiſſet, ipſéque ſupplex ad Gregorij conſpectum Anagniam veniſſet, vt Plati. Sabelli. Mutius lib. 20. teſtantur. Rurſus cùm papæ fautores Henricum, Friderici primogenitum, quem adhuc adoleſcentem in Germanorum Regem eligi fecerat, in patrem conſpirare ſeciſſent, fœdúſque in eum cum Longobardis & aliis inimicis inite, egit nummis Imperator cum Grego. IX. qui accepta ab eo pecunia (vt ſcribit Mutius lib. 20.) dat in Germaniam literas, quibus, ſub excommunicaoonis latæ ſententiæ pœna, mandat ne quis filio aduerſus patrem pareat.

Grego 9. his turpiter pecuniis à Friderī. 2. exegit.

105 ¶ Nihilominus, ad Romanos ſeruituti ſuæ ſubiiciendos, Reate ſe contulit, & cum Friderico colloquutus obtinuit, vt iunctis copiis vno tempore Romanos bello inuaderent. Decreuerat enim Papa Romanæ ciuitans ſpiritus infringere, atmíſque obſequio adigere, vt etiam Sabelli. ſcribit: qui, quantum poteſt facinora Papæ tegit. Friderieus autem in ipſo progreſſu animaduertens in dedecus & detrim cum perpetuum Imperij ſacinus cedere, Papæ ue ſui ſolius negotium in damnum Imperij & populi agere. conuerſis frænis terendit in Germaniam, Ducibus & præſidiariis militibus mandans, vt rebus potius populi Romani ſauerent. Grego. verò deſtitutus, ſibi nmens, vtpote iam Romanorum armis impar, alio ſtratagemate ſeſe protexit, magnis propoſitis præmiis Germanis militibus in ſua caſtra tranſeuntibus, quam ſpem multo ommero ſecuti, tranſitionem fecere, & hac vitium acceſſione Pontificiæ copiæ adeò creuere, vt Romanus exercitus non ſit auſus eum his acie confligere. Nec mitius tractatus fuit Imperator ab

Et cum eo fœdus ferit ad po. Ro oppugnandum.

Stratagema Greg 9 à Friderīco deſtituti.

anno 4. Innoc. IV. cuius tempore in Gallia agentis, Friderici. A II. de iuſtitia ſua & integritate ſuptenu Pariſiorum Senatus confiſus, eiuſdem Senatus iudicio ſeſe ſubmittere, & eius arreſto ſuper omnibus cum Papa controuerſis ſtare volnit. Quod Papa, ne quid de ſua autoritate minuere videretur, auerſams, duplici potentum partis tum iudicis officio functus, ſententiam diratum cenſuratum & ignominioſæ à Regnis & Imperio degradationis in eum ptomulgauit, quæ habetur in e. ad apoſtolicæ. de re iudica. in 6. quam etiam gloſſemate proprio (Papa exiſtens) inſigniuit: vbi inſolentiſſime iactat & memorandam prædicat ſuam illam ſententiam, ſeque infinitis terræ mariſque periculis vix enarrabilibus ſubiecitſſe, vt illam ferret, quaſi videlicet otio, etiam ſcholia ſcribendi, abundet: niſi cùm negotium faceſſendum eſt Principibus. Illum B etiam partialem fuiſſe magis quàm Apoſtolicum cenſet Bald. Tandem in Fridericum armis victum, & in Siciliam fugatum, etiam monachos & clericos ſuos in militiam armatam Apuliam miſit, non ſine execratione, vt refert Io. And. in c. cùm Apoſtolus. col. 2. de cenſib. in nouell. Sed tamen, quantumuis armipotens & Imperatoris debellator, cùm Romam tedire deſtinaſſet, & Petuſium iam peruenifſet, non auſus eſt Romam accedere, ptopter Senatoriam (quæ popiti nomine exercebatur) poteſtatem vt refert Plati. ſed Neapolim, contra Fridericum reuerſus, ibi mottuus eſt. Interim autem etiam Papa & Imperatore mutuis criminationibus & famoſis libellis ſeſe palam impetentibus (vt apud Abb. Vrſperg. & H. Mutium lib. 20.) & plumbus libris manu ſcriptis non im- C pteſſis,

106 ¶ Romani iuriſdictionem ſuam & magiſtratus ſuos propria authoritate, à Lucio III. per vndecim ſequentes Papas, ſine vlla interruptione conſeruarunt: donec Cle. IV. ad Manfredum Friderici II. nothum Sicilia expellendum, Carolum, Ptouinciæ & Andeganiæ Comitem, fratrem Ludouici IX. Francorum Regis, pellexit, vt oblatum vtriuſque Siciliæ Regnum, Manfredo exacto, ſuſciperet. Carolo verò triginta trtemibus è Maſſilia Tyberim ſubuecto, Cle. IV. egit ad populum, vt Catolus ingteſſus Romam Senatotium munus obitet: donec per Cardinales, ad hoc miſſos, Rex Hieruſalem & Siciliæ declaratur: hae conditione vt quotannis, feudi nomine, quadraginta millia nummorum auteotum eccleſiæ Romanæ pet- D ſoluerer, & ne Imperium Romanum, etiam vltro oblatum acciperet.

107 ¶ Deinde Henricus, Regis Caſtellæ fratet (vt inquit glo. in c. fundamenta. de elect. in 6. ver. depoſita.) commendatione Catoli Senatot vtbis Romæ factus eſt, & id muneris nomine ſuo ſeu populi, non Papæ, adminiſtrauit. Vnde Conradino adoleſcente, Sueuiq; Ducę, vetóque Siciliæ Rege (vtpote filio Conradi vltimi Regis, filij Friderici II. filij & Henti. VI. & Conſtantiæ Rogetij filiæ, cuius hic Conradinus etat Ptonepos (Romam ptoficiſcente, Henricum Senatotem cum populo Romano honoris grana obtuum habuit, Imperatoris nomine ſæpius à populo acclamanis, dicente interim Cle. IV dictum Conra- E dinum vtvictimã ad cædem duci. quam vocem, vt prophetican & miſerationis cauſa dictam, Plati. & Sabelli. ennea. 9. lib. 7. Paparum facinora quantum poſſunt velantes, excipiunt. Sed vt alij teſtantur, & tangit Paul. Æmil. de geſtis Franco. lib 7. vox erat mortis comuratæ: qua illum, per inſidias à Carolo victum, & dum fugiens Typerim tranceret, eognitum & captum, ad Caroli inqoe prottactum, iuſſit, vel conſuluit occidi, anno 1268. Et qualem animum in eum habuerunt Pontifices, ſans deteguut in c. fundamenta. §. nunqoid. de elect. in 6.

108 ¶ Catolus autem Romam Victor reuerſus Senatorium munus aliquandiu adminiſtrauit, ſcilicet vſque ad Nicolaum III. anno 1278. non ſine magna, vltra ſex menſes contentione, electum. quia Catolus vtriuſque Siciliæ (qua non diu poſt ſub Matt. IV. à Petro Aragone, qui Conſtantiam Manfredi filiam duxerat, ſpoliatus fuit, Gallis omnibus die Paſchæ ad ſonum campanæ veſperi crudeliſſime trucidans) Rex, & vrbis Romæ Senator, conclaui præfectus, admodum vrgebat vt vnus è natione Gallicana eligeretur.

109 ¶ Sed mox Nicola. Romanus, Caroli potentiam Nicol. 3. eommunitutus, vt ait Plati. (forte etiam diu prottactã & impeditam electionem vlturus) Hetruriæ Vicariatum ei abſtulit: hoc eſt, id egit vt à Rodolfo Imperatote teuocaretur, cauſificans Papa Rodolfum ægre ferte tam potentem habere Vicarium, nec aliter expeditionem Hieroſolymitanam actutum. Sed, vt ſatis tndicat Plati. Papa illam cauſam fingebat, vt ſuum negotium geteret. Rodolfus enim non erat in illam expeditionem iturus (vt nunquam iuit) & Hetruria Imperatoriæ iuriſdictionis erat: ſed hoc conſecutus Pontifex (videlicet ſublato tali Imperatoris Vicario) mox Flaminiam, ipſámque Bononiam, cum Exarchatu Rauennatum (quæ tum Imperatori ſuberant) in poteſtatem ſuam redegit: eóque miſit Bertoldum nepotem, Romandiolæ Comitem declatatum: miſit & altetum nepotem Larinum Cardinalem Legatum in Hetruriam: qui, reſtitutis vbique Gibellinis Florentiæ, ac in cæteris Hetruriæ vtbibus, pto arbitrio animi magiſtratus impoſuit.

110 ¶ Munus verò Senatorium, quod Principibus Nic. 3. Pap. & regibus (ſed nupet & à Cle. IV. vt dixi) demandari Senator. conſueuerat, ipſe ſolus obiuit, vt inquit Plati. Iam enim Regnum in Italia pacifiee bac & deceſſorum Cur Rodolfus Imperator non auder Italiam ingredi. ſuorum atte nactus, nihil timens ab Imperatore Rodolfo, nunquam coronato, quique, deceſſorum exemplis, Pontificum armbus male tractaris deterritus, nunquam auſus eſt Italiam ingtedi. Minus etiam timens à rege Siciliæ, vtpote nono deuotóque vaſallo, facile populum Romanum ſuæ ſeruituti, etiam in temporibus ſubiecit, cúmque tandem ea libertate priuauit, quam Lotha. t. Francus Imperator ei dederat, vt Plan. in Euge. II. Senatoriam igitur dignitatem ipſe à Catolo ad ſe tranſtulit. C. fundamenta. de elect. in 6.

111 ¶ Quo facto, non quiemt: ſed occaſionem quæ- rens illam ſenſim ſupptimendi, verboſam illam decretalem edidit, quæ extat in e. fundamenta de electio. in 6. vbi tuctatus ampullas, & ſeſquipedalia verba, ſuptemã ſuam temporalium iuriſdictionem fundat ſuper illud Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.* & ſuper illud Math. 16. *Tu es Petrus. &c.* Quo iure Papa temporalia ſibi vendicat. no autem ſuper fabula Conſtantini: quam licet pro veritate referat, tamen non dicit Conſtantinum donaſſe, ſed declataſſe, innuens eum quod ſuum non erat veto domino reſtituiſſe, & tandem ſanxit vt nullus Imperator, Rex, vel Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, aut quiuis potens ſtatet, filius, vel nepos eorum, poſſint vllo modo ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum, eligi vel aſſumi in Senatotem, vel alium magiſtratum Romæ vrbis, nec quiuis alius hnmilis ptiuatus vltra annum, receptis tamen ſolis cinibus Romanis originatiis vel eonrinuis habitatonibus: qui poterunt eligi ad vnum annom vel btenius tempus duntaxat. Quod adhuc non diu ſeruauit, ſed omnem ptorſus electionem populo Ro. abſtulit, & in ſe, ſedis nomine, omnem magiſtratum perpetuo tranſtulit (vt ſatis teſtatur Platina) enam ſi ſuos ita adamauerit, vt aliunde raperet, quod eis condonater. Nam quibuſdam nobilibus Romanis caſtella vi abſtuht, ac ſuis dono dedit, maxime verò Surianum: vbi, ſubita motte eorteptus, perit, vt ſcribit Plati. Charitas Papalis.

112 ¶ Quo mortuo Mart IV. Gallus, Turonenſis Mart. 4. hoc modo pontificatum nactus eſt. Cùm enim iam quinque menſibus ptotraheretur electio, præfectus

conclauis ne ſibi idem conringeret quod nouiſſime accideràt Carolo Senatori & Siciliæ Regi (qui, cùm fere ſex menſes vtiſſet Gallum eligi, tandem, Romano electo, voto fruſtratur eſt) irrupto conclaui Cardinales Vrſinos rapit, & in carcerem coniicit. Itaque Gallici Cardinales, abſentibus Vrſinis, ſuffragiis Italos ſuperantes, Gallicum Pontificem creant: qui Carolo Siciliæ Regi, gratificaturus, Senatoriam dignitatem, qua à deceſſore priuatus fuerat, reſtituit: licet id à Papiſticis non probaretur, vt inquit Plati. cùm ea res excitatura eſſet in vrbe ſeditiones, libertatis recuperandæ cauſa. Ioan.enim,à populo Romano capitaneus creatus, exercitum collegit: ſed hoc Papa ſedauit ſtatim vt Romanis conceſſit vt ex ciuibus duos Senatores ſibi deligerent: qoi vrbem gubernarent. Duos enim elegerunt: qui ciuitatem toto ſuo magiſtratu optime gubernarunt, non ſolùm toto tempore illius Papæ, ſed etiam ſui ſucceſſoris Hono. IV. quo adhuc eam dignitatem gerebant, vt apud Plati. qui licet in Cle.V. ſcribat dictum Clem.è Gallia tres Cardinales cum Senatoria poteſtate Romam miſiſſe, quorum auſpicijs vrbs ipſa atque Italia gubernaretur: cum Luxemburgum Imperatorem, Romæ à tribus Cardinalibus coronatum, Romanos omnes in verba ſua (vt mos eſt) iurare compulſiſſe: deinde, cùm potentia eius augeretur à quodam monacho, qui ei euchariſtiam veneno illitam dedit, ſublatum. Rurſus rempore Ioan.22. ſcribit Plati. quòd præerant vrbi Romæ duo ex nobilitate Romana, quos Romani Imperatoris Vicarios appellabant. Benedic. autem 12. miſſo in Italiam Legato, Senatui populóque Romano perſuaſit, vt Senatoriam dignitatem, quam diu Regio nomine geſſerant, ſuis tandem & eccleſiæ auſpicijs adminiſtrarent: ſed mox ſub Cle. VI. eius immediate ſucceſſore interruptum fuit. Et rurſus ſub Inno. VI. è Senatoria dignitate pulſi fuerunt hi, qui nomine Papæ inſtituti fuerant. deinde ſub eodem Cle. VI. authoritate Papæ, vnus Senator ad annum, & ſub Grego. XI. ad ſemeſtre creatus eſt.

Populo. Ro. Senatores reſtituit.

Henri. 7. suo veneno ſublatus.

Magiſt. Ro. nunc Pap. nunc Pop.

114 ¶ Nouiſſime Bonifa. IX. Pſeudopontificis ſucceſſit. vt ſupra glo.3. ver. 13. & prodigioſe ſceleratus, vt ſupra gloſ. 8. verbo *inordinate*, tandem (nondum centum & quinquaginta anni) primus populi Romani vim omnem in Pontificem tranſtulit, creatis ſuo nutu magiſtratibus omnibus, munitaque ſancti Angeli arce in mole Adriani. Sed circiter poſt triginta annos, Eugenio IV. fere idem accidit, quod Eugenio III. ſuprà eo.nu. Cùm enim Romani ad Euge.IV. bellorum amatorem, & promiſſorum, vt vtilitas poſtulabat, obſeruatorem (quique Delphinum, Caroli VII. Francorum Regis, filium, in Baſilienſes cum magno equitatu concitauerat, cuius impetu diſſipatus eſt conuentus ille, vt inquit Plati.) quererentur de agris vaſtatis & pecotibus ab his, quos Eugenius bello laceſſiuerat abactis, eos remittebat ad Franciſcum camerarium ſuum: qui, otio & voluptatibus deditus, nihil aliud reſpondebat, quàm eos nimiam ſpem in peconibus collocaſſe, exprobrans Venetos, ſine gregibus & iumentis, vrbaniorem vitam ducere. Quibus reſponſis indignati Romani ad libertatem pruclamant, & pulſis omnibus Eugenij magiſtratibur. alios ſibi creant: videlicet ſeptem è ciuibus Romanis (quos gubernatores appellabant) penes quos vitæ ac necis hominum ſumma poteſtas erat: adeo vt Engenius, ſumpto monaſtico cucullo, cum quodam monacho clam per Tyberim fugam arripuent: quo cognito Romani fugientem lapidibus & ſagittis inceſſerunt.

Bonifa. 9. omnem populi magiſtratum occupauit.

Euge. 4

Iterum pop Rom magiſtratum recipit.

115 ¶ Nicolaus autem V. eius immediatus ſucceſſor, Fridericum III. Romæ licet ex ſœdere prius icto coronaturus, prius portas vrbis, turres, capitolium, arcem ſancti Angeli, muris firmiſſimis muniuit, militéſque omnes ſuos cum collectitiis copiis Romam acciuit, timens ne (vt tempore Friderici I. & Adria. IV. contigerat) populos Romanus in verba Principis ſui iurare veller, eique magiſtratibus Papæ excuſſis, ſubiici, vt hæc omnia apud Plati. & alios. Quin rem- Cle. 8.
pore noſtro Cle. VII. vt vocant Romani, ſuis affectibus blandientes, de quo ſupra eo.glo.3. ſed, ſecundum veritatem hiſtoriæ rerúmque geſtarum, octauus. nolla enim ſynodo definitum eſt illos, qui tempore ſchiſmatis magni Auenioni ſederunt, minus eſſe Pontifices illis qui Romæ vel in parte Italiæ: imò veritas hiſtoriæ fouet eos qui Aueioni: qui conſequenter iuſtius computandi in catalogo quàm alij, ſaltem non minus: & qoa ratione vocant Inno.VIII. & Alex.VI. eadem, imo fortiori, vtimus iſte Clemens vocandus eſt octauus) noluit, nec auſus eſt, coronate Carolum V. Romæ, ſed Bononiæ, adhuc prius icto fœdere, inter alia ad Florentinam Remp. ſubigendam.

Mutatio eccleſiæ Romanæ.

116 ¶ Ex quibus ſatis abunde liquet qualis in primitiua Eccleſia fuerit ſtatus Eccleſiæ Romanæ, & quando quibúſque mediis, & in quem vſum & finem fuerit eius progreſſus & ſuperelenatio in temporalibus & ſpiritualibus vt vocant, hoc eſt ſuper Reges & Regna, & alias qooque eccleſias, eóque tandem deuenerint, vt Pontificatum habuérint pro magiſtratu, vt paſſim apud Plati. qui à media parte ſuæ hiſtoriæ, ſaltem ab Hono. II. vſque ad finem, Papatom vocat magiſtratum. Hinc fidem eccleſiaſticam vocant obedientiam temporalir ſuæ ditionis, vt expteſſe apud Plati. in Adria. IV. qui poſtquam pertinacia rertificiſque cenſuris vrbir Romæ iutiſdictionem & liberam adminiſtrationem Conſulibus abrogatis vſurpaſſet, circuibar ciuitates circumquaque poſitas, confirmaturus ear in fide eccleſiaſtica, vt ait Plati. id eſt, in ſubiectione temporalis & rerreni imperij Papæ contra Imperatorem. Sed tandem Romam, cuius libertatem initio oppteſſerat, exire coactus, priuſquam moteretur dixiſſe fertur *nullum in terris vitæ genus calamitoſius Papatu, & ſanguine parare Pontificatum non eſſe Petro, ſed Romulo potius, ſuccedere (qui, monarchiæ cupidine, fratrem occidit) vel* vt expreſſius de eodem Adria. refert Antoni. tit. 17. c.1. §. 9.) *Romulo ſuccedere in parricidijs, non Petro in ouibus paſcendis.*

Fides Eccleſiæ ſecundum Papam.

Confeſſio Adria. 4.

117 ¶ Iam ergo cunctis liquet quam functionem eſſe intelligant Paparum, & hunc Pontificatum Romanũ. Certe non eſt Pontificatus, de quo loquitur Imperator in l. ſi quenquam. C.de epiſc. & cler. tantum abeſt vt is ſit, de quo loquitur Imperator, Verbum Dei: qui Oſeæ c. 4. ait, *quia repuliſti ſcientiam* (ſcilicet verbi Dei) *ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi. Epiſcopatus enim nomen eſt operis, non tituli* 1.Timoth.3.a. c.qui Epiſcopatum deſiderat 8.q.1.c. plerunque. in fi. c.non omnes Epiſcopi.2 q.7.nihilque futilius quadam glo.quæ ſuper illud Marth 5. *vos eſtis lux mundi*, exponit, *id eſt, vos eſſe debetis* Eccleſia enim Dei nõ ex vtilis aut laruis, ſed ex ſolidis, veris, & viuis lapidibus conſtat.

Paparum & Epiſcoporum.

118 ¶ Cæterùm his quæ dixi ſuprà nu. 24. non obſtat quod Plati. in Benedic.II. & poſt eum Sabelli.ennead. 8. lib.6. Antoni. tit.13. c.1 § 5. ſcripſerunt Conſtantinum IV. Imperatorem Conſtantinopolitanum d. Benedicti ſanctitate permotum, ſtatuiſſe, vt quem deinceps clerus, populus, exercitúſque Romanus in Pontificem delegiſſet, ordinaretur, nulla Conſtantinopolitani Principis vel Italiæ Exarchi expectata authoritate, vt antea fieri conſueuerat (Id enim tatũ erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmaſſet, vel qui eius vices in Italia gerebat) tum quia ſanctitas ſolito more inſtituti (præter id quod vix nota eſſe potuit vltra mare: cùm dictus Benedictus vix decem menſes ſuperſtes fuerit) potuit mouere debuit ad obſeruandum tam vtilem & receptum morem, quàm ad illum infringendum: tum quia illud mutuao ſunt à Bibliothecario, Authore ſuſpecto; quippe qui ſcripta ſua

Conſtanti.4.

Bibliothecarius ſuſpectus.

ſua conſatcinauit ex quibuſuis apocrypbis vel fictis ſcripturis, in ſcrinijs vel Bibliothecis Papæ, quibus præerat, repertis: modò eſſent in domum ſui fauorem: tum quia prætenſa illa conſtitutio Conſtantini (quam falſam puto) nunquam effectum ſortita fuit: vt expreſſe teſtatur Volaterra. anthropolog. lib. 22. ex cuius verbis poteſt deprehendi, vel modico tempore ſeruatam non fuiſſe: de quo ſatis conſtitit, paulo poſt Benedictum, in Colonne, apud Plat. & per prædicta.

C. ego Ludouicus.

119 ¶ Minus etiam obſtat c. ego Ludouicus 13. diſtin. vbi dicitur Ludouicum 1. Paſchali 1. ius eligendi & inſtituendi Romani Pontificis remiſiſſe. hoc enim à ſuiſpecto Authore proceſſit: videlicet à præfato Bibliothecario, vt Plat. in Paſchal. 1. Sabell. enn. 8. lib. 9. Volaterra. anthropolog. lib. 22. teſtantur. Vt autem non eſt in fauorem Paparum credendum Bibliothecario potentatus eorum fautori, famulóque domeſtico: ita non eſt credendum Gratiano monacho: qui & ipſe affectibus, & ambitioni nouorum ſui temporis Papatum quantum potuit fauit, nec aliunde quàm à Bibliothecario dictum c. ego Ludouicus. tranſlumpſit, & ſic ne alijs, qui tantùm dicta eiuſdem Bibliothecarij tecitant, nec aliunde ſciunt nec examinant. Sed examinando veritas eluceſcit in contrarium: quia, vt ſupra nu. 27. idem paſchalis, à populo vi coactus pontificium munus obire, ante habitam authoritatem Imperatoris, Legatos excuſatum, & ad culpam non inficiandam, ſed in populum tranſferendam miſit ad Ludo. Pium: qui, vt manſuetus erat, ſatisfactionem quidem accepit, ſed cum increpatione cleri & populi, & adiecto præcepto maiorum inſtituta pactáque ſeruandi, vtque caueret, ne deinceps ma.eſtatem læderent, vt expreſſe Plat. & Sabelli. teſtantur.

Contra Bibliothecarium.

120 ¶ Quid autem magis contrarium aut repugnans eſt præfatæ & ſuſpectæ Bibliothecarij ſcripturæ? Certe vel hoc fallitatis conuincitur, nec tamen vno etiam per ſe ſufficienti exemplo tantùm: ſed etiam ex eo quòd, tempore Euge. II. immediati d. Paſchalis ſucceſſoris, Ludouico Pio adhuc viuo, Lotharius I. filius eius, in Imperij conſortium aſſumptus, Romæ polyteam ordinauit, & magiſtratus inſtituit, vt ſuprà num. 23. hoc autem fieri non potuiſſet, ſi Ludo. Pius Romam ipſam, caput Imperij, Papæ dediſſet. Quid quòd Volaterra. geogra. lib. 3. prætenſam illam Ludouici donationem longe aliter & diſſoruiter quàm Gratia. in d. c. ego refert; ſed ex ſcriptura quadam apocrypha, quam in Bibliotheca Papæ ſeſe inuenisse dicit.

Scripturæ Bibioth. Papæ reiiciendæ.

121 ¶ Et ſic illius Bibliothecæ ſcripturæ, vnde tam Bibliothecarius quàm Gratia. & Volaterra. ſumpſeruut, ſibi ipſis non conſiant, & non ſolùm quod domeſticæ, & è loco ſuſpecto, ſed vt varie, reiiciendæ ſunt, & multò magis ex eo quòd fides hiſtoriæ repugnat per prædicta: tum ex eo quòd Volaterra, vbi Calabriam inferiorem & ſuperiorem & Ducatum Neapolitanum includit, & alia quæ conſtant ex fœdere diuiſionis inter Catolum Magnum & Imperatorem Conſtantinopolitanum factæ, Græcorum Imperio ceſſiſſe, & diu plurimúſque ſeculis, etiam poſt Francorum Imperium in Germanos tranſlatum, vſque ad Gulielmum Fetrebach Normanum, Tancredi Galli Normani filium (qui è Neuſtria in Italiam tranſcientes Regnum Apuliæ anno milleſimo ſeptimo, deinde Siciliæ. Sacerdotibus tamen Græcis relictis, occupauerunt) remanſiſſet vt etiam ex hiſtoris eorum, qui tempore Caroli Magni, & deinceps vixerunt & ſcripſerunt, liquet.

Non verisimile Ludo. Pium ita Pap. tanta contulisse

122 ¶ Potrò nec verum, nec verisimile eſt, quòd Ludo. Pius ea donaſſet quæ non poterat, & nullo modo poſſidebat, & quæ pater eius ex dicto fœdere, Græcorum Imperio reliquerat. Quin, ſicut Regnum Francorum alienare non poterat, ita nec Imperium, & regiones Imperij occidentalis (quæ ex dicta diuiſione Carolo Magno & ſucceſſoribus ſuis ceſſerant) & multo minus Romam caput Imperij Alber. in c. 1. C. de ſum. trı. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcript. Et ſic donatio Ludouici, ſi qua fuit, eiſdem cauſis nulla eſſet, quibus & prætenſa donatio Conſtanti. Magni: quam glo. & doctores communiter, qui eam factam fuiſſe putant, tamen non valuiſſe concludunt, vt glo. Accur. in auth. quomodo oporteat epiſco. verb. conferens generi. coll. 1. Perr. Perti. in prooemio Inſtit. num. 11. cum ſeq. Signorol. de homeders conſi. 26. ſentit Bar. in proœmio & Balde de nouo C. compo. in prin. tenet quòd valere non potuit ſine conſenſu populi. Atqui prætenſæ donationi Ludouici, populus Romanus nunquam, ſicut nec prætenſæ donationi Conſtan. Magni, conſenſit: nec ſolùm non apparet de conſenſu, ſed de diſſenſu conſtat, etiam per continuam populi Ro. reſiſtentiam, tempore Euge. III. Adri. IV. Alex. III. Lucij III. Vrba. IV. vt ſatis ſuprà.

Donatio Constant. Magni. non valuit.

123 ¶ Tum nullus vnquam Papa inuentus eſt, qui ſe fundarit in prætenſa donatione Ludo. de qua in d. c. ego Ludouicus. nec qui eam vnquam allegauerit. & licet Nicol. III. in c. fundamenta. de electio. in 6. fabulam illam Conſtanti. Magni allegauerit: tamen non fecit fundamenta in ea, ſed in verbis factæ ſcripturæ Phariſaico & Iudaico more ad terrenum Regnum detortis, vt ibi patet, & ſupra. Pariter Grego. VII. qui tanto molimine Imperium Germanorum aggreſſus eſt & attriuit, nullo modo donationis cuiuſuis ab bomioibus ſiue à Conſtanti. Magno ſiue à Ludo. Pio meminit; quæ tamen maxime in rem ſuam ſeciſſent, ſi quid vert aut veriſimilis habuiſſet, & omnino non omiſiſſet) ſed tantùm tuntur verbis Chriſti, ad Regnum & Imperium totius orbis male detortis. Sic & Benedic. XII. contra Ludouicum Bauarum Imperatorem, non alio titulo Mediolani, & aliis vrbibus Imperij Vicarios nomine ſuo inſtituit (quibuſdam etiam vectigal impoſuit) quam velut vnicus Chriſti Vicarius in terris: hoc eſt, etiam in terreno totius orbis Imperio. Et antecum Benedic. II. eodem modo nouos magiſtratus Florentiæ conſtituit, vt apud Plati.

Nullus Papa illi donatio. se fundauit.

124 ¶ Præterea adhuc, viuo Ludouico Pio, & biennio ante eius obitum, Grego. IV. electus, nunquam voluit inire Pontificatum, niſi prius ſua electione ab Imperatore Legatiſue ſuis ad hoc deſtinatis diligenter examinata & confirmata, vt omnes teſtantur. & addit Plat. quòd præſatus Ludouicus hoc non faciebat ex ſuperbia, ſed ne iura Imperij amitteret. ergo falſum eſt illum prius ea remiſiſſe præfato Paſchali, vt ex Bibliothecario refert Gratia. & alij: quia Grego. IV. poſterior eſt, & tertius à Paſchali. I. & idem Ludouicus Pius adhuc viuebat, & recens adhuc fuiſſet memoria dicti prætenſi pacti inter Ludouicum & Paſchalem, ſi quod tale fuiſſet. Nullus autem Paſchalis Papa fuit ante illum primum, Ludouici I. authoritate confirmatus, nec alius ſecutus eſt, niſi fere poſt trecentos annos. Iam ergo non minus manifeſta eſt vanitas & impoſtura dictæ prætenſæ donationis, de qua in d. c. ego Ludouicus. quàm famoſæ illius fabulæ Conſtanti. Magni, necnon prædictæ donationis vel temuſſiouis Conſtantini IV. prout etiam nunquam habuerunt effectum, nec leguntur Papæ acceptaſſe, vel vſi fuiſſe, ſed aliis ſibi efficacioribus præſtigijs, terrificiſque & pertinacibus cenſuris & ſedicionibus, ad conterendum Imperia & Regna concitatis.

Continuatio confutationis c. ego Ludouicus.

125 ¶ Rurſus in d. c. ego Ludouicus. non dicitur quod Ludo. ius eligendi & ordinandi Romani Præſulis, ad Imperium ſpectans, vt in c. Adrianus II. c. in ſynodo. 63. diſtinct. abſolute vel ſimpliciter remiſerit, ſed ita demum vt electio eſſet omnium Romanorum,

& dummodo vno consilio & vna concordia, sine aliqua promissione fierer, & mox legati de ea re ad Regem Francorum dirgerentur. Et sic, si verum fuisset illud prætensum pactum, non potuisset electio auferri à populo, & limitari ad clerum: & multominus auferri à clero & limitari ad Cardinales, sine consensu Regis, cuius adhuc ius remaneret, si per simoniam vel aliam corruptelam electio facta sit. Reliquorum verò Episcoporum, etiam vino Carolo Magno per eum & Ludo. Pium eius filium, in consortium Imperij ascitum, data est electio clero & populo per sanctam eorum constitutionem (quam ex eorum capitulis transcribit Gratia. in c. sacrorum. 63. distinct. & in hoc vere & fideliter. Ita enim habetur, & ipse legi in eorum capitulis (Abbatum verò monachis, vt inter constitutiones eorum, & posit ad stil. Parla. par. 3. tit. 50. idque quandiu vixerunt perseuerauit: sed mox, post eorum obitum, filij eorum antiquum morem resumpserunt.

Caro. Mag & Ludou. Pius electi. Episc. dant clero & populo.

126 ¶ Quamuis autem præfatus Pelag. III. qui iudicio Phocæ Primatum obtinuit, statuisset electionem Episcopi à clero pariter & populo fieri, eámque ita ratam haberi, si à Principe ciuitatis approbata esser (qua via antiquis canonibus conformi, vix simonia aut alia corruptela ingredi potest, vt est tex. in e. in nomine domini. ver. mox Christe clericos 23. distinct. quod decretum summis & meritis laudibus extollit Plati. & conqueritur cum vita authoris extinctum) tamen non tam citò, sed diu posteà subsecutis Pontificibus sensim abolitum fuit. Primùm etiam, sed post Francorum Imperium finitum, Germanorum verò contritum, excluserunt laicos omnes & populum, clero relicto, deinde etiam clerum excluserunt, re ad paucos canonicos redacta, quemadmodum electionem Papæ Cardinales sensim ad se solos traxerunt, vt tactum est suprà ead. glo. nu. 57. cum seq.

Exempto clero populó que. electio ad paucos redacta.

127 ¶ Et sic ianua aperta est factionibus, simoniis, fauoribus, & corruptelis: & consequenter exclusis antiquis politicis canonibus, opus fuit nouis regulis & priuatis canonibus Papæ, non solùm ad monarchiam suam architectandam, instar iurisdictionis & Imperij secularis, idoneis: sed etiam ad quæstum, cùm pecunia redimantur. In primitiua autem Ecclesia iudicabant Episcopi causas fidei, ex sola sacra scriptura, reliquas autem disciplinæ ecclesiasticæ quæstiones ex canonibus, non Papæ, qui nondum erat, sed ecclesiæ, hoc est conciliaribus. vt ostendit Grego. Turonen. in præfata Francorum historia, lib. 10. c. 18. vbi refert Egidium Remensem Episcopum, læsæ maiestatis apud Chilpericum Regem Francorum accusatum, Metis tractum, conuictum, per Episcopos à Rege vocatos, & ab eis ordine sacerdotali, lectis canonum sanctionibus, temotum.

Ex quibus canonibus iudicabat Episcopus.

128 ¶ Non erant canones Papæ, nec Decretales epistolæ nondum natæ: sed canones conciliares, neque ecclesiæ Gallicanæ, iussu Clodouæi in concilio Aurelianensi congregatæ, in quo triginta tres Episcopi fuerunt, &c. 11. statuitur, si Diaconus aut Presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio & à communione repellatur. quod habetur 81. distin. c. si Diaconus. Et hinc est quòd compilatio Gratiani, quæ principaliter ex illis constat, nuncupatur simpliciter decretum canonum, compilatio vero Greg. IX. facta circiter anni sunt trecenti, non vocatur Decretum, sed extra Decretum, & pariter nouæ supradictæ Papatum compilationes, Inno. III. Grego. IX. & aliorum: quoniam principaliter constant ex nouis decretalibus, quas noui Pontifices, augendæ & ampliandæ iurisdictionis suæ causa, inuenerunt.

Concilium Aurelianense.

Cur Decretalis sunt extra.

129 ¶ Extat in regestis Regis consilium per Eudonem Burgundiæ Ducem datum Regi, ne videlicet permitteret nouas alias constitutiones Paparum in Regno suo admitti. Certum est autem nullo modo admissas, in his quæ secularem iurisdictionem concernunt, nec in eius vel Regis præiudicium, etiam si partim dissimulatione Principum, partim insciti & doctorum virorum neglectu (quod etiam eis exprobrat Panor.) nonnunquam etiam præstigiis perculsorum, quinetiam quorundam, per inclinationes temporum collusione cum summis Pontificibus (quorum opera & arte inimicos obruere volebant) tantum eis tributum sit, vt non solùm in ecclesiasticis omnia pro libito mutauerint, nouam Ecclesiæ formam inducentes, sed etiam in secularibus, super omnem potestatem & Regiam & Imperialem sese erexerint.

Consilium Eudonis.

130 ¶ Beatus Bernat. de considera. pulchre tantæ immutationis causam tetigit, quòd illi non solùm priuilegiis muniti, sed etiam ditionibus, honoribus, & opibus externis dotati, prioribus illis & simplicibus Pontificibus defunctis, surrexerunt audaces & ambitiosi homines: qui, postquam Pontificatum vt Regnum inuaserunt, ministerio verbi Dei omisso, ad res prophanas gerendas, contra c. enim te quidem. cum seq. 11. q. 1. & vt ait Plati. à religione ad arma conuersi sunt: vtque ait in synodo Simplicius Papa (non autem Symmachus, vt erroneè addit Granan. in superscriptione c. bene quidem. 96. distinct.) clericos quos amor dominationis imitasit, & iugum ecclesiasticæ disciplinæ fecit refugere. Et ante hos S. Hierony. c. diaconi. 93. distinct. sic dixit, *Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano Imperio, creuit anaritia, periit lex de Sacerdote. & visio de Propheta.* Quid nam hîc putas eum dicturum, si nunc reuiuisceret? nonne vt hæreticus combureretur? Atqui nihil minus quàm hæretici sunt, quos impij damnant.

Quid egerint diuitiæ &c. clas.

131 ¶ Cùm ergo Imperatoribus olim subiecti fuissent, eos vt dominos suos agnouissent (vt etiam Grego. ille Magnus Mauricium, deinde Phocam, quantumuis impium, vt etiam apud Antoni. tit. 12. §. 13.) eorundem authoritate ordinarentur, eorúmque legibus paruissent, etiam post tempora Caroli Magni, & ab eis etiam in politia ecclesiastica leges petiissent & acceptassent. c. de capitulis. c. vlt. 10. distinct. e. 1. & 2. 97. distinc. e. de illicita. 24. q. 3. & latius suprà in præfat. edicti, rerum vice vectis, Imperatorum se dominos gerere, illis leges dare, illos confirmare & destituere pro libito cœperunt: & quo liberius sine vllo rubore, ne videlicet indignius in patronos agere viderentur, vel ne quando ab illis in pristinum ordinem ingratitudinis ergò reducerentur, negare quicquam ab illis accepisse, sese verò eis quod haberent dedisse, priores Imperatores tyrannos & vsurpatores fuisse, donec alienum Imperium eis restituissent, nec eos, qui dederunt, suum donasse, sed diutius vsurpatum restituisse, conficta erronea, imò anticbristiana hæresi, quòd à Christo non solùm cœlestis sed etiam terreni Imperij iura accepissent.

Verſa rerum vices.

132 ¶ Et ad abolendam memoriam beneficiorum Francorum Regum Pipini, Caroli Magni, Ludo. Pij, qui eos sublimarunt & ditauerunt, fallas & ementitas donationes commenti sunt, referendo eas ad Constantinum, elephantico morbo corteptum & sanatum: &, quia nimis impudens impostura fuisset referendo ad Constantinum quorum (sub quo Pipinus legatis & postularis eius reiectis, Exarchatum & Flaminiam, & omnia Longobardis erepta Romano Pontifici dedit, vt apud Plau. in Stepha. II. Sabelli. ennead. 8. lib. 8. colum. 8. Paul. Æmilium de gestis Franco. lib. 2.) tertiorum ementitam illam donationem ad Constantinum primum, cognomine Magnum: de quo tamen nusquam legitur, quòd elephantia laborauerit, vt quintus ille, qui plus quadringentis annis secutus est, tempore Pipini.

Ingratitudo Paparum.

133 ¶ Sed iam satis detecta est impostura palex, quam decreto 96. distinct. suppositare, quam etiam

Impostura adulatorum Papæ.

falsam esse scripsit Papa Pius II. in dialogis, charta 21. Fely. c. solitæ. in fi. de maior & obedient. & late conuincit Lauren. Valla, in tract. super eo edito. Cardi. de Cusa. & Georg Metula de vicecomitibus. Nec vnquam omissum fuisser a Paul. Orosio & Plati qui ne pilum quidem, quamuis Plati. in Syluestro diligenter enumeret dona Constantini & Helenæ. & in Hadria. I. fetibit vanam illam opinionem de lepra Constantini Magni, forte tunc, videlicet tempore Constantini V. in oriente elephantiæ morbo correpti, naram, ob similitudinem nominis. Et contrariuo aperè sentiunt Fran. Petrarcha, Bapti. Mantua. lib. 1. de parien. c. 30. Andr. Alcia. paterg⁹ lib. 7. c. 19. Baptista Egnatius Romanorum Principum lib. 2. Quin repugnat series historiæ: cùm, post Constanninum, quidam Imperatores Romæ tegnauerint: & Bonifa. IV. duceotis sexaginta annis post obitum Constaotini Magni, precibus à Phoca Imperatore Pantheon obtinuerit.

114 ¶ Ipse quoque Papa & populus Romanus leges ab Imperatoribus Constantinoopolitanis, tanquam eis subditi, acceperunt, non solùm tempore Honorij, etiam ad preces Papæ, c. 1. 97. distinc. fere centum annis post Constantinum Magnum: sed etiam tempore Marciani, vt pater in c. 1. de iura. calum. vbi expeditum est, quòd lex Marciani, qui plus centum annis securus est Constantinum I. ligabat Romæ: imò etiam post ducentos annos, videlicet tempore Iustioiani Magni, & adhuc deinceps vltra alios centum quinquaginta annos, & vsque ad translationem Imperij. Quid quòd eotum quoque codicibus repugnat, vt nimis immemor fuerit Logodædalus ille tanti mendacij author: quia Booifa. Papa. I. (qui fuit circiter centum annis post Constantinum. I.) scribens ad Honorum Imperatorem, vocat Romam vtbem ipsius Imperatoris, c. 1. 97. distinct. Qui fit etiam vt Lotharius ptimus, Imperator Francus, Romæ magistratus constituisset? vt Plati. in Euge. II. Quorsum leges illæ quæ habentur in vsibus feudotum. Coostit. do. Lotha. & c. & alia infinita, quæ brevitatis causa prætereo?

Plures ab obedientia Papæ subtractiones.

135 ¶ Redeundo ad rem suprà ea. glo. nu. 131. plures interim Germani Imperatores sese, quandiu vixerunt, ab obedientia Romani Pontificis, bruis illis fulminibus spretis, subtraxerunt, vt Henric. IV. Fridericus II. Ludouicus, sive (vt Itali, in queis Plan. in Nicol. I V. dicunt (Loysius I V. Bauariæ Dux, & alij, de quibus ad Albertum Crantz, H. Muoum Cuspinianum, & alios Germanicatum rerum scriptores, remitto. Nec à Francis quoque Regibus temperatum.

Philippus Pulcher.

136 ¶ Cùm enim Philippus I V. cognomine Pulcher, anno 1296. vt se cuntra Romanorum & Anglorum Reges tueretur, no uom vectigal impoſuisset, & vetuisset arma, pecunias, & commeatum Regno euehi, cleticis etiam in dictis prohibitione & vectigali comprehensis, more prædecessorum suorum (qui etiam clericis pro defensione Reip. imponere consueuerunt, vt tempore Regis Ioan. I I. notum est. & olim redirus Abbatiarum Regoi distribuebantur in vsus partim monachorum, partim Abbatis, partim ad exercitum Regis, vt refert Anoni. de gestis Franco. lib. 5. c. 34. Regiæ enim potestati subest rota politia publica Regni: cuius pars sunt ecclesiæ, quæ etiam in Regno nullum temporale possidere potlunt, msi iure Regio. c. quo iure. 8. distinct.) tamen Bonifa. VIII. Regnum Francię subigere volens, primùm contra Regem edidit decreta clericis, de immunitat. ecclesia. io 6. cui paritum non fuit.

Bonifa. 8.

137 ¶ Hinc, & ob prætensum Appamiensem Episcopum, noiuet à se (electione Tholosani Episcopatus contra voluntatem Regis facta) factum Regięque maiestati, ex spiritu videlicet dicti creatoris sui rebellem, vtpote negantem se subiici Regi etiam in temporalibus, sed in omnibus soli Papæ, Bonifacius (inquam) superbè Regi significauit Regem ipsum subditum suum esse, tam in temporalibus, quam spiritualibus, adimens etiam iura Regalium, vetans & revocans collationes beneficiorum à Rege factas, hæreticum declarans, nisi ita crederet. Interim tamen (vt hodie Iul. III.) Io. monachum famosum canonistam & Cardinalem, in Galliam, sub Legationis prætextu, exploratorem misit: qui non solùm, vt explorator, Papam de omnibus certum teddebat, sed multos Episcopos & Prælatos clam accitos secretis colloquiis & fitelis nitebatur à Regis fidelitate auertere, & ad seditionem in Regem concirandam impellere, sed spe sua malisq; arribus frustratus, ad Bonifa. VIII. refugit

Ioan. monachus.

Conuentus Regni Francię Subtracta obedientia.

Conuentu verò statuom Regni Parasiis habito, consultum fuit Regi, & conclusum contradicendum Papę nec illi obediendum, donec à crimiribus hæteseos, homicidij, & simoniæ, & aliis, quibus grauatus erat, purgatus esset, & omnino non parendum reservationibus beneficiorum per eum factis, nec interdictis & censuris per eum minitatis: sed obseruandam pragmaticam Ludo. I X. aui sui, de qua in præfa. edicti præcedentis nu. 9.

Mors Bonifa. 8.

138 ¶ Quod non solòm factum fuit, sed Papa multis crimmibus accusatus Anagniæ captus, Romæ in carcerem coniectus, in tabiem versus, vt canis obiit: qui, vt vulpes ingressus, vt leo regnauerat. Et hoc propter impiam illam hæresim, quod eo ipso quòd Pontifices vtrumq; gladium habeant (sic enim intelligunt iura cœlestis & terreni imperij, quæ sibi vendicant ita vt minus tutò liceat cum talibus vllum fœdus inire, quàm cum Turca. semper enim negabit, successor sibi legem imponi potuisse, præsertim ad diminutionem iurium Papatus: quæ tanquam diuina immutabilia censent, & ab omni iuramento non minus se, quàm alios absoluont, imó Decretis suis nullum censent iuramentum, in præiudicium etiam tempotalitaris ecclesiæ etiam infetioris vergens, vt est tex. Inno. I I. in c. sicut nostris. de iureur. vbi agitur de quodam odioso reditu, vt patet ex themate sumpto è parte decisa.

Quam male tota fraudet Pap.

139 ¶ Quid quòd anno 1300. currentibus infinitis populis Romam ad iubileum, primo solenni die Bonifa. VIII. in Pontificalibus sese ostentaunt, postero verò die, Imperiali habitu infula Cæsarea gladium ante se nudatum deferri faciens, alta voce testans se vtrumque & terrenum & cœleste Imperium habere in vniuerso orbe, & Alberto Austriæ Duci, Rodolfi filio. petenti confirmationem electionis de se factæ in Imperatorem, superbè reiecit, sine sua authoritate factam nullam esse, affirmans penes se vtriusque gladij potestatem esse. Sequenó tamen anno, Regnum Franciæ ei de facto dedit, & eius electionem comprobauit, eo pacto, si Regem Franciæ impugnans se Regem gereret & Romanorum & Francorum. sed Albertus, saniori consilio vsus, filiam Philippi Pulchri vxorem duxit.

Bon fa 8. superbia.

Et odium in Philip. 4.

140 ¶ Carolus V. Sapiens vocatus, contra inualescentes ambitiones & præstigias Romanorum Pontificum, viros eruditos alebat, & componi fecit dialogom vtriusque potestatis, cui titulum Somnium Viridarij. Carolus V I. eius filius anno 1385. legem fecit super redinbus & reparationibus ecclesiatum. collectores Papæ & Cardinalium expulit, & ne beneficia alienigenis conferrentur, edixit, prehendique fecit, & ad manum suam poni, omnia temporalia beneficiorum, Abbatiarum, Episcopatuum (quæ exteri, præsertim Cardinales, in curia Papæ residentes, fructus extra Regnum efferendo, possidebant) & reditus colligi per suos commissatios, & in Regno in debitos vsus impendi (quæ edicta excudi feci ad stil. parlam. part. 3. tit. 32. §. 1. & tit. 57. §. 1.) sęque

Carol. 5.

Carol. 6.

ſubtraxit ab obedientia Papæ, & contra eius & offi-
ci alium ſuorum ambitionem & auaritiam præſens
senatuſconſultum edidit.

141 ¶ Papa verò Benedic. iratus, Regem, Prin-
cipes & omnes adhærentes, excommunicauit: &
videns bruta ſua fulmina ſperni, famoſum quen-
dam libellum per emiſſarios ſparſit: cuius copiam at-
tulit quidam, dicens ſe nuntium Tholoſanum: ſed,
tanquam ſcandoloſa & impia, per arreſtum ſupremi
Parliamenti Senatus, die decima Iulij anno M. CCCCI.
latum, publicè lacerata fuit. Deinde eodem an-
no, die viceſima Iulij, intra decimam & vndecimam
horam mane, ad exitum Senatus in præſentia Prę-
latorum & cleri ad gradus Palatij congregati, è carce-
re Luparæ per lictores adducti ſunt duo bulliſtæ
Bulliſtæ Papæ perſonaliter punitι. Papæ (qui truces eius cenſuras attulerant) & ad B
mulctam ignominioſam, quam emendam honora-
bilem vocant, damnati, bigiſque carnificum circun-
uecti, dedecoroſis, pictiſque veſtibus amicti, mithris
ludibrioſis inſulati, catamidiati cum inuerſis inſig-
nibus Papæ per compita traducti ſunt.

142 ¶ Et contra ſeditioſos quoſdam ab edictis
Regis appellantes, decreta inquiſitio, vtque, tan-
quam rei læſæ maieſtatis, punirentur. Rurſus anno
M. CCCCXVII. menſe Maio, in Senatu Pariſienſi &
frequenti conſeſſu concluſum fuit, non eſſe obedien-
Martι. 5. dum Martino v. nouo Pontifici in teſeruationibus,
præuentionibus electiuorum, & alijs quæſtuariis ar-
tibus, quas nouus Papa ingerete moliebatur: ſed
quòd ſeruarentur antiquæ conſtitutiones Regni, ſpre-
to etiam interdicto dicti Martini, vt dixi ſupra in te-
gu. de infimis, num. 84.

143 ¶ Et quamuis eo tempore plura concordata
cum Papa facta fuerint, tam per Henricum VI. Re-
gem Angliæ (qui anno M. CCCCXXII. Pariſijs ſe
pro Rege Franciæ gerebat) quàm per Carolum VII.
Concordata Henric. 6. Ang. & Carol. 7. cum Papa à reſpuuntur à Paris. ſuper collatione beneficiorum: tamen curiæ Parla-
mentares, tam Pariſijs ſub Henrico VI. Angliæ (quem
Henri. II. Franciæ Regem vocabant) quam Pictauis
ſub Carolo VII. noluerunt ea admittere, ſed liberta-
tem eccleſiæ Gallicanæ, & antiquas conſtitutiones
Regni, quantum potuerunt, cuſtodierunt. Ita quòd
anno M. CCCCXV. die 5. Martij, cùm Dux Berthfor-
tius, tanquam nomine dicti Henrici Regens Franciæ,
lireras patentes ad Senatum Pariſienſem decreuiſſet,
per quas admitti volebat ptonuſiones & reſeruatio-
nes Papæ, parlium non fuit: ſed procuratot gene-
ralis Regis intereſſit, vt extat in regeſtis eiuſdem Se-
natus.

Carol. 7. 144 ¶ Anno verò M. CCCCXXVII. Carolus VII.
vetuit omnibus Prælatis Regni ſui Ferrariam ire, vbi
ab Euge. IIII. ad concilium vocabantur: & tandem,
anno M. CCCCXXVIII. per eundem Carolum VII.
Regem, Bituris, in celebri conſeſſu ſancita eſt prag-
matica ſanctio, aduerſus annatas, reſeruationes,
expectatiuas, & huiuſmodi quæſtuarias artes cu-
riæ Romanæ. Et anno M. CCCCXL. per lireras pa-
tentes, eodem anno die XXIX. Decembtis publi-
catas & homologatas in eodem Senatu, vetuit ad-
miti, publicari, exequi, aut fulminati in Regno & E
Delphinatu quaſcunque bullas Papiſticas citation-
num, prænennonum, vel quatumcunque cenſu-
rarum curiæ Romanæ, & tranſgreſſores vt rebel-
les puniri. Et quia, in fraudem pragmaticæ, Poon-
fices per obliquum nonnullas annatas exigebant,
etiam de beneficijs electiuis, quando vocabant per
reſignationem in fauorem, vel permutationem, vel
quando diſpenſatione vel homologatione concor-
dati opus erat, & ſic ad eos recurrebatur, nullas
omnino bullas expediri permittebant, niſi prius an-
natis quandoque pluribus ex eodem beneficio per-
ſoluris.

Ludou. 11. 145 ¶ Hoc animaduertens Ludou. XI. Franco-
tum Rex, anno M. CCCCLXIIII. & rurſus anno
M. CCCCLXXVIII. publicis edictis vetuit pecu-
nias aut lireras inſtirorum Romanorum efferri, &
omnibus ſubiectis inhibuit vllas bullas a Roma pe-
tere, cuſtodibus etiam limitaneis adhibitis. Et quia
ſub Pio II. concilij Baſilienſis, quod ptius ptopu-
gnaoerat, inimico acerrimo, complures Cardina-
les & aulici Papæ in Regno Franciæ plura benefi-
cia obtioebant, quorum reditus Romam exporta-
bant, ad hoc incouueniens amoliendum, ſtatuit
idem Rex Ludouicus vndecimus, vt omnes in hoc
Regno beneficiati, intra quinque proximos meo-
ſes in ſuis beneficijs perſonaliter reſiderent, ſub pœ-
na prębenſionis temporalium & amiſſionis fru-
ctuum. Vtque facilius ſe tueretur à duris & cenſu-
ris Papæ, fecit eum decreto Senatus Pariſienſis per
procuratorem ſuum generalem appellari à Papa ad
futurum concilium. Sub hoc Papa Pio refert Sa-
belli. ennead. IX. lib. 6. Minoritarum (quos Cor-
digeros vocant) ſectam vſqueadeò per totum terra-
rum orbem pullulaſſe, vt quadraginta prouincias
obtinuerint, & ſub qualibet plures cuſtodias conuen-
tus (Guardianos vocant) & ſexaginta hominum mil-
lia exceſſiſſe, adeo vt magiſter vniuerſi ordinis (quem
Generalem vocant) ſæpius auditus ſit Papæ, expe-
ditionem in Turcos paranti, polliceri, ex Seraphi-
ci Franciſci familia, triginta bellatorum millia, quę
bellica munera grauiter obire poſſent, nihil ſacro-
rum culru interpellato. Verùm eam expedinonem
papæ, quandoque aliud agentes, fingebant. Sed ad
C rent. Rurſus ſub Carolo VIII anno M. CCCCXCVI.
academia pariſienſis appellauit, tanquam ab abu-
ſu, à quibuſdam exactionibus & vſurpanoni-
bus Papæ, contra dicta decreta & conſtitutiones
Regias: & fuit appellatio admiſſa in præfato Se-
natu. Ingens Minoritarum, multitudo, & ſtrenuitas.

146 ¶ Ludo. autem XII. Francorum Rex, poſt- Ludou. 12.
quam multas vrbes Italiæ à Bentiuolis & Venetis vi
armorum ereptas, Iulij II, Papæ ditioni ſubiecíſſet, Iulius 2.
eius ingratitudinem & animum hoſtilem expertus
eſt. Iulius enim, Francorum ope ſuperiot in Ita-
lia factus, mox perfidioſus Ligur, &, vt ait Budæus
in IIII. Aſſis, intemperiis actus, in eos arma con-
uertit, Hiſpanos, Germanos, Heluetios, Anglos, in
Franciæ Regnum, illud ad interneciooem deletu-
D tus, concitauit. Ludo. aurem, anno ſeſquimilleſi-
mo vodecimo ſynodum eccleſiæ Gallicanæ Turo- Concilij Tu-
nis congregauit: vbi conſultum & concluſum fuit ronenſe.
licere Regi ſeſe ab obedienna Papæ ſubtrahere, eúm-
que armis coërcere. Et concilio generali indicto & Concilium
habito Piſis Iulius Papa ab adminiſtratione Papatus Piſanum.
ſuſpenſus fuit. Iulius aurem armis detuibuit con- Iulius ſuſpen-
cilium illud, Mediolani (vbi Philippus Decius pro ſus armis co-
concilio ſermonem habuit inter eius conſilia im- cilium detur-
preſſum conſil. ELI.) deinde Lugduni tranſlatum: bat.
eúmque Iulius à Papatu ſuſpenſus, ditis ceoſuris
Gallos omnes execratus eſſet, omnium etiam pec-
catorum condonarionem eos trucidanobus bullis
emiſſis prædicati feciſſet, frendeos odio, Italia pul-
E ſos, etiam Mediolano (vbi libros omnes & bona
Philippi Decij diripuit) per Heluenos expulit, & Philip. Dec.
paulo poſt multis & grauiſſimis ſceletibus infamis
obijt, poſtea quam in Regem Franciæ infœlicem,
adiutorem, & benefactorem, concitauerat & arma-
uerat Imperatorem Maximilianum, Reges Angliæ
& Hiſpaniæ, necnon Heluetios, Regnum Fran-
ciæ ad internecionem delemrus, niſi morte præ-
uenrus fuiſſet, vt Magnus quoque Eraſmus in Chi-
liadibus ſcriprum teſtatur. Interim aurem Ferdinan-
dus Atagonum Rex, Elizabetha vxore defuncta, te- Regnum Na-
gnuoi Legioois & Caſtellæ, tanquam filiæ tutor, uarræ occu-
detinens, Caroli V. Imperatoris auus matetnus, à cauerunt.
ſordidis & auaris moribus Ioanues Gippon vulgarr

Pompeion.

ſcommate vocatus, Pompeiopolim (quæ, florente Romanorum Imperio, Pompelon à Pompeio Magno condidore vocabatur, vt air Strabo, qui ſub Auguſto militauit, & ſcripſit, Geographiæ lib. 3. quam ſuo tempore à gente Vaſconum inhabitari dicit: nunc Pampilona vocatur) regni Nauarræ caput, & maiorem eius regni partem, tam iniquè, quàm fraudulenter Inuaſit, & ſpolianit Ioannem Albretum (tunc abſentem) rauone Catherinæ vxoris ſuæ, & filiæ Gaſtonis, Nauarræ Regis, legitimum Regem Nauarræ, & patrem illuſtriſſimi illius

Henricus I. verus Nauarræ Rex.

herois Henrici huius nominis primi, & nunc veri Nauarræ Regis, vt ſcripſi in conſuet. Pariſi. §. 29. num. 4. idque ex ſolo prætextu, quod Albretus conſilio Piſano cum Rege Franco adhærens, à Iulio diris cenſuris cum Gallo execratus fuerat, eorúmque, vt à Papa præciſorum & omnibus dignitatibus & dominijs exutorum, regna, per eundem Iulium primo occupanti donata erant, more Papis ſolito: qui Decretales ſoas (quibus ſeſe terreni quoque Imperij & regnorum clabes habere aſtruunt) aduſque animam & ſanguinem, euangelio neglecto, defenſuros profitentur. hac ſola occaſione Ferdinandus ille (qui & ipſe in eadem damnatione erat) regnum abſentis & ignorantis, nec præmonitı, contra ius gentium, occupauit, nec vererur nepos, Imperator, aurea vina mordicus defendere. tot mala & tyrannides pepererunt Paparum mores & Decreta.

147 ¶ Cæterum domini temporales & communitates Italiæ, non admittunt exactiones cameræ Papalis, niſi in quantum è re ſua, & illam, cùm libet, ſpreris cenſuris excludunt. Veneti propter Ferrariam in fidem ſuſceptam, à Cle. v. anathematis ſpiculo defixi, hoſtes eccleſiæ iudicati, omnibus ſpoliandi & trucidandi expoſiti, truces illas diras ſpreuerunt: etiam ſi earum occaſione bona ſua & merces vbique diripereotur, & plures ex eis occide-

Veneti diras Cle. 5. ſperuant.

Palegora Papæ Legatus in armis.

rentur, & Palegora, Papæ Legatus eos etiam armis aggrederetur, Gallos cruce ſignatos, & collectitiam ex Italico delectu manum in eos emittens, vt refert Sabelli ennesd. ix. lib. vij.

Florentini & Lucenſes.

148 ¶ Eodémque tempore Florentini, & Lucenſes ob Piſtorium, inuito Pontifice occupatum, ſacris interdicti, & anathemate perculſi, non deſtiterunt. & Neapolio Legato, in eos nullo, cum ſuis cenſuris ſpiero, clerum ſunm grauiſſimis exactionibus diu multúmque vexarunt, rerúmque poriti in gratiam tamen recepti ſunt, cùm Palegoram Papæ Legatum aduerſus Venetos, anno M. CCCIX. iuuiſſent, vt Plati. in Cle. V. Ruſus Florentini,

Papa priuator collationis beneficiorum à Florentinis.

propter vnicum abuſum à Papa commiſſum in conferendo vnam Abbatiam, ſitam in eorum ditione, prioauerunt Io. XXIII. Papam, in eorum ciuitate tunc degentem, poteſtate conferendi beneficia in eorum ditione ſita, vſque ad quinquennium.

Sixti 4. facinus horrendum.

149 ¶ Et tempore Sixti. IIII. è Franciſcanorum ſodalitio aſſumpti, bullas eius & cenſuras fulmineas, quibus etiam ab omnibus deprædandi & trucidandi proſcribebantur, fortiter ſpreuerunt. Quorum factum & libertatis conſtantia, doctorum præſertim Iuriſperitorum conſilijs: per Italiam comprobata eſt (vt per Fran. Areti. conſ. CLXIII. Hierony. Tortum: cuius conſilium ad calcem conſi. Anc. Butr. impreſſum eſt) bellúmque funeſtum, & agrorum populationes, à Papa illatas, ſuſtinuerunt. cùm enim, ex horrenda & cruenta conſpiratione in Remp. Florentiæ, Iulianum, & Laurentium Medices, facta, & conſcio & animente Papa, proditoriè exequenda, vt ſcribit Rapha. Volaterra. Geogra. lib. 5. Archiepiſcopus Piſanus, & quidam Papæ neceſſarij, & alij con-

Horrenda conſpiratio.

iurati, die dominico. 10. Calend. Maij, anno Dñi. CCCCLXXVIII. in templo, ſub ſpecie miſſæ audiendæ, tanquam loco & hora ad id aptiſſimis, ſigno dato cum euchariſtia attolleretur, ſubitò ſicis eductis Iulianum Medicem confodiſſent, Laurentio Medicè grauiter vulnerato, & in proximum eiuſdem ædis ſacratum a ſuis excepto & ſeruato, TVM ¶ & eodem die captus cum ſuis Archiepiſcopus ad curiæ feneſtras ſuſpenſus & ſtrangulatus fuiſſet, iratus Papa quòd facinus non ſucceſſiſſet, nec ob Cardinalem incolumem ſibi redditum placatus, Florentinos omnes, eo quòd miniſtri Mediceorum, Dei Sacerdotes & Cardinalem attigiſſent (quaſi non licuiſſet eis aduerſus tam horrendum ſcelus ſe defendere) non ſolùm diris omnibus execratur, & omnium ſpoliationi & trucidanoni expoſitos boſtes iudicat: ſed ipſe quoque etiam Ferdinando Siciliæ Rege, ſocio belli aſcito, in eos cum armato exercitu mouet, & agros populatur. Contrà verò Florentini non ſolùm, Duce Ferrariæ in auxilium accito, armis ſe defendunt: ſed etiam conſulti iuriſperti totius Italiæ doctores, in queis Franc. Areti. conſilio CLXIII. Hierony. Tottus, cuius conſilium ad calcem conſi. Anto. Butr. impreſſum eſt, & alij, Florentinos inſtè dictum Archiepiſcopum & alios coniuratos, in flagranti crimine comptehenſos, morti addixiſſe, diraſque cenſuras Papæ, trucéſque eius proceſſus nullos & abuſiuos fuiſſe, & illis ſpreos tuſtè potuiſſe Florentinos vim vi, & arma Papalia armis repellere. Plura id genus alia, præſertim alias ciuitates & Regna ſpreris iniquis cenſuris Papæ defenſa, & quæ alioquin euerſa fuiſſeot, prudens, aliò diſtractus, præteteo: cùm etiam plus quam notoria ſint.

Archiepiſ. Piſanum proditorem Papa vlciſcitur.

q *Liberum.* Geneſ. 48. Eſdræ 7. & de Druydibus, ſub veteri Gallorum paganiſmo, Cæſar de bello Gallico, lib. 6. c. in quahber. com ſeq. xxiij: q. viij.

r *Euangelica.* Lucæ 22. vbi Chriſtus inter Apoſtolos maioritarem, ſeu Primatum reprobauit, diſcrimen faciens inter eos & Reges gentium, quibus poteſtatem ſuper ſubditos, vtque ab eis benefici vocentur concedit: Apoſtolis autem adimit, iubens vt maior fiat ſicut minor, & qui Princeps eſt, ſicut qui miniſtrat. Idem Matth. 20. inquiens, *non ita erit inter vos, ſed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter: & quicunque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus.* Idem Marci 10: *ſatis quòd qui videntur imperare gentibus, dominum exercent aduerſus illas, verùm non ſic erit inter vos: ſed quicunque voluerit ex vobis eſſe primus, erit omnium ſeruus.* Ex quibus clariſſimis verbis Chriſti duo ſequuntur. Primum, Regnum ſuum non eſſe ex hoc mundo: quod diſertè coram Pilato teſtatus eſt Io. 18. & conſequenter nec Apoſtolorum nec Eccleſiæ ſuæ Regnum hinc eſſe, & impiam hæteſim eſſe dicere Chriſtum cœleſtis & terreni Imperij iura Apoſtolis, aut ſaltem Petro & ſucceſſoribus conceſſiſſe. tantom enim abeſt vt Chriſtus Apoſtolis vel Eccleſiæ ſuæ terrenum Impenum, vel Regiam aliquam ſiue Imperialem ſiue ciuilem poteſtatem in aliquos, nedum in Reges & Imperatores conceſſerit, vt protſus ademerit: Secundum quod in ſpirituali ſuo Regno, cuius gloria non eſt in terris, ſed in cœlis, & in futuro non in præſenti ſeculo, in quo Regnum ſuum conſiſtit in miniſterio verbi ſui, ſeu euangelij ad remiſſionem peccatorum, verámque inſtitiam, cum ſanctu bonorum operum per illum aſſequendam, in hoc (inquam) tam ſancto & ſalutari miniſterio, vetat omnem contentionem, & omne ſtudium Primatus, iubens & inculcans ſtudium fideliter euangelium miniſtrandi, ſatis indicans quantò quis fidelius & amplius miniſtrauerit, & plures ad euangelij noti-

Maioritas inter Apoſtolos reprobata.

tiam & obedientiam adduxerit, eò maiorem in Ecclesia & Regno Christi futurum.

4 ¶ Nullus ergo Episcopus, nec Romanus quidem, potest ob id dicere se dominum ecclesiæ suæ, nec quoad diuionem extet nam, quam Christus expressim ademit, nec quo ad ecclesiasticum seu spirituale ministerium, in quo iubet eos seruos & ministros Ecclesiæ esse, prout etiam fecit, docuit, & scripsit beatus Petrus, epist. 1. c. v. obsecrans Presbyteros & Episcopos curam gregis agere propense, sine affectu lucri, nec dominium exercere in cleros, sed esse exemplar gregis. beatus Paulus, 1. Cor 4. 2. Corinth. 6. sanctus Cypri. tract. de simplicita. cleric. vt in glo. præcedenti. num. 15. Et illud beati Pauli præceptum latius vrget S. Hie. in epistola ad Nepotianum, & habetur xcv. distinc. c. esto subiectus.

5 ¶ Liquet igitur quòd cuicunque aliter facienti licet, authore Christo, necnon beatis Petro & Paulo, & Clemente in epistola ad Iacobum, & sanctorum patrum, Leonis quoque primi c. manet. xxiij. q. 1. Sancti quoque Ambrosij xxiij. q. 1. c. quæ digniot. in fi. & Grego. Magni. c. admonendi. ij. q. vij. ab eo esse subtrahere, nec ei obedire. Imò hoc differre præcipit beatus Paulus 2. ad Thessaloni. vlti. & ad Galat. 5. & rursus 2. Timoth. 3. vbi iubet ab his se auertere, qui formam pietatis prætexunt, sed virtutem eius abnegant. nempe qui secta professi, ea cauponantur vel quæstui habent. Ex iuxta eius doctrinam, idem præcipit sanctus Ambr. super Lucam c. 9. & habetur in d. c. quæ digniot. in fi. xxiij. q. j. dicens *. si qua est ecclesia, quæ fidem reſpuat, nec Apostolicæ prædicationis fundamenta possit. deat, ne quid labe perfidiæ possit aspergere, detestãda est.*

6 ¶ Eece quòd non distinguit nisi à sola doctrina euangelij, quam si nunc non teneat, non prædicet, non obseruet verbo & exemplo, etiam si alias tenuerit, quia iam non illa, sed alia & aduersaria est, omnino deserenda est. Hinc etiam Ecclesia Christiana catholica dicitur, quòd non sit certo loco affixa, & multo minus à certo loco dependens, sed à spiritu Dei, illic vbi pure sonat verbum Dei existens, & quò fert impetus spiritus, gradiens, vt pulchrè & sublimiter diuinus ille vates Ezechiel capit. j. describit.

Ecclesia cur dicitur catholica.

7 ¶ Nunc conser vitam, titus, fastum, studia nouorum Pontificum, & reputa quinam & quales sint, à fructibus eorum, Christo authote, iudicando, Matth. 7. c. Luc. 6. s. Quid si eorum opiniones & doctrinam conferas? exemplum præber spurcus & blasphemus monarchialis tract. ab impio Iacobo de Terano Vebani vt. cubiculario editus, incipiens, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.* vbi verba illa exponit temporaliter, scilicet antequam Christus passus esset, & cœlos victor ascendisset. Verba enim Christi Io. xii. *cum exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum:* exponit, *id est, omnia Imperia & Regna mundi recuperabo, & auferam à Cæsare, Regibus, & aliis Principibus,* idque per milites suos Apostolos. Præcepta verò eis data, vt neque aurum neque argentum possideant, sed tantùm comedant de his, quæ apponentur, exponit temporaliter, non pro tempore legationis, qua functi sunt, Christo in terris agente, sed quo post eius assensionem militanerunt in humilitate, afflictionibus & paupertate, donec Imperia & Regna mundi subiugassent: quibus subactis vel conuersis, vrait, licitum est eorum discipulis, Regijs opibus, culm, & delicijs vti, & aliis, vt subditis, imperare, præsertim Papæ ? 8 ¶ quem sic probat esse Regem Regum, & dominum dominantium. Imperatores verò, Reges, & omnes magnos & paruos, illius ad nutum, & in omnibus, subiectos esse. Quem impium & blasphemum libtum non ausus fuisset asserere, & multo minus edere, nisi domini sui Papæ, à quibus pendebat, in eadem sententia fuissent: prout Augustini de Ancona, qui Teranum circiter octogima annis præcessit, & adulatoria illa oratio ad Pium II. quam Antoni. tit. xxij. c. xvij. §. 1. refert, quæ nil aliud crepat, teliquorúmque adulatorum libri pudendi, quinetiam quædam Decretales eorundem, satis ostendunt.

Liber monarchialis Papæ blasphemus.

9 ¶ Et quia Fely. & cæteri canonistæ passim citant, probant, & sequuntur dicta præfati Augusti. de Ancena in Summa de ecclesiasti. potesta. eadem sunt quæ & præfati libri monarchialis: nisi quòd fusius & distinctius tractantur. firmat enim eisdem contortis argumentis, quòd Papa haber omnem etiam Regalem & Imperialem, nedum Sacerdotalem potestatem in toto mundo: quia consecratur Sacerdos, & coronatur vt Rex, & festum coronationis nuncupat omnibus Regibus, vt tradit q. j. artic. 7. Regibus (inquam) tanquam suis vasallis, suæque iodiciariæ potestati subiectis, vt etiam possit eos instituere & destituere, in queis etiã Regem Ftanciæ cõprehendit q. 46. per totam. Quinetiam in Reges Turcarum, Paganorum, & omnium infidelium q. 5. per totam. etiam insta terram q. 32. per totam. firmat enim quòd Christus per suam passionem metuit iudiciariam suam potestatem super omnem creaturam, & quòd illam dedit & reliquit Papæ: qui habet claues vtriusque potestatis, etiam temporalis & externæ, etiam super Paganos, in toto orbe. q. 24. per totum. & quòd ab omni Rege, vel Imperatore, imò à quoeunque homine, per totum orbem, potest ad eum appellari. d. q. 45. art. 3. & contrarium sentientes hæreticos indicat.

10 ¶ Sed quis hæc plus quàm hæretica tot ettotum portenta, nouúmque (vt ita dicam) Alchoranum, non execretur? Mohometes nudis armis totum mundum superstitioni suæ subiici docet & iuber, illa verò præfatis præstigiis simul, &, vtcunque data occasione, armis. quanquam non ita tecens est Alchoranus ille Augustini de Ancona, quippe sub Io. xxii. cui dedicatus est, editus, circa annum Domini M. CC CXXX. iam sunt plus ducenti viginn anni, & erat doctor Sorbonicus, vt patet in epistola liminari. Quanquam, ne cæteris quoque eiusdem ordinis videar illius vitium impurare, fuerunt eodem tempore, & alij doctores Sorbonici, multò certe doctiores, contrarium docentes & scribentes, in queis Gulielmus Occam & Ioannes Parisiensis. Necnon Io. Gerson in libris de vita spintu. animæ, & de potesta. eccle. & de Auferib. Papæ ab ecel. Si bi tamen a canonistis & Papistis non solum teijciuntur, sed etiam indignis contumelijs afficiuntur: cùm spurcus ille de Ancona, cum suo discipulo Iacobo de Terano, summis ab eis laudibus efferatur: 11 ¶ Vt his quidem nouissimis seculis iam omnibus palam factum sit in eos verificata esse & impleta vaticinia beati Petri in 11. c. ij. a. & beati Pauli ad Timoth. 11. c. 4. a. de coacetuanubus sibi magistros prurientes auribus, & qui à veritate aures auertant, ad fabulas verò conuertantur, & de his quibus adempta est veritas, qui existimant quæstum esse pietatem, 1. ad Timoth. 6. b. Gratia Deo quòd impletum etiam videmus illud beati Pauli, quòd manifesti fiunt. Supereſt, imò vicinum est, implendum quod beatus Petrus prædixit, *eorum* (inquit) *perditio non dormitat*, &c. & bæc pro multis breuiter perstricta sufficiant.

s *Factam.* scilicet anno M. CCC XCVIII. quo congregata synodo ecclesiæ Gallicanæ, statuit & publicauit plenariam illam Papalis obedientiæ subtractionem, quæ sæpius hic tecitatut: cuius Reginm programma habetur in Regestis eiusdem Senatus, in libro antiquarum constitutionum Regiarum charta CXXVI. in quo programmate inter alia hæc clausula haberut, videlicet *ab obedientia totali nos, Ecclesia, cetus, & populus Regni nostri, ac Delphinatus, de prædictorum vocatorum Consiliariorum assensu, recedimus, nunciamusque, authoritate præsentium, recessisse. Volentes, inter cætera, quòd abunde in antea ipsi Benedicto, suisque collectoribus, ac alijs officialibus quibuscunque nullus, cuiuscunque conditionis fuerit, de redditibus, pronen-*

tibus, & emolumentis eccleſiaſticis, quomodocunque, aut ex quacunque cauſa ſoluere, aut reſpondere præſumat.

τ *Extorqueret.* Quod non modò miſerum eſt Gallis: ſed multo magis pudendum Francis.

Galliæ ſubactæ à Iulio Cæſare.

1 ¶ Galliæ enim à Caio Iulio Cæſare primum ſubactæ, circitet quingentis annis, non tamen plenis, ſubiectæ fuerunt & tributariæ Romanis Imperatoribus, tã ethnicis quàm Chriſtianis: ſed non vſqueadeò grauabantur nec expilabantur, quantum à trecentis, & multò magis à ducentis annis, vexari & exhaurirí cœpetunt à Romanis Pontificibus.

Agrippa Iudæorum Rex Gallos laudat.

2 ¶ Extat apud Ioſephum Iudaici belli lib. 2. elegans oratio Agrippæ minoris & vltimi Iudææ Regis, qua Iudæos ab inſœlici aduerſus Romanos rebellione fruſtra conabatur auertere. Vbi præcipue ob oculos eorum ponit Gallorum diuitias, potentiam, amplitudinem, aliarum nationum opibus non indigam, ſed fontes domeſticæ fœlicitatis intus habentem, omnibúſque bonis totum pene orbem irrigantem, mille tamen & ducentorum militum præſidio contineri, cùm plures penè haberent ciuitates quàm præſidiarios milites.

Gallia magis expilatur à Papa quam olim ab Imperatoribus.

3 ¶ Si igitur tanta erat pax, tanta fœlicitas, tantæ opes Gallorum, cùm ſerui & tributarij eſſent Romanorum Imperatorum etiam ethnicorum, imò eccleſiæ carnificum, quænam mala Erinnys ab orco emiſſa inuaſit, vt liberi facti, excuſſo iamdudum Romanorum Principum iugo, duriorem tamen & miſeriorem ſeruitutem Romanis Pontificibus ſeruiant, ſaltẽm à ducentis vel trecentis annis, vt iam ſingulis annis plus indies exigi & extorqueri ſolitum ſit à curia Romana, quàm decem annorum tributa tempore veterum, & potentiſſimorum Romanorum Imperatorum aſcendebant?

4 ¶ Quidnam Regibus & Principibus Francicis pudendum magis eſſe poſſit? Franci bellipotentes, toto terrarum orbe formidabiles & inuictiſſimi, ſemper liberi, nunquam tributarij (qui Romanorum Imperio nunquam colla ſubiecerunt, ſed potius Gallias, Romanis victis & electis ab eorum iugo, ſub Clodione Comato, & Clodoueo primo Francorũ Regibus, ab anno domini quadringenteſimo triceſimo quinto, vſque ad annum domini quingenteſimum, liberauerunt) nunc tandem ſuam Galliam, imò ſuum Regnum, longe maiori decuplóque grauiori tributo in dies premi ſinent? Quorſum ergo antiqua illa & peculiaris Francorum libertas? Quorſum tot ſacræ conſtitutiones, & pragmatica illa Lud. ix. aduerſus huiſmodi exactiones? Imò quorſum iuramenta, à Regibus noſtris in ſacra eorum inauguratione præſtari & innouari ſolita?

Quando Franci eripuerunt Gallias Romanis.

5 ¶ Quòd ſi quis dicat religionis ergò has exactiones tolerari, Reſponſio in promptu eſt, nihil vetæ religioni noxium & aduerſarium magis. Cùm ſecundum Apoſtolum, auaritia ſit Idolorum ſeruitus, vt etiam experientia oſtendit, quia, quæſtus duntaxat cauſa, Idolorum cultum inuehunt. Quòd ſi quæſtus ceſſaret, ea ſpernerent. Chriſtus quoque & eius præco Paulus eos præcipuè religionis hoſtes deſignant, qui ea in quæſtum habent, qualibuſcunque tandem titulis, interim etiam ouium nomine, perſonati ſint. Quid quòd iam in confeſſo eſt, verum religionis cultum, per huiuſmodi quæſtuarias Romanæ curiæ artes, maximè impediri & inquinari, & prophanari? adeò vt ſanctum & religioſum ſit eas abolere, tantum abeſt, vt religioſum ſit illis indulgere? niſi fortè quod Chriſtus vocat ſeruire mammonæ, & Paulus idolorũ ſeruitutem eſſe contendit, antichriſtiana perfidia religioſum putat.

Maiorum exempla.

6 ¶ Quòd ſi maiorum exempla requiras, ſiue Pontificum illi has exactiones exercuerunt, & ſimoniacæ hæreſis damnauerunt, c. quiquis. c. ſi quis epiſcopus. c. ſanctorum patrum. c. cùm omnis, 1. q. 1. ſiue Imperatorum, extat ſancta l. ſi quenquam C. de epiſcop. & cleri. ſiue Regnum Francorum, illi à Pontificibus rationem fidei diſciplinæque Eccleſiaſticæ, ſedulò exigebant, c. ſatagendum. xxv. q. 1 Quin etiam tecentiores Franciæ Reges & legibus, & edictis, & ſenatuſconſultis ſemper nouorum Pontificum auaritiam ἐξ ὧν ἐμίσησεν damnauerunt, & diſtrictè vetuerunt.

7 ¶ Adeò vt etiam ſi in his conſuetudo induci poſſet (quod falſum eſt: male enim adinuenta, malæque conſuetudines, neque ex longo tempore, nec ex longa conſuetudine confirmantur, inquit text. in auth. vt nulli iudic. hic. hab. in prin. c. quia cognouimus. & ibi glo. 10. q. 3. & malæ conſuetudines ſunt tanquam abortiua ſtatuta, inquit Bal. de pace Conſtant. not. 7.) tamen, quia ſemper reprobatæ, damnatæ, & interruptæ ſunt, nulla conſuetudo vel præſcriptio prætendi poteſt. Remanet ergo merus & improbatus abuſus, prout etiam notum eſt, has quæſtuarias artes Romanæ curiæ, non laudari nec defendi; niſi ab ambitioſis & cupidis hominibus, tanquam ſuis affectibus idoneas: vt videlicet his malis arnbus cò penetrent, quò vitæ ſanctitate, doctrina, vel meritis, aſcendere non poſſunt, & tandem impie quæſita male diſperdant, & vt inquit Michæas Moraſthites c. 1. quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur. Si hæc omnia, vt per impoſturas cauponantium, & quæſtui habentium miniſterium Eccleſiaſticum exacta, non in defenſionem Imperij aut Reip. vt olim, ſed in luxum eorundem abſumitur: quorum Deus venter eſt, & gloria in dedecore ipſorum, qui terreſtria curant, vt ait Apoſtolus ad Philipp. III. etiam ſi interim perſonam in ſe transferant quaſi ſint miniſtri iuſtitiæ: quorum finis erit iuxta opera eorum. 2. Corinth. 11.

Quanta vis pecuniarum Roma curia eruat à Gallia.

9 ¶ Vtque pancis videas, quanta vis pecuniarum ſingulis annis exhauritur è Regno Franciæ, primò innumeræ myriades auri expiſcantur per eas quas vocant annatas, ſeu vacantias Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Abbatiarum, Prioratuum Conuentualium, & aliorum Sacerdotiorum electiuorum. Et hoc tributum exigit Papa ante vllam expeditionem vel traditionem bullarum. Secundò non ſolum exigit de Sacerdotio tunc collato, ſed etiam de omnibus aliis Sacerdotiis, quæ impetrans tenet, & qui, cùm, vt ea ſimul cum collato nouo Sacerdotio retinere poſſit, diſpenſatur, nonobſtante quòd in pnoribus collationibus eorundem Sacerdotiorum annatas perſoluiſſet.

10 ¶ Tertiò rurſus omnium eorundem nouas annatas exigit, etiam ab eodem poſſeſſore vel titulatio, toties quoties eodem modo per noui Sacerdotij aſſecutionem vacant, ſeu vacare finguntur, & de nouo diſpenſatur, euam ſi bis, ter, aut quater in anno hoc contingat: ita quòd ſæpius contigit, & viſum eſt in Gallia eundem Prælatum pro eodem beneficio tres aut quatuor annatas integras Papæ dependiſſe, non ſine magno etiam imperitorum & ſimplicium ſcandalo: cùm videant feuda & res prophanas ſemel tantùm in vita vaſalli domino directo vtuus anni tantum reditum dependere, & adhuc hoc tarò contingere, & quando caſus exigendi contingit, non plus quàm ſemel in vita vaſalli exigi. Quod, ſi vnquam maxime, hîc exclamat ſancta illa l. ſi quenquam. C. de epiſco. & cler. *Quem (inquit) murum integritatis, aut vallum fidei proundabimus? & auri ſacra fames penetralia veneranda proſcripſit. Quid denique cautum eſſe poterit, aut ſecurum, ſi ſanctitas ſuccorrupta corrumpitur? Ceſſet igitur deinceps altaribus, immmere prophanus ardor auaritiæ, & à ſacris adytis repellatur piaculare flagitium.*

11 ¶ Quartò infinitas quotannis exigit pecunias etiam de ſimplicibus, ratione præuentionum à ducentis circiter annis contra diſciplinam Eccleſiaſti-

eam & antiquos canones vſurpatarum. Hac enim via nequiſſima prouocantur homines ambitioſi vt Romam mittant quin quandoque vel pauperes, verſuram facientes, quam huic aleæ committant, quin etiã (vt quandoque vidi) viles imò famuli ad futta etiam domeſtica alliciuntur, vt inde cum trapezitis Papæ, ſpe venandi beneficia, negotientur: adeo vt nonnunquam ad idem beneficium tres, quatuor, vel ſex (vt vidi) per ſimoniacæ hæreſis trapezitas (ita vocat eos tex. in c.1. col.1. 23. diſtinctione) Romam mittant, vt etiam pro eodem beneficio quandoque plures bullæ à diuerſis redimantur. tot enim & totidem vendunt Romani officiales, quot veniunt emptores, ſolidum bullæ pretium numerantes. nihil enim ad eos de exitu, lucro, vel damno emptotis ſeu collatotij, modo pretium habeant. Et hac via non ſolùm affligitur Regnum in pecuniarum ingenti euacuatione, ſed in morum deprauatione, diſciplinæque Eccleſiaſticæ corruptione. Hac enim arte Romana, non ſolùm irritantur qui ſuapte natura ſunt ambitioſi: ſed etiam & maiores & minores prouocantur, vt proſtrata vera diſciplina, ambitioni & auaritiæ ſtudeant: cúmque multi eandem aleam ſubierint, & vnus tantùm ex currentibus beatæum obtinere poſſit, ſeſe limbus infinitis necnon odijs & vexationibus inuicem atterunt & conficiunt. Hic ſcilicet interim officij Eccleſiaſtici cura ſubeat.

Iſtam gloſſam dicit eſſe ſingul. Alexan. de Imo. in l. ſi pœnæ ff. de condit. indeb. Hieronym. Cagno. char. 61. col. 3.
C. *Apoſtolicos 12. q. 2. ibi alienare timila,*]
Græcè θησαυρια, hoc eſt Theſauri: Res pretioſæ, & ab annquo repoſitæ, vnde θησαυρισμος, id eſt, Theſaurarius de quo in l. linbus c. de agricolis & cenſitis, lib. 11. & reuerendiſſimus Cimiiarcha in l. vlt. in f. c. de bonis authoritat. Iudic. poſſidend.
Ad *gloſ. d. c. Apoſtolicos, ibi, ſtid dicas.*]
Hanc gloſ. ſequitur Spec. de empt. & vendit. §. tertio loco, 1. verſic. quid ſi Clericus, & ibi per Ioan. Andr. in addinon. Bald. in l, in tantum, de rerum diuiſio Philipp Franc. in c. Semel, de regul. iur. io ſexto. Sed falſum eſt, quia nullo iure caoetur. Vide Roch. Curtium in tract. de iure Patron. chart. ſexageſima quarta, in paruis.
E
Ad *ſuperſcriptionem c. & ſacrorum, ead. quæſt. ibi, item Grego.*]
Epiſtola 35. ſeu c. 199. lib. 6. Epiſtolarum.
Ad *gloſ. c. Sacrorum Canonum ead. quæſt. ibi, quod videtur.*]
Idem Felinus in cap. ſignificauit, de Iudæis. Philippum Decium in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Ludo. Gomeſ. ſupet 6. c. 500. in paruis. Sed falſum eſt,

vt dixi ad Philippum Decium in d. c. Quæ in Eccleſia- A rum, nu. 10 vt non ſit opus limitatione Alexand. in l. 1. § Res quæ, ad Trebellia.

C *d vtro, ead. q. ibi ad vſum communem.*]

Sic ſemper fuerunt qui ſpreuerint ceremonias, quanquam reprobo prophanam petulantiam quæ tantum irridet, ſed hi in commoda ſua narrant. Cæterom parum fidei in hiſtoria.

Ad *gloſſ. c. Alienationes* 12. *q.* 2. *in verb. Præbendæ ibi. obſ gare.*]

Ita practicatur vt etiam ſecularibus curijs poſſit obligare, & quotidie in Regno Franciæ fermentes Regij vel inferiorum prehendunt fructus huiuſmodi pendentes vel futuros ſequeſtris appoſitis.

Ad *gloſſa c. ſi qua de rebus, ead. quæſtione ibi, ipſo iure tenet.*] B

Imo ipſo iure non tener ſaltem nouo iure c. 1. ne ſed. vacan.

Ad *gloſſa c. ſine exceptione, ead. quæſtione, ibi contractum tenere.*]

Quod eſt æquiſſimum, & tenent doct. in l. cum hi § eam tranſactionem, de tranſact. & ita ſæpe defendi, & obtinui, & ita hodie iudicatur in Senatu Pariſienſi.

Ibidem *in gloſ. tenet alienatio.*]

Idem gloſ. 3 ca. in ſumma, ſed commoniter reprobantur à doctor. poſſunt tamen ſaluari ſecundum Antoni Butr. in cap. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſ. per gloſſ. ibi verbo profuturum, quando alienatio communi opinione reputabatur vtilis Eccleſiæ licet non eſſet Antoni. Corſet. in ſingul. verb. C Alienatio.

Ad *ſuperſcriptionem c. Tertulas, ead. quæſt. ibi, ſicut in Agathenſi Concilio legitur.*]

Cap. 45. & hoc cap. Tertulas, ſeruatur in praxi & ita conſuluerunt Io. Cald. Concil. 11. de iureiur. Concil. 7. de reb. Eccleſiaſt. non alien. Bal. Concil. 156. lib. 5. Soc. Conſil. 103. col. 3. lib. 1. Guid. Papæ deciſi. Delphina. 156. Idem Panorm. cap. vt ſuper de reb. Eccleſ. non alien. Philipp. Franc. capit. primo, col. ſexta, eo. in 6. Rabia de monte in tractat. de emptio. & vendit. quæſtione 5. principali in f. Fraociſc. Curtij tractat. feud. part. 2. quæſtio. 21.

C. *Cum redemptor* 12. *quæſt.* 2. *ibi, nati fuerant.*]

Id eſt fuiſſent vel primi homines fuerant l. 2. de natali reſtitut. D

C. *Bonæ rei, ead. quæſt. in additione ad gloſſam l. Si totae ff. ad l. falcidiam.*]

Sed d. lex nunquam fuit intellecta vſque ad annum ſeſquimilleſimum, quinquageſimum, quo librum meum de donat. & de in officioſis excudi feci, vbi natiuo & legitimo ſenſu reſtituitur, & analytico gloſſemate dotatur.

C. *Pontifices* 12. *quæſt.* 3. *in princ. in verb. aliis.*]

Stulta gloſ. quia textus loquitur duntaxat de Epiſcopis, qui vocabantur ſummi Sacerdotes, quia id nomen erat omnibus commune ſicut verbum Papa, vt paſſim in hoc decreto, & dixi in tractat. ad edictum Henric. II. contra paruas datas, gloſſa 15. Tum certum eſt quod iſtud erat Concilium Prouinciale, quod nullam ba- E bebat poteſtatem decernendi de Epiſcopo Romano & alterius Prouinciæ, & ſic de illo non loquitur, ſed de omnibus Prouinciæ.

Ibidem *in gloſſa Canonicis iſtis.*] Et ſic demonſtrando aliquos: ſecus ſi ſimplicitet & ſub ſolo nomine appellatiuo legaretur Canonicis, quia idem eſt ac ſi diceret Canonicis Eccleſiæ, vel Eccleſię, adde Barthol. Socin. in l. ciuibus, de regul. iuris.

C. *Sacerdotes* 12. *q.* 4. *in gloſ. ibi, rerum Eccleſiæ.*]

Panorm. in c. vlt. de pecu. cletico. Clauſ. ver. Clericus.

C. *Quicumque ead. quæſt. in textu, ibi, reformabitur.*] Idem Panorm. Concil 10. lib. 2.

C. *Quicumque* 12. *quæſt.* 5. *in gloſ. in verb. de San-*

ctimonialibus, ibi, condemnatur.] Scilicet per Innocentium II. qui mala ratione eas reprobat, ideo non fuit illi patitum, & nihilominus vſque hodie remanſerunt, quamuis quaſdam habeant ſuperſtitiones, quas bonum eſſet corrigi.

CAVSA DECIMA TERTIA.

C. *Eccleſias* 13. *quæſt.* 1. §. *In diœceſi.*] verba ſequentia non ſunt Dionyſij, ſed actorum quorum & reorum litigatum refert Gratianus.

§. *Hæ itaque.*] Alias *hæ ita*, & ſequuntur verba reorum.

§. Item *dominus, ibi, quæritis Tympanum.*] Satis apparet eos conduxiſſe Adoocatos, qui in tem elientum omnia miſcerent: vides ante plura ſecula auaritiam, lites, cęcitatem inuaſiſſe Eccleſiam externam, quam malè etiam aduſque detorquent verſicu. 2. Pſal. 81. tantum ad laudes Dei vrget.

§. *Ad hæc.*] Hic incipit replicatio actorum vſque ad finem quęſt.

Quæſt. 2. *in princip.*] Hic incipit duplicaóo reorum ratione preſcriptionis, & ſubaudi ad hęc ſcilicet reſpondent rei.

c. *fac. ead. q.* §. *at illi.*] Scilicet actores triplicantes.

§. *Quomodo.*] Hic Grat. verba ſua interponit.

C. *Ebron, ead. q. ibi, ertum virorum.*] Alias quatuor virorum vnde vocatur Cariathatbe Ioſue ca. 14. Bartholomęus Anglicus lib. 14. ca. 7.

C. *Vua quæque ead. q.* §. *Item beatus, ibi, exemplis colligitur.*] Scilicet per Actores.

C. *Vbicunque, ead. q.* §. *quia ergo,*] concluſio reorũ.

Ibidem, verſ. ſed dicitur.] Scilicet per Actores, quod tamen non facit ad vltimam allegationem reorum, ſed ad c. vltima voluntas & ca. vbicunque.

C. *Si quis iraſcitur ead. q. in gloſ. in verb. prohibetur, ibi. c. perlatum.*] quod nihil facit: nec debet gratia. reprehendi, quia loquitur ſecundum penſum text. precedentis facit l. 17. q. vlt. c. vlt.

C. *Quæſta eſt, ead. q. ibi, à filijs Ephron.*] Aliàs à filijs Emor. hoc eſt Ephron filio Seor. quem acriter ibi tuſectatur ob ſepulturę venditionem Do. Alphon. Toſtatus Abulenſis Epiſcopus Hiſpanus, qui circa annum Domini 410. in Biblia fuſiſſime ſcripſit.

C. *In Eccleſiaſtico. ibi, Eccleſiaſtæ.*] Imo in Eccleſiaſtico ca. 7. d. qui vocabatur panatetos, vt dixi in tract. de vſur. q. 2.

* *Ibidem, & alibi de homine.*] Quod hac Parentheſi includitur ſuppoſitionum puto, quia in antiquis noſtris exemplaribus non habetur.

* C. *Præcipiendum, ead. q. in gloſ. ibi, exhædræ.*] Exhędrę hodie dici poſſunt loca quę in peripſtylijs Canonicorum aut Monachorum, id eſt Clauſtris, vulgo Capitula dicuntur. Vide Budęum in Annotat. pandectarum ad l. ſi vero ff. de ijs qui deiecerunt.

Ad *ſuperſcriptionem ca. Pro obeuntibus. ead. q. Greg. Papa.*] Non primus ille, ſed tertius magis adhuc degenerans.

Ad *ſuperſcriptionem c. Tempus, ead. q. Auguſtinus in Enchiridio.*] cap. 110. ſed vide Confeſſio. l. 9. c. 12. cum ſeq. Pet. Lombard. in 4. ſententia, diſtin. 45. hęc prolixe ſed non ex verbo Dei exagitat, & commentatores eius mandrabulum junitanrur, vt libri eorum oſtendunt.

Ad *ſuperſcriptionem c. quia alij, ead. q. Ambroſius in libro, &c.*] Col. 1. Tomo. 3. Sed Eraſmus cenſet omnino & abſque dubio ſuppoſititum eſſe.

Ibidem *in textu, neceſſarium putatis.*] Scilicet humanę conſolationis, & officij humanitati debiti vt decet Ambro. in libro de Abraham Patriarcha. & Io. Chryſoſt. c. vbicunq. j. ead.

C. *Qui dixit a, ead. q. in gloſſ. verb. neſciunt, ibi, hoſtia oblata.*] Imo quia hęc ſola hoſtia ſaluat nos & intercedit pro nobis, non alius, nec Abraham quidem.

Ad *ſuperſcriptionem d. c. Qui diuina, ibi, Concilio Toletano tertio.*] c. 22. lib. 1. part. 3. chart. 44. Pariſijs impreſſorum.

C. *Quæſitum, ead. q. in gloſ. ibi ad conſequentiam.*] Adde quod nec ipſe quidem defendit, nec politiam ciuilem vel criminalem vnquam impediuit, ſed magis confirmauit.

CAVSA DECIMA QVARTA.

C. *Epiſcopatum §. quia ergo. 14. q. 1. ibi; perfectis.*] O bis ſtultos qui perfectionem metiuntur ex operibus hominum, vt Auguſtinus de Ancho. in ſumm. de poteſt. Eccle. & omoes id genus.

C. *Quod debetur, eadem quæſtione, gloſſa in verb. cætera, ibi conſiliy.*] Dicendum vt dixi in tracta. de vſur. q. 2. B

C. *Si fœneraueris, ead. q. 3. in gloſſ. in princip. ibi, periculo illius.*] L. ſi vnus ex ſocijs §. ſi vnus, pro ſocio.

Ibidem, *vendere.*] Puta locando Franc. Purpura. l. 2. §. 1. col. 9. nom. 68. ſi cert. peta. vide quæ dixi in tract. Vſura. q. 3. ſuper l. periculi pretium.

Ibidem, *deduci in pactum.*] Iſtam ſententiam tenet Gofr. extra de Vſur. Conſuluit. ſed gl. præcedens videtur innuere ver. item nonne Atchi. dixi in tractat. Vſur. citca prin.

C. *Clerique ead. q. ibi Abſtinentiacs cupellam.*] Vide Alciat. patergõn lib. 7. ca. vlt.

Ad *ſuperſcriptionem c. Si quis Clericus, eadem cauſa, q. 4. Item ex eodem.*] Imo ex Concilio Terraconenſi c. 3. C

Ad *ſuperſcriptionem c. Nullus Clericorum, ead. q. Concil. Agathenſi.*] Imo Concilio Carthaginienſi 3. ca. 16.

C. *Quoniam ead q. ibi ſeſcuplum.*] Id eſt vt tantundem cum augmento ſextæ partis, puta ſeptem pro ſex, dixi in tract. Vſura. in Abaco.

C. *Quid dicam, ead. q. hoc iuſte quod hanc.*] Hinc Tho. Aquinas in opuſculis tracta. de Vſur. ca. 5. ioſert, quod ſecundum legem diuinam non transfertur, dominium in Vſura: ſed tantum ſecundum legem humanam.

§. *Porro, ibi, Ambroſius.*] Tomo 4. de Tobia c. xv. ſed Eraſmus cenſet librum illum ſuppoſititium, vel multa falſo addita, vel detracta. Idem ante eum cenſuerant Theologi ſcholaſtici dicentes librum eſſe vitiatum ab hæreticis nec eſſe Ambroſij, vt Conrad. de ſummchart. tract. de contract. q. 42. D

XIIII. *q. 5. in princip. ibi tr. Hasu.*] Id eſt Sermone.

C. *compertum 14 q. 6. Vltra reſtitui.*] Fatua ſuperſtitio gloſ. Ioan. Andreæ. in c. femel. de regul. Iuris in ſexto.

C. *fur Autem ead q. gloſ. in Verb. fornicatione ibi pulchra.*] Do. Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus charta. 15. vbi late.

CAVSA DECIMA QVINTA.

XV *q. 1. in princ. ibi. pœna peccati.*] Et ſic fatetur Auguſtinus fomitem ſeu vitium corruptæ naturæ iohærens eſſe verum peccatum prout eſt, & æterna morte E dignum. Quam ergo neceſſe eſt omoes humiliari, & ad vnicum Chriſtum venire.

C. *Merito 15. q. 1. ibi, forte ipſum peccare.*] Audacius definit Hiero. de Hangeſt. in introduct. moral. ſol. 19. Alex. de neuo contra allegationes Galuani.

C. *Firmiſſime ead. q. ibi, Sacramentum fidei & pœnitentiæ.*] Non dicit Auguſtinus aliud Sacramentum pœnitentię.

C. *Auctoritatem. 15. q. 6. ibi, Papæ & Martyris Alexandri.*] Huius nominis primi, & ſic non poteſt eſſe quinti, computando Lioum & Clerum, quos aliqui non computant: aliquio iſte eſſet ſeptimus. Neceſſe eſt errorem initio admiſſum confundere. Hiſtoriam falſam initio.

Eodem *Canone §. fidelitatis.*] Verba ſunt, Gratiani, ſed vide quorſum tendat.

Ad *ſuperſcriptionem c. Alius, ead. q. Anaſtaſio Imperatori.*] Viden vt exempla domeſtica pro preiodicijs ingerant, etiam Impetatoribus, cootra quę Io. Andr. Cle. 1. de Ioteiurando.

D. *c. Alius, ibi, & Pipinum.*] filium Martelli faotoris ſui. Volateranus. chart. 20. Galtet. in homil. chart. 19. chart. 60.

Ibidem, *ad verb. Authoritate frequenti.*] Vt in conſequentiam trahunt, ſibique iure poteſtatis attriboont quod ſimplicis erat conſilij, vt etiam tenet hic gloſſa vet. depoſuit, quę text. corrigit, quam ſequuntur Gulielmus Occam. dialogo. li. 6. pat. 1. cap. 9. & fol. 240. colum. 3. & in tract. de poteſtate Eccleſię q. 2. c. 8. Andreas Iſer. quę ſint Regali. col. 22. in vſibus feudorum. Iacob. Almain de poteſtate Eccleſię. contra Thomam de Vio. Io. Igoe. in diſputa. An Rex Franc. ſubſiſt. Impera. col. 39. dixi ad Philippum Decium in c. 1. nu. 8. de probatio.

C. Nos *Sanctorum, ead. q. ibi, Excommunicatis.*] Id eſt Impetatoribus quos iſte ad Regalia ſuper [prim] hac atte opprimebat, dixi in tracta. contra abuſus glo. 15. & omnes biſtorici teſtantur.

Gloſ. *in d. c. nos ſanctorum, in fine.*] B. qoicquid dicat iſte Barth. Brixi. opinio gl Io. verior eſt. vide Panor. c. Veritatis col. 16. de dolo & contumacia.

Gloſ. *in c. cum multæ 15. q. 8. in verb connubio. ibi perdit ius iſtud.*] Hoc verum, quamuis Panor. hanc gl. reprobet in c. 2. de cohabitanone Clericorum. & mulier. & gl. Pragmaticę, de concubin. verb. cohabitatione.

C. *Siſcitantibus, ead. q. in textu. ibi, Purgatoria.*] Ergo, venditare quas vocant indulgentias ſimul vel immedtate poſt Sacramentum Euchariſtię. eſt horrenda blaſphemia in Sacramentum.

CAVSA DECIMA SEXTA.

C. *de Præſentium 16. q. labor manuum.*] Et ſic etiam poſt obitum Auguſtini ſententia eius in libr. de opere monachorum obiectata fuit aliquandiu.

C. *Hinc eſt etiam, ead. q. Detrimenti paceretur.*] Quod ſequitur non eſt de textu Gregorij, ſed ſunt verba Gratiani conuenter more ſuo aſſuta. Et ſic in hoc tex. non eſt Priuilegium, ſed erat ios commone Regum Francorum, vt probaui in tract. contra paruas datas ad Edictum Henrici II. parte 2. gloſ. 15.

C. *Placet §. hoc id m, verſic. quod verò in gloſſ. ad verb. connumerat, ibi Presbyter Cardinalis.*] Imo nondum erant Cardinales, nec ipſe de Collegio, vel Clericis Papę erat.

Gloſſ. *c. decimas, ead. q. in verb. vnice, ibi, quod varijs modis.*] glo. c. vnico, extra vt Eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. conferantur. Petr. de Peruſ. in tract. de vnione.

C *frater, ead. q. Poteſtatis exemit.*] Hæc videtur prima exceptio mali exempli.

Ibidem *in gloſ. 5. mediocrit, ibi, aliquem Deponendum*] falſum eſt Panor. in c. non poteſt, col. 2. de re iudicata.

Gloſſ. *c. Viures, ead. q. in verb. iudicio, ibi, vel etiam foribus.* Scilicet honeſtis, & hoc tenet Hugo. Et eſt vera ſententia; adde quę in eam rem latè dixi in conſuet. Pariſienſi. qnęſtione 8. gloſſa 1. q. 1.

C. *in Canonibus §. Valde ergo inquam, ead. q.*] hoc etiam habes 3. 96. diſt ea. 1. col 3.

Ibidem *in fine, ibi, dictum eſt duodecies.*] Ita ouantes Imperiales exclamationes vſurpabant, de quibus apud Lampridium.

Ad *ſuperſcriptionem c. Ad hoc, ead q. ibi, Epiſcopo Carebaginienſi.*] Imò Epiſcopo Catenenſium, epiſtola 8. li. 7. plus enim centum annis aote Gregor. amiſſa

erat Africa, in qua etiam Epiſcopi Romani nunquam aliquid potuerunt, ſed ſemper excluſi ſunt.

Ad *ſuperſcriptionem c. decimæ tributa. cod. q. ibi, item Auguſtinus.*] Sermo 119. de tempore hoc eſt dominicæ primæ poſt Trinitatem ex quo luculentius apparet eos ſermones etiam ineptos eſſe ſuppoſititios, vt ibi rectè cenſuit Eraſmus: tum enim nondum erat inuenta ea temporis differentia, & oooquam habuit locum in Eccleſiis Aphricæ.

C. *finali cod. q. ibi, ſtabilitate ſubnixa.*] Quod ſequitur habetur 8 1. q. 2. c. Clericos.

XVI. *q.* 5.] Aduerte quod hic eſt præpoſteratio, quia ponitur q. v. in locum tertiæ, & conſequenter quarta pro tertia, & quinta pro quarta: quod meliùs duxi admonere quam multos libros mutare.

Ad *ſuperſcriptionem c. inter memoratos* 16. *q.* 3.) Imò eſt Canon. Coocilij Spalatens. c. 2. vt etiam phraſis oſtendit.

Ad *ſuperſcriptionem c. Si Sacerdotes. cod. q. Toletano Concilio.*] 9. cap. 8. & iſtud c. ſeruatur in praxi probando quod alienator erat diſſipator: ſed non deduceretur tempus ſucceſſoris enam diſſipatoris, vt fuit deciſum Areſto Senatus Pariſienſis. vide Calderium conſil. 3. de præſcript. vbi etiam limitat. Et pro deciſione huius c. Pau. Caſtren. conſ. 237. col. 4. lib. 1. Panor. cap. Ad noſtram, de teb. Eccleſ. ooo alien. Innoc. ca. Tum ex literis, de in Integrum reſtitut. gloſ. c. 1. eo. tit. in 6. Petr. Corn. Conſil. 45. io fi. lib. 2. Guid. Papæ. deciſ. delphina. cl.

C. *Porro, cod. q. ibi. Deus ipſe reprehendendus eſt.*] Stulta argumentatio.

C. *Placuit. cod. q. ad ſuperſcriptionem, ibi Africano concilio.*] Habetur in Conc. Mileuitano, ca. 24.

Gl. *eodem c.* §. *Proſcriptionum, in verb. interrupta, ibi, alias non prodeſt.*] Idem Fran. Curt. in tract. de ſequeſt. col. 15. Iaſon in l. Ex hoc Edicto in principio col. 3. de eo per quem factum erit. & in §. annales col. vltim. num 134. Inſti. de action. Hippolyt. Marſil. ſingul. 291. Andr. Alcia. de verb. ſign. chart. 26. ſed contrarium tenet Claud. de Seiſſello in repetit. l. naturaliter col. 5. de vſur. & eſt verius.

Ibidem, *Iudice ſuo.*] Idem Bald. c. Illud de præſcription. vbi etiam tenet quod citatio non proſecuta non interrumpit: ſecus de cooteſtatione, & bene.

Gl. *c. Poſſeſſiones* 16. *q.* 4. *ibi, ſcribunt latè.*] Et bene, quia patrimonialia Clericorum non gaudent priuilegio rerum Eccleſiæ, niſi in caſibus à iure expreſſis. Panor. ca. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitu.

Gloſ. c. Quicunque 16. *q.* 7. *i' i currit in quantitate.*] Idem Cardi. floren. in Cle. 1. col. 2. de iure patro.

Ad *ſuperſcriptionem c. omnes Baſilicæ, cod. quæſt. ibi Aurelianenſ. Concilio.*] Scilicet primo ſub Clodoueo Rege primo Chriſtiaoo Francorum cap. 19. & habetur in 1. tomo Coociliorum ad finem.

C. *Si quis deinceps, verſic. Item ſi quis Imperatorum Regnum.*] Iſtud c. cum ſequenti edidit Ildebrandus, alias Greg. VII. contra Imperatores Germaniæ, & conſequenter contra omnes Reges, & Principes ad abolenda eorum legalia, & iuriſdictionem temporalem vſurpandam, horrenda bella ſuſcitando, vt teſtatur Abbas Vſpergenſis & omoes hiſtorici. vide in tracta. contra abuſus gl. 15. & quæ tetigi in ca. A. nobis de iure patrona. ſuper text.

Ad *ſuperſcriptionem c. Si quis Clericus. cod. quæſt. Item Paſchalis Papa.*] Scilicet ſecundus, qui hoc e. cum tribus ſequentibus edidit in Concilio Lateranenſi Romæ pœnitentiam publicam ageos, quod captus approbauerat priuilegia Imperatorum de eiuſmodi inueſtituris. vide. Abba. Vſperg. in Chronico charta 273. & quæ dixi in tractatu cootra abuſus gl. 15.

Gloſſ. in c. Vtæ mutus cod. quæſt. ibi. temporale.] dixi in Annota. ad Philip. Decium in c. decernimus de iudic. & in conſuet. Pariſi. §. 37. gloſſa 10.

C. *Decernimus cod. quæſt. ibi, ordinationem ſuam irritam.*] Scilicet ipſo iure noo tamen abſolute: ſed ſi patrono infra tempus debitum rectè præſentauerit alios, non propriè conualeſcit, ſed tata manet collatio ordinatij, etiam in præiodicum medio rempore impetrantis à Papa, vt nouè declaraui in reg. Cancella. de infir. reſignant. tium. 45. cum multis ſequentibus.

CAVSA DECIMA SEPTIMA.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Nos nouimus*, 17. *quæſt.* 2. *ibi, Item Auguſtinus, &c.*] Epiſtola 70. ſed ſunt ſuppoſintiæ, vide cenſuram Etaſmi.

* Ibidem *in gloſ. ad hæc, ſic habens uxorem.*] Vos iouenes caſti, & Deum timentes, cauete ne credatis iſtis matrimonij vituperatoribus, quemadmodom ego vſque ad anoom ætatis 35. damno meo credidi, vide epiſtolarem liminarem ad cooſilia Alexandri à me recognita.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Sunt qui opes* 17. *quæſt.* 4. *Item Ambroſium in libro de Pœnitentia.*] Lib. 2. de pœnit. cap. 9. tomo 1. & loquitur hæc Ambroſi. de eleemoſina quæ fit gratia pœnitentiæ, & tria vitia reprehendit. Primum eorum qui largiuntur pauperibus ſed non ex fide. Non abnuo (inquit) liberalitatibus in pauperes factis poſſe minui peccata, ſed ſi fides commendet expenſas. Secundum eorum qui ptofundunt ob iactantiam & vanam gloriam: tertium eorum qui non iudicio effundunt, vt hic.

* Gloſ. *in c. Quicunque cod. quæſt. ibi, legitimam portionem.*] Hanc limitanonem ad d. l. Si vnquam ſequitor Bal. in l. 1. col. vltn. & ibi Paul. col. 2. Archid. & alij, hic Bart. l. Tuia §. Imperator de leg. 2. Iaſ. Auth. Si qua mulier, colum. 1. c. de ſacroſ. Eccleſ. ſed hæc limitatio eſt falſa, quia imo in totum reuocatur vt idem Bal. conſulutr conſil. 215. punct. libro 5. Phil. Dec. in l. licet notab. 3. in fi. c. de pactis. Franciſc. Ripa in dicta l. ſi vnquam, quæſt. 49. & idem Andre. Tiraquel. chatta 93.

CAVSA VIGESIMA.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Addiſtis*, 20. *quæſt.* 1. *Vnde Gregorius, &c.*] Hoc decretum oon eſt Gregorij magni contemporanei Auguſtioi Cantuarienſis Epiſcopi diſcipuli ſui: ſed eſt decretum Gregor. III. ſeu iumoris, vt patet in 2. tomo in 4. epiſtola dicti Greg. III.

CAVSA VIGESIMA PRIMA.

* C. *Clericum* 21. *quæſt.* 1. *ibi, quaſi intitulata.*] Imò è contrario ptior in titulum relinquitur, ſecunda commendatur: & intelligit hic Grat. quod vtraque perpetuo retineatur ibi efficitur, tum quia abſolutè loquitur: & ſic aburtur authoritate Leonis IV. in cap. ſequen. quod non loquitur de commenda perpetua, per quam quis efficitur Prælatus, quicquid dicat Gratianus, ſed derempotali durante vacatione vr c. nemo, de elect. in 6.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Relatio, cod. quæſt. vnde Greg.*] Epiſtola 13. ca. 52. lib. 2. 5r. Et ſic vides quod Epiſcopus Terraconeoſis vocabatur Cardinalis, ſicut & Canonici Rauennates, nec dum tale nomen erat Romæ vbi poſtea ſuit retentum. Nota quod in origi'nali Gregorij ſunt hæc verba, de auctoritate noſtra Terraconenſi Eccleſiæ Cardinalem conſtituimus Sacerdotem: quæ verba Grego. hîc omiſit.

* Ibidem *in text. Quippè vt Sacerdos proprium.*] Ergo in verom titulum, vt vult Grat. & bene hodie dantur perpetuo in commenda: ſed fictio vocis eſt, quia commenda perpetua eſt verus titulus diſpenſatorius.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Credo placere, cod. cauſa qua.*

3.] Imo legendum eſt Nicaſius Epiſcopus Culuſtanus dixit, vt patet in Conci. Carthaginienſi primo c. 6.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Cyprianus, ibi, ex epiſtola.*] 9. lib. 1. Eraſm. in præfat. libri teſtatur multa quæ non ſunt Cypriani admiſta.

* C. *Omnis iactantia ead. cauſa, quæſt. 4. ibi clarè Veſtibus.*] Quod etiam Ludoui. Pius Francorum Rex & Romanorum Imperarot prohibuit, vt Plat. Ribet. Guaguinus, & alij teſtantur.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Si Epiſcoporum, ead. cauſ. 4. quæſt. 5. Conſtantino Auguſto.*] Imo Conſtantiæ Auguſtæ vxori Mauritij, vt patet in Epiſtola 34. libr. 4. cap. 78. Epiſtolarum Gregorij.

CAVSA VIGESIMA SECVNDA.

* C. *Quæritur* 22. *quæſt. 2. ibi. mendaciter Iacob ſe dixit Eſau Eſſe.*] Tamen Alph. Toſtatus Abulenſis Epiſcopus Geneſis cap 27. concludit Iacob meritum, ſed peccaſſe ſolum venialiter, quia mendacium officioſum ſecundum eum. Bald. autem in conſilio inſipiente, quod pro regula, co. 3. quod eſt conſilium 144. lib. 2. ſecundum impreſſionem Brixiæ, & lib. 3. conſil. 2. 152. ſecundum nouam impreſſionem dicit, quod ſi non eſſemus in terminis diuinæ diſpoſitionis ius eſſet dicere, quod teſtamentum Iſaac non valuiſſet. Idem Bald. Concil. c. 40. in fi. lib. 1. ſecundum veterem impreſſionem. vide Gabrielem Biel in 4. ſententia. diſtin. 15. quæſt. 9. in fine.

CAVSA VIGESIMA TERTIA.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Summa militiæ laus 23, quæſt. 2.*] Imo vniuerſis Epiſcopis Neapolitanis, quos iubet obedire Conſtantio tribuno militum, vt patet in regiſtro eiuſdem Gregorij lib. 11. Epiſt. 24.

* C. *Iuſtum, ead. cauſa, quæſt. 2. ius dicat.*] Adde Alexand. de Imol. in l. 1. col. 2. ff. de iur. om. Iud. vbi dicit quod ius dicens, & dictio iudex ſunt Symonia.

* Gl. *in* c. *Si illis. in verb. Achab. ibi ſub Ochoſia, ead. cauſa 4.*] Ochoſia qui fuit filius Achab impij 3. Reg. vlt. & per cancellos cadens conſultus Idolis perijt 4. Reg. 1. Vide Guil. Occam in dialogo fol. 160. col. 4.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Guilifarius, ead. quæſt. Sylueſtri.*] Imo Syluerij ad Amatorem Epiſcopum.

* D. c. *Guilifarius in textu.*] Ita omnes libri habent ſed legendum eſt Belliſatius, vt patet apud Platinam in vita huius Syluerij, qui fuit anno domini quingenteſimo triceſimo octauo, Idem vult. Feli. in c. Rodulphus col. 21. in fine de reſcript.

* C. *Qui peccat. ead. quæſt. ibi, nolite reſiſtere malo.*] Semper ſpectandum eſt quod & quatenus ſpectat ad gloriam Dei.

Ad *ſuperſcriptionem* c. *Quæſtum ead. quæſt. Innocentius Papa.*] Primus, epiſtola 3. ad Exuperium Epiſcopum Tholoſanum ca. 3. in tomo. 1 Conciliorum.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Illud etiam, ead. quæſt.*] Et ſic adhuc poſt annum domini 420. iſti non erant nec cenſebantur irregulares, vt enam patuit in Ambroſio, non enim hic erat quæſtio de peccato, ſed de incapacitate ad Eccleſiaſtica miniſteria.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Si ea de quibus, ead. quæſt.*] Imo Stilus eſt Grego. Magni.

* *Quæſtion. 8. ead. cauſa. ibi, Item Ambroſius.*] Lib. 5. Epiſtolarum in oratione contra Auxentium, vide c. nqo Pila. c. conuenior 3. ead. ſimpta ſunt: tamen Phi. Dec. limitat ob defenſionem conſil. 151 nu. 22.

CAVSA VIGESIMA QVARTA.

* *Gloſſa in verb. Qui vero, ibi, & ideo.*] Refert Gul. Occam dialogor. fol. 9. col. 1. ſed communis opinio tam Theologorum quam canoniſtarum eſt in contrarium.

* Eadem *glo. ibi, cum Schiſma non poſſit eſſe ſine hæreſi.*] Iſtam gloſ. dicit eſſe ſing. Abbas in ca. Quia diligentia, de elect. ad hoc quod incidens in ſchiſma, ſi credit Papatum eſſe apud illum cui adhæret, non eſt hæreticus.

* Gl. *in* c. *Achatius 1. 24. quæſt. 1. incidit,*] Gul. Occam dialogor fol. 60.

* Ibidem, *Hæreticus eſt minor Catholico.*] Idem Thomas Aquinas in 4. ſententiat. diſtinct. 17. Gabriel Biel in Canone Miſſæ fol. 180. col. 2. Phil. dec. c. cum veniſſent colum. 3. de iudic. & in conſil. 151. nu. 4.

* C. *Achatius 11. ead. quæſt. ad ſuperſcriptionem.*] Imò Gelaſius ad Fauſtum Epiſtola prima col. 1. in tomo 1. Conciliorum fol. 527.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Arella ergo fide, ead. quæſt.*] Sed Eckius lib. 2. ca. 18. dicit eſſe Agathonem Papam.

* C. *Hæc eſt fides, ead. quæſt. 5. Item ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.*] Scilicet Iulius I. Papa, in Epiſtola ad Athanaſium.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *omnibus, ead. quæſt. Hieronymus.*] Imò Auguſtinus lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 51.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *non offeramus, ead. quæſt.* Imò Auguſt. contra Donatiſtas lib. 1. ca. 6.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Adnouauit, ead. quæſt.*] Ambroſius in oratione funebri de obitu fratris.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Capit Ermigildus, ead. q. Item Grego. Papa*] Lib. 3. dialogo. c. 31. Michael Ritius in hiſtoria ante medium. Raphael Volaterranus Geographiæ lib. 8. ad finem vocat Hermogildum hunc martyrem.

* *Quæſt. 2. eiuſdem cauſæ in glo. in prin. ibi, poſt mortem non poteſt quis accuſari.*] Quia crimina morte extinguuntur, 23. diſtinct. ca. Quorumdam ff. de bon. eorum qui ante ſententiam mor. ſibi conciſci. l. vlt. ſed fallit in caſibus vt ſequitur.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *comperimus, 24. quæſt. 3.*] Imò magno Preſbytero Eccleſiæ Mediolanenſis qui fuerat ſine cauſa excommunicatus à Laurentio Epiſcopo Mediolanenſi poſt cuius obitum ſcripſit Greg. dicto Preſbytero vt dictam injuſtam excommonicationem ſperneret vt patet in regiſt. Greg. lib. 2. c. 65. epiſtola 26. vnde hoc c. ſumptum eſt. & ſic gloſ. & caſuum confictores errore & ſuperſcriptione decepti multum erauerunt.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *Qui negligunt 24. q. 3.*] Imo Origenes homili. 14. ad ca. 24. Leuinci.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *de illicita, ead. q. Tempore Ludouici.*] Scilicet 1. filij Caroli Magni.

* *Ibidem in textu, conſtitutione 128.*] In nouell. Et ſic dndum poſt octingentos annos Imperatores faciebant leges de perſinis & negotijs Eccleſiaſticis, & illis Eccleſia obediebat vt 3. diſt. 10. c. de capitulis. ca. vlti.

* *Rurſus in gloſ. d. Canonis de illicita, in princ.*] Sub. nec tot ſunt conſtitunones in corpore Authenticorum: ſed dic quod appellat hic conſtitutiones diuerſitates Titulorum: quia vt patet in Authen. frequenter in vna conſtitutione conuenentur plures rituli, ſecundum Ioan. de ſant.

* Ad *text. 6. Caſſatis*] hic eſt text. Greg. vt etiam ſtylus indicat, & hic debet incipere cap.

* Ibidem 6. *de Conuentione.*] Sequuntur verba Gratia, vſque ad verbum hortamur, vbi incipit ca. 8.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *eum ergo ead. 9.*] Origenes homil. 9. ad ca. 9. Ioſue.

* C. *Qui in Eccleſia, ead. q. ibi, ſed deſenſare perſiſtunt.*] Guiel. Occam. dialogorum lib. 3. part. 1, cap. 7. & lib. 1. fol. 25.

* Ad *ſuperſcriptionem* c. *f.*] Auguſtinus de Ciuitate.

Dei lib. 20. ca. 19. in fin. & lib. 22. c. 1. Guliel. Occam. in dialogis fol. 180. adde texr. 3. 1. q. 3. Saluator.

* Gl. *c. fuit quidam 25. q. 1. ibi, lector.*] Dicas quod Subdiaconatus tempore Apoſtolorum non fuit ſacer ordo 61. diſtinctio. Nullus nec tempore Martini Papæ cuius eſt hoc ca. lector. qui præceſſit Grego. in 100. annis, vt habetur in Chronicis ſecundum Io. de ſant.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Iuſtitiæ 25. quæſt. 1.*] Epiſtola 112. lib. 5. vide Ludoui. Gomeſ. in 6. Decretalium ſul. 77.

* Ad *ſuperſcriptionem c. inſtitutionis, ead. quæſt.*]

Principium eſt corruptum, debet incipere ſic, hæc igitur conſtitutionis noſtræ decreta. quæ pro defenſorum ſunt, &c.

* C. *Cum piæ, ead. quæſtion. ibi, Religioſæ conuerſationis.*] Scilicet Monachorum: loquitur enim de Monaſterio fundato à Childeberto Francorum Rege.

* *C. Non exemplo 26. quæſt. 2. ibi, conſulendum eſſe.*]

Adde quod ſors propter dubium factum permittitur l. Si quæ ſunt cautiones ff. familiæ erciſcundę.

* Gl. c. *Qui ſine ead. q. ibi, ſumpſit initium.*] Sed nunquid eſt licitum vti arte notoria? dic quod ars notoria omnino eſt illicita, & Chriſtiano fugienda. Hęc enim ars eſt per quam quidam niruntur acquirere ſcientiam, ſed omnino inefficax eſt, & fiunt ibi quędam pacta illicita eum dęmonibus ſecundum Tho.

* Gl. c. *non liceat, ead. quæſt. ibi Signa.*] Latè Ioannes Picus Myrand. contra Aſtrologos.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Multorum 27. quæſt. 2. ibi, Carthaginienſi.*] Imò Cathanenſi & ſic io Sicilia vbi Grego. regnabat: & habetur lib. 3. Epiſtola 34.

* Ad *ſuperſcriptionem c. decreta, ead. q. Item Grego.*] Epiſtola 20. lib. 6. ad Fortunatum Epiſcopum vbi loquitur de ſimpliciter deſponſata & ſic per verba de futuro, ſed in oupta per verba de preſenti tuſtè damnat. l. Iuſtiniani 3. ead. ſunt qui dicant, cap. Agathoſę.

* Ad *glo. c. de ſponſatam ead. q. ibi, in quæſtionibus no.*] Queſtio venerialis eſt, & incipit, Quidam Clericus intrauit, vbi dicit Tan. quod Clericus qui de licentia ſui prelati intrauit Religionem vt eſſet in probatione, habebit interim omnes fructus ſui beneficij, cum ſit Clericus Eccleſię & poſſit reuerti ſi velit. hodie hęc queſtio eſt expedita, vt patet extra lib. 6. de teg. Beneficii die vt ibi.

CAVSA TRIGESIMA SECVNDA.

* C. *Si quis 32. q. 1. ibi, Adulteram.*] Adde quę ſit pœna mulieris committentis Adulterium not. in l. Quo niam Alexandrum & in authen. Sed hodie c. de adulteriis: eadem etiam eſt Annotatiuncula in c. Satis 33. q. 5.

* C. *Apud Miſericordem d. q. in glo. ibi, accuſare.*] Adde quod mulier ad affectum pœnę imponendę viro ad ſeparationem thori poteſt maritum accuſare oo. Cyn. in l. 1. c. de adulte. Spe. in eo titu. verſi. ſed ounquid.

* C. *Quod propeſuiſti 32. q. 7. §. ſed illud, ibi, falſa teſtibus.*] Quibus non caruit, ſicut nec Onge. Chryſoſto. Hierony. Au. vt teſtatur Eraſmus, & de lib. Ambroſij vitiatis tex. eſt 3. diſt. 15. c. vlt.

CAVSA TRIGESIMA TERTIA.

* C. *Inter hæc, in f. 33. q. 2. ibi, Viuificat.*] Ad hoc vide Guliel. Occam, in dialogis fol. 241. col. 4.

* C. *Admonere. ead. q. ibi, & viuat.*] Text. eſt ſimilis in Auth. vt non lux. contra nat. in princi. col. 6. & in l. Imperialis c. de nuptijs.

* C. *Si enim de pœnitentia, diſt. 2. ibi, Ieſum Chriſtum iuſtum.*] Adde Albericum de Proſate in l. 1. c. de ſuffrag. in q. an officium Aduoca. de Iure diuino ſit licitum & meritorium: vbi oſtendit, Saluatorem noſtrum ſępius vſum fuiſſe officio Aduocationis.

* C. *qui vult, de pœnitentia, diſt. 3. ibi, a ſeipſo debet incipere.*] Non quod vera charitas incipiat à ſeipſo (quia nulla vero virtus incipit à oobis) ſed incipit à Deo ſiue à fide.

* C. *Nouit Deus, de pœnitentia diſt. 4.*] Ad hoc tex. Actu 15. nota à ſeculo ſunt Deo omnia hęc opera ſua. & Io. 10. ibi, nec rapiet eas quiſquam de maou mea: Pater qui eas dedit mihi, maior omnibus eſt. & plura loca huiuſmodi.

* C. *in domo ead. diſt. 4. in princ.*] Ioan. XIIII. cap. ſic ſtella à ſtella apud Danielem & Paulum, & contra ſcientes multis, ignorantes paucis vapulabunt Lucę 12. cui vacuum erit legat Guli. Occam. in dialogo ſol. c. 66. col. 2.

CAVSA TRIGESIMA QVARTA.

* Gloſ. *c. cum per bellicam 34. q. 1. & 2. in verb. in Conuigiorum, ibi, impedimentum.*] Iſtam gloſſam dicit ſing. Brixi. in ſuo dictionario in verb. carcer. ad hoc quod Clericus detentus in carceribus, per quantumcunque longum tempus non perdit beneficium.

CAVSA TRIGESIMA QVINTA.

* C. *de affinitate 35. q. 2. & 3. in princ.*] Adde affinitatem pro propinquitate hic accipi. ſimile eſt in l. Sancimus c. de pœnis.

* C. *de propinquis, ead. q. ibi, in quarta.*] Non dicit quinto gradu ſed in quinta generatione & in quarta tolerantur.

* C. *Necesam, d. 35. q. 1. & 2. ibi, vbi Chriſtianorum licebit.*] Ex iſto text. infero, quod affinitas per illicitam copulam contrahitur, not. in l. non facile §. ſciendum & §. affines ff. de gra. cognationis.

* C. *Quod autem frater, ead. q. ibi, duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices.*] Vide in hunc locum Alcia. lib. diſpunctio. 2. cap. 23. tanteres enim Græce dicuntur duorum fratrum vxores, non ianitrices.

CAVSA TRIGESIMA SEXTA.

* C. *de Raptoribus 36. q. 1. ibi, Pœnarum impunitate conceſſa.*] Imò nullo modo gaudere debet immunitate Eccleſiaſtica, vt in Auth. de mandatis Principum. Et hodie ita ſeruatur in tota Gallia, preſertim ann. 1539.

* Q. 2. *in prin. ad glo. ibi, quia Raptor bene ducere poteſt rapeam in vxorem.*] Adde quod de iure ciuili eſt ſecus. l. vnic. eum ibi, not. per glo. & doct. c. de rapto. virgin.

DECRETI TERTIA PARS DE CONSECRATIONE.

* C. *Tabernaculum de Conſecratione, diſt. 1. in princ.*] Sed pro figura temporali tantum quę facta non eſt pro alia externa figura.

* C. *Prima quidem, de Conſecratione diſt. 2. ibi, Sacrament. aliquod.*] Et ſic neceſſe eſt aliud viſibiliter celebrari: oportet tamen inuiſibiliter intelligi. Auguſt. Pſal. 98.

* Ad *ſuperſcriptionem c. Ne quid parat, eod. diſt.*] Tract. 25. ad c. 6. Io. Vide de doctri. Chriſtia. lib. 3. c. 16.

* C. *Catechiſmo de conſecr. diſt. 4. ſolemniter.*] Sed iamdudum ibi & ſub Pontificibus fieri deſijt.

* C. *Ne quod abſit, eod. diſt. ibi*, 40. *dierum indicta.*] Quia ſi citius, ſuſpicio fraudis vel ſimulationis eſt, Phil. Dec. ca. 1. lectura num. 8.

Sunt & pleræque aliæ annotationes, correctiones, emendationes, allegationes, & concordantiæ, quas per otium videre licebit: ſed cum hodie in corpore iuris Canonici maiori ex parte additæ, & ſuo loco reperiantur, ſuperfluum duximus eas hîc inſerere.

CAROLI MOLINÆI

IVRECONSVLTI CELEBERRIMI,
ET IN SVPREMO GALLIÆ SENATV PATRONI
CONSVLTISSIMI, AD LIBROS V. DECRETALIVM
GREGORII NONI PONTIFICIS,

ANNOTATIONES.

VITA GREGORII IX.

ROMANI PRÆSVLIS, QVI (SI PLATINÆ CREDITVR RAYMVNDI) BARCHINONENSIS capellani & pœnitentiarij ſui auxilio, Decretales compilauit.

GREGORIVS nonus natione Hernicus patria Anagninus, è familia comitum Innocentij tertij nepos apud Septizodium Pontifex creatus Fridericum ſtatim monuit ſub anathematis pœna, vt primo quoque tempore in Aſiam cum exercitu proficiſceretur recuperandæ Hieroſolymæ cauſa. Promiſit quidem Fridericus ſe id factûrum: atque omnibus cruce ſignatis mandauit, vt Brunduſij ad certam diem cum armis adeſſent. Venerat eo magna multitudo præcipuè verò è Germania Lantgrauius Heſſiæ, qui Brunduſij vnà cum magna parte militum moritur, dum Fridericus segritudinem finalans in Sicilia ſe continet. Hæc autem fraus ita apertè deprehenſa eſt, vt conſtet ipſum Fridericum cognitâ Lantgrauij morte, eò celerrimè adnauigaſſe omnémque eius ſupellectilem diripuiſſe, non deſtitiſſe tamen fingere ſibi in animo eſſe, in Aſiam eráũcere eò enim poſt rapinam nauigationem direxit, omnibus qui tum aderant ſubſequi iuſſis: licet non ita multò poſt (vt ipſe dicebat) procellis agitatus Brunduſium redierit. Hæc autem famâ percitus Ioannes Rex Hieroſolymitanus cum Berengaria vxore, Pontifici rem gratam facturus Bononiam venit, Venetorum nauigio in Aſiam tranſecturus. Verum Pontifex cognita Friderici fraude, ne Ioanni re infectâ abire liceret, eum & Hexarchatu Rauennatis gubernatorem inſtituit, & Honorij tertij ſententiam in Fridericum latam confirmauit, grauioraque in eum molitus fuiſſet, ni Maurorum impetum reformidaſſet, claſſe tum potentium, quos tandem Ferdinandus Aragonum tantâ clade ſuperauit, vt breui Maiorcâ vnâ ex Balearibus, & Valentiâ vrbe potitus pulſis Sarracenis, incolas locorum ſuſcipere Chriſtianos ritui impulerit. Nauigauit tandem Fridericus amicorum precibus, & minis pontificis feſſus in Cyprum vſque, vt Chriſtianis in Aſia bellantibus quos ſæpe deceperat, aliquam ſpem daret. At verò dum inde Soldani vires explorat Raynaldus eius præfectus quem in Sicilia dimiſerat, in Pontificem mouens multa Picentini agri oppida occupat. Erat tum Peruſij Pontifex Aſiſium petiturus, vt quæ de Franciſco viro ſanctiſſimo miracula audierat præſenti cognoſceret: quamobrem eum, re (quemadmodum audierat) comperta in ſanctorum numerum ſtatim retulit magno Chriſtianorum conuentu, ob eam rem habito. Dum hæc à Pontifice agerentur, alter Friderici ſatelles Fulgineum per factionem occupat. Vnde paulò pòſt armis bene cum eccleſia ſentientium depellitur: Inſtabat literis & nuntiis Fridericus Aconem iam profectus vt à pontifice abſolueretur, quod diceret ſe deinceps in eius poteſtate futurum. Verùm pontifex cognitâ hominis fraude, & Chriſtianos milites in Aſia dimicantes admonet vt ſibi à Friderici inſidiis caueant aliquid noui ſemper machinantis in hominum pernicem, & Ioannem Hieroſolymitanum Regem comparato exercitu in Raynaldum mittit Picenum agrum rapinis & incendijs vexantem. Aliis verò copijs quibus Cardinalem Columnam præfecerat è Sancto Germano præfectum Friderici deijcientes cum Sarracenis mercede conductis omnia ab eo ſaltu Capuam vſque pertinentia in deditionem breui recepit: Hac autem calamitate moti qui in Vmbria & Picentibus Friderici nomine militabant relictis ijs quæ occupauerant, in regnum trepide redeunt. Interim verò Fridericus Brunduſium rediens pacti admodum cupidus virò pontificem rogat vt in gratiam recipiatur, imperatórque appelletur, ac pro regno Sicilia verus eccleſiæ feudatarius: quod quidem non prius impetrauit, quàm vncias auri centum & viginti millia eccleſiæ Romanæ ob illata damna perſoluiſſet, ipſeque pro ea re ſupplicatum ad pontificem Agnaniam veniſſet. Cum autem Gregorius ad omnia intentus vt bonum paſtorem decebat Perufinorum res ab exulibus perturbatas eò profectus componere ſtudioſus eſſet, ſtatim Romæ tanta ſeditio orta eſt & hæreſis, quanta numquam anteà, Annibale exgente Annibala cum quibuſdam ſacerdotibus malè ſentiente, quo quidem authore Populus Romanus vſus in eccleſiam Dei contumaciam. Sed hunc diuina vltio citò compeſcuit. Nam & Tiberis ſupra modum inundans multa damna mortalibus intulit, & tantâ peſte laboratum eſt, vt decimus quiſque vix ſuperfuerit: Pontifex tamen mirâ clementiâ vſus Romam veniens Pop. Romano ignouit, pulſo è ſenatorio ordine Annibale, conuictis de hæreſi

hæreſi ſacerdotibus errorem faſtis ac ſanctorem opinionem habere inſtis. Ad ornandam verò vrbem deinde conuerſus, & veteres cloacas eluminatas reſtituit, & nouas extruxit, vrbis dignitati & valetudini vno tempore conſulens. Ab vrbe deinde abiens valetudinis gratia, & Reate (vt quidam volunt) beatum Dominicum principem ordinis prædicatorum, & Spoleti Antonium Vlyſſipona oriundum Patauij mortuum, ſecundum à Franciſco vrdinis Minorum authore in ſanctos retulit. Anagniam deinde rediens omnia circunquaque poſita muniuit, Romanorum contumaciam veritus, quorum Senator more vetorum legem rogauerat populuſque ſciuerat, vt omnia oppida circa vrbem poſita Romanis vectigal penderent. Non eſt tamen veritus pontifex diſſuadentibus Cardinalibus Romam proficiſci, quo Romanos ad ſanitatem reduceret, tum monendo tum caſtigando. Verùm cum nihil proficeret Reate ſe contulit: quo & Fridericus Imperator collocuti ſimul de rebus agendis in hanc ſententiam venere, vt primo quoque tempore Romanes continctis copijs adorirentur, Decepit tum quidem pontificem (vt anteà ſemper) Fridericus. Namque in Germaniam abiens militibus ſuis mandauit vt Romanis rebus in omnibus obtemperarent: Hacitaque perfidiâ pontifex motus, Germanis militibus ad caſtra ſua confugientibus magnum propoſuit præmium. Quare tanta multitudo confluxit, vt poſtea Romani aperto Marte tum eccleſia copijs congredi nuſquam ſint auſi. Retuperato igitur patrimonio ſancti Petri & agro Sabino ſpretiſque Soldani legatis qui ſuppliciter pacem petebant, multos ex Franciſci & Dominici fratribus per europam, miſit, qui prædicatione Chriſtianos ad arma contra Sarracenos concitarent, quorum opera tanta multitudo militum breui comparata eſt, quanta nunquam antea. Interim verò dum tanto exercitui dux idoneus quæreretur: Elizabeth regis vngariæ filiam mulierem optimam ac miraculis claram pontifex in ſanctas retulit. Theobaldus autem Nauarræ rex, & Almericus Montisfortis, Henricuſque Bari ac Campaniæ comes iter per Germaniam & Hungariam cum magnis copijs facientes Conſtantinopolim, primò mox traiecto Boſphoro Ptolemaidem peruenere, longè ac latè omnia populantes. Verùm non ita multò poſt ſuperueniente magna hoſtium multitudine cùm ſe cedendo biduo defendiſſent tum optimo quoque milite cadunt. Atque hoc modo expeditio magno conatu inchoata, breui recidit imperitiâ ducum. Pontifex autem tantam calamitatem ægreferens Romam perſuadentibus Romanis & obſecrantibus redire inſtituerat faciendarum ſupplicationum cauſa ad placandam Dei iram, ſi quam ex peccatis hominum conceperat. Quo minus autem id faceret vetitus à Petro Frege-pane, qui partes Imperatoris ſequebatur è Peruſia Viterbium ſe contulit, iturus contra Imperatorem cum armato milite quem intellexerat tranſpadanam Italiam iam tunc attigiſſe, ac contra ius faſque ſocias ciuitates oppugnare, iam feſſas calamitate aliâ ſuper aliam ab Ecelino Patauino tyranno accepta. Ecelinus enim cognomento Romano cuius auus Theutonitus ſub Otthone tertio ordines duxerat, copias à Friderico ſecundo accipiens magnam tyrannidem in tranſpadana Italia ſibi comparauit redactis in poteſtatem ſuam Tarniſio, Patauio, Vincentia, Verona, Brixia. Fridericus igitur aut fœdera nequaquam obſeruans Mediolanenſes & ſocias ciuitates apud nouam curtem (ita enim locus vbi pugnatum eſt appellabatur) ingenti clade ſuperatos trucidat. Hanc ob rem Pontifex omiſſâ deinceps ſpe rei bene gerendæ ob illatum ſocijs incommodum redire ad vrbem inſtituit Ioanne Cincio vrbis ſenatore contradicente, cuius audaciam Iacobus Cappocius Romanus ciuis infringens pontificem magnificè ac ſplendidè ſuſcepit: Hic eſt ille Iacobus cuius nomen adhuc legitur in tabernaculo opere Muſino ſuâ impenſa extructo in ſancta Maria ad præſepe. Qua in baſilica Petrus quoque Cappocius ſepultus eſt ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis qui Fridericum Imperatorem ſchiſmaticum perſecutus eſt, quique & hoſpitale ſancti Antonij non longè ab eadem baſilica & Peruſij gymnaſium quod Sapientiam vocant ſuâ impenſa extruxit. Gregorius autem pacatâ vrbe & Fridericum iterum anathemate notat ac imperio priuat & legatos Genuenſium ac Venetorum tam ad arma ſpectantium componendæ rei cauſa ad ſe vocat: Hiſque rationibus inter vtrumque populum fœdera componit, ne alter ſine altero tum imperatore Conſtantinopolitano fœdus ineat, vtque bella gerenda vtrique communia eſſent & ſigna vtriuſque vicißim ferrent. Illis autem qui hæc fœdera in nonum intra annum rupiſſent interdictum ſibi à ſacris anathematis vinculo ſcirent. Balduinus autem qui mortuo Ioanne biennio Conſtantinopolitanum tenuerat imperium, cum ægrè ſe ab hoſtibus inopia erarij tutaretur, & filium pignori mercatoribus Venetis ob æs mutuo acceptum dedit, & ex ædibus ſacris ablatum plumbum ac lanceam illam ſpongiamque quâ Chriſtus Saluator noſter hinc potus eſt, hinc vulnus accepit Venetis pecunioſis vendidit. Fredericus autem Venetis admodum infenſus quod Gregorij partes tuerentur eos tum paludibus concluſos vehementer oppreſſit ac maximis calamitatibus afflixit. Interim verò conſpirantibus omnibus tranſpadanis ciuitatibus, duce Gregorio Monte-longo Bononienſis ciuitatis legato, Ferraria quæ ab eccleſia Romana ad imperatorem defecerat, capitur, Saliuguerra viro fortiſſimo eam acerrimè aliquandiu defendente. Capta autem Azoni Eſtenſi qui bello interfuerat eccleſia nomine gubernanda committitur, ſalutis noſtræ an. 1240. At verò imperator qui tunc Piſis erat, eum non ſatis ſibi conſtaret qui partes ſuas quiue pontificis ſequeretur, ciuitates Italiæ in duas factiones tum primùm diuiſit. Nam qui pontifici fauebant Guelphi, qui verò imperatori, Gibellini appellati ſunt, Hæc quidem teterrimarum factionum nomina ad perniciem humani generis inuenta primum apud Piſtorienſes audita ſunt tum cancellarij Panzaticos Gibellinos ab vrbe eiecißent: cùmque alteri factioni Guelphi alteri Gibellini Teutonici fratres fauerent: vnde tantæ pernitiei nomina indita ſunt. Florentini præterea nobiles ſuos Piſanis Gibellinarum partium fauentes in exilium eijciunt, pellunt & Guelphos viciſſim ab vrbe ſuâ: Aretini & Senenſes quorum exempla mul-

ta ciuitates Italiæ ſecutæ bella pluſquam ciuilia inter ſe commiſere: Hinc multæ ciuitates à pontifice deſciuere tum in Vmbria, tum in Etruria præcipuè Viterbienſes. Defeciſſent etiam Romani ciues ni pontifex delatis vrbem ſupplicando Apoſtolorum capitibus populum ad commiſerationem mouiſſet, habita etiam in baſilica ſanctî Petri oratione dignißima, qua tumultuantes ita in ſententiam ſuam traxit vt eos impulerit pro eccleſia Dei crucem & arma ſuſcipere. Hi poſtea venientem cum hoſtili agmine ad vrbis mœnia Fridericum armis ſubmouere. Qui indignabundus captiuum quémque variis cruciatibus necans in Samnium conceſſit Beneuentum vi captum diripuit ac mœnia circunquaque euertit. Iterum autem ad vrbem rediens viâ latinâ hoſtili animo Caſſinenſe monaſterium ſpoliat ejectis inde monachis. Soràmque quondam Samnitium ciuitatem ad Liris fluuij caput ſitam, ferro flammâque vaſtat. Templariorum bona vbique diripit. Sarracenos verò adeo dilexit vt eorum opera præ cæteris in bello vteretur magiſtratúſque eis ac propriam vrbem conæſſerit quæ noſtris quoque temporibus Nuceria Sarracenorum vocatur. Fratrem præterea regis Tuniſij Panormi baptiſmum petentem ne id faceret verbis deterruit. Raucennam autem repentino incurſu pecitam in poteſtatem ſuam redegit. Hanc ob rem Gregorius concilium apud Lateranum indixit in quo de abrogando Friderico ratio haberetur. Verùm Fridericus terrâ marique vias præcluſit & quoſdam Cardinales ac Prælatos de via & nauigatione captos adiuuantibus Piſanis in carcerem conjecit: Qua ex re tantum dolorem Gregorius cepit, vt non diu ſuperuixerit. Moritur enim pontificatus ſui anno decimo quarto, menſe tertio, cùm paulò ante ſolis eclipſis tanta apparuiſſet quanta nunquam antea. Raymundum autem Barchinonenſem coadiutorem (in compilando libro Decretalium, quo Gregorius vſus eſt) ita quidam tam laudant, vt maiore commendatione laudari nemo poſſit.

ANNOTATIONES CAROLI MOLINÆI

In Titulo.

Raymundi.] Qui tamen non ſolùm ſuperflua poſuit vt cap. ſignificantibus de libell. oblat. repet. & cap. vlt. de appellat. ſed ſæpe malè truncauit Decretales, vt de eius malè deciſis queruntur doctores in cap. veniens. de reſcript. & cap. 1. de appellat: Quandoque ſtudiosè truncauit vt lateret inuidioſum argumentum, vt in capit. ex frequentibus. de inſtitut. quod latum erat contra regalia tegis Angliæ. Sic in pleriſque latis in fauorem inimicorum Regis Franciæ vt in cap. nouit: de iudic. Quaſdam etiam cõſtitutiones Caroli Magni authore tacito inſeruit, vt iu e. 1. de cenſib. Quandoque textus conciliatet flagitiosè alterauit vt in cap. 1. de iudic. vbi gl. Bernardi verſ. donec hoc, fatetur.

Columna 1. lin. 4.

Creatus.] Anno 1226.

Ibidem *Friderieum.*] Scilicet 2. Friderici 1. Ænobarbi nepotem, de quo ſcripſi in conſuetudines Pariſienſ. tit. in rubic. num. 41. cum ſequ.

Col. 3. lin. 7.

Diripuiſſe] Idem Sabellicus Enneand. 9. lib. 6. qui ſolitus eſt exactè ſequi Platinam, niſi vbi de Veneris agitur, quorum gloriam Sabellicus patriæ fauens tanto affectu auget vt ſæpe Platinam velut perpetuum Venetorum hoſtem inſectetur, quaſi hiſtoriæ fidem vt Venetorum gloriam minueret, vitiarit. Sed vtrique quantum potuit authoritati & potentiæ Papatus inſeruiuit, eorúmque facinora etiam cum imperatorum ignominia dealbare ſtuduit. Nouiſſimè autem illuſtriſſimus heros Lantgrauius Heſſiæ prætextu fœderis à Carolo v. captiuatus etiam feudis auitis & maſculinis iniuſtè ſpoliatur, pro cuius iuſtitia poſt Carolum Ruinum & Philipp. Dec. conſ. 116. conſil. 51. & conſil 655. & Andræam Alciat. conſului, ſed ſtultra viuo præfato Carolo, cui odium iure potiut eſſe iniqua anni 1551. iudicia oſtenduut.

Col. 9. lin. 6.

Deſciuere.] Per tot bella & ſeditiones vltra quadringentos annos pugnauerunt Papæ contra Imperatores populúmque Romanum, vt impetio atrũo regnum Romæ & Italiæ occuparent. Illis certè omnes clades Italiæ & totius ferè Europæ à tranſlatio imperio imputat Nicol. Machiauellus florentinus lib 1. hiſtoriæ ſtotent. & qnotquot rem non ad affectum ſed ad verum ſcribunt.

Lin. 11.

Oratione d gniſſimâ.] Affectibut turbatiſſima aduerſus Fridericum hoſtem principis Apoſtolorum filium Sathanæ (ſic enim vocabat) promtiens regnantibus aduerſus hunc canen vitam æternam & omnium peccatorum remiſſionem. hac arte vt ſcribit Hi. Mutius Germaniæ chronicor. li. 20. populum Romanũ prius eum imperatorem ſentientem tranſuerſum egit, & in eum armari fecit.

Ad prœmium Decretalium.

Gloſſ. in verb. ſibi ſubditos. Gloſſ 2.

Suæ Diœcesis.] Et sic cooccurrit accumulatiuè, aliàs secus. Panormit. hîc Geminian. Philipp. Franc. cap. Romana. §. sententias de appelat. io 6.

Cap. cùm vos. iv.

Glo. 1. *Gloss. verb. minus idoneæ in prime.*

Priuandus.] Panormit. hîc reprobat hanc gloss. & tenet ipso iure priuari & deuolui sicut in Ecclesiastico. Sed gloss. verior est, quia iure non caoetur. Igitur per not. in cap. fin. De iure patronat. Imò non posset solus Papa statuere in præiudicium patronorum laicorum, per ea quæ dixi in tractat. regular. Cancell. reg. de infirm. resign. num. 34 cum sequentib.

Textus. §. *Finat.*

Reseruare.] Hæc origo custodiarum quas Galli Deportus vocant, apud quos (vt Carnuti) grandis abusus est: eo quòd Archidiaconi non reseruant, sed in suum lucrum fructus rapiunt. Hoc abusiuum est & omnino corrigendum, vt tango infra de inst. cap. cum venissent.

Cap. ex parte. v.

Gloss. 1. *Gloss. verb. redire circ. med.*

Quo ad ecclesiam.] Dic quod non est differentia inter excommunicationem & absolutionem: quia vtraque ob causam facta, si illa causa, proxima & immediata est falsa, nulla est Cardinal. Florentinus in repet. cap. perpendimus de sent. excomm. sequitur Fel. cap. quod super, de fide instru.

Cap. quanto. vii.

Textus. *In fine.*

Prælati eorum.] Scilicet regulares immediati: si in diœcesi, Archiepiscopi. Si verò extra diœcesin, & in prouincia debent, simul cum eis moueri diœcesani propter cap. Roman de foro compet. in 6. Panorm.

Cap. ad reprimendam. viii.

Gloss 6. *Gloss. verb. suspendatur.*

Trahit executionem.] Hæc ratio non valet, sed ratio est quia sponte in sententijs censuræ Ecclesiasticæ vigent, Panorm. cap. pastoralis de appellatio.

Ibidem in fine.

Decem dies.] Idem Panorm. Felin. cap. lator. ℣. de re iudic. & coram iudice qui possit adiri per viam querelæ. Panormitan. hîc.

Cap. duo simul. ix.

Glo. 9. *Gloss. verb. Patriarchæ.*

Hierosolymitani.] Ergo in suprascriptione bene posui Tyronensi. Archiepiscop. vbi omnes libri impressi perperam habebant Turonensi. Similem errorem correxi ℣. de verb. signification. cap. dilectè.

Cap. quod sedem.

Summ. *Summario.*

Impeditus.] Imò etiam non impeditus Hostiens. Anton Butt. Imol. Pan. hic gloss. & Panor. ita cap. aqua. infra de consecr. Eccles. vel altar. & ita practicant, quamuis Alciat. hic numer. 12. contrarium teneat, quod non possit nisi impeditus.

Gloss. verb. committere in fin.] Gloss. penult.

Secundum Canones.] Idem Panormitan. & Felin.

Cap. pastoralis. xi.

Gloss. verb. exceptis. Gloss. 2.

Episcopus negligens est in eo.] Hoc falsum Panorm. hîc & in cap. cum simus, est casus specialis. Idem Ioan. Andreæ. Panorm. in cap. nullus. ℣. de iur. pat. vide gloss. in pragmat. de concub. §. 2. in verb. illos.

Gloss. verb. præterquam in mortis articulo.

Immineat periculum mortis.] Atqui si frustra quæritur in creaturis, quàm vanius quæritur in casu & circunstantijs, quod in solo verbo Dei quærendum est. Gloss. 7.

Verb. ac præstare. Gloss. vlt.

Offerre pecuniam.] Imò sufficit realiter offerre vt noue docui in tractat. vsor. q. 39. & 40.

Cap. licet. xii.

Summario.

Delegatum.] Sed hæc citat Iason l. ius ciuile. de iust. & iur. Albert. Brut. consil. 15. Summ.

Cap. irrefragabili. xiii.

Summario. Summ.

Episcopus hoc faciet.] Adde notat. ℣. de iudic cap. cæterum. Panorm. rep. cap. si quis contra clericum. col. 15. & quæ dixi in consuetud. Paris. §. 2. gloss. 3. num. 10. cum sequent. Adde Philip. Dec. d. cap. ceterum. no. 4.

Gloss. verb. nulla consuetudo.

Contra obedientiam.] Scilicet actiuè quòd non corrigatur, vel non obediat, sed bene passiuè quod ab alio, quia tunc est potestatis translatio Panorm. hîc. fac. quæ dixi in consuetud. Parisiens. §. 7. num. 10. Gloss. 2.

Verb. per capitulum. in fine.

Licet perdiderint ius.] Idem Panorm. Felin. quia non est propriè translatio potestatis sed recuperatio remoto obstaculo consuetudinis. Gloss. 4.

Cap. quoniam. xiv.

Diuersitates rituum & linguarum.] His adde Nouell. 113. de Eccles. diuers. capitul. §. ad hæc vbi ex Diui Pauli doctrina 1. Corinth. 14. Iussit Iustinianus omnes Episcopos & Presbyteros sacras preces & mysteria clarâ & vernaculâ voce peragere. Textus.

Cap. inter cætera. xv.

In Princip.

Pabulum.] Ad hoc pulchra & sancta constitutio Caroli Magni quam nuper edidi sub stylo Parlamenti part. 3. tit. 50. §. 2. Textus.

Cap. Dilectus. xvi.

Gloss. verb. de lege iurisdictionis.

Quarta decimarum.] In his duobus vltimis gloss. falsa est: quia sunt de lege iurisdictionis & tenentur monasteria per cap. tequisti. ℣. de testament. cap. ex parte. ℣. de Dec. Panormit. Glo. 7.

Ibidem.

Dicas ergo.] Dic quod ea à quibus monasteria sunt de iure communi exempta, sunt de lege diœcesana reliqua omnia sunt de lege iurisdictionis. Et propriè vna est Diœcesana sub qua comprehenditur lex iurisdictionis. Panormit. Vide Anton. Butr. consilio.

Cap. graue. xix.

Summario.

Super exemptos.] Hîc tanquam ordinario rescriptum erat, secus si tanquam delegato. Panormit. Fel.

In princip.

In tua diœcesi.] Aliud esset in diœcesi, vt decidit Felin. hic. Phil. Franc. cap. vnico. de statut. regular. in 6. Bonifac. de vita clericor. 2. collat. 1. de primileg. dic vt gloss. pragmat. tit. de annat. verb. in diœcesi.

Gloss. verb. corrigere sit paratus.

Ad Episcopum.] Imò indistinctè vt suprà cap. irrefragabili. eod. nisi essent exempti, Panormit.

Cap. his quibus. XX.

Gloss. verb. cæsibus in fine.

Cap. vltim. in fin.] Quia cui nudum ministerium sine iurisdictione committitur non potest subdelegare. Panorm. hic. Vide Anton. Corsetum in repert. verb. delegati.

TIT. XXXII. De officio iudicis.

Cap. II.

Gloss. verb. proponitur circ. med.

Constantino cum eis.] Imò sic controoerterenet, essetfaciend. Bald. ibi Panorm. hic.

TIT. XXXIII. De maioritate & obedientia.

Cap. Solitæ. VI.

In epigraphe.

Titul. *Constantino.*] Non potest esse magnus ille œcumenicus qui Innocentium III. nongentis annis præcessit, nec vltimus Constantinus Ducas qui serè centum quinquaginta annis præcessit Innocentium III. & sic error est: & legendum Balduino vel Henrico eius fratri vt per Raphaelem Volaterr. lib. 23 & Baptist. Egnat. de Cesarib. & alios.

Cap. per tuas. VII.

Gloss. verb. Subdiaconatus in fine.

Gloss. 1. *Arg. est hic quod sic.*] Et hoc verius Panormitan. Felin. hic. Decis. Tholosan. 293. & ita obseruatur. Dixi post tractatum meum in Regul. Cancellar. §. 2. verb. interdictum.

Cap. inter quatuor. VIII.

Gloss. verb. caperetur.

Gloss. 1. *A Venetis.*] Imò à Francis Balduino comite Flandrensi cum auxilio ex nauigio Venetorum ad hoc conducto, anno. 1202. Balduino verò in Constantinopolitanum imperatorem electo & coronato Venetis laboris participes insulas Ægei maris obtinuerunt, & Thomas Maurocenus Patricius Venetus, ad quem hæc decretalis dirigitur in patriarcham Constantinopolitanum electus est, quam electionem Innocentius III. ob meram formulam more suo eo quod laici interfuissent, cessauit: & tamen eundem elegit, & confirmauit, qui tandiu Ecclesiam sibi subiectam habuit quàdiu Franci ibi regoauerunt, qui partim ob id à Græcis fuerunt expulsi. vide Platin. Antonin. Florent. 18. cap. 2. § 3. Sabellic. Venet. Ennead. ad. 9. lib. 5.

Cap. quod super IX.

Gloss. 2. *Gloss. verb. diœcesana.*

Habentes populum.] Scilicet non exemptum, & adhuc si eius curam per capellanum exercent sufficit capellanum venire. Panorm.

Cap. cum in ecclesijs. X.

Glo. 3. *Gloss. verb. authenticas.*

Creditur in præiudicium. Non est verum nisi vt in ca. post cessionem 3. de probationib. Panorm. hîc & ibi.

Cap. cùm olim. XIV.

Gloss. 2. *Gloss. verb. capitulo. circ. med.*

Et fructus computantur.] Panor. hic & cap cum olim. coll. 1. de iure patron. gloss. final. in ca. cum Berthoidus de sentco. & re iudic.

Quæstus irrepsit. Ecclesia enim primitiua non minus hoc quam Simonem magum execrata fuisset.

Fructus. Panorm. in cap. consultationib. de iure patron. censet esse industriales. Idem Francis. Ripa. in cap. cum ecclesia Suttina, num. 93. de causs. possession. & propriet. De hoc dubitat.

Cap. humilis. XVII.

Gloss 1. *Gloss. verb. præsentium.*

Videtur quod sic.] Idem Panorm.

TIT. XXXIV. De treuga, & pace.

Cap. I.

Gloss. verb. frangere. in fin. Gloss. 2.

Moribus.] Idem Panorm. Felin. hîc. Ange. Cla. in verb. consuetudo. §. 10. Iason 1. si filius qui in potestate. coll. de hb. & postum. Præposit. can. leges. 4. distinction. Ioan. Gerson in Regul. Motal. collat. 4. Ale. consil. 132. l. 1. vbi tetigi.

Cap. II.

Redeuntes.] Infero quod securitas data ad eundem Textus. intelligitur etiam data ad redeundum l. si cui. ff. ex quib. causs. maio. & in l. vtimur, & ibi Bart. ff. de sepulct. violat. Philip. Franc. ca. cum non deceat. De electionib. in 6. Philip. Dec. consil. 48. col. a. vbi tetigi: Hieronym. Grat. cons. 92. num. 13. cum seq. lib. 2.

TIT. XXXV. De pactis.

Cap. I.

Gloss. verb. pax seruetur.

Ex nudo pacto oritur actio.] Falsum. Quia hîc debet intelligi quòd seruentur pacta secundum eorum vim, vt simile in l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. eod. Gloss. 1.

Cap. cùm ptidem. IV.

Gloss. verb. dicebat Gloss. 2.

Coniuncta persona.] Hoc esset falsum hic. quia causa spiritualis est requirens speciale mandatum. Panorm. hic. & bene: quamuis gloss. sequatur Felin. in cap. coram. coll. 2. de offic. delegati.

Verb. illiterata pactionis. Gloss. 4.

Simoniaca sunt.] Panorm. hic. & in repetit. §. qui vero. cap. exstirpandæ coll. pen. & fin. de præbend. Henri. Bohyc. in cap. 1. ne prælat. vic. suas Conrad. summam tractat. de contract. qu. 4. suppos. 3. Philipp. Dec. cap. significasti: numero 15. de elect. vbi in annotat. ad Decium dixi.

Cap. cùm clerici. VI.

Gloss. verb. pensiones. ? Gloss. 2.

Pensio debet augmentari.] Dic quod si ab initio fuit constituta, pensio habito respectu ad facultates ecclesiæ tunc auctis facultatibus potest augeri sicut è contra minui. Si verò ob aliam causam vt recognitionis vel protectionis, non debet augeri. Panorm.

TIT. XXXVI. De transactionibus.

Cap. II.

Summario.

Superiorum.] Vel etiam sine eo quando ius antiquum ecclesiæ recuperatur cap. 1. de pactis, in 6. Panormit. in cap. veniens. de præscriptionibus.

Gloss. verb. personam ecclesiasticam.

De authoritate episcopi.] Hanc gloss. sequitur Hostiens. Ioan. Andr. hic. Antonin. 2. part. summ. tit. 4. cap. 3. §. final. Philipp. Dec cap. penult. col. 1. num. 5. de confir. vtil. vel inutil.

Cap. III.

Gloss. verb. litteras.

Nota quod Abbas.] Dic quod potest prælatus sine consensu capituli agere. sed non transigere, nisi eo modo quod potest alienare. Panorm. facit Francis. Ripa de rescript. Resp. 7. col. 5. Gloss. 1.

Ibidem.

Differentiæ inter litteras.] Imò nonest differentia Barth. l. 1. de offic. procurato. Cesar. Panormit. hic.

Cap. Constitutus.

Gloss. verb. audiatis.

Dicas quod de gratia.] Secundum Panorm. hic. quod ob transactionem super beneficio factam non debet

clericus deponi qnia non eſt mera Simonia, ſed ſpecies Simoniæ.

cap. de c et ero

Gelas. *Caſus ſive thema.*

Thema ſecundum intellectum gloſſæ hic, in fin. qui eſt verus & neceſſarius reiectis aliis ſecundum Egid. Belle. hic. q. 1. col. 3. Pnot. vel rector eccleſiæ prętendebat decimas vel aliud intra fines vel ſuper prædijs alterius eccleſiæ cuius parochiam traxit in ius coram delegato Papæ: pendente lite componit teus cum actore pro certo annuo cenſu ei ratione eius eccleſiæ ſoluendo, cúmque aliqnot anoos ſolutum fuiſſet, cœpit ceſſari & dubitari, qnia non authoritas epiſcopi. Et Papa reſp. vt hic. Et ſuperfluunt gloſſ. Inn. & Hoſtienſ.

Gloſſ. vlt. *Gloſſ. verb. contraria.*

Contra aliam de ſubiectione.] Scilicet feudali, cenſuali, vel alias temporali prædiorum, non autem de ſubiectione ſpirituali, quia falſus eſſet intellectus, & contra cap præterea j. eod.

Cap. ſuper eo. v i i.

Gloſſ. 2. *Gloſſ. verb. dato.*

Eandem eſſet calumnia.] Et quicquid dicat Ioao. Andr. hic, non eſt differentia inter actorem & reum, vt tenet Bartol. in d. l. in ſumma. Iaſon. Alcia. Philipp. Decius in l. 2. vbi in annot. ad Decium dixit C. de tranſact.

Cap. veniens. v i i i.

Sum. *Summario.*

Non obligat ſucceſſorem. Feli. cap. præſentata, in princ. de teſtib. gloſſ. cap. cum veniſſent. verſ. probatum de teſtib. Conrad. de Sumeth. tract de contract. q. 18. concluſ. 5.

Glo. 4. *Gloſſ. verb. inter alios.*

Si qnis Presbyterorum.] Hoc cap. & præcedens loquuntur de alienatione qnę non tenet. Iſta verò temporalis ptactio renebat ad tempus. Ioan. Andr. & gluſſ. ſeq. Panorm. hic.

Cap. ex parte. x i.

Tit. *In epigraphe.*

Presbytero Cardinali.] Eo tempore Galli tenebant imperium Conſtantinopolitanum, vt dixi. 3. de maiorita. & obedient. cap. inter qnatuor.

TIT. XXXIX. De poſtulando.

Cap. i i i.

Glo. 2. *Gloſſ. verb. pro ſeipſo.*

Eandem eccleſiæ.] Hoc falſum. Quia debet intelligi de coniunctis coniunctione carnali. Panorm.

gloſſ. vlt. *Verb. contra eccleſiam. in fin.*

Eccleſia eſſet ei grata.] Ioan. Imola. improbat. Sed vide Anton. Cotſet. in ſing. verb. iogratitudo. Franc. Ripa. in l. final. q. 47. C. de reuocatio. donatio.

TIT. XXXVIII. De procuratoribus.

Cap. i.

Gloſſ. 13 *Gloſſ. in verb. portitoribus in fin.*

Item clerici inter coniunctas.] Falſum eſt Panotm, hic. & 3. tit. 1. cap. vlt.

Cap. i i.

gloſſ. vlt. *Gloſſ. verb. abſoluere.*

Iuſtam cauſam habuit abſentiæ] Quod procedit qnãdo iudex non fuit certificatus de impedimento: ſed qnando fuit certificatus ipſo inre, non tenet. Panorm. hic gloſſ. Bartol. Paul. & omnes io l. qnęſitum, de re iudica. Bart. in l. 2. in fin. & ibi Iaſon num. 10. De in ius vocand. in l. 2. §. qui in iudicio. vbi Paul. Angel. Roman. Alexandr. ſi qnis cauóo. Bartol Bald. Salic. Paul. l. penult. C. quomod. & quaod. iud. Mat. Afflict. deciſ. Neapolit. 182. nnm. 7.

Cap. tuę fraternitatis. v.

Gloſſ. 2. *Gloſſ. in verb. legitimam.*

Retinere ſi vult.] Niſi ipſe nolet meliorem vitam ducere, qnia tunc incideret in crimen lenocinij. text in l. caſtitaó. l. ſioe metu. C. de adulterijs. Auguſtio. de

Arim. in additiooibus ad Angelum Aretinum verſ. *che ni ha adulterato. toll.* 21.

Cap. Auditis. v i i i.

Geoſſ. *ad illum. in print.* Gloſſ. 3.

Concluſum.] Vnde reuocatio procuratoris ſuperueniens poſt concluſum in cauſſa non annullat actus qui tunc fient cum eo. Lancelo. Dec. l. liberto. §. largius, in fin. de annuis lega.

Cap. petitio. i x.

Gloſſ. verb. generales. in fin. Gloſſ. 2.

§. *duobus.*] Sed ibi ideo qnia mandatum erat vniuerſale, ſecundum Bart. & Docto. ibi.

Cap. mandato. x i i i. gloſſ penult.

Gloſſ. verb. reuocato in fin.

Si verò procurator nollet.] Vel etiam aduerſarius.

Cap. non inuſtè. x i v.

Gloſſ. verb. appellare circa med.

Vel poteſt dici.] Idem Panot. hic. Vide Iaſo. l. vnic. §. ſi ptocuratot. coll. 4. ſi quis iudic. non obtemp. Ant. Rub. rep. §. morte. io l. oon ſolum. num. 703. de opet. nou. nunciat. Glo. 7.

Cap. conſulti. x v. gloſſ. 1.

Gloſſ. verb iurati.

Videtur quod ſic.] Et bene. Atchidiac. Lap. Philipp. Franc. cap. 1. de reſcrip. in 6. Petr. Anchat. cap. acceſſonum coll. 12. De teg. iur. in 6. qnamois aliter dicat Rota de procuratonibus in annq. & Panorm. hic. & Felin. cap. final de except. & malè, qnia actus impetrationis fundatur in domino.

TIT. XL. De ijs qœri metus ve cauſâ fiuot.

Cap. 1.

Gloſſ. verb. ſimulauit, in princ. Gloſſ. 1

Nota quod vtilis ſimulatio.] Thom. 22 q. 3. art. 1. Scot. & Gabriel Biel. lib. 3. Sent. diſtinct. 38. q. vnic. art. 3.

Verb. poſtmodum. circ. med.

Metus mortis durare intelligitur.] Alex. conſil. 1. col. 4. conſil. 98. cum ſequent. (vbi retigi.) lib. 3. Philipp. Corteſ. conſil. 1. libro 2. Philip. Dec. l. pacta nouiſſime. nu. 12. C. de pact. conſil. 219 col. 2. glo. vlt.

Cap. i i.

Gloſſ. verb. coactus. circ. med. Gloſſ. 6

Niſi culpa ſua inciderit.] Et cum hoc alter ioſtè & per modum licitum metum infetat. alias ſubuenitur. l. nec minorem, in fin. ff. eod.

Ibidem.

In cauſa matrimonij.] Idem in omnibus ſpiritualibus tener. fort. Gart. in rubr. de iuſt. & iur. in 21. illat. Dixi in annotaoonibus ad Philipp. Dec. cap. 2. numero 4. de reſcript. & conſil. 219. num 5.

Ibidem in fine.

In omnibus aliis, caſibus tenent.] Imò etiam alij excipiuntur, vt hîc per Panorm.

Cap. i i i.

Gloſſ. verb. laicorum.

Quo ad ſe.] Imò nec qno ad renunciantem tenet, donec ſuperior re integra approbauerit & admiſerit. Panorm. hic numer. 7. & dixi in tract. Reg. Cancell Regul. de infirm. reſignanob. nu. 2. cum ſeq. glo. 2.

Cap. ad audientiam. i v.

Gloſſ. verb. ad reſignationem. glo. 4.

Non poteſt repetere.] Imò poteſt per hunc text. qnia durat metus iuramenti. Ioan. Andr. Panotm. hic.

In fine. Textus.

Nullo metu.] Vide Gulielm Occam in dial. lib. 7. patt. 1. ca. 67. Thom. in 4. diſtinct. 18. Iacob. Almain. in moral. cap. 5. Hieronym. de hangeſt. in moral. cap. 6. Angel. cla. in verb. excommunicatio. 8. §. 18. & ſic teptobo Albet. in rubr. C. eod.

Cap. cùm dilectus. v i.

Gloſſ. verb. violentia. glo. 4.

Non excuſat.] Idem Gofredus: qnia nec eſt iuſta, & imputandum eſt excommunicato aut iniuſta & non

est timenda: quia non ligat apud Deum. Idem Alciat. A in l. interpositas vers. contineat. C. de transact. Panor. hic col. 2. sequitur quo ad actionem quod metus causa Sed admittit iudicu officium caussa cognita, si subetat periculum perdendæ promotionis.

Textus. *In fine.*

Deberet retorqueri.] Egid. Bellem. hic. nu. 3. not. 3. Nou. ex hoc textu, quod vbi dolus ex parte vnius & fatuitas ex parte altetius simul concurrunt, fatuitas præpondeat dolo.

Gloss. 7. *Gloss. verb. ad fatuitatem.*

Idem in matrimonio.] Imò si tollit consensum. Panot. hic l. si. instit. de actionib. §. omnium, col. 5. Idem dico si facit consensum minus liberum. quia requiritur spontaneus & liber. ca. cum locum. De sponsalib.

Cap. super eo. v i i.

Gloss. 9. *Gloss. verb. per testes.*

Ad actionem, quod metus causa.] Imò generaliter locus est huic ca vbi concurrit difficultas probationis cũ dolo eoruenti. Innoc. Pan. hic. Bartol. l. in actionibus. De in lit. iurand. Secus si agatur contra tertium. Alberi. 2. part. stat q. 64. & part. 1. q. 52.

TIT. XLI. De in integrum restitutione.

Cap. 1.

Gloss. vlt. *Gloss. verb. defrandari.*

Ex vtraq; parte.] Adde l. cum autem. §. Iulianus ait. De ædil. edict. Bart. l. fin. col. 3. C. de sent. pass. Philipp. Dec. l. in condemnatione. §. cum verbum, de teg. iur.

Cap. t i.

Gloss. 7. *Verb. inhibentes in fin.*

Sed nonne.] Hic enim præceptum seu inhibitio facta sine caussæ cognitione, quæ non transit in rem iudicatam, nec partem adstringit Pan.

Gloss. 15. *Verbo electionem in fin.*

Non debet.] De hoc latè Rochus Curt. in tract. de iure patronat verbo. competens alicui. q. 3. Dic quod obnner illius elactio, vel præsent. qui reperitur fuisse in possessione bona fide. St autem non constat vter fuerit in possessione, valet facta per eum qui reperitur vetus proprietarius Si autem apparet eum qui non erat proprietarius fuisse in possessione, sed malà fide neutra valet. Henric Bohic. hic Pan. Francisc. Ripa. ca. cum ecclesia Suttina, in fin. De caussa posse. & ptopr.

Cap. audiris. i i t.

Gloss 3. *Gloss. verb, ecclesia fungatur vice minoris, in fin.* D

Sicut minor.] Hæc veta. Anton. Butrien. Panorm. hic Roman. Consil. 123.

Cap. tum ex literis. t v.

Glo. 3. *Gloss. verb. sententia non obstante, circa med.*

Danda sit post quadriennium.] Er est verum impedito facto partis vel iudicis Panot. coll. 5. Guhel. Cassad. de in integr. testit. Decis. 2.

Cap. suscitata. v t.

Gloss 5. *Gloss. verb. sententie.*

Si tamen est.] Panormit. hic. Bald. l. t. C. in integr. restitutione postul. ne quid nou. fi. l. si causà cognitâ. C. de transact.

Gloss. 7. *Verb. pensata.*

Cùm alias de iure communi.] Panotm hic. Bart. d. l. E vna. & l. si prætot in fin. de iudic. l. de auth. tut.

Cap. coram. v t i.

Gloss. 4. *Gloss. verb. mandatum.*

Non videtur generale.] Imo sufficit ex quo petitur incidenter. Panotm. hic l elin, cap. nonnulli. §. 1. col. 2. de reser adde Cassador, de procutatoribus decision. 1. & quæ dixi in annotat. ad Philipp. D c. cap. cum Matunus num. 13. de constit.

Cap. constitutus. v i i t.

Textus. *Consuetudinem.*

Vide plenissimè per D. Andræ. Tiraqu. curiæ Parisien. seratorem amplissimum, in suo doctissimo tract. de retract. proai.

Cap. beneficio.

Gloss. 1. *Gloss. verb. nouis defensionib. in p. inc.*

Nouis defensionibus.] Dic ex mente Panor. hic, quod dicuntur nouæ quæ tunc erant: sed omissæ vel superuenerunt sed ex consequenti læsionis antiquæ.

TIT. XLIII. De arbitris.

Cap. cum tempote. v.

Magdeburgensi.

In Saxonia ad Albin fluuiom. Factus est episcopatus an. 780. per Carolum Magnom deinde totius Saxoniæ metropolis. Dicta est etiam Parthenopolis vt per Ftãc. Irenicum exegtes. lib. 3. cap. 38. & lib. 2. litera, M. hane B Caroli V. arte magis quàm armis, subacta Germania, captiuósque tenens Fridericum Saxoniæ ducem (a cuius patre electus fuerat) & Philippum Lantgraiuum Hessum summos totius Germaniæ principes, nec arte nec armis, etiam S. Mauricio duce, fere quatuor annis obsessam nec subigere potuit, nec ad fœdus secum ineundum pellicere. In ea steterit, & hoc an. 1551. stat vetus bertas, & statutum imperij totiusque Germaniæ.

Gloss. verb. Magdeburgensis archiepiscopi.

Gloss. 1. *Possit esse arbiter.*] Hoc verum iure canonico. Secus iure ciuili. Henr. Bohic. hic Bart. l, sed & si in seruũ. ff. eod.

Gloss. 5. *Verb. nequiueris.*

Nequiueris.] Quia qui non potest alienare non potest promittere. Ioan. Andr. Ant. Butr. Panorm. hic. C Catd. cons. 71. coll. pen. Philipp. Dec. consil. 39. num. 4. vbi tenigi & late D. Andreas. Tiraquell. de legibus connubial. glossa, 3. quæst. 19.

Gloss. 6. *Verb. libertatis.*

Quantum ad Papam.] Imò ibi non agebatur de iure Papæ, quia non erat immediatè subiecta Papæ. Henric. Bohic. Panorm. hic.

Cap. contingit. v i i t.

Gloss. 1. *Gloss. verb. spiritualibus, circa med.*

Sicut credo.] Sed bene in arbitratorem Hostiens. Ioan. Andr. cap. fin. de tet. permut. Roman. consil. 290. Petr. Ancharan. consil. 23. consil. 97. Alexan. in lib. quotiens. C. de iudic. consil. 111. col 2 lib. 2, & est communis. Philipp. Dec. ca. 2. col. 2. de iudic. Hier. Gtat. consil. 87. num. 10. lib. 1.

Cap. per tuas. i x.

Textus. *Quia iuramento, in fin.* D

Iuramentum nil addit: quia intelligitur secundum materiam subiectam l. diem proferre §. final. ff. eodem, secundom Innocent. hic. Et bene: quamuis Hostiens. hic eum reprobat per text. in cap. 2. cap. cum tempote, iuncta gloss. 3. eod. quem latè sequitur. Roman. in leg. stipulationes non diuiduntur, num. 69. De verb. oblig. & malè.

Cap. exposita. x i.

Gloss. 2. *Gloss. verb. compromisit, circ. med.*

Compromitti non potuit.] Hostiens. stahar huic obiectioni, dicens propter hoc compromissum non valuisse. Ioan. Andr. quod Panorm. admittit si in arbitratorem secus dicens si vr in arbitrium, Quia arbitria iudicijs æquiparantur, & valet sententia contra sententiam, si non opponatur: sed hæc ratio frigida est, quia prius oportet pacisci de compromisso, quod pactum non æquipatatur iudicijs

Verbum renouetis.

Gloss. 4. *Standum inquo arbitro.*] Imò, nisi sit euidens seu notoria iniquitas. Panotm. hic. & cap. a. 3. eod. Lanfrãc. de Oria tract. de arbitr. col. 1. cum sequentib. Vide Alexand. consil. 139. lib. 7. Philip. Dec. consi. 11. num. 6. vbi in annotat. dixi.

Cap. cùm à nobis. x i i.

Gloss. 3. *Gloss. verb. mediatorum.*

Amicabiles compositores.] Hæc veta in se: & allegat Roman. singul. 163.

LIBER SECVNDVS

TITVLVS PRIMVS,

DE IVDICIIS.

CAPVT I.

Glo. 5. *Gloſſ. verb. non placere.*

NOcvs *pœnitentiæ.*] Dic quod non. Quia hic non de iuriſdictione danda, ſed de non declinanda agitur Panormit. Felin. Plulipp. Dec. A

Cap. II.

Gloſſ. in verb. non præſumant.

Gloſſ. 2. *Poteſt laicis delegare.*] Idem Panormit. hîc, Iaſ. in rub. ff. de offic. eius cui mandat eſt iuriſ. num. 8. & ita vidi ſeruari.

Cap. III.

Gloſſ. verbo. connexa ſpiritualibus canſis, in princ.

Glo. 1. *Spirituali annexum.*] Idem Pano. Dec. hîc. Roch. de Curt. in rubr. de iure patro. verſ. ius. B

Cap. at ſi clerici. IV.

Glo. 2. *Gloſſ. verb. non tenet, in princ.*

Quod iſti inuiti.] Et ſic confeſſio nil valet. Sed ſi ſponte facta fuiſſet, valeret vt extraiudicialis. Imol. Panorm. hîc. Et eſt communis. Dec. hîc. n. 17. Idem Iaſ. l. ſctuos. de iureiurand. Franc. Ripa. l. t. §. ſi quis ita num. 10. de verb. obligat. Nicol. Boër. Deciſ. Burdeg. 90.

Ibidem circa med.

Per reconuentionem.] Dic quod clericus non poteſt de crimine reconueniri coram laico, etiam ciuiliter, Sed etiam ciuiliter damnarus à ſuo iudice vel confeſſus, cùm ſit infamis infamia iuris poteſt depoui Panor. Dec. C

Cap. cæterum. V.

Gloſſ. 1. *Gloſſ. verb. quandiu parati fuerint. in princ.*

Transferretur iuriſdictio ad alium.] Scilicet iudicem rei, ſeu ordinarium. Panormit. Felin. hîc. Adde quæ dixi in Conſuet. Patiſ. §. 2. gloſ. 3. num. 8.

Ibidem.

In iudicio poſſeſſorio.] Imo adhuc coram domino feudi. Panorm hic Iaco. tract. feud. verſ. Et dicti vaſalli pro dictis rebus feudalibus conſeruandis. Curt. Iunior. eodem tract. act. part. 7. q. 6. Sed in Gallia feudum non tribuit iuriſdictionem. D

Cap. intelleximus. VII.

Gloſſ. 1. *Gloſſ. verb. conuenire poteſt. circ. med.*

Non credo.] Idem Panor. & eſt verius licet Cal. Imol. Fel. Dec. & communis contra. Opinio gloſſ. vetior eſt propter abuſum freqnentium excommunicationum. Sed ſi eſt excommunicatio ſolemnis, vel ex cauſſa notoria ſcandalum inducente tunc vera eſt communis opinio.

Cap. cùm non ab homine. X.

Summario. Summa.

Abbas ſicutus.] Sed ſecundum Ioan. And. hîc in crimine valdè enormi poteſt etiam ſacerdos non expectata corrigibilitate degradari Idem. Petr. de Anchar. Rep. cap. ea quæ. q. 19. collat. 17. de reg. iur. in 6. Conſil. 54. Gemin. cap 1. in fin. de homic. in 6. Hippoly. de Marſil. conſil. 9. num. 17. & plures vidi practicari Pariſiis. tetigi ſupet ſtylo Parlamenti.

Cap. quia G. XI.

Gloſſ. ſicut inter eumdem. Gloſſ. 1.

Qui ſciunter recepit.] Diuinatio eſt & occaſio fraudum. Ideo text. procedit indiſtinctè & contra ſucceſſorem bonæ fidei: & ita ſeruant iudices ſeculares in Gallia in omni poſſeſſorio ſiue recuperandæ, ſiue retinendæ, & benè.

Cap. nouit ille. XIII.

Caſus. Caſus.

Thema ex fide hiſtoriæ. Anno 1200. pax icta & ſolemni iuramento firmata inter Philippum Auguſtum Francorum & Ioannem Angliæ reges. Deinde poſt bienoium morte Leonoræ matris ſucceſſit Ioannes in Ducatu Guyennæ & Comitatu Pictauienſi & Andegauenſi. Cúmque tequiſitus non faceret homagium tex Philippus iure feudi manum iniecit, hinc bellum redintegratur. Ioannes pretextu dictæ pacis iuratæ recurrit ad Papam, qui partes ſuas interponit & iuſſus eſt cognoſcere, vt in hac decretali quæ effectum non habuit, quia Philippus a legato appellauit. Et tandem dictus Ioannes cognomne ſine terra vltimus filiorum Henrici, qui Thomam Cantuarienſem occidi fecerat, de quo inſra de homicid. cap. ſicut dignum, regnandi cupidus Arturum nepotem ex Goffredo primogenito fratre, ducem Britanniæ vtrúmque tegem Angliæ occidit. De fratricidio, & crimine læſæ maieſtatis accuſatus coram Philippo per arteſtum Curię Parium Francię anno

qnadraginta caſtris à Galeatio (qui poſtea dux pri- A
mos Mediolani factus eſt) & Barnabone qui tunc
Mediolano dominabantur, vi eripuerunt. Deinde
Robertus Gregorij xi. legatus qui poſtea in papatu
ſucceſſit vocatus Clemens vii. quem Romani Vrba-
no ſuo faucotes antipapam vocant, eandem vrbem
dictis Galeatio & Barnabnoi vendidit, qui è ciuium
ſpoliis pretium ſoluerunt, vt refert Theodoricus
Anienſis de ſchiſmate lib. 2. cap. 3.

Cap. ex tenore, xi.

Text. *In princ.*
Comitis Britannie.] Idem ſ. vt lit. non conteſt. cap.
accedens, 4. quod mitum eſt, cum ab inuaſioue Nort-
mannorum & Danorum anno 900. ſemper fuerint B
duces, cùm prius fuiſſent reges in hac Britannia mi-
nore ſeu Armorica vt Alanus Boucbard. Annal. Brit.
lib. 3. ſcripſit.

Cap. ſi diligenti. xii.

Gloſſ. 5i *Gloſſ. cauſſam perdant. circ. med.*
Poſſit pœnitere.] Idem Bald. Scilicet. Ioano. Fabr.
io d. l. ctiminali.
Gloſſ. 11. *Verb. ſi locum.*
Si alter fuit in culpa.] Imò indiſtinctè locum habet
hæc optio. Paoot.

Cap. poſtulaſti. xiv.

Gloſſ. 2. *Gloſſ. verb. deliquit.*
Non ſuper Eccleſia.] Imò etiam ſuper Eccleſia vel C
beneficin. Pannrm. hîc & Petr. Aocbar. in reper. hu-
ius cap. gloſſ. pragmat. in tit. de coocub. §. 1. verb.
omnibus.

Cap. licet, xx.

Gloſſ. 2. *Gloſſ. verb. ſeu contractum.*
Si ibi inueniatur.] Alias non: niſi qooad miſſionem
faciendam in bonis loci contractus cap. 1. §. contra-
hentes in vt. Pannr.
Gloſſ. 4i *Verb. contra poſſeſſorem.*
Si res ſit mobilis.] Si ſit remanſura in Inco, aliàs ſe-
cus Pannrm. hîc dixi in Conſuet. Pariſ. §. 57. D

TIT. III DE LIBELLI OBLATIONE.

Cap. 1.

Gloſſ. 4, *Gloſſ. verb. libellum reclamationis.*
Iure Canonico.] Idem hîc Innocen. & Hoſtienſ. all.
Hoſt. auth. de exhibend. & introducend. reis §. illud.
col. 5. per quam dicit quod nec expreſsè nec tacitè re-
nitti poteſt. Erant enim quidam qui adoerſarius ſim-
plices vocabant ad iudicium: & eis negantibus dice-
bant litem contestaram, quod ibi reprobat impera-
tor. in §. vtrum, in Spec. de libell. concepe. ſtatuens
quod libellus offeratur, & quod lite contestatâ hæc E
oblatio amiſſa habeatot pro nulla. Tamen. Vin. &
Phil. dicebant quod ſecundum leges erat de ſubſtan-
tia, ſecundum canon. non. Indocebant cap. ſi quis cum
clericis, & decret. prout quibus reſponſum eſt cano-
nizata. Inan. Andr. dic. quod neceſſarius eſt in ſcriptis
ſi petatur alias ſufficit petitio. Antoo. Butr. hîc Petr.
Bald. authent. offeratur. C. de litis contеſt.

TIT. IV. DE MVTVIS PETITIONIBVS.

Cap. 1.

Gloſſ. *verb. reſpondere. circ. med.* Gloſſ. 1o
Statim debeat ipſum recognoscere.] Et ſic vt ſit vera re-
cognitio ad effectum ſimultanei proceſſus vel iu-
riſdictionis prorogationem debet fieri ante litem
conteſtatam, vel ſtatim poſt Io. Andr. Panorm.
Verb. ſuper ſuis quæſtionibus. in fin. Gloſſ. 5i
Reſpondere laico] Idem Guido Pap. Conſil. 183. Matb.
Afflict. deciſio. Neapolit. 173. Steph. Aufter. repetit.
Clement. 1. de offic. ordin. l. 2. fallent. 3. Sed huiuſmo-
di reconuentiones non ſeruantur in Gallia in foro ſe-
culari, vt dixi in Conſuetud. Pariſienſ. §. 75. & in an-
notat. ad Philipp. Dec. cap. at ſi Clerici, in princ.
num. 25. ſuprà de iudic.

Cap. ii.

Gloſſ. *verb. eodem modo in fin.* Gloſſ. vlt.
Impetrauit.] Imò non eſt neceſſe, quia ratio æqua-
litatis, & natura correlatiuorum hoc operatur Panor.
Felin.

TIT. V. DE LITIS CONTESTATIONE.

Cap. 1.

Gloſſ. *verb. reſponſiones. circ. med.* Gl. Vnica.
Non erat facta.] Idem Paoorm. vide Philipp. Cor-
ſet. Conſil. 331. Li. 1.

TIT. VI. VT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATVR AD TESTIVM receptionem vel ad ſententiam diffinitiuam.

Cap. ii.

Gloſſ. *verb. appellauit. in fin.* Gloſſ. 1.
Cauſa notoria erat.] Hæc ſolutio falſa eſt, tenc præ-
cedentes. Panor. Gemin. Marian. Sncio. hîc. cnl Card.
Florent. Clement. quia contingit. de religioſ. domib.
Not. io Clem. appellaoti. de appellationib.

Cap. iii.

Gloſſ. *verb. in poſſeſſionem nequeat.* Gloſſ. vlt.
Ciuiliter.] Imò tunc poteſt fieri miſſio. Anton. Butr.
Panorm.

Cap. accedens. iv.

Gloſſ. *verb. nimis fatens, in fin.* Gloſſ. 1.
Solui quod dictum eſt.] Id eſt. non ſufficit ſi dicatur
nimis fatens, niſi fauoris cauſſa exprimatur. Inan.
Andr. Panorm. col. 2. oom. 8.

Cap. quoniam. v.

Gloſſ. *verb. regulariter verum eſſe. in princ.* Gloſſ. 2.
Non repetere vſuras.] Hoc falſum. nec practicator;
quia ſaltem pnteſt agere vt relaxetur iuramentum.
Imb etiam nnn obſtante ſtatim habilitatur à ſupero-
re, etiam parte nnn vocata, Aotnn. Butr. cap. debito-
res. de ioreiur. Oleric. quæſt. 110. Albet. in rubt. in fin.

C.de vſur. Per. Anchar. Conſil. 82. col fin. Conſil. 392. Alexan. Conſil. 221. col. 3. vbi in annotat. dixi lib. 2. & ita practicatur. Steph. Aufrer. in additionib. quæſt. Tholoſan. 61.

Verb impedit.

Gloſſ. 21. *Ad damnum ſuum.*] Idem Panorm. adde Clement. 1. de iudic.

Gloſſ. 24. *Verb. canonibus diffinitum. circ. med.*

Prius monere debet.] Et ſufficit vna monitio extra iudicialis vel etiam Synodalis. Panormit. adde Iaſ. l. vnum. col. 5. ſi cert. per.

Gloſſ. 27. *Verb. præſumatur. in fin.*

Hodie.] Dic quod ad effectum huius cap. videlicet vt poſſit procedi parte abſente, lite non conteſtata ſufficiunt prædicta: ſed ſi agitur ad hoc vt poſſit contrahi coram alio, tunc certa & vera mortis probatio requiritur Panor. B

Gloſſ. 40. *Verb. poſſeſſionem recuperet.*

Verus poſſeſſor.] Hæc vera in reali, ſed in perſonali procedit quod ſequitur per l. ſi quis emptionis §. pen. C. de præſcript. trigint. vel quadrag. annor. & ibi Bartol.

TIT. VII. DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

Cap. 1.

Caſus.

Thema. Tempore Honotij III. Magna quæſtio fuit an clerici tenerentur iuramentum calumniæ in iudiciis præſtare? Videbatur quod non, quia per legem Martiani Imperatoris quæ habetur in l. cum clericis C. de epiſc. & cleric. §. quod ſi lis, clerici ſpecialiter eximuntur ab onere iurandi in iudicio. In contrarium videbatur per legem quæ habetur Iuſtiniani in l. 2. C. de iur. propt. cal. dãd. vbi Iuſtinianus iuber ipſas principales perſonas prius iurare de calumnia: & in Nouell. conſtitut. 124. addit vt iurent nihil penitus dediſſe vel promiſiſſe nec daturos eſſe iudicib. vel alij cuicunq; pro ea cauſa niſi propriis aduocatis, & aliis legibus permiſſis. Quanquam autem aliqui cauſarentur legem Martiani de Conſtantinopolitanis clericis tantum promulgatam eſſe prout ad illos tantum verba d. l. dirigunrur & referuntur, tamen hoc non rollebat *αὐτοψίαν* nec ambiguum iuris: tum quia l. eum clericis, videtur incerta Codici pro iure communi, & non pro clericis certi loci tantum: tum quia ratio in qua d. l. §. quod ſi lis, fundatur generalis eſt ad omnes quoſuis epiſcopos & clericos, quia (inquit rexr.) eccleſiaſticis regulis & canone antiquo clerici iurare prohibentur. Dubitabatur ergo an. l. Martiani eſſet generalis. Et ſi ſic vtra ſeruanda eſſet à clericis, an prior Martiani, an poſterior Iuſtiniani, cùm vtraque in eodem Codice de integro ſimul promulgata eſſet. Hæc quæſtio tanquam de grauioribus & inter clericos tantùm ad Honorium III. delata eſt qui perpendens eam quæſtionem in vtroque membro pulcrè & ſincere deciſam fuiſſe per Henricum Imperatorem Germanum, nolut aliter decidere, nec ſibi ipſi legem alienam & forſan recentem attribuere, ſed eam rectè ſecutus eſt, & diſtrictè cuſtodiri iuſſit. Henricus autem quo ad primum legem Martiani generalem eſſe, & ad omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere definiuit. Quo ad ſecundum verò diuinæ & humanæ legis intentione ſeruata d. ll. pulcrè conciliauit, ſtatuendo quod clerici non compellantur per ſe iurare, ſed à litigando & iurando defungantur hoc officium aliis idoneis actoribus vel defenſoribus committendo: ſi tamen eccleſiæ ſuæ commoda parãtur. Et ſic duo facit. Primò admoner eccleſiaſticos ſui officij ne litigent ne huiuſmodi ſeculatibus A negotiis ſe immiſceãt 1. Timoth. 3. 2. Tim. 2. Secundò limirat ſeu interpretatur l. Iuſtiniani, vt hoc caſu non clericus ſed actor vel defenſor cenſeatur principalis perſona quæ iurare debeat. Quod ſi per ſeipſos agant vel defendant, vel ipſoſmet iurate. Hæc autem Deciſio Henrici puleræ diuinam & humanam legem conciliat, & vtriuſque intentioonem ſeruat. diminæ quidem, quæ Matth. 5. Non intendit legitimum & religioſum vſum iuramenti tollere, præſertim in iudiciis, & quando à ſuperiore exigitur: ſed leuitatem & frequentiam minus reuerenter & religioſè iurandi. Sophiſtæ enim veteris Synagogæ præceptum Decalogi reſtingebant ad periurium tantum, & interpretabantur non eſſe prohibitum paſſim nomen Dei iurando vſurpare citra periurium. Chriſtus autem nominis & gloriæ patris ſui vindex, eam è ſenſu humano profectam interpretationem damnat & docet eo mandato etiam iuramentum eſſe prohibitum, ſcilicet quatenus nomen Dei vilificatur, & irreligioſè prophanatur: non autem probibet reuerenter & religioſè iurare, cùm res poſtulat: & ſic ad gloriam Dei, vt etiam ſcripſi in tractatu vſurar. Latino num 88 & in Gallico à me edito num. 39. conformiter ad antiquos canones 22. q. 1. cap. 1. & per tot. Cum autemlex Iuſtiniani iuramentum exigat ex cauſa iuſta, & ad calumnias arcendas non eſt contra legem diuinam: & d. antiquos canones, ad quos lex Martiana collimat. & ſe refert. Et ſic lex Iuſtiniani & lex Henrici quæ eam interpretatur ſtant in viridi obſeruantia, & quæ eam interpretatur ſtant in viridi obſeruantia, & omC nes etiam epiſcopos litigant, vt Honorius III. hîc reſpondit & recognouit.

Gloſſ. verb. principales. Gloſſ. 3.

Auth.] Imò l. 2. quia oouell. nouum iuramentum addunt.

§. *alibi.* Textus.

Pleriſque venit in dubium.] Etgo adhuc tempore Honorij III. non erat dubium quin clerici legibus imperialibus, etiam de re ſpirituali in genere loquentibus, ligarentur. Hic enim non fuiſſet dubitatum niſi propter aliam ſpiritualem, Imperator etiam legem in clericos promulgaſſet. Dixi in præfat. edicti Regij poſt tract. meum in Regul. Cancel.

Ibidem. Textus.

A Martiano.] Omnes libri bactenus habebãt Marco, ſed fœdo librariorum errore: quia Marcus fere 300. annis hunc præceſſit: & numquam Conſtantinopoli, ſed Romæ regnauit ethnicus (licet Philoſophus) Imperator, & Eccleſiæ perſecutor. Quartam enim perſecutionem exercuit vnde neceſſario hic & in Codice legendum (vt repoſui) Martiano, qui anno 453. Conſtantinopoli & ferè in ſolo Oriente imperabat vtpote Francis dudum Galliam & Vandalis Africam & Gothis Italiam occupantibus.

Gloſſ. verb. verba hæc. Gloſſ. 5.

Illoſo.] Hæc gloſſ. totum text. peruertit. Imò verba Henrici quæ hicomittuntur, eeu deciſa reſumuntur ſaltem tenor diſpoſitionis ibi: nos itaque, vſque ad verſ. verum excluſiuè, vbi Hooorius III. de ſuo aliquid addidit quod non fuit moribus vtentium receptum, ſed abrogatum: reſte gloſſ. vlt. hic.

Verb. vim legum. Gloſſ. 8.

Collatione ſexta.] Sed prior text. loquitur de quatuor generalibus conciliis tantum. Poſterior de crimine merè eccleſiaſtico quod ſecundum leges non eſt crimen, aliàs non dareis vim legum, & multò minus nouis his canonibus.

Cap. ceterum, v.

Gloſſ. verb. ab vtraque parte. circ. med. Gloſſ. 4.

D. beredis curator.] Imò tunc ſufficit procuratotem iurare Panorm. hic.

TIT. IX. DE FERIIS.

Cap. 111.

Summ. *Summario.*

Hoc dicit.] Seuerior erat lex vetus quod Exod. 34. ait: septimo die feriatur. Idque seu aratio, seu messis erit.

Gloss. vlt. *Gloss. verb. ecclesiis circumpositis.*

Decimæ prædiales] Imò eenſentur perſonales ſieut venatio: & hic text. loquitur de eleemoſyna. Panormit.

Cap. Cappellanus, 111.

Gloss. 4. *Gloss. verb. quocumque tempore.*

Quolibet tempore poteſt] Idem Panormit. & Angel. Clauaſ. verb. matrimonium impeditum. numer. a.

TIT. X. DE ORDINE COGNITIONVM.

Cap. 1.

Gloss 1. *Gloss. verb. cognoſcendum. in princ.*

Super incidents] Incidens, eſt quæſtio eoncernens factum principale ſeu merita cauſſæ, emergeos ab ipſo proceſſu. Panorm. hic Paul. l.1. C. eod.

Cap. 11.

Gloss. vlt. *Gloss. verb. reprobatur.*

Non euitat] Si apud bonos & graues ſit grauatus.

Cap. 111.

Caſus. *Caſu in fin.*

Ludouicum filium eius.] Scil. Lodouieus VIII. Sed cum ex hypotheſi ageretur de ſueceſſione comitatus ſiti in regno Franciæ, & io feudum à rege mouentis, hic Papa contra prntestationem prædeceſſoris ſui in cap. nouit. ſ. de Iudic. vſorpabat iorisdictionem regis Franciæ ad quem omnioo etiam incidenris quæſtio eum eſſet quæſtio facti, etiam ſecundum Panorm. hic, & in cap. lator. ſ. qui fil. ſint legit. & alios canoniſtas. Ego verò dicn, qnod etiam ſi erat quæſtio iuris, ramen eognitio ſpectabst ad regem, ad finem vendicatinnis comitatus, & pnterit tanquam ab abuſu appellari ad regem eiuſque Parlamentum à proceſſu facto Romæ.

TIT. XII. DE CAVSSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

Cap. 1.

Tit. *Epigraphe.*

Felici de Sicilia] Exemplatia impreſſa habebant duci Siciliæ. Sed exemplatia vetera manuſcripta & caſus Bernardi nſtendnot errorem & eorrigendum, vt repoſui.

Gloss. 1. *Gloss. verb. diffinire. in princ.*

Contra inauditam partem] Hierony. de Tort. in Cnnſil. impreſſ. poſt Conſ. Anto. Butr. num. 21. Alexand. cap. 1. numer. 146. de Conſti. Limitat. Alexand. Conſ. 87. col. 7. lit. a. vide ſ. de re iudicat. eap. cum olim.

Cap. 111.

Gloss. 2. *Gloss. verb. ſpectare. in fin.*

Minus cautè] Et incautiùs eorsm Papa cupiente ad paueos redigere, vt iam contra antiqnos canones & A notnam primitiuæ eccleſiæ, & conſtitutiones imperiales eap. ſacrorum 63. diſt. pnpulo excluſo, deinde reliquo clero: vt hie facilius (re ad psucos redacta) ſibi reſeruare, & quos vellet ſuis affectibus additos præficere poſſet, vt euentus docuit.

Verb. trium epiſcoporum. in princ. Gloss. 7.

Dico quod] Idem Panorm. Franc. Ripa. hic nom. 52. *in fin.*

De 30. diebus.] Ibi de actu, qui ſolet ſæpe gratia familiaritatis permitti. Panorm.

Verb. brevitatem temporis. circ. med.

Legitimum tempus.] Panormit. hie dicit hoc verum ſi etiam alia requiſita interueniſſent quia ex qno ſecundum eum deficit titulus, & reſiſtit ius eommune, requiritur tempus immemoriale. eap. 1. de præſcript. in B 6. Sed Panorm. multũ errat: quia vt ioquit hie Ioan. Audr. eol. fin. præſcribere eontra eannnicos ipſius eeclesiæ vacantis ne eligant, hoc bene eſt cõtra ius commune, & ibi neceſſarius eſſet titulus. Sed præſcribe to vt cum ipſis eligant, iſtud eſt præter ius ideo ſufficiune quadraginta aoni ſine titulo & ita ſenti. Franciſe. Ripa. hic, nu. 121. Ego verò dico quod vt religioſi viri & reliquus eletus admittatur non eſt contra ius, ſed ſecundum ius, ſaltem reductum ad aotiqoa eoncilia. can. obeuntibus. 63. diſtinct. can. ordinationes 1. q. 1. can. factus. 7. qnæſt. 1. & huiuſmodi reditus ſanorabilis eap. ſtatutum. de præbend. in 6. Vnde eùm hie non eſſet præſcriptio, ſed ennſuetudo, & rres iosignes actus interueniſſent videtur malè & ambitiosè eon-C tra eletieos iudieatum.

Cap. eùm ſupet.

In princ. Text.

Patriarcha Hieroſolymitano.] Quanquam enim nuper Saladinus ann. 1187. Hieroſolymas occupaſſet, vt diai in Conſuetud. Pariſien. tit. 1. num. 37. nnn tamẽ Chriſtianos regno contentos expulerat vt & Platin. in Vrbano III.

Gloss. verb. reſtituendum. circ. med. Gloss. 2.

Reſtituere debet fructus] Idem Panor. hic. Deciſ. Tholoſ. q. 494. Alex. Conſil. 45. num. 1. vbi tetigi lib. 3.

Cap. paſtoralis. v.

D *Gloss. verb. quod de recuperanda. circ. med.* Gloss. 44.

Sibimet eſſet contrarius] Imò etiam in intet dicto retinendæ poteſt eodem modo ſuſpendere vel accumulare ab initio vel ante eonclusionem in cauſs, dummodo non reſultet eontrarietas vt eſt vniuctſaliter io incorporalibus, & in eorporalibus reſpectu diuerſarum ſpecierum poſſeſſionis. Paoorm.

TIT. XIII. DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

Cap. 1.

E *Conſentiente illo.* Textus

Idem ſi tacente. Matth. Afflict. Deciſ. Neapolit. 193.

Cap. 11.

Iuri ſuo renunciauerit. Text.

Can. eece. 7. q. 1. Dec. Tholoſ. 492. Secus in non beneficialibus. Alexand. Cnnſil. 208. in fio. lib. 1. Conſi. 93. lib. 1.

Gloss. verb. ſpoliatus. in fin. Gloss. 3.

Perpetuò agi poſſit Anton. Butr. & Panormit. hic. eol. pen. Saluant. glo. quandn agitur eondictione ex cauſa redintegranda. Ceterum tenent anno præſcribi eo prætexru qund non ſit ſtatuenda differenna inter iua canonicum & eiuile. Et ſequitur Soeinus in l. rem.

quæ nobis col. 15. de acquir. vel amit. poſſ. Sed quod A inter canonico perpetua ſit actio ad reparationẽ damni ex delicto etiam contra heredes idem quod hæc gloſ. tenet. gloſ. in cap. final. ℣. de ſepult. cap. in literis. ℣. de raptorib. gloſ. Ioan. Andr. in cap. peccatum, de reg. iur. in 6. & ibi Petr. Anchar. Idem Bald. Sal. in l. 1. C. ne ea delict. defunct. Aret. in rubr. de acquir. hered. Roman. in l. pretor. §. hoc interdictũ. de noui operis nunciat. Iaſ. in l. 5. in princ. cnl. final. de verb. obligat. in l. ſi eum. §. qui in iuriarum. cnl 2. in fin. ſi quis cautionib. Philip. Deciſ. in l. pupillum §. final. vbi in annotat. dixi. de reg. iur. Et hæc veritas etiam de iure ciuili vt nouè dixi in tractat. diuidui & indiuidui; quamuis Panorm. in cap. final. de ſepul. & in rep. eccleſia. col. 8. de conſtitut. & vbique contrarium teneat, & malè.

B

Cap. anditâ. 1111.

Gloſſ. 41 *Gloſſ. verb. receptionem.*

Receptum] Cald. Conſil. 4. de offic. decleg. Bald. l. eum qui, in princ. de iutiſd. omn. iudic. text. in cap. ſuper eo, 12. in fin. & ibi Philipp. Dec. num. 12. vbi dixi, de appell.

Cap. conqueretur VII.

Summario.

Ioann. de Platea l. ſi coloni. de agric. & cenſit. lib. 11. Cod. Philipp. Dec. cap. cauſam matrimonij, in fin. de offic. decl. cap. 1eferente. in 2 no. de præbend. Conſil. 200. Conſil. 449. num. 16.

C

Cap. grauius. X 1.

Gloſſ. 3. *Gloſſ. verb fructus in princ.*

Nota quod fructus dicuntur.] Dic nonè quod omnia bonæ fidei poſſeſſor facit omnes fructus ſuns l. bonæ fidei. de acq. rer. Domin. l. ſi ſic. §. porrò. de vſur. ſed non lucratur niſi induſtriales conſumptos, quia naturales qmliber reſtituit l. fructus. de vſur. Verus autem malæ fidei poſſeſſor indiſtinctè de percipiendis tenetur. l. generaliter. de regul. iur.

Cap. olim. XII.

℣

Gloſſ. 9. *Gloſſ. verb. ſub ea conditione.*

Conditio ſimoniaca] ℣ de elect. & elect. poteſta. cap. D ſignificaſti. gloſſ. 2. & ibi Philipp. Decius num. 37. vbi tetigi.

Verb. præiudicium f. erat. circ. fin.

Gloſſ. 7. *Perdam eam*] Secus ſi animo deferendi recederet, vel alij proderet. l fin C. de acquir. poſſeſſ. & ibi Bart. Ioan. Fab. Egid. Bellamer. Dec. 104. Claod. de Seiſſel. in l. peregrè. de acquir. poſſ.

Cap literas. XIII.

Gloſſ. 3 *Gloſſ. verb. diuertit. in princ.*

Sed contra credo] Idem Panorm. hic Gemin. Cõſ. 28. §. *opuso vt.*

E

Textus. *Cum nullus diſpenſari non poſſit*] Idem Richard. & Scot. in 4. ſenten. diſt. 40. Vbi tenent, quod ſunt de iure diuino morali, quamuis Thom Aqui. 12. quæſt. 95 art. 1 reponat inter ceremonialia: vnde Tnſtac. 1. tr. 8. quæſt. 149. cum ſequent. vſq; ad quæſt. 158. tenet nnn poſſe diſpenſari per honeſtatem, ſed benè (ſalâ diretâ à lineâ excepta) per poteſtatem: quod eſt nimis audax & temerarium dictum, quamuis Papa de facto diſpenſet vt vidi non ſolùm inter principes vt in filio Ioannis Regis Portugalliæ qui duxit ſororem cõſanguineam ex alia matre, ſed etiam inter ſimplices nobiles vidi apud Sorbonam anno 1530. menſe Iunio io quæſtione regis Angliæ ſcindi Theologos videlicet quadraginta duos pro affirmatiua, ſed quinquaginta tres pro negatiua: quinque verò cenſentes remittendum eccleſiæ, & ſic tacitè pro negatiua. cõcludebant, quam prius tenuit Egidius Bellamer. Conſil. 28. Conrad. de Sumanhar de contract. q. 83. Inan. Lupide matrimon. & legitim. col. 19. & in ſpecie dictæ quæſtionis Ludoui. de Gozadi Conſil. 51. quamuis Paulus Pariſi. Conſil. 68. lib. 4. poſt effuſam diſputationem dubitet.

Gloſſ. verb. diuina lege. circ. med. Gloſſ. 22.

Non in collateralibus] Dic quod etiam in collateralibus prohibetur in ſecundu gradu lineæ inæqualis de iure diuino, excepto auunculo & filiâ ſororis.

Cap. ex parte. XIV.

Gloſſ. verb. quamuis minor. in fin. Gloſſ. 4.

Non ſubuenitur ei] Imò etiam quandoque poſtquam alij collarum eſt ſubuenitur, vt per Nicol. Boer. Deciſ Burdegal. 350. vbi refert. arreſtum. Et habeo aliud arreſtum latum in Conſilio regis quo reſignatarius vel mediator condemnatus fuit dare cum effectu mandatum validum ad reuroceden dum. Panorm. hic. numer. 5. pulchrè diſtinguit, quem ſequitur gloſſ. pragmat. de paciſ. poſſeſſ. in verb impedimenti. in fin. Ludouic. Gumer. in reg. de triennal. poſſeſſ. q. 15. dix. in tract. regul. Cancell. in regul. de publicand. q. 10. nn. 885. cum ſeq.

Cap. cum ad ſedem. X V.

C

Gloſſ. verb. diutius poſſediſſet. Gloſſ. 31

Quod tunc poſſidebat] Tamen probans de antiqua poſſeſſione, & allegans ſe poſſidere, præſumitur poſſeſſor. Panorm. hic. colat. 7. Bartol. d. l. ſiue. Franc. Rip. cap. Iæpe. ℣. cod.

TIT. XIV. DE DOLO ET CONTVMACIA.

Cap. II.

Gloſſ. verb. ſequeſtrari. Gloſſ. 1.

Niſi in caſibus] Dic quod hic loquitur in ſequeſtratione loco miſſionis relaxanda reo veniente & cauente, quæ non eſt prohibita. Ibi verò de vera ſequeſtratione rota lite manſura vel non ſic reſolubili. Panormi,

Verb. indefinitè. Gloſſ. pen.

Mentionem de prioribus] Dic quod ſufficit de prioribus literis mentionem facere generalem, niſi eſſet aliquid in primis quo expreſſo non ſic fuiſſent conceſſæ ſecundæ. Panormi.

Cap. III.

Gloſſ. verb. ad decimum. in princ. Gloſſ. 1.

Amici ſunt requirendi] Hoc verum ſi de iure ſpeciali contra aliquem procedatur ſecus ſi de iure communi Panorm & eſt communis. Alexand. in l. finita. §. Iulianus. col. 17. de damn. infect. Mar. Socin de citationib. art. 5. num. 18. Nicol Boer in repetit. l. conſentaneum. C. quomod. & quand. iud. tamen hanc. gloſſ. ſequitur indiſtinctè Cardin. Flor. in Clement. 1. queſt. 6. de iudic.

Cap. finem. V.

Gloſſ. verb. exceptionem. Gloſſ. 5.

Publicatis atteſtationibus] Hoc verum quãdo eſt compatibilis cùm facto principali, aliàs ſecus. Panorm.

Gloſſ.c. *Verb. expenſas. in princ.*

In exceptionibus dilatoriis] Dic quod in omnibus dilatoriis, & aliis ſeparatis à meritis cauſſæ, in quibus pronuntiatur, deficiens in probando in expenſis damnatur: ſed in peremptoriis propriè, ſeu negotium principale tangentibus in quibus non pronuntiatur, reſeruantur expenſæ in diffinitiua fallit, vt hoc cap. quando proponuntur, poſt publicatas arreſtationes. nec prompta probatio offertur. Panorm.

Ibidem paulò poſt.

Victum victori] Et hoc iodiſtinctè, quia victus præſumitur calumniari niſi documentis manifeſtis appareat. de contrario vel de iuſta cauſſa. Panorm.

Ibidem paulò poſt med.

Cauſam appellandi an non] Dic tam in cauſſa principali, quam appellationis condemnationem expenſarum faciendam, niſi probabilis cauſſa excuſet. Panor. Vide Deciſion. Tholoſ. 213. & dixi in annotationibus ad Alexandrum. Conſil. 183. num. 16. lib. 6. Conſi. 179. in fin. lib. 7.

Cap. cùm dilecti VI.

Gloſſ. 10. *Gloſſ. verb. reſponſalem. in princ.*

Quod teneatur mittere] Quod eſt verum niſi impedimentum ſit neceſſarium & probabile, & veriſimiliter breue. Panorm. aliàs tenetur mittere. Franciſ. Ripa. l. quod te, num. 47. ſi certum peta.

Cap. veritatis. VIII.

Textus. *C imminum prædictorum.*

Reg. 51. *Semel Deo in caſu indiget nouo teſte.*] Hæc tria exempla Heliæ ſunt falſa & ridicula & contrarium obſeruatur & bene & quotidie Pariſijs latomi vendunt vel in vſus priuatorum transferunt rudera, lapides & ligna veterum, templorum ſine alia probationis ſolemnitate. Idem ſartores de veſtimenus non ſolum attritis, ſed etiam integris, quæ augentur vel commutantur. Et ſalſum eſt Epiſcopum poſſe ſine conſenſu Domini Calicem commercio eximere, ſed ſi aliter non poſſit ſuperſtitionem tollere tenetur & cogi poteſt exercere ſeu profanare, vt ante 20. annos de quodam cimæterio iudicari vidi per arreſtum ſenatus Pariſienſis. Verus enim Deus ſpiritus eſt, ergo tebus corporeis non colitur Io. 4. act. 7.

Rec. 52. *Non præſtat impedimentum in gloſſ. non præſ. impedimentum.*] Per hanc tegulam dicunt Phil. Io. And. non tollit ſponſalia per matrimonium ob conſanguinitatem teſolutum & fallit hæc Reg. in his quibus tacita voluntas ſufficit de leg. 1. plane in pnm. Arg faber §. poſteriore quibus modis poteſt infir. vide Iaſ. l. ſcire debemus §. 1. col 3. de verb. oblig.

Sed *Ber. in hoc vlti. contra.*] Idem Philip. Franc. hic Fely. in d. ca. ex tenore & bene ex quo ſunt litteræ contennoſæ etiam ſi primæ non ſunt nullæ ſed elidibiles tantum.

Reg. 53. *Cui licet in gloſſ. item conceſſis decimis laborum.*] Id eſt vt non ſoluant de his quæ poſſident & ſuis ſumptibus colunt, & adhuc non intelligitur niſi de noualibus tunc poſſeſſis vel de terris in priuilegia incluſis ideo in d. cap. ex parte 3. verbum percipias debet intelligi, id eſt non ſoluas vt ibi dixi.

Reg. 54. *Qui prior in gloſſ. quibuſdam anterioribus creditoribus.*] Non habentibus expreſſam.

Reg. 55. *Qui ſentit in glo. infra quia res eius proficeret.*] Tamen in regno Franciæ etiam hoc caſu non fit tacita dedicatio, nec ibi ſeruatur authen. ingreſſi, vt dixi in conſuet. Pariſ. §. 151.

Reg. 57. *Contra eum in glo. prolata fuiſſe ab impetre.*] Hoc nihil eſt, ſed inſpice cuius fauore. Is enim dicitur loqui Bar. l. ſæpe de verb. ſig. fulgo. l. labeo de contrah. emp. & vend. Pan. conſ. 34. li. 2. Bal. conſ. 410. lib. 1.

Et *ſic eſſet hæredis electio.*] Hoc verum ſi teſtator ſenſit de certo, quia tunc hætes interpretatur: ſecus ſi non ſenſit de certo, quia tunc legatarius eligit, niſi hæredi eſſent verba directa d. l. ſi quis a filio. §. 1. & ibi Bal. de leg. 1.

Fit interpretatio pro proferente.] Sit actor vel reus ſecundum Dy. qui alleg. quod not. in l. ſi quis intentione Io. and. hic Alex. c. ſæpe col. 1. de te. iud. conſ. 55. nu. 16. lib. 5. vbi dixi.

Reg. 59. Dolo *In gloſſ. dolo facit habere locum in poſſeſſorijs.*] Scilicet recuperandæ Dy. hic.

Reg 61. *Quod ob gratiam in gloſſ. ad inſtantiam petentis.*] Falſum, ſed ibi ideo vt æqualitas ſeruetur vt in l. fin. & ibi Bal. eol. 1. C. de fruct. & lit. exp. quamuis Dy. Philip. Franc. tranſeant cum hac gloſſ.

Reg. 63. *Exceptionem in text. confiteri.*] Si reus dicat ſolui ſimpliciter non fatetur: ſed ſi dicat recepi, ſed ſolui, fatetur quia ſunt diuerſa & poſſunt diuidi, Ioan. anicus conſil. 99. Adde Alex. conſ. 183. lib. 6.

Reg. 68. *Poteſt quis in glo. de his qui ven. ætat. impetrauerunt l. 2.*] vbi per illum tex. dicebat Bal. quod idem eſt in omni caſu vbi venit examinanda qualitas perſonæ an ſint litterati vel periti in arte & non admittitur procurator Phil. Franc.

Reg. 70. *In alternatiua in gl ff. tum eligens fuit in mora.*] Imo ſpecialis in legatis quando verba non ſunt directa ad hæredem l. Lucio de leg. 2. Dy. β

Reg. 75. *Fruſtra in tex. recuſat.*] Fallit in treug. Philip. Cor. conſ. 218. lib. 2. Sed vſus hanc fallentiam reprobat.

In Glo. *Aliquid ſub pœna.*] Phi. Dec. conſ. 380.

Reg. 76. Delictum. *in glo. ſiue ſit in faciendo.*] Dixi in conſuet. Pariſ. §. 30. q. 14. q. 29.

Reg. 78. *In argumentum in glo. argum. de ſimilibus ad penitus.*] Nota hanc glo. quod argumentum à ſimili tunc procedit quando eſt ſimilitudo in totum & ſic multum debile eſt. Phil. Franc. hic Pan. in l. fin. C. de off. dona. Io. Gerſon. in tract. de contract propo. 14. A laſ. l. de quibus col. 7. de leg. Phil. Dec. c. tranſlato lect. 1. num. 7. vbi dixi de conſtitu.

Reg. 82. *Qui contra in glo. qui contra.*] Omnino vide hic Bart. Io. de platea l. quemadmodum in fin. C. de agric. & cenſit. li. 11. Docto. inſtitut. de vſucap. in pr. do. celſus alleg. hic Alex. conſ. 35. col. 3. in 4. volum. Phil. dec. l. ſi idem cum eo §. 1. de iunſ. om. iud.

Reg. 84. *Cum quid in glo. vel nondum, non ad rem tunc.*] Secus idem Ioan. Gerſ. tract. de contract. propo. 15. Bal. autem hic dicit cum à lege prohibetur cauſa mediata & immediata habet locum hæc regula ſed quando prohibetur cauſa immediata tantum, tunc procedunt contraria Philip. Franc. hic.

Reg. 88. *Certum eſt in data g'o. Pontificatus vnde & dies coronationis.*] Imo ſtatim ab electione, vt tenet Bar. in extrauag. ad reprimẽdum gloſſ. verſ. reges Matr. laudenſis tract. de principibus §. 25. Anth. teſſell. de legitimat. col. 34. Phil. Dec. c. cum te col. 2. de reſcrip. conſ. 194. vbi dixi Laudo Gomeſ. c. 1. num. 30 de conſtit. in 6.

Gloſſ. *Anno quarto poſt duos menſes.*] Facta publicatione in Prouincia, ſed ſcientes ſtatim Bar. l. omnes populi de iuſt. & iu. Ioan. de lignia. ca. 2. ſupra eod. de conſtit. Philip. Franc. hic Cla. verſ. lex. §. 13. Alex. conſ. 52. lib. 7.

Finis libri ſexti Decretalium.

CAROLI MOLINÆI,

IVRECONSVTI CELEBERRIMI

ET IN SVPREMO GALLIÆ SENATV

PATRONI CONSVLTISSIMI,

AD CLEMENTINAS QVAS CLEMENTIS V. Constitutiones vocant,

ANNOTATIONES.

---

a Ex Plat. ad verbum.

VITA CLEMENTIS V.

A QVO

CLEMENTINÆ DICVNTVR.

CLEMENS V. natione Vasco, Burdegalensis Episcopus, Bertrandus Got tho antea vocatus, Perusii à Collegio Cardinalium absens, post longam contentionem Pontifex tandem creatur. b *Is autem electioni consentiens, ex Burdegala Lugdunum profectus, eò Cardinales omnes ad se vocat, qui sine mora Pontifici obtemperarunt, atque ita Curia Romana in Gallias translata est, anno millesimo trecentesimo quinto, ubi etiam ad septuaginta quatuor annos remansit, cum magno Christianorum incommodo, potissimum vero urbis Romæ, e cuius templa magna ex parte ob solitudinem & situm, corruere absentibus iis, ad quos quidem ea restituere pertinebat. Coronationis autem Pontificis interfuere & Philippus Rex Franciæ, einsque Frater Carolus, nuper ex Italia reversus, Joannes Britanniæ Dux, qui ruina muri oppressus moritur, cum plerisque alijs; dum pompa coronationis (ut fit) per urbem ducitur. Philippus quoque Rex ea ruina, aliqua ex parte debilitatus est. Pontifex autem in tanta trepidatione ex equo deturbatus, solum carbunculum ex tiara amisit, pretij aureorum sex millium, ut quidam scribunt. Veratio deinde solemnis, sedatisque rebus omnibus, Clemens nueos Cardinales Gallicos tum creat, ex Italia nullum licet Ioanni & Iacobo Columnensibus, dignitatem Cardinalatus integram restituerit. Tres præterea Cardinales cum senatoria potestate Romam misit, quorum auspicijs urbs ipsa, atque Italia gubernarentur.*

At verò cum cerneret Genuenses & Pisanos inter se gravissimo bello implicitos, interimique Sardiniam à Sarracenis occupatam esse, Insulam hac conditione Friderico Regi concessit, ut primo quoque tempore, eam pulsis inde hostibus recuperaret. Veneti autem cum Carolo secundo, contra Imperatorem Constantinopolitanum, fœdus ineuntes, eò Rassianum regem pepulêre, anno millesimo trecentesimo septimo, ut orthodoxæ fidei rationem à Romano Pontifice peteret. Verùm cùm postea Venetes ac Carolus refrixissent, Rassianus ipsi malo exemplo sententiam mutant. d *Interim verò apud Novarienses, nova hæresis d Dulcino & Margarita inuenta est, qua mares & fœminæ simul habitantes, in omnem libidinem prolabebantur. Fratricelli ij sunt appellati, quos opprimere Clemens conatus, eò statim milites quosdam cum Apostolico Legato misit, qui eos in Alpibus positos, partim inedia & frigore, partim armis oppressit. Dulcinus autem & Margarita, vini capti membratim laceratur, eorumque ossa combusta dissipantur.*

Rescissum quoque eodem ferè tempore est, Templariot olim Christi milites, à nostris ad Sarracenos defecisse. Hanc ob rem interfecti illi sunt, qui comprehendi potuêre, eorumque bona, partim Rhodijs militibus, qui insulam paulò ante occupaverant, partim verò nonnis religionibus sunt attributa.

Iudeos quoque Philippus Rex Franciæ cum singulis vestimentis è Provincia sua dejecit, direptis eorum bonis, ob maleficia quædam & auaritiam.

Verùm cùm non sta multò post, Albertum Imperatorem, Ioannes ex Fratre nepos interfecisset, omnes ferè ciuitates Cisalpinæ Galliæ, dominos sibi eos delegere, quos antea Capitaneos habuerant. Capitaneos enim præ-

b Qua atte quibusque pactionibus inter Philippum pulchrum & dict. m Burdegalêsem Archiepiscopum, quem sibi clanculum concilianit, cum animi eius putaretur, deferri Aurelianis ses. sionem.

c Regni quo que Francæ gravibus internecionibus atteriti.

d Id est Iugum Papæ excutiunt, sicut & Græci, quibus satis fuit.

ſictos vrbium vocant, vt Verona Scaligeros, Mantua Paſſereinos, Patauium Caſarenſes. Eſtenſes autem iampridem dominatu Ferrariæ poſſidebant, ſed tunc potiſſimum Mutinam in poteſtatem ſuã redegêre. Nec dedignatus eſt Carolus ſecundus, Neapolitanus Rex, Beatricem filiam, Azzonis Marchionis Eſtenſis in vxorem tum collocare. Verum Friſcus eius filius, nouercam ſibi ſuperinducta gerens, patrem in carcerem conijcium necat, Ferrariaque potitur, impetrato à Venetis auxilio, ad expugnãdum Thedaldum caſtellum, (ita accola vocant,) ponti impoſitum. Tum verò Cardinalis cognomento Pelagrua, Bononiam à Clemente miſſus, Venetis ſub anathematis pœna imperat, vt a re Ferrarienſi abſtineant. Optabant quidem Ferrarenſes ipſi ditioni Eccleſiaſticæ ſubeſſe: hanc ob rem Venetæ, matneandum raco, caſtellum diu noctuque oppugnatum, tandem capiunt, quo facto Friſcus ipſe vindicta cupidus, dimidiam Ferrariæ partem incendit, potiſſimum verò eorum domos, qui rebus nouis ſtudere videbantur. At cum tantam iniuriam non diutiùs laturi, ſumptis armis Friſco dominatu rieclo, Venetis ſeſe dedunt: cùm cernerent ſe ab his egregiè defendi poſſe quare Pelagrua indignatus, Cruce-ſignatos in Venetos & Ferrarienſes vndequaque properè ad ſe vocat. Clemens verò cognita Venetorum contumacia & regnandi cupiditate, eis anathemate mutato, ſacra interdixit, proſeruſque, direptis eorum bonis, vbicumque locorum reperirentur, haberi iuſſit. Quamobrem gens ipſa mercatura admodum dedita, & in Anglia & in Gallia maxima incommoda perpeſſa eſt.

Alios præterea Cardinales in Hetruriam bellis tumultuantem, Pontifex miſit, qui Roberto Calabriæ Duci, Florentinis ac Lucenſibus, reliquiſque prouincia populis mandarant, vt oppugnare Piſtorium deſiſterent: paruêre tum omnes, præter Florentinos & Lucenſes: quare his quoque, ſacris interdictum eſt. Verum abeunte Roberto Auenionem ſalutandi Pontificis cauſa, Piſtorienſes diuturno bello fatigati, deditionem tandem fecêre. Capta vrbe, Florentini & Lucenſes, mœnia euertunt, foſſas complent, agrum ſibi diuidunt: a ſanguine tamen ciuium temperatum eſt. Solum vrbis vtrique populo commune remanet. Quod quidem Florentini non ita multò poſt, contra fœdera inter ſe & Lucenſes inita, occuparunt, duplo circumquaque muro, elimatiſque foſſis. Idem præterea, vt omnia circumquaque tutiora haberent, Acianum gentis Vbaldinæ caſtellum, in agro Mugellano poſitum, emptum pecunia diruunt: in planoque haud longè Scarperiam vt paucis ante annis in valle Arni, Caſtelfranceum & ſanctum Ioannem condunt. Miſſus tum quidem in Hetruriam Neapolis Cardinalis Verſius, qui res ipſas componeret, ſpretus à Florentinis & Lucenſibus, eò ire prorupit, vt anathema & interdictum publicè contineuaret. Hanc ob rem Florentini Clerum ipſum grauiſſimis exactionibus, diu, multumque vexarunt. Vſi præterea hac ſeuitiâ ſunt, nam Cueſium Donatum, ciuem egregium & de Republica benè meritum interfecêre, quia Hugutionis Fagiolani filiam, in matrimonium duxerat: adeò nobilitatem odio habebant. Verùm cum poſteà Pelagruam Legatum, in recuperanda Ferraria, caſtelloque Theodaldo, à Venetis ceciſum, iuuiſſent, à Pontifice in gratiam recipiuntur, anno milleſimo trecenteſimo nono.

Eodem verò anno Carolo ſecundo, rege Neapolitano mortuo, filius Robertus in regnum à Pontifice miſſus, Bononiam ad Pelaguram proficiſcitur, quem ſtatim Eccleſiæ nomine, tumultuanti Ferrariæ præfecit: is autem Neapolim iturus, Degum Cathelanum, virum inſignem, cum cohorte Equicum, in præſidio reliquit. Qui vbi continere Ferrarienſes, verbis & minis, in officio, non poſſet, equites ex arce in ciues dimiſit, quorum de numero multos certè trucidauit. Ad octo namque & viginti ex optimatibus Eſtenſium, dominatum appetentes, necauit.

Eodem verò tempore, Henricus Lutzelburgenſis, à Germanis Imperator electus, hac quidem lege à Pontifice confirmatur, vt citrà biennium, coronam Romæ habiturus, Italiam ingrediatur. Hoc autem animo id egerat Pontifex, vt Imperatoris aduentu, Italiæ comprimerentur. Imperator itaque omnia ſe facturum pollicitus, oratores ſtatim in Italiam, ad populos & principes, mittit: maximè verò ad Florentinos, qui tum Aretinos vexabant: petitque vt ſibi & exercitui ſuo hoſpitium in vrbe parent, ac vexare Aretinos deſinant. Reſpondêre tunc Florentini, tantum quidem principem imprudenter agere, qui Barbaros in Italiam ducere conatur, quam ipſe Imperij cauſa, à Barbaris tueri deberet. Aretinis præterea Imperatorem ipſum mu bene conſulere, quos ferret Guelphos quidem ciues ſuos expuliſſe, exules enim ab Imperatore reſtitui confueuiſſe, & exterres reimeriferunt tum tandem Florentinos cecos appellaſſe, quòd Imperatori tam inſulſe reſpondiſſent: quo certè nihil poterat eſſe magis à Republica ſua alienum: maximè autem tanto principe, cum tanto exercitu, hoſtili animo aduentante. Animos ſi quidem eis dabant Roberti Regis promiſſa, qui in regnum proficiſcens, factionis Guelphæ defenſorem acerrimum, vbique ſe futurum pollicitus erat. Imperator autem ad Taurinos, Alpes tranſgreſſus, in plana deſcendens omnes ferè ciuitatum principes, honoris cauſa, obuios habuit. Duæ tum præerant Mediolani factiones, quarum altera Turrianorum, altera Vicecomitum habebatur. Guelphos præerat Gueldo Turrianus, populi capitaneus, vt genus vocabulo vtar: Gibellinos verò Mapheus Vicecomes. Vrebat autem Guido, ne Vicecomes Henrici gratiam, ob factionem præoccuparet, contracto exercitu in agro Mediolanenſi caſtra ponit, viſurus, vt ipſe dicebat, quinam vrbem ſe inuito ingrederentur.

Tum verò Mapheus, nuncijs Imperatorem ipſum properè Mediolanum vocat, ad vrbem, vt ipſe dicebat, populi Romani domicilium. Henricus itaque copias vrbi admouens, magnos tum quidem tumultus, ingreſſo iam Guidone concitauit: quos ſtatim rebus hoc modo compoſitis, repreſſit: vt Guido Vercellis potiretur: Mapheus verò equitum ſuorum Dux, & præfectus haberetur.

Potitus Mediolani Imperator, omnes free ciuitates, ſtatim in deditionem accepit, præter Alexandrinos. Cornuam itaque ferream Mediolani accipiens, quam modo etiam de more capere debuerat, tanta ciues impenſa vexauit, vt grauata ontre plebi, quæ libertatem ſperabat, arma ſumpſerit.

Tum vero Germani, cùm ab vtraque factione ſuos cadi viderent ex ſuburbiis, vrbem ingreſſi, factionum capita ad ſe vocant. Galleacius autem Maphei Vicecomitis filius, relicto domi genitore, cum magna clientum manu ad Imperatorem proficiſcitur: oſtenditque Turranos, tyrannidem vrbi affectantes, tantum tumultùs concitaſſe.

Hanc ob rem Germani cum Gibellina factione in vnum conuenientes, Turrianos, nonnihil apud plateam ſanctæ Mariæ Nouæ reſiſtentes, ab vrbe pellunt: qui Guidone ſuadente, Vercellas populariter petunt. Ex hac autem factione ad tringinta interfecti reſcruntur, quorum de numero quatuor Turriani fuêre.

Mouens deinde in Cremonenſes & Cremenſes Henricus, qui Gibellinos euecerant, Guelphos ad ſupplitium vocat: ſed libera Cremonenſium deditio, Henricum mitiorem reddidit. In Cremenſes aliquantulum ſeuitum eſt, & eorum mœnia fundituſ euerſa ſunt. Parmenſes autem timore perculſi, qui Gilberto Corrigia ſuadente, Rubeos in vrbe acceperant, pulſis Guelphis, Imperatoris Vicarium recipiunt. Tutati ſunt aliquandiu ſe Brixiani: verum, cùm acriter ab Henrico oppugnarentur, noctu ad montana confugientes, vacuam enſcuribus vrbem reliquêre. Ingreſſi itaque Germani, confeſtim vrbis mœnia demoliuntur.

His autem vicinorum calamitatibus perterriti Mantuani, Veronenſes, Vicentini, Patauini, Tarufini, Venetæ, mandata Imperatoris, ſtatim fecêre Placentini quoque pulſo Alberto Scoto, Guelphorum Duce. Imperatoris præfectum ſuſcipiunt. Compoſitis itaque Cisalpinæ Galliæ rebus, Imperator Amadeo Sabaudiæ Comite, Piſanorum, Genueſiumque oratoribus ſubſequentibus, per Placentinos iter faciens, Genuam proficiſcitur. Quo etiam non ita multò poſt applicuêre, & Legati Roberti Neapolitani, & Fr. deric Siculi Regis, illi ſimulatam, iſti veram amicitiam præ ſe ferentes. Nam Robertus Rex, Mareſchallum ſuum cum duobus milibus Equicum in Hetruriam miſerat, qui Florentinis & Lucenſibus, ſi opus videretur, contra Imperatorem auxilio eſſent. Verum Henricus Piſas claſſe delatus, præmiſſis terreſtribus copijs, maximis incommodis Lucenſes affiat.

Libuit hactenus commemorare hæc incommoda Italiæ illata, quorum omnis culpa à quibuſdam in Clementem transferetur: qui Henricum impulerit cum exercitu Italiam ingredi. Sunt tamen qui ſcribant ex utilitate prouinciæ à Clemente factum, ob inteſtina mala, quæ quotidie cum magna hominum cæde, in vnaquaque ciuitate in quamuis paruo etiam caſtello committebantur. Cædebantur ciues, necabantur ſenes, allidebantur infantes, nec vllius crudelitati modus inerat: vnde Clementi placuit, quod ſcriptum apud Homerum eſt, vnum ſit Princeps, ad quem omnia referantur.

Henricus autem Romam verſus iter accipiens, cum quingentis Equitibus, Ludouicum Sabaudiæ ſem, Amedæi filium præmiſit, qui certè apud Stephanum Columnam non longè à Lateranenſi palatio diuertens, magnum Vrſinæ factioni timorem incuſſit. Henricus tamen Viterbium primò, inde Romam veniens, effuſo obuiam honorato quoque, cum Vrbana multitudine ne perbenignè ſuſcipitur. Coronatus deinde à tribus Cardinalibus, Romanos omnes, in verba ſua, (vt mos eſt) iurare compulit edito ingenti commun, cui omnes ciuitatis proceres, exceptis duntaxat Vrſinis, interfuêre,

Ne tamen in tanta celebritate quicquam tumultus ob concitatas hominum mentes, oriretur, milites ſuos in theatro, thermis, loriſque muniis, pro ſtatione collocauit: quibus præſidijs adeò confiſus, vt auſus ſit etiam tributum inſuetum à populo exigere.

Qua ex re omnes vtriuſque factionis ciues, ad Vrſinos confugiunt: quo edes ſuas prope Tyberim & Hadriani pontem ſitas, validis præſidijs communierant. Tum verò Imperator ini pericum, ſaguntinos nauales à Piſanis miſſos in vrbem contra Romanos vocat: quos tutè nil tale metuentes, Ioannes Roberti Regis frater, qui ſuas nauales copias, ſub Auentino collocauerat, facilè in fugam vertit, & interemiſſo equitatu, haud longè inſtatuis collocato, populo Romano adiuuante, Imperatorem ipſum Tybur abire coegit. Diſceſſit & Ioannes Roberti Regis frater, Cardinalium iuſſu, vrbemque patratam reliquit. Henricus autem Perſiſtere faciens, cum Aretinum peruenſſet, Robertum Regem maieſtatis reum facit, eiectumque, nec apparentem, regno priuauit improbante eam rem Clemente, quòd in loco nequaquam idoneo, tantam rem, nec ad ſe pertinentem peregiſſet Pontifex proprium eſſe ducebat, regnum Siciliæ, is & vltra farum, dare & adimere. Mouens Aretio Imperator, in Florentinos & Lucenſes, cum Roberto ſentientes, copias ducit. Verùm enim vrbem oppugnare non poſſet, occupato Euntio, eodemque munito, Senenſiem bellum indixit, qui manè in mum ac malignè commeatus ei ſubminiſtrabat. At verò cum æſtate cœpiſſet, ad Materes balnea ſe contulit, vnde multò imbecilliorquam antea Bonconuentum redijt, vbi poſt aliquot dies moritur, non ſine ſuſpitione dati a Florentinis veneni, ſaburrato pollicitationibus & præmijs Monacho quodam, qui ei Euchariſtiam venino illitam dederat, vt nonnulli ſcribunt.

Piſani autem mortuo Imperatore, Florentinorum potentiam veriti, Vgutionem Fagiolanum, ducem ſibi, ac tyrannum deligunt, qui paulò poſt ab equitatu, cum Henrico militare ſolito adiutus, Lucenſes agris multſtatos, in poteſtatem ſuam redegit.

Romani verò ad cætera mala, quæ Italia patiebatur, audito incendio Baſilicæ Conſtantinianæ vehementer indolant, primiſque Clero ac populo Romano miſſi, ad templum reſtituendum, licet eo anno tanta charitate & penuria rerum, laboratum in regnoſit, vt vix ad cibum & potum, ſatis pecuniarum haberet. Quæquidem mala & frequentes eclypſes ſolis, cometæque portendebant; & ipſa peſtis, quæ fere vbique tum laboratum eſt.

Clemens autem cùm animum ad componendum Eccleſiæ ſtatum, adhibuiſſet ſacris Ordinibus ter habitis, & plerisque Cardinales, viros optimos creauit, & tribus Conciliis, diuerſis in locis, variſque temporibus, habitis, multa prudenter & mature egit. Nam & Dulcini ſectam, Eccleſiaſt corumpugnantem, vt dixi, perdomuit: & Templarios ſuſtulit ob maximos errores prolatos, Chriſtum ſcilicet abnegantes, eorumque bona, Hyeroſolymitanis militibus, addixit & Reg Etrancæ ad Pontificem quæ dam inhoneſta petenti, quominus id impetraret, reſtitit: nam & damnari Bonifacium & abſolui Nogarecium, ac Sarram petebat. Primum certè nunquam obtinuit, ſecundum poſtremò impetrauit, pollicente Nogaretio, ſe ſtatum Comitentis egotiaturum contra Sarracenos, quam expeditionem Clemens ipſe maximè quidè optabat, vt ex eius Concilii apparet. Præterea verò & Cœleſtinum quintum, approbatis eius miraculis, in ſanctos retulit, ſub nomine Petri Confeſſoris, & Librum Clementinarum à ſe compoſitum, in Vienneuſi Concilio edidit.

Deinceps verò variis agritudinibus affligatus, nunc enim dyſenteria, nunc ſtomachi ac late rum dolore cruciabatur: octauo Pontificatus ſui anno, menſe decimo, die quinto decimo moritur. Vixit tamen ſexaginta duobus, menſibus tribus, diebus ſex, totidem; diuus non ſatis inter Cardinales conſtat, quem poteſtimum deligant.

Nec minor quidem diſcordia inter Electores Imperij tùm fuit, mortuo Henrico, cùm alii Ludouicum Bauariæ, alii Fridericum Auſtriæ Ducem proponerent: qui ſe inter ſe prælio committentibus, ſuperato Friderico, tanta ſuperbia Ludouicus elatus eſt, vt abſque authoritate Romanæ ſedis, & Imperatorem ſe appellauerit, & ita Vicecomitibus in Ciſalpina Gallia, vt Mediolano potiti ſint, quòd eis facilius Romam profiſci, ac liceret, ad coronam auream, vt mos eſt accipiendam.

Tum verò Heſtroſci, ac maximè Guelphi, trepidare acceperunt, quòd cernebant Ludouicum Imperatorem omnia Imperij iura, ad inuantibus Vicecomitibus, & Vgutione Fagiolano, Piſanorum & Lucenſium tyranno, breui repetiturum. Hanc ob rem & Guidonem Potramalam, Epiſcopum Arretinum, ac Dominum, & Philippum Tarentinum Principem, Roberti Regis fratrem, in partem ſpes pollicitationibus ſuis pellexere. Multum enim Philippus equitatu, & diſciplina rei militaris, tum valebat.

AD CLEMENTINAS, ANNOTATIONES.

AD *Proœmium in glo. Fugant.*] Atqui pecuniæ corradendæ cauſa, primus beneficiorum electiorum teſeruationes ac taxas inuenit, & Simoniacas quas vocant Annatas in vſum reuocauit vt refert Ptolomæus de luca, in eius vita, & Ludo. Gomeſ. in proëm. Reg. Cancellariæ, refert, adeo cupidi & audaciſſimi animi fuit, vt non ſolum Prælatos Eccleſiaſticos expilaret: ſed etiam conſtitutionem ferret, qua Regnum Germaniæ à Regno Franciæ, & Italiam ab Imperio diuideret: adeo pecuniæ ſtudioſus, vt moriens quinquies & vigeties centum millia aureorum nummorum reliquerit, quantum nullus ante ſe Pontifex, vt etiam refert Platina.

Ad *text. ibi, Seruus Seruorum.*] Bonifacius de Vitali hic col. iij. dicit quod ſicut ſeruus alterius, qui non eſt libet toto ſtudio debet intentus eſſe circa voluntatem domini ſui, ita Papa xxviij. quæſt. 1. c. Ian. nunc. ſed aliud eſt fieri, aliud deberi. Gloſſ. *in verb. iuxta, ibi, municipale.*] Placet Pan. in ca. Quinta vallis de iureurando.

Ad *text. in fine, data. Aucnion.*] Ponderat Cardinalis. Inducendo ad quæſtionem quod in inſtrumentis debet poni locus, in quo confecta fuerint. Pro hoc de contract. & committend. ſtip. l. optimam, ij. quæſt. vltim. libellorum, de probatio. quoniam, de re iudic. Abbates li. vj. de quo in Spec. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quid ſi locus. vide quæſtion. Tholoz ccccxcr.

Ibidem *in gloſſ. De extero, ibi conſtitutionis.*] Imo ſtatim operatur effectum, per l. penult. & ibi Bart. c. de decur. lib. x. Feli. ca. ij. col. v. de conſtit. Bar l. Omnes populi. quæſt. v. de iuſti. & iure Rom. Concil. ccexxx. Tamen quod effectum requiritur ſcientia. Cardi. ſlo. hic Philipp. Decius dicto. c. ij. nu. 17. Soci. l quidam relegatus, col. 1. de rebus dub.

AD LIB. I. CLEMENTINARVM.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

TITVLVS I.

CAP. 1. *Firmiter tubarentes.*] Si quis dubitet in fide, paratus bona ratione adducta credere, non eſt hæreticus, ea, damnamus, ſ. eodem adde gloſſ. c. quis neſciat, ix. diſtinct.

Ibidem *in gloſſ. A natiuitate.*] Idem tenet Specu. de inſtru. edit. in princip. col. iij. Bart. l. libellorum, de acenſa. gl. hic. Sed Hier. Grat. conſ. cxxxvj. lib. 1. dicit quod inſpicitur conſuetudo & veriſimilitudo & quod Bononiæ incipiunt à Cal. Ianuarij. c. ieiunium lxxvj. diſtinct. dixi in conſuetud. Patiſ. tit. 1. in rubri. numer. 18.

Ad *text. in verb. damnamus.*] Contra dicunt theologi tenentes Eccleſiam eſſe ſupra Papam, & eius ſedem & Papam cum ſua ſede in fide errare poſſe & corrigi vel deponi ab Eccleſia, prout etiam in Concilio Conſtantienſi definitum fuit.

Ad *gloſſ. verb. intellectiuæ, ibi, quæ virtus dicitur intellectiua.*] Idem latè Tho. Aqui. contra gentil. lib. iv. ca. lxxxj & in quodlibet x. artic. vj. Gabr. Biel. in 2. Senten. diſt. xvij. quæſt ij. Vbi quod non eſt traduce.

Ad *text. §. porro in fine, ibi, Hæreticus ſit cenſendus.*] Erat enim opinio Platonis, quæ hic damnatur, & latè Thom. Aqui. contra gentiles lib. ij. cap. lvij. ca. lxviij. licet hanc ſequi videatur Guliel. Budæ. de aſſe, chart. viij. Dum ponit differentiam inter endelechiam & animã rationalem, illam mori cum corpore, hanc autẽ vt nautam à naui ſeparabilem Marſil. autẽ Ficinus Theologiæ Platonicæ li. xv. c. v. latè Platonicos ſequitur & tandem in fi. lib. v. turpitet errat, tradens modum accedendi ad Deum ſegregando ſe à materia, & ſic oſtendit ſe Chriſtum fidemque Chriſtianam prorſus ignorare, pro vt etiam oſtendit io ſpurco ſuo libello de doctrina Chriſtiana, quem Sacrificulus effectus & ſacerdotio donatus attentauit ſcribere, luculentum exemplũ doctrinam fidei non a Philoſophis ſed a ſolo verbo Dei petendam eſſe.

Ad *gloſſ. verb. in aqua, ibi, cauſa materiale.*] Hæc eſt Craſſities Canoniſtarum, quia in Sacramentis non eſt aſſignare materiam nec formam, ſunt enim operatio tranſiens: qua ceſſante deſinit Sacramentum & ſic aqua non eſt materia Sacramenti niſi impropriè & metaphoricè ſed ipſa lantio in aqua cum verbis & intentione vt tradunt Theologi in 4. Sen. & ibi Tho. Sco. diſtinct iij. Gab. Biel. diſtin. iv. quæſt. ij.

Ab *gloſſ. verb. opiniones, ibi, Hinc autem opinioni.*] Ex hac gl. habes, quod Baptizatis infunduntur virtutes. Nam habilitatur, anima in Baptiſmo, ſed non corpus: cuius habilitas requiritur in operatione virtutum. Zabarella hic Gab. Biel. in 4. Sentent. quæſt. ij. artic. ij.

Ad *text. duximus eligendam.*] Atqui fides non pendet ab electione hominum quorumcumque.

TIT. II. DE RESCRIPTIS.

Gloſſ. *cap. 2. & ſi principalis in pr. ibi, dico per præd.*] Idem Pan. ca. quoniam Abbas, de officio delega. ſed ad ſucceſſorem non tranſit. Panor. & Felin. ibi Iaſon. l. more col. xij. de iuriſdic. omnium iudicum. Phil. Franc. C. ſtatutum, in prin. colum. ij. eodem in ſexto.

Gloſſ. *d. cap. 2. in verbo Epiſcopi, ibi, Electi.*] Et bene quicquid Imol. hic. & Fel. in c. eam te. col. iv. extra eodem dicant.

Gloſſ. *d. cap. 2. in verb. Obſeruari, ibi, Expreſſo*] Sed quod non ſit neceſſe exprimi Ægi. Bellam. deciſ.

746. Phil. Franc. c. ſi motu col 1. de Præbend. In vj. c 1. 6. poſtquam col. ij de cenſi. in vj Nic Boel de poteſta. lega. quæſt. 1. vide quæ dixi ad Alex. conſil. xj. lib. viij. Philip. Dec. cap. cum inter, de exceptio.

Cap 111. *in Text. Deputatum a nobis.*] Ægid. Bellemere. deciſ. 667. Gemi. conſ. xvc col. 1.

Gloſſ. *d. ca. 3. in pr.*] Sed quid ſint ordinarij Batt. l. vlt. c. vbi Senat. vel clariſſ. l. præcipimus, in pr. e. de appell. ſed quod in totum delegato tenet Anto. Butr. Alc. in rub. num. 20. de offic. ordi. extra.

Cap. 4. *ad ſummarium d. cap.*] Limitat Ægid. Bellemer. deciſ. 563. Gemi. conſil. lxviij. col. ij.

Gloſſ. *d. cap. 4. Renunciare, ibi, Litigabat.*] Idem Cardiſto hic Inn. Io. And. Fel. & omnes in d. c. in noſtra.

Gloſſ. *d. cap. in verb. Beneficium, ibi, reſidentiam.*] Etiam ſi ſit Beneficium ſimplex: & intelligo vt declarat Panor. in cap. ſi de cleric. non reſid. & in repet. §. qui vero, in c. extirpandæ col. xxiv. de præbend.

Caſus *d. cap. v. Literas, eod. tit. in verb. Decretauit*] Omiſſa doctrina fidei quæ non eſt idonea his quæſtionibus.

Ad *text. dicti capituli literas, ibi, poſt datam ipſarum Creatum.*] Idem de lite orta poſt datam reſcript. ca. ſi. 5. eodem, de iure otto poſt litem conteſtatam l. non poteſt videri ff. de iudic ſimiliter arbitria, non extenduntur ad futura l. de his de arbitr. nec pactum, l Tres fratres, de pact. nec tranſact. l. cum Aquilina c. de tranſact. nec ſtipulatio l. ita Stipulatus § Griſogonus: nec Teſtamentum l. Scita, de aur & arg. leg. nec inſtrumentum c. clericus de teſtetur. nec renunciatio, de quo lege Bart. Font. limitat Gemi. Conſil. lxx

Gloſſ. *in verb. creatum, ibi, extendatur ad illud.*] Niſi fuiſſet omnino extinctum, Zabatel,

In *text. ibi & certa notitia.*] Feli. e. gratum, col. ij. ca. cum. olim Abbas, in fine, de off. deleg. Rom. Conſil. cccex Hippol. Marſil. ſing. cclix.

Gloſſ. *Plena & certa, ibi, Appellantis.*] Adde Bellem. deciſ. 181.

Gloſſ. *cap. in p'ciſque ad verb. Et populo in fine, ibi, ſed primum plus placet.*] Idem Paul. de Leazar. Zabatella, hic Iaſon. l. ſi quis iia. de verb. oblig quamuis Alexand. vacillet Conſi xxv. lib. vij. & Ioann. Sel. tract. de benef. parte. ij. quæſt. xvj.

Ibidem, *in gloſſ. verb. Monaſterij, circa finem.*] Tamẽ hæc Cle. locum habet etiam in ſæculan vt non poſſit eligi. Feli. e. nonnulli, colum. xxxvj. de Reſcript.

Gloſſ. *cap. Statutum, eod. tit. in verb. conſuetudine, circa finem.*] Idem Imola, hic Anchar. conſil. li. in fin. Gemin Conſ. cxxxij. in fi. Do. And. Tiraquell. in præſa. retract proximi. num. 17. cum ſeq.

TIT. III. DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

Capitulum, *Ne Romani in gloſſ.*] Nota hîc, quod Concilium non tollit conſtitutionem Papæ: de quo Barba. per decem folia. Sed imo concilium eſt ſupra Papam ſecundum Theologos & hiſtoriam, quia multos Papas iudicauit & abiecit Concilium. Sed nullus Paparum iudicauit Concilium generale cui etiam beatus Petrus obediuit. act. 15.

§. *Ea tamen verſic. per mortem vel alias.*] Etiam hoc non expreſſo veniet omnis alius modus vacandi, vt etiam ſentit gloſſ hic, quamuis aliter dicat Barb. conſil. lxxxij. li. iv. quem ſequitur Lud. Gomeſ in Reg. Cancellaria. de impetran. beneficia vac. per ob. famil. Card. dixi in Reg. Cancell. de infirm. reſignant. numer. 145.

§. *Sane, eod. cap. ibi, Apoſtolicarum Audientia.*] Bonifa. de vitali hic notat, quod principalius membrũ Curiæ Romanæ eſt Audientia & expeditio ioſtitiæ, dicens quod hoc operatur magnitudo virtutis inſtitiæ: & ſic membrum gratiæ, & membrum pœnitentiæ ſubſint, quia ſolum eſt electio facienda vbi eſt audientia contradictoriarum, licet per obitum Papæ vacet locus iuſtitiæ: ſed ergo ante Io. 22. vilis erat Curia Romana, quia vt ait Gomeſ. in præfa. Reg. cancell. Ioan. 22. Rem
» auxit multis modis auxit honore, & auctoritate
» Epiſcoporum depreſſa.
» Gloſſ. *in cap. conſim, eod. titulo, ad verb. porrecto, ibi, expenſis.*] Idem Imol. & Zabatel. hic Geminia Philipp. Franc. c. ſi de litis conteſta. in vj glo. j. eod. de verb. ſign Cle. ſæpe §. verum, vetlic. pronuntiatio, Lanfranc. de Oriano tepe. e quoniam contra falſam, vetſic. petitiones, in fine, de proba. Idem in libello. Alexand. l. t col. de edendo. Feli. ca. ij col. iij. de libelli oblatio. Idem de inſtrumento mentionato in libello Io. Amicus conſ. c. xxxv. Rota deciſ. xxxiv. in nouis fac. quod dixi in conſue. Pariſienſ. §. xiij. glo. xi. numer. 5.

TIT. IV. DE RENVNTIATIONE.

Gloſſ. *cap. vnic. de Renuntiatione, in verb. Cedendum*] Procurator, ad petendam licentiam cedendi datus, quando poteſt teneri vocati. Vide Nicol. Boet. deciſ. Burdegal. 207.

Ibidem *in textu, ibi, Notitiam.*] Niſi dominus prius cedat, vel decedat. Feli. c. ex parte decan. de Reſcrip. Anto. Rubeus. repet. §. morte, nume. 292. in l. non ſolum de operis noui nunt. adde Paul. Caſtr. Conſil. cccixj. in fi lib. 1. debet tamen reſignans vſque ad aduentum ſucceſſoris adminiſtrare. Ioann. Imol. hic, colum. 1. dixi in Reg. Cancell. de publicandis.

TIT. V. DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRÆLATORVM.

Ad *ſummarium capitul. vnici, ibi, perſonis.*] Et non aliis Ioan. And. in mercurial. certum eſt Philip. Franc. in c. contra cum. de regu Iur. in vj. Idem in omni deuolutione Roma. ſing. cccclxxviij. Phil. Dec. Conſil. xl. in fi.

In *textu, ibi, Adminiſtrationes.*] Fallu in Comendarijs Hoſpitalium S. Ioan. Hieroſolimit. quia non ſunt beneficia vt tetigi in ſtilo Parlam. par. v. qoæſt. ccxlix. Fa. Cotn. Conſil. lxvj. lib. iij vnde ſuperflua eſt Extrauagans Io. 22. exhibita de Priuileg. in communibus quia non continebantur, ſed mero tuti, vt tetigi in Reg. Cancell. de infir. num. 123.

In *gloſſ. Regulares ſeculariũs.*] Idem Zabatel. Panor.

In *gloſſ. Prælati, prim.*] Idem è contra Zabatel. Panor. hic per Cle. 1. §. Abbatẽ j. de ſtatu monach. Roi. in antiq. eodem.

In *gloſſ. d. poſitionem, Aliter.*] Quia præſentatio eſt ſeruitus, late Zaba. hic quæſt. vj. vt dixi in Conſue. Pariſ. §. xxxvij. gloſſ. x. num. 30. & dixi in Reg. Cancell. de infirm. reſign. num. 49 cum ſequen.

In *textu, Renocari.*] Niſi à Papa fuerint prouiſi ſecundum Phil. Dec. ca. cum acceſſiſſent. num. 10. vbi dixi, de conſtit. ſed quod alias reuocari non poſſint ſine cauſa rationabili tenet. Inno. c. inſinuante quæſt. Clerici vel vouen. ſed quod huiuſmodi manoalia non dicantur beneficia ſentit Ioann. Staphil. de litera Gratiæ forma ix. quæſt. xxviij Phil. Dec. e. Ex parte 9. col. 1. de teſcriptis.

TIT. VI. DE ÆTATE ET QVALITATE ET ORDINE PRÆFICIENDORVM.

Gloſſ. *in capitul. vt ij, conſtitutus, Ætatem.*] Contrarium tenet Pan. hic & Fel. ca. Poſtulaſti col xv. de teſcript. tamen idem Felin. ſibi contrarius ſequitur gloſſ. in cap. atſi electici, colum. pe. de iudic.

Ibidem, *tu dicas.*] Idem Petr. Anchar. hic nota. vj.

Ibidem, *eligerer.*] Secus si augeretur numerus in fraudem. Phil. Dec. consil. ccexxiv. in princip.

Ibidem, *expectare.*] Idem Ancha. not. vj. Pan.

Gloss. *d. capitul. In eisdem, ibi, Prælatus.*] Idem Panorm. Phil. Dec ca. 1. colum. ij. de ele. e. significatum, de præbend. Panot. e. dilecti, no. 1. de maiorit. & obed. Phil. Dec. ca. eam te, colum. ij. de rescript. gl. Pragm. de electio. §. 1. versic. Collegium.

Rursus in gloss. Nullomodo, excludit.] Phil. dec. ca. ij. col. viij. de proba. Io. Monteferrato repet. e. nemo potest, colum. viij. de lega. 1.

Ibidem, *vt ibi dixi.*] vers. concedantur. Idem Zab. Pan. hic Ang. Imo. l. si quæramus, de testam. Imo. c. ij. extra de test. Alex. l. vltim. de testa. mili.

Rursus in gloss. Pars dimidia diuinit.] Hoc verum si dicat statutum quod inter interessentes dividantur. deeem. Secus si dicat quod cuilibet assistenti dentur quatuor, quia tunc accrescit Ecclesiæ. Panot. hic Phil. Franc. cap. f. col 1. de Rescript. in vj.

Gloss. *cap. Generalem, in verb. decernimus.*] Verbum decernimus inducit ius nouum Feli c. a. in fin. de iu. similis in cle. vnica, de causis possess. & proprietatis.

Rursus in gloss. Anno, &c, Suspenditur.] Mediante sententia Zabarell. hic.

TIT. VII. DE OFFICIO VICARII.

Ad *summarium capitul. vnici, Vicarijs perpetuis.*] Qui fundant intentionem suam de inter communi contra omnes alios à Cutato p. mittuo. Bonifac. de Vitali. ele. j. j. de iure patrona.

In gloss. d. capitul. Sacerdotium, &c. Contrarium puto.] Gl. sing. secundum Fely. c. fio. de Simon. colum. iij. Panot. hic & in cap. At si clerici §. adulterijs, de iudi. quod potestas dispensandi, non est stricte interpretanda, in ordinarijs.

TIT. VIII. DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS DELEGATI.

Glos. *capitul, vnici, in pri. Nudum ministr*] Barba. in c. quoniam contra falsam, col. xij. dicit per hanc gloss. quod nudum ministeriũ non est delegabile Secus si est iudex l. A iudice c. de iudic. Pan. c. 1. de testibus. cogen,

* Rursus *in gloss. Si per inquisitionem &c. audaxtria persona.*] Aduerte pro declaratione huius materiæ, quandoque inquisino venit principaliter in dispositione & tunc committi non potest, quandoque venit accessorie ad collationem fiendam aliquibus & tunc potest alteri committi vt hic.

Rursus *in gloss. Repererint &c, Partes iudicis.*] Singularis secundum Card. quod *executor ad prouid. dum dicitur mixtus* & sic potest si vult partes iudicis assumere. Sed hoc falsum est, & in Gallia abusiuum, & tanquam abusu appellari posset ad Regia Parlamenta.

TIT. IX. DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

Ad *summarium, Clericorum*] Etiam exemptorum resistendo & suam libertatem, & quietam verbis & factis defendendo Petr. Anch. hic num. 4. & de differentia iurisdiction. late Steph. Aufreri hic in repetit.

Gloss. *cap. Et si ab Apostolicæ, facta. Valeat.*] Idem

* Car. & Imol. tamen Do. Phil. in c. fi. de off. deleg. li. vj. tenet contrarium & bene vt ibi dixi.

Rursus *in gloss. Spectatis, Beneficij.*] Debet ergo nominari expresse ipsum primum beneficium, & eius circumstantiæ, & conditiones, & omnia quæ possent monere facilius Principem ad Gratiam concedendam, vel denegandam, nam cum tales impetrationes sint ambitiosæ, sunt stricte interpretandæ: vt ff. de præbend. c quamuis l. vj.

Ad *Summarium d. cap. Et si ibi, Apostolicum.*] Idem quicunque speciali authoritate Papæ confert. Archi. Io. Andr. in c. Is cui, de præbend in vj. & bene: quamuis Gemi & Phil Franc. ibi, dubitent, & hoc nisi talis delegatus esset executor, Gratiæ iam factæ & validæ. quia in collatione talis executoris non requiritur aliud exprimi, quia non dependet a se, sed à Gratia iam facta.

Rursus *in gloss. Nõ vnus, &c. Restringenda.*] Idem Zabar. Panor. Bonifac. de Vitali. hic col. 1. Pan. c. si quis contra in lect. col. iij. & in repe. col. ij. de form compe. Iason l. si idem, cum eodem de iurisd. omnium iudic. dixi in Reg. Cancell. de infir. nume. 29. cum seq. in Reg. de publicand. nu 160. cum sequen.

TIT. X. DE PROCVRATORIBVS.

Gloss. *cap. 1. debito modo. Scripsi.*] Quod non idem omnes hic Bal. Consil. xcvj. lib. 1.

Rursus. *in gloss. Protestatione. Alijs non.*] Scilicet separatis, idem in ratificante Alexand. Franc. Aret. l. iv. §. Cato, colum. ix. de verb. oblig. vbi Roma nume. 36. incaute dicit dominum non posse reuocare quo ad qoædam, quia imo potest pro parte reuocare in separatis sed tunc Procurator potest totum negotium relinquere significando domino, nisi dominus ex iusta causa variaret.

Rursus *in gloss. Receptis. Exercitium.*] Imo non competit nec habitu quidem, qua est contractus, ideo debet perfici per nunuum vel epistolam ad hoc missam & acceptatam & ita tenet bart. in l. Si negotia §. 1. de oeg. gestis. & Consil. lxxm. Specu. de Procurator. §. 1. bald. l. licet c. de Procur. l. eius qui in prouincia si cert. peratur: quamuis Romanus in l. absenti, col. a. de donation. distinguat. sed simpliciter est tenendum.

Gloss. *c. non potest, Electi. dicebat.*] Dic quod neque grauiora quæ continent periculum, nec maiora quæ non continent veniunt sub clausula generali, etiam alijs minoribus specialibus expressis. Panorm. hic. Vide Lap. alleg. lxx. in fine.

Rursus, *in gloss. Maio a.*] Concord. Iaf. l. Si conuenerit, colum. final. de intisd. om. iud. l. fina. col. 2. e. de hæredit. instit. Consil. clxv. col. ij. lib. iv. Vide Alex. Consil. ccxxxv nu. 2. cum sequent. l. b. vj.

Gloss. *c. Retig o sus, ibi, Suscipere & c. Verum*] Idem Panor. hic Phil. Dec. ca. ij. numer. 8. de Iudi. & hanc Cle. practicani in executione Atesti Prioratus Sancti Genitoris, anno. 1536. ad excludendum accersitos opponentes.

Rursus *in gloss. Substinere, frangatur.*] Secus si esset simplex nunnus, per no. Bart. in l. 1. §. pet scium, de acq vel amitt possess.

Rursus *in gloss. Commissum &c Tu distingues.*] Vide Iaf. l. 1. §. Item acqmimus, de acquir. possess Petr. Rebuff. tract. de Nominat. quæst. 15. nume 10.

Ibidem, *Substituat.*] Vt potest, Pan. hic Petr Rebuff. tepe ca. postulastis, not 1. de Cle. excommunic.

Gloss. *c. Procuratorem.*] Ista Cle. an habeat locum in ciuilitet mortuo, Vide quæst. cccccIxxv. derif. delph. Guid. Papæ. Et dicendum quod sic vt scripsi in Reg. Cancell. de publicandis resign. nume. 57. & idem motte vel Concessione Commendatarij per ea quæ ibi dixi q. xv.

Rursus *in gloss. reuocari. Mortuo.*] Procurator si est constitutus à Collegio in causis in quibus potest omnibus de Collegio mortuis & alijs subtogans durat eius officium vt determinat Dyn. in compromisso facto à collegio vbi sunt decem, ex quibus v. vel

vij. posteà mortui sunt: tenet enim quod non extinguatur compromissum, quia vnum est idem collegium remanet, & censetur etiam alijs subrogatis, vt l. Proponebatur ff de iudicijs, & ita not. Bart in l. quod in terum §. & si autem ff. de lega. 1. Pett. Zab. hîc quæst. vj. decis. Tholos. xxxv.
Ibidem in f. idem Pan. hîc.
Ibidem, contestata, in f. finiri tenet Pan. hîc.

TIT XI. DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

Gloss. *c. vnic. in princ. Prælatus.*] Idem Pan. hîc Amplia siue Prælatus cooserat ratioone personæ, siue ratione ecclesiæ, quicquid dicat Cardi. flo hîc. quæst. vj. nu. 14. limita in quantum ecclesia in ipsa proprietate, & iure conferendi læderetur.

Rursus *in gloss. lapsum, in f.*] Vide Alex. consil. 1 nu. 2. lib. vij. vbi dixi.

Rursus *in gloss. finiri. Quidem contra.*] Idem hie Panorm. nescions glo. istam alibi pet quam dicit sententiam contractus litigatotis priuilegiati aduersus ius commune esse nullam ipso iure, sic limitatur cap. inter vos de re iudicata. Sed contrarium verius est, vt post Genze. tenet Zabar & hîe.

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS.

TIT. I.

AD *Summarium cap. 1. affixæ tamen.*] Bart. in Extraug. Ad reprimendum ver. per edictum Math. Afflict. decis. Neapolit. cclxxxix. num. 5. Phil. Dec. Consil. clx.

In *textu, Constituit.*] Sed ambitiosè more suo ad odiũ suum excquendum, vt contra Cardinales de Columna.

Gloss. *cap. dispendiosam in verb. Beneficijs &c. ibi, proprietate.*] Scilicet ex parte vtriusq; alias secos secundum Lap. hie, dixi in annor. Phil. Dec. Consil. ccxxxiij. nu. 1.

TIT. II. DE FORO COMPETENTI.

Ad *gloss. cap. vnic. de foro competenti, in verb. Ant. earum parte, ibi, aliqua.*] Phil. ca. quoniam in princip. de testib. Alexan. Consil. cij. num. 4. lib. vj. Franc. Kip. in rep. l. si vnquam col. viij. c. de reuoc. don.

Gloss. *in verb. indulgentiam, ibi, proprie.*] Cano. hie Pbil. Franc. ca. Romana colum. j. de sen. excom. in vj Pan. in ca. j. in fin. & ibi Maria. Socin col. ij. extra eodem. Maria. Soci. c. postulasti nu. 4. extra. eodem Bald. Consil. ccccxiij. Concil. ccccxlv. libro quarto. Philip. Dec. Conccccccclxj. nu. 6.

Gloss. *in verb. Ordinandam, ibi, Temporalem.*] Idem Cano. hie Pan. e. conquestus extra eodem. Ego vero dico quod hæc Cle. non habet locum quoad temporalẽ iurisdictionẽ quam Episcopus habet à Rege, quia hæc constitutio non ligat Regem nec laicos in his quæ concernont sęcularem ditionem, quia non materia spectãs ad Papam. Et hoc nisi in terris in quibus Papa est dominus temporalis.

Gloss. *in verb. diœcesanũ, ibi Episcopalem iurisdictionẽ vel quasi.*] Idem Cardi. Licet regulariter appellatione diœcesanotũ, veniant soli Episcopi glo. in cap. 1. de vita & honest. Clet. glo. in ca. 1. de iure patr. Pan. & alij hic.

TIT. III. DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

Ad *summarium cap. vnici de causa possessionũ & proprietatis in fine.*] Lapsus alleg. 106.

TIT. IV. DE DOLO ET CONTVMACIA.

Gloss. *in cap. vnic. de dolo & contumacia, ibi, Respondeo.*] Idem Panor. hic.

Ibidem *in verb. fortius.*] Idem Zabat. hic Petrus Gynus Albericus in l. Properandum §. sin autem t. eus c. de iudicijs.

TIT. V. VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

Gloss. *cap. 1. in verb. Collato, ibi, puto quod non.*] Idem docto. hîc Pbil. Fraoc. c. 1. io prin. vt lite penden. in vj. *quia electio non dat ius in re, sed ad rem.* Rota de elect. in nouis in fine Gem. Phil. Fraoc. c. si actio, de elect. in vj. Feli. c. quod ad consulta, de te iudic. e. super his, colum. 1. de accusa. Phil. Dec. c. 1. col. iij. de iurisdi. omniũ iudi. dixi ad Phil. Dec. c postquam, colum. ij. de elect. Idem in ptesentatione, Rota decis. cccxxviij. in ann. Panor. ca. quod autem, de iure patron. Lud. Gomes. in Reg. Cancell. de non tollendo iure quæsito quæst j.

Ibidem, *Ratificationem.*] Panor. Bonifac. de vitali, col. v. Gene. c. licet, de præbend, io vj. Roma. Consil. cccxlij. Ludo. Gom. in Reg. Cancell. de impet. benef. vacan. per obi famil. Car. q. vij. in fi. Mar. Pacus tract. de manda. parte iv. nom. 30.

Ibidem, *nemo possidere videtur.*] Quia *impossibile est duos esse intitulatos in eodem beneficio*

Ad *Text. d. cap. 1. circa finem, ibi hb. ra dispositio.*] Ias. limitat consil cxlv. lib. 1. vide quæ dixi c. si postquam, de elect. in 6. & in tract. Reg. Cãcell. Reg. de infirm. num. 29. & teg. de publican. nn. 61. & in Reg. de verisi. notit.

Ad *summarium, ca. 2. ibi pertinent ad partem.*] Angel. Alc. in rubri. e. de in ius vocand. Guid. Papæ. q. delphin. 488. Phil. dec. ca. 1. in fin. de rescript. ca. vt debitus, colum. iv. de appella.

TIT. VI. DE SEQVESTRATIONE POSSESIONVM ET FRVCTVVM.

Ad *summarium cap. vnic. de sequestratione possessionum & fructuum, ibi, Vna desiuntua.*] Ægid. Bellemer. decis. lxij.

Gloss. *verb. Idoneam, ibi, Æquum.*] Sed quod necessarium tenent Zab. Panor. hîe: sed non seruatur, vide Oldr. quæst. clxvj.

Text. *Occupare.* Ægid. Bellemer. decis. cccxxviij.

Gloss. *in verb. nullatenus, ibi, data.*] Habenti alias potestatem etsi valer. Zab. hic.

Gloss. *in verb. non obstante, ibi, iurisdictio.*] Gl. singularis secundum Bald. in l. Generaliter colum. 1. c. de Episc. & cler. Hippol. Marsil. sing. x. Ant. Cotr. in sing. vers. statutum j. Phil. Dec. consil. viij n. 7. vbi dixi. Consil. xxxviij. n. 7. quamuis. Socin. l. ij. nu. 4. de excepr. reprobet hanc glo.

TIT. VII. DE PROBATIONIBVS.

Gloſſ. *cap. vnic. de probationibus, in verb. Feciſſe narramus, ibi, ſatis puto.*] Imo requiritur quod reſpiciat narrantis factum, & quod ſuper eo ſunderetur intentio. Oldr. quæſt. cclviij. Gemi. c. ſi papa in fi. de priuileg. in vj. Bonifa. de Vitali hic colum. ij. dixi ad Alexand. conſil. cxij. lib. vij.

Ibidem *in verb. admittatur probatio.*] Idem Pan. Barb. limitantes, vt non procedat in his, quæ à Pontificali poteſtate non debent: faciunt not. Inno. e. inquiſitioni, de ſen. excom. & in iure quod Papa ſine culpa auferre non debet. Glo. ca. omnis xxij. diſt. ſic in non ſubdito Alex. Conſil. 23. nu. 14. lib. vij.

TIT. IX. DE IVREIVRANDO.

" Capitul. *vnic. de iureiurando, in verb. Vicariam.*] Hic vicariatus probatur per illud, Tu es Petrus, & ſuper &c. Ioan, Volkirch ſactionis Lutheranæ ait, *nullo modo nunc loco probari: item deſinant alij, nobis ſat eſt ſapere vſque ad ſobrietatem. Font.*

Imo ſciendum eſt propriè vicarium eſſe abſentis. quod conuenit antichriſtis non veris Apoſtolis, qui ſunt ſetus Chriſti præſentis iuxta illud, Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi, loogè autem eſt ab eis qui Euangelio ſuo non obediunt.

Ibidem *in text. in verb. Henricum.*] Scilicet ſeptimũ per Euchariſtiam venenatam ſublatum. Omni enim arte ſtudnerunt Pontifices Imperatores ſubigere, vt temporaliter regnarent. Vide Math. German. Chronico. li. xxiij.

Gloſſ. *in verb. Reges, ibi, Vterq;*] Imo neuter interim efficaciter Bal. in proem. Decretal. Ver. Rex pacificus col. ij. poſt Oldrad. Conſil. xxij. ſed Albe. in l. Bene à Zenone col. ij dicit quod pender ab euentu quod etiã ſequitur Anto. de Roſellis tractat. de legitima. col. xxxv. Oldr. quæſt. xxij. cum ſequeo.

TIT. XI. DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

Ad *ſummarium capitul. 1. de ſententia & reiudicata, ibi, executione non facta.*] Amplio etiã ſi euidens nullitas ex ſtatuto ſecundũ Alexand. Conc. ccxxv. nu. 16 lib. vj. Amplio etiam ſi reſtitutio detur. Caſſador. de reſtit. in integ. deciſio. 3. limita, ſi eſt euidens nullitas & iniquitas Oldrad. q. cvj. Gemi. Conſil. xxiv. Imol. l. de pupillo §. qui opus, de op. no. nuntiat. Alexand. l. iv. §. condemnatum colum. ij. de re iudic. Franc. Curtius l. ſub pretextu. c. de tranſactionibus. Hieron. Grat. Conſil. lxxij. Conſil. lxxx. Conſil. lxxxv. lib ij.

Gloſſ. *ibidem in princip. ibi, Miſtas.*] Idem Pan. Cepola cauſ. crim. Conſil. xiv. Alexand. Conſil xcv. nu. 4. lib. vij.

Gloſſ. *in verb. alicuius, ibi, Tamen.*] Idem Zab. Panor. hic Deci. Conſil. ccclxxxv. in prin.

Gloſſ. *in verb. fuerint, ibi, ſucceſſiue.*] Idem ſi interpellatæ. Zab. Pan. hic.

Cap. *Paſtoralis 2. in text. in verb Henricum.*] Scilicet ſeptimum cuius ampullosam ſententiam in Regem Robertum Latam ad verbum refert. Alber in l. Quiſquis l. ad l. Iul. maieſt. ſub data vij. Calcod. Matys, Regni id eſt Electionis, anno quinto Imperij (Id eſt coronationis) anno primo 1311. ſecundum eum, ſed fuit 1312. vt tenet in conſuetud. Pariſ. tit. 1. in rubr. nu. 44 ſed Henrico per Euchariſtiam venenatã ſublato, & graui ſchiſmate in Imperio ſuſcitato, tunc auſus eſt Cle. V. eius acta reſcindere per hanc Decre. quam Bald. in l. liberti libertæque colum. v. c de oper. libert. argum de iniuſtitia dicens, quod in hoc c. ſunt quædam dicta quæ ſapiunt & quædam quæ non ſapium veritatem iuris.

Ad *gloſſ. d. Helias eadem, in verb. Concludens*] Idem Io. fabri. §. vlti. Inſtit de pœna temere litig. Iord. Brixius, in repe. d. §. contumente. & hæc obſeruatur.

autem milites, qui in Hetruria, Marcum Vicecomitem obſidem retinebant, cognita eius virtute, in eius verba iurauêre; ex captiuo ducem creantes, qui ſtatim dedentibus arcem Caſtructianis militibus, Luca patuit eſt.

Verùm non ita multo poſt, abſente Marca, Germani milites mutatâ ſententiâ, Lucam vrbem, cuidam Genuenſi ex gente Spinola, qui multum claſſe valebat, vendidêre. Abeunte præterea in Germaniam Bauaro, re omni infecta ad imperium ſpectante, Bonifacius Piſanus Cames, rem gratam Pontifici facturus, Antipapam Auentionem perduxit, vbi in carcerem coniectus, vitam cum morte d permutauit.

d Quamuis Odra q 47 pro ea oratione, Adde eundem q. 62.

Tum verò Pontifex duabus maximis curis liberatus, quod Antipapam è media ſuſtulerat, quodque Bauarus in Germaniam, relictâ Italiâ, abierat, inſtante Francæ Rege, expeditionem in Sarracenos promulgat, impoſitis decimis, quæ Philippa ipſi ad expeditionem iturо, darentur.

Ceperant tum Lucam Florentini, vnde à militibus Bœmices ſtatim expelluntur: quos antea Brixiam contra Bergmates in Italiam accerſierant, quorumque auxiliis fretus Pontificis Legatus, Parmam, Rhegium Mutinamque ceperat. Is autem mitis cum Ioanne Rege Bœmiæ amicitia, omnem rationem factionum Italicarum commutauit. Nam quibus Pontifex & Bœmiæ Rex, amici, ac ſocij erant, illis Robertus, ac Florentini, repente aduerſabantur, multo Guelphorum aut Gibellinorum diſcrimine habito. Maſtinus enim Scala, Verona, Philippinus Gonzaga Mantuæ; Carrarienſes, Patauij, Eſtenſes Ferrariæ domini, amicitiam & ſocietatem cum Roberto ineunt: cuius etiam auxilio, Florentini aduti, Piſtorium capiunt, de dentibus tamen vrbem quibuſdam ciuibus, neminеque aduerſante.

Interea verò Marchiones Eſtenſes, non priùs ab interdicto Eccleſiaſtica abſoluti ſunt, quam Ferrarienſium precibus fatigati, Argentam à ſe occupatam, Eccleſiæ Rauennati reddidere. Hi tamen auxilio Scaligerorum freti, caſtellum ſancti Fælicis, agri Mutinenſis, obſidere incipiunt. Verùm Carolo Bœmiæ Regis filio, Manfredoque, cognomento pio, qui ſocietatem ſimul iuerant, Eſtenſes funduntur, fuganturque: ex eorum militibus ad octingentos cecidiſſe eâ pugnâ conſtat, multoſque ex nobilitate captas: maximè verò Nicolaum Eſtenſem, Rainaldi Marchionis fratrem.

Hac autem opportunitate natus Legatus Bononienſis, comparato ſatis iuſto exercitu, cui & Galeatus Malateſta Ariminenſis, & Franciſcus Ordelaphus Forliuienſis, & Ricardus Manfredus, Fauentinus, & Oſtaſius Polentanus, Rauennas, præfuêre, Ferratiam obſidet. Nam his omnes ſuarum ciuitatum dominatum paulò ante occupauerant, cùm priùs earumdem Capitanei haberentur. Oppugnabaturque tum acriter Ferraria, capto ſancti Antonij ſuburbio, cùm auxiliares copiæ à Philippino Gonzaga, à Maſtino Scala, ab Vbertino Carrarienſi miſſa animum ad erumpendum, Ferrarienſibus dedêre: qui & hoſtes fundunt, & omnes ferè duces capiunt.

Captus autem Romandiolæ Comes eum Nicolao Eſtenſi commutatur: reliqui deinceps incolumes ad ſuos remittuntur: hac conditione tamen, ne arma amplius contra Eſtenſes capiant.

Elatus vero tanta victoria, Rainaldus Eſtenſis, in agrum Bononienſem mouens, longè omnia populatus, à capienda vrbe paululùm abfuit: Venturum quidem in auxilium Legati Regum Bœmiæ, Bononienſes ſperabant, & tam eſſe in itinere dicebatur, cùm ſubitò ei nuntiatum, & Maſtinum Scalam Brixiam & Bergomum in deditionem accepiſſe, & Accium Vicecomitem Papiam ingreſſum, arcem oppugnare. Hanc ob rem ab inſtituto itinere diſcedens, relicto Parmæ filio, cum aliquot cohortibus, Papiam ipſe profectus, cùm ſuperare munitiones Vicecomitis non poſſet, vaſtato Mediolanenſium agro, Parmam deinceps, re infectâ rediit: vbi quoque intellexit, Americum Caſtrucij filium, Lucam amicorum operâ receptiſſe. Oppugnabatur tamen arx, quam etiam Rex acceptâ grandi pecuniâ, Lucenſibus & Americo reliquit: breui in Germaniam iturus, Italicas factiones pertæſus. Nam Vicecomites, capta iam arce Papienſi, longè & latè vires ſuas diffundebant. Mutinæ itaque & Rhegij impoſito Germanorum præſidio, commendataque Parma Marſilio & Petro Rubeo, in Germaniam abiit, celerem reditum cum maioribus copiis pollicitus.

Abeunte autem Rege, Bononienſes ipſi adiuuantibus Florentinis, & Marchione Eſtenſi, pulſo Legato, in libertatem ſe vendicant, caſo tùm in vrbe, tum in agris, Eccleſiaſtico præſidio. Hanc ob rem Legatus omni ope deſtitutus, Auentionem præficiſcitur, anno Domini 1334. quo tempore eadem in loco, Ioannes Pontifex moritur, ætatis ſuæ anno 90. Pontificatus verò 19. menſe 4. relicta in theſauris tantâ vi auri, quantam nullus ante ſe Pontifex. Sepelitur autem in Eccleſia Cathedrali cum magna funeris pompa. Sunt qui ſcribant Petrum Murianeum, quondam Pontificem à Ioanne in ſanctos relatum, Gentilemque fulginatem, & Dynum Florentinum, Medicos inſignes, magnis præmiis & honoribus tùm ab eo affectos. Amantes enim doctorum virorum eſt habitus.

CAROLI MOLINÆI V. C.

AD EXTRAVAGANTES, CONSTITVTIONES. IOANNIS XXII.

ANNOTATIONES.

AD *Præfationem Franciſci de Paninis I. C. Extrauagantium Ioan. xxij. ibi, Regulæ Cancellariæ.*] Dixi ad Philipp. Dec. l. 1. in fine, ſi certum petatur, & in ca. 1. lect. ij. in prin e de conſtitut. latè Ludu. Gomeſ. ſuper Reg. cancell. in prin. quæſt. ij.

Eod. *ibi, Deciſiones Rotæ.*] Idem Gemin. Phil. Franc. c. duobus col. ii. de reſcript. in vj. Phil. Dec. l. 1. ſi certum petatur. & in ca. j. num. 40. vbi dixi, de poſtul. prælato.

TIT. III. DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBVS.

Gloſſ. *cap. vnic. de præbendis, in verb. Execrabilis ibi, etiam ſi abſque.*] Falſum eſt vt tenent non ſolum Theologi, ſed etiam Canoniſtæ, vt Panor. in c. Extirpandæ §. qui veto, tam in lect. quam in repeti, extra eodem.

Textus *cauſſ. cap. ibi. Si antea ſimile.*] Scilicet in genere prædicta, non autem requiritur quod vtrumque ſit dignitas, vel vtrumque cura & glo. hic male dicit de officio non habente curam. Et hæc pœna inhabilitatis non habet locum in alio caſu vbi quis, puta ex fundatione, priuaretur, vel ſi Monachus tenebar duo quorum vnum eſt ſimplex, quia nullitas quidem eſt ſecundi, ſed non priuatio primi, nec inhabilitas ad alia, niſi in terminis huius textus.

Eod. *in verb. diſponere, ibi, Sentire videtur Guil. quod non.*] Hæc vera vt not. Ioan. Selua in tract. de beneficio parte ij. quæſt. ij. num. 19. qui totum ſurripuit à Fel. in tractat. quando literæ Apoſto. noceant patrono Eccleſ. Idem Rota in antiq. de iure patronatus.

TITVLVS VI. DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

Text. *cap. vnic. de Voto, ibi, Inualidum eſt cenſendum.*] Rectè colligit Ioan. xxij. erat enim dextro & libero ingenio: niſi ambitioſis opinionibus Papatus irretitus fuiſſet.

TIT. VII. DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

Text. *cap. vnic. de Religioſis domibus, ibi, quæ non Pater cæleſtis.*] Ergo adulterinæ & eradicandæ vt pronunciauit Chriſtus Math. xv. & tamen hæc ſuperſtitio farinæ ſuæ doctores iouenit, qui eos in errore confirmarent adeo vt refert Platina in Ioan. 22.

TIT. IX. DE TORNEAMENTIS.

Text. *cap. Vnic. de Torneamentis, ibi, Verum quoniam vt ſuperius diximus.*] Hic textus non poteſt extendi ad duella, de quibus nullo modo loquitur: Philippus Pulchet, Francorum Rex illa prorſus prohibuerat, ſed paulo poſt coactus fuit illa tolerare & certa lege edicta moderare, quam legem quæ corruptè habebatur in ſtylo Parlam. & corruptius expoebatur, ſuæ naturæ puritati reſtitui, nun ad ampliandа ſed ad reſtringenda duella, vt patet in ſtylo Parlamenti per me nuper edito parte j. ca. xvj. & quod electio armorum ad prouocatum latè Iaſ. Conſil. cxiij. lib. iij. Bal. in ca. j. in prin. col. pe. de Pace Conſtantiæ, Hiero. grat. Conſil. ij. in ſi. lib. ij. And. Ale. in libell. de duello. Vide Iaſ. Conſil. cxliij. lib ij. Phil. Dec. Conſil. cccclxxxvij. vbi in annotat. dixi. Hodie vſque adeo degenerat abuſus, vt propter alapam concedatur, vt apud Hieron. grat. Conſil. iij. lib. ii. Cum tamen etiam de Imperio certans Octauius Cæſar, Antonio prouocanti non vetitus ſit denegare dicens multas ei vias ad interitum patere, vt refert Plutarchus in vita Antonij. Marius quoque valentiſſimus Imperator quam lepide Prouocatori reſpondit. Si (inquit) cupiens mortis es, laqueo vitam finire poteſ.

TIT. X. DE CRIMINE FALSI.

Text. *cap. vnic. de Crimine falſi, ibi, Regis moneta*] De quo noue & ex propria experientia, & veris cauſis & effectu ſcripſi in tract. monetar. quem ad virandam librorum multitudinem cum tract. meo commerciorum & vſurarum iunxi.

TITVLVS XIV. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Text. *cap. 1. de Verborum ſignificatione, ibi, indocta ſcientia.*] Quam ſæpe illis merito exprobrauit Erasmus.

Text. *cap. 3. eod. tit. ibi, in princip. super hæc verb. Ad conditorem.*] Has tres Decretales sequ. edidit Ioan. xxij. contra superfectionem, imo perniciosam hæresim mendicantium præcipuè Franciscanorum, qui obstinatissime contendunt quod Christus & Apostoli nihil proprium habuerunt, nec in particulari nec in communi, sed mendici fuerunt etiam ostiarium. Quod hanc abdicationem iuris & proprietatis cuiuscunque rei & mendicitatis profissionem Christus Apostolis præcepit & imposuit & hunc esse statum perfectionis Apostolicæ contra hanc primam decretalem Gul. Oc. quatuordecim prætensos errores ex ea collegit in suo compendio quorum v. vj. vij. viij. ix. x. xj. & xiij. & sic maior pars videlicet octo impertinentes sunt ad fidem, ins enim ciuile concernunt: in cæteris autem ostendit Ockam se cum suis pernicioſum & obſtinatum hæreticum fuisse. Adde quæ dicam in sequentibus.

Text. *d. ca. ibi Conservandis contis prædictis in iudicio.*] Et sic etiam nunc Minoritæ litigabant etiam in iudicio prout adhuc hodie in Gallia etiam coram iudicibus sæcularibus etiam in iudicijs possessorijs. & adhuc quisquis cum talibus litigat, siue vindicat siue vincatur nunquam indemnis abit experientia, vt docet.

Text *d. cap. ibi, Nec à quoquam hab ri.*] Imo iure ciuili, vt in seruis qui cum peculio suo sunt in dominio nostro & possessione nostra, & sic nun habent nisi simplicem vsum facti: longè melius iste per putum verbum Dei fregisset superstitiones istorum.

Ad *Capitulum 4. Cùm inter nonnullos, eod. titulo.*] Contra hanc Decr. eum inter. Guliell. Ockam in præfato compendio suo septem prætensos errores collegit, sed totidem hæresibus se eum suis maculatum esse detegit. Hæc enim Decretal. veritatem asserit Euangelicam. Cum autem Ioan. xxij. hos errores etiam tanquam hæreticos ex scripturis diuinis, & argumẽtis solidissimis in his scribus decretalibus contentis merito condemnaret ausi sunt hi impij hypocritæ etiam in consistorio suo Auenionitu facie tesistere, & appellare, & rursus Pisis in Italia & adhuc in ciuitate Mondensi in superiore Germania appellationes suas solemniter publicare, & Io. xxij. non Papam sed apostatam & hæreticum nuncupare. Videre quam audax eo sæculo fuerit, & quam altè radices egerit impia superstitio: Michael enim de Cezena Generalis Minoritarum, etiam in Congregatione Parisiensi anno. m. cccxxviij. depositus autus est tamen rebellem cernicem dirigere se pro generali & Catholico prædicando, Papam autem pro apostata hæretico, & licipso iure depoſito, & ad hoc luetas impietatis suæ, mudo ad capitulum fratrum Minorum, nunc ad Imperatorem Ludo. IV. & alios destinare & omnia contra Papam imo contra veritatem Euangelicam hæc in te molitus & habuit fautores non tolum sectam suam, sed aliorum quoque mendicantium in queis spurcus ille Augusti, de anchona qui in lib. de potestate Ecclesiæ q. lxxviij. cum seq. nun erubuit eadem hæreses pro perfectione Euangelica asserere, quin etiam Christum & Apostolos statim mendicasse & contratiam sententiam non solum erroneam sed etiam hæreticam esse tam sunt audaces, & dementati sectarij isti (vt beatus Petrus in ij. c. ij. vaticinatus est.) vt etiam Euangelium Christi ad institutа sua quæ motdicus tetinent conrorquere velint. Idem senserunt nonnulli Magistri seu Theologi Scholastici, imo Mateologi, inter quos Matsilius de Menandcino Padnanus, vt refert Cardi. Flo. in Cle. Exiui. §. proinde de verb significa. Idem Plati. Sabellicus & alij doctrinam fideiignorantes, ab huiusmodi impostoribus facile seducti. Cum autem Io. xxij. contra suos detractores etiam Decretalem emisisset quæ incipit, contra quorundam. illi rursus in ea octodecim prætensos, errotes noi auetunt, quorum quinque videlicet iiij. v. vj xiij. xiiij. ius tantum ciuile concernuut. Interim semper impietatis suæ pertinaeiam aggrauantes. Rursus cum Ioan. xxii. eorum impias appellationibus respondisset in Decretal. incip. quia vir reprobus, quæ non est impressa, iterum in ea trigiera duos prætensos errores nerauerunt qui (exceptis aliquibus videlicet xviij. xix. xx. xxiii. xxiiii. & xxviii. qui terrenum & temporale Christi regnum à Io. xxii. imp è, vt dixi supra extrauagan. incip. Si fratrum assertum concernunt) non sunt errores, ita quod hi Minoritæ sectam suam in pernicioſis hæresibus fundatam, seque in illis pertinaciter permanere palam ostenderunt. Nec solum Ioanni xxij quidam vixit furiose restiterunt, sed etiam Benedicto xij. eius successori quem (quia fuerat doctor in Theologia) petorem & damnabiliorem esse clamabant, negantes esse Pontificem sed hæresiarcham esse palam asserentes, & scripta & sermonibus suis more sancti serpentibus vna cum doctorellis sibi fauentibus per rationes prutientes antibus (& vt scribit Cardin. Flo. apparentes) tam multos seduxerunt, vt nouam sectam pepererint quæ dicebatur fratricellorum, quos Ioan. xxij. damnauit supra, de relig. domb. Extranag. Sancta. Sed nihilominus persistetunt hæreses Minoritarum dogmatisantes nec fuisse a tempore Ioan. xxii. aliquem verum Pontificem, idque propter dictas Extranagantes contra eorum errotes latas, adeo vt comprehensi per Episcopos persisterent permittentes se combuti, vt se vidisse Florentiæ scribit Cardi. Flo. in è §. pcoinde col. 1. tales fuerunt eo sæculo illusiones & triumphi sathanæ. Vide si vacat alium librum Guliel. Ockam, de potesta. Summi Pontificis ad cuios finem quæst. 8. eodem quo supra dixi spiritu, numetat errores Io. xxii. circiter nonaginta ad minus, vt dicit.

Ad *summarium cap. 5. in verb. Constitutiones.*] Quas Michael de Cezena Generalis Minorum Gul. Ockam & sui sodales vocabant destitutiones per irrisionem & malè.

Text. *d. cap. 5. Quia quorund. mmentes in pr.*] Scilicet Michaelis de Cezena Generalis Ordinis Minorum patet ex libello Ioann. xxii incipiente, quia vic reprobus, & Gul. Ockam vt liquet è suo compendio errotum Ioan. 22. nam iste Ockam Pontificis potestatem valde comminuit, cuius vestigia Concilium Basiliense olim sequebatur dicit De intre crema. in summa sua ii. lib. ea. c. ad fi. & in iij lib. ca. xlvi. ad fin. Fonta. Ad libellum autem appellatorium dicti de Cezena & suotum Franciscanorum respondit Ioan. xxii. in Decretal. quia vic ceprobus, qui debebat exrudi post istam.

Tex. *d. cap. ibi, Christi & Apostolorum imitatrix.*] Atqui Christus & Apostoli nunquam docuerunt viuere aliena quadra. Sed ille dixit beatius dare quam acripere, & Apostolus quod qui non laborat non manducet: ergo non docuerunt ordines mendicantium.

CAROLI MOLINÆI V. C.

AD EXTRAVAGANTES COMMVNES.

ANNOTATIONES.

LIBER PRIMVS.

DE POSTVLATIONE PRÆLATORVM.

TITVLVS II.

AD *summarium Capituli. Vnic. de Poſtulatione Prælat. ibi, viginti ſeptem.*] Imo viginti ſex annis, quia hic ſatis eſt inchoaſſe.

TIT. III. DE ELECTIONE.

Ad *ſummarium cap* 1. *de Electione, ibi, ſine literis.*] Limitat Oldrad. q. clxxix. nec ſeruatur in Gallia, quia pecuniaria.

Ad *ſummarium cap.* 4. *ibi, Apud ſedem Apoſtolicam vacantia*] In quantum extendit e. ij. de præbend. in vj. ambitioſa eſt nec vſu recepta ſaltem in Gallia.

TIT. VI. DE OFFICIO DELEGATI.

Gloſſ. *cap. vnic. de Officio delegati in verb. ordinationem, ibi, iure ſuo.*] Idem Gemi. Phil. Franc. ca. cum illis §. pe. de præbendis in vj.

Ead. *gloſſ ibi, Aliam.*] Non tamen venit ſpectans ad Electionem, vt per gloſſ. in Cle. *j.* verſic. quamuis de præb. quia non venit ſub verbo promiſſionis æquè lato. Vide Ioan. Sel. tract. de beneficio par. iij. q. xj. nu. 41.

Gloſſ. *d. cap. in verb. Ius ad rem, ibi, Contrarium credo.*] Hoc non habet locum in Gallia, vbi per Concordata huiuſmodi creatio eſt limitato ad effectum obtinendi dignitatem dumtaxat.

Ead. *gloſſ. circa finem ibi, Prouideri.*] Niſi ſub præmiſſis conditionibus ſi non habet ius in primis.

Gloſſ. *d. cap. in verb. immutari, ibi, iura ſpecialia perimenda.*] Quod eſt verum de ſtatutis & Ordinationibus laici. Ant. Butr. Conſil. iiij. ſed vs de ſtatutis Cleticorum Rota. de præb. in nouis, niſi eſſent appoſita per Clericos non per viam ſtatuti, ſed in fundatione quia tunc nunquam tolluntur Petr. Anch. Conſil. xx. Conſ. ccclxiij. Feli. c. nonnulli, colum. xxix. concluſio viij. de reſcrip. & in tract. quando literæ apoſtolicæ noceant Præla. cnl. vi. Phil. Franc. ca. Si pro Clericis col. fin. de præbend. in vj. Ioan. Sel. tract. de beneficio parte iij. qu. vj.

Gloſſ. *d. cap. in verb. Executores, ibi, nonobſtante.*] Scilicet quando eligit partes meri executoris, vt not. Pan. cle. *j.* de off. deleg. A

Ead. *gloſſ. ibi, Quod non.*] Intellige ſi prima collatio ſit nulla: alias prius caſſanda eſt.

Ead. *gloſſ. ibi, Proceſſus.*] Hoc verum quando vult de remotorem de poſſeſſione amouere, & alij dare, vt dicit: ſecus ſi tantum confertæ & in poſſeſſionem iuris mittere, quia poteſt nulla cauſa cognita, & nullo vocato. e. licet Epiſcopus de præbend. in vj.

Ead. *gloſſ ibi, Obſeruare.*] Poterit etiam dicta declaratione non facta iterum conferre ſub conditione natutali, ſi ex prima non eſt ius quæſitum ꝛ. eod. ver. ius ad rem.

Ead. *gloſſ. inf. ibi, ſimplicibus.*] Extraneis, non de Epiſcopo ipſo tanquam ordinatio, vel etiam tanquam delegato commiſſo, ſed reſpectu dignitatis B non perſonæ.

TIT. VIII. DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA.

Ad *ſummarium cap.* 1. *de maioritate & obedientia, ibi, Hæc tamen Extranagans Regem Franciæ.*] Non ſolum facta eſt contra Philippum Pulchrum Regem Franciæ qui occaſionem dedit, ſed etiam contra omnes Principes poteſtates & Reſpublicas totius orbis quorum Papa ſe facit aduerſarium, imò eos in ſpiritualibus & temporalibus diffidit de neceſſitate ſalutis, niſi ſe ſubeſſe profiteantur non ſolum in ſpiritualibus abſolutè, ſed etiam in temporalibus ſaltem habitu. Cum autem omnes Papæ hoc mordicùs teneant, & neceſſario teneant, alioquin Papatus ipſe ruer, viden quam fidei poſſit vt turum fœdus cum aliquo Papa feriatur. C

Gloſſ. *d. cap. ibi generalis.*] Eccleſia Chriſtiana toto in Concilio Nicæno, & alus concilus generalibus dicta eſt Catholica, quia nulli certo loco affixa nec ab vlla vrbe denominari debet: ſed Catholica ad excluſionem etiam Primatus cuiuſlibet Eccleſiæ particularis, vt patet in Concilio Nicæno c. xj. & in Concilio Africano &c, Primæ ſedis xcix. diſt. quocumque enim verbum Dei ſonat & auditur, ibi Eccleſia

eſt. Exechiel 1. Ioan. x. vbi oues meæ vocem meam audiunt non alienam.

Text. *ibi, Petrique ſucceſſor.*] Atqui in Eccleſia Chriſti non eſt ſucceſſio ſanguinis, ergo multo minus loci vel alterius cauſæ remotioris à ſanguine: Sed eſt ſucceſſio fidei doctrinæ & vitæ duntaxat. Quiſquis ergo non ſeruat fidem, doctrinam & viram Petri non eſt eius ſucceſſor, ſed potius Simonis Magi, vt etiam S. Bernardus ad Euge. teſtatus eſt. vide homilias Gualteri.

Gloſſ. *d. cap. in verb. Eſt autem hæc auctoritas, ibi, qui ſum Petra.*] Corinth. 3. c.iij. cap. x. alibi, Petra autem erat Chriſtus, Auguſt. de verbis Domini. Homilia xiij. Tu es ergo, (inquit) Petrus, & ſuper hanc Petram quam confeſſus es ædificabo Eccleſiam, ſuper me ædificabo te, non me ſuper te, & 1. Io. dicit non ſuper Petram Petrum, ſed ſuper Petram Chriſtum, id eſt, quæ Chriſtus eſt, ædificaſſe Eccleſiam. Vide Gualterum Homilia v. folio 74.

Ad *Additionem tuibi poſitam.*] Hæc Additio ſumpta eſt ex libro quam Petr. Bertr. tunc Epiſcopus Hednenſis, deinde Cardinalis fecit pro Prælatis Franciæ contra Do. Petrum de Cogneriis Regium Aduocatum tempore Philippi Valeſij, anno 1329. nec tamen do. Bertrandus prævaluit: quia rationes eius fundatæ ſunt in nugis & ſomniis Innoc. in c. lieet, de ſoro compe.

TIT. IX. DE TREVGA ET PACE.

Text. *cap. 1. de Treuga & Pace, ibi, cupientes itaque vt ſuſcitata retro actis temporibus diſcordia (Prob dolor) in regno Franciæ*] Quam diuerſus à dolore & ſolicitudine Beati Pauli, de Eccleſiis, & ſcandalis: dolet *enim quod Regnum non expilat, qui eſt dolor Lupi quando oues libere non diripit.* Hæc decretalis iam fuit irrita, quam conatus Pij ij. conſtantia laudabili, Do. Io. de Sancto Romano Rom. Regij in Senatu Pariſienſi Procuratoris Gagu. & alij in Lud. xj.

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

TITVLVS I.

AD *ſummarium capituli vnici de vita & honeſtate clericorum, ibi, Cantorum laſciua melodia reprobatur.*] Ad hoc Ioan. Gerſon. in ij. parte operum, charta 253. col. 1. Idem Iuſtin. Magnus ſanxit alta & vernacula lingua celebrari, vt iuxta doctrinam beati Pauli ab omnibus intelligantur, vt eſt text. in nouel. cxxiij. de Eccleſ. diuer. capit. §. adhæc in ſequendo textum 1. ad Corinth. 14. dixi in præfa. edic. Henric. ij. numero 21.

TIT. II. DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBVS.

Gloſſ. *cap. 4. Execrabilis, de præbend. in verb. ſub teſtimonio publico, ibi, Sed nunquid Authenticum ſigillum Epiſcopi.*] In his quæ ſunt leuis præiudicij nec tenduni de ſe ab initio ad excluſionem iuris alterius. Card. Flo. in ca. Albericus de teſtib. *In Gallia non ſtatur literis & ſigillo Epiſcopi de collatione Beneficij, niſi teſtibus ſaltem duobus, inſcriptis,* vt etiam Ateſtis Senatus Parriſienſis cautum eſt.

TIT. III. NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETVR.

Gloſſ. *cap. vnic. ne ſede vacante, in verb. Vacantium, ibi, iuo nouum creatur.*] Non tamen fortius in re vacanti deceſſoris, vnde in Beneficialibus licet vii iure prædeceſſoris quod eſt excluſiuum Iuris agentis Compoſt. Io. And. Cardina. flo. e. mandatum, de reſcript. Imol. Fel. ca. Capitulum colum ix. de reſcr. Franc. Ripa. reſp. xvij. ſob tit. de leg. & longa Conſuet. ſiue facta ſubrogatione. Fel. in Rubr. de reſcrip. colum. ij. ſiue accumulando, aut in noua lire vt plene diai in Reg: Cancell. de public. reſign. quæſt. viij. numero 115.

TIT. V. DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

Text. *cap. 1. de Emptione, ibi, plus vel minus.*] Iſtud plus minus refertur ad quatuordecim, non autem ad primum de decem, & ſic nunquam fuit conſtitutum ad minus pretium, quam decem pro vno, vt latè dixi in tract. Vſuratum quæſt. 1. adhuc hodie iam ſunt plus quinquaginta anni: non toleratur ad decem, pro vno, niſi in Neuſtria & Armorica culpa præfectorum Regionis, quia debent vbique, ſaltem ad rationem duodecim reduci, vt probaui in dicto tract. tam latino quam Gallico q.j.

Text. *cap. 2. in princip.*] Indocti putant non eſſe aliud fundamentum reditiuum vulgarium quam per has duas Extrauagantes, & malè quia nullo modo in illis fundantur, ſed in alijs iuſtis cauſis quas latè noue diſcuſſi in dicto tract. qu. lxxiij. & quæſt. lxxv. probaui: quod etiam tempore Iuſtiniani in nouell. clx. Sed interim non deſunt Corniculæ quæ innenta mea prolixorum laborum meorum medullam furripiunt tanquam ſua ſummatim edentes, taciro vnde furati ſunt.

TIT. VI. DE SEPVLTVRIS.

Ad *Summarium cap. 1. de Sepulturis, ibi, exantecantes.*] Hactenus vt Anatomicos, vt Medici errata, vel latentia explorant, non ſe inuit.

Gloſſ. *cap. 2. in verb. deputatos, ibi, Tondeant.*] vt hi qui de ſolo quæſtu tam acriter litigabant contra

huiusmodi exclamat Hier. cap. xxiij. Væ Pastoribus A qui dispergunt, & dilacerant gregem Pascuæ meæ. Et Ezechielis 34. Væ Pastoribus Israël qui pascebant semetipsos.

TIT. X. DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS ET PROCVRATIONIBVS.

Text. *cap. vnic. de Censibus, ibi Consueuerint.*] Intelligo circa moderationem ipsius quantitatis non circa quotam ipsius iuris Procurationis, vt patet ex ipso textu vet. moderationis, quia teneo cum Pan. in dicto c. Cum ex officijs quod ipsum ius Procurationis nec in totum nec in tota potest remitti, vel præscribi sed bene modificari in quantitate & alijs, vt glo. cle. ij. §. de censib. quicquid extollat. Felin. dicto c. Cum ex officijs, col. vj.

LIBER QVINTVS DE SIMONIA.

TITVLVS I.

AD *summarium cap. 2. de Simonia, in fine.*] Multa contra has Extrauagantes congerit Angel. Clauas. in summa. vers. Simonia vj. §. ix. cum seq. vbi tandem subdit hodie non ligare, sed abrogatas esse per non vsum.

TIT II. DE IVDÆIS.

Tex. *cap. 2. de Iudæis in prin.*] Adde iustum & debitum, sed Papa de facto contrarium notorie seruat Aneniont, timens *ne tributa & quæstus minuantur si tot* Christianorum proliferentur: tetigi extra eod. c. Iudæis, & ad stilum Parla. part. v. quæst. cxxix. Ita etiam statuit Concilium Basiliense, sessione ix.

TIT. IV. DE SCHISMATICIS.

Gloss. *cap. vnic. de Schismaticis in verb. Reddimus, ibi, sed in genere.*] Geminia Consil. xj. in fine.

TIT. VI. DE CRIMINE FALSI.

Text. *cap. vnic. de crimine falsi, in princip.*] Idem Tho. Aquinas ij. ij. quæst. lxxvij. artic. ij. limitans nisi per artem fieret verum aurum & non per magiam veritam. Oldrad. quæst. lxxiv. Andr. Isern. quæ sunt Regalia.

De empt. & vendit. col. lv. Pan. c. Ex tuorum, de sortil. Hiero. Zaneti repe. c. 1. de accus. Alb. brumus Consil. lxxvj. sum. Angu. & sum. Syluestr. versi. Alchimia Io. And. ad Spec. c. tit. in rub. vbi dicit se vidisse virgulas vert auri hac arte factas quod ego non credo.

TIT. VII. DE PRIVILEGIIS.

Text. *cap. 2. de Priuilegijs, syncera affectionis ad nos.*] Merito se præponit, quia magnum fœdus occultè contractum fuerat inter Philippum & cle. post B obitum Benedict. xj. & occultè donec Cle. qui videbatur hostis, & cum Anglis sentire, peruenisset ad Papatum vt latè describit Antoni in Cle v. qui vrgebat à Rege omnia acta & memoriam Bonifac. vij. abolere: viden tamen vt hic per verba ficta ibi intelligantur, & suspenso gradu procedat, ne videlicet fundamentu. Papatus derogetur, *aliud enim Pontificatus, aliud Papatus.*

Text. *cap. 4. eod. in princ.*] Superfluit, quia hæ commendatiæ non sunt Beneficia, vt dixi in regul. cancell de insi m numer. 123. & tetigi in cle. quia regulares, de suppl. neglig. Prælat.

TIT. IX. DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

C Ad *inscriptionem c. 1. ibi, Bonifacius Octauus.*] Qui sub annum 1300. hanc publicauit, & in ipso apparatu Iubilei Romæ primo in Pontificalibus apparuit, postea die Imperiali habitu clamans, ecce duo gladij vides ô Petre successorem tuum, &c.

Alex. vero vj. vt etiam à non venientibus stipem corraderet, primus iussit per vrbes & vicos quæstuariæ deferri. Vide Theodoricum à niem in historia Pontifi. sui temporis, vbi turpet quæstus Bonifacij ix. prætextu Iubilei qui tamen olim, Leuitic. xxv. introductus fuerat non ad quæstum, sed ad alleuandum pauperes liberando pignora & hypothecas &c.

D TIT. X. DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

Ad *Summarium cap 3. de sententia Excommunicationis, ibi, Andronicum Palologum.* Filium Michaëlis Paleologi, sed iniusta decretalis cum Pater eius Lugdunum ad Concilium venisset, & à Greg. x. approbatus in Græciam reuersus sepultura caruit, quia Græci ambitionem Papæ execrantur: tantum abest, vt eam adorare velint, quare filius immeritus non debebat impeti, sed facilè Græci hanc censuram more suo spreuerunt.

NOTÆ
CAROLI MOLINÆI,
IN TRACTATVM
IOANNIS DE SELVA,
DE BENEFICIIS.
PARS PRIMA.

QVÆTIO II.

Nomero 27. *Iuncta Gloſſa.* Illa Gloſſa noo loquitur de gaudio.

QVÆSTIO III.

Num. 3. *Niſi præbendæ.* Contrarium Cardioalis, *Conſ. 31. d. præb. ſuper Canonicatu.* Et hoc placet, licet ſumma Angelica teneat coottariom io verbo *Beneficium*, in §. 19.

Num. 4. *Et ſic quintam.* Falſam poto per not. *Clem. ſi Roman. de Præb.*

Nom. 6. *Eſt dicendum.* Idem ſomma Angel. verbo *Clericus* in prıocipio.

Num 9. *Verſ. ſi autem.* Prag. Sanct. Tit. *de Collat.*

Num. 11. *Quæ dantur.* Nec etiam patrimonium. Panor. *Conſ. 47. Vol. 2.*

QVÆSTIO V.

Num. 53. *Notandum.* Idem ſumma Angelica, in verbo. *Immunitas*, §. 28. Henric. Nobit. in cap. *Sane de Immunit. Eccl.*

Num. 109. *Poteſt eſſe.* Vide ſummam Angel. verbo &c.

Multum placet. Et mihi.

Num. 126. *Licentia Epiſcopali.* Hoc intellige niſi infra ſuam dıœceſim, vt ſumma Angelica, verbo *Miſſa*, §. 40.

Num. 132. *Niſi Epiſcopo.* Vel ſaltem habenti ordioem ad quem ſpectat id quod committitur.

Num. 133. *Dominus Abb.* dic contra, vt infra. *num. 96.*

Num. 135. *Effuſus eſt.* Scilicet quando vir ſanctus occiditur.

Num. 150. *Reconſecranda.* Hoc placet magis qoàm id quod ſuprà.

Num. 152. *Reconſecrandam eſſe.* Hoc magis placet quàm id quod ſumma Angelica in verbo. *Calix.*

Num. 157. *Alterum violari.* Dic quod polluta Eccleſia polluitur cœmiterium contiguom, ſed ooo è conuerſo. Cap. vn. du cooſecrat. Eccleſ. vel Altar. *lib. 6.*

Conſecretur. Occultè, non ootoriè, vt ſuprà. *num. 90.*

Num. 172. Opinionem. Tameo quicquid infrà dicat, hæc opinio placet ſuprà relata ptoximè.

A Num. 179. *Aniani.* Verum eſt ſecundum poſſibilitarem, ſed & ſecundum experientiam ipſo facto multò minùs fuſte otatur.

Num. 181. *Patronatus.* Interueniente cooſeoſu expreſſo Epiſcopi.

Nom. 185. *Iur patron.* Dico quod efficitur, ſi ſibi eſt reſeruatum per Epiſcopum in dotatiooe.

QVÆSTIO VI.

Num. 22. *Poterit inferior.* Ego indiſtinctè puto illam Clement. *Quia contingit*, ſeruandam, vide Baldum in *l. Nulli, Cod. de Epiſcopis & Clericis.*

QVÆSTIO VII.

Num. 2. *Beneficium.* Hæc ratio falſa, ſed ideo quia tranſit dominium, dicitur alienatio. Et requiritur ſolemnitas Clement. 2. *de rebus Eccleſ. non alienandis.*

B Num. 12. *Recuperandi.* Imo neceſſe eſt coloıare, ſi eſt quæſtio de re poſſibili, oiſi ſub certa forma vel cauſa, vt notat Gloſſ. Ptagmat. tit. de *de pacif. Poſſeſſ.* verbo inqoirunt.

Poſſidendi. Hæc reſponſio eſt falſa vt etiam ſequeos.

Beneficio. Dic quod ſufficit appareotet docere de titulo.

Num. 18. *Fori.* In cauſa crimioali.

Num. 22. *Confeſſiones.* Die quod confeſſiones numquam ad hoc, vt ſcilicet poſſint abſolutiouem admioſtraie.

Num. 35. *Ciuitate.* Ineptiſſima comparatio.

De Symon. Imo ſi aliter oon poſſet fieri, tanquam redimatur vexatio.

C Num. 40. *Temporali.* Vbi non eſt ſymooia, eſt tamen quædam ioıuſtitia.

Nom. 51. *Obligari.* Hoc falſum, quia oon ſunt in commercio.

Num 58. *Per laicum præſcribi.* Idem, & vide Iohao. And. in cap. *Quod alicui, de Regulis Iuris, lib. in Mercurialib.*

Poſſit præſcribi. Imo poteſt etiam poſſideri, quaſi quia laicus non eſt huius iuris incapax.

PARS SECVNDA.

QVÆSTIO I.

Num. 1. *Et in cœlis.* Hoc falſum, quia eſt ei datum

Num. 4. *In ſing. ſuo.* 6. cap. 33.

Præſcriberent. Ludouicus Rom. oon dicit quod non poſſint præſcribere. Et ibidem dicit, quod ſiue ſint conuerſi Eccleſiæ ſæculares, ſiue regulatis, non habent vocem in capit. ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus, & hoc placet. Sed ego indiſtinctè teneo, quod habent vocem indiſtinctè, ſi præſcripſerint, & quod indiſtinctè conuerſi ſæculares Eccleſiæ, poſſunt vocem in Capitulo præſcribere, quia oon ſunt meri laici, ea quo profeſſi, & ſic noo videntur incapaces ſpiritualium.

QVÆSTIO XXI.

Num. 3. *Et cum hâc.* Et placet non obſtante reſponſo Ioann. Monac. quia verum eſt quod ipſa indagatio cauſæ non poteſt præcedere cauſam: tamen poteſtas indagandi ſeu iudicandi, poteſt præcedere iudicium & cauſam, quia noo eſt accidens iudicij ſed cauſæ.

QVÆSTIO XXII.

Num. 17. *Parrochianos.* Imo ſi non conſtat de patrono, non conſtat de reſtauratione iuris patronatus, & ſic ceſſat per notata ſuprà *in t. quæſt. 5. in fin.*

QVÆSTIO XXIII.

Num. 3. *Pictauenſis* Apud Clericum & S. Anianum Aurelijs.

Num. 9. *De iudic.* Ludouic. Rom. conſ. 173. ſed prour atbirror, tenet melius *conſ.* 299.

Num 25. *Laici.* Ideo etiam tempore immemotiali præteribere non poſſunt. *Hyp. de Marſilijs ſing.* 80.

Imitando. Hoc noo puto verum.

Num. 28. *Et ſic alterat.* Contra videtur, quia debet ſecundum ius commune intelligi. *l.* 2. *Cod. de nouatib. actiou.*

Litigandi. Hoc puto falſum.

PARS TERTIA.

QVÆSTIO I.

Num. 4. *Adminiſtrationem.* Falſum puto.

QVÆSTIO II.

Num. 3. *Item ſi ſit.* Occultè hodie ſufficit quod non ſit publicè denunciatus vel notorius, quod tergiuerſatione celari neqoeat.

Num. 6. *Periurus.* Hoc puto falſum, quia pœna noo eſt impooenda, niſi iore eaprimatur. Glo. de Cl. 2. de vita & honeſt. Cleric.

Approbat. Et Felinus 10 *cap.* 2. *de Reſcript. l. ſi duo patroni. §. finali. D. de iureiurando.*

Num. 13. *Diſpenſatum.* Hoc puto falſum, niſi eum comretot infamia turis, vel facti, quia nullo Iure caueiur.

Num. 14. *Approbat Do.* Sed ego oon approbo cæteris paribus.

QVÆSTIO III.

Num. 3. *Debeat deponi.* Dic quod ooo Aotonios Corſet. *in ſing. in verbo fornicatio.*

QVÆSTIO IV.

Num. 19. *Præſentatio.* Et requiritur quod repræſentans ſit publicè denuntiatus, vel notoriè, & hoc magis placet. Immò ſufficit quòd ſit publicè excommunicatus, ſeu occultè, quia per Pragmaticam tit. de Excommunicatis non vitandis, non validantur actus geſti per excommunicatos aliter quam de iure, niſi in hoc quòd communicantes non alligantur, oiſi ſit talıter illigatus, vt ibi habetur.

Num. 24. *Et idem erit.* Sed ego dubito, cùm talis collatarius non teneatur eum vitare per concil. Baſil. Sed dic quòd hic benè dicitur, quia non ſequitur quod ſit validior poteſtas excommunicari, quia duntaxat intendit Concilium, auferre periculum participationis, & reliqua manent in vigore ſuo. Dic quod Cõcil. Baſileenſe intendit participantes quamuis ſcientes, præſeruare ab omni periculo & damno, ideo ſicut talis occultus habet exercitium poteſtatis & valet de iure antiquo facta collatio ignoranti, valebit etiam tunc facta ſcienti. Item tenent Felinus & Rodulphus col. 18. de Reſcipt. & eſt veritas.

QVÆSTIO V.

Nom. 16. 30. *anno.* Imò ſufficit ſi iocœperit 25. annoum, quia eſt Abbatia de inferioribus dignitatibus, dicto §. *Inferiora.* Ita tener ſumma Angel. in verbo *Ætas. Ætatis* 30. Sed oon in omnibus, ergo oon infertur quod hic.

Nom 20. *Septimus caſus.* Eadem extant 23. annorum.

Num. 31. *Vt notat.* Idem dicitur *electi. parte* 2. *c.* 25.

QVÆSTIO VI.

Num 1. *In titulum.* Vide ſummam Angelicam, verbo *Excommunicatio* 5. §. 25.

Num. 2. *Monaſterio.* Hoc puto falſum vt etiam vide infrà.

Nom. 5. Vide ſummam Angel. verbo, *Alienatio.* §. 6.

QVÆSTIO VII.

Num. 1. *Adijtiant.* Ego teneo qoòd pauperior eſſet præferendus, modo eſſet virilis, non imbecillis.

Num. 8. *Præponitur illi.* Falſum eſt cæteris paribus.

QVÆSTIO VIII.

Num. 10. *Quia Papa.* Si non fuerit copula, liqner qoòd poteſt diſſoluere, alius non, tamen ea maaima cauſa poſſet tolerantiam inducere.

Num. 16. *Conſtitutionem.* Tangente impoſitum ſimplicem.

QVÆSTIO IX.

Nom. 1. *Et primò.* Die quòd ſic Panormit. in cap. *cùm ex officio. de præſ.* Et placet, quia ea qoo impetrans non acceptat, cenſetur ab initio renunciaſſe, ſecus ſo quæſt. not. in cap. ſtatutum de præbend.

Nom. 3. *Ratio &c.* Hoc vltimum videtur falſum.

Num. 4. *Secundò.* Et valet collatio vt ex oune ex patieotia, oon vt ex tuoc. Gloſſ. *cap. pen. de ſup. negl. præl.*

Licet à principio. Potiùs confirmatur quia oon erat ipſo iure nulla vt in quæſt. Toloſ. 107.

Deciperetur. Sed licet verum ſit, dicere, Epiſcopum obligatom ad conferendum illi decepto, tamen poteſt oolle ei cooferre, ſed alii, ideò videtor opus noua collatione.

Habet locum. Non ſequitur tameo quòd noo valeat collatio niſi conferat.

QVÆSTIO X.

Num. 7. *Præſentauerit.* Sed ideo quia ab ioitio

ipso iure valuit, vt in quæst. Tolos. 107.

Num. 14. *Limitatur.* Vt tunc non sufficit tolerantis.

QVÆSTIO XI.

Num. 3. *Tertia qualitas.* Impetranti, aliud est alicui impertranti.

Num. 4. *Secundum eum.* Facit Bellamete decis. 498. vide caput. *Ad qui de Præb. in 6.*

Num. 23. *Assumit naturam.* Hoc est indubitanter verum si principaliter detur Ecclesiæ: Verùm quid si transeat cum vniuersitate feudi? Adhuc sanius puto idem quia verum est dicere, quod non est patrimonii Prælati, & tametsi ad manum regiam reducatur, attinet temporale, vide notab. cap. *Dilectus Clem. de Præb. vndecimo.* Contrarium puto.

Num. 24. *Fallit.* Contrarium puto.

Num. 25. *Quod non videtur.*

Et hoc non est stante Pragmatica, sed stantibus concordantibus vbi certis mensibus Vacantia ijs debentur, adhuc dico idem quod illis mensibus Vacantia, ad collationem eius qui non habet tria non debentur, quia designatio illorum mensium non est facta nisi ad distributionem & liquidationem tertiæ partis beneficiorum, spectantium ad collationem &c. Ergo intelligitur infrà tertiam partem, & sic vbi sunt tria beneficia ad minus.

Num. 26. *Et si diceretur.* Scilicet quod nullo modo valet reseruatio contra Rotam. *Vt tenet Fel.* Hoc intellige, vt suprà, per domnos Rotæ non vt statim habeat effectum vnio, sed tunc demum, cùm postquam reseruatio Papæ habuerit effectum, cœperit vacare, quia tunc valet, & memineris quod vnio potest fieri, non vocato Rectore. Clem. 2. de rebus Eccles. non alien.

Num. 28. *Dignitas.* Tunc scilicet quando est Conuentualis, alias non.

Num. 34. *Colorata.* Anchar. Consil. 156. in princ. Possessio. Hoc non placet, quia tunc nondum est possessio colorata, sed vera possessio, & vetus titulus. Puto quod dicitur colorata, quando prætenditur iustus titulus, apparenter & putatiuè validus, secus si constatet de nullitate.

Num. 44. *Prælatura.* Imo ad Prælaturam. Gloss. Clem. 2. de supplenda negligentia Præl.

Num. 45 *Præsentar.* Intellig. quando præsentatio non est facta, quia Clerico non licet variare. Cap. Cum autem est de iure Patronat.

Num. 47. *Contra communem.* Certum est quod hodie valor beneficij impetrati, debet exprimi, vt in Concordatis, tit. de Mand. in fine, & notatur in quæst. Tolos. 435. Sed quid de valore beneficij habiti, & ego puto idem cum Felino, & cum seqnor contra P. de Ancharano, & videtur probat. in tit. *de mandatis in fine, in Concord.*

QVÆSTIO XII.

Num. 1. *Impetratione.* Non de his quæ verisimiliter rem impediunt Bellamet. decis. 115. Secus in impetratione dispensationis super pluralitate, cap. *non potest 1. resp.* de Præb. in 6.

Num. 2. *Hoc modo.* Sed per Concordata debet omninò exprimi, etiamsi fiat motu proprio vt in tit. *de Mand. in fine.*

Decipere. Scilicet non reuelando, sed mentiri non licet etiam pro vita hominis.

Num. 6. *Obtenti. Nisi forsan sit aliud.*

Num 11. *Quædam pœna.* Facit Caldetinus. *Consil. 30. de Præb. Consil. de rerum permut.*

Num. 15. *Beneficij.* Alterius, non eius quod impetrat.

Num. 18. *Duodecima qualitas.* Ego puto in his qualitatibus 11. & 12. quod imò sunt exprimenda, quia possunt alterare animum concedentis, quia non esset æquè facilitèr concessurus.

Num. 21. *Limitatur quintò.* Bellamet. decis. 126. *Si sciret.* Quæst. Tolos. 41. cap.

Num. 23. *Illam gratiam.* Imo etiam si nullo modo erat concessurus gratiam cùm agitur de præiudicio tertij, & possit fieri reductio ad ius commune.

Num. 24. *Non extendendam.* Imò extendenda.

Num. 27. *Quatenus illa.* Hoc videtur sequi Panorm. cap. *Postulasti.*

QVÆSTIO XIII.

Num. 1. *Derogatoria.* Imo sufficit dicere, non obstante aliqua lege, nisi specialitèr illa lex contineret derogationem, quia tunc debet illa lex specificari in legenali.

Num. 3. *Acceptatione.* Sola.

Iuratum. Contrarium puto.

QVÆSTIO XIV.

Num. 1. *Indulto derogatum.* Breuiter puto esse derogatum, quicquid inf. adicatur, quia constat de voluntate & potestate Papæ: & hoc tenet Felinus cap. *Nonnulli de rescript.* Alex cons. 7. vol. 4.

Num. 1. *Reseruatione.* Quia species derogat generi. *Esse derogatum.* Idem Ialon. *l. finali, Cod. si contra ius & vtil. publ.*

Num. 6. *Derogationem.* Imò teneo quod est derogatum, quia constat de voluntate principis, & adest eius potestas, quando fit actus, scilicet derogatorius, alias esset restringere potestatem proprie, quod fieri non licet.

Etiam. Imp.

Seruare. Imò constat & sic cesset præsumptio.

Num. 8. *Quod non.* Sed contra puto.

Num. 16. *Fiat.* Imb.

QVÆSTIO XVI.

Num. 1. *Renuntiatio.* Imò non valet.

Num. 3. *Sed iste habens.* Et istud puto verum, secus si renuntiatio esset factenda simpliciter.

Num. 4. *Facta.* Et hoc puto verum.

Prius facta. Hoc superioribus repugnat, quid enim opus est præsumptione, quando non præiudicat renuntiationi Procuratoris,

QVÆSTIO XVII.

Num. 2. *Ante occasum.* Hæc ratio non vult, quia sæpissimè, etiam de media nocte possunt personæ & res intuendo discerni, ideo teneo secundum proprium & naturalem sensum, quod dies est sole orto super terram licet fortè non luceat propter nubem.

QVÆSTIO XVIII.

Num. 1. *Quod sic & pro hoc.* Intellige, quando ille nepos non est idoneus, sic quod probabiliter potest præsumi, quod renuntiatio & permutatio fit causa sanguinis solum, vel auaritiæ. Secus si ex alijs circumstantijs aliud potest colligi, quia beneficium est laboriosum, & senex petens quiescere, & nepos habilis vigilare.

Non sit verisimile. Sed tamen cane, ne alteruttum beneficium impetres, nisi persona mortua, aut alias priuata, quia hinc inde nulla est renunciatio. Vide super hoc Gloss. verbo. *Pecuniæ de* renuntiat. & sic ipso iure finit adhuc domini beneficiorum.

QVÆSTIO XIX.

Num 1. *Quod non per illam.* Ego dico quod in defendenda

fendendo potest reos sempet ex diuersis titulis,etiam contrarijs,se iuuare Similiter actor,siue in petitorio, siue in possessutio, potest ex diuersis titulis, non tamen contrarijs, nec repugnantibus, se fundare.

Plures actiones. Et quidem & ex eadem causa quia tunc non possunt cumulati. *L ex eis. D. regula iuris.* Secus si ex diuersis.

Sed bene ex diuersitate. Tamen contrarium facit cap. *Cum olim de re iudic.* Barbatias ibi dicit, quod dictum caput post cessionem restringitur, quando prima collatio fuit obtenta à Papa, vel die, quia collatio facta per inferiorem ad confirmationem collationis quæ nulla est facta per Papam, non valet: sic dictum caput *Cum olim*, intelligitur, quando collatio facta per Papam, non valebat: quia collatio inferioris facta in consequentiam confirmationis nullius, non valet, quia si non tenet principale, nec accessorium. Vnde de nouum intellectum ad dictum cap. post electionem quando quis consequitur vetos titulos habiles, seu procedentes ex capitibus habilibus & de per se: secus si ex capitibus inhabilibus, & secunda collatio facta per inferiorem, veniat accessorie ad concessionem Papæ, quæ erat nullius momenti, quia tunc dicitur potius venire ad elusionem, quàm ad confirmationem. Cor. in fin. verbo Beneficium potest teneri,

Num. 5. *Vnde negari.* Hoc non licetet actori, sed reo sic.

QVÆSTIO XX.

Num. 6. *Quod non.* Imò perdit.

QVÆSTIO XXII.

Num. 5. *Facit text.* Contra per cap Porro de Priuilegio.

Ergo erit standum. Imò in promoto in Curia, si vadat ad partes, opus est ei probare per literas Papales, Extrauag. *Iniunctæ de elect. in Commun.*

QVÆSTIO XXIII.

Num. 1. *Sigillum Episcopi.* Etiam sine testibus & tabellione. Et nota quod in verbis enunciationis nullam fidem faciunt, vt in tit. de sublata Clemeotina literis, in Pragmatica.

QVÆSTIO XXV.

Num. 1. *Et reducendo.* Imo quicumque Prælatus, sempet potest inquitete de titulo, & dictum triennium habet locum solum ad repellendum priuatum prætendentem ius.

QVÆSTIO XXVII.

Num. 1. *Reuocari.* Imò potest.

QVÆSTIO XXVIII.

Num. 1. *Pendente.* Antequam sibi conferatur.

Quod sic. Et est verum antequam alij sit collatum.

Crederem. Sed tenet primam.

Verior de Iure. Imò illa Glossa facit contra quæ vult quod non possit variari, sed etiam in suo casu non erit res integra, quia electio suum effectum traxit, quando collationem præcessit.

Nunc apparet. Quod ad primum possit redire, & intellige modò in hoc casu sit integra.

Vacantem. Ibidem per tertium & secundum impetrantem.

QVÆSTIO XXIX.

Num. 1. *De iure communi.* Hoc verum quando ad solum Episcopum spectat prouisio. Sed si sumus in ius commune, ita quod spectet ad Episcopum eum consensu capituli? Sic tunc puto quod hoc themate dicatur decipi solùm ex parte ordinatis, quia Papa mandaos Episcopo & Capitulo, vt decipiant simpliciter, videtur mandare, prout ad eos res spectat.

QVÆSTIO XXXI.

Num. 1. *Alias secùs.* Quia tunc ex quo gratiæ per diuersos Pontifices sunt factæ, debent singulæ sortiri effectum tamen primus impetrans non erit primò prouisus, nisi sit restitutus cum clausula.

Secundo impetranti. Non est dubium, quin tunc restitutus præferatur, quia talis gratia secundi, ex quo caret clausula *Non obstante quod pro alio scripserimus*, est subreptitia dicto cap. *Mandatum.* Ideo nihil debet consequi, & sic necesse quod præferatur restitutus. Sed si grata secunda est impetrata post reuocationem primæ tunc valet sine illa clausula: & in restitutione debet fieri mētio, non obstante quod pro alio interim scriptum sit, aliàs restitutio est inefficax, vel quia, subreptitia, vel quia, quamuis motu proprio, tamen non intendit Papa lis Ecclesiam priuare, & ad hue restitutus numquam præfertur secundo impetranti, nisi etiam sit alia clausula de anteferri Et hoc in terminis iuris communis sed attento hodie quod per Concordata semper ponitur clausula, *si pro alio non scripserimus*, dicendum est quod si secundus impetrauit ante reuocationem primæ, sua gratia est penitus nulla, si post, valet, sed restitutio primæ sequens est nulla, nisi à diuersis Papis fieret, quo casu adhuc restitutus postponetur semper, nisi habeat clausulam, *anteferri*; sed de illa nunc non vtimur hic, quia non est in forma Concordati.

QVÆSTIO XXXII.

Num. 1. *In quæst. quæ incipit.* Et est concilium Schysmaticum.

Matrimonium. Sed an sit irritandum.

Num. 2. *Ipso iure.* Immò vt in fine quæst.

Num. 3. *Fuit tamen coacta.* Dicendum est, omnino nulla, & sic nihil est quod conualescat: vnde debent omnia ex integro solemniter agi.

QVÆSTIO XXXIII.

Num. 3. *Et omnia.* Et videtur quod omnis reseruatio tam electiuiquā collatiui, sit prohibita per illud Concilij, siue vacet vel non, quia non distinguit inter vacantia vel vacatum. Certum est autem, quod ipsa præuentio in collatiuis, est permissa Papæ, sed quod in electiuis non repetio expressè prohibitam, ideo puto permissam, dic prohibitam per electionem, quod Papa non condemnat dictum de electione.

Per Concilium Basil. Quia certum est quod dignitas electiua vacans, non potest hodie reseruari, licet possit, vt puto, præueniri, sed etiam quamdiu est vacans, licet reseruata, potest fieri electio.

NOTÆ
CAROLI MOLINÆI,
IN COMMENTARIVM
DYNI MVXELLANI,
IN REGVLAS IVRIS PONTIFCII.

Studioſæ Iuris Iuuentuti, CAROLVS MOLINÆVS, Iuriſconſultus, S.D.

ENCHIRIDION hoc Dom. Dyni Muxellani in Regulas iuris Pontificij, non ſolùm à ſtudioſa Iuuentute, ſed à ſummis etiam Iuris Profeſſoribus magnopere probatum ſummoque in pretio ſemper fuit: adeo vt Cynus ille Pictauienſis, quoodam eius auditor ac diſcipulus, in l. vnic. q. 11. Cod. de ſententi. quæ pro eo quod interl. proſer. de hoc Enchiridio loquens, ſcripſit totam Synodum legalis Philoſophiæ, his Dom. Dyni diſputationibus interfuiſſe, & certè iam plus ducentis annis, non diſcentium modo, ſed doctorum quoque manibus, iucundè, auidè & vtiliter tertur. Et meritò, quum ſit vbertima, ſolidæque Iuris doctrinæ promptuarium quoddam lectiſſimũ, & manu geſtando aptiſſimum. Sed per crebras corruptorum exemplorum traductiones, non ſine graui priorum Typographorum flagitio, vſque adeo corruptum, laceratum & deprauatum fuit, vt vix tolerata eſſet oratio vna integra, ſine vitio, eaque ſæpius tam pernicioſo, vt non ſolùm obſcuritatem ſenſus, ſed contrarium quoque ſenſum paſſim induceret: vt iam alioquin vtilis & neceſſarius liber, vulgò ferè inutilis haberetur, & negligeretur, dooee anno 1554. Antonio Vincentio inſigni Typographo Lugdunenſi, impulſore emendationem & redintegrationem ſuſcepi, nec in publico negotio confiſus priuatæ libri mei emendationi, quam vſus proprij gratia, dudum mihi ipſi feceram, plura vetera exemplaria conquiſiui, & plus mille meodis expunctis, & ijs quæ truncata mutilaque deficiebant, redintegratis, curam, vt naturæ ſuæ puritati, quam fideliſſimè & diligentiſſimè reſtitueretur. Iuuit operam meam laudabilis memoriæ D. Nicolaus Molæus, ſupremæ Pariſienſis Curiæ, dùm viueret, Conſiliarius præſtantiſſimus, quicum mihi fortè fortuoa de hac re ſermo incidit, ſuumque peruetuſtum, cæteriſque (vt potè exprimùm imptetiis) caſtigatus exemplar, mihi obtulit & cõmodauit. Itaque cùm iã caſtigatum à me exemplar curſori tradiſſem, reuocatum rurſus contuli cũ libro Dom. Molæi, & iodidem nonoulla farcini, præſertim nonnulla duo fragmenta, in Regula *Mora*, quæ in omnibus alijs libris deerant. Nec me laboris illius pœniter, tametſi loogè grauioribus curis & meditatioobus, detineret in Iuris ciuilis repurgatione, Conſuetudinumque noſtrarum interpretatione, quas intetturbati moleſtiſſimè ferebam. Solatur enim communis ſtudioſorum vtilitas, quam breui laborum noſtrorum interpellatione longiùs iuuari, promoueriquc video, nec non & eorum gratitudo: adeo multi gratificatt ſuot, maioreſque, quàm de hac, oppellà ſperaſſem, gratias egerunt, redintegrationis huius ergo. Cumque anno 1548. typis iterum excuſus fuiſſet ab eodem inſigni Typographo, Antonio Vincentio, mendiſque etiam aliquot repurgatus, & mihi taodé eiuſdem Antonij Vincentij filius ſignificaſſet, ſe typis huoc enmdem librum excudere velle, vt ſi quid ſo. ſiran rurſus emendandum eſſet, vel addendum exiſtimarẽ ad eum tranſmittere vellem. Tum in manus aſſumẽs, & excutiens quod nouiſſimè ſuper prima & ſecunda caſtigatione mea fuerat impreſſum, inueni mendas aliquot irrepſiſſe. Quare rurſus collatis multis exemplaribus, etiam peruetuſtis Manuſcriptis, denuò penitiſſimè repurgaui, & inſtauraui, vt nec litteram vnam (quantum perſpicere potui,) mutaram, tranſpoſitam, vel omiſſam reliquerim, vt nihil amplius ſuperſit, quod à Iuris ſtudioſis deſiderari queat. Cæterum exorari me paſſus non ſum, vt illam Annuationem adderem, nec vt ex libro meo priuato tranſcribi ſinerem, ne Enchiridion hoc onerateniut, nimiri alioquin vel ſuperuacuis additionibus oouſtum, quas parum abſuit quin vel grauiſſimo viro impulſore, prorſus omitterem. Sed ne alienos labores defraudare videtur, ſatis habui ioeptas quaſdam & prorſus inutiles cantellare, reliquas finere. *Valete*, ſtudijſque noſtris quæ vobis vel propriæ valetudinis & rei familiaris luculento damno defudant gratis animis fauete. E. Bibliotheca noſtra Idibus Iunij 1563.

60 ¶ Falsum item est, quod isti narrant, Maxentium in Alexandriam fugisse Constantino petente Romam, & in Ægypto persecutionem instituisse aduersus Christianos, quos interfecit, nominatim Diuam Catharinam, quam tegis Costi seu Constantini Romæ tegnantis neptem, eruditam virginem, Græcos philosophos io Ægyptum ex Constantini tegionibus adductos consutantem somniant. Illud quidem certum est, Maxentium, quum Constantinus ex Gallia Romam proficiscereturt, imperij capessendi gratia, anno 311 in Ægyptum non aufugisse, priusquam enim Constantinus Romam ingrederetur, Maxentius prælio victus & interfectus est. Neque igitur in Ægyptum abiit, neque post imperium adeptum ex Italia mouit pedem.

Christianis finem Constantinus.

61 ¶ Præterea Constantinus victor toto imperio persecutiones in Christianos excitatas pacauit: & patris exemplo Christianis fecit otia, fanitque, debellatis omnibus aduersantibus ethnicis fide Christianæ

Helenopolin & Constantinopolin ædificat.

hostibus infensissimis. 62 ¶ Solus imperator relictus, Drepanum oppidulum in ciuitatem, nomine Helenopolin, transmutauit, iuxta quam dum Constantinopolin ædificare cogitat, quòd inculta esset regio & andum solum, in oppolita patte, Thraciam versus, clemenoore solo & cælo, supra Byzantij à Seuero deleti rudera, ad superum littus matis Propontidis, nobilem illam vrbem construxit, nouámq; Romam, veteris æmulam, Orientalisque imperij sedem nominauit.

Samaria & Iudea tributaria.

63 ¶ A morte Herodis Agrippæ secundi & paulò post excidium Hierosolymitanum, nullus in Samaria rex extitit, vt nec in Græcia: neque Samatia popolorum multorum Græcorum primilegijs vnquam gauisa, sed prouincia tributaria facta est. Iudæam & Palæstinam in duodecim præfecturas Romani distinxerunt: teste Blondo, libto tertio de Roma triumphante.

Miseri eorum conditio, qui Scripturas sacras contemnunt.

64 ¶ Extra oleas vagari non fert animus, aliquin facilè figmenta mendaciáq; confutarem io hunc vsque diem recepta, & Sacrarum literarum vetitati antepolita, iusto quidem Dei iudicio, in efficaciam erroris eos relinquente, qui doctrina cælesti repudiata, Christo, quem Pater dederat, atque obsignauerat, derelicto, mendaciis suis adhæsetunt: 2. Thessalon. 2. Quum Argentiox essem, à fide dignis hominibus accepi, beatæ memotiæ principem Eduardum sextum Angliæ regem flammis vltricibus, fabulosas istas commentationes adiudicasse, quod pridem factum erat ab Ephesiis, qui audito Apostolo sacras conciones & disputationes per biennium in primatij cuiusdam vin ædibus habente, curiosarum artium comportatos libros excussetunt in omnium conspectu: quorum supputatis pretiis tepererunt denariorum quinquaginta millia. Act. 19.

Ante Christum natum Francisforti conditi.

65 ¶ Quicquid est de Ptaogotum otigine & antiquitate, nec non de Regum Francicorum prosapia, libris consignatum, tanquam fide dignum, si reciptendum sit, iam 2000. anoi effluxerint. Sed certam temporis designationem ex probatis auctoribus collectam prosequi sufficit. Vulgata sententia est Francum huius nominis secundum Francis qoibus impetauit anno ante Christi natiuitatem 37. Romanos idem variis prælijs attriuit, Galliæ nec non populos, quam ingressus est, ponte ad Mosam constructo. At longè falluntur, qui ab hoc tege Francos nomen mutuatos esse putant.

Gallias subiugare Cæsar studet.

66 ¶ Longè antea id factum, Romana historia teste. Iulio enim Cæsare Gallias ingresso, vt Heduis Romanorum consœderatis ferret suppetias, regionem totam Romanis subiicere cogitauit, anno ante Christum natum quinquagesimo sexto. Francorum nomen & fama ad Senatum popnlúmque Rom. iamiam peruenerat, teste Cicerone, qui in epist. Ad Att. Gallorum nec non legationis Gallicæ memioit.

Francorum vim experitur.

67 ¶ Quales viti essent Cæsar expertus, libro sexto ingenuè fatetur. Cogunt (inquit) equitum duo millia Sicambri, primos Eburonum fines adeunt, multos ex fuga dispersos excipiunt, magno pecoris numero potiuntur, inuitati prædâ longius procedunt. Qui postea sint ausi Sicambri, quos Germanos appellat, castra Cæsaris inuadentes, & Romanos retotore teplentes, prædáque onusti iter repetentes refert idem autor. Equidem Sicambri, ij fuere, quos Roma Ciceróq; Francos tunc temporis appellaunt. Horum rex fuit Autharius, anno ante Christum septuagesimo secundo. Inde colligimus regnum Francorum à sua origine ad annum 1161. quo nostet Commentatius scriptus est, 1632. annos adimpleros numerate. Nullum aliud regnum, nullam rempnblicam tam diu perduraste legimus. Venera enim nondum 1200. annos impleuit.

Regnum Franciæ interregno minimè abrumpitur.

70 ¶ Quamois aotem, scriptore Hunibaldo, post mottem Marcomiri Francorum tegis, ex Authatij stirpe, Franci deniq; eiusdem filij, in bello contra Valentinianum primum interfecti, tege per 25. annotum spatium Franci catuerint, à Ducibus gubernaó; stupe tegia oriundi illi Duces fuere, qui populum conseruarunt, donec assumpris viribus, & transecto Rheno, teceptáque à Romano præsidio Treuirorum vrbe, tota etiam Gallia vsque ad Sequanam. 71 ¶ Pharamundus elegerunt, qui Francorum primus Rex throno tegum in Gallijs fandauit, anno Domini 410. Et quidem Pharamundus ille directa linea & prosapia Francorum Regum fuit oriundus neque vllum fuit interregnum, tametsi dominao onis

Pharamundus in Gallijs regnauit.

Inde regnum Saüli tum eiuſdem poſteris ablatum eſt. 1. Sam. 15. 16. &c.

90 ¶ Quinetiam ereptum legimus Ieroboami filiis à Baaſa cæſis, propter idolatriæ crimen. Quóniam verò Iehu Baalitas interfecerat, templa & idola ſuccenderat, regnum illi poſtetiſque in quartam generationem conſeruauit Deus: 2. Reg. 10.

91 ¶ Tandem quum decem tribus Iſraëliticæ ardentius quàm antea idolorum cultum eſſent amplexæ, Samaria regni caput triennalem obſidionem quum toleraſſet, capta, & populus in captiuitatem ductus eſt à Salmanaſſate, anno poſt Salomonis exceſſum ducenteſimo quadrageſimo tertio 2. Reg. 16. Anno autem 290. idem Salmanaſſar reuerſus, Samariam expugnauit, & Iſraëlitas omnes abductos, nec non Ireneos bellatores Ephraimitas, anno ſexto regni Ezechiæ, in Mediam deportauit: 2. Reg. 17. Ita regnum Iſraëlis idolatriæ cauſâ planè cuerſum eſt, ſuxta Eſaiæ vaticinium, cap. 7.

Regnum Iſraëliticũ plane euerſum.

92 ¶ Iſraëlitico regno exciſo, Iudaicum per octoginta annos ſtetit. Quum enim pij & docti vni Ieroſolymam potius quàm Samariam incolerent, tardius corrupti ſunt Iudæi; ita vt poſt illam multorum annorum crudeliſſimam Manaſſis Ezechiæ filij lanienam, temporibus Ioſiæ tum iuuenis admodum,

Iudaici regni ſtatus & duratio.

93 ¶ Sacerdos quidam Ieroſolymitanus diuinæ legis librum reperrum tradiderit Saphan regis Cancellario. Is autem indicauit regi quid acciderat; vnde religionis inſtauratio, populiq; ad meliorem mentem teductio: 2. Reg. 22. Quapropter ſub Ioſiæ regno vindictam Deus cohibuit. At verò poſt Ioſiæ cædem.

Cancellarius ſapiens.

Pius Rex.

94 ¶ Iehojakimus in regno ſucceſſor, quòd prophetiarum Ieremiæ volumen combuſſiſſet, Ieroſolymá expugnatá, interfectus eſt, & cadauer eius aſini ſepulturam habuit, æſtui diurno & gelu nocturno proiectum. Ierem. 22. & 36. Iechonias in captiuitatem abiit. Eius ſucceſſor Sedecias in idololatria perſeuerans, iugum Nebucadnezaris excutere conatus, excidium vrbi attulit, & ſobole ſua coram iugulata oculis eruti occæcatus in Babylonem cum populo tractus eſt, tegno Iudaico in poſterum extincto. 95. ¶ quod non acciditſſet, ſi modò Iudæi propheticis ſermonibus attentas aures præbuiſſent. Longè antea craſſam ſupinámq; populi inſcitiam Eſaias damnauerat, quòd dicere recuſaſſent ſe in religionis negotio Dei vocem per prophetas declaratam ſequuturos: nec regis vel ſacerdotum mandata impia audituros. Quoniam verò ſcientiam veram populus repudiauerat, in captiuitatem deductus, rege, templo tabernaculo, ſacrificiis, pohóa deſtitutus, per ſeptuaginta annos miſerrima forte, veluti in ſepulchro latens, viſus eſt.

Inſipientes reges.

Idolatre regnum Iudaicũ peſſundant.

96 ¶ Ex Babylone in Iudæam reuerſus, regnum terrenum à Deo minimè recepit, cuius grauia toties tebellis fuerat, & Prophetas quam plurimos interfecerat: ſed ſacerdotium externum & Moſis ſacros ritus, vſque ad Meſſiæ aduentum ſolummodo obtinuit. Quicunque etenim poſt Macabæorum arma, contra Antiochum Epiphanem & eius poſteros pro Iudæorum patrocinio & Religionis liberate iuſtè ſuſcepta, reges Iudææ dicti ſunt, nomen illud iniuſtè vſurparunt: ideo à Romanis & ab Herode Idomæo quamprimũ oppreſſi ſunt. Herodem verò Antonius Triumvir, deín Auguſtus, modò Romanis pareret, Regem Iudææ conſtituit. Et Auguſtus Iudæos tanquam ſibi ſubditos per Cyrenium recenſuit, quo tempore ex virgine beata Ieſus Chriſtus vnicus Eccleſiæ Dei Seruator & Mediator natus eſt.

Qua ratione ira Dei vitari poſſit.

97 ¶ Neque regno Iſraëlitico, neq; Iudaico idolorum ſtercoribus polluto Deus, gloriæ ſuæ (quam ſtatuis & ſimulacris coocedere recuſat) zelotes, vindictam in ita ſua ſumens de iis qui filium eius vnicum Seruatorem & Mediatorem recipere detrectant, vllo modo pepercit: abſit igitur vt Franciæ regnum, propterea quòd durationem regni Iſraëlitici & Iudaici per reperita annorum ſæcula bis ſuperauerit, ſibi applaudat. quimmo Ezechiæ Ioſiæque, piorum regum in Iudæa, religionem ex Dei verbo inſtaurantium, idololatriato & idolorum ſacrificulos expellentium imitetur exempla. nec alia ratione imminens ira Dei vitari poteſt. Pſal. 2.

Res Eccleſiaſticas Franci & reges conſtituerunt.

98 ¶ Si quis obiiciat munus illud ad principes & reges minimè pertinere, is authoritatem principibus ac regibus à Deo commiſſum conuellet, in maieſtatis crimen incurret, in Deum blaſphemus apparet, quem calumniæ profanæ telis adoritur. Huius authoritatis exempla paſſim in hiſtoriis ſacris occurrunt: regnúmque Francorum domeſticis in eam rem teſtimoniis abundat. 99 ¶ Iamdudum enim Franciæ reges ſtatuta, leges, edicta de rebus Eccleſiaſticis promulgarunt, præſertim ad compeſcendas Eccleſiaſticorum nominatim verò Epiſcoporum & Pontificum Romanorum peſſimas artes. Nam ante 1250. annos Clodoueus Francorum rex primam Syoodum Gallicanam Aurelię indixit, & iuſſit haberi: in qua triginta tres Epiſcopi conuenerunt, atque triginta tres Canones Eccleſiaſticos conſcripſerunt, quos Gratianus monachus Italus fere omnes decreti ſui compilationibus inſeruit: & ad finem prioris partis Conciliorum addiros legimus. Vincentius hiſtoricus, lib. 11. huius Synodi meminit: Grananus item, diſt. 16. C. 1. annot.

Clodoueus primam Syoodum Gallicanam indixit & haberi iuſſit.

Caroli magni mores, leges, inſtitutaque Concilia.

110 ¶ Ante annos 800. Carolus Magnus Francorum rex, poſtea Occidentis imperator (vel, teſte Alberto Cranzio hiſtor. Eccleſ. lib. 1 ca. 2 titulos eiuſdem ex anóquis diplomatibus deſcribente, imperii Romani, gubernator, dominus & rex Francorum ac Longobardorum, Sexanúmq; dominator) non modò leges politicas, in hunc vſque diem à Saxonibus obſeruatas, conſtituit, verumetiam per Gallias quinque concilia haberi curauit: primum Moguntiæ, alterum Rhothomagi, tertium Rhemis, quartum Catalauni ad Ararim, quintum Atelatæ: in quibus Clero leges & regulæ præſcriptæ ſunt.

Ludouici Pij Conſtitutiones Eccleſiaſticæ.

100 ¶ Ludouicus Pius Concilium Aquiſgrani habuit, in quo præter Eccleſiaſticarum conſtitutionum libros, anno 830. promulgatos, veſtes pretioſas & artificio multo confectas Clericis abſtulit, Platina in Gregorio quarto, Roberto Gaguino, ac Paulo Æmilio teſtibus. 101 ¶ Iterum Carolus ſolus, dein cum Ludouico Pio imperij conſorte: poſtea Ludooicus per ſe, tandem adſcito Lothario filio natu maiore varias leges Eccleſiaſticas tum de doctrina Chriſtiana & Sacramentis, tum de Epiſcopis & Clericis ſanciuit.

Caroli Magni capitula.

101 ¶ Quibus legibus Eccleſia paruit, quemadmodum ex capitulis Caroli Magni, Ludouici Pij, Clothatij, & Grauani decreto facilè colligimus. In decreto autem quamplurimæ leges ex iſdem capitulis collectæ leguntur. Anſegiſus abbas autem capitulorum Caroli Magni & Ludouici Pij libros quatuor edidit etiamnum extantes. Qnorum ſummam his verbis idem abbas in præfatione ſua complexus eſt. Hoc notum ſit lectori, quia prædicta capitula, quæ per intervalla temporum à præfatis ſunt principibus edita, in quatuor diſtioxi libellos. Illa ſcilicet quæ Dominus Karolus Imperator fecit ad ordinem eccleſiaſticum pertinentia in primo aduuani libello. Ea verò Eccleſiaſtica quæ Domnus ac piiſſimus Ludouicus Imperator & Lotharius Cæſar filius ipſius ediderunt, in ſecuodo deſcripſi. Illa autem quæ Domnus Karolus in diuerſis fecit temporibus ad mundanam pertinenna legem, in tertio aduuani. Ipſa verò quæ Domnus Ludouicus præclarus Imperator & Lotharius Cæſar filius eius fecerunt, ad augmentum mundanæ pertinentia legis, in quarto congeſſi.

De ſincera verbi Dei adq; miniſtratione.

104 ¶ Priore libro c. 78. edicit Carolus lege ſancta & catholica, vt in Eccleſia libri Canonici ſactæ Scripturæ tantùm legantur. Idem ſtatuerat Concilium

Carthaginenſe tertium, can. 47. ſubiuncto Canonicorum librorum veteris nouique Teſtamenti catalogo. Docet præterea Carolus, c. 82. Eccleſiarum paſtores (mendicantibus & aliis monachis pulpitum ſ. conſcendentibus, nondum natis) quid agendum ſit; his verbis Summopere vobis videndum eſt, dilectiſſimi & venerabiles paſtores & rectores Eccleſiarum Dei, vt preſbiteri quos toritus per parochias veſtras ad regendum & prædicandum per Eccleſias populom Deo ſeruientem, rectè & honeſtè prædicent: & noo ſinatis noua vel non Canonica aliquos ex ſuo ſenſu, & non ſecundum ſcripturas ſactas figere & prædicate populo, ſed & voſmetipſi vtiha honeſtè & rectè, & quæ ad vitam ducunt æternam prædicate, ahóſq; inſtrunte, vt hæc eadem prædicent. Propoſitio deinde Symboli Apoſtolici, decalogi, dominicæ item oraoonis compendio, tandem ſubiicit: Ideo, dilectiſſimi, toto corde præparemus nos in ſcientia veritatis, vt poſſimus contradicentibus veritati reſiſtere: & diuina donante gratia verbum Dei creſcat, & currat, & multiplicetur in profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalutem animarum veſtrarum, laudem & glonam nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Pax prædicantibos, gratia obedientibus, gloria Domino noſtro Ieſu Chriſto, Amen.

Nouis apocryphis ſcripturis excluſis

105 ¶ Eiuſdem libri 1. capitulo 87. Statumm eſt (inquit Carolus: vt quicquid tempore impenj noſtri a fidelibus Eccleſiæ ſponte collarum fuerit, in duriotibus locis duas partes in vſus pauperum, tertiam in ſtipendia cedere clericorum aut monachoruos, in minotibus verò locis æquè inter clerum & pauperes fote diuidendum: niſi fortè à datoribus, vbi ſpecialiter dandæ ſint, conſtitutum fuerit.

Decollat's Eccleſiæ diuidendis, & non diuidendis

106 ¶ Cap. autem 83. Quia iuxtt ſanctorum patrum traditionem noumus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum: cuique noo ſolùm habita cooſeruate, verùm etiam Deo opitulante conferre optamus. Tamen vt multa ab Eccleſiaſticis de non diuidendis rebus illius ſuſpicionem dudum conceptam penitus amoueremus, ſtatuimus vtoeque noſtris, neq, fihorum & (Deo diſpenſante) ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitati voluerint, nullam penitus diuiſionem aut ractutam patiatur. Synodus Moguntina capitulum illud ſequota eſt, aduerſus Abbatom & Monachorum auaritiam turpiſq; lucri cupidinatem, à Gratiaoo repreſſam, cauſ. 20. quæſt. 3. c. vlt.

107 ¶ Eodem libro piam Chriſtianámq; legem de verbi Dei prædicatione ſancit Carolus, cap. 109 his verbis: Epiſcopos monemus, vt ſiue per ſe, ſiue per vicarios, pabulum verbi diuini ſeduló populis annuntient: quia, vt ait beatus Gregorius, ita contram ſe occulti iudicis excitat ſacerdos, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit, & vtipſi Clerum ſibi commiſſum in ſobrietate & caſtitate outriant, diuiniſque officiis imbuant, qui ritè ad ſactoſanctos Eccleſiaſticos ordines promoueri poſſint. Paulò poſt: Et vt ſuperſtitiones quas quibuſdam in locis in exequiis mottuorum nonnulli faciunt, eradicent. Poſtrema hæc verba Chriſti præcepto contenuiot, Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſoos: Luc. 9. 60. Dicto item Moſis, Leuit. 21. 1. 11. & Apoſtoli, 1. Theſſal. 4. 13 & Ambroſij, lib. 1. de Abrahamo Patriarcha, ca. 9. ſcribentis in dictum illud Geneſ. 23. 2. Surgens verò Abraham, quom receſſiſſet à facie mortui ſui; Docemur, inquit, non diu adhærere mortuis ſed eis deferre quod humamtatis officio ſufficit. Dictum verò Gregorij à Carolo citari, extat in eiuſdem libro de cura paſtotali, parte 2. cap. 4. primo item epiſtolar. lib cap. 24. a Gratiano poſtea in decreti volumine comportato, diſt. 43. can. 1.

Demortuoꝝ ſepultura.

Preces funebres veteres ex Pſalmorum cantu in ſpem reſurrectionis adornatas.

108 ¶ Toletana Synodus tertia, c. 22. ſtatuit, vt in Chriſtianorum ſepultura nullæ vſurparentur ceremoniæ, præterquam Pſalmorom cantus: precéſque funebres omnes reuocat, ad ſpem reſurrectionis cantum illum Pſalmorum reuocans. Ex Euangelicis aotem literis & Pauli doctrina Cannnis ſui ratione reddita, tandem infert, per vniuerſum orbem Chriſtianorum corpora eo modo eſſe inhumanda Fuit equidem Synodus hæc planè orthodoxa, quæ Arianam hæreſim anathemate ferit, atque quamplurimos, nominatim preſbyteros & Epiſcopos ab Arianiſmo ad veram fidem reuocauit. Et extat in Decreto Gratiani, XIII. q. 2. c. Quia diuina.

109 ¶ Ludouicus autem Pius, Caroli Magni Francorum regis & Romanorum imperatoris filius: Clotharius item Ludouici filius, Anſegiſi lib 2. Chriſtianiſſimam & ſanctiſſimam legem de ſacro Cœnæ Dominicæ ſacramento ſtatueruot, cap 40. his verbis, In perceptione corporis & ſanguiois dominici magna diſcretio adhibenda eſt. Cauendum eſt. n. ne ſi nimium in longum differatur, ad pernicieminiæ petrineat, dicente Domino, Niſi manducauerittis carnem filij hominis, & ſanguinem eius biberuis, non habebiris vitam in vobis. Si verò indiſcretè accipiatur, timendum eſt illud quod ait Apoſtolus, Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Iuxta eiuſdem ergo Apoſtoli documentum probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducate, & de calice bibere, vt videlicet abſtinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animámq; ſuam, præparet ſe ad percipiendum tantum Sacramentum, exemplo Dauid, qui niſi confeſſus fuiſſet ſe abſtinuiſſe ab opere coniugali ab heri & nudius tertius, nequaquam panes propoſitionis à ſacerdote accepiſſet, Et ca. 45. Vt ſi non frequentius, vel tes laici homines in anno communicent, niſi fortè quis maioribus quibuſtiber crimmibus impediatur.

Caroli Magni ſæculom vſum ſacramenti ſub vtraque ſpecie laicis mandari retinuit, teſte Ioachimo Vadiano, qui in Europæ deſcriptione varia decreta Germanicarum Synodorum, à Caroli Magni excuſſu habitatum, profert edita, quæ deſcriptione noo fert animus.

Communio ſub vtraque ſpecie.

110 ¶ Manifeſtum eſt communionem ſub vtraq; ſpecie laicis vtriuſque ſexus publicè & ſemper in Gallia, vſque ad Synodum Conſtannæ habitam, obſeruatam eſſe. Paulo poſt Baſilienſis Synodus eandem communionem Bohemis horúmqoe vicinis cooceſſit. Quinimo epiſtolæ decretales pontificum, non ita corruptæ vt ſextus, Clementinæ & extrauagantes, quæ poſtea ſucceſſerunt, communionem eandem haud improbant; & paroeciarum ſactiſtæ huios rei curam gerere præcipitur, vt ægroi ipſi panem & vinum ſacrum petentes ſumerent, quemadmodum refertur lib. 1. Decretalium, capite ſecundo & tertio tituli 24. de Archipreſbyteri officio.

Cardinalium origo.

111 ¶ Cæterum eum loco Cardinalium preſbyterorum nomine intelliguntur Curiooes. ita dicti, quòd paroeciæ præcipoani curam ger. nt. Illo etiam ſæculo & prionibus ab omni æuo, Romæ nominatim, Cardinales nihil aliud fuêre quàm paroeciarum curiones, ſicuti Gregorij Magni Romani Epiſcopi epiſtolæ teſtantur. Idem affirmat Cardinalis Florenonus Canoniſtarum princeps, qui ante 180. annos floruit, conſiliſque ſuis admiſcet, conſil 61. Cardinales Romanos aſſerens paroeciali iore niti in locis titulorum ſuorum.

Cardinalitij galeri.

112 ¶ Clotharij antem Cæſaris, atque Caroli Calui Franciæ regis & imperatoris, Ludouici filiorum, ſæculo, Leo quartus Romæ epiſcopus de gradu deiecit, ſancti Marcelli Cardinalem, quòd per quinquennium in paroecia ſua non teſediſſet: teſte Platina in Leone quarto. 113 ¶ Poſtquam verò Innoc. IV. Fridericum ſe condum imperatorem anno 1247. armis debellauit, ex eius ſpoliis (vt refert Platina) Cardinalibus robres galeros tribuit: ex quo telictis paroeciis ſuis Curiones illi Principes & Regum cognati facti ſunt.

114 ¶ Plures alias conſtitutiones Ludouicus & Clotharius euulgarunt de miniſtris & diſciplina Eccleſiæ, quæ paucis attingam. Priore libro Capitulorum Caroli Magni, cap. 2 Eorum, inquit, qui ad ordinandum veniunt, fides & vita prius ab Epiſcopo diligentet diſcutiatur, & poſtea ordinentur. Cap. 142. Preſbyteti non ordinentur, priuſquam examinentur, & excommunicationes paſſim ac ſine cauſa non fiant. Cap. 19. Non oportet Epiſcopum aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari. Vtrique deponendi ſunt, & qui ordinat, & qui ordinatur, nec non qui mediator eſt inter eos. Item de eadem re in Canonibus Apoſtolorum legitur; Si quis epiſcopus, aut Preſbyter, aut diaconus, per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur & ipſe, & ordinator eius, & à communione abſcindatur: quam hæreſim tam ipſe priuceps Apoſtolorum in Simone Mago terribiliter damnauit.

Epiſcoporum electio ad quos pertineat.

115 ¶ Præterea Carolus Magnus & Ludouicus Pius edixerunt capit. 84. lib. 1. Vt epiſcopi per electionem clericorum & populi, ſecundum ſtatuta Canonum de propria diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, vt exemplo & verbo ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeant. quam conſtitutionem Gratianus fideliter inſerit C. Sacratum diſtinct. 63.

116 ¶ Alibi verò liberos homines venire ad monachatus profeſſionem admitti, niſi per regem eis liceat: Relatum enim (inquiunt) nobis eſt, quoſdam non tam deuotionis gratiâ, quàm vt belli labores alitúdve Regi debitum obſequium vitarent, illud vitæ genus ambiuiſſe: alios autem auarinâ nonnullorum hæredipetarum eò fuiſſe inductos & adactos. Seruilis conditionis homines à dominorum ſuorum arbitrio pendere iubent. 117 ¶ Quæ lex honeſta ſanctaque damnat Valentis edictum, poſt Valentiniani fratris mortem promulgatum, quo (relatu Paoli Diaconi lib. 12.) monachi ad bellum proficiſci iubebantur.

Vt ſacerdotum officio.

118 ¶ Lib. 2. cap. 37. edicunt, vt iuxta Apoſtoli vocem ſacerdotes irreprehenſibiles ſint, moribus ornati, & nequaquam turpibus lucris deſeruant, iuxta illud quod ait Scriptura, Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Et cap. 41. Quia conſtat in Eccleſia diuerſarum conditionum homines eſſe, vt ſint nobiles & ignobiles, ſerui, coloni, inquilini, & cæteta huiuſcemodi nomina, oportet, vt quicunque eis præſunt, clerici ſiue laici, clementer erga eos agant, & miſericorditer eos tractent, ſiue in exigendis ab eis operibus, ſiue in accipiendis tributis & quibuſdam debitis ſciántque eos fratres ſuos eſſe, & vnum ſecum patrem habere Deum, cui clamant, Pater noſter qui es in cælis: & vnam matrem ſanctam Eccleſiam, quæ eos intemerato ſacri fontis vtero gignit. Diſciplina igitur eis miſericordiſſima, & gubernatio opportuna adhibenda eſt: diſciplina, ne indiſciplinate viuendo auctorem ſuum offendant: gubernatio, ne in quotidianis vitæ commeatibus prælatorum adminiculo deſtitui ſanciant.

De monachis & monialibus.

119 ¶ Præterea lib. 4. capitul. ſuorum, ſequentes articulos conſenſerunt, quos Anſegiſus lib. 1. ſuæ compilationis adiunxit his verbis, cap. 101. [poſtremæ editionis Pariſienſis, quam ſumus ſequuti,] Ne pueri verò ſine voluntate parentum tonſurentur, vel puellæ velentur, modis omnibus inhibitum eſt: & qui hoc facere tentauerit, mulctam, quæ in capitulis legis mundanæ a nobis conſtituta continetur, perſoluere cogatur. Et cap. 107. Ne verò puellæ indiſcretè velentur, placuit nobis etiam de ſacris omnibus qualiter obſeruandum ſit, hîc inferre. De tempore velandarum puellarum in Africano Concilio, cap. 16. continetur, vt non ante 25. annos conſecrentur.

De ſepultura

120 ¶ Et cap. 120. Vt nullus deinceps in eccleſia mortuum ſepeliat. Quod antea conſtitutum fuerat à Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio imperatoribus, circa annum Chriſti 380. &c. vt teſtatur l. 2. Col. *De ſacroſanctis Eccleſiis*, poſtea item in aliis Caroli magni capitulis, nec non in comitiorum Vvormatiæ habitorum lege Carolina, quam decretalium pontificiarum compilatores, auctoris nomine ſuppreſſo, ſibi tribuunt, C. 1. extra, de cenſibus, quemadmodum in annotat. ad contextum attigi, tum. in t. parr. ſtili Curiæ Pariſienſis, titulo 50. & in notis ad Gratiani decretum. C *Sanctum eſt*, 23. quæſt. 8.

121 ¶ Idem Carolus Magnus in edicto Martij menſis, regni ſui anno 11. priuſquam Auguſtus ſalutaretur, anno 22. cap. 8. homicidas ahóſve reos, mortis ſupplicio iure afficiendos, ad eccleſias confugientes, immunitate priuat: quod Iuſtinianus Magnus longè anteà conſtituerat, nempe circa annum Chriſti 540. ſicut in annotationibus ad Alexandri Conſil. lib. 7. conſ. 145. obſeruaui.

Epiſcopi & Clerici legibus obtemperare.

122 ¶ His multíſque eiuſmodi conſtitutionibus quarum deſcriptionem, breuitatis gratia ſubticere nolo, non tantùm laici, verùm etiam clerici, ſacerdotes, epiſcopi, atque adeo pontifices ipſi paruerunt, iuxta S. Pauli doctrinam, Romanis veteribus Chriſtianis traditam, Roman. capite decimoterno: *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubiecta eſto.* πᾶσα ψυχὴ, inquit Chryſoſtomus, Apoſtoli verba referens, *Omnis anima*, vt demonſtraret neminem ab hac ſubiectione eſſe immunem; etiamſi Apoſtolus, Propheta, Euangeliſta, Preſbyter, monachus nominaretur: quum etiam hæc ſubiectio pietati nequaquam obſit. Sanctus Petrus etiam, prima epiſtola, cap. 2. Subiecti eſtote, inquit, cuiuis humanæ ordinationi, propter Dominum: ſiue regi, vt qui ſupereminear, ſiue præſidibus, vt qui per eum mittantur.

Romani pontifices regibus ſubiecti.

123 ¶ Hiſtoria autem teſtatur, totam Eccleſiam, Romanóſque Pontifices, principibus fuiſſe ſubiectos, vt diſertis verbis traditur C. *De capitulis*, 10. diſt. vbi Leo quartus (inter ſanctos Romanos epiſcopos relatus) expreſſe humiliérque pollicetur ſe ortiano primo, Ludouici Pij filio, ſe imperatoria capitula & [illegible]tum etiam Caroli Magni & Ludouici Pij præcepta, diligenter, inuiolata fide, indefinenter, perpetuo modíque omnibus obſeruaturum: mendacem appellans enim qui ſecus dixerit vel in poſterum dicet. 124 ¶ quæ poſtrema clauſula obſeruatu digniſſima videtur, tanquam cenſura prophetico ſpiritu concepta, ſubiunctaque contra futuram pontificum ambitionem atq; vſurpationem, Canoniſtarum item impoſturas & fraudes, præſertim Archidiaconi & Alexandrini Cardinalis, qui in Canonem illum *de Capitulis* ſcribentes Leonem quartum puſillanimem appellarunt, ac ſi pauore preſſus huiuſmodi profeſſionem edidiſſet. Atqui Leo ipſe mendacij arguit iſtos, ſicut ante Gratianum Iuo Carnutenſis epiſcopus, decretorum ſuorum libro ſecundo teſtatur. Iterum cap. vltimo eiuſdem diſtinctionis Leo IV. ad Lotharium ſcribit, Clementiam veſtram ſupplices rogamus, ſicuti hactenus lex Romana (ab Imperatoribus Francicis edita) vim ſuam ſine vllo tumultu obtinuit, nec auditum ſit eam in alicuius gratiam vel tantillum violatam eſſe, vt etiamnum veſtra auctoritate ſarta tecta maneat.

Leo 4. coram Ludouico 8. ſpiritu cauſam dixit.

125 ¶ Idem Leo, poſtquam Lotharius cucullam induit, à ſycophantis crimine maieſtatis inſimulatus, nempe quòd imperium Græcis reſtituere moliretur eſſet, in iudicio ſterit coram Ludouico ſecundo, Lotharij filio, cuius iudicio eſt abſolutus, vt refert C. Nos ſi incomperenter aliquid egimus, 11. quæſt. 7.

Et de armis contra Saracenos induis reddit actio.

126 ¶ Idem Leo rationem prolixè reddidit Ludouico ſecundo, quod pro Italiæ & vrbis defenſione arma induerat, feliciterq; contra Saracenos pugnauerat. quod

tefertur *C. Igitur*, & ſequenti 23. qu. 8. quemadmodum in annotationibus meis ad eundem locum attigi, teſte etiã Plati. in Leone IV. Res ita habuit. Saraceni quum Oſtiæ vrbem & portum inuaſiſſent, vt ex improuiſo Romam (belli ſuſpicione liberam, præſidiario milite deſtitutam, præſentia ſubſidióque Cæſaris quem in tanto periculo implorate ciues non poterant, nudatam) ſine labore expugnarent atque diriperent, Leo epiſcopus Romanus ſtrenui bellatoris & imperatoris perſonam induens, populum ad arma conuocarum, vrbe excedens, duxit aduerſus Saracenos, quos alacri pugna aggreſſos proſtrauit, fudit, fugauit, multis in prælio deſideratis, aliis capris, in ſeruitutem adactis, vel iuſto mortis ſupplicio affectis. Capruos autem coëgit ad inſtaurationem profanotum & ſacrorum vrbis locorum, quæ Saracenorum maiores olim diruerant. Deinde Leo per nuncios apud Imperatorem in Gallia degentem, factum excuſauit, periculi improuiſi neceſſitatem cauſatus, & rem totam explicuit, ne in Imperatoris auctoritatem, & iuriſdictionem vel tantillum ſibi tribuere velle videretur. Id contextus C. *Igitur* aſſerit: vbi gloſſa prior præpoſterè & ridiculè, pro more Canoniſtarum, inferr vrbem Romam ad Pontificem, non ad Cæſarem, pertinere.

Roma non ad Pontificem ſed ad Cæſarem pertinet.

127 ¶ Atqui contrarium planè ſequitur, & inſtendum eſt: quotſum enim Leo negotij cauſas Cæſari aperuiſſet, vel tanquam ſubditus & imperij legibus adſtrictus, imò reus, iudicio ſtetiſſet, ſicuti diximus? Præterea videt Lector, quàm impetitè Canoniſtarum temeritas Leonem timiditatis arguens; quum prompta manu acies belli commeatu munitas fortitet profligauerit: & quàm iniquè dicta factáque Leonis, inter Diuos relati, nebulones iſti vellicent. Sed, quid miramur iſtorum audaciam, quum etiam in Chriſto & Apoſtolis improbent quicquid dictum in nouo Teſtamento legitur, quod ſuorum Pontificum ambitioſæ tyrannidi repugnet?

Ioannes 8

128 ¶ Pontifex Ioannes VIII. eandem obedientiam Ludouico ſecundo Etaocico Imperatori detulit: C. *Vides*, 10. diſtinct. vbi de iiſdem legibus agitur, ſicuti perſonarum, temporum, & aliarum circunſtantiarum hiſtoria demonſtrat, & infra proluxe declaratur.

Ludouicus 9. cognomine Sanctus.

129 ¶ Ludouicus IX. Francorum Rex, anno 1228. anteceſſorum ſuorum exemplo, iuxta veterum Canones, legem promulgauit aduerſus nouas Curiæ Romanæ technas, reſeruationes, exactiones, præuentiones: qua ſtatuit vt Franciæ epiſcopi & prælati, patroni item omnes ac beneficiorum collatores, iure ſuo plenè fruerentur: cuique ſua iuriſdictione conſeruata: cathedrales item Eccleſiæ, nec non collegiales, immunitatibus, decimis abiſque prouentibus gauderent, atque iuxta iuris communis diſpoſitionem, Concilio rum S. Eccleſiæ ſtatuta, ſanctorum patrum inſtitutionem, promotiones, collationes, prouiſiones & conſtitutiones prælatorum, dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum in Franciæ tegno fierent.

Pequationes Romanæ primæ Gallicanæ Eccleſiæ Synodo damnatæ.

130 ¶ Hæc ſanctio in gratiam libertatis Eccleſiæ Gallicanæ, conſeruationis Canonum & Conciliorum, nominatim primi Gallicani, promulgata eſt. Etenim Can. 19 quem Gratianus inſeruit, 16. q. 7. c. *Omnes Baſilicæ*, quotquot Eccleſiæ tum erant, præſentes, tum futuræ, diœceſeos Epiſcopo ſubiiciuntur. Præterea Ludouici lex ſartam tectam cuſtodit Synodi Nicenæ conſtitutionem, C. 6. & Antiochenæ, C. 9. quæ extat apud Gratianum, cauſa 9. qu. 3. C. *Perſingula*: conſeruat item veteres Cæſareas & Regias conſtitutiones contra abuſum teſeruationum, annatarum, præuentionum, & nouorum pontificum technas quæſtuarias. Porro legem hanc Ludouici in ſtilo Parlamenti Galliæ ſupremi, par. 2 ti. 3. art. 1. deſcribere & inſerere viſum eſt. Anno 1215. idem Ludouicus IX. aliam legem tulit aduerſus Simoniæ crimen peſtiferum eidem pattis 3. titolo additam art. 39.

Pragmatica Sanctio Ludouici 9.

131 ¶ Anno autem 1268. idem rex in ſolenni cotuenti legem Eccleſiæ Gallicanæ priuilegia conſeruantem ſcripſit, quæ S. Ludouici Pragmatica Sanctio dicta eſt. Hac lege Romanæ Curiæ exactiones, omnes iugulantur. Ex regeſtis ſuprematis Curiæ articulum ſequentem, vel potius eius ſummam deſcripſi. Exactiones, inquit, & grauiſſima pecuniarum oneta Gallicanæ Eccleſiæ à Curia Romana, in regni noſtri perniciem impoſita nullo modo colligi volumus, niſi ſit honeſta, pia planè neceſſaria cauſa, neceſſiraſq; prorſus ineuitabilis: accedente expreſſo mandato, proprióq; noſtro, nec non Eccleſiæ noſtri regni, motu. In huius legis expoſitionem regium Parlamentum vatia pronunciauit Senatus conſulta.

Philippus Bellus.

132 ¶ Anno 1303. Philippus cognomine Pulcher, nobilem legem, quæ *Philippina* dicitur, promulgauit, qua vetat epiſcopis, curionibus, & quibuſuis aliis regni Franciæ clericis, ſeu Eccleſiaſticis hominibus, nouarum decimarum, primitiarum, onerum inſolitorum exactiones: decimas vſitatas, nullas alias autem, permittens. Partem ſuæ iuriſdictionis ab Eccleſiaſticis vſurpatam, Philippus Valeſius repetit.

Carolus 5. Papæ.

133 ¶ Carolus V. cognomine Sapiens aduerſus Pontificum faſtum, tabularumque pontificiorum falſas opiniones *Somnium viridarij*, dialogum, in quo eques clerici ſophiſmata refellit, conſcribendum curauit. Biblia ſacra etiam Gallico idiomate, tum Lutetiæ Pariſiorum, tum in Gallia Belgica, Normannia & aliis regni partibus euulgauit, vt quiſq; natiua lingua ſua ſacris literis frueretur. Veteres illæ interpretationes etiamnum extant, cum inſcriptione, *De mandato regis Caroli V.* non modò nomine, ſed re ipſa principis ſapientiſſimi.

Adueſtria edicta & arrhemata Pontificia.

134 ¶ Præterea anno 1369. quinta die Ianuarij, idem Rex edicto prohibuit, ne Epiſcopi aliuve Franciæ prælati, horum item officiales, vt vocant, cenſuræ totam vel anathamatis interdictom in ciuitates, oppida, collegia, communitates vllas regni ſui promulgarent. Edictum illud inter veterum Curiæ Parlamenti ſuptemi conſtitutionum regeſta legitur, folio 62.

Carol. 6.

135 ¶ Anno 1395. Carolus ſextus edicto publico Pontificum & Catdinalium collectores rota Gallia expulit, extroneos dignitatibus Eccleſiaſticis exuit, Cardinalium atque Pontificum promotiones irritas & nullas eſſe declatauit. Iterum anno 1388. poteſtatem pontificiis exactoribus conceſſam reuocauit, inſtitq; regni ſui Eccleſiaſticis quæcunque ipſis eo nomine facultates ereptæ fuerant, reſtitui.

136 ¶ Edicto etiam, in ſtilo Parlamenti, patre 2. tit. 37. art. 1. à capite ad calcem addito, contra Cardinales aliósque Pontificis emiſſarios munerum Eccleſiaſticorum, quæ in regno poſſidebant, opima ſpolia extra Galliæ fines auferebant, collectores etiam qui Epiſcopotum, Prælatorúmque morientium facultates corradebant, mandauit vt omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum regni ſui, quæ à Catdinalibus cæteriſque extraneis poſſidebantur, reditus & penſiones à commiſſariis per iudices præſidiales delectis colligerentur, diſtribuerentur in neceſſarios & legitimos vſus: quod autem reliquum eſſet: iis ad quos ex iudicum arbitrio pertinteret, à commiſſariis perſolueretur. Epiſcoporum etiam, Abbatum, Priorum, Xenodochitarum & Leprioſitatum morientium facultates, à regis commiſſariis tractarentur, & mortuorum hæredibus legitimis conſeruarentur, vulturibus illis pontificiis excluſis.

Obedientia Pontificia ablata.

137 ¶ Paulò poſt Franciæ regnum & Delphinatus a Pontificis obedientia receſſit, quemadmodum ex eiuſdem curiæ regeſtis colligere licet. Franciæ hiſtoriographi illud omiſerunt, nempe Pontificis

ſtipendiarij, qui pluta beneficia ſperabant, ſuiſque commodis atte adulatoria cauebant. Coottà extranei viri, nobiles magna authoritate præditi, inter quos Baldus eximius iuriſconſultus, in Academia Patauina tunc temporis legum profeſſor, ſcribit tegem Franciæ, nempe Carolum ſextum, anno 1390. neque Benedicto 13. Auenioni, neque Bonifacio 9. Romæ ſedenti, obtemperaſſe: denique idem iuriſconſultus ſatis ſuperque demonſtrat illam obedientiæ ſubſtractionem iuſtam fuiſſe.

Baldus.

Pontificum Pictura.

138 ¶ Bonifacium boui, Benedictum efferæ beſtiæ comparat: vtrunque teſtimoniis Scripturæ ſacræ teprobaos, ſubiectis ex Pſalmo 100. iuxta vulgatam editionem his verbis, *Ambulans in via immaculata miniſtrabit mihi.* Quoniam verò vterque praua via incedebat, concludit Baldus nullum iſtorum eſſe Dei miniſtrum. Ad expoſitionis ſuæ confirmationem gloſſam ordinariam in eundem Pſalmum citat, in pronomen *Mihi* vbi gloſſa, *Mihi*, inquit, non *ſibi*, & continuò ſubiicit Baldus, *Sicut facimus iſti*, in prælectionibus & ſcriptis publicis dignum intendens in Pontifices, ſibi non Deo, neque Eccleſiæ Dei miniſtrantes. Id expreſſis verbis teſtatur in C. *olim.* col. penult. *De reſcriptis in Decretal.*

B

139 ¶ Circa finem huius lectuæ, ſcribit Pontificis intruſi acta, etiam priuſquam deponatur, eſſe vitioſa: quum verò canonica ratione probatàque via ingreſſus eſt, ac poſtea deſtituitur: quod ante executus eſt, ſtat, poſt deſtitutionem fit irritum. Præterea, contra Pontificem abutentem, primùm verbis, ſecundò herbis & remediis, tertiò lapidibus & violentia vtendum eſſe ait. Noo interfuit Coonſtantienſi concilio Baldus; antea enim ſatis conceſſerat: ſed eius authoritas multis in Conſtantienſi, deinde Baſilienſi, ſynodo congregatis profuit.

Remedia cõtra pontificii tũltum.

C

140 ¶ Pontifex anathemate percuſſit tegem, Principes, & horum aſſeclas, quum autem bullas ſuas neglectas videret, famoſum emiſit libellum, quo populum, ſacerdotes & monachos contra regem excitaret. Quidam libelli tabellarius, ſe Thoioſatem ouncium aſſerens. Curiæ Pariſienſis ſenatus conſulto, Iulij 16. anno 1401. libellum palam laceratum conſpexit.

Anathemata Pontificia.

141 ¶ Die vigeſimo ſexto eiuſdem menſis & anni lictores ex arce Lupara duos Bulliſtas, qui diplomata Pontificis attulerant, eduxerunt. Ij verò ignominioſe ttaducti, mitris chartaceis tedimiti, plauſtro ſtercoratio per vrbis compita pertracti ſunt: iuſſitque Senatus in ſeditioſos, & à regis edictis prouocantes, tanquam maieſtatis reos, ùiquiſitionem fieri.

D

Põtificis emiſſari duriter excepti.

142 ¶ Deinde Pontifex, ſiue Catalmales ac cameræ Romanæ ſetui, coram Parlamento Pariſino accedentes, & auditi, iudicium ſubierunt anno 1406. die 12. Septembris, quo iuſſi ſunt ab Annatum ptouentibus manus abſtinere, & exactos reſtituere nummos.

In eoſdem ſenatus conſultum.

143 ¶ Neque beri, vel nudiuſtertius Pontifices ſacrificulorum & monachorum operâ inuaſerunt, (ab iis enim iuramentum aduerſus quoſcunque exigunt) & contra regem in regno ipſo excitarunt tumultum. Circa annum 1300. Bonifacios 8. contra Philippum, cognomine Pulchrum eundem mouit lapidem. Conatus eſt autem iura tegalia, præbendarúmque, vt vocant, collationes ad tegem, propter ſummam in Gallia dignitatem pleno iure pertinentes, enertere. Deinde maiora auſus, quum adſcripſiſſet ſe in temporalibus & ſpiritualibus Dominum in vniuerſo mundo, atque adeo Franciam ſtuderet ſibi ſubiicere, Ioannem monachum Cononiſtam & Cardinalem legarum miſit à latere, qui non tantùm explotaret. verùm etiam Epiſcoporum atque Prælatorum animos in tegeoi accenderet, coouentúſque cum aſſedis ſuis clandeſtioos haberet, in quibus rex perduellis & hæreticus pronunciaretur, Franci à fidelitatis iuramento tegi

Francia regnũ turbare Pontifices conati ſunt.

E

præſtito abſoluetentur, rex toto regno pelleretur, vel tegia iura coactus telinqueret, Pontificémque dominum agnoſceret, quemadmodum id antea factum fuerat à Ioanne Sine terra, Angliæ tege.

144 ¶ Animaduerſis his atribus, fugâ monachus ſibi conſuluit: Bonifacius autem agens apetto matte Albetto Cæſari electo tegnum Ftanciæ dono dedit, coronam Impetij & Galliarum ei offetens, ſi modò Philippum armis aggrederetur: nec ſumptibus vllis deiode pepercit, vt Franciam peſſundater. Elogium iſti Bonifacio ab Italis ipſis magnique nominis ſcriptoribus adpictum eſt, *Intrauit vt vulpes, regnauit vt leo, mortuus eſt vt canis.*

Bonifacij 8. audacia ſumma.

Bal de 2 de nat feud coll. 1. in vlt feud

145 ¶ Martinus V. à Conſtantienſi ſynodo Pontifex electus, papatus poſſeſſionem pacificam quamprimum adeptus eſt, cumulatis monarchiæ ſuæ ptouentibus non acqueſcens (etiam ſi per triginta tres annos duo antipapæ hotum ptouentium ſubſidio fulti vixiſſent in delicijs, & armis certaſſent: ante ſexennium verò tres, dein quatuor ſimul Pontifices ſeſe eommodè ſuſtentaſſent) omnes & ſingulas eccleſias ſtipendiarias teddere, & veteres teſeruationes à ſynodo Conſtantienſi damnatas inſtaurare ſtuduit. At fruſtra; molitiones enim omnes, durante ſchiſmate quadragenario, præſertim in Franciæ tegnum, conflatæ, tunc euanuerunt. Quod vt commodius abſolueretur, anno ſecundo pontificatus Martini, Franciæ ordines tres Pariſiis conuocati ſtatuta atque edicta antiqua aduerſus Pontificum grauamina & vſurpationes Ordinum communi conſenſu & edicto anno 1418. Maio menſe renouata ſunt. Ex Ordinum præſcripto, quicquid ſuper eo negotio conſtitutum fuit: ipſo Martino ſignificatum, cui plenè acqueſceret, alioquin Pontifex non agnoſceretur.

Martini V. impiæ artes irritæ.

146 ¶ Quoniam verò id eſt præſtare Martinus & Cardinales detrectarunt, quinetiam interdicto Lugdunenſem Eccleſiam obligare auſi ſunt, ſupremæ curiæ arreſto, 1422. anno interdictum illud nullius momento & tanquam abuſiuum declaratum atque neglectum fuit. Procuratore autem tegio id requirente, inquiſitum eſt in quoſdam pontificios ſeditioſos, præſertim in Vniuerſitans tectorem qui ab edictis tegis ad Pontificem prouocauetat; tanquam in læſæ maieſtatis reos, ſicut ex eiuſdem curiæ tegeſtis colligere licet.

Eiuſdem audacia repreſſa

147 ¶ Eodem tempore Eccleſia & natio Germanica, iamdudum oppreſſa & expilata quæſtorum pontificiorum atubus quamplurimis ſupplicibus libellis onerum ſubleuationem poſtulaneta1. Ponnifices contra regerebant ſe ſpiritualia ſpargere temporalibuſ longè prerioſiora: Germanos centuplum per indulgentias pridem tecepiſſe. Æneas Syluius, tunc temporis agens, id luculenter in epiſtnlis teſtatur.

Grauamina nationis Germanicæ.

148 ¶ Qui quidem ſynodum Baſilienſem quamuis antea laudaſſet & valde probaſſet, poſtea tamen abolitam cupiens, in Pontificatus gratiam tot formas aſſumpſit, vt tandem voto potitus Germaniam ad Pontificis obedientiam perttaxerit, Friderici Auſtrij Cæſaris atmata manu adiutus. Ideo, quum Amedeus Sabaudus in eadem ſynodo electus, & Felix nominatus vi coactus eſſet Romano Pontifici ſedem vacuam telinquere, Frideticum illum Impetatorem coronauit Pius Pontifex.

Æneas Syluius verſipellis.

149 ¶ Carolus ſeptimus anno 1437. regni Franciæ ptælatis ptofectionem Ferrarienſem interdixit, quamuis eo citati eſſent ab Eugenio quarto Martini ſucceſſore. Anno autem 1438. ptagmaticam ſanctionem Biturigibus ſcripſit contra annatas, reſeruationes & artes pontificias. Anno 1440. diplomata publica, in curia Pariſienſi petlecta & probata promulgauit, quibus teſcripta pontificia, citationes, præuentiones aut cenſuras Romanas tegno ſuo eliminabat, ſecus facientes vt perduelles ſuppliciis adiudicans.

Carolꝰ VII. geſta ad⁹ pontificem.

Lud ouicus XI. parum æquus Pontifici.

150 ¶ Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, Ludouicus vndecimus Edictis publicis vetuit ne Francorum quiſquam Romæ pecunias mitteret, vel defertet, aut inde bullas adferret quæ Edicta tenouauit anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo, (ſicuti longè antea idem præſtiterat Philippus cognomine Pulcher) vigiles autem ad itinerum ſtationes certas conſtituit: beneficiatios quoſcunque iuſſit reſidere, ſecus facientes prouentuum perceptione priuauit.

Procuratoris regni egregiè facinus.

151 ¶ Quum verò Æneas Syluius ad Pontificatum peruenisſet, Ludouicus tum blandiiis pontificis illectus, tum Sixti quarti Æneæ ſucceſſoris fraude captus, pragmaticæ abolitionem promiſit: ſed optimo viro N. Santomauo, procuratore genetali, teclamante, tex malè promiſſum reuocauit.

Iulij 2 ingratitudo in Ludouicum XII.

152 ¶ Armis multas Italiæ vrbes acquiſitas Ludouicus duodecimus Iulio II. conceſſit, at ingratus Pontifex optimum regem ſannis exceptum, Italia tota expulit, atque in eundem Hiſpanos, Germanos, Heluetios, Anglos qui Galliam vaſtarent, pontificiis artibus excitauit: Synodum Piſis indictam ferro profligauit Mediolanum vſque, inde Lugduuum, Philippi Decij Iuriſconſulti, qui pro ſynodo ſententiam dixerat, ædes & muſæum diripi iuſſit. Quoniam verò idem Iulius dignitate pontificia ad tempus Lugduni priuatus fuerat, Gallos non tantùm communione priuauit, ſed etiam diplomata plenæ remiſſionis peccatorum conceſſit omnibus qui Francum occurrentem interfeciſent.

Ioannes Caſtellæ adminiſtrator Nauarræ regnum inuadit

153 ¶ Et quoniam primo occupanti Franciæ & Nauarræ regna dederat, Ioannes, cogn. Gipponus, regni Caſtellæ adminiſtrator, Pampilonam maximamque regni Nauarræ partem occupauit, ſpoliatis abſeotibus Ioanne Albreto regináque Catharina eius vxore, Gaſtonis Nauarræ regis filia & hætede, nihil quicquam eiuſmodi cogitantibus: neque inuaſoris iſtius ſucceſſores alio iure nituntur, ſicuti pndem in commentariis ad Conſuetudines Patiſienſes articul. 29. demonſtraui. Quicunq; hiſtorici quadringentos annos ante Caſtellam in regnum erectam vel natam ſcripſerunt, Auguſti Cæſaris ſæculo Pampilonam & regionem circumuicinam à Vaſconibus habitatam & poſſeſſam fuiſſe affirmant. Vide Strabonis Geographiam lib. 3.

Sathus Albigenſium reliquias ferro & igne perſequitur.

154 ¶ Quo autem ſpiritu Ludouicus XII. pius princeps, pupilique & iuſtitiæ amantiſſimus, impulſus fuerit, vt exercitum mitteret, qui igne & ferro Metindolenſes & Captarianos, Albigenſium ab Innocentij tertij ſæculo reliquias deleret, non eſt obſcurum. Vociferabantur pontificij Merindolenſes eſſe ſortiarios, inceſtuoſos, regem multa merita & diuitias à Deo ſedéque Romana impetraturum, ſi ſceleratos illos deleret, nec horum legatis præbetet autem. Reſpondit rex optimus, etiam ſi mihi bellum eſſet aduerſus Turcam, aut diabolum, quid dicere optarent intelligere haud recuſarem.

Horum hominum legatio.

155 ¶ Merindolenſium & Caprarianorum legatus liberè dixit Ludouico, Non proprio motu, Domine, nobis bellum inferes, ſed a Pontifice falſo accuſatore noſtro impulſus. Hunc minimè agnoſcimus qualem ſe iactat, nec audimus, quoniam errotibus ſuis nos ſeducere nititur. Credimus autem Euangelio, verbo Dei in bibliis ſcripto, Symbolum amplectimur Apoſtolicum, ſicuti Rex & populus eius profitentur. Hoc nomine infantes baptiſamus, Dei præcepta admittimus & obſeruamus: nec mortis ſupplicia detrectamus, ſi aliter viuimus, obnoxiè rogantes vt priuſquam vita priuemur, an tes ita necne ſe habeat, diligenter inquiratur.

Ludouicus Valdenſium priuilegia confirmat.

156 ¶ Rex N. Fumeum ſupplicum libellorum magiſtrum, & Sorbonicum doctorem Dominicanum Gulielmum Parui, regi à confeſſionibus, ad eos miſit. Perluſtratis patecis & templis, nullæ imagines, nulla Miſſarum veſtigia, vel indumenta, nullæ cetemoniæ pontificiæ appatuerunt. Accurata inquiſitione habita, criminum quæ Albigenſibus iſtis imponebantur, ne vmbra quidem viſa vel audita eſt. Contrà, liquidò conſtitit Merindolenſes cum ſocijs Dominicæ diei pios eſſe obſeruatores, infantes apud eos baptiſari iuxta primitiuæ Eccleſiæ ritum, cecte inſtitui in doctrina ſymboli Apoſtolici & diuinæ legis. Audita Fumei & Parui celatione, Rex iuteriuando affirmauit Valdenſes illos eſſe Francorum omnium optimos: eotundem priuilegia & immunitates confirmauit, copiáſque ad bellum paratas dimiſit. In faſciculo temporum, Coloniæ edicto anno 1541. vatiæ de Albigenſium religione diſputanooes legunmt

Horum confeſſio fub Valdenſium.

157 ¶ Sub Franciſco I. calumniæ in Merindolenſes & Captarianos actius quàm antea tenouatæ. Vt ſe ruerenruc, Confeſſionem fidei ſuæ Regi obtulerunt, his verbis è Gallico ſermone expreſſam.

Confeſſio fidei Valdenſium.

1 ¶ Credimus vnum tantùm eſſe Deum, qui ſpiritus eſt, rerum cunctarum conditor, pater omnium ſuper & pecomnia, in nobis oomnibus, adorandus in ſpiritu & veritate, quem ſolum exſpectamus, datorem vitæ, alimentorum, iudumentorum; proſperæ item valetudinis, infirmitatis, commodorum & incommodorum: hunc diligimus, tanquam omnis bonitatis authorem, & ceu cordium inſpectorem nouemus

2 ¶ Ieſum Chriſtum etedimus eſſe Patris filium & imaginem, in quo omnis plenitudo deitatis habitat, per quem cognoſcimus Patrem, qui noſter eſt Mediator & Aduocatus: nec vllum aliud ſub cœlo nomen hominibus datum eſt, per quod ſeruari nos oporteat. In huius nomen ſolum inuocamus Patrem: nec vllas preces effundimus coram Deo, præter eas quæ in Scriptura ſancta continentur, aut cum eiuſdem ſenſu planè conuenniot.

3 ¶ Credimus nos habere conſolatotem Spiritum Sanctum, à Patre & Filio procedentem, cuius inſpiratione precamur, & efficacia cegeneramot. Is in nobis omnia bona opera efficit: atque per eum in omnem deducimur veritatem.

4 ¶ Credimus vnam ſanctam Eccleſiam, omnium electorum Dei à conſtitutione ad finem mundi congregaoonem, cuius caput eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Hanc verbum Dei gubernat, Spiritus Sanctus ducit. In ea fincen Chriſtiani omnes verſati tetientur pro omnibus etenim indefinentec orat, grata Deo ad quem confugit, & extta quam nulla eſt ſalus.

5 ¶ Illud apud nos eſt conſtitutum, miniſtros Eccleſiæ, Epiſcopos nempe & Paſtotes, in moribus & doctrina itreptehenſibiles eſſe debete: alioquin deponendos, alióſque ſubſtituendos qui eotum locum & officium impleant. Nemo autem hunc ſibi honorem aſſumat, niſi a Deo vocatus, vt Aato, gregem Dei paſcens, non turpe affectans lucrum, vel vt cleris dominans, ſed prompto animo exemplum piis præbens, in ſermone, conuerſatione, charitate, fide & caſtitate.

6 ¶ Reges, Principes & Magiſtratus confitemur à Deo inſtituros eſſe miniſtros, quibus patendum ſit: nam gladium geſtant vt innocentes tueantur, & malos puniant. Propterea honotem eis deferre, tributáque perſoluere tenemur. Nullus autem ab hac obedientia ſeſe eximere poteſt, ſi modò Chriſtianus dici velit, Ieſu Chriſti Domini & Seruatons noſtri exemplum ſequens. Is enim tributum perſoluit, nec iuriſdictionem dominationémve temporalem vſurpauit. In ſtatu illo humiliationis gladium verbi cœleſtis exetens.

7 ¶ Credimus aquam in Baptiſmi ſacramento eſſe ſignum viſibile & exteinum, nobis reptæſentans

illud quod vitius Dei intus in nobis operatur, nempe Spiritus renouationem, & in Christo Iesu carnis noſtræ mortificationem: per quem etiam Chriſtum ſanctæ Dei Eccleſiæ membra efficimur, in qua fidei noſtræ profeſſionem & vitæ emendationem demonſtramus.

8 ¶ Sanctum menſæ vel cœnæ Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacramentum credimus eſſe ſacrum memoriale & gratiarum actionem ob beneficia per Chriſti mortem nobis collata, in cœtu piorum, in fide, charitate, ſuique ipſius probatione celebrandam: & ita panem & poculum ſumendo Chriſti carni & ſanguini communicare, ſicuti in ſacris Scripturis edocemur.

9 ¶ Coniugium eſſe bonum, honorabile ſanctum & à Deo inſtitutum profitemur: nemini prohibendum, niſi Dei verbum intercedat.

10 ¶ Pios & Deum timentes credimus Deo ſe probaturos vt bonis vacent operibus, quæ præparauit, vt in eis ambulent. Hæc autem opera ſunt charitas, gaudium, pax, paciencia, benignitas, probitas, modeſtia, temperantia, aliáque opera in Scripturis commendata.

11 ¶ Contra, fatemur cauendum nobis eſſe à ſpeudoprophetis, quorum ſcopus eſt, populum ab adoratione religioſa, vni Deo & Domino debita, reuocare, creaturis adhærere & confidere: bona opera in Scripturis mandata relinquere, & hominum figmenta ſequi.

12 ¶ Regulam fidei noſtræ vetus & nouum Teſtamentorum retinemus: ſymbolúmque ſequimur Apoſtolicum. Quiſquis antem dixerit nos aliam profiteri doctrinam, longè eum falli & fallere demonſtrabimus, ſi modò per iudices ordinarios nobis licear.

Merindolenſium & Caprarianorum ſupplicia.

159 ¶ Alij, inter quos Sleidanus, ptolixè deſcripſerunt Marindolenſium & ſociorum crudelem lanienam anno 1545. Quoniam verò regium edictum Pontificij obtendebant, Iudæorum more, Cardinalis quidam, qui tunc primarios rerum adminiſtrator habebatur, cædem illam damnauit: præterea Merindolenſium innocentiam in ſumma curia publica actione patefieri curauit: Franciſcus I. Henrici II. parentem tantum ſcelus nullo modo mandaſſe affirmans. Actio tantùm inchoata eſt ad finem Septembris 1551. bello aduerſus Pontificem & Cæſarem indicto, Tridentináque ſynodo à tege improbata. Tamen carnifices & rei tanti criminis, euaſerunt incolumes. Quod in actione illa præclarum apparuit, in confeſſione fidei Merindolenſium palam recitata (cui etiam tunc interfui) auditum eſt.

In cauſis Eccleſiaſticis Pontifices legibus Cæſareis parebant.

106 ¶ Vt ad propoſitum reuertamur, ipſum ius ciuile Romanorum leges varias continet, à Chriſtianis imperatoribus latas de perſonis & rebus Eccleſiaſticis, atque de tota domus Dei diſciplina: quemadmodum in Codice titul. de ſacris eccleſiis, de epiſcopis item & clericis; & tit. de obedientia epiſcopali. In nouellis etiam conſtitutionibus Iuſtinianeis, conſt. 3. de clericis ad certum numerum reducendis. conſtit. 5. de monaſteriis & monachis. conſtit. 6. de epiſcoporum & clericorum promotione. conſtit. 16. ne epiſcopus preſbytero vel diacono defuncto alium promoueat, quandiu alij iam promoti apparent, beneficiis excluſi, vacantiſque beneficij capaces. conſtit. 47. de Africanarum eccleſiarum regimine. conſtit. 56. qua curiones & alij ſub primaria Eccleſia conſtituti quicquam percipere in nonorum clericorum & ſacerdotum receptione prohibentur; niſi ſuis beneficiis primari velint. Deinde iubet Imperator, vt miniſterium Eccleſiaſticum putè adminiſtretur, gratis, abſque ſimonia turpiſve lucri cupiditate. conſt. 58. de clericis eccleſiam ſuam deſerentibus, iubet vt beneficia aliis conferantur, abſque redintegrationis ſpe. conſtit. 59. mercedem pro ſepultura, & pro defuncto-

A rum funere, exigi vetat. conſtitut. 67. reſidentiam præcipit Epiſcopis. Secus agentes reditibus & ſtipendiis priuat, aliiſque applicat vſibus.

Clericorum priuilegia.

161 ¶ Conſt. 83. rogatus ab Epiſcopo Conſtantinopolitano, clericis, quoad res tantùm ciuiles, modo etiam Epiſcopus iis non diſtrahatur, iuriſdictionis priuilegium concedit. Cauſas autem criminales iuriſdictioni ſæculari omnino relinquit, quidquid Epiſcopus obtendat vel polliceatur. Hanc conſtitutionem veteres Canoniſtæ probarunt & decreto ſuo inſeruerunt, 11. quæſtion. 111. in C. *Si quis cum clerico.* cõſtit. 123. de variis capitulis eccleſiaſticis, inter cæteta, ad præſcriptum ſancti Apoſtoli, 1. Corint. 14. Epiſcopi & ſacerdotes iubentur ſublata voce ſacras preces lingua populo fideli cognita pronunciare. quod poſtea Gregorius Magnus approbauit, ſua in prophetam Ezechielem præfatione. Præterea, conſtitut. 133. idem Iuſtinianus monachorum & monialium conuerſationem ordinat. & conſtit. 146. de Iudæis, quomodo ſacras Scripturas legere debeant.

Preces publicas quo voce & lingua pronunciandæ.

162 ¶ Porrò, certum eſt, Iuſtiniani aliorumve prædeceſſorum imperatorum Chriſtianorum leges valuiſſe legitimáſque fuiſſe, ſicuti conſtat tum ex Ioannis ſecundi epiſtola & confeſſione in lege *Inter claras. C. de ſumma Trinitate*, repoſita, verum etiam eſt veteris hiſtoriæ veritatis teſtis certiſſimæ, telatione fida, nec non ex hiſtoriis eccleſiaſticis conſentientibus, quibus vt ex nonnullis Eccleſiæ doctoribus, patefit ridicula vanitas (ne dicam indocta & adulatoria impietas) Canoniſtarum, qui dente ſycophantico leges ſacras Cæſarum arrodere auſi ſunt: ac ſi nullæ vel impiæ eſſent. Nec expendunt vel propter ingentem cordis cæcitatem obſeruant, ſeſe primitiuæ Eccleſiæ ſanctiſſimæ iudices conſtituere, ab ea diuortium facere, & à Chriſti corpore myſtico ſeparare.

Legibus Cæſareis parauerunt veteres Eccleſiaſtici.

Canoniſtarũ inſania.

163 ¶ Quum enim nemo (niſi mente captus vel fidei hoſtis) eat infidelis, Eccleſiam primitiuam, ſanctam illuminatam & gubernatam fuiſſe à Spiritu ſancto, ſæculique nouiſſimi Eccleſias longè antecellere: idem fateatur oportet, leges ab Eccleſia ſancta circa politiam externam latas, cum gratiarum actione ſuſceptas, tanquam Dei dona, quibus inxta doctrinam Apoſtolicam obediuit, legitimas & efficaces fuiſſe. Quinimo, non tantùm Iuſtiniani magni, ſed etiam anteceſſorum eius tum Chriſtianorum, tum Ethnicorum, qui religionem verè Chriſtianam creduliter perſequun ſunt, quatenus de fide & præceptis Dei non agebatur, legibus & edictis epiſcopi veteres, adeóque Romani pontifices, fideliter parnerunt.

164 ¶ Ita factum eſt, vt Cæſares idololatræ patientia & ſiricera Chriſtianorum obedientiâ fracti deuictique fuerint. Horum induſtria in magoi momenti negotiis vſi ſunt, reipſa experti nullos in toto imperio Chriſtianis iuſtitia & fide præſtantiores viuere. Id teſtantur Eccleſiaſticæ hiſtoriæ: Marcus item Aurelius, circa annum Chriſti 170. Senatus denique Romanus ab Aurelio doctus; referente Tertuliano in Apologetico contra gentes.

Marcus Aurelius.

165 ¶ Quid verò indocti Canoniſtæ reſpondebunt de Conſtantino magno, quem laudibus euehunt ſupra nubes, tanquam Eccleſiæ fulcrum & ſeruum? Is coram tribunali ſæculari lites eccleſiaſticas componebat, non tantùm per præfectos, proconſules, alióſve prouinciarum iudices ordinarios: verùm etiam ab illis inferiotibus iudicibus, nec non ab epiſcopis, quinetiam à ſeptuaginta epiſcoporum ſynodo prouocationes audiuit, vel per ſeipſum, vel per delectos iudicauit.

Conſtantinus magnus.

Prouocatio à Pontifice ad Cæſarem.

166 ¶ Hac ratione Romanorum epiſcopum & alios Conſtantinus delegit iudices: Romanus autem paruit, atque paſſus eſt à ſe prouocari ad Cæſarem, qui num benè vel malè iudicatum eſſet à Romano & aliis per ſe ipſum, aut per delectos in eam rem pronuntia-

uit. Nunquid tanti Principis, ipſiſmet teſtibus, factum damnabunt? Id ſi fecerint, nunquid litem Epiſcopis, Pontifici Rom. mouebunt, ideóque totam Eccleſiam primitiuam accuſabunt? Obiicient fortaſſe, huius temporis Epiſcopos & Pontifices, viuente Conſtantino quicquam mouere minimè auſos fuiſſe. Abſurda nimis & explodenda cauillatio. quid enim teſpondebunt Auguſtino, veterum omnium Theologotum præſtantiſſimo, qui anno poſt Conſtantini obitum ferè centeſimo, liberè ſcribens acta iudiciáque tanti Principis recitat & approbat, competentem iudicem eum agnoſcens: vt conſtat ex epiſtol. 88. 162. 163. diabúſque ſequentib. & cap. 21. lib. 1. Retractationum: teſtimonio item Nicephori, Græci monachi, libr. 7. cap. 43.

D. Auguſtinus.

Canoniſtæ fuis telis transfodiuntur.

167 ¶ Atqui ſuiſmet libris, multíſque argumentis, (quæ ex variis colliguntur contextibus excipiuntur) imò ipſis vulgatis contextibus falſitatis arguuntur: vt *C. Principes ſæculi. & C. Adminiſtratores*, cauſa. 15. quæſt. 5. quibus conſtat Principes & poteſtates ſæculares ſæpius in Eccleſiæ ſinu in perſonas & res eccleſiaſticas, ad inſtaurandam & conſeruandam Eccleſiæ diſciplinam poteſtatem ſuam exercuiſſe. Strictius quidem Canoniſtæ textus illos exponunt, nempe ſi perfunctotiè agant clerici, vel munere ſuo abuntur, aut ſi brachium (vt vocant) ſæculare in auxilium ſuum accerſunt. Nouis vocibus autem ſecurè ludunt ac ſi Regia Cæſareáve maieſtas, dignitas, authoritas, poteſtas, curiáque ſenatoria nihil aliud eſſer quàm ſiniſtrom brachium ab iſtis clericis dependens, & Eccleſiaſticorum mancipium, quorum Rex, aut Cæſar eſt Dominus & Princeps ſummus in terris, à Deo iuréque diuino conſtitutus. Magni decreti Canones haud ita contemptim loquuntur: nam de poteſtate & dominatu Principum ſic ſentiunt, vt Eccleſiaſticos Principibus, tanquam iis inferiores, non ſuperiores, ſubiiciant.

168 ¶ Fruſtra ſtudent nuperi iſti Canoniſtæ friuolis reſtrictionibus ludere, latebras in planicie captantes. Nam in ipſo Gratiani decreto, diſt. 10. *C. de capitulis & C. Vides. & C. Quis autem*, & C. vlt. vt ſupra nu. 123. (ne quid repetamus) expreſſa extant teſtimonia, de præcipua Regum & Cæſarum poteſtate, de eorundem legibus & conſtitutionibus in perſonas & res Eccleſiaſticas, non ſubſidiariò, vel vt negligentiam & abuſus quoſdam emendent, aut in adiutorium vocati, vel per acceſſorium quoddam manum operi admouendo, ſed præcipuè tanquam primarij legiſlatores, iure ſuo directo, vt ſuarum legum ab Eccleſia Orientali, Occidentali, Romanáque: neque modò veteſtiſſimæ Eccleſiæ Apoſtolicæ ſæculo, ſed longo temporum ſequentium interuallo, poſtquam Cæſarea ſedes Conſtantinopolin delecta eſt, deinde poſt diuiſum imperium.

169 ¶ Peccant etiam in contextum *C. Eccleſia*, & *C. Victor.* 97. diſt. C. 1. in qua pontifex Bonifacius primus, per libellum ſupplicem Honorium tunc temporis Italiæ regem, & Occidentis imperatrem, rogauit, lege perpetua ſtatuere veller, ne Epiſcopus Romanus vnquam ambitioſis attibus promoueretur. Id præſtitit Honorius, conſtitutione publicata de Romani Epiſcopi electione, qua ambitioſæ artes ab omnibus nominatim cleticis & eccleſiaſticis excogitatæ damnantur. Quòd ſi duo Romani epiſcopi (quod nonnunquam ambitioſorum factionibus accidit) eligerentur, vterque vt de gradu deiceretur, edixit: nouáque electione qui Eccleſiæ acceptus forer, eidem præficeretur. hanc conſtitutionem Gratianus inſecutus eodem *C. Victor*, omiſſis vocalis ad diſpoſitionem pertinentibus, quas antea tranſcripſerat, diſt. 79. *C. Siduo.*

Lex Cæſarea de Pontificis electione.

Canon Gregorij magni iurisdictionem Cæſaream temporalem agnoſcentis.

170 ¶ Alium Canonem, longè poſt ea, nempe imperio peſſundato, & quum Imperatores in Italiam A redire palam non audebant, ſed tantùm Exarcham Rauennæ reſidentem habebant, quòd Romæ ſubſiſtere non poſſet, conditum addimus, diſt. 53. *C. Legem* quo Gregorius magnus Romanus Epiſcopus anno 600. leges Cæſareas in Eccleſiaſticorum cauſis & negotiis agnoſcit, curátque obſeruari. Inter cætetas extat Mauricij Nouella, quæ milites aut ætarij publici quæſtores à Monachatus profeſſione, miniſteriſque Eccleſiaſticis arcet. Hanc conſtitutionem Gtegorius ad Italos & Siculos Epiſcopos obſeruandam mittit: ſicut legimus epiſtolarum lib. 1. epiſtola 11. vnde Caille *Legem* deſumptus eſt. Adde, quod idem Gtegorius ſæpius & ſetio in epiſtolis ſe Conſtantinopolitanorum Imperatorum, Exarcharúmque Rauennatenſium, qui horum nomine Italiam regebant, ſe ſubditum agnoſcit, eoſdémque dominos ſuos appellat.

B

171 ¶ Præterea Gelaſij primi, centum annos ante Gregorium magnum Romani epiſcopi Canonem ſubucio, diſt. 54. Qnis aut leges principum, inquit Gelaſius, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, niſi qui impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum? Actores ſiquidem filiæ noſtræ illuſtris & magnificæ Maximæ, petitorij nobis inſinuatione conqueſti ſunt, Silueſtrum atque Candidum Originarios ſuos (i. ſeruos dominatos) contra conſtitutiones (aduerſus ſeruos latas) & contradictione præeunte à Lucerino pontifice diaconos ordinatos. Ideo, fratres chariſſimi (Rufinum & Aprilem epiſcopos alloquitur) tantæ præuaricationis exceſſus noueritis ſagacius inquirendos: & ſi conſtiterit querelam veritate fulciri, continuò qui contradictione præeunte non legitimè ſunt creati, à ſactis officiis repellantur. Verum eſt quidem interdictum illud fuiſſe poſtea Iuſtiniani iuſſu moderatum, Nouel. 123. in varias regulas Eccleſiaſticas conſcriptâ, nec non à multis epiſcopis admiſſa, teſte *C. Si ſeruus fuerit*, &c. diſtinct. 54. cuius ſuperſcriptio Gratiani eſt, amanuenſium vel typographorum errore Leoni I. imperatori tributa. Sed ex Nouella titulus Iuſtiniani eſſe conſtat: ideo emendandam cenſeo ſuperſcriptionem illam, quam & in meis annotationibus ad Canonem illum reſtitui. Ideo videmus Inſtinianum Gelaſij primi canonem prohibitorum illum caſtigaſſe

Gelaſius I. iuxta leges principum, regulas patrum ſuspectas, ſeruos à meritis ad dignitatem Eccleſiaſticam arcet.

C

172 ¶ Alium Canonem profero paulò ante Gregorij pontificatum, 63. diſtinct. C. *Principali*, ſcriptum, quo conſtat nouellam in Italia ipſa paroeciam, non diœceſani neque Pontificis, ſed Imperatoris ſtatuto erectam eſſe. Exempli gratia, Principali (inquit Gelaſius) deuotiſſimorum militum, qui illic in ciuitate Centum collenſi conſiſtunt, telatione ad nos directa, ſacram inſinuant ſe clementiſſimi principis impetraſſe, quæ eis preſbyterum, diaconum, & ſubdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, vt perſonas ipſas videas, & diligenter inquiras ne aliquid contra canones commiſiſſent: & ſi eos inculpabiles reperetis, & vitæ ipſorum laudabile teſtimonium videris, veniente mediana ſeptima Paſchæ, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus, vnumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

D

Gelaſius ſacram ſibi ab ipſo Principe impetratam in ſuos Eccleſiaſticos & ſequitur.

E

173 ¶ Canonem alium poſt imperij ad Francos tranſlationem, ſubucio *C. De illicita*, cauſa 24. quæſt. 3. Eſt autem Synodi Pariſienſis conſtitutio, regnante Ludouico Pio, in qua verbatim nouella 123. Iuſtiniani *C. Omnibus vero* pro lege recitatur, & cauſ. 25. qu. 1. *C. Nemo Epiſcopus*, his verbis expreſſa eſt a Gratiano: Nemo Epiſcopus, nemo preſbyter, excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduerſus eam excommunicauerit aliquem: ille quidem qui excommunicatus eſt, maioris ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communionis redeat: is autem

Synodi Pariſienſis Canon de alio tyranno eiusdem pontificem.

Titulus eſt Dd. Iurisconſultorum nempe Iuſtiniani, rerum nomen illi diſſimulant.

qui non legitimè excommunicauit in tantum abſtineat tempus ſactoſancta communione, quantum maiori ſacerdoti viſum fuerit: vt quod iniuſtè fecit, ipſe tuſtè patiatur. C. autem *Illicita*, ſynodus Pariſienſis atteſtatur legem iſtam à Catholica Eccleſia probari & obſeruari. Atqui legis illius author magnus Iuſtinianus tunc temporis ante trecentos annos fato fuoctus erat.

A & Leuitas deſcriptos in ordines certos & 24. claſſes diſtribuit, vt vnaquæque familia per ſuas vices in perpetuum miniſterio ſacto inſeruiret: Chronicor. libr. 1. cap. 23. 24. 25. 26. quem ordinem Eccleſiaſtici liber, cap. 47. apprimè laudat.

Regis Franciæ authoritas.

174 ¶ Porro certum eſt Franciæ regem, in regno ſuo ſuptemum dominum, non minori poteſtate, quàm Iuſtinianus aut alij Cæſares in impetio ſuo, pollere. Et certè Synodus Pariſienſis, regis Francorum iuſſu, habita (vt refert *C. Secundum*, ad finem cauſ. 23. quæſt. 8.) tenouauit & obſeruandam propoſuit Ludouici Pij legem 10 capitulis extantem de collectionibus, decimis & oblationibus cuiuſque Eccleſiæ.

Politia legitur quomodò conſtruata.

179 ¶ Politiam illam Eccleſiaſticam ſub lege laudatiſſimus princeps Ezechias inſtauranit. Is enim quod tectum erat coram Domini oculis diligenter præſtirit, Dauidis patris ſui veſtigia ſequutus, excelſaque ſuſtulit & ſtatuas confregit. 2. Reg. 18. conſtituit item Sacerdotum & Leuitarum ordines, prout vniuſcuiuſque munus poſtulare videbatur.

Ordinis eiuſdem innouatio.

180 ¶ Hæc Dauidis inſtitutio, per eius ſucceſſores continuata ad Chriſti aduentum vſque perſeuerauit: ſicuti Lucæ 1. cap. ferme his verbis, Quum Zacharias ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum ſecundum ritum functionis ſacerdotalis. Erat autem ex vice Abia, quæ octaua fuit, iuxta Dauidicam inſtitutionem, 1. Chronic. 24. Ioſephus etiam in vita ſua, ſe natum ſacerdotem ex vice prima gloriatur.

Honorius author.

175 ¶ Ante annos 360. Honorij tertij Romani pontificis ſæculo, paulò ante Decretalium partum, nulla Romæ quæſtio fuit, num clerici, epiſcopi, vel ipſemet Pontifex legibus Cæſareis obligarentur ad res ſpirituales factas, vt ſupra, iuramentis: etiamſi in genere, non ſpeciatim de perſonis eccleſiaſticis agerent. Is eſt contextus C. 1. titul. *De iuramento calumniæ*, in Pontificum decretalibus, quo conſtituitur vt lex ſecunda Codicis Cæſarei titul. *De iuramento calumniæ*, in omni curia & iuriſdictione, quin etiam in Romana à quibuſuis Eccleſiaſticis obſeruetur, niſi alia lege, nempe Martiani imperatoris, cuius initium *Clericis*, §. *Quod ſi tu. C. De epiſcopis & clericis*, excipiantur. De huius legis autem interpretatione diſceptatum eſt: quàm nonnulli ad eletum conſtantinopolitanum, (quem propriè teſpicit, & cuius tantùm meminit) reſtrinxerunt, inferentes inde legis exceptionem & priuilegium alios Eccleſiaſticos non amplecti, quos Ioſtinianea conſtitutio retinebat. Alij verò dubij hæſerunt, quum Iuſtinianus Mattiani legem in Codicem ſuum comportarit: ideo iure communi, non autem Conſtantinopolitanis clericis peculiari, videri repoſitam.

Martiani lex.

Henricus Cæſar dictus Honorius 3.

176 ¶ Huic quæſtioni reſpondere Honorius 3. pontifex minimè præſumpſit, ſed iure Henrici Cæſaris Germanici ſenſum, ſequutus eſt. Is verò Martiani legem, quibuſuis omnium Eccleſiarum miniſtris generalem eſſe cenſuit, vt & Iuſtiniani 1 nullo modo verò teſtrictam. Agit enim de ſpeciali caſu, in cauſa certa iuſtaque iuramentum exigente. Henricus igitur vt vtrique legi ſatisfaceret, atque ſine offenſa confirmaret, nec recederet à lege diuina, perpetuo ſanciuit edicto, vt Epiſcopi, Abbates, ecclesiaſtici ve alij neque ore neque nomine ſuo amplius coram iudicibus ſæcularibus agerent, ſed per idoneos Syndicos & patronos, qui iuramentum calumniæ præſtarent, ea tamen conditione, vt ſi Eccleſiarum commoda præſentiam ſuorum prælatorum in iudicio requirerent, tunc ipſimet iuramentum illud ad præſcriptum legis Iuſtinianeæ præſtarent.

Pij reges falſæ religionem profligarunt.

182 ¶ Pij certè regni Iudaici reges pſeudoptophetas, idolorum ſacrificulos profligarunt, corruptam religionem teſtaurarunt, iuxta verbi Dei præſcriptum nitori ſuo reſtituerunt. Ezechias excelſa diruit, ſtatuas euertit, lucos ſuperſtitiosa aparos ſuccidit: ſerpentem æneum à Moſe iuſſu Dei erectum, cuminurum in puluerem redegit. ne Iudæi ad idololatriam eo amplius abuterentur. 2. Reg. 28. Sacerdotes & Leuitas congregauit, quibus ſincetam legis diuinæ cuſtodiam & obſeruantiam commendauit. Peccauerunt, inquit, Patres noſtri, & fecerunt malum in conſpectu Domini Dei noſtri, deteliquentes eum: auerterunt facies ſuas à tabernaculo Domini, & obuerterunt dorſum. 2. Chr. 29. c. His non acquieſcens pius rex, ad Iſraëlitas poſt cladem à Salmanaſſare editam, & decem tribuum tranſmigrationem, miſit literas exortatorias per curſores, regis iuſſu proclamantes, Filij Iſraël reuertimini ad Dominum Deum Abrahæ, Iſaaci & Iſraelis, ipſeque reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Aſſyriorum. Nolite fieri ſicut patres & fratres veſtri, qui receſſerunt a Domino Deo patrum ſuorum, & tradidit eos in deſolationem, quemadmodum vos cernitis. 2. Chro. 30. Ideo dicitur Ezechias fiduciam ſuam collocaſſe in Domino Deo Iſraëlis, 2. Reg. 18. qui ei adfuit, ita vt in omnibus proſperè ageret deuictis Aſſyriis & Philiſthæis. Ioſias, princeps piiſſimus, rex Iuda, religionem ex diuini verbi præſcripto, ſublatis traditionibus humanis, in integrum teſtituit. 2. Reg. 23. & 2. Chron. 35.

Regum magna antiquitas inter Ethnicos & Iudæos.

181 ¶ Ethnicorum mitto exempla, quorum teges ſacerdotale munus exercuerunt. Plato lib. de regno, Ægyptiis, Iſidorus erymolog lib. c. 1. has partes tribuit, Omiſſis variis exemplis & tebus geſtis ſanctorum tegum circa collationes oblationum templi, inſtantationes euiſdem, temoris ſacerdotibus, ſactâ pecuniâ regibus commiſsâ, 2. Reg. cap. 12. ſub Ioa. cap. item 21. ſub Ioſia. Salomon duodecim tribuum rex autoritate ſua fretus Abiatharum ſummum Pontificem loco remouit, Sadoco ſubſtituto. 2 Reg 2. & cum populo templum quod ædificauerat, dicauit, atque tori Eccleſiæ benedixit: 1. Reg. 8. Iudas Machabæus ſanctos Sacerdotes elegit, diuinæ voluntati addictos, vt ſacta loca polluta, templúmque Dei a Gentilibus & idolorum cultoribus prophanatum mundarent: 1. Machab. 4.

Scripturæ S. teſtimonis & exempla.

178 ¶ Verumtamen vt diuinis os eorum obtuteatur, qui a clariſſima luce veritatis connicti, ſophiſmatum nebulis tecti ſemper cauillantur, ſupetioribus dictis Scripturæ ſacræ teſtimonia & exempla ſuffragari aſſeto. Dauid rex, ad ſenium vergens Sacerdotes

184 ¶ Certiſſimum eſt igitur, etiam in Eccleſia & Dei populo Iſraëlitico, reges in ipſos ſummos ſacerdotes & clerum vniuerſum, dominum, auctoritatem & iuriſdictionem habuiſſe; conſtitutiones & canones de diſciplina & politia Eccleſiaſtica promulgaſſe: idque iure, inſtè, laudabiliter: nec propterea ſacrificiorum myſteria ſacra cetemoniáſve legales Sacerdotibus & Leuitis à Deo commiſſas tractarunt.

Munerū poteſtas eorum & eccleſiaſtica-rum diſtinctio.

Oziasrex, quum arrepto thuribulo adolere vellet suffitum supes altare thymiamatis, minarentirque sacerdotibus, statim orta est lepra in fronte eius. 2. Chronicor. 26. Aliud enim est sacrificare, & res sacerdotibus Ecclesiæque ministris commissas exercere: aliud sacerdotiorum titulos distribuere, disciplinam Ecclesiasticam restituere & in ordinem idoneum conseruare: quæ munera Deus distinxit, confundi autem minimè voluit. Id iterum Iosaphari regis Iudæ, laudatissimi principis, exemplo statutisque confirmatur. Eliseo prophetæ petcarus ille princeps, 2. Reg. 3. in segno suo iudices constituis in omnibus munus ciuitatibus, idq; oppidatim, quorum officium ad Normam Mosi præscriptam, Exo. 18. reuocauit. Sed & Iosofolymis constituit quosdam ex Leuitis & sacerdotibus, & ex principibus familiarum, qui controuersias ecclesiasticas iudicarent: præcipitque eis, dicens, Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto. Quæcunque causa venerit ad vos de fratribus vestris, habitantibus in ciuitatibus suis, inset sanguinem, & sanguinem, inter legem & præceptum, inter statuta & iudicia, moncatis eos ne delinquant, contra Dominum, ne ira Domini veniat super vos & super fratres vestros. Hoc si fecentis non delinquetis. Et ecce haberis vobiscum Amariam summum sacerdotem in omni negotio Domini: adhæc Sebadiam filium Ismaelis, principem domus Iudæ in omnibus negotiis regis: denique Leuitas, executores coram vobis. Fortes igitus estote & satagite: eritque Dominus cum eo qui bene egerit. Monitionis nomine institutiones intelligit ad legis diuinæ præscriptum efformatas. Ita pius rex sacrificia & meritè diuina sacerdotibus reliquit: potiuam verò tum ciuilem tum ecclesiasticam adornat, & regiæ auctoritatis nomine administrari curat à iudicibus delectis, qui in Ecclesiasticos & res iudiciarias ius coercitionis haberent. 186 ¶ Et certè princeps, magistratus, præfectus, quem Pontificij sæcularem appellans, custos est vtriusque tabulæ, rerum externarum respectu, idque Dei mandato peculiari: Deuteron. 1. Iosu. 1. Quapropter de externis operibus, vtramque tabulam respicientibus, iudicium ferre potest ac debet. Nec enim posterior tantùm, sed etiam prior Decalogi tabula ad vitam corporalem & temporalem, disciplinæ respectu, pertinet, dummodo ex lege diuina statuas, neque addat, minuat, vel peruertat in iudicando. Etenim si eo respectu Episcopus ipse vel quispiam alius Ecclesiæ minister, tantùm dispensator & executor dicendus est, multò magis magistratus ipse. Et circa finem tractatus de pace Constantiensi prudentes Baldus annotat, in rebus iuris diuini vel naturalis, summum principem nihil posse contra veritatis præceptum: alioquin quicquid fecerit nullum esse, quemadmodum quod à commissario vel procuratore contra mandatum committitur.

187 Nec iurisdictione lingiosa in rebus ad religionem pertinentibus sacerdotes gaudebant. Ad eos vnus tantùm religionis articulus & apex pertinuit, cognitione alia de cæteto spoliatos, teste Cicerone in oratione pro domo sua ad Pontifices: & T. Liuius decad. 4. lib 9. refert collegium Pontificum Senatui respondisse, de sumptibus ad religionis & deorum cultum pertinentibus cogninonem atque iudicium pertinere ad pontifices.

188 ¶ Quis autem in Ecclesia Christiana contendet, pios reges Israeliticis iofeuiores esse? Num Christus illos è grada dedit præripites? Sed quis alius? Non Christus equidem, qui regnum sibi à turbis oblatum respuit: Ioann. 6. Coram Pilato coam regnum suum esse de hoc mundo negauit constanter: Ioann. 18. Non Apostoli, non Apostolici viri, non vereres Theologi. Extant Sanctorum Petri & Pauli epistolæ, occurrunt aliorum scripta, præsertim Ambosij & Chrysostomi quibus adde C. *Magnum*, caus. 11. qu. 1. Vno ore omnes Regibus & magistratibus, Dei ministris, obediendum esse præceperunt, idque non tantùm ob iram, sed & propter conscientiam: Rom. 13. & 1. Petr. 2. modò ne quid contra Dei verbum instituant vel præripiant.

Verbi diuini discipulus & obseruator esse ut, oportet,

Formidem officium,

189 ¶ Præterea Christianorum Principum officium in eo consistit, vt passim & in cunctis suatum ditionum locis præcepta Dei obseruan curent: sicuti Hieronymus in commentat. ad Ierem. cap. 22. scribit, & refert Gratianus *C. Regum officium*, caus. 23. qu. 5. Id colligimus ex Dauidis, Salomonis, Ezechiæ, Iosiæ, piorum Iudæ regum historiis. Hos ideo laudibus effert spiritus sanctus, & in exempla propotuit, Ecclesiastici cap. 47. 48. 49. Augustinus item epist. 23. & Gratianus dist. 9. C. 1. Euanescant igitur præstigiæ, falsitates, & fabulæ Canonistarum quotundam, nempe Innocentij tertij & aliorum in *C. Licet in suscepto de foro competenti*. Hæc supradicta sans supesque murmurationum & irrisorum ora obturans, si qui forsatte superstans qui summam Regum auctoritatē allatare velint.

Auctorit ad Henricum 2. epistola.

190 ¶ Hic commodum occurrit, ad Henricum 2. regem, Calend. Ianuarij 1551. epistolā nostra, quum paulò ante edictum promulgasset contra patuas datas & Romanæ curiæ abusus. Hanc Gallicè scriptam, & ab omnibus auidè lectam, Casdinales, Sorbonici doctores, Curiæ Parisiensis Senatores, regiarum causarum patroni, precibus & minis impugnarunt, petentes vt a me improbaretur, vel saltem paterer è commentarij mei primis pagellis eam expungi. Ego vero non æqua vota respuens, epistolæ meæ suscepi patrocinium coram Curia, Camera, & sanctiore consilio Catalauni habito, vbi auditus sum, die 15. Maij. 1552. Epistola tunc scripta, postea ex Gallico in Latinum sermonem conuersa, hæc est.

Authoritas regia à Deo Pro 6. Rom. 13. C. quælibet.

Quo semper effectu ductus sum, Domine, vt honorem vestrum, nobilissimi regni vestri Reipublicæque Francicæ commoda procurarem, eodem impulsus scripsi, vobisque confecraui nouum hunc, imò peruetetem, quoad argumentum, & ses in eo tractatas, commentarium. Agit enim de regia authoritate vobis, nobilissimis etiam atque fortissimis antecessoribus vestris à Deo.

191 ¶ Collata, confirmata, sanctis legibus & constitutionibus statum, administratiouem, & gubernationem serum Ecclesiasticarum, tum ipsas ecclesias, tum ecclesiatum ministros, Franciæ nempe Episcopos atque prælatos respicientibus, obseruata: sicuti constat Carolum cognomine Magnum, Ludouicum Pium eiusdem filium, principes illustrissimos, Franciæ reges, aliósque quamplurimos eorum successores qui cum diademate sceptróque regio, maiestatem eandem & auctoritatem (indiuiduo nexu colligatas) ad vos transmisetunt.

Carolus Magnus.

Ludouicus Pius.

195 ¶ Vereres hotum principum, præsertim Caroli Magni & Ludonici Pij, constitutiones, in hunc diem, summæ vestræ Curiæ, segiarúmque Rationum Cameræ tegestis, aliis item authenticis libris & scriptis commissæ, partim etiam in Gratianici decreti compilatione venista insertæ teperiuntur. Has constitutiones ecclesiasticas etiam humiliter admisit & sespexit Ecclesia, quemadmodum ex Anfegisi Abbatis, Gregorij Turonensis, Pauli Diaconi, Aimoini historiis, nec non sanctis veterum Theologorum & Synodorum Canombus colligere licet.

Principum Christianorū auctoritas.

193 ¶ Nobiles illas antiquitates profectre necesse fuit, non vt nouam auctoritatem R. V. M. cuderemus sed vt eandem illam, solidam, perfectam, quam vestri maiores obtinuerunt & exercueruns, pro virili tuesemur, atque ostenderemus omni tempore viguisse, aduersus sciolorum & tenebrionum quorundam nebulas, queis vestræ dignitatis & auctoritatis Regiæ splendorem obscurare nitantur.

Pōtificiorum artes impiæ.

194 ¶ Huiusmodi næuis iamdudum Francia inquinata

quinata est : nec defuerunt sycophantæ qui nouis commentis & fallacibus vetbis primarium R. V. M. membrum ac decùs, summum nempe vestrum imperium, atque leges statutáque conden it potestatem vobis, tanquam regni Francix summo domino concessam, discerpere conati sunt. Ante 240. annos, iurisdictionem vestram regiam tanta violentia isti vsurparant, maximámque Francorum patrem à suo seduxerunt officio, vt neque audite vellent, neque statutis iudiciariis acquiescere. Rescripta, dicta, gesta Maiorum vestrorum adeo superbè deleuctant, summo iure vestro sublato, omnes Franciæ tegem in Ecclesiasticos homines, quos vocant, nullo iure agere posse statuerent, nisi impetrata ab eis venia, vobis, ceu mandatorum Ecclesiæ excutoti tantùm concessa :

Audacia profana.

195 ¶ Clericositem, neenon etiam simplici tonsura distinctos (quamuis nullo ecclesiastico ministerio ornatos, sed priuatos, sæculares, mechanicis artibus addictos, & metè laicos) neque potestati iurisdictionique vestræ, neque regis edictis putabant esse obnoxios, verùm ab iis planè immunes, haud vllo vestro antecessorúmque vestrorum priuilegio, sed proprio suo iure, vtpote nouos tetræ filios, qui gentem & monarchiam à vestra separatam constituerent.

196 ¶ Enimuerò intra regni vestri viscera nouum regnum haud vobis subditum, regni legitimi legibus obedire nescium, potestatis regiæ mandatis minimè adhærens, isti erexerunt : quoiomo regni vestri ciues

Philippus Valesius.

& incolas ad se pellexerunt : adeo vt Philippi Valesij laudatissimæ memoriæ regis, trisui vestri, tempore,

Petrus de Cugneriis.

M. Pettus de Cogneriis, Consiliarius & Aduocatus Regius, vir laudatæ memoriæ, non sine graui labore atque ingenti conatu vestram ad iurisdictionem reduxerit vsurpationes nonnullas à Gallicanæ Ecclesiæ episcopis eorundémque ministris & assecIis contextas, multósque R. V. M. subditos ad dubitam obedientiam perttaxerit, quos isti vel protsus, vel variis prætextibus, proptios sibi fecerant, exclusa R. V. potestate, magno cum eiuldem detrimento, dedecore, præiudicio.

Tyrannis intolerandæ.

197 ¶ Subditorum item egiotum distractione & oppteſſione. Hos enim ad sua ttibunalia rapiebant, prouocantésque Romam amandabant, vbi tum subditi vestri, tum Franciæ thesauri deportabanrur.

Decretalium & Canonistarum hæreſes.

198 ¶ At priusquam nona hæc Pontificum iura, quæ Decretalia dicta sunt, apparuissent, innouationes illæ & constitutiones in M. V. silebant : sed Decretalibus succedentibus, horúmque prælectionibus in Academiis Francicis permissis, eam sibi licentiam Pontifices tribuerunt, quæ V. M. auctotitatem iurisdictionémque penè deuorauit, ac subditos vestros distrasit. At Philippus Valesius sana sequutus consilia, doctis item præclatísque Aduocati sui generalis actionibus excitatus, manum reformationi quadantenus admouit.

Inficiæ eorundem.

199 ¶ Quum verò eerrum sit, Pontificios illos scripiores, Canonistas seu Decretalistas, qui eiusmodi fragmenta probatis & vetetibus legibus, nec non vestris constitutionibus præferunt, indoctos esse, Sacrarum Litetarum, historiarum, antiquitatum, primatorum, auctorum factorum Canonum, vetustissimarum Ecclesiæ Synodorum planè rudes & ignaros, io eodem errore versaotea, sycophantas agete, sacræ vestræ constitutioni obloqui ac resistere audiens, officio meo defuissem, si dubiotum quæ in singulos constitutionis illius articulos incidunt, ad consultantium & iudicantium institutionem, explanatione contenius, in præclaras illas antiquitates, sanctionea & Synodos Ecclesiæ non penettassem : quibus summa vestra potentia & auctotitas, circa res istas, conspicua fieret, atque adeo sycophantis & sophistis indicerctor silentium.

Caroli Magni præclara

200 ¶ Rem gratam ptæterea me vobis, fidisque A consiliariis, & bene etga vos affectis viris feciſſe confido, quòd detexerim, explicauerim, ac in memoriam lucemque reuocauerim factas illas constitutiones & leges Maiorum vestrorum, de rebus, Ecclesiasticis, sacris sanctionibus & vetustissimis Ecclesiæ Syoodis; eas præsertim quas Carolus Magnus de sincera vetbi Dei Sacramentorúmque administratione edidit, in Capitulis seu Canonibus Ecclesiasticis Episcopos compellans, vt verbum Dei populis diligenter annuntient, absque cuius sono incedere nequeunt, quin iusti iudicis iram prouocent : eleticoa etiam sobrios & castos esse cutent : præterea præcipiens omnibus vt corde toto in scientia veritatis ambulare satagant, ad conttadicentium confusionem; qua tatione verbum Dei etescat, currat & multiplicetur in profectum sanctæ Dei Ecclesiæ, & salutem (inquit) animarum nostrarum, ad laudem & gloriam nominis Domini nostri Iesu Chtisti. Quam sacram constitutionem clausulâ admodum commendabili obsignauit, subiciens, Pax prædicatoribus, gratia obedientibus, gloria Domino nostro Iesu Chtisto, Amen. constitutiones.

Religionis dignitas.

201 ¶ Nouerat ille sapientissimus & inuictus heros, puram Religionem, quæ Christiana vera atque vnica est, à Dei institutione & verbo omninu pendere, non ab vlla secundaria causa, nec homini, Angelo, vel qualicunque causæ aut creaturæ cuncessum esse, vt huic verbo quicquam addat vel detrahat, teste Psalmista, Cælum cæli Dumino, terram autem dedit filiis hominum. Psal. 115. Cælum hoc cæli, religionis veræ doctrina, ies illa supercælestis dispositioni diuinæ atque constitutioni in verbo inclusæ reseruata est.

Verbi Dei auctoritas.

202 ¶ Res vetò tertestres, Monarchiæ nempe, Respublicæ, sæculatia negotia, quatuus à summo Dei nutu pendentia, etiam ab hominum consilus, & aliis causis secundis quadam ex patte dependent, quarenus ius causis ea Deus alligauit. Ideo cultus ab Ethoiis excogitati falsitate, nullu ate, multiplici errore labotant : sicuti quæcunque priuatus quispiam in rebus ad Principem pruptiè pettinentibus & Maiestatis iudiciis tractauerit aut regiis vestris diplomatibus addideeit, vel dettaxerit. Nec enim tantùm crimine falsi, verum etiam sacrilegij & læsæ Maiestatis reus teneretur.

Christianissimi perfectio.

203 ¶ Sanctus Ioannes Euangelista de Christi doctrina eiusdemque certitudine ac perfectione ageos, testatur eam æterni Dei magno sigillo fuisse obsignatam, nempe in Chtisto Iesu, qui in cruce pro nobis oblatus clamauit sublata voce, *Consummatum est*, Quis igitur hute doctrinæ voculam ferre, vel aoferre audeat, quin crimine falsi, sacrilegij & læsæ Maiestatis diuinæ se alligei ? Idem sub veteti testamento seueté prohibuit Moses, damnarunt Propheræ.

Caupones metaendi.

204 ¶ Hieronymus in ea eapius prioris Esaiæ verba, *Caupones tui vino aquam miscent*, damnat tefellitque traditiones humanas, pro lege io religionis negotio constitutas. In sincera & immota Dei veritate, ceu vino puro, veta religio tantùm consistit. Explodit igitur een caupones falsatios quoicunque suia commentis vel aquis sincetitatem vini illius corrumpere tentant. Eiusdem Prophetæ cap. 25. verba extant, dein à Chtisto repetita, Matth. 15.

Regum auctoritas.

205 ¶ *In vanum me colunt doctrinis & mandatis hominum.* Quod de religione intelligendum est, non autem de constitutionibus quas tois subditis, Rex, potes præscribere, quarum obseruationi pet Apostolos suos Deus nos adstrinxit, non tantùm vt vestræ potestatis, in hunc finem à Deo institutæ, timore petcellamur, sed & propter conscientiam.

Palea & triticum.

206 ¶ Quo ad doctrinæ cælestis ptæconium, per Hieremiam Prophetam cap. 24. Hæc dicit Dei Spiritus, *Qui cunque verbum meum profert, verè loquatur. Quid palea tum tritico* ? In hunc locum scribens

Hieronymus, paleæ nomine traditiones humanas intelligit, non modò vulgares, verùm etiam eorum qui Dómini, Doctores & omnium præstantissimi videntur.

Scripturæ S. flatus.

207 ¶ Paulò post D. Augustinus Donatistas hæreticos oppugnans, dicebat. Non afferamus flateras dolosas, vbi appendamus quod vulumus & quomodo volumus, pro arbitrio nostro dicentes, hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam flateram de Scripturis sanctis, tanquam de thesauris dominicis, & in illa, quid sit grauius appendamus, immo non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus. Hoc vult Augustinus, eos dolosas flateras proferre, qui religioosem non ex solis Scripturis sanctis: verùm etiam ex hominum statutis & traditionibus librate atque ponderare studeant. Augustinus hæc habet lib. 2. contra Donatistas, cap. 6. tom. 7. & referuntur à Gratiano, causa 24. qu. 1. can. 21. *Non afferamus.* Alios prætereo locos perspicuos & expressos, ne actum agere velle videar.

Ludouici Pij constitutio.

208 ¶ Præterea, ne aliud exemplum ex piis Ludouici Pij constitutionibus ad religionem pertinentibus omittam: is non sensu humano impulsus, sed iuxta Dei verbum, de Sacrosanctæ Domini Cœnæ sacramento, instituit, vt ter in anno, ad minus. Corpore & Sanguine Christi deuotè laici communicent.

Alterò item Franciæ regum.

209 ¶ Alia constitutione vestes pretiosas & luxu diffluentes Episcopis & Prælatis eripit, eos humilibus vestimentis contentos esse iubens. Ingentem illum constitutionum acervum omitto, vt nonnulla de Ludouici Pij posteris attingam: inter quæ Diui Ludouici antecessoris vestri pragmatica occurrit, qua pius Rex Ecclesiæ Gallicanæ priuilegijs aduersus Pontificum noua iura & vsurpationes expresse cauit. Hæc verò recepta multisque summæ Curiæ vestræ solemnib. sanctionib. anno 1463. promulgatis suffulta est. Adde Philippi Pulchri, Caroli V. Sapientis, Caroli VI constitutiones, & huius etiam, nempe Caroli VI. edictum, & summæ Curiæ statutum aduersus Annatas, exactiones, & Curiæ Romanæ moliciones:

Philippi Augusti pronuncium ad Synodum Oecumenicam.

210 ¶ Præcipuè verò inter tot heroïca gesta, ad Oecumenicam Synodum Philippi Augusti, cognomine Conquestoris, prouocationem aduersus Innocentium tertium & eius legatos: qua via conatus minasque Pontificis cum hoste coniurato repressit, & reipsa fortiter exequutus est quòd à Parlamento constitutum erat de restitutione in integrum atque reuocatione ducatuum Aquitaniæ & Normanniæ, Comitatuum item Andegauensis, Manij & Turonensis, qui à Franciæ corona diuulsi fuerant.

Epilogus libelli.

211 ¶ Hic fillo gradum, ne ptuliuius agam. Epistolam meam vernacula lingua scribere conoeniens diai, quamuis Commentarium ad edictum contra paruas datas euulgauerim Latinâ linguâ. Nam tibi, Domine, fidisque Francis omnibus meus ille labor consecratus est. Etenim inter multos primi nos librum de Franciæ regno Francica lingua conscriptum R. T. M. vereque Francis omnibus, commodi, honoris, nominis R. T. M. studiosa dicatum exoptauimus. Deus Omnipotens, exercituum Dominus, omnis boni fons vnicus, tueri, conseruare R. T. M euehere in dies dignetur, ad nominis sui laudem & gloriam. Lutetiæ Parisiorum Calendis Ianuarijs 1551. stilo Francico.

Molinæi hostes & defensio.

212 ¶ Anoo autem 1552. hæc epistola horrendis modis traducta est à Sorbonicis coocionatoribus, qui clamoribus tribunitijs populum ad seditionem concitare studuerût. Cardinales accessêre, inter quos quidam qui tunc rerum habenas tractabat. Auctor verò Catalauni causam egit coram illustrissima Regina regnum tunc administrante, & iudicialia obtinuit diplomata ad curiarum regni Senatores, prouinciarum præfectos, diœcesanos, Sorbonæ Doctores, Episcoporum officiales, fidei Inquisitores & alios quoscunque, vsque ad regis absentis & de re tota certioris aduentum, coram cuius Maiestate Principumque sacro consessu auctor aduersus cunctos accusatores & oppugnatores audiri supplex postulabat. Agebatur enim præcipuè de iure regni, nec propositionem vllam erroneam maleuoli in ea quam impugnauerant epistola, neque in Commentario contra paruas datas, annorare potetant: sed collationem omnem detrectantes, inauditum hominem clamoribus stentoreis opprimere conabantur.

Quæ tandem fuerit eius conditio.

213 ¶ Neque sanctiotis consilij decretum, neque diplomata patentia, pro more significata, quibus summa Curia manum admoucre recusauit, aduersatiorum effreois potentia, factiones & artes adeo inualuerunt, vt auctor regno excedere coactus sit. Inseruiit aotem iuniori Hassiæ Landgrauio, cuius nomine obtinuit cunctas, ditiones, vrbes, arces & dominia, quibus parer eius Philippus, Cameræ imperialis arrestis tribus, dum captiuus viueret, pronunciatis gratuatus, tandem spoliatus fuerat. His peractis auctor in Franciam reuersus est, vt se Regi, quem ex bellica profectione reuersum esse nouerat, sisteret. Sed Cardinalium & Pontificiorum legatorum rechnis auctor longius quàm antea in Germania latebras capiare coactus, Principibus Regis Franciæ confœderatis operam soam accommodauit, lautissimis stipendijs quæ Regis Romanorum aliorúmque Principum nomine ei deferebantur constanter reputatis.

COLLATIO ET VNIO QVATVOR EVANGELISTARVM Domini noſtri Ieſu Chriſti,

EORVM SERIE ET ORDINE, ABSQVE VLLA confuſione, permiſtione vel tranſpoſitione, ſeruato: cum exacta textus illibati recognitione.

Per DOM. CAROLVM MOLINÆVM, Iurium Doctorem Sacrarúmque Literarum Profeſſorem, Conſiliarium, Libellorúmque ſupplicum Magiſtrum Illuſtriſſime Reginæ Nauarræ.

Cum breuibus eiuſdem Annotationibus ad finem operis.

Eſaiæ 12. *a.* 3.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

Daniel. 12. *b.* 4.
Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.

M. D. LXV.

ALTISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI SVO, CAROLO,

DEI GRATIA

FRANCIÆ REGI,

HVIVS FOELICIS NOMINIS NONO

CRISTIANISSIMO,

CAROLVS MOLINÆVS antiquus iurium Doctor, ſacrarúmque Literarum profeſſor, honoris & fœlicitatis incrementum deſiderat.

ZELVM *meum erga regiam ipſam Maieſtatem, eiúſque honorem & fœlicitatem, laborum meorum monumenta, à triginta octo annis edita declarant. Primum enim & deſideratißimum librorum meorum, Auo tuo Regi Franciſco primo dedicaui, tametſi nemini aulicorum notus eſſem, & multi præmia magna offerrent, vt eis dicarem: ſed omninò animo meo inſederat, Regiam ipſam Majeſtatem, prima, valdéque omnium Doctorum teſtimonia elaborata, ingenij mei fœtura honorare, Regíque & principi meo ſupremo obſeruantiam meam, hoc inſigni pignore edito, conſignare: vt eiuſdem libri finis teſtatur. Non prætermiſi primores conſilij Regij, Senatúmque ipſum ampliſſimum, quin libris meis ſingulatim honorarentur: vt quàm ſim Reip. & politeæ amantißimus, factis ipſis oſtenderem, meúmque peculiarem φιλοπολιτίαν omnibus approbarem. Mox vt magnus ille Henricus Valeſius, huius nominis ſecundus, pater tuus generoſißimus & valentißimus, ad Regiam coronam venit, duos præcipuos ex libris meis, alterum Gallicum, alterum Latinum, eius Majeſtati dedicaui & præſentaui: qui magna benignitate accepit. Supereſt ſucceſſiuo & hæreditario quodam iure, vt tibi, CAROLE, mi Princeps auguſtißime, aliquid laborum meorum dedicem: multos certè cudo libros, ſed inſignem vnum circunſpiciens tuæ Majeſtati dedicandum, auguſtius nec excellentius, nec maius, nec tua Majeſtate, tuóque fœlici nomine dignius, circunſpicere potui, quam*

hanc quatuor Euangeliſtarum IESV CHRISTI Collationem & Vnionem, nuper à me magis laboribus confectam: quippe quæ ſummi cæleſtis Regis ſtemmata continet. Cuinam ergo, niſi ſummo Regi dedicare queam? Deinde, totius Chriſtianæ pietatis fundamenta hic verſantur. Quare non niſi ſummo Principi dicari debent. Accedit, quòd ſub tuo fœlici principatu, hoc primum compoſui. Poſtremò, omnium operum meorum nullum eſt inſignius, nullum regia Majeſtate dignius. Et inſuper tale eſt hoc opus, vt mox in omnes linguas verti poſsit, & conſequenter nomen tuum, ô Rex auguſtiſsime, omnibus linguis celebrari, quod mihi tam iucundum erit, quam Majeſtatem tuam vnicè amo & colo. Itaque, ô Rex optime, & Princeps mi gratioſiſsime, Regia tua tibique inaata εὔνοια, hoc opus tibi tuæque Majeſtati dicatum, ſuſcipe: & antiquos labores meos: multis annis indignè vexatos, commendatos habe. DEVS pater Domini noſtri IESV CHRISTI te benedicat, ſeruet, & bene proſperet, & in omnibus conſiliis factiſque tuis ad gloriam ſuam, tuique & huius Regni fœlicitatem. Pariſijs Calendis Auguſti, Anno χειστογονίας milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto.

Tuus, & tuo, & paterno, & auito, iure:
CAROLVS MOLINÆVS.

EPITOME COLLATIONIS ET VNIONIS QVATVOR EVANGELISTARVM Iesu Christi,

Distincta in centum-vigintiquinque partes consecutiuas, iuxta rectum filum & ordinem textus Euangelici, seruato ordine temporis respectu dictarum singularum partium, absque vlla confusione, permistione, vel transpositione textus Euangelici.

Per Dominum CAROLVM MOLINÆVM *Iurium Doctorem, Sacrarúmque literarum Professorem.*

PRIMA pars simplex L. id est, vnius Euangelistæ. & vnius contexturæ: vbi solus Lucas loquitur de Annunciatione Præcursoris: Annunciatione & Incarnatione Christi: de Natiuitate Præcursoris, & Canticis Virginis matris, & Zachariæ.

L. c. 1.

Secunda pars duplex M. L. id est, ex duobus Euangelistis, & duabus columnis, distinctè continens quæ M. & L. de Natiuitate Christi scripseruut.

M. c. 1.
L. c. 2. vsque ad vers. 21.

Tertia simplex L. de his quæ solus consecutiuè scripsit de Circuncisione Christi, & Præsentatione in Templo.

L. 2. à vers. 21. vsque ad vers. 39.

Quarta simplex M. qui solus scripsit de Magorum aduentu, testimonio, & adoratione Christi: eiusque fuga in Ægyptum: & reditu in terram Israël, post cædem infantium Bethlehemiticorum, & mortem Herodis.

M. c. 2. vsque ad vers. 22.

Quinta duplex M. L. de habitatione Christi in Nazareth Galilææ.

M. 2. vers. 22. & 23.
L. 2. vers. 39. & 40.

Sexta simplex L. de priuata profectione Christi ætatis annorum 12. in Hierusalem, vbi triduo fuit in Templo inter Doctores, reductus per Matrem & Ioseph um Nazaretham: & de ius obedientia.

L. 2. à vers. 41. vsque ad fin. cap.

Initio vltimi Iubilæi anno mundi 4000. Septima triplex M. R. L. de Prædicatione & Baptismo pœnitentiæ per Ioannem Baptistam in deserto.

M. c. 3. vsque ad vers. 13.
R. c. 1. vsque ad vers. 9.
L. c. 3. vsque ad vers. 21.

Octaua quadruplex M. R. L. I. de his quæ scripserunt de Baptismo Iesu Christi: & cœlesti reuelatione diuinitatis & humanitatis eius in vna persona.

M. à vers. 13. vsque ad fin. cap.
R. 1. à vers. 9 vsque ad vers. 12.
L. 3. à vers. 21. vsque ad fin. cap.
I. c. 1. vsque ad vers. 15.

Noua triplex M. R. L. de Ieiunio, Tentatione, & Victoria Christi in deserto.

M. c. 4. vsque ad vers. 12.
R. 1. vers. 12. & 13.
L. c. 4. vsque ad vers. 14.

DECIMA pars simplex I. de Testimonijs per Baptistam publicè & nominatim factis de Iesu Christo: & eius prima breui & publica Professione, Prædicatione, & Miraculis in Galilæa: vbi apud Cana, in nuptijs aquam vinum fecit: & de eius prima publica Professione & Prædicatione in Hierusalem, vbi mercantes è Templo expulit, & Nicodemum noctu venientem, docuit: deque eius Reditu ad Iordanem, vbi per discipulos baptizabat plures quàm Ioannes Baptista, qui super quæstione Purificationis hinc orta cessit Christo, eique omnem auctoritatem detulit, vt soli vero sponso, qui propter murmur Pharisæorum redijt in Galilæam Gentium, transiens per regionem Samariæ, vbi Samaritanam & Sichimitas conuertit. 1. Paschæ.

I. 1. à vers. 15. vsque ad cap. 4. vers. 43.

Vndecima quadruplex M. R. L. I. de seconda Prædicatione & Miraculis Christi in Galilæa, mox ab incarceratione Baptistæ per Herodē Antipam facta: vbi relicta Nazaretha (vnde eiectus fuit) rediit Cana, vbi verbo filium Reguli sanauit: & venit Capharnaum, oppida & loca circumuicina, vnde præcipuos discipulos vocauit.

M. 4. à vers. 12. vsque ad vers. 23.
R. 1. à vers. 14. vsque ad vers. 23.
L. 4. à vers. 14. vsque ad vers. 33.
I. 4. à vers. 43. vsque ad fin. cap.

Duodecima simplex M. de magna professione Christi Capharnaum, circumeundo totā Galilæam,

prædicando Euangelium regni Dei, dæmones expellendo, morbos omnes sanando: in qua ptufectione magnam illam & præcellentem concionem io monte habuit, & Caphernaum tedijt. A

M.4.à verſ.13.vſque ad cap.8.

Decima tertia ſimplex M. qui ſolus loquitur de deſcenſu Chriſti de monte poſt dictam concionem, & de duobus inſignibos miraculis quæ rediens Caphernaum fecit in irinete ptimum ante ingreſſum vrbis ſanans leptoſum: ſecundum poſt ingreſſum vrbis ſanans puerum Centurionis, antequam Synagogam ingrederetur.

M.c.8.vſque ad verſ.14.

Decima quarta duplex R. L. de dæmoniaco liberato per Chriſtum, poſtquam ingteſſus eſt Synagogam. B

R.1.à verſ.23.vſque ad verſ.29.
L.4.à verſ.33.vſque ad verſ 38.

Decima quiota triplex M. R. L. de Chriſto ex ea Synagoga digreſſo in domum Petri, vbi ſocrum eiur ſanauit: & eadem die veſperi multos dæmoniacos, & omnes infirmos.

M.8.à verſ.14.vſque ad verſ.18.
R.1.à verſ.29.vſque ad verſ.35.
L.4.à v rſ.38.vſque ad verſ.42.

Decima ſexta duplex R.L. vt mane ſequenti ante lucem Chriſtus exierit in deſertum otate, nec togarus redire voluit Capheinaum: ſed alijr quoque ciuitatibus Galilææ prædicare. C

R.1.verſ.35.36 37.38.39.
L.4.verſ.42.43 44.

Decima ſeptima ſimplex L. de concione Chriſti in naui ad ſtagnum Genezareth, ingenti captura piſcium pet Petrum, qui eum Iacobo & Ioanne ſtupenres, confirmati à Chriſto, relictis omnibus ſequuti ſuot eum.

L.c.5.vſque ad verſ 12.

Decima octaua duplex R.L. de leproſo ſanato, & iuſſo munus ſecundum legem Moſis offerre.

R.1.à verſ.40.vſque ad cap.2.
L.5.à verſic.12.vſque ad verſ.17.

Decima nona ſimplex M. Ieſus teuerſus ad littora D matis Galilææ, ſeo dicti ſtagni, ſuprà patt. 17. etiam videns multas circa ſe tut bas: quia ſatis tum ad Occidentale littus docuerat, voluit more ſuo in vltetiorem, id eſt, Orientalem ripam ttaijcere, vt ibi quoque doceret: & ingreſſurus naoem ſcribam ſe offerentem detetruit, vni verò è diſcipulis eommeatum ad ſepeliendum patrem petenti, denegauit: ſeque ſtatim ſequi iuſſit. Tempeſtatem matis exeitatus ſedauit, & appulſus regionem Gergeſenorũ duos dæmoniacos ſanauit dæmonibus eiectis in porcos, qui petierunt in mari. Gergeſeni rogant Ieſum diſcedere è finibus ſuis.

M.8.à verſ.18.vſque ad fin.cap.

VIgeſima pars ttiplex M.R.L. de reditu & prædicatione Chriſti in Caphernaum, paralytico ſanato, vocatione M. murmure Phatiſæotum, & reſponſo ad eus & ad Baptiſtæ diſcipulos. E

M.9.vſque ad verſ.18.
R.2.vſque ad verſ.23.
L.5.à verſ.17.vſque ad fin.cap.

Vigeſima prima ſimplex M. de filia cuiuſdam Principis ſuſcitata, & muliere fluxum ſangoinis patiente, duobus cæcis, & vno muto, & dæmoniaco liberatis.

M.9.à verſ.18.vſque ad verſ.35.

Vigeſima ſecunda ſimplex I. de ſecunda publica profectione Chriſti in Hieruſalem, de Piſcina, & 38. annis languente ſanato, prædicatione, & diſputationibus contra Pontifices & Rabinos Hieroſolymæ, qui contra eum conſpiarunt..

I.cap.5.

Vigeſima tertia duplex R.L. de Ieſo tranſeunte per ſegetes poſt 1. Paſcha, relicta tebelli Hieroſolyma, 2 Paſcha. vbi quærebant eum occidete. I.5.16 18. & de diſcipulis vellentibus ſpicas, de teſponſo per exemplũ Dauidis ad calummam Phariſæorum, de dextra arida ſanata ſabbatho, & conſpitatione Phariſæorum cum Herodianis.

R.1.à verſ.23.vſque ad cap.3.verſ.7.
L.6.vſque ad verſ.12.

Vigeſima quarta duplex M R. Ieſus relicta etiam Iudæa, poſt dictam conſpitationem, ſeceſſit in Galilæam inferiorem, circumiens ciuitates omnes & vicos, docens ac ſanans.

M.9 à verſ 35 vſque ad fin.cap.
R.3.à verſ.7.vſque ad verſ.13.

Vigeſima quinta ttiplex M R.L. Ieſus aſcendit montem, pernoctans in otatione, & orto die cõuocat omnes diſcipulos ſuos, ex quibus inſtituit duodecim Apoſtolos.

M.10.verſ.1.2.3.4.
R.3.à verſ.13.vſque ad verſ.20.
L.6.à verſ.12.vſque ad verſ.17.

Vigeſima ſexta ſimplex M Mandata quæ dedit tecèns inſtitotis Apoſtolis, ad prædicandum emittendis.

M.10.à verſ.5.vſque ad fin.cap.

Vigeſima ſeptima ſimplex L. Ieſus deſcendit cum illis de monte: & ſtetit in loco campeſtri, concionem inſignem habens.

L.6.à verſ.17.vſque ad fin.cap.

Vigeſima octaua duplex M. L. Ieſus finitis, ram mandatir datis in monte, recenter electis Apoſtolis, quàm dicto celebri ſermone ad populos in loco campeſtri: Progrediiur nunciterum doctutus in ciuitatibus & primò ingreditur Caphernaum.

M.11.verſic.1.
L.7.verſic.1.

Vigeſima nona ſimplex L. Ieſus ingteſſus Caphernaum, antequam ingrederetur domum, ſanauit verbo ſeruum Centurionis motientem.

L.7.à verſ.2.vſque ad verſic.11.

TRigeſima pars ſimplex R. Ieſu domum tandem ingreſſo diſcipuli coacti ſunt egredi ad arcendam turbam accurrentem, ne impedirentur ſaltem ſeròpanem edere.

R.3.verſic.20.21.

Trigeſima prima ſimplex L. Ieſus deinceps iens Naim: ſuſcitauit filium viduæ, dum ferretur ad ſepulchrum.

L.7.à verſic.11.vſque ad verſ.18.

Trigeſima ſecunda duplex M. L. Ioannes Baptiſta audiens in carcere facta Chriſti, mittit duos è diſcipulis ſuis ad eum: qui verbis & nouis etiam miraculis reſpondet: & illis abeuntibus, ſplendidom de Baptiſta teſtimonium facit ad populum: ingratitudinem & ſtupiditatem Iudæorum arguens.

M.11.à verſic.2.vſque ad verſic.20.
L.7.à verſic.18.vſque ad verſic.36.

Trigeſima

Trigeſima tertia ſimplex M. Chriſtus exprobrat,& dira minatur ciuitatibus impœnitentibus,paruos veſò & laborantes fideles ſolatur,& ad ſe allicit.

M.11.à verſic.20.uſque ad fin.cap.

Trigeſima quarta ſimplex L.de Muliere quæ fuerat peccatrix: quæ domum Phariſæi, vbi Ieſus diſcumbebat, ingreſſa retro lachrymis rigauit pedes Ieſu, & capillis ſuis terſit, & vnguento vnxit: & de reſponſo Ieſu ad eam, & ad præpoſterum iudicium Phariſæi.

L.7.à verſic.36.uſque ad fin.cap.

Trigeſima quinta ſimplex. M. de Diſcipulis ob famem velleutibus ſpicas Sabbathis, Ieſu eunte per ſegetes in Galilæa, murmure Phariſæorum compreſſo per Ieſum, qui Synagogam ingreſſus ſanauit manum aridam, & Phariſæis conſpirantibus, ſeceſſit, ſanans omnes, vetans ne ſe manifeſtareor, & oblatum dæmoniacum cæcum & mutum, ſanauit,

M.12.vſque ad verſic.24.

Trigeſima ſexta duplex M. R. Blaſphemia Phariſæorum & Scribarum confutatur exemplo regni aduerſum ſe diuiſi, & eorum in Spiritum ſanctum peccatum irremiſſibile declaratur.

M.12.à verſic.24.uſque ad verſic.33.
R.3.à verſic.22.uſque ad verſic.31.

Trigeſima ſeptima ſimplex M. de bona & mala arbore, vetbiſque otioſis: de Scribis & Phariſæis petentibus ſignum: & per multa exempla excluſis, & comminatis.

M.12.à verſic.33.uſque ad verſic.46.

Trigeſima octaua duplex M.R.de Matre & fratribus Chriſti qæreotibus eum: qui alios noo agooſcit, quàm facientes voluntatem Dei patris ſui.

M.12.à verſic.46.vſque ad fin. cap.
R.3.verſic.31.uſque ad fin.cap.

Trigeſima nona ſimplex L. de Mulieribus quæ de ſuis faculratibus miniſtrabant Chriſto, circumeoti ſingulas ciuitates & caſtella, ptædicando verbum Dei.

L.8.vſque ad verſic.4.

QVadrageſima pars triplex M.R.L. Parabola ſeminis cadentis io viam, petras, ſpinas, & bonam rettam.

M 13.vſque ad verſic.14.
R.4. .vſque ad verſ.26.
L.8.à verſic.4.uſque ad verſic.19.

Quadrageſima ptima ſimplex L. Mater & fratres Ieſu, quærunt eum coocionantem, qui reſpondet eos eſſe, qui audiunt & cuſtodiunt verbum Dei.

L.8.verſic.19.20.21.

Quadrageſima ſecunda duplex M. R. Quatuor alias parabolas dat Ieſus turbis, quarum duæ zizaniorum & fermenti recitantur à ſolo M. Voa, ſcilicet, de ſemine creſcente, ſeminatore dormiente, vel aliud ageute per ſolum R. Alia de graoo ſioapis per M.R.qui plures alias parabolas omittuot: quas omnes Ieſus ſeorſim diſcipulis ſuis exponebat.

M.13.à verſ.24.uſque ad verſ.36.
R.4. à verſic.26.uſque ad verſic.35.

Quadrageſima tertia ſimplex M.Ieſus dimiſſis turbis, ingreſſus domum, diſcipulis expunit parabolam zizaniorum, & tres alias addit parabolas: & voam de Tbeſauro: alteram de Negotiatura quærente pulchras Margaritas: tertiam de Verriculo iacto in mare; quod eis exponit, & mox diſcedit,

M.13.à verſ.36.vſque ad verſ.54.

Quadrageſima quarta duplex R.L.Ieſus intrat nauem traecturus io vlteriorem orientalem ripam: Excitatus, increpans ventum & tempeſtatem, iubenamati ſilere, fecit tranquillitatem magnam. Appulſus Gadarenos, pelli ab homine legionem dæmonum, quos permiſit ire in gregem ſeie bis mille porcorum, qui decurrentes in mare, ſubmerſi ſunt. Gadareni rogarunt Ieſum exire fines eorum: qui nauim ingreſſus, noluit recipere liberatum à Legione: ſed iuſſit eum ad ſuos ire, & quanta ſibi feciſſet Ieſus, ptædicate. Quod fecit etiam in Decapoli, & omnes mirabaotur.

R.4.à verſic.35.uſque ad verſic.41.
L.8.à verſic 21.uſque ad verſic.40.

Quadrageſima quinta duplex R. L. Ieſus in Galilæam per mare reuerſus, exceptus eſt à turba expectante ſe, rogatus ab Iairo principe Synagogæ (ſanans in itinere mulierem fluxu ſanguinis duodecim annos laborantem, quæ omnia in medicos impenderat, & peius habuerat) venit in domum principis Synagogæ, tumultum fleotium compeſcuit, & filiam eius annorum duodecim ſuſcitauit.

R.5.à verſic.21.uſque ad fin.cap.
L.8.à verſic.40.uſque ad fin.cap.

Quadrageſima ſexta duplex M. R. Ieſus illioc digreſſus, venit in patriam ſuam: ſtupebant de ſapientia & virtutibus eius, quem ramen ſperncbant vt fabri filium, matrem & cognatos ibi habentem.

M.13.verſic.54.vſque ad fin.cap.
R.6.uſque ad verſic.7.

Quadrageſima ſeptima duplex R.L.de actuali miſſione duodecim Apoſtolorum.

R.6.à verſic.7.vſque ad verſ.14.
L.9.vſque ad verſic.7.

Quadrageſima octaua triplex, de his quæ M.R L. ſcripſerunt de Herode Antipa audiente famam Ieſu, quem videre cupiebat, poſtquàm occiderat Ioannem Baptiſtam, quem dicebant ſurrexiſſe à mortuis, & eſſe Ieſum: & quæ M. R. de ſepultura Baptiſtæ eius diſcipulos, & quæ R. L. de reditu Apoſtulorum ad Chriſtum.

M.14.uſque ad verſic.13.
M.6.à verſic.14 uſque ad verſic.31.
L.9.verſic.7.8.9.10.

Quadrageſima nona quadruplex M.R.L.I. de ſeceſſu Chriſti in deſertum trana mare Tyberiadis, & turbis ſequentibus, quas ad 5000. hominum, non computatis mulieribus & paruulis, pauit ex quinque panibus, & duobus piſcibus, tertio paſchate propinquo, quo Chriſtus non fuit in Iudæa.

M.14.à verſic.13.uſque ad verſic.12.
R.6.à verſic.31.uſque ad verſic.45.
L.9.à verſic.11. uſque ad verſ.18.
I.6.vſque ad verſ.15.

QVinquageſima pars triplex M.R.I. De his quæ ſcripſerunt de reditu marino Chriſti, eis mare Galilææ: de tempeſtate nocturna, & ambulatione Chriſti ſuper aquas: appulſu & miraculis in Genezareth: & reditu in Capbetnaum.

M.14.à verſic.22. vſque ad fin.cap.
R.6.à verſic.45.vſque ad fin.cap.
I.6.à verſic.15.vſque ad verſic.25.

Quinquageſima ptima ſimplex I. Sermo quem Chriſtus de carne & ſanguine ſuo fecit io Caphernaum, ſub tempus tertij Paſchatis: & cur noluit ire in Iudæam, ſed manſit in Galilæa.

I.6.à verſic.25.vſque ad cap.7.verſic.2.

Quinquageſima ſecunda duplex M.R. De calumnioſis obiectionibus Scribarum & Phariſæorum Hieroſolymitanorum, qui ex Hieruſalem venerunt verſus Capheruaum contra Chriſtum, ad eum tentandum, & illa queandum, & de confutatione eorum: quia fruſtra colitur Deus præceptis hominum, & non quod intrat, ſed quod egreditur os, inquinat hominem.

M.15. vſque ad verſ.21.
R.7. vſque ad verſ.24.

Quinquageſima tertia duplex M.R. Ieſus illine in fines Tyri & Sidonis digreſſus, filiam Cananeæ à dæmonio liberat.

M.15. à verſ.21 vſque ad verſic.29.
R.7. à verſ.24. vſque ad verſ.31.

Quinquageſima quarta duplex M.R. Ieſus inde reuerſus iuxta mare Galileæ, mutos, claudos, cæcos, & omnes alios adductos ad ſe, ſanauit: in quos vnum ſurdum & mutum.

M.15. à verſ.29.30.31.
R.1. verſ.31. vſque ad fin cap.

Quinquageſima quinta duplex M.R. Ieſus in ſolitudine 4000. hominum, præter mulieres & paruulos, è ſeptem panibus paſcit.

M.15. verſic.32. vſque ad verſ.39.
R.8. vſque ad verſ.10.

Quinquageſima ſexta duplex. M.R. Ieſus dimiſſis turbis tranſit per mare in fines Magdala, ſeu Dalmanuitha, vbi Sadducæi & Phariſæi petunt ab eo ſignum de cælo: ſed ſedarguens illis in ſua obſtinatione relictis, rurſus tranſijt in vltetiorem ripam, iubens diſcipulos cauere à fermento Phariſæorum, Sadducæorum, & Herodis, quod de eorum doctrina exponit.

M.15. à verſ.31. vſque ad cap.16. verſic.13.
R.8. à verſ.10. vſque ad verſ.22.

Quinquageſima ſeptima ſimplex R. Ieſus Bethſaidæ cæcum extra vicum eductum illuminat.

L.8. à verſic.22. vſque ad verſ.27.

Quinquageſima octaua triplex M.R.L. de confeſſione Apoſtolorum ſub montem Libani iuxta Cæſaream Philippi, vtque Chriſtus eos præmouit de paſſione, morte, & reſurrectione ſua, & de ferenda cruce, déque vltimo aduentu ſuo, & iudicio.

M.16. à verſ.13. vſque ad fin. cap.
R.8. à verſ.27. vſque ad cap.9. verſ.1.
L.9. à verſ.18. vſque ad verſ.28.

Quinquageſima nona triplex M.R.L. de transfiguratione Chriſti, lunatico ſanato, & diſcipulis iteſum monitis de morte, & reſurrectione Chriſti.

M.17. vſque ad verſ.24.
R.9. à verſ.2. vſque ad verſ.33.
L.6. à verſ.28. vſque ad verſic.46.

Sexageſima pars ſimplex M. qui ſolus loquitur de exactione & ſolutione didragmatũ.

M.17. à verſ.24. vſque ad fin. cap.

Sexageſima prima triplex M.R.L. Chriſtus reprehendit Apoſtolos, quòd in via diſputaſſent, quis eorum eſſet maior.

M.18. vſque ad verſ.6.
R.9. à verſ.33. vſque ad verſic.38.
L.9. verſ.46 47.48.

Sexageſima ſecunda duplex R.L. Chriſtus prohiber Apoſtolos ne impediant eum, qui in nomine eius dæmonia ejiciebat, quamuis non ſequeretur eos.

R.9. verſic.38.39.40.41.
L. verſic.49.50.

Sexageſima tertia duplex M.R. de ſcandalis.

M.18. à verſ.6. vſque ad verſ.12.
R.9. verſ.42. vſque ad fin. cap.

Sexageſima quarta duplex M.L. ſed L. ferè ſolus loquitur de pluribus ſermonibus, miraculis, diſputationibus, & actis Chriſti, à tempore quo ſeptem vel octo menſes, ante paſſionem ſuam ſtatuerat relinquere Galilæam, & aſcendere & mori in Hieruſalem. Interim dum præambulat Galilæam & Samariam, verbum Dei vbique ſeminando, & de 70. diſcipulis quos ſelegit, & binos ante faciem ſuam miſit prædicare regnum Dei, & miracula ſuo nomine facere, in omnibus locis ad quæ venturus erat: donec (vt recitabit L. in parte ſequenti) ad medium menſis quem Septembrem vocamus, in medio feſti Tabernaculorum, aſcendit Hieruſalem: quæ omnia ab alijs Euangeliſtis, prætermittuntur niſi pauca quædam per M. de miſericordia & correctione ſtatera.

M.18. à verſic.12 vſque ad fin. cap.
L.9. à verſic.51. vſque ad fin. & cap.10.11.12.13.14. 15.16. & 17. vſque ad verſ.15.

Sexageſima quinta ſimplex I. qui ſolus loquitur, vt Chriſtus renuit fratribus ſeu cognatis ſuis ire cum eis ſe oſtentare in Iudæa & Hieroſolymis, ad celebre Tabernaculorum feſtum: & ſinens eos ire remanſit adhuc in Galilæa donec ea finaliter relicta (quia degens in muodo eam non repetijt) tertiam ſuam profectionem magnam & prædicationem fecit in Hieruſalem: mox poſt medium dicti feſti Tabernaculorum, circa vigeſimum diem menſis, quem vocamus Septembrem, & de diſputationibus, & controuerſijs contra Phariſæos qui bis niſi ſunt eum lapidare, videlicet poſt feſtum tabernaculorum, & iterum in feſto Enceniorum templi, menſe quem Decembrem vocamus, poſtquam cæci nati oculos de ſabbatho rapuiſſet, vnde ſe protripuit vltra Iordanem, vbi Ioannes Baptizare ſolitus fuerat.

I.7. verſic.2. vſque ad cap.11.

Sexageſima ſexta duplex M.R. de turbis rurſus conuenientibus ad Chriſtum in dicto loco vltra Iordanem, vbi rurſus docebat & ſanabat eos, vt conſueuerat: & de Phariſæis eò venientibus ad eum tentandum, propoſita quæſtione diuortij, quod Chriſtus prohibet excepta cauſa fornicationis.

M.19. vſque ad verſ.13.
R.10. vſque ad verſ.13.

Sexageſima ſeptima triplex M.R.L. de infantibus eodem loci Chriſto oblatis, & per eum admiſſis: de iuuene diuite rogante quid faceret vt acquireret vitam æternam, & abeunte triſti: & quod qui præferunt diuitias Chriſto & eius cruci, nequeunt ſaluari: & de remuneratione in hac vita, & in ſæculo venturo, in quo multi è primis erunt poſtremi, & è poſtremis primi.

M.19. à verſ.13. vſque ad cap.20. verſic.17.
R.10. à verſ.13. vſque ad verſ.32.
L.18. à verſ.15. vſque ad verſ.31.

Sexageſima octaua ſimplex I. qui ſolus loquitur de profectione Chriſti, à dicto loco trans Iordanem ſito, in Bethaniam, vbi Lazarum reſuſcitauit, vtque cum diſcipulis ſuis ſe ſubduxit in vrbem vocatam Ephraim vel Ephen iuxta deſertum ſitam, poſtquam Pontifices & Phariſæi præſide Caipha decreuiſſent eum occidere, & præcepiſſent vt ſi quis ſciret vbi iudicaret eſſet, quo eum comprehenderent.

I. 11.

Sexagesima nona triplex M.R.L. Iesus à dicta vrbe A deserto vicina, nouissimè cœpit ascendere Hierosolymam, sequentibus discipulis timidis & pauefactis, & antequam appropinquaret Iericho, seorsum in via vocans duodecim, admonuit eos tertiò (scilicet vltra quam supra par. 58. & 59.) de Passione, morte, & resurrectione sua.

M.20.à versic.17.vsque ad versic.20.
R.10.à versic.32.vsque ad versic.45.
L.18.à versic.31.vsque ad versic.35.

SEptuagesima pars duplex M.R. mox Iacobus & Ioannes induxerunt matrem suam, quæ eum eis accessit da Iesũ, petens vt ambo filij sui, vnus ad dexteram, alter ad sinistram sederent in regno eius: quibus redarguitis, & ad crucem tenocatis, decem indignantes aduocans, omnem primatum & superioritatem inter eos prohibuit. B

M.20 à versic.20 vsque ad versic.29.
R.10 à versic.35.vsque ad versic. 46. inchoatum.

Septuagesima prima simplex L. Iesus appropinquans Iericho, priusquam intraret, cæcum iuxta viam mendicantem, & Iesum inuocantem, vocauit & illuminauit: qui visu receptο, sequutus est eum, glorificans Deum, omni etiam plebe vidente & laudante Deum. Et Iesus ingressus, & perambulans Iericho, vocauit Zachæum principem Publicanorum, cuius motum videndi causa conscensum, filium esse Abrahæ contra murmurantes declarauit, per parabolam C indicans regnum suum non esse præsentis sæculi: sed in hac fideliter laborandum, prædicens præmia & pœnas, & vltionem rebellium futuram.

L.10.ad versic.39.vsque ad cap 19.versic.29.

Septuagesima secunda simplex R. Iesus eum discipulis & turba multa egrediens Iericho, Bartimæo cæco visum verbo restituit.

R.10 à versic.46.vsque ad fin.cap.

Septuagesima tertia simplex M. Iesum eum discipulis egredientem Iericho, secuta est turba multa, & ecce duo cæci sedentes in via, audientes eum transeuntem, clamauerunt ad eum, qui tangens oculos D eorum, dedit eis visum.

M.10.à versic.29.vsque ad fin.cap.

Septuagesima quarta simplex I. qui solus loquitur de aduentu, & cœna Domini in Bethania. Sabbatho, pridie ingressus sui magnifici in Hierusalem, in qua cœna, Maria Lazari soror, vnxit pedes Iesu.

I.12.vsque ad versic.12.

Septuagesima quinta quadruplex M.R.L.I Iesus postridie veniens Hierosolymam asello insidens, (quem è Bethphage, iuxta montem oliuarum sibi adduci iusserat) obuiam habuit ad descensum montis oliuarum turbam Iudæorum, quæ ad diem festum Hierosolymam venerat, sternentium vestimenta sua, E & ramos in viam: & qui præcedebant, quique sequebantur, clamabant, Hosanna, &c.

M.21.vsque ad versic.10.
R.11.vsque ad versic.11.
L.19 à versic.29.vsque ad versic.41.
I.12.à versic.12.vsque ad versic.10.

Septuaginta sexta simplex L. Vt Iesus appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super eam.

L.10.versic.41.42.43.44.

Septuagesima septima quadruplex M.R.L.I. De his quæ Iesus ea die fecit Hierusalem, & templum ingressus: & vespere Bethania cum duodecim reuersus,

M.21.à versic.10.vsque ad versic.18.
R.11.versic.11.
L.19.versic.45 46.
I.12.à versic.20.vsque ad versic.37.

Septuagesima octaua duplex M.R. postridie quem vocamus Lunæ, Iesus à Bethania Ierusalem rediens, quum in via esuriret, accessit ficum: & quia folia tantum inuenit, maledixit ei: quæ statim exaruit.

M.21.versic.18.19.
R.11.versic.12.13.14.

Septuagesima nona simplex R. Eadem die Lunæ mane Iesus templum ingressus, iterum eiecit vendentes & ementes.

R.11.versic.15.16.17.

OCtogesima pars duplex R.L. Christus perseuerat docere in templo, Scribis & principibus Sacerdotum quærentibus eum occidere: sed timentibus populum admirantem doctrinam eius, qui vespere ciuitatem exiit.

R.11. versic.18.19.
L.19. versic.47.48.

Octogesima prima duplex M. R. Die tertia, seu Martis mane Christo redeunte Ierosolymam, discipuli vident in via dictam ficum aridam, quos Christus docet de certitudine fidei, & de orando.

M.21.versic 20 21.22.
R.11.à versic.20.vsque ad versic.17.

Octogesima secunda triplex M.R.L. Quum Iesus dicta die tertia Templum ingressus doceret, principes sacerdotum, Scribæ & seniores congregati aduersus eum, interrogarunt qua auctoritate præcedentibus duo vendentes & ementes cùm eorum mercibus, mensis & pecunijs bis eiecisset, vtque ab eo confutati sunt, & ad pudendum silentium adacti.

M.21 à versic.23.vsque ad versic.28.
R.11.à versic.27.vsque ad fin.cap.
L 20,vsque ad versic 9.

Octogesima tertia simplex M. Non audentibus respondere, Christus parabolam proponit, ad quam respondentes turpius confutantur.

M.21.à versic.28.vsque ad versic.33.

Octogesima quarta triplex M.R.L. Iesus parabolam infidorum vinitorum proponit eis, qui sentientes se attactos in eum conspirarunt.

M.21.à versic.33.vsque ad fin.cap.
R.12.vsque ad versic.13.
L.20.à versic.9.vsque ad versic.20.

Octogesima quinta simplex M. Iesus aliam addit parabolam de Rege faciente nuptias filio: & de inuitatis partim negligentibus, partim rebellibus, eorúmque punitione. De vndecunque aduocatis discumbentibus. De carente veste nuptiali ligato, & in tenebras & dolores electo.

M.21.vsque ad versic.15.

Octogesima sexta triplex M.R.L. Pharisæi communicato fraudulento consilio eum Herodianis, tentant Iesum super censu Cæsareo: & sapienti responso attoniti, abierunt: & eadem die Sadducæi insurgentes, & contra resurrectionem stolidè interrogantes, confutantur.

M.22.à versic.15.vsque ad versic.34.
R.12.à versic.13.vsque ad versic.18.
L.20.à versic.20.vsque ad versic.41.

Octogesima septima duplex M.R. Pharisæi &

Scribæ videntes Iesum confutasse Sadducæos, interrogant eum, quod primum præceptorum Legis? Cùm respondisset, & vnus Scribarum approbasset, Iesus ait eum non esse longè à regno Dei.

M.22.à versic.34 vsque ad versic.41.
R.12 à versic.28.vsque ad versic 35.

Octogesima octaua triplex M.R.L. Iesus interrogat Phariſæos, quomodo Christus filius esset Dauidis; & ad silentium adiguntur nec amplius interrogare audent.

M.22.à versic.41.vsque ad fin.cap.
R.12.à versic.35.usque ad versic.38.
L.20.versic.41.42.43.44.

Octogesima nona duplex R.L. Christus monet caueodum à Scribis, qui ambiunt salutationes & primas sedes, & deuotant viduas prætextu longæ orationis: & de vidua donante duo minuta tantùm, & tamen plus dedit multis diuitibus.

R.12.à versic.38.usque ad fin.cap.
L.20.à versic.45.usque ad cap.21.versic.5.

NOnagesima pars simplex I. De his quæ docuit Iesus in templo, post dictam diem primam, & sic verisimiliter die tertia, quæ vocatur Martis post multa signa facta biduo præcedenti: & de excæcatione incredulorum, & dissimulatione multorum ex principibus etcedentium.

I.12.à versic.37. usque ad fin.

Nonagesima prima simplex M. Iesus Scribarum & Phariſæorum hypocrisim & scelera acriter carpit, & minatur.

M.23.

Nonagesima secunda triplex M.R.L. De exitu Christi è templo, dicta die tertia, & vaticinio destructionis eius: & de sermone in monte oliuarum facto per Christum discipulis suis eadem die, quam vocamus Martis, serò: videlicet, de signis destructionis templi & Hierosolymæ, & iudicij vltimi.

M.24.vsque ad versic.43.
R.13.
L.21.à versic.5.usque ad versic.37.

Nonagesima tertia duplex M.L. Appendix eorum quæ M. speciatim refert Iesum addidisse præfato sermoni suo in monte oliueti: videlicet, de exemplo patrisfamilias, & collatione serui fidelis & infidelis: & de parabola decem virginum: & de domino peregrè proficiscente, & interim seruis suis bona sua committente: de aduentu glorioso Christi ad iudicandum, & eorum quæ L. prædictis diebus & noctibus compendiosè refert Christum in templo, & monte oliuarum fecisse.

M.23.à versic 43.usque ad fin.cap.25.
L.21.versic.37.38.& fin.cap.

Nonagesima quarta triplex M.R.L. De consilio summorum Sacerdorum & Scribarum die quarta, quam vocamus Mercurij, ad capiendum & occidendum Christum post Pascha, & de Cœna eo die in Bethania, vbi vnctus in capite, & mox Iudas Iscariot abijt Hierosolymam ad dictos consultantes, vt pretio recepto venderet, deinde traderet eis Iesum in paraſceue Paschæ.

M.26.vsque ad versic. 7.
R.14.usque ad versic.12.
L.22.vsque ad versic.7.

Nonagesima quinta quadruplex M.R.L.I. De Cœna die, quem Iouis dicimus: & de omnibus quæ scripserunt, facta fuisse tam to communi, quàm in mystica Cœna.

M.26.à versic.17 usque ad versic.36.
R.14.à versic.12 vsque ad versic.32.
L.22.à versic.7.usque ad versic.39.
I.13.vsque ad versic.31.

Nonagesima sexta simplex I. qui solus loquitur de sermone Christi facto dicta die Iouis nocte vndecim Apostolis, post tres cœnas peractas, & discessum Iudæ Iscariotis.

I.13.versic 31.usque ad fin.cap.17.

Nonagesima septima quadruplex M.R.L.I. Iesus egreditur Hierosolyma in montem Oliuarum.

M.26.versic.36.
R.14.versic.32.
L.22.versic.39.
I.18.versic.1.

Nonagesima octaua triplex M.R.L. Initium passionis Christi, ab angore vsque ad mortem, trina humili & obedienti oratione, & sudore sanguineo.

M.26.a versic.37.vsque ad versic.47.
R.14.à versic.33.usque ad versic.43.
L.22.à versic 40.usque ad versic 47.

Nonagesima nona quadruplex M.R.L.I. Iesus voluntariè se offert armatis lictoribus, osculo proditus à Iuda, noctu capitur in horto, defendi non vult, ligatur, ducitur ad Anoam, qui statim mittit eum ad Caipham: vbi summi sacerdotes & totum consilium frustra conquisitis falsis testibus, interrogatum damnant, conspuunt, & ministris suis totam noctem illudendum & petcutiendum tradunt. Petro interim præ pertutbatione, metúque mortis ter eum negante, & cùm exisset, amarè flente.

M.26.à versic.47 usque ad fin.cap.
R.14.versic.43.usque ad fin.cap.
L.22.à versic.47.usque ad versic.66.
I.18.à versic.2.usque ad versic.28.

CEntesima pars simplex L. Vt postera & sexta dies (quam Veneris vocamus) illuxit, conuenientes semotes populi, & omnes principes sacerdotum & Scribæ apud Caipham, iterum in consilium suum adductum interrogant, & morte damnant.

L.22.à versic.66.usque ad fin.cap.

Centesima prima quadruplex M.R.L.I. Statim diluculò, consilio fixo Iesum occidendi per Gentes, surgens vniuersa multitudo, duxit eum vinctum ad Pilatum, cui eum morte plectendum tradiderunt.

M.c.27.versic.12.
R.c.15.versic.1.
L.c.23.versic.1.
I.c.18.versic.28.

Centesima secunda simplex M. Tunc Iudas videns eum damnatum, pœnitens retulit argenteos, profiteos se peccasse: quibus proiectis in templo, abijt, séque strangulauit. Principes autem sacerdorum acceptis argenteis, dixerunt non esse licitum eos mittere inter sacras oblationes: vt pote quibus empta erat mors hominis. Ideo emerunt agrum in sepulturam peregrinorum, quod ante 666. annos prædixerat Hieremias.

M.27.à versic.3.usque ad versic.11.

Centesima tertia quadruplex M.R.L.I. Pilatus exit ad Pontifices & seniores, nolentes ingredi prætorium, ne contaminati nequirent edere pascha: sed accusantes Iesum, Pilatus sciens accusationes falsas & calumniosas, interrogatum Iesum, voluit vt innocentem dimittete.

M.27.à versic.21.usque ad versic.15.
R.15.à versic.2.usque ad versic 6.
I.23.versic.2.3.4.
L.18.versic.29.30.31.32.

Centeſima quarta ſimplex L. Sed illis Ieſum inſimulantibus de ſeditione, commotúque populo à Galilæa vſque Hieroſolymam, Pilatus occaſione ſe exonerandi artepta, miſit eum ad Herodem, qui valde gauiſus, ſperans aliquod ſignum videre: tacentem ſpreuit cum ſuis exercitibus, & illuſum, veſte ſplendenti morionis inſtar indurum, nihili factis calumnioſis accuſationibus Iudæorum, remiſit ad Pilatum, qui cum illo ea die conciliatus eſt.

L. 23. *à verſic.* 5. *uſque ad verſic.* 13.

Centeſima quinta quadruplex M. R. L. I. Ieſus reductus ad Pilatum, qui fortius niſus eſt eum dimittere, innocentem palàm etiam plebi conuocatæ declaratum, ſaltem beneficio feſti, Bartabam ſeditioſum homicidam alioquin dimiſſurus, vt eum ad clamorem turbarum, per pontifices & ſeniores ſeductarum, dimiſit: Ieſum autem ſæpius intertogatum, & innocentem declaratum (priuslotis manibus, vt hoc ſeelus lo populum, qui aceeptauit Erhnica ſuperſtitione, transfertet) flagellauit: eorúmque clamori crucifigendum dedidit.

M. 27. *à verſ.* 15. *uſque ad verſ.* 27.
R. 15. *à verſ.* 6. *vſque ad verſ.* 16.
L. 23. *à verſ.* 13. *uſque ad verſ.* 26.
I. 18 *à verſ.* 33. *uſque ad cap.* 19. *verſ.* 2.

Centeſima ſexta triplex M. R. I. Milites & Lictores Pilari, ſuſceptum Ieſum, abducunt in atrium Prætorij, tota cohorte congregata, & exutum induunt purpura, cotonant ſpinis, arundinem in dexteram eius ponunt, & genu flexo illudentes, conſpuunt & peteuriunt.

M. 27. *verſic.* 27. 28. 29. 30.
R. 15. *verſic.* 16. 17. 18. 19.
I. 19. *verſic.* 2 3.

Centeſima ſeptima ſimplex I. iterum Pilatus hac occaſione dimittendi Ieſum artepta, adducit eum foras geſtantem ſpineam coronam & veſtem purpuream, vt hominis innocentis tam dirè afflicti miſereremur. At illis attrocius clamantibus vt crucifigeretur, iterum eum in prætorio interrogat: & turſus conatur dimittere Iudæis ad vltimum minitantibus Pilatum inſenſum facere Cæſari. Quo audito Pilatus, iterum eduxit foras Ieſum, & cum ad tribunal ſediſſet, adhuc conatus eſt eum dimittere. Sed ad clamotem turbæ & pontificum non alium ſe habere regem quàm Cæſarem clamantium, condemnauit Ieſum cruci.

I. 19. *à verſ.* 4. *vſque ad verſ.* 16. *inchoatum.*

Centeſima octaua triplex M. R. I. Tunc cùm milites & lictores Pilati illuſiſſent Ieſu, exuetuot eum purpura, & reinduerunt veſtibut ſuis, & eduxerunc vt crucifigerent crucem ſuam ſetentem.

M. 27. *verſic.* 31.
R. 15. *verſ.* 20.
I. 19. *verſic.* 16. 17. *dimidiatis.*

Centeſima nona triplex M. R. L. carnifices vtbe egreſſi, videntes Ieſum tot tormentis afflictum, etiam ſub pondere crucis opprimi: ne ſorte prius moreretur quàm crucifigeretur, obuium Simonem coegerunt teliquum viæ crucem Ieſu ferre.

M. 27. *verſic.* 32.
R. 15. *verſ.* 21.
L. 23. *verſic.* 26.

CEnteſima decima ſimplex L. Ieſus ſequentes & eiulantes mulieres monuit, non ſuper ipſo, ſed ſuper ſeipſas & ſuos flere. Duo interim facinoroſi A cum eo ad mortem ducebantur.

L. 23. *à verſic.* 27. *uſque ad verſic.* 33.

Centeſima vndecima pars quadruplex M. R. L. I. de crucifixione Chriſti inter duos latrunes, & titulo crucis, veſtibus ſectis, & tunica forte data, ſeptem dictis Chriſti, & eius morte.

M. 27. *à verſ.* 33. *vſque ad verſ.* 51.
R. 15. *à verſ.* 21. *uſque ad verſ.* 38.
L. 23. *à verſ.* 33. *uſque ad verſ.* 47.
I. 19. *à verſ.* 17. *uſque ad verſ.* 31.

Centeſima duodecima quadruplex M. R. L. I. de mirandis quæ ſtatim à morte Chriſti contigetunt.

M. 27. *verſic.* 51. 52. 53. 54. 55. 56.
R. 15. *verſic.* 38. 39. 40. 41.
L. 23. *verſic.* 47. 48. 49.
I. 19. *à verſic.* 31. *uſque ad verſ.* 38.

Centeſima decima tertia quadruplex M. R. L. I. de bonotifica ſepultura Chriſti veſpere eiuſdem diei.

M. 27. *verſ.* 57. 58. 59. 60. 61.
R. 15. *à verſic.* 42. *uſque ad fin. cap.*
L. 23. *à verſ.* 50. *uſque ad fin. cap.*
I. 19. *à verſic.* 38. *vſque ad fin. cap.*

Centeſima decima quarta ſimplex M. ſolus loquitur, de eo quod ſabbathn puſtridie paſſionis factum eſt, de ſigillatione ſepulchri, & cuſtodia publica.

M. 27. *à verſ.* 61. *uſque ad fin. cap.*

Centeſima decima quinta quadruplex M. R. L. I. De reſurrectione Chriſti, terræ motu, lapide reuoluto. Angeli ſolantur fœminas venientes vt vngerent Ieſum. qui, digreſſit à monumento, vt diſcipulis nunciarent, apparet: ſed diſcipuli non credunt eis. Tamen Petrus & Iohannes currunt ad monumẽtum.

M. c. 28. *vſque ad verſ.* 11.
R. c 16. *vſque ad verſ.* 12.
L. c. 24. *vſque ad verſ.* 13.
I. c. 20. *vſque ad verſ.* 11.

Centeſima decima ſexta ſimplex M. interim ex cuſtodibus, qui metu coruſcantis angeli conſternati fuetant, nuntiant principibus Sacerdotum: à quibus pecunia corrupti, mentiti ſunt diſcipulos Ieſu nocte corpus eius ſurstos.

M. 28. *à verſ.* 18. *uſque ad verſ.* 16.

Centeſima decima ſeptima ſimplex I. Maria Magdalene tenerſa ad monumentum flebat, vidit angelos, & conuerſa ad Ieſum, quem vt eam nominauit, agnouit: & is eam miſit nuntiare diſcipulis.

I. 20. *à verſic.* 11. *uſque ad verſic.* 19.

Centeſima decima octaua ſimplex R. apparuit etiam duobus euntibus rus, quibus nõ ſuit creditum.

R. 16. *verſ.* 12. 13.

Centeſima decima nona ſimplex L. duobus eodem die euntibus Emaüt, quibus noctu teuerſis ereditum fuit, niſi à Thoma qui ſe ſubduxit.

L. 24. *à verſ.* 13. *vſque ad verſ.* 36.

CEnteſima viceſima pars duplex L. I. tunc eadem die ſerò ianuis clauſis ſtetit Ieſus in medio eotum (Thoma abſente) contrectandum ſe dedit, eomedit, ſcripturas aperuit. Spiritum ſanctum dedit ad prædicandum pœnitentiam, remittendum & retinendum peccata, incipiendo à Hieroſolymis poſtquam indui ſotent virtute ex alto.

L. 24. *à verſ.* 36. *uſque ad verſ.* 50.
I. 20. *à verſ.* 19. *uſque ad ver.* 24.

Centesima vicesima prima simplex I. Christus die 8. resurrectionis rursus apparet in medio discipulorum, vbi Thomas aderat, qui credidit.

I. 20. à versic. 24. usque ad fin. cap.

Centesima vicesima secunda simplex R. rursus discumbentibus vndecim, Christus apparet, exprobrat incredulitatem, mandat ite & prædicate omni creaturæ Euangelium, baptizare & signa edere.

R. 16. à vers. 14. usque ad vers. 19.

Centesima vicesima tertia simplex I. alia apparitio ad mare Tyberiadis, vbi erant quatuor Apostoli, & tres discipuli, in queis Nathanael: & de grandi captura piscium: Petro rei interrogato, & de eruce præmonito sequi iusso, nec inquirere quid accideret Iohanni.

I. c. 21. & fin.

Centesima vicesima quarta simplex M. de alia apparitione Christi in monte Galilææ, vbi discipulos vocauerat, mandans eis docere omnes Gentes, & baptizare, promittens semper adesse ad vsque consummationem sæculi.

M. 28. à vers. 16. vsque ad fin.

Centesima vicesima quinta duplex R. L. De Ascensione Christi.

R. 16. à vers. 19. vsque ad fin.
L. 24 à vers. 50. vsque ad fin.

Finis collationis & vnionis quatuor Euangelistarum, ex solo, puro, integro, & emendatissimo textu, natiuo suo ordine & seorsim & collectim fideliter oculis omnium exhibito.

AD LECTOREM.

AVCTOR huius conferentiæ poterat eam in tres tantum partes diuidere: Primam, de Aduentu Christi in carnem: Secundam, de publico suo ministerio: Tertiam, de eius passione, morte & resurrectione. Sed quia plures, etiam inæquales subdiuisiones admittendæ fuissent, satius existimauit maiorem partium numerum facere, vt per distinctionem plurium partium, & per collationem tam scriptorum à pluribus, nunc duobus, nunc tribus, nunc quatuor Euangelistis, quàm scriptorum ab vno solo: quàm omnium & singularum partium adinuicem, Vnio, Harmonia, & Concordia quatuor Euangelistarum posset (omnibus sectis circumscriptis) facilius videri, intelligi, & recipi ab omnibus qui sub cœlo sunt, tam in generali, quàm in particulari: quibus & pro quorum salute, dicta sancta IESV CHRISTI Euangelia scripta sunt.

COLLATIO ET VNIO QVATVOR EVANGELISTARVM Domini nostri Iesu Christi,

EORVM SERIE ET ORDINE (ABSQVE VLLA confusione, permistione vel transpositione) seruato, cum exacta textus illibati recognitione.

Quamuis enim singula horum scripta non inepte vocentur Euangelia: tamen pressiue loquendo vnicum est Euangelium à quatuor seorsim scriptum.

Per DOM. CAROLVM MOLINÆVM *Iurium Doctorem, Sacrarum Literarum Professorem, Consiliarium Libellorúmque supplicum Magistrum Illustrissimæ Reginæ Nauarræ, cum breuibus eiusdem Annotationibus.*

PRIMA PARS SOLIVS LVCÆ, DE ANNVNCIATIONE ET Natiuitate Præcursoris, de Annunciatione & Incarnatione Christi, De Canticis Virginis & Zachariæ.

Constat ex 1. c. L.

Sanctum Euangelion Iesu Christi, secundum Lucam.

1 QVONIAM complures aggressi sunt contexere narrationem earum, quæ inter nos certissimæ fidei sunt rerum.
2 Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsimet viderunt, & ministri fuerunt sermonis.
3 Visum est & mihi, omnibus ab initio exacta diligentia peruestigatis ex ordine ad te scribere, præstantissime Theophile.
4 Vt agnoscas earum rerum, de quibus edoctus es, certitudinem.
5 Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron: & nomen eius Elizabeth.
6 Erant autem iusti ambo coram Deo, Incedentes in omnibus præceptis & iustificationibus Domini, irreprehensibiles.
7 Nec erat illis proles: eo quod esset Elizabeth sterilis: & ambo prouectæ iam essent ætatis.
8 Factum est autem quom is Sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ, ante Deum.
9 Secundum consuetudinem Sacerdotij sorte exiit, vt incensum † poneret: ingressus in templum Domini.
10 Et omnis multitudo populi, erat foris † orans tempore thymiamatis.
11 Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris, in quo thymiama adolebatur.
12 Et Zacharias turbatus est eo viso, ac timor irruit super eum.
13 Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua: vxórque tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem.
14 Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi super eius natiuitate gaudebunt.
15 Erit enim magnus coram Domino, & vinum, sicerámque non bibet, & Spiritu sancto replebitur: etiam ab vtero matris suæ.
16 Multósque filiorum Israël conuertet † ad Dominum Deum ipsorum.
17 Et ipse præcedet in conspectu eius, cum spiritu & virtute Heliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & inobedientes, ad prudentiam iustorum: vt præparet domino populum perinstructum.
18 Et dixit Zacharias ad Angelum, per quid hoc cognoscam? Ego enim sum senex, & vxor mea prouectæ ætatis est.
19 Ac respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriël, qui asto in conspectu Dei, missúsque sum, vt loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem.
20 Et ecce eris tacens, nec loqui poteris ad eum vsque diem, quo hæc fiant: eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

1. Paralip. 24. b. Maxa & vespere. Exod 30. 7. Leuit. 16. 17. non sub dio, sed in atrio separata à loco sancto, sub eiusdē templi tecto.

Malac. 1. 8. Matth. 11 b. Matt 3. d. Mal. 4. b. 6.

21 Et erat populus expectans Zachariam, & mitabantur quòd is tardaret in templo.
22 Egressus autem, non poterat loqui illis, & cognouerunt, quòd vtsinnem vidisset in templo: & ipse innuebat illis, permansitque mutus.
23 Et factum est postquam completi sunt dies officij eius, abiit in domum suam.
24 Post hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens:
25 Quia sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit: vt auferret opprobrium meum inter homines.
26 In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.
27 Ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria.
28 Et ingressus Angelus ad eam, dixit, Aue gratiosa, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.
29 Illa verò cùm vidisset, turbata est super sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.
30 Et ait Angelus ei, ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.
Isa 7. 14. 31 Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.
32 Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus thronum Dauid patris ipsius.
Dan. 7. 14. 27. 33 Regnabitque super domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.
Matth 4 7. 34 Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo erit istud? quandoquidem virum non cognosco.
35 Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quapropter & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.
36 Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis.
37 Quia non erit impossibilis vlla res apud Deum.
38 Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, & discessit Angelus ab ea.
39 Exurgens autem Maria, in diebus illis profecta est in montana cum festinatione, in vrbem Iuda.
40 Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth.
41 Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, subsiliit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elizabeth.
42 Exclamauitque voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.
43 Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?
44 Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, saliit præ gaudio infans in vtero meo.
45 Et beata, quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino.
46 Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum.
47 Et exultauit spiritus meus in Deo saluatore meo.
48 Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ab hinc beatam me dicent omnes generationes.
Esa. 12 b. 49 Quia fecit mihi magnifica, qui potens est, & sanctum nomen eius.
9. Psal 33. 6 10. 50 Et misericordia eius in progeniem & progeniem timentibus eum.
Esa. 19. c 31. 51 Potenter egit per brachium suum, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum.
Sam 2. b. 4. 52 Deiecit potentes è thronis, & exaltauit humiles.
Psal. 54 b. 53 Esurientes implenit bonis, & diuites dimisit inanes.
22 54. 54 Suscepit Israelem puerum suum, vt memor esset misericordiæ.
Vel laborum eius. 55 Sicut loquutus est ad patres nostros abrahæ & semini eius in sæcula.
Esa. 10 2. 28 & 41. b. 9. & 54. b. 5. 56 Mansit autem Maria cum illa, circiter mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.
57 Elizabeth autem impletum est tempus pariendi: & peperit filium.
58 Et audierunt vicini & cognati eius, quòd magnificè Dominus misericordiam suam vsus esset erga illam, & congratulabantur ei.
Iere. 5 a. 2. d. 20. 59 Et factum est, die octauo, vt venirent ad circuncidendum puerulum, & vocabant eum ex nomine patris sui Zachariam.
60 Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed vocabitur Iohannes.
61 Et dixerunt ad illam, quia nemo est in cognatione tua qui vocetur isto nomine.
62 Innuebant autem patri eius, quid vellet vocari eum.
63 Isque, postulatis tabellis, scripsit Iohannes est nomen eius, & admirati sunt omnes.
Incipit à gratiarum actione 64 Apertum est autem os eius illico & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.
65 Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & per omnem montanam regionem Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.
Potentia 66 Et omnes qui audierunt, reposuerunt ea in corde suo, dicentes: quidnam puerulus hic erit? etenim manus Domini erat cum illo.
Psal. 131. d. 17. 67 Et Zachatias pater eius repletus est Spiritu sancto prophetauitque dicens.
ab omni ſæ. pere. pſ. 74. 12. & 132. 68 Benedictus † Dominus Deus Israelis: Quia visitauit & fecit redemptionem populo suo.
8. Ier. 23. 6. & 30 10. 69 Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.
70 Sicut loquutus per os Sanctorum, qui à sæculo † fuerunt Prophetarum suorum.
Hic indicat 71 Fore vt nos seruaret ab inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.
esse originem nostræ redemptionis 72 Vt vteretur misericordia erga patres nostros ac memor esset testamenti sui sancti.
73 Et † iusiurandi quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.
Gen. 22. 16. Ier 31 33. 74 Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiremus illi.
Heb. 6. 13. 75 In † sanctitate & iustitia coram ipso, cunctis diebus vitæ nostræ.
& 17. 76 Et tu puerele Prophetа altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini ad parandum vias eius.
Hic indicat finem nostræ redemptionis. 77 Ad dandam scientiam salutis populo eius per remissionem peccatorum ipsorum.
78 Per viscera misericordiæ Dei nostri, quibus visitauit nos oriens ex alto.
2 Pet 1. 19. 79 Vt illuceat his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Sæ per affectionē misericordiam. 80 Puer autem crescebat, & corroborabatur spiritu, & erat in desertis: donec veniret dies, quo ostenderetur apud Israelitas.

Secunda

Secunda pars ex duobus Euangeliſtis Matthæo & Luca, continens quicquid ſcripſerunt de Natiuitate Chriſti ſecundum carnem.

Conſtat ex c. 1. M. & ex c. 2. L. vſque ad verſ. 21.

Euangelion ſecundum Matthæum c. 1.

1 Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham.
2 Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.
3 Iudas autem genuit Phares & Zaram è Thamar: Phares autem genuit Eſron. Eſrom autem genuit Aram.
4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſum. Naaſſum autem genuit Salmon.
5 Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.
6 Ieſſe autem gennit Dauid Regem. Dauid autem rex genuit Salomonẽ ex ea quæ fuerat vxor Vriæ.
7 Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aſa.
8 Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oſiam.
9 Oſias autem genuit Ioatham. Ioathas autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.
10 Ezechias autem genuit Manaſſe. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam.
11 Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius in deportatione Babylonica.
12 Poſt vero deportationem Babylonicam, Iechonias genuit Salatiel, Salathiel autem genuit Zorobabel.
13 Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.
14 Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Elind.
15 Elind autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.
16 Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, ex qua genitus eſt Ieſus qui dicitur Chriſtus.
17 Omnes ergo generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonicam generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim.
18 Porro Ieſu Chriſti natiuitas ſic erat. Quum enim mater eius Maria deſponſata eſſet Ioſeph, priuſquam ipſi conuenirent, inuenta eſt in vtero habens è Spiritu ſancto.
19 At Ioſeph vir eius quum eſſet iuſtus, & nollet eam infamare: voluit occultè dimittere eam.
20 Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini per ſomnium apparuit ei dicens, Ioſeph fili Dauid, ne metuas aſſumere Mariam vxorem tuam, quod enim in ea genitum eſt, de Spiritu ſancto eſt.
21 Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum, is enim ſalnum faciet populum ſunm à peccatis eorum:
22 Porro totum hoc factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem.
23 Ecce Virgo prægnans erit & pariet filium, & vocabuot nomen eius, Emmanuel: quod ſi quis interpretetur ſignificat, nobiſcum Deus.
24 Expergefactus autem Ioſeph à ſummo, fecit ſicut ei præceperat Angelus Domini, & accepit vxorem ſuam:
25 Et non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum: & vocauit nomen eius Ieſum.

L. 2.

1 FActum eſt autem in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.
2 Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyrenio.
3 Et ibant omnes vt deſcriberentur in ſuam quiſque ciuitatem.
4 Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid.
5 Vt deſcriberetur cum Maria deſponſata ſibi vxore quæ erat prægnans.
6 Factum eſt autem cum ibi eſſent, completi ſunt dies pariendi.
7 Et peperit filium ſuum primogenitum, ac faſciis eum inuoluit, reclinauitque eum in præſepi, quod non eſſet eis locus in diuerſorio.
8 Et Paſtores erant in regione eadem excubantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum:
9 Et ecce Angelus Domini ſuperuenit ipſis, & claritas Domini circumfulſit eos, & timuerunt timore magno
10 Et dixit eis Angelus, Ne timeas, Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo.
11 Quia natus eſt vobis hodie ſeruator qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.
12 Et hoc vobis ſignum inuenietis, infantem faſciis inuolutum, poſitum in præſepi.
13 Et repente adfuit cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum & dicentium,
14 Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus beneuolentia.
15 Et factum vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cœlum, tum homines illi Paſtores dixerũt alij ad alios, tranſeamus in Bethlehem vſque, & videamus hanc rem quæ accidit, quam Dominus indicauit nobis.
16 Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph & infantem poſitum in præſepi.
17 Poſtquam viderunt, famam diuulgauerunt de re quæ dicta erat ipſis de puello hoc.
18 Et omnes qui audierunt mirati ſunt de his quæ dicta erant à Paſtoribus ad ipſos.
19 Maria verò conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.
20 Et reuerſi ſunt Paſtores, glorificantes ac laudantes Deum ſuper omnibus quæ audierant & viderant, quemadmodum dictum fuerat ipſis.

Tertia pars ſolius L. de Circonciſione Chriſti, & eius præſentatione in Templo.

L. 2. à verſ. 21. vſque ad verſ. 39.

21 Et poſtquam completi eſſent dies octo vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum erat ab Angelo priuſquam ipſe in vtero conciperetur.

22 Et posteaquam completi sunt dies purgationis eorum secundum Legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam, vt sisterent Domino.
23 Sicut scriptum est in lege Domini, Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur.
24 Et vt darent oblationem secundum quod dictum est in Lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum.
25 Et ecce homo erat Hierosolymis, cui nomen Simeon, & homo iste iustus ac religiosus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat super eum.
26 Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, priusquam vidisset Christum Domini.
27 Et venit per Spiritum in templum. Et cùm inducerent puerulum Iesum parentes, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.
28 Ipse quoque accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum ac dixit.
29 Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace:
30 Quia viderunt oculi mei, salutare tuum,
31 Quod parasti ante faciem omnium populorum:
32 Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israël.
33 Et erant Ioseph & mater eius admirantes super his quæ dicebantur de illo.
34 Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel & in signum cui contradicetur.
35 Quin & tuam ipsius animam transiet gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
36 Et erat Anna prophetissa filia Phanuel è tribu Aser: hæc processerat in multam ætatem postquam vixisset cum viro annis septem à virginitate sua.
37 Et hæc vidua annorum fere octoginta quatuor, quæ non discedebat à templo ieiuniis & precationibus Deum colens nocte & die.
38 Et hæc eadem hora supereueniens vicissim confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem in Ierusalem.

Quarta pars solius M. de aduentu & testimonio Magorum, & adoratione, fugáque Christi in Ægyptum, & cæde infantium Bethlehemiticorum, & reditu Christi in terram Israël.

M. 2. vsque versic. 22.

1 QVum autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente aduenerunt Hierosolymam.
2 Dicentes, Vbi est ille qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus, vt adoremus eum.
3 Audiens autem his, Herodes Rex, turbatus est, & tota Hierosolyma cum eo.
4 Et conuocatis omnibus principibus Sacerdotum, & scribis populi percontatus est ab eis, vbi Christus nasceretur.
5 At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iudææ: Sic enim scriptum est per Prophetam.
6 Et tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam minima es inter Principes Iuda, ex te enim exibit dux qui pascet populum meum Israelem.
7 Tunc Herodes clam accersitis Magis, exactè perquisiuit ab illis quo tempore apparuisset stella.
8 Et mittens illos in Bethlehem, dixit, Profecti illinc, accuratè exquirite de puerulo: postquam autem inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniam, & adorem eum.
9 At illi audito rege, profecti sunt, & ecce stella quam viderant in Oriente, præcedebat illos, donec progressa staret supra locum in quo erat puer.
10 Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.
11 Et intrantes domum, inuenerunt puerulum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.
12 Et diuinitùs admoniti in somniis, ne reuerterentur ad Herodē, per aliam viam reuersi sunt in regionē suam.
13 Digressis autem illis, ecce Angelus Domini apparet in somnio Ioseph, dicens, Surge, & assume puerum, ac matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto illic, donec dixero tibi: futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.
14 Ille verò exurgens, assumpsit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum.
15 Et fuit illic vsque ad obitum Herodis: vt impleretur quod dictum fuerat à Domino per Propheram, dicentem, Ex Ægypto vocaui filium meum.
16 Tunc Herodes videns quod illusus esset à Magis, iratus est vehementer, & mittens, interfecit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis.
17 Tunc adimpletum est quod dictum fuerat ab Ieremia Propheta, quum ait,
18 Vox in Rhama audita est, lamentatio, fletus, & eiulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, propterea quod non sint.
19 Cæterùm defuncto Herode, ecce Angelus Domini in somnio apparet Ioseph in Ægypto.
20 Dicens, Surge, & assume puerum & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.

Quinta pars ex Matth & Luc. de profectione & habitatione Chriſti in Nazareth Galilææ.

M. 2. 22. 23.

22 Verum quum audiſſet Archelaom regnare in Iudæa loco Herodis patris ſui, timuit illuc abire: ſed dimonitus admonitus in ſomnio, ſeceſſit in partes Galilææ.

23 Ac profectus habitauit in ciuitate quæ vocabatur Nazareth: vt impleretur quod dictum fuerat per Prophetas, quod Nazaræus vocabitur.

L. 2 39 40.

39 Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuam Nazareth.

40 Puer autem ſuccreſcebat, & corroborabatur ſpiritu, implebatúrque ſapientia, & gratia Dei erat ſuper ipſum.

Sexta pars ſolius L. de triduana diſputatione Chriſti, ætatis 12. annorum, in templo, reditu, & obedientia eius erga parentes.

L. 2. à verſic. 45. ad finem cap.

41 Et ibant parentes eius quotannis Hieroſolymam in die feſto Paſchæ.

42 Et quum factus eſſet annorum duodecim, aſcenderunt ipſi Hieroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei feſti:

43 Conſummatiſque diebus quum redirent illi remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, quod neſciuit Ioſeph, nec mater eius.

44 Exiſtimantes autem eum eſſe in comitatu, ierunt iter vnius diei, & requirebant eum inter cognatos, & inter notos.

45 Et quum non inueniſſent eum, reuerſi ſunt in Hieruſalem, quærentes eum.

46 Et factum eſt poſt triduum, vt inuenirent illum in templo, ſedentem in medio Doctorum, & audientem illos, & interrogantem eos.

47 Stupebant autem omnes qui audiebant eum, ſuper intelligentia & reſponſis eius.

48 Et viſo eo attoniti ſunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, cur feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego diſperuciati, quærebamus te.

49 Et ait ad illos: Quid eſt quod quærebatis me? An neſciebatis, quod in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?

50 Et ipſi non intellexerunt ſermonem, quem locutus eſt eis.

51 Et deſcendit cum eis, veníque Nazareth, eráque ſubditus illis, & mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo.

52 Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

Septima pars ex M. R. L. de prædicatione & baptiſmo Ioannis Baptiſtæ in deſerto.

M. 3. vſque verſ. 13.

1 IN diebus autem illis aduenit Ioannes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudææ,

2 Ac dicens, pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.

3 Nam hic eſt ille de quo dictum eſt ab Eſaia propheta, qui ait, Vox clamantis in deſerto: parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

4 Ipſe verò Ioannes habebat indumentum ſuum è pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos ſuos: cibus autem eius erant locuſtæ & mel ſylueſtre.

5 Tunc egreſſa eſt ad illum Hieroſolyma, & tota Iudæa, totáque regio circumiacens Iordani

6 Et baptizabantur in Iordane ab illo confitentes peccata ſua.

7 Cùm vidiſſet autem multos ex Phariſæis & Sadducæis, venientes ad Baptiſmum ſuum, dixit illis, Progenies viperarum, qui vobis ſubmonſtrauit, vt fugeretis à ventura ira?

8 Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ.

9 Et ne putetis dicendum intra voſ ipſos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod poſſit

Euangelium ſecundùm Marcum.

R. 1. vſque ver. 9.

1 INitium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei.

2 Sicut ſcriptum eſt in Prophetis, Ecce, ego mitto nuncium meũ ante faciem tuã, qui præparabit viam tuam ante te.

3 Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

4 Baptizabat Ioannes in deſerto, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

5 Et egrediebantur ad eum tota Iudea regio, ac Hieroſolymitæ, & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua.

6 Erat autem Ioannes veſtitus pilis cameli, & zona pelliceа circa lumbos ſuos, veſcebatúrque locuſtis, ac melle ſylueſtri.

7 Et prædicabat, dicens, Venit qui fortior eſt me, poſt me, cuius non ſum idoneus, vt procumbens ſoluam corri-

L. 3. vſque verſ. 11.

1 ANno autem decimo quinto imperij Tiberij Cæſaris Pontio Pilato præſide Iudææ, Tetrarcha verò Galileæ Herode Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilenes Tetrarcha.

2 Sub principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem filium Zachariæ in deſerto.

3 Et venit in omnem regionem circumiacentem Iordani prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

4 Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ dicentis, vox clamantis in deſerto parate viam Domini rectas facite ſemitas eius.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur, & fient quæ obliqua ſunt, recta, & aſperа in vias planas.

6 Et videbit omnis caro ſalutare Dei.

7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptiſarentur ab eo: Progenies viperarum, quis ſubmonſtrauit vobis vt fugeretis à ventura ira?

8 Facite ergo fructus dignos pœni-

M. 3. R. 1. L. 3.

Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahamo.
10 Iam verò & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis igitur arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem abijcitur.
11 Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam. At ille qui poſt me venit, fortior me eſt: cuius nun ſum idoneus vt calceamenta portem. Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.
12 Cuius ventilabrum in manu ipſius, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili.

giam calceamentorum.
8 Ego quidem baptizaui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto.

tentiæ: & ne cœpetitis dicere intra vos ipſos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, Potens eſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahamo.
9 Iam verò & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur.
10 Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus?
11 Reſpondens autẽ dicit illis, Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.
12 Venerunt autem & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus?
13 At ille dixit ad eos: Nequid amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis, exigatis.
14 Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Et nos quid faciemus, & ait illis: Neminem concutiatis, neque calumnienini, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris.
15 Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioane, nequando ipſe eſſet Chriſtus.
16 Reſpondit Ioannes, dicens vniuerſis: Ego quidem aqua baptizo vos, ſed venit fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum: Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.
17 Cuius ventilabrum in manu ipſius, & perpurgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum: paleas autem comburet igni inextinguibili.
18 Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populo.
19 Herodes autem Tetrarcha, quum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, déque omnibus malis quæ faciebat Herodes
20 Adiecit & hæc ſuper omnia, quod incluſit Ioannem in carcerem.

Octaua pars ex M. R. L. I. de Baptiſmo Chriſti & cœleſti reuelatione diuinitatis, & humanitatis ſuæ.

M. 3. à verſ. 13. vſque ad fi. *R. 1. à ver. 9. vſque ad verſ. 12.* *L. 3. à verſ. 2. ad fi. c.*

13 Tunc accedit Ieſus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem vt baptizaretur ab illo.
14 At Ioannes obniaè prohibebat eum, dicens, Ego neceſſe habeo à te baptizari & & tu venis ad me?
15 Reſpondens autem Ieſus dixit ad eum, Omitte nunc. Sic enim decet nos compleie omnem iuſtitiam, tunc omittit eum.
16 Et baptizatus Ieſus aſcendit protinus ab aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit ſpiritũ Dei deſcendentem tanquam columbam, & venientem ſuper ipſum.
17 Et ecce vox de cœlis dicens, hic eſt filius ille meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. †

9 Et factum eſt in diebus illis venit Ieſus à Nazareth, Galilææ, & baptizatus eſt à Ioanne in Iordane.
10 Et ſtatim aſcendens ea aqua, vidit diſſindi cœlos & ſpiritum quaſi columbam deſcendentem ſuper eum.
11 Et vox facta eſt de cœlis, tu es ille filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt.

21 Factum eſt autem quum baptizaretur omnis populus, & Ieſus baptizatus eſſet & precaretur, vt apertum ſit cœlum.
22 Ac deſcenderet ſpiritus ſanctus corporali ſpecie quaſi columba ſuper ipſum, & vox è cœlo fieret dicens, Tu es filius ille meus dilectus in te complacitum eſt mihi.
23 Et ipſe Ieſus incipiebat eſſe annorum ferme triginta, vt putabatur filius Ioſeph qui fuit Heli.
24 Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianub, qui fuit Ioſeph.
25 Qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Eſli, qui fuit Nagge.
26 Qui fuit Maath, qui fuit Mathatiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda.
27 Qui fuit Ioanna, qui fuit Rheſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri.
28 Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her.
29 Qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui.
30 Qui fuit Simeõ, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ionam, qui fuit Heliacim.
31 Qui fuit Melea, qui fuit Menam, qui fuit Mattathan, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid.
32 Qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon.
33 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ.
34 Qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor.

Rolling breue, in quo placatus eſt.

Euangelium ſecundùm Ioannem.

I. 1. vſque ver. 15.

1 IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & verbum erat Deus.
2 Hoc erat in principio apud Deum.
3 Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.
4 In ipſo vita erat. & vita erat lux hominum.
5 Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ comprehenderunt.
6 Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen Ioannes.
7 Hic venit in teſtimoniũ, vt teſtificaretur de luce: vt omnes crederent per eum.
8 Non erat ille lux, ſed vt teſtificaretur de luce.
9 Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.
10 In mundo erat, & mũdus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.
11 Ad ſua venit, & ſui eum non receperunt.
12 Quotquot autem receperunt eum, dedit eis

35 Qui fuit Satug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Hebet, qui fuit Sale.
36 Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech.
37 Qui fuit Mathuſala, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan.
38 Qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

poteſtatem, vt filij Dei fierent, his ſcilicet qui credunt in nomine eius.
53 Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.
54 Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre: plenum gratiæ & veritatis.

Nona pars ex M. R. L. De tentatione diaboli, ieiunio & victoria Chriſti in deſerto.

M. 4. vſque ad verſ. 11.

1 TVnc Ieſus ſubductus fuit in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo.
2 Et quum ieiunaſſet dies quadraginta, & noctes quadraginta, tandem eſurijt.
3 Et accedens ad eum tentator dixit, ſi filius es Dei, die vt lapides iſti panes fiant.
4 At ille reſpondens dixit, ſcriptum eſt, Non in ſolo pane viuet homo, ſed in omni verbo quod egreditur per os Dei.
5 Tunc transfert eum Diabolos in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi.
6 Et dicit ei. Si filius es Dei, mitte teipſum deorſum. Nam ſcriptum eſt quod Angelis ſuis mandabit de te, & in manibus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.
7 Dixit illi Ieſus, Rurſum ſcriptum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum.
8 Rurſum transfert eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam illorum.
9 Et dicit ei, hæc omnia tibi dabo ſi prostrati adoraueris me.
10 Tunc dicit ei Ieſus, Abi Satana: ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies.
11 Tunc omittit eum diabolus, & ecce Angeli accedentes ministrabant ei.

R. 1. verſ. 12, 13.

12 Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum.
13 Et erat illic in deſerto dies quadraginta, & tentabatur à Satana: eráque cum beſtijs, & Angeli ministrabant ei.

L. 4. vſque ad verſ. 14.

1 IEſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane, & actus eſt per ſpiritum in deſertum.
2 Diebus quadraginta tentabatur à diabolo: & nihil comedit in diebus illis, & conſummatis illis, tandem eſurijt.
3 Et dixit illi diabolus, ſi filius es Dei, die lapidi huic vt fiat panis.
4 Et reſpondit ad illum Ieſus dicens, ſcriptum eſt quod non in pane ſolo viuet homo: ſed in omni verbo Dei.
5 Et ſubduxit eum Diabolus in montem excelſum, & oſtendit ei omnia regna orbis terræ in puncto temporis.
6 Et ait illi diabolus, Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam & gloriam illorum: quia mihi tradita ſunt: & cuicúmque volo, do illam.
7 Tu ergo ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia.
8 Et reſpondens Ieſus dixit illi, diſcede à me Satana, ſcriptum eſt enim, adorabis Dominum Deum tuum, & ei ſoli ſeruies.
9 Et duxit illum in Hierusalem & ſtatuit eum ſuper pinnam templi & dixit illi, ſi filius Dei es, mitte teipſum hinc deorſum.
10 Scriptum eſt enim quod Angelis ſuis mandabit de te, vt cuſtodiant te.
11 Et in manibus tollent te, neqnando offendas ad lapidem pedem tuum.
12 Et reſpondens Ieſus ait illi, quoniam dictum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum.
13 Et conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab eo vſque ad tempus.

Decima pars ſimplex ſolius I. de publicis & ſpecificis teſtimoniis Ioannis Baptiſtæ de Ieſu Chriſto, quod ſit vnicus Dei filius, & verus Meſſias, & de prima Chriſti publica & breui profectione & prædicatione in Galilæa gentium, vbi ad Cana in nuptiis aquam vinum fecit, & de prima publica profectione & prædicatione ad Paſcha Hieroſolymæ, vbi mercatores è templo expulit, Nicodemum nocte venientem docuit, & de reditu iuxta Iordanem, vbi per diſcipulos plures baptizabat quam Baptiſta, qui ſuper hoc aditus, omnem authoritatem vni Chriſto vt ſoli vero ſponſo detulit, & de reditu in Galilæam per regionem Samariæ vbi Samaritanam & Sichimitas conuertit.

I. 1. à verſ. 15. vſque ad c. 4. verſ. 43.

15 Ioannes teſtificatur de ipſo, & clamauit, dicens: Hic eſt quem dixi qui poſt me veniens, ante me fuit, quia prior me erat. *Primum ſpecificum Teſtimonium Baptiſtæ.*
16 Et ex plenitudine eius, nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.
17 Quia lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.
18 Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus ille filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.
19 Et hoc eſt teſtimonium Ioannis quando miſerant Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas vt interrogarent eum, tu quis es? *2. Teſtimonium.*
20 Et confeſſus eſt & non negauit, & confeſſus eſt, inquam, Non ſum ego Chriſtus.
21 Tum interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu? & dicit, Non ſum. Es tu ille propheta? & reſpondit, Non.
22 Dixerunt ergo ei, Qui es, vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo?
23 Ait, ego vox clamantis in deſerto, rectam facite viam Domini ſicut dixit Eſaias Propheta.
24 Porro qui miſſi fuerant erant ex Phariſæis.
25 Et interrogauerunt eum ac dixerunt ei, Quid ergo baptizas ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque propheta ille?

Scribæ videntes Iesum confutasse Sadducæos, inter- A rogant eum, quod primum præceptorum Legis? Cùm respondisset, & vnus Scribarum approbasset, Iesus ait eum non esse longè à regno Dei.

M.22.à versi.34 vsque ad versi.41.
R.12 à versi.28.vsque ad versi 35.

Octogesima octaua triplex M.R. L. Iesus interrogat Phariseos, quomodo Christus filius esset Dauidis? & ad silentium addiguntur nec amplius interrogare audent.

M.22.à versic.41.vsque ad fin.cap.
R.12.à uersic.35.usque ad versi.38.
L.20.versic 41.42.43.44.

Octogesima nona duplex R. L. Christus monet cauendum à Scribis, qui ambiunt salutationes & primas sedes, & deuorant viduas prætextu longæ orationis: & de vidua donante duo minuta tantùm, & tamen plus dedit multis diuitibus.

R.12.à versic.38.usque ad fin.cap.
L.20.à versic.45.usque ad cap.21.uersic.5.

NOnagesima pars simplex I. De his quæ docuit Iesus in templo, post dictam diem primam, & sic verisimiliter die tertia, quæ vocatur Martis post multa signa facta biduo præcedenti: & de excæcatione incredulorum, & dissimulatione multorum ex principibus credentium. C

I.12.à versic.37. usque ad fin.

Nonagesima prima simplex M. Iesus Scribarum & Phariseorum hypocrisim & scelera acriter ratpit, & minatur.

M. 23.

Nonagesima secunda triplex M.R.L. De exitu Christi è templo, dicta die tertia, & vaticinio destructionis eius: & de sermone in monte oliuarum facto per Christum discipulis suis eadem die, quam vocamus Martis, serò: videlicet, de signis destructionis templi & Hierosolymæ, & iudicij vltimi.

M.24.vsque ad versic.43.
R.13.
L.21.à versic.5.usque ad uersic.37.

Nonagesima tertia duplex M.L. Appendix eorum quæ M. speciatim refert Iesum addidisse præfato sermoni suo in monte oliueti: videlicet, de exemplo patrisfamiliâs, & collatione serui fidelis & infidelis: & de parabola decem virginum: & de domino peregrè proficiscente, & interim seruis suis bona sua committente: de aduentu glorioso Christi ad iudicandum, & eorum quæ L. prædictis diebus & noctibus compendiosè refert Christum in templo, & monte oliuarum fecisse.

M.23.à versic 43.usque ad fin.cap.25.
L.21.versic.37.38.& fin.cap.

Nonagesima quarta triplex M. R.L. De consilio summotum Sacerdotum & Scribarum die quarta, quam vocamus Mercurij, ad capiendum & occidendum Christum post Pascha, & de Cœna eo die in Bethania, vbi vnctus in capite, & mox Iudas Iscariot abijt Hierosolymam ad dictos consultantes, vt pretio recepto venderet, deinde traderet eis Iesum in parasceue Paschæ.

M 26.vsque ad uersic. 7.
R.14.usque ad versic.12.
L.22.Vsque ad uersic.7.

Nonagesima quinta quadruplex M.R.L.I. De Cœna die, quem Iouis dicimus: & de omnibus quæ scripserunt, facta fuisse tam in communi, quàm in mystica Cœna.

M.26.à versic.17 usque ad uersic.36.
R.14.à versic.12 vsque ad uersi.32.
L.22.à versic.7.usque ad uersic.39.
I.13.vsque ad uersic.31.

Nonagesima sexta simplex I. qui solus loquitur de sermone Christi facto dicta die Iouis nocte vndecim Apostolis, post tres cœnas peractas, & discessum Iudæ Iscariotis.

I.13.versic 31.usque ad fin cap.17.

Nonagesima septima quadruplex M. R.L.I. Iesus egreditur Hierosolyma in montem Oliuarum.

M.26.versic.36.
B *R.14.versic.32.*
L.22.versic.39.
I.18.versic.1.

Nonagesima octaua triplex M R. L. Initium passionis Christi, ab angore vsque ad mortem, ttina humili & obedienti oratione, & sudore sanguineo.

M.26.à versic.37.vsque ad uersic.47.
R.14.à versic.33.usque ad versic.43.
L.22.à versic 40.usque ad versic 47.

Nonagesima nona quadruplex M.R L.I. Iesus voluntatiè se offert armatis lictoribus, osculo proditus à Iuda, nactu capitur in horto, defendi non vult, ligatur, ducitur ad Annam, qui statim mittit eum ad C Caipham: vbi summi sacerdotes & totum consilium frustra conquisitis falsis testibus, interrogatum damnant, conspuunt, & ministris suis totam noctem illudendum & percutiendum tradunt. Petro interim præ perturbatione, metúque mortis ter eum negante, & cùm exisset, amarè flente.

M.26.à versic.47 usque ad fin.cap.
R.14.versic.43.usque ad fin.cap.
L.22.à versic.47.usque ad uersic.66.
I.18.à versi.2.usque ad uersi.28.

CEntesima pars simplex L. Vt postera & sexta dies (quam Veneris vocamus) illuxit, conuenientes seniores populi, & omnes principes sacerdotum D & Scribæ apud Caipham, iterum in consilium suum adductum interrogant, & morte damnant.

L.22.à versic.66.usque ad fin.cap.

Centesima prima quadruplex M.R.L.I. Statim diluculò, consilio fixo Iesum occidendi per Gentes, surgens vniuersa multitudo, duxit eum vinctum ad Pilatum, cui eum morte plectendum tradidetunt.

M.c.27.versi.12.
R.c.15.versi.1.
L.c.23.versi.1.
I.18.versi.28.

Centesima secunda simplex M. Tunc Iudas videns eum damnatum, pœnitens retulit argentens, profitens se peccasse: quibus proiectis in templo, abijt, séque strangulauit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixetunt non esse licitum eos mittere E inter sacras oblationes: vt pote quibus empta erat mors hominis. Ideo emerunt agrum in sepulturam peregrinorum, quod ante 666. annos prædixerat Hieremias.

M.27.à versic.3.usque ad versic.11.

Centesima tertia quadruplex M.R.L.I. Pilatus exit ad Pontifices & seniores, nolentes ingredi prætorium, ne contaminati nequirent edere pascha: sed acriter accusantes Iesum, Pilatus sciens accusationes falsas & calumniosas, interrogarum Iesum, voluit vt innocentem dimittere.

M.27.à versic.11.usque ad versic.15.
R.15.à versic.2.usque ad versic 6.
I.23.versic.2.3.4.
I.18.versic.29.30.31.32.

Centeſima quarta ſimplex L. Sed illis Ieſum ioſi- A cum eo ad mortem ducebantut.
mulantibus de ſeditione, commotóque populo à *L. 23. à verſic. 27. uſque ad verſic. 33.*
Galilæa vſque Hieroſolymam, Pilatus occaſione ſe exonerandi arrepta, miſit eum ad Herodem, qui valde gauiſus, ſperans aliquod ſignum videre: tacenteio ſpreuit eum ſuis exercitibus, & illuſum, veſte ſplendenti morionis inſtar indutum, oihili factis calumnioſis accuſationibus Iudæorum, remiſit ad Pilatum, qui cum illo ea die conciliatus eſt.

L. 23. à verſic. 5. uſque ad verſic. 13.

Centeſima quinta quadruplex M. R. L. I. Ieſus reductus ad Pilatum, qui ſortius miſus eſt eum dimittere, innocentem palàm etiam plebi conuocatæ declaratum, ſaltem beneficio feſti, Barrabam ſeditioſum homicidam alioqoin dimiſſurus, vt eum ad clamorem turbarum, per pontifices & ſeniores ſeductarum, dimiſit: Ieſum autem ſæpius interrogatum, & innocentem declaratum (ptius lotis manibus, vt hoc ſcelus in populum, qui acceptauit Ethnica ſuperſtitione, transferret) flagellauit: eorúmque clamoti crucifigendum dedidit. B

M. 27. à verſ. 15. uſque ad verſ. 27.
R. 15. à verſ. 6. vſque ad verſ. 16.
L. 23. à verſ. 13. uſque ad verſ. 26.
I. 18 à verſ. 33. uſque ad cap. 19. verſ. 2.

Centeſima ſexta ttiplex M. R. I. Milites & Lictores Pilati, ſuſceptum Ieſum, abducunt io atrium Prætotij, 1oia cohorte congregata, & exutum induunt purpura, coronant ſpinis, atundiuem in dexteram eius ponunt, & genu flexo illudentes, conſpuunt & percutiunt. C

M. 27. verſic. 27. 28. 29. 30.
R. 15. verſic. 16. 17. 18. 19.
I. 19. verſic. 2 3.

Centeſima ſeptima ſimplex I. iterum Pilatus hac occaſione dimittendi Ieſum arrepta, adduxit eum foras geſtantem ſpinearn cotonam & veſtem purpuream, vt hominis innocentis tam dirè afflicti miſererentur. At illis attroeius clamantibus vt crucifigeretur, iterum eum in prætorio interrogat: & rurſus conatur dimittere Iudæis ad vltimum minitantibus Pilatum infenſum facere Cæſari. Quo audito Pilatus, iterum eduxit foras Ieſum, & eum ad tribunal ſediſſet, adhuc conatus eſt eum dimittere. Sed ad clamotem turbæ & pontificum non alium ſe habere regem quàm Cæſarem clamantium, condemnauit Ieſum eruci. D

I. 19. à verſ. 4. vſque ad verſ. 16. inchoatum.

Centeſima octaua ttiplex M R. I. Tunc cùm milites & lictores Pilati illuſiſſent Ieſu, exuctunt eum purpura, & reinduerunt veſtibus ſuis, & eduxerunt vt crucifigerent eruecm ſuam fereotem.

M. 27. verſic. 31.
R. 15. verſ. 20.
I. 19. verſic. 16. 17. dimidiatit. E

Centeſima nooa ttiplex M. R. L. carnifices vrbe egreſſi, videntes Ieſum tot tormentis afflictum, etiam ſub pondere crucis opprimi: ne forte prius moreretur quàm crucifigeretur, obuium Simonem coëgerunt reliquum viæ eruecm Ieſu ferre.

M. 27. verſic. 32.
R. 15. verſ. 21.
L. 23. verſic. 26.

CEnteſima decima ſimplex L. Ieſus ſequentes & eiulantes mulietes mouit, non ſuper ipſo, ſed ſuper ſeipſas & ſuos flere. Duo interim facinoroſi

Centeſima vndecima pars quadruplex M R. L. I. de crucifixione Chriſti inter duos latrones, & titulo crucis, veſtibus ſectis, & tunica ſorte data, ſeptem dictis Chriſti, & eius morte.

M. 27. à verſ. 33. vſque ad verſ. 51.
R. 15. à verſ. 22. uſque ad verſ. 38.
L. 23. à verſ. 33. uſque ad verſ. 47.
I. 19. à verſ. 17. uſque ad verſ. 31.

Centeſima duodecima quadruplex M. R. L. I. de mirandis quæ ſtatim à morte Chriſti contigerunt.

M. 27. verſic. 51. 52. 53. 54. 55. 56.
R. 15. verſic. 38. 39. 40. 41.
L. 23. verſic. 47. 48. 49.
I. 19. à verſic. 31. uſque ad verſ. 38.

Centeſima decima tertia quadruplex M. R. L. I. de honorifica ſepultura Chriſti veſpere eiuſdem diei.

M. 27. verſ. 57. 58. 59. 60. 61.
R. 15. à verſic. 42. uſque ad fin. cap.
L. 23. à verſ. 50. uſque ad fin. cap.
I. 19. à verſic. 38. vſque ad fin. cap.

Centeſima decima quarta ſimplex M. ſolus loquitur, de eo quod ſabbatho poſtridie paſſionis factum eſt, de ſigillatione ſepulchri, & cuſtodia publica.

M. 27. à verſ. 62. uſque ad fin. cap.

Centeſima decima quinta quadruplex M R. L. I. De reſurrectione Chriſti, tertæ motu, lapide reuoluto. Angeli ſolantur fœminas venientes vt vngerent Ieſum. qui, digreſſis à monumento, vt diſcipulis nunciarent, apparet: ſed diſcipuli non credunt eis. Tamen Petrus & Iohannes currunt ad monumẽtum.

M. c. 28, vſque ad verſ. 11.
R. c. 16. vſque ad verſ. 14.
L. c. 24. vſque ad verſ. 13.
I. c. 20. vſque ad verſ. 11.

Centeſima decima ſexta ſimplex M. interim ex cuſtodibus, qui metu coruſcantis angeli conſternati fuerant, nuntiant principibus Sacerdotum: à quibus pecunia corrupti, mentiti ſunt diſcipulos Ieſu nocte corpus eius furatos.

M. 28. à verſ. 11. uſque ad verſ. 16.

Centeſima decima ſeptima ſimplex I. Maria Magdalene reuerſa ad monumentum flebat, vidit angelos, & conuerſa ad Ieſum, quem vt eam nominauit, agnouit: & is eam miſit nuntiare diſcipulis.

I. 20. à verſic. 11. uſque ad verſic. 19.

Centeſima decima octaua ſimplex R. apparuit etiam duobus euntibus rus, quibus nõ fuit creditum.

R. 16. verſ. 12. 13.

Centeſima decima nona ſimplex L. duobus eodem die euntibus Emaüs, quibus noctu reuerſis creditum fuit, niſi à Thoma qui ſe ſubduxit.

L. 24. à verſ. 13. vſque ad verſ. 36.

CEnteſima viceſima pars duplex L. I. tunc eadem die ſerò ianuis clauſis ſtetit Ieſus in medio eorum (Thoma abſente) contectaodum ſe dedit, eomedit, ſcripturas aperuit. Spiritum ſanctum dedit ad prædicandum pœnitentiam, remittendum & tctinendum peccata, incipiendo à Hieroſolymis poſtquam induti forent virtute ex alto.

L. 24. à verſ. 36. uſque ad verſ. 50.
I. 20. à verſ. 19. uſque ad ver. 24.

Centeſima viceſima prima ſimplex I. Chriſtus die 8. reſurrectionis rurſus apparet in medio diſcipulorum, vbi Thomas aderat, qui credidit.

I. 20. à verſic. 24. uſque ad fin. cap.

Centeſima viceſima ſecunda ſimplex R. rurſus diſcumbentibus vndecim, Chriſtus apparet, exprobrat incredulitatem, mandat ire & prædicare omni creaturæ Euangelium, baptizare & ſigna edere.

R. 16. à verſ. 14. uſque ad verſ. 19.

Centeſima viceſima tertia ſimplex I. alia apparitio ad mare Tyberiadis, vbi erant quatuor Apoſtoli, & tres diſcipuli, in queis Nathanaël: & de grandi captura piſcium: Petro ter interrogato, & de cruce præmonito ſequi iuſſo, nec inquirere quid accideret Iohanni.

I. c. 21. & fin.

Centeſima viceſima quarta ſimplex M. de alia apparitione Chriſti in monte Galilææ, vbi diſcipulos vocauerat, mandans eis docere omnes Gentes, & baptizare, promittens ſemper adeſſe ad vſque conſummationem ſæculi.

M. 28. à verſ. 16. vſque ad fin.

Centeſima viceſima quinta duplex R L. De Aſcenſione Chriſti.

R. 16. à verſ. 19. vſque ad fin.
L. 24 à verſ. 50. vſque ad fin.

Finis collationis & vnionis quatuor Euangeliſtarum, ex ſolo, puro, integro, & emendatiſſimo textu, natiuo ſuo ordine & ſeorſim & collectim fideliter oculis omnium exhibito.

AD LECTOREM.

AVCTOR huius conferentiæ poterat eam in tres tantum partes diuidere: Primam, de Aduentu Chriſti in carnem: Secundam, de publico ſuo miniſterio: Tertiam, de eius paſſione, morte & reſurrectione. Sed quia plures, etiam inæquales ſubdiuiſiones admittendæ fuiſſent, ſatius exiſtimauit maiorem partium numerum facere, vt per diſtinctionem plurium partium, & per collationem tam ſcriptorum à pluribus, nunc duobus, nunc tribus, nunc quatuor Euangeliſtis, quàm ſcriptorum ab vno ſolo: quàm omnium & ſingularum partium adinuicem, Vnio, Harmonia, & Concordia quatuor Euangeliſtarum poſſit (omnibus ſectis circumſcriptis) facilius videri, intelligi, & recipi ab omnibus qui ſub cœlo ſunt, tam in generali, quàm in particulari: quibus & pro quorum ſalute, dicta ſancta IESV CHRISTI Euangelia ſcripta ſunt.

COLLATIO ET VNIO QVATVOR EVANGELISTARVM Domini noſtri Ieſu Chriſti,

EORVM SERIE ET ORDINE (ABSQVE VLLA confuſione, permiſtione vel tranſpoſitione) ſeruato, cum exacta textus illibati recognitione.

Quemadmodum enim ſingula horum ſcripta non inepte vocantur Euangelia: tamen proſſus loquendo nostrum eſt Euangelium à quatuor ſcriptum.

Per DOM. CAROLVM MOLINÆVM *Iurium Doctorem, Sacrarum Literarum Profeſſorem, Conſiliarium Libellorúmque ſupplicum Magiſtrum Illuſtriſſimæ Reginæ Nauarræ, cum breuibus eiuſdem Annotationibus.*

PRIMA PARS SOLIVS LVCÆ, DE ANNVNCIATIONE ET Natiuitate Præcurſoris, de Annunciatione & Incarnatione Chriſti, De Canticis Virginis & Zachariæ.

Conſtat ex 1. c. L.

Sanctum Euangelion Ieſu Chriſti, ſecundum Lucam.

1 QVONIAM complures aggreſſi ſunt contexere narrationem eatum, quæ inter nos certiſſimæ fidei ſunt rerum.
2 Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſimet viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis.
3 Viſum eſt & mihi, omnibus ab ioitio exacta diligentia perueſtigatis ex ordine ad te ſcribere, præſtantiſſime Theophile.
4 Vt agnoſcas eatum retum, de quibus edoctus es, certitudinem.
5 Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron: & nomen eius Elizabeth.
6 Erant autem iuſti ambo coram Deo. Incedentes in omnibus præceptis & iuſtificationibos Domioi, irreprehenſibiles.
7 Nec erat illis proles: eo quod eſſet Elizabeth ſterilis: & ambo proiectæ iam eſſent ætatis.
8 Factum eſt autem quum is Sacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ, ante Deum.
9 Secundum conſuetudinem Sacerdotij ſorte exiit, vt incenſum † poneret: ingreſſus in templum Domini.
10 Et omnis multitudo populi, erat foris † orans tempore thymiamatis.
11 Apparuit autem illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris, in quo thymiama adolebatur.
12 Et Zacharias turbatus eſt eo viſo, & timor irruit ſuper eum.
13 Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita eſt deprecatio tua: vxórque tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem.
14 Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi ſuper eius natiuitate gaudebunt.
15 Erit enim magnus coram Domino, & vinum, ſicerámque non bibet, & Spiritu ſancto replebitur: etiam ab vtero matris ſuæ.
16 Multóſque filiorum Iſraël conuertet † ad Dominum Deum ipſorum.
17 Et ipſe præcedet in conſpectu eius, cum ſpiritu & virtute Heliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & inobedientes, ad prudentiam iuſtorum: vt præparet domino populum perfectum.
18 Et dixit Zacharias ad Angelum, per quid hoc cognoſcam? Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proiectæ ætatis eſt.
19 Ac reſpondens Angelus dixit ei, Ego ſum Gabriël, qui aſto in conſpectu Dei, miſſúſque ſum, vt loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem.
20 Et ecce eris tacens, nec loqui poteris ad eum vſque diem, quo hæc fiant: eo quod non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo.

1. Paralip. 24. b. Mane & veſpere. Exod 30. 7. Leuit. 16. 17. non ſub dio, ſed in atrio ſeparato à toto ſancto, ſub eiuſdē templi tecto.

Malac 3. 8. Matth. 11 b. Marc 3. d. Mal. 4. b. 6.

21 Et erat populus expectans Zachariam, & mirabantur quòd is tardaret in templo.
22 Egressus autem, non poterat loqui illis, & cognouerunt, quòd visionem vidisset in templo: & ipse innuebat illis, permansitque mutus.
23 Et factum est postquam completi sunt dies officij eius, abiit in domum suam.
24 Post hos autem dies concepit Elizabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens:
25 Quia sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit: vt auferret opprobrium meum inter homines.
26 In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.
27 Ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria.
28 Et ingressus Angelus ad eam, dixit, Aue gratiosa, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres.
29 Illa verò cùm vidisset, turbata est super sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.
30 Et ait Angelus ei, ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.
Isa 7. 14. 31 Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.
32 Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus thronum Dauid patris ipsius.
Dan. 7. 14. 33 Regnabitque super domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.
27. 34 Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo erit istud? quandoquidem virum non cognosco.
Mich 4 7. 35 Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quapropter & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.
36 Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis.
37 Quia non erit impossibilis vlla res apud Deum.
38 Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, & discessit Angelus ab ea.
39 Exurgens autem Maria, in diebus illis profecta est in montana cum festinatione, in vrbem Iuda.
40 Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth.
41 Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, subsiliit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elizabeth.
42 Exclamauitque voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.
43 Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?
44 Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exiliit præ gaudio infans in vtero meo.
45 Et beata, quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino.
46 Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum.
47 Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.
48 Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ab hinc beatam me dicent omnes generationes.
Esa. 12. b. 49 Quia fecit mihi magnifica, qui potens est, & sanctum nomen eius.
9. Psal 33. 50 Et misericordia eius in progeniem & progeniem timentibus eum.
6 10. 51 Potentiam egit per brachium suum, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum.
Esa. 19. c 25. 52 Deiecit potentes è thronis, & exaltauit humiles.
Sam 2. b. 4. 53 Esurientes implenit bonis, & diuites dimisit inanes.
Psal. 34 b. 54 Suscepit Israelem puerum suum, vt memor esset misericordiæ.
22. 54. 55 Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in sæcula.
Vel laborem meum. 56 Mansit autem Maria cum illa, circiter mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.
Esa. 30. 2. 57 Elizabeth autem impletum est tempus pariendi: & peperit filium.
28 & 41. b. 58 Et audierunt vicini & cognati eius, quòd magnificè Dominus misericordiam suam vsus esset erga illam, &
9. & 54. b. 5. congratulabantur ei.
Iere. 31. a. 2. d. 20. 59 Et factum est, die octauo, vt venirent ad circumcidendum puerulum, & vocabant eum ex nomine patris sui Zachariam.
60 Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed vocabitur Iohannes.
61 Et dixerunt ad illam, quia nemo est in cognatione tua qui vocetur isto nomine.
62 Innuebant autem patri eius, quid vellet vocari eum.
63 Isque, postulatis tabellis, scripsit Iohannes est nomen eius, & admirati sunt omnes.
Incipit à gratiarum actione 64 Apertum est autem os eius illico & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.
Potentia 65 Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & per omnem montanam regionem Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.
Psal. 131. d. 17. 66 Et omnes qui audierunt, reposuerunt ea in corde suo, dicentes: quidnam puerulus hic erit? etenim manus Domini erat cum illo.
ab omni ciu. 67 Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto prophetauitque dicens.
Luc. ps. 74. 68 Benedictus † Dominus Deus Israël: Quia visitauit & fecit redemptionem populo suo.
32. & 132. 69 Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.
8. Ier. 23. 6. & 30 10. 70 Sicut loquutus per os Sanctorum, qui à sæculo † fuerunt Prophetarum suorum.
Hic indicat 71 Fore vt nos seruaret ab inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.
esse originem nostræ redemptionis 72 Vt vteretur misericordia erga patres nostros ac memor esset testamenti sui sancti.
Gen. 22. 16. 73 Et † iusiurandi quod iurauit ad Abraham patrem nostrum datum se nobis.
Ier 31 33. 74 Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiremus illi.
Heb. 6. 13. 75 In † sanctitate & iustitia coram ipso, cunctis diebus vitæ nostræ.
& 27. 76 Et tu puerule Propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini ad parandum vias eius.
Hic indicat finem nostræ redemptionis. 77 Ad dandam scientiam salutis populo eius per remissionem peccatorum ipsorum.
78 Per viscera misericordiæ Dei nostri, quibus visitauit nos oriens ex alto.
79 Vt illuceat his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
2 Pet 1. 19. 80 Puer autem crescebat, & corroborabatur spiritu, & erat in desertis: donec veniret dies, quo ostenderetur
Seu per affectum misericordiæ. dus erat apud Israëlitas.

Secunda

Secunda pars ex duobus Euangeliſtis Matthæo & Luca, continens quicquid ſcripſerunt de Natiuitate Chriſti ſecundum carnem.

Conſtat ex c. 1. M. & ex c. 2. L. vſque ad verſ. 21.

Euangelion ſecundum Matthæum c. 1.

1 Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Daoid, filij Abraham.
2 Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.
3 Iudas aotem genuit Pharez & Zaram è Thamar: Phares autem genuit Eſroo. Eſrom autem genuit Aram.
4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſum. Naaſſom autem genuit Salmon.
5 Salmon aotem genuit Booz è Raehab. Booz autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuie Ieſſe.
6 Ieſſe autem genuit Dauid Regem. Dauid autem eex genuit Salomunẽ ex ea quæ fuerat vxoe Vtiæ.
7 Salomon autem geouit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aſa.
8 Aſa autem gennit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Iotam. Iotam autem genuit Oſiam.
9 Oſias aurem genuit Ioatham. Ioathas autem genuit Achaz. Achaz autem geouit Ezechiam.
10 Ezechias autem genuit Manaſſe. Maoaſſes aotem genuit Amon. Amun aotem genuit Ioſiam.
11 Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius in deportatione Babylooica.
12 Poſt vero depottationem Babylonicam, Iechonias genuit Salatiel, Salathiel autem geouit Zoeobabel.
13 Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azot.
14 Azot autem genuit Sadoc. Sadoe autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.
15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazat autem geoit Matthao. Matthan autem genuit Iacob.
16 Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, ex qua genitus eſt Ieſus qui dicitur Chriſtus.
17 Omnes ergo generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonicam geoerationes quatuordecim: & à traoſmigratiooe Babylonis vſque ad Chriſtum geuetationes quatuordecim.
18 Porro Ieſu Chriſti natiuitas ſic erat. Quum enim mater eius Maria deſponſata eſſet Ioſeph, priuſquam ipſi eooueniſſent, inuenta eſt in vtero habens è Spiritu ſancto.
19 At Ioſeph vir eius quum eſſet iuſtus, & nollet eam infamare: voluit occultè dimittere eam.
20 Hæc aotem eo cogitante, ecce Angelus Domini per ſomnium apparuit ei dicens, Ioſeph fili Dauid, ne metoas aſſumere Mariam vxurem tuam, quod enim in ea genitum eſt, de Spirito ſancto eſt.
21 Pariet autem filium, & vocabis nomeo eius Ieſum, is enim ſaluum faciet populum ſunm à peccatis eutum:
22 Porro totum hoc factum eſt, vt impletetur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem.
23 Ecce Virgo prægnans etit & patiet filium, & vocabuot nomen eius, Emmaouel: quod ſi quis totet pteetur ſignificat, oobiſcum Deus.
24 Expertectus autem Ioſeph à ſummo, fecit ſicut ei præcepetat Angelus Domini, & accepit vxorem ſuam:
25 Et non cognouit eam douec pepetit filium ſuum primogenitum: & vocauit nomen eius Ieſum.

L. 2.

1 Factum eſt autem in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.
2 Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyreoio.
3 Et ibant omnes vt deſcriberentur in ſuam quiſque ciuitatem.
4 Aſcendit aotem & Ioſeph à Galilæa de eioitato Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid.
5 Vt deſcriberetur cum Maria deſponſata ſibi vxoee quæ erat prægnaos.
6 Factum eſt autem cum ibi eſſeot, completi ſunt dies pariendi.
7 Et peperit filium ſuum primogeoitum, ac faſciis eum inuoluit, reclinauitque eum in præſepi, quod non eſſet eis locus in diuerſotio.
8 Et Paſtotes erant in tegione eadem exeobantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſupet gregem ſuum.
9 Et ecce Angelus Domini ſuperuenit ipſis, & clasitas Domini circumfulſit eos, & timuerunt timote magno
10 Et dixit eis Angelus, Ne timeas, Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omot populo.
11 Quia oatus eſt vobis hodie ſetuatot qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.
12 Et hoc vobis ſignum inuenietis, infantem faſciis inuolutum, poſitum in præſepi.
13 Et repente adfuit cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum & dicentium.
14 Gloria in altiſſimis Deo, & in tetta pax, in hominibus beneuolentia.
15 Et factum vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cœlum, tum homines illi Paſtores dixerũt alij ad alios, traoſeamus in Bethlehem vſque, & videamus hanc tem quæ accidit, quam Dominus indicauit nobis.
16 Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph & infantem poſitum in præſepi.
17 Porrò quum vidiſſeot, famam diuulgauerunt de te quæ dicta erat ipſis de puello hoc.
18 Et omnes qui audierunt mitati ſunt de his quæ dicta etant à Paſtotibus ad ipſos.
19 Maria verò conſeruabat, omnia verba hæc conferens in corde ſuo.
20 Et reuerſi ſunt Paſtores, glorificantes ac laudantes Deum ſuper omnibus quæ audierant & viderant, quemadmodum dictum fuerat ipſis.

Tertia pars ſolius L. de Circonciſione Chriſti, & eius præſentatione in Templo.

L. 2. à verſ. 21. vſque ad verſ. 39.

21 Et poſtquam completi eſſent dies octo vt circuncideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum erat ab Angelo priuſquam ipſe in vtero conciperetur.

22 Et posteaquam completi sunt dies purgationis eorum secundum Legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam, vt sisterent Domino.
23 Sicut scriptum est in lege Domini, Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur.
24 Et vt darent oblationem secundum quod dictum est in Lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum.
25 Et ecce homo erat Hierosolymis, cui nomen Simeon, & homo iste iustus ac religiosus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat super eum.
26 Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, priusquam vidisset Christum Domini.
27 Et venit per Spiritum in templum. Et cùm inducerent puerum Iesum parentes, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.
28 Ipse quoque accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum ac dixit.
29 Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace:
30 Quia viderunt oculi mei, salutare tuum,
31 Quod parasti ante faciem omnium populorum:
32 Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israël.
33 Et erat Ioseph & mater eius admirantes super his quæ dicebantur de illo.
34 Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel & in signum cui contradicitur.
35 Quin & tuam ipsius animam transiet gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
36 Et erat Anna prophetissa filia Phanuël è tribu Aser: hæc processerat in multam ætatem postquam vixisset cum viro annis septem a virginitate sua.
37 Et hæc vidua annorum fere octoginta quatuor, quæ non discedebat à templo ieiuniis & precationibus Deum colens nocte & die.
38 Et hæc eadem hora superueniens vicissim confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem in Ierusalem.

Quarta pars solius M. de aduentu & testimonio Magorum, & adoratione, fugáque Christi in Ægyptum, & cæde infantium Bethlehemiticorum, & reditu Christi in terram Israël.

M. 2. *vsque versic.* 22.

1 QVum autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente aduenerunt Hierosolymam.
2 Dicentes, Vbi est ille qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus, vt adoremus eum.
3 Audiens autem his, Herodes Rex, turbatus est, & tota Hierosolyma cum eo.
4 Et conuocans omnes principes Sacerdotum, & scribis populi percontatus est ab eis, vbi Christus nasceretur.
5 At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iudææ: Sic enim scriptum est per Propheram.
6 Et tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam minima es inter Principes Iuda, ex te enim exibit dux qui pascet populum meum Israëlem.
7 Tunc Herodes clam accersitis Magis, exactè perquisiuit ab illis quo tempore apparuisset stella.
8 Et mittens illos in Bethlehem, dixit, Profecti illuc, accuratè exquirite de puerulo: postquam autem inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniam, & adorem eum.
9 At illi audito rege, profecti sunt, & ecce stella quam viderant in Oriente, præcedebat illos, donec progressa staret supra locum in quo erat puer.
10 Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.
11 Et intrantes domum, inuenerunt puerulum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.
12 Et diuinitùs admoniti in somniis, ne reuerterentur ad Herodē, per aliam viam reuersi sunt in regionē suam.
13 Digressis autem illis, ecce Angelus Domini apparet in somnio Ioseph, dicens, Surge, & assume puerum, ac matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto illic, donec dixero tibi: futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.
14 Ille verò excitatus, assumpsit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum.
15 Et fuit illic vsque ad obitum Herodis: vt impleretur quod dictum fuerat à Domino per Prophetam, dicentem, Ex Ægypto vocaui filium meum.
16 Tunc Herodes videns quod illusus esset à Magis, iratus est vehementer, & mittens, interfecit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis.
17 Tunc adimpletum est quod dictum fuerat ab Ieremia Propheta, quum ait,
18 Vox in Rhama audita est, lamentatio, fletus, & eiulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, propterea quod non sint.
19 Cæterùm defuncto Herode, ecce Angelus Domini in somnio apparet Ioseph in Ægypto.
20 Dicens, Surge, & assume puerum & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.

Quinta pars ex Matth & Luc. de profectione & habitatione Chriſti in Nazareth Galilææ.

M. 2. 22. 23.

22 Verum quum audiſſet Archelaum regnare in Iudæa loco Herodis patris ſui, timuit illuc abire: ſed diuinitus admonitus in ſomnio, ſeceſſit in partes Galilææ.

23 Ac profectus habitauit in ciuitate quæ vocabatur Nazareth: vt impleretur quod dictum fuerat per Prophetas, quod Nazaræus vocabitur.

L. 2 39. 40.

39 Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuam Nazareth.

40 Puer autem ſuccreſcebat, & corroborabatur ſpiritu, implebaturque ſapientia, & gratia Dei erat ſuper ipſum.

Sexta pars ſolius L. de triduana diſputatione Chriſti, ætatis 12. annorum, in templo, reditu, & obedientia eius erga parentes.

L. 2. à verſic. 41. ad finem cap.

41 Et ibant parentes eius quotannis Hieroſolymam in die feſto Paſchæ.

42 Et quum factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus ipſis Hieroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei feſti:

43 Conſummatiſque diebus quum redirent illi remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, quod neſciuit Ioſeph, nec mater eius.

44 Exiſtimantes autem eum eſſe in comitatu, ierunt iter vnius diei, & requirebant eum inter cognatos, & inter notos.

45 Et quum non inueniſſent eum, reuerſi ſunt in Hieroſolem, quærentes eum.

46 Et factum eſt poſt triduum, vt inuenirent illum in templo, ſedentem in medio Doctorum, & audientem illos, & interrogantem eos.

47 Stupebant autem omnes qui audiebant eum, ſuper intelligentia & reſponſis eius.

48 Et viſo eo attoniti ſunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, cur feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego diſcruciati, quærebamus te.

49 Et ait ad illos: Quid eſt quod quærebatis me? An neſciebatis, quod in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?

50 Et ipſi non intellexerunt ſermonem, quem locutus eſt eis.

51 Et deſcendit cum eis, venitque Nazareth, eráque ſubditus illis, & mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo.

52 Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

Septima pars ex M. R. L. de prædicatione & baptiſmo Ioannis Baptiſtæ in deſerto.

M. 3. vſque verſ. 15.

1 IN diebus autem illis aduenit Ioannes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudæ.

2 Ac dicens, pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.

3 Nam hic eſt ille de quo dictum eſt ab Eſaia propheta, qui ait, Vox clamantis in deſerto: parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

4 Ipſe verò Ioannes habebat indumentum ſuum è pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos ſuos: cibus autem eius erant locuſtæ & mel ſylueſtre.

5 Tunc egreſſa eſt ad illum Hieroſolyma, & tota Iudæa, totáque regio circumiacens Iordani

6 Et baptizabantur in Iordane ab illo confitentes peccata ſua.

7 Cùm vidiſſet autem multos ex Phariſæis & Sadducæis, venientes ad Baptiſmum ſuum, dixit illis, Progenies viperarum, qui vobis ſubmonſtrauit, vt fugeretis à ventura ira?

8 Facite igitur fructus dignos pœnitentia.

9 Et ne putetis dicendum intra voſipſos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod poſſit

Euangelium ſecundùm Marcum.

M. 1. vſque ver. 9.

1 INitium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei.

2 Sicut ſcriptum eſt in Prophetis, Ecce, ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

3 Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

4 Baptizabat Ioannes in deſerto, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

5 Et egrediebantur ad eum tota Iudea regio, ac Hieroſolymitæ, & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua.

6 Erat autem Ioannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos ſuos, veſcebaturque locuſtis, ac melle ſylueſtri.

7 Et prædicabat, dicens, Venit qui fortior eſt me, poſt me, cuius non ſum idoneus, vt procumbens ſoluam corri-

L. 3. vſque verſ. 18.

1 ANno autem decimo quinto imperij Tiberij Cæſaris Pontio Pilato præſide Iudææ, Tetrarchia verò Galilææ Herode Philippo autem fratre eius Tetratcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilenes Tetrarcha.

2 Sub principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem filium Zachariæ in deſerto.

3 Et venit in omnem regionem circumiacentem Iordani prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

4 Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ dicentis, vox clamantis in deſerto parate viam Domini rectas facite ſemitas eius.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur, & fient quæ obliqua ſunt, recta, & aſpera in vias planas.

6 Et videbit omnis caro ſalutare Dei.

7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptiſarentur ab eo: Progenies viperarum, quis ſubmonſtrauit vobis vt fugeretis à ventura ira?

8 Facite ergo fructus dignos pœni-

35 Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale.
36 Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech.
37 Qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan.
38 Qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

poteſtatem, vt filij Dei fierent, his ſcilicet qui credunt in nomine eius.
13 Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.
14 Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre: plenum gratiæ & veritatis.

Nona pars ex M. R. L. De tentatione diaboli, ieiunio & victoria Chriſti in deſerto.

M. 4. vſque ad verſ. 11.

1 TVne Ieſus ſubductus fuit in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo.
2 Et quum ieiunaſſet dies quadraginta, & noctes quadraginta, tandem eſuriit.
3 Et accedens ad eum tentator dixit, ſi filius es Dei, die vt lapides iſti panes fiant.
4 At ille reſpondens dixit, ſcriptum eſt, Non in ſolo pane viuet homo, ſed in omni verbo quod egreditur per os Dei.
5 Tunc transfert eum Diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi.
6 Et dicit ei, Si filius es Dei, mitte teipſum deorſum. Nam ſcriptum eſt quod Angelis ſuis mandabit de te, & in manibus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.
7 Dixit illi Ieſus, Rurſum ſcriptum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum.
8 Rurſum transfert eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam illorum.
9 Et dicit ei, hæc omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me.
10 Tunc dicit ei Ieſus, Abi Satana: ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies.
11 Tunc omittit eum diabolus, & ecce Angeli accedentes ministrabant ei.

R. 1. verſ. 12. 13.

12 Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum.
13 Et erat illic in deſerto dies quadraginta, & tentabatur à Satana: erátque cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant ei.

L. 4. vſque ad verſ. 14.

1 IEſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane, & actus eſt per ſpiritum in deſertum.
2 Diebus quadraginta tentabatur à diabolo: & nihil comedit in diebus illis, & eis ſummatis illis, tandem eſuriit.
3 Et dixit illi diabolus, ſi filius es Dei, dic lapidi huic vt fiat panis.
4 Et reſpondit ad illum Ieſus dicens, ſcriptum eſt quod non in pane ſolo viuet homo: ſed in omni verbo Dei.
5 Et ſubduxit eum Diabolus in montem excelſum, & oſtendit ei omnia regna orbis terræ in puncto temporis.
6 Et ait illi diabolus, Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam & gloriam illorum: quia mihi tradita ſunt: & cuicúmque volo, do illam.
7 Tu ergo ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia.
8 Et reſpondens Ieſus dixit illi, diſcede à me Satana, ſcriptum eſt enim, adorabis Dominum Deum tuum, & ei ſoli ſeruies.
9 Et duxit illum in Hieruſalem & ſtatuit eum ſuper pinnam templi & dixit illi, ſi filius Dei es, mitte teipſum hinc deorſum.
10 Scriptum eſt enim quod Angelis ſuis mandabit de te, vt cuſtodiant te.
11 Et in manibus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.
12 Et reſpondens Ieſus ait illi, quoniam dictum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum.
13 Et conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab eo vſque ad tempus.

Decima pars ſimplex ſolius I. de publicis & ſpecificis teſtimoniis Ioannis Baptiſtæ de Ieſu Chriſto, quod ſit vnicus Dei filius, & verus Meſſias, & de prima Chriſti publica & breui profectione & prædicatione in Galilæa gentium, vbi ad Cana in nuptiis aquam vinum fecit, & de prima publica profectione & prædicatione ad Paſcha Hieroſolymæ, vbi mercatores è templo expulit, Nicodemum nocte venientem docuit, & de reditu iuxta Iordanem, vbi per diſcipulos plures baptizabat quam Baptiſta, qui ſuper hoc aditus, omnem authoritatem vni Chriſto vt ſponſo detulit, & de reditu in Galilæam per regionem Samariæ vbi Samaritanam & Sichimitas conuertit.

I. 1. à verſ. 15. vſque ad c. 4. verſ. 43.

Primum ſpecificum Teſtimonium Baptiſtæ.

15 Ioannes teſtificatur de ipſo, & clamauit, dicens: Hic eſt quem dixi qui poſt me veniens, ante me fuit, quia prior me erat.
16 Et ex plenitudine eius, nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.
17 Quia lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.
18 Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus ille filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.
19 Et hoc eſt teſtimonium Ioannis quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas vt interrogarent eum, tu quis es?

2. Teſtimoniam.

20 Et confeſſus eſt & non negauit, & confeſſus eſt, inquam, Non ſum ego Chriſtus.
21 Tum interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu? & dicit, Non ſum. Es tu ille propheta? & reſpondit, Non.
22 Dixerunt ergo ei, Qui es, vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo?
23 Ait, ego vox clamantis in deſerto, rectam facite viam Domini ſicut dixit Eſaias Propheta.
24 Porro qui miſſi fuerant erant ex Phariſæis.
25 Et interrogauerunt eum ac dixerunt ei, Quid ergo baptizas ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque propheta ille?

26 Respondit eis Ioannes dicens, ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis.
27 Ipse est ille qui post me venit, qui extitit ante me, cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti.
28 Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem vbi erat Ioannes Baptizans.
3. Testimonium. 29 Postera die videt Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce Agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi.
30 Hic est de quo dicebam, post me venit vir qui ante me extitit, quia prior me erat.
31 Et ego non noueram eum, sed vt manifestaretur Israeli, propterea veni ego in aqua Baptizans.
4. Testimonium. 32 Et testificatus est Ioannes dicens, quia conspexi Spiritum descendentem specie columbæ de cælo, & mansit super eum.
33 Et ego non noueram eum, sed qui misit me ad baptizandum in aqua, ille mihi dixit, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem supet eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto,
34 Et ego vidi & testificatus sum, quod hic est filius Dei.
35 Postero die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo,
5 Testimonium. 36 Et intuitus Iesum ambulantem dixit, Ecce Agnus ille Dei.
37 Et audierunt eum, dico, illi discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.
38 Conuersus autem Iesus & intuitus eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi: quod dicitur (si interpreteris) Magister: vbi habitas?
39 Dicit eis: venite & videte: venerunt viderúntque vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat fermè decima.
40 Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum.
41 Inuenit hic prior fratrem suum Simonẽ, & dicit ei, inuenimus Messiam, quod est, si interpreteris, Christus.
42 Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Ioa: tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus.
43 Postero die voluit Iesus exire in Galilæam & reperit Philippum, & dicit ei, sequere me.
44 Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.
45 Reperit Philippus Nathanaelem, & dicit ei, de quo scripsit Moyses in Lege & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph ex Nazareth.
46 Et dixit ei Nathanael: ex Nazareth potest aliquid boni esse? dicit ei Philippus: veni & vide,
47 Vidit Iesus Nathanaelem venientem ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est.
48 Dicit ei Nathanael, vnde me nosti: Respondit Iesus & dixit ei, † Prius quam te Philippus vocaret quum esses sub ficu vidi te.
Prius enim vtrumque præcessit. 49 Respondit Nathanael, & ait ei: Rabbi tu es ille filius Dei, tu es ille Rex Israël.
50 Respondit Iesus & dixit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maiora his videbis.
51 Et dicit ei, Amen, Amen, dico vobis, amodo videbitis cælum apertum, & Angelos Dei, ascendentes ac descendentes super filium hominis.

I. I I.

1 ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi.
2 Vocatus est autem & Iesus ac discipuli eius ad nuptias.
3 Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, vinum non habent.
4 Dicit ei Iesus: Quid mihi tecum est mulier? Nondum venit hora mea.
5 Dicit mater eius ministris, Quodcunque dixerit vobis, facite,
6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundum purificationem Iudæorum continentes singulæ metretas binas aut ternas.
7 Dicit eis Iesus, implete Hydrias aqua, & impleuerunt eas vsque ad summum.
8 Et dicit eis, haurite nunc, & ferte architriclino: & tulerunt.
9 Vt autem gestauit architriclinus aquam vinum factam (neque sciret vnde esset: sed ministri sciebant quia hauserant aquam) vocat sponsum architriclinus.
10 Et dicit ei, omnis homo, primo loco bonum vinum ponit: vt quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu seruasti bonum vinum vsque adhuc
11 Hoc principium signorum fecit Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam & crediderunt in eum discipuli eius.
12 Post hæc descendit in Capernaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus.
13 Et in propinquo erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.
1. Pascha à baptismo Christi. 14 Et inuenit in templo eos qui vendebant boues & oues, & columbas, & numulatios sedentes.
15 Et quum fecisset flagellum è funiculis, omnes eiecit è templo, oues simul ac boues, & numulatiorum effudit æs, & mensas subuertit.
16 Et his qui columbas vendebant dixit, Auferte ista hinc, nec facite domum patris mei, domum mercatus.
17 Postò recordati sunt discipuli eius, quod scriptum sit: zelus domus tuæ comedit me.
18 Respondetnnt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis quod ista facias?
19 Respondit Iesus & dixit eis: destruite templum hoc: & in tribus diebus erigam illud.
20 Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus eriges illud?
21 At ille dicebat de templo corporis sui.
22 Quum ergo resurrexisset è mortuis, recordati sunt discipuli eius, quod hæc dixisset eis, & crediderunt scripturæ & sermoni quem dixerat Iesus.
23 Quum autem esset Hierosolymis in Pascha, in die festo, multi crediderunt in nomen eius, videntes signa quæ faciebat.
24 Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes.
25 Nec opus habebat, vt quisquam testificaretur de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine.

I. III.

1 ERat autem homo ex Phariſæis Nicodemus nomine, Princeps † Iudæorum.
2 Hic venit ad Ieſum nocte, ac dixit ei, Rabbi, ſcimus quod à Deo venetis magiſter, Nemo enim ſigna poteſt facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum illo.
3 Reſpondit Ieſus & dixit ei: Ameo, amen, dico tibi, niſi quis natus fuerit è ſupernis, non poteſt videre regnum Dei.
4 Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci, quum ſit ſenex? num poteſt in ventrem matris iterum intrare, ac naſci?
5 Reſpondit Ieſus: Amen, amen, dico tibi, niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt intrare in regnum Dei.
6 Quod natum eſt ex carne, caro eſt: quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.
7 Ne mirietis quod dixi tibi, opportet vos naſci è ſupernis.
8 Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu.
9 Reſpondit Nicodemus, & dixit ei, quomodo poſſunt hæc fieri? †
10 Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Tu es magiſter Iſraëlis, & hæc ignoras?
11 Amen, amen, dico tibi, quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur & teſtimonium noſtrum non accipitis.
12 Si terrestria dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis?
13 Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit è cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo?
14 Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis.
15 Vt omnis qui credit in eum, non pereat: ſed habeat vitam æternam.
16 Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.
17 Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt condemnet mundum: ſed vt ſeruetur mundus per ipſum.
18 Qui credit in eum, non condemnatur, qui verò non credit, iam condemnatus eſt, quia non credidit in nomen vnigeniti filij Dei.
19 Hoc autem eſt iudicium, quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim mala eorum opera.
20 Omnis enim qui mala agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius.
21 Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.
22 Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in terram Iudæam & illic conuerſabatur cum ipſis, & baptizabat.
23 Erat autem & Ioannes baptizans in Ænon, prope Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur.
24 Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in carcerem.
25 Orta eſt igitur quæſtio quibuſdam ex diſcipulis Ioannis, cum Iudæis, de purificatione.
26 Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui tecum erat trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce, is baptizat, & omnes veniunt ad eum.
27 Reſpondit Ioannes, & dixit, Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum è cœlo.
28 Ipſi vos mihi teſtes eſtis, quod dixerim, Non ſum ego Chriſtus: ſed miſſus ſum ante illum.
29 Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet, propter vocem ſponſi, hoc ergo gaudium meum impletum eſt.
30 Illum oportet creſcere, me autem minui.
31 Qui è ſupernis venit, ſuper omnes eſt, qui ex terra eſt, ex terra eſt: & ex terra loquitur: qui è cœlo venit, ſupra omnes eſt.
32 Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur: & teſtimonium eius nemo accipit.
33 Qui autem autem recipit eius teſtimonium, obſignauit quod Deus verax eſt.
34 Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur: (hinc) ad menſuram dat Deus ſpiritum.
35 Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.
36 Qui credit in filium, habet vitam æternam: Qui verò incredulus eſt filio, non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum.

Vnus ex principalibus ſynagoga.

Veramque pro ſpirituali regeneratione ponitur: hic igitur tantum de ſpiritualoquio eius eſſe, vt ita annot.

Sic mirabatur Cyprianus ante ſuã cõuerſionem. Vt de ſe fatetur lib. 2. Epiſt. 2. ep. 3. præſenti perfecto.

Sextum teſtimonium Bapt.

Id eſt valde paucis.

I. IV.

1 VT ergo cognouit Dominus audiſſe Phariſæos, quod Ieſus plures diſcipulos faceret, & baptizaret quàm Ioannes,
2 Quanquam Ieſus ipſe non baptizaret, ſed diſcipuli eius.
3 Reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam.
4 Oportebat autem eum tranſire per Samariam.
5 Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta Prædium, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.
6 Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontem, hora erat fermè ſexta.
7 Venit mulier Samaritana, vt hauriret aquam, Dicit ei Ieſus, da mihi potum.
8 Nam diſcipuli eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.
9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus cum ſis, potum à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim commercium habent Iudæi cum Samaritanis.
10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Si ſcires donum Dei, & qui eſt qui dicit tibi, da mihi potum, tu vtique petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.
11 Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus eſt: vnde ergo habes aquam illam viuam?
12 Num tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?

13 Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.
14 Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqoa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ silientis in vitam æternam.
15 Dicit illi mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt oon sitiam, neque veniam huc ad hauriendum.
16 Dicit ei Iesos, vade, voca virum tuum, & veni huc.
17 Respondit mulier & dixit ei, Non habeo virum: dicit ei Iesus, bene dixisti, Non habeo virum.
18 Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir, hoc verè dixisti.
19 Dicit ei mulier, Domine, video quod Propheta es tu.
20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicuis quod Hierosolymis est locus vbi oporteat adorare.
21 Dicit ei Iesus, Mulier crede mihi, venit hora, quando oequo in monte hoc, oeque Hierosolymis adorabitis patrem.
22 Vos adoratis quod oeseitis, nos adoramus quod scimus: qoia salus ex Iudæis est.
23 Sed venit hora, & nunc est, quando veri, adoratores adorabunt patrem, in spiritu & veritate: Nam & pater tales quærit qui adorent ipsum.
24 Deus est spiritus, & eos qui adorant eum, in spiritu ac veritate oportet adorare.
25 Dicit ei muliet, Scio quod Messias venturus est, qui dicitur Christus: Quum ergo veoerit ille, annunciabit nobis omnia.
26 Dicit ei Iesus, Ego sum, qui loquor tibi.
27 Et eo instanti venerunt discipuli eius, & mirati suot, quod cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit, Quid quæris? aut, quid loqueris cum ea?
28 Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit hominibus,
29 Venite videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: ounquid ipse est Christus?
30 Exierunt ergo è ciuitate, & veniebant ad eum.
31 Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, comede.
32 Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo comedendum, quem vos nescitis.
33 Dicebant ergo discipuli admodum, Num quis attulit ei quod ederet?
34 Dicit eis Iesus, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.
35 Nónne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis veniet? Ecce dico vobis, attollite oculos vestros, & videte regiones, quoniam albæ sunt iam ad messem.
36 Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum to vitam æternam, vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.
37 In hoc enim est sermo verus, quod alius est qui seminat, & alius est qui metit.
38 Ego misi vos ad metendum, quod vos non laborastis: Alij laborauerũt, & vos in labores eorum introistis.
39 Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter sermonem mulieris quæ testificabatur, quia dixit mihi omnia quæcunque feci.
40 Quum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt maneret apud ipsos: & mansit ibi duos dies.
41 Ac multò plures crediderunt propter sermonem ipsius.
42 Et mulieri dicebant, Iam non amplius propter tuam orationem credimus, ipsi enim audiuimus & scimus, quod hic est vere seruator mundi Christus.

Vndecima pars quadruplex M. R. L. I. Continens gesta Christi, mox ab incarceratione Baptistæ, per Herodem Antipam facta, videlicet secundam prædicationem, & miracula Christi in Galilæa: vbi derelicta Nazaretha, vnde eiectus fuit, itetum adiit Cana, in vlteriorem vel superiorem Galilæam, & illinc rediit Capernaum, & loca circumuicina, vnde vocauit quosdam in discipulos: vsque ad vnam insignem ptofectionem Christi è Capernaum, quam solus M. describit in parte sequenti.

M. 4. à vers. 12. vsque vers. 25. — *R. 1. à vers. 14. vsque vers. 13.* — *L. 4. à vers. 14. vsque ad vers. 35.* — *I. 4. à vers. 43. vsque ad fin. c.*

12 Quum audisset autem Iesus quem Ioannes traditus esset, rediit in Galilæam.
13 Et relicta Nazareth, veoit & habitauit in Capernaum, vrbe maritima io finibus Zabuluo & Nephtalim.
14 Vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem,
15 Terra Zabulon & terra Nephtalim, iuxta viam maris trans Iordanem, Galilæa gentium:
16 Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.
17 Ab eo tempore cœpit

Hic graecam phrasim Christi aduersus sequimur.

14 Postquam autem comprehensus esset Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei,
15 Et dicens, quia impletum est tempus, & appropinquauit regnom Dei, resipiscite, & credite Euangelio.
16 Quum autem ambularet iuxta mare Galilææ, vidit Simonẽ & Andream fratrem eius, iacientes retia in mare: erant enim piscatores.
17 Et dixit eis Iesus, sequimini me, &

14 Et reuersus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de ipso.
15 Et ipse docebat in Synagogis eorum, & glorificabatur ab omnibus.
16 Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & ingressus, secundum consuetudinem suam die Sabbatorum, in Synagogam, & surrexit vt legeret.
17 Et traditus est illi liber Esaiæ Prophetæ, cunque explicuisset librum, inuenit locum vbi scriptum erat.
18 Spiritus Domini super me, propterea quod vnxit me: ad Euangelizan-

43 Post duos autem dies exiit inde, & abut in Galilæam.
44 Ipse enim Iesus testatoa fuerat, quod propheta in sua patria † honorem non habet.
45 Quum ergo venisset in Galilæam: exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum.
46 Venit ergo Iesus iterum io Cana Galilææ, vbi fecerat ex aqua vinum, & erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum.
47 Hic cum audisset quod Iesus aduenisset à Iudæa

Quam propterea vbique versabit L.

io

M. 4. R. 5. L. 4. I. 4.

Ieſus prædicare & dicere, Reſipiſcite, appropinquauit enim regnũ cœlorum.
18 Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, Vidit duos fratres Simonem qui dicitur Petrum, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare (nam erant piſcatores.)
19 Et dicit illis, † Sequimini me & faciam vos piſcatores hominum.
20 At illi ſtatim relictis illis retibus ſequuti ſunt eum.
21 Et progreſſus illinc, vidit alios duos fratres Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicula cum Zebedæo patre ſuo, ſarcientes retia ſua & vocauit eos.
22 At illi protinus relictis nauicula & patre ſuo ſequuti ſunt eum.

Ad Gręcum venire poſſunt ex Hebraismo dictum.

faciam vos fieri piſcatores hominum.
18 Ac protinus relictis retibus ſuis ſequuti ſunt eum.
19 Et progreſſus illinc paululum, vidit Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipſi in naui recognouabant retia.
20 Statimque vocauit illos & relicto patre ſuo Zebedeo in naui cum mercenariis, ſequuti ſunt eum.
21 Et ingrediuntur Capernaum, & ſtatim ſabbathis ingreſſus in Synagogam, docebat.
22 Et ſtupebant ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos tanquam authoritatem habens, & non ſicut Scribæ.

dum pauperes miſit me, vt ſanem contritos corde, vt prædicem captiuis dimiſſionem, & cæcis viſum vt emittam confractos per remiſſionem.
19 Vt prædicem annum Domini acceptum
20 Et cum plicaſſet librum reddidit miniſtro, ac ſedit, & omnium in Synagoga oculi erant defixi in eum.
21 Cœpit autem dicere ad illos: hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris.
22 Et omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur ſuper ſermonibus gratiæ qui procedebant ex ore ipſius, & dicebant. Nonne hic eſt filius Ioſeph?
23 Et ait ad illos, omnino dicetis mihi hanc ſimilitudinem, Medice cura teipſum. Quæcunque audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua.
24 Ait autem, Amen dico vobis, Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.
25 Sed in veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Iſraël, quando clauſum eſt cælum annis tribus, & menſibus ſex: vt fuerit fames magna per omnem terram.
26 Et ad nullam illarum miſſus eſt Helias niſi in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam.
27 Et multi leproſi erant in Iſraël ſub Heliſæo propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.
28 Et repleti ſunt omnes ira in Synagoga, hæc audientes.
29 Et inſurgentes, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vſque ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.
30 Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat.
31 Et deſcendit in Capernaum ciuitatem Galilææ ibique docebat illos Sabbathis.
32 Et ſtupebant ſuper doctrina eius, quia cum poteſtate erat ſermo ipſius.

in Galilæam, abiit ad eum, & rogauit eum, vt deſcenderet ac ſanaret ipſius filium, erat enim propinquus morti.
48 Dixit ergo Ieſus ad eum niſi ſigna & prodigia videritis, non credetis.
49 Dicit ei regulus, Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus.
50 Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit, credidit homo ſermoni, quem dixerat illi Ieſus, & proficiſcebatur.
51 Iam autem eo deſcendente, ſerui eius occurrerunt ipſi & nunciauerunt, dicentes, filius tuus viuit.
52 Percontatus eſt ergo ab eis horam, in qua melius habuiſſet: & dixerunt ei, heri hora ſeptima reliquit eum febris.
53 Cognouit ergo pater, quod illa hora erat, in qua dixerat ei Ieſus, filius tuus viuit: & credidit ipſe & domus eius tota.
54 Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus, quum veniſſet ex Iudæa in Galilæam.

Duodecima pars ſolius M. de celebri profectione Chriſti à Capernaum, totam circumeundo Galileam, prædicando regnum Dei, dæmones expellendo, morbos omnes ſanando, in qua profectione magnum illum & præcellentiſſimum ſermonem habuit in monte, vnde reuerſus eſt Capernaum.

M. 4. à verſ. 23. vſque ad c. 8. verſ. 5.

23 Et circumibat totam Galilæam Ieſus docens in Synagogis illorum, ac prædicans Euangelium regni, & curans omnem morbum, & omnem langorem in populo.
24 Et diuulgauit fama eius in totam Syriam, & adduxerunt ad illum omnes male habentes, variis morbis, & cruciatibus detentos, & dæmoniacos & lunaticos, & paralyticos, & ſanauit eos.
25 Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ à Galilæa, & Decapoli, & Hieroſolymis, & Iudæa, & à tranſmarinis partibus Iordanis.

M. V.

1 QVum vidiſſet autem turbas, aſcendit in montem, & quum ſediſſet acceſſerunt ad ipſum diſcipuli eius:
2 Et aperiens os ſuum docebat eos, dicens,
3 Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.
4 Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolationem accipient.
5 Beati mites: quoniam ipſi hæreditabunt terram.
6 Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.
7 Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
8 Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.
9 Beati pacifici: quoniam ipſi filij Dei vocabuntur.
10 Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.
11 Beati eſtis cum conuitiati fuerint vobis, & perſecuti fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos mentientes propter me.

Non ergo ait non pangat vbi oportet.

12 Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælis, Sic enim perſequuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

13 Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal infatuatus † fuerit, quo ſalietur? Ad nihil valet vltra, niſi vt proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus.
14 Vos eſtis lux † mundi: non poteſt vrbs abſcondi ſupra montem poſita.
Ad locum vide Lucæ 11.8.
15 Neque accendunt lucernam & ponunt illam ſubter modium: ſed ſuper candelabrum, & lucet omnibus qui ſunt in domo.
16 Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis.
17 Ne exiſtimetis quod venerim ad diſſoluendum legem vel prophetas: non veni vt diſſoluam, ſed vt impleam.
18 Amen quippe dico vobis, donec prætereat cœlum & terra iota vnum, aut vnus apex non præteriet ex lege, quoad omnia facta fuerint.
19 Quiſquis igitur ſoluerit vnum ex mandatis biſce minimis, & docuerit ſic homines minimus vocabitur in regno cælorum: Quiſquis autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.
20 Dico enim vobis, niſi abundauerit veſtra iuſtitia, plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.
21 Audiſtis quoniam dictum eſt antiquis, Non occides: Qui autem occiderit, obnoxius erit iudicio.
22 Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo temerè, reus erit iudicio: Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio, Qui autem dixerit fatue, reus erit gehenoæ ignis.
Ideſt, offerſum à te R. 11. 25. L. 23. 4.
23 Itaque ſi obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te †.
24 Relinque illic munus tuum coram altari, & abi prius reconcilieris fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum.
25 Habeto beneuolentiam cum aduerſario tuo cito, dum es in via cum illo, ne quando te tradat aduerſarius Iudici, & iudex te tradat miniſtro, & in carcerem conijciaris.
26 Amen, amen dico tibi nequaquam exibis illinc donec perſolueris vltimum quadrantem.
27 Audiſtis quod dictum fuerit antiquis, Non committes adulterium.
28 At ego dico vobis, quod quicunque aſpexerit mulierem, ad concupiſcendum eam: iam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo.
29 Quod ſi oculus tuus dexter obſtaculo tibi fuerit, erue illum, & abijce abs te: Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum conijciatur in gehennam.
30 Et ſi dextera tua manus obſtiterit tibi, amputa eam, & proijce abs te: Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam.
31 Dictum eſt autem, quiſquis dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellum repudij.
32 At ego dico vobis quod quiſquis dimiſerit vxorem ſuam, niſi cauſa ſtupri, facit eam mœchari, & quicunque repudiatam duxerit, mœchatur.
33 Rurſum audiſtis quod dictum fuerit antiquis, Non peierabis, ſed reddes domino quæ iuraueris.
34 At ego vobis, ne iuretis omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt.
35 Neque per terram, quia ſubſellium eſt pedum illius, neque per Hieroſolyma, quoniam ciuitas eſt magni Regis.
36 Neque per caput tuum iures, quia non potes vnum capillum album, aut nigrum facere.
37 Sed erit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non. Porrò, quod eſt vltra hæc, ex malo eſt.
38 Audiſtis, quod dictum fuerit, Oculum pro oculo, & dentem pro dente.
39 Ego autem dico vobis, ne reſiſtatis malo: ſed quiſquis impegerit alapam, in dexteram tuam maxillam, obuerte illi & alteram.
40 Et ei qui vult tecum iudicio contendere, ac tunicam tuam tollere, dimitte ei etiam & pallium.
41 Et quiſquis te angariabit ad miliare vnum, abito cum illo duo.
42 Petenti abs te, dato, & volentem mutari abs te, ne auerſetis.
43 Audiſtis quod dictum ſit: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.
44 Ego verò dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benè precemini deuouentibus vos, benefacite ijs qui oderunt vos: Et orate pro ijs, qui lædunt & inſectantur vos.
45 Vt ſitis filij patris veſtri, qui eſt in cœlis: Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluuiam mittit ſuper iuſtos & iniuſtos.
46 Nam ſi dilexeritis eos, qui diligunt vos, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani idem faciunt?
47 Et ſi complexi fuerit is fratres veſtros tantùm, quid amplius faciris? Nonne & publicani ſic faciunt?
48 Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum pater veſter, qui eſt in cœlis, perfectus eſt.

M. VI.

1 ATtendite ne eleemoſynam veſtram faciatis, coram hominibus, quo ſpectemini ab illis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui eſt in cœlis.
2 Itaque cum præſtas eleemoſynam, ne tubis canatur ante te, quemadmodum hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.
3 Cæterùm tu cum præſtabis eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quod facit dextera tua.
4 Vt ſit tua eleemoſyna in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, ipſe reddet tibi in propatulo.
5 Et quum oraueris, non eris quemadmodum hypocritæ: nam illi amant in conuentibus & in angiportis plateatum ſtantes orare, quo conſpicui ſint hominibus. Amen dico vobis, quod receperunt mercedem ſuam.
6 Tu verò cùm oras, introito in conclaue tuum, & occluſo oſtio tuo, ora patrem tuum, qui eſt in occulto, & pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in propatulo.
7 Verùm orantes, ne ſitis multiloqui, ſicut Ethnici. Putant enim ſe fore, vt ob multiloquium ſuum exaudiantur.
8 Ne igitur efficiamini ſimiles iſtorum. Nouit enim pater veſter, quibus vobis opus ſit, priuſquam petatis ab illo.
9 Ad hunc ergo modum orate vos: Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.

10 Veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, quemadmudum in cœlo, sic etiam in terra.
11 Panem nostrum quotidianum † da nobis hodie.
12 Et remitte nobis debita nostra: Sicut etiam nos remittimus debitoribus nostris.
13 Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.
14 Si enim remiseritis hominibus offensas ipsorum, remittet etiam vobis pater vester cœlestis.
15 Quod si non remiseritis hominibus peccata sua; nec pater vester remittet peccata vestra.
16 Porrò quum ieiunaueritis, ne fitis veluti hypocritæ tristes. Obscurant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunate. Amen dico vobis, recepetunt mercedem suam.
17 Tu verò quum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.
18 Ne conspicuum sit hominibus ic ieiunare, sed patri tuo, qui est in occulto, & pater tuus, qui videt in abdito, reddet tibi in propatulo.
19 Ne reponatis vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea corrumpit, & vbi fures profodiunt, ac furantur.
20 Sed recondite vobis thesauros in cœlo, vbi neque erugo, neque tinea corrumpit, & vbi fures non perfodiunt, neque furantur.
21 Nam vbi est thesaurus vester, illic erit & cor vestrum.
22 Lucerna corporis est oculus. Si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.
23 Quod oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in te, tenebræ sunt, Ipsæ tenebræ quantæ?
24 Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum habebit odio, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum negliget: non potestis Deo seruire & mammonæ.
25 Propterea dico vobis, ne sitis solliciti vitæ vestræ, qui esuri sitis, aut bibituri, neque corpori vestro quibus indumentis vsuri. Nónne anima plutis est, quam cibus, & corpus pluris, quam indumentum?
26 Respicite ad volatilia cœli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis alit illa. Nónne vos longè præcellitis illa?
27 Quis autem ex vobis sollicitè cogitando potest addere ad staturam suam cubitum vnum?
28 Ac de indumento quid solliciti estis? cognoscite lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent.
29 Attamen dico vobis, ne Salomonem quidem in vniuersa gloria sua, sic amictum fuisse, vt vnum ex his.
30 Quod si gramen agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, an non multò magis vos ô exiguæ fidei?
31 Ne sitis igitur solliciti, dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus aut quibus operiemur?
32 Nam omnia ista gentes exquirunt. Nouit enim pater vester cœlestis quod opus habeatis his omnibus.
33 Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.
34 Ne sitis igitur solliciti in crastinum: nam crastinus dies curam habebit sui ipsius: sufficit diei afflictio sua.

vulg. superessubstantialē vel super-substantiale.

Matth. cap. 7.

1 NOlite iudicare, ne iudicemini.
2 Quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura, mensi fueritis, remetietur vobis.
3 Quid autem vides festucam quæ est in oculo fratris tui: trabem autem quæ est in oculo tuo non animaduertis?
4 Aut quomodo dicis fratri tuo, sine eximam festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo.
5 Hypocrita, eice primùm trabem ex oculo tuo, & tum perspiciens vt eximas festucam ex oculo fratris tui.
6 Ne detis quod sanctum est canibus? neque proiiciatis margaritas vestras ante porcos: ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & illi versi lacerent vos.
7 Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.
8 Quisquis enim petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti, aperietur.
9 An quisquam est vestrûm homo, quem si filius eius petierit panem, num lapidem dabit illi?
10 Aut si piscem petierit, num serpentem porriget illi?
11 Si vos igitur, cum sitis mali, nostis dona bona dare filijs vestris, quantò magis pater vester qui est in cœlis, dabit bona petentibus ab ipso?
12 Omnia igitur quæcunque voluerit is vt faciant vobis homines, sic & vos facite illis, hæc est enim Lex & Prophetæ.
13 Introite per arctam portam: quoniam lata est porta, & spatiosa via, quæ adducit in exitum, multique sunt, qui ingrediuntur per illam.
14 Quoniam angusta est porta, & stricta via, quæ deducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt illam.
15 Cauete verò vobis à Pseudoprophetis qui veniunt ad vos in vestito ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces.
16 A fructibus eorum agnoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas? aut de tribulis ficus?
17 Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: putris autem arbor, fructus malos facit.
18 Non potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor putris fructus bonos facere.
19 Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem coniicitur.
20 Igitur ex fructibus eorum, agnoscetis eos.
21 Non quisquis dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei qui est in cœlis.
22 Multi dicent mihi in illa die, Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtutes fecimus.
23 Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem.
24 Omnis igitur qui audit ex me sermones hos, & facit eos, adsimilabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram.
25 Et descendit imber, & venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim fuerat super petram.
26 Et omnis qui audit à me sermones hos, & non facit eos, adsimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domum

ſuam ſuper aenam.
27 Et deſcendit imber, & venerunt flumina, & flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.
28 Et factum eſt quum finiſſet Ieſus ſermones hos, vt obſtupeſcerent turbæ ſuper doctrina eius.
29 Docebat enim eos, velut habens authoritatem, & non ſicuti Scribæ.

Decima tertia ſimplex M. qui ſolos loquitur de deſcenſu Chriſti de monte, poſt dictam concionem, & de duobus inſignibus miraculis, quæ rediens Capheroaum fecit in itinere. Primùm, ante ingreſſum vrbis, ſanaos leproſum: Secundò, poſt ingreſſum vrbis, ſanans puerum Centurionis.

M. 8 vſque ver. 14.

1 QVum autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.
2 Et ecce leproſus veniens, adorauit eum, dicens, Domine, ſi vis, potes me mundare.
3 Protenſáque manu tetigit illum Ieſus, dicens, volo, mundus eſto, ac protinus mundata fuit illius lepra.
4 Et dicit illi Ieſus, vide ne cui dixeris: ſed abi, oſtende teipſum ſacerdoti, & offer donum illud quod iuſſit Moyſes, in teſtimonium ipſis. *Leuit. 13 & 14.*
5 Poſtò quum ingreſſus fuiſſet Ieſus Capheroaum, adiit eum Centurio, obſecrans eum.
6 Et dicens, domine, puer meus decumbit domi paralyticus, ac grauiter diſcruciatur.
7 Et dicit illi Ieſus, ego cum veneto ſanabo eum.
8 Et reſpondens Centurio dixit: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbum, & ſanabitur puer meus.
9 Nam & ego ſum homo alterius poteſtati ſubditos, & habeo ſub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alteri veni, & venit, & ſeruo meo fac hoc, & facit.
10 Hæc autem cum audiſſet Ieſus miratus eſt: & ait ſequentibus ſe, Amen dico vobis, ne in Iſraël quidem tantam fidem reperi.
11 Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & accumbent cum Abraham & Iſaac, & Iacob in regno cœlorum.
12 Filij verò regni eijcientur in tenebras exteriores: illic erit fletus, & ſtridor dentium.
13 Et dixit Ieſus Centurioni, vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer eius in hora illa.

Decima quarta duplex R. L. De dæmoniaco liberato per Chriſtum, poſtquam ingreſſus eſt Syoagogam.

R. 1. à verſ. 23. vſque ad verſ. 39.

23 Et erat Synagoga eorum, homo obnoxius ſpiritui immundo, & exclamauit.
24 Dicens, ah quid rei nobis eſt tecum Ieſu Nazarene? veniſti ad perdendum nos? nouimus qui ſis, ſanctus ille Dei.
25 Et increpauit illum Ieſus dicens, obmutesce, & exi ab eo.
26 Et quum diſcerpſiſſet eum ſpiritus immundus, exclamaſſéque voce magna, exijt ab eo.
27 Et obſtupuerunt omnes, ita vt conquirerent interſe dicentes. Quid eſt hoc? quia cum authoritate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.
28 Emanauit autem fama eius ſtatim in totam vndique regionem Galilææ finitimam.

L. 4. à verſ. 33. vſque ad verſ. 38.

33 Et in Synagoga erat homo habens ſpiritum dæmonis immundi: & exclamauit voce magna.
34 Dicens, Eia, quid tibi oobiſcum eſt Ieſu Nazarene? veniſti ad perdendum nos? ſcio te quis ſis, ſanctus ille Dei.
35 Et increpauit illum Ieſus dicens, obmutesce, & exi ab eo, & quum proiecciſſet illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilque ei nocuit.
36 Et factus eſt pauor ſuper omnes: & colloquebantur alij cum alijs, dicentes, quis ſermo hic? † quia cum authoritate ac poteſtate, imperat immundis ſpiritibus, & exeunt. *† Vel quid hoc verbi eſt?*
37 Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum vndique finitimæ regionis.

Decima quinta triplex M. R. L. De Chriſto ex Syoagoga digreſſo domum Petri, vbi ſocrum eius ſanauit & eadem die veſperi multos dæmoniacos & omnes infirmos.

M. 8. à verſ. 14. vſque verſ. 18.

14 Et quum veniſſet Ieſus in domom Petri, vidit ſocrum illius in lecto decumbentem, & febricitantem.
15 Tetigítque manum illius, & reliquit eam febris: & ſurrexit ac miniſtrabat eius
16 Cùm autem adueſperaſſet adduxerunt illi dæmoniacos multos, & eiecit ſpiritus verbo, omnéſque male habentes ſanauit.
17 Vt impleretur. Quod dictũ

R. 1. à verſ. 29. vſque verſ. 35.

29 Et protinus è Synagoga egreſſi venerunt in domum Simonis, & Andreæ, cum Iacobo & Ioanne,
30 Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & ſtatim dicunt ei de illa.
31 Et accedens erexit eam, apprenſa mano eius: & reliquit eam febris illico, ac miniſtrabat eis.
32 Veſperi verò cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & qui à dæmonijs agitabantur.
33 Et ciuitas tota congregata erat ad

L. 4. à verſ. 38. vſque verſ. 41.

38 Quum ſurrexiſſet autem Ieſus de Synagoga introiuit in domum Simonis: ſocrus autem Simonis tenebatur febri magna, & rogaueruot eum pro ea.
39 Et aſtans ſupra illam, increpauit febrem, & febris dimiſit illam, ſtatímque ſurgens, miniſtrabat illis.
40 Quum autem ſol occideret, omnes qui habebãt infirmos morbis variis, ducebant illos ad eum: & ille ſingulis manus imponẽs ſanabat illos.
41 Exibant autem & dæmonia à multis

M. 8. R. 1. L. 4.

erat per Esaiam Prophetam, quum ait, ipse infirmitates nostras sustcepit & morbos portsuit.

ostium.
34 Et sanauit multos qui ægrotabsnt variis morbis. Et dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat loqui dæmonia, quod ipsum nossent.

elamantia ac dicentis, certè tu es Christus ille filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quod sciebant eum esse Christum.

Decima sexta pars duplex R. L. Vt manè sequenti ante lucem, Christus exierit in desertum orare, nec rogatus redire voluit Capernaum, sed aliis quoque ciuitatibus Galilææ prædicare.

R. 1. à vers. 35. vsque ad vers. 40. *L. 4. à vers. 42. vsque fi. c.*

35 Et mane multa adhuc nocte quum surrexisset, egressus est & abiit Iesus in desertum locum: ibique orabat.
36 Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant.
37 Et quum inuenissent eum, dicunt ei, omnes te quærunt.
38 Et ait illis, eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem, io hoc enim egressus sum.
39 Et prædicabat in Synagogis eorum in tota Galilæa, & dæmonia eiiciebat.

42 Facto autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ quærebant eum, & veneruot vsque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis.
43 Quibus ille ait, certe etiam aliis ciuitatibus, Oportet me euangelizare regnum Dei: nam in hoc missus sum.
44 Et prædicabat in Synagogis Galilææ.

Decima septima pars simplex L. de concione Christi in naui, ad stagnum Genezareth, ingenti captura piscium per Petrum, qui cum Iacobo & Ioanne stupentes confirmati à Christo, sequuti sunt eum.

L. 5. vsque vers. 12.

1 FActum est autem cum turba irrueret illi: vt audiret verbum Dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth.
Et vidit duas naues, stantes ad stagnum, piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia.
2 Ingressus autem in vnam nauium, quæ erat Simonis, rogauit eum vt à terra abduceret pusillum, & sedens docebat è naui turbas.
4 Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: due in altum, & laxate retia vestra ad capturam.
5 Et respondens Simon dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: tamen in verbo tuo laxabo rete.
6 Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.
7 Et annuerunt sociis, qui essent in altera nsui, vt venirent & adiuuarent ipsos. Et venerunt atque impleuerunt ambas naues, ita vt illæ mergerentur.
8 Quod quum videret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me, quia homo peccator sum, Domine.
9 Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, super capturam piscium, quam ceperant.
10 Similiter autem Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Ne metuas, exnunc eris homines capiens.
11 Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Decima octaua pars duplex R. L. de leproso sanato, & iusso munus secundum legem Mosis offerre.

R. 1. à vers. 40. vsque ad c. 2. *L. 5. à ver. 12. vsque ad ver. 17.*

40 Et venit ad eum leprosus deprecans eum, eique ad genua accidens, ac dicens illi. Si vis, potes me mundare.
41 Iesus autem misericordia commotus, extensa manu, tetigit illum dicens ei, volo, mundus esto.
42 Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.
43 Et comminatus ei, statim ablegauit eum.
44 Dicitque ei, vide nemini quicquam dicas: sed abi, teipsum ostende Sacerdoti, & offer pro emundatione tui, quæ præcepit Moses in testimonium illis.
45 At ille egressus, cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, ita vt iam non posset Iesus manifestè introire in ciuitatem: sed foris in desertis locis erat, & veniebant ad eum vndique.

12 Et accidit quum esset in quadam ciuitate, & ecce vir plenus lepra, quumque vidisset Iesum, prostratus in faciem, rogauit eum dicens: Domine, si vis potes me mundare.
13 Et protensa manu, tetigit eum, dicens, Volo, mundus esto, & confestim lepra discessit ab eo.
14 Et ipse præcepit illi ne cuiquam diceret, sed vade, inquit, ostende teipsum Sacerdoti, & offer pro emundatione tui, quemadmodum præcepit Moses in testimonium illis.
15 Peruagabatur autem magis rumor de illo, & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & sanarentur per illum ab infirmitatibus suis.
16 Ipse autem agebat in secessu, in desertis & orabat.

Decima nona ſimplex M. Ieſus Reuerſus ad littora maris Galileæ ſeu dicti ſtagni ſupra par. 17. etiam videns multas circa ſe turbas quia ſatis tum ad occideorale littus docuerat: voluit more ſuo in vlteriorem, id eſt, Orientalem ripam traiicere, vt ibi quoque doceret, & ingreſſurus ouem, ſcribam ſe offerentem deterruit, vni verò diſcipulis commeatum, ad ſepeliendum patrem petenti, denegauit, ſéque ſtatim ſequi iuſſit. Tempeſtatem maris, excitatus ſedauit, & appulſus regionem, Gergeſenorum duos dæmoniacos ſanauit, dæmonibus eiectis in porcos, qui perierunt in mari: Gergeſeni rogant Ieſum diſcedere è finibus ſuis.

M. 8. à verſ. 18. vſque ad fi. c.

18 Quum vidiſſet autem Ieſus turbas multas circum ſeſe, iuſſit vt abirent in vlteriorem ripam.
19 Et quum acceſſiſſet vnus ſcriba dixit ei. Magiſter ſequar te quocunque ieris.
20 Et dicit illi Ieſus, vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: at filius hominis non habet vbi caput reclinet.
21 Alius autem ex diſcipulis eius, dixit ei, Domine permitte mihi prius abire, & ſepelire patrem meum.
22 At Ieſus dixit illi, ſequere me, & ſine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.
23 Et quum eſſet ingreſſus nauim, ſecuti ſunt eum diſcipuli ſui.
24 Et ecce motus magnus factus eſt in mari, adeo vt nauis operiretur à fluctibus, ipſe verò dormiebat.
25 Et accedentes diſcipuli excitauerunt illum dicentes: Domine ſerua nos, perimus.
26 Et dicit illis, Quid timidi eſtis, ô modicæ fidei? Tunc excitatus increpauit ventos, & mare, & facta eſt tranquillitas magna.
27 Homines verò admirabantur dicentes: Qualis eſt hic quia venti, quoque, & mare obediunt ei?
28 Et quum ipſe veniſſet ad vlteriorem ripam, in regionem Gergeſenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis exeuntes, ſæui valde, adeò vt nemo poſſet tranſire per viam illam.
29 Et ecce clamarunt, dicentes: Quid rei nobis tecum eſt Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus ad torquendum nos?
30 Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum, paſcens.
31 Dæmones verò rogabant eum dicentes, Si eicis nos, permitte nobis abire in gregem porcorum.
32 Et ait illis, abite. Illi verò egreſſi, abierunt in gregem porcorum, & ecce ſubitaneo impetu ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis.
33 Subulci verò fugerunt, & venientes in ciuitatem renuntiauerunt omnia, & quid acciderat dæmoniacis.
34 Et ecce tota ciuitas exiuit in occurſum Ieſu. Et cum vidiſſent illum, rogauerunt vt decederet á finibus eorum.

Vigeſima triplex M. R. L. De reditu & prædicatione Chriſti in Capernaum, paralytico ſanato, vocatione M. murmure Phariſæorum, & reſponſo ad eos, & ad Baptiſtæ diſcipulos.

Matth. 9. vſque ad v. 8.

1 ET ingreſſus nauim, traiecit, ac venit in ſuam ciuitatem.
2 Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentem. Cumque vidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico, confide fili, remittuntur tibi peccata tua.
3 Et ecce quidam è Scribis dicebant intra ſeſe, Hic blaſphemat.
4 Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes illorum, dixit, Quare vos cogitatis mala in cordibus veſtris?
5 Vtrum enim facilius eſt dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge, & ambula?
6 Vt autem ſciatis quod poteſtatem habet filius hominis in terra remittendi peccata. Tunc dicit paralytico, Surge, tolle tuum lectum & abi in domum tuam:
7 Et ille ſurrexit, abiitque in domum ſuam.

R. 1. vſque ad verſic. 23.

5 ET iterum intrauit Capernaum poſt dies aliquot, & auditum eſt quod in domo eſſet.
2 Et protinus congregati ſunt multi, adeò vt iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis ſermonem.
3 Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.
4 Et cum non poſſent ei appropinquare præ turba, nodauerunt tectum vbi erat, in quibus erat, eóque perfoſſo, funibus demiſerunt grabbatum, in quo paralyticus iacebat.
5 Quum autem vidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico, Fili, remittuntur tibi peccata tua.
6 Erant autem illic quidam è Scribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis.
7 Quid hic ſic loquitur blaſphemias? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?
8 Et protinus, vt cognouiſſet Ieſus ſpiritu ſuo, quod ſic cogitarent intra ſeſe, dicit illis: Quid tales cogitatis in cordibus veſtris?
9 Vtrum eſt facilius dicere paralytico, remittuntur tibi peccata: an dicere, ſurge, & tolle grabbatum tuum, & ambula?

L. 5. à ver. 17. vſque ad finem c.

17 Et factum eſt quodam die, & ipſe docebat, erantque Phariſæi ſedentes, ac legis Doctores, qui venerant ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ, & Hieruſalem, & virtus Domini aderat ad ſanandum eos.
18 Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum.
19 Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſuper tectum, ac per tegulas dimiſerunt eum cum lecto ante Ieſum.
20 Quorum fidem vt vidit, dixit illi: Homo, remittuntur tibi peccata tua.
21 Et cœperunt cogitare Scribæ & Phariſæi, dicentes, Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?
22 Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris?
23 Vtrum eſt facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge, & ambula?
24 Vt autem ſciatis, quod filius hominis habet poteſtatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: tibi

8 Turbæ verò quæ viderant, admiratæ ſunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

9 Et præteriens Ieſus illinc, vidit hominem deſidentem ad Telouium, Matthæum nomine: dixitque ei, ſequere me, atque is ſurgens, ſequutus eſt eum.

10 Et factum eſt, vt Ieſus accumberet in illis ædibus, & ecce multi publicani & peccatores qui venerant, ſimul accumbuerunt cum Ieſu, & diſcipulis eius.

11 Cúmque id vidiſſent Phariſæi, dixerunt diſcipulis eius, Cur cum publicanis & peccatoribus veſcitur magiſter veſter?

12 At Ieſus vbi audiuit, dixit illis, non opus habent ij qui valdi ſunt medico: ſed qui male habent.

13 Profecti verò diſcite, quid ſit, miſericordiam volo, & non ſacrificium: Non enim veni ad vocandum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

14 Tunc adeunt eum diſcipuli Ioannis, dicentes, quam ob cauſam nos & Phariſæi ieiunamus plerumque, diſcipuli verò tui non ieiunant?

15 Et dixit illis Ieſus, nunquid poſſunt filij thalami nuptialis lugere, quãdiu eum illis eſt ſponſus? venient autẽ dies, quum tollerur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.

16 Nullus autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: illud enim ſupplementum detrahit de veſtimento, & fit peior ruptura.

17 Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: ſed mittunt vinum nouum in vtres nouos, & vtraque ſimul ſeruantur.

10 Vt autem ſciatis, quòd filius hominis habet poteſtatem in terra remittendi peccata, ait paralytico.

11 Tibi dico, Surge, & tolle grabbatum tuum, & abi in domum tuam.

12 Et ſtatim ſurrexit, ſublatóque grabbato, egreſſus eſt in conſpectu omnium: adeò vt ſtuperent omnes, & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam ſic vidimus.

13 Et egreſſus eſt rurſus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

14 Et quum præteriret Ieſus, vidit Leui Alphæi filium ſedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me. Iſque ſurgens, ſecutus eſt eum.

15 Et factum eſt quum accumberet in domo illius, multi etiam Publicani & peccatores, ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Etãi enim multi, & ſequuti fuerant eum.

16 Et Scribæ & Phariſæi quum vidiſſent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant diſcipulis eius: Quid eſt quod eum publicanis & peccatoribus edit, ac bibit?

17 Hoc audito, Ieſus, ait illis: Nõ opus habent qui bene valent medico, ſed qui male habent. Non veni ad vocandum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

18 Et diſcipuli Ioannis ac Phariſæorum ieiunabant, veniúntque, & dicunt illi, Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunant, tui autem diſcipuli non ieiunant?

19 Et ait illis Ieſus: Num poſſunt filij thalami nuptialis, quandiu eum illis eſt ſponſus ieiunare? Quandiu habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare.

20 Venient autem dies, quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

21 Et nemo pannieulum tude inſuit veſtimento veteri: alioqui ſupplementum illud nouum detrahit veteri, & peior ſciſſura fit.

22 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioqui diſrumpit vinum nouum, vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: ſed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

12 Vt autem ſciatis, quòd filius hominis habet poteſtatem in terra remittendi peccata, ait paralytico.

13 Tibi dico, Surge, & tolle grabbatum tuum, & abi in domum tuam.

14 Et ſtatim ſurrexit, ſublatóque grabbato, egreſſus eſt in conſpectu omnium: adeò vt ſtuperent omnes, & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam ſic vidimus.

15 Et egreſſus eſt rurſus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

16 Et quum præteriret Ieſus, vidit Leui Alphæi filium ſedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me. Iſque ſurgens, ſecutus eſt eum.

17 Et factum eſt quum accumberet in domo illius, multi etiam Publicani & peccatores, ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Etãi enim multi, & ſequuti fuerant eum.

18 Et Scribæ & Phariſæi quum vidiſſent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant diſcipulis eius: Quid eſt quod eum publicanis & peccatoribus edit, ac bibit?

19 Hoc audito, Ieſus, ait illis: Nõ opus habent qui bene valent medico, ſed qui male habent. Non veni ad vocandum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

20 Et diſcipuli Ioannis ac Phariſæorum ieiunabant, veniúntque, & dicunt illi, Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunant, tui autem diſcipuli non ieiunant?

21 Et ait illis Ieſus: Num poſſunt filij thalami nuptialis, quandiu eum illis eſt ſponſus ieiunare? Quandiu habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare.

22 Venient autem dies, quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

23 Et nemo pannieulum tude inſuit veſtimento veteri: alioqui ſupplementum illud nouum detrahit veteri, & peior ſciſſura fit.

24 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioqui diſrumpit vinum nouum, vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: ſed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

25 Et ipſe reſpondens dixit ad illos: Num legiſtis quid fecerit Dauid quum opus haberet & eſuriret ipſe & qui cum eo erant?

26 Quomodo ingreſſus eſt domum Dei ſub Abiathar pontifice, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat comedere niſi ſacerdotibus, & dedit & his qui cum eo erant?

27 Et dicebat illis: Sabbatum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbatum.

28 Itaque dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.

Vigeſima prima pars ſimplex M. De filia cuiuſdam principis ſuſcitata, & muliere fluxum ſanguinis patiente, duobus cæcis, & vno muto, & dæmoniaco liberatis.

M. 9. à verſic. 18. vſque verſic. 35.

18 Hæc eum illis loqueretur, ecce princeps quidam venit, & adorauit eum, dicens: Ecce filia mea modo defuncta eſt, ſed veni, & impone manum tuam ſuper illam, & viuet.

19 Et ſurgens Ieſus, ſequutus eſt eum, ac diſcipuli eius.

20 Et ecce mulier quæ ſanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedens à tergo, tetigit fimbriam veſtimenti illius.

21 Dicebat enim intra ſeſe: Si tantùm tetigero veſtimentum eius, ero ſalua.

22 At Ieſus conuerſus, & intuitus illam, dixit, Confide filia, fides tua ſaluam te fecit: & ſalua facta fuit mulier abilla hora.

23 Et quum veniſſet Ieſus in ædes priocipis, vidiſſetque tibicines, & turbam tumultoantem.
24 Dicit illis, Recedite, non enim mortua eſt adoleſcentula, ſed dormit: & deridebaot eum.
25 Quum autem fuiſſet eiecta turba, introgreſſus, tenuit manum illius, & ſurrexit adoleſcentula.
26 Et exijt hæc fama in totam illam regionem.
27 Et quum diſcederet illinc Ieſus, ſecuti ſunt illum duo cæci, clamantes ac diceotes, Miſerere noſtri fili Dauid.
28 Cum autem veniſſet in ædes, adieruot illum cæci, & dicit eis Ieſus: Creditis me hoc poſſe facere? Dicunt ei, etiam Domine.
29 Tunc retigit oculos eorum dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis.
30 Et aperti ſunt oculi eorum. Et graviter intermioatus eſt illis Ieſus, dicens, Videte ne quis ſciat.
31 At illi quum abiſſent, diuulgarunt famam illius in tota illa regiooe.
32 Illis autem egredientibus, ecce adduaerunt illi hominem motum, dæmoniacum.
33 Et eiecto dæmouio loquums eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ, dicentes, Nunquam apparuit ſic in Iſraël.
34 At Phariſæi dicebant, In priocipe dæmoniotum eijcit dæmonia.

Vigeſima ſecunda ſimplex I. de ſecunda publica profectione Chriſti in Hieruſalem, de piſcina, & triginta octo annis Languente ſanato, prædicatione, & diſputationibus contra Pontifices & Rabinos Hieroſolymæ qui contra eum conſpirarunt.

I. V.

Locus auctoris quæſitus è ſcriptis eius cauſa addebatur.

1 POſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.
2 Eſt autem Hieroſolymis ad Probaticam † piſcina, quæ nomioatur hebraicè Betheſda quinque porticus habens.
3 In his iacebat multitudo magna ægrotorum, cæcorum, claudotum, aridotum, expectaotium aquæ motum.
4 Angelus enim per interualla deſcendebat in piſcinam, & turbabat aqoam: Itaque qui primus deſcendiſſet poſt turbationem aquæ, ſanus fiebat à quocunque detineretur morbo.
5 Erat autem quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo teoebatur.
6 Hunc cùm vidiſſet Ieſus decumbentem, & cogoouiſſet quòdiam multum temporis morbo tenetetur, dicit ei, vis ſanus fieri?
7 Reſpondit ei ægrotus: domine, hominem non habeo, vt quum turbata fuerit aqua, mittat me io piſcinam: ſed interim dum ego venio, iam alius ante me deſcendit.
8 Dicit ei Ieſus, ſurge, tolle grabatum tuum & ambola.
9 Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, Et ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat: erat autem ſabbathum in die illo.
10 Dicebant ergo Iudæi, ei qui ſanatus fuerat: Sabbathom eſt, non licet tibi tollere grabatum.
11 Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, Is mihi diait, Tolle grabatum tuum, & ambula.
12 Interrogauerunt eum, Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula?
13 Is autem qui ſanatus fuerat, neſciebat quis eſſet: Ieſus enim ſubduxerat ſe, præ turba eo loci exiſtente.
14 Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi, Ecce ſanus factus es, ne poſthac pecces, ne quid deterius tibi contingat.
15 Abijt ille homo, & nunciauit Iodæis, quòd Ieſus eſſet, qui ſanum eum fecerat.
16 Ac præterea perſequebantur Iudæi Ieſum, & quærebant illum occidere, quòd iſta feciſſet io ſabbatho.
17 Ieſus autem reſpondit eis: Pater meus ad hoc vſque tempotis operatur, & ego opetor.
18 Propterea ergo magis quærebant eom Iudæi interficere, quia oon ſulùm ſoluerat ſabbathum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.
19 Reſpondit itaque Ieſus, & dixit eis: Amen, amen dico vobis, non poteſt filius à ſeipſo facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem. Quæ eoim ille facit, hæc & filius ſimiliter facit.
20 Pater enim diligit filium, & omoia demonſtrat ei, quæ ipſe facit, & maiora his demooſtrabit ei opera, vt vos miremini.
21 Sicut eoim pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic & filius qoos vult viuificat.
22 Neque enim pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio.
23 Vt omnes honoreot filium, ſicut honorant patrem. Qui non hooorat filium non honorat patrem qui miſit illum.
24 Ameo, Amen dico vobis qoi ſermonem meom audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æretnam, & in condemnationem non venit: ſed tranſiuit à morte in vitam.
25 Amen, amen dico vobis, quòd veniet hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qoi audierint, viuent.
26 Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam io ſemetipſo.
27 Et poteſtatem dedit ei etiam iudicij faciendi: vt filius hominis eſt.
28 Nolite mirari hoc: Quia veniet hora in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem eius.
29 Et prodibuot qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: Qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.
30 Noo poſſum ego à me ipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iuſtum eſt: Quia noo quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, patris.
31 Si ego teſtificor de meipſo, teſtimooium meum non eſt verum.
32 Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & scio quod verum eſt teſtimonium, quod teſtatur de me.
33 Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium reddidit veritati.
34 Ego autem ab homine teſtimonium non accipio, ſed hæc dico vt vos ſalui ſitis.
35 Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluiſtis ad tempus exultare in luce eius.

36 Ego

36 Ego autem habeo teſtimonium maius, quàm Ioannis: Opera enim quæ dedit mihi Patet vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio, teſtificantur de me, quòd pater miſerit me.
37 Et qui miſit me, patet, Ipſe teſtificatus eſt de me: Neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis.
38 Et ſermonem eius non habetis, in vobis manentem: quia quem miſit ille, huic vos non creditis.
39 Scrutamini ſcripturas, nam vos videmini vobis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt, quæ teſtificantur de me.
40 Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.
41 Gloriam ab hominibus non accipio.
42 Sed cognoui vos quod dilectionem Dei, non habetis in vobis.
43 Ego veni in nomine patris mei, & non recipitis me: Si alius venerit in nomine ſuo, Illum recipietis.
44 Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam à vobis inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.
45 Nolite putare quod ego accuſaturus ſim vos, apud patrem: eſt qui accuſat vos, Moſes, in quem vos ſperatis.
46 Si enim crederetis Moſi, crederetis etiam mihi, de me enim ille ſcripſit.
47 Si autem illius ſcriptis non creditis, quomodo verbis meis creditis?

Vigeſima tertia pars duplex R. L. De Ieſu tranſeunte per ſegetes poſt 2. paſcha relicta rebelli Hieroſolyma, vbi quærebant eum occidere I. 5. 16. 18. & de diſcipulis vellentibus ſpicas; de reſponſo per exemplum Dauidis ad calumniam Phariſæorum, de dextra arida ſanata ſabbatho, & conſpiratione Phariſæorum cum Herodianis.

R. 2. à verſ. 23. vſque ad 5. verſ. 7. — *L. 6. vſque ad verſ. 12.*

23 Et factum eſt vt ipſe tranſiret ſabbathis per ſegeres, & cœperunt diſcipuli eius inter viam vellere ſpicas:
24 Et Phariſæi dicebant ei, ecce, cur faciunt ſabbathis quod non licet?
25 Et ipſe ait illis, nunquam legiſtis quid fecerit Dauid, quum indigeret & eſurtiret ipſe, & qui cum eo erant?
26 Quomodo ingreſſus ſit domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis comederit, quos non licet edere niſi ſacerdotibus, & dederit etiam eis qui ſecum erant?
27 Et dicebat illis Sabbathum propter hominem factum eſt: non homo propter ſabbathum.
28 Itaque dominus eſt filius hominis, etiam ſabbathi.

R. III.

1 ET intrauit iterum in Synagogam, & ibi erat homo atefactam habens manum.
2 Et obſeruabant eum, an ſabbathis ſanaturus eſſet illum, vt accuſarent eum.
3 Et ait homini habenti manum atefactam, ſurge in medium.
4 Et dicit illis, Vtrum licet ſabbathis benefacere, an malefacere? animam ſeruare, an occidere? At illi tacebant.
5 Et cum circumſpexiſſet eos cum ira, condoleſcens ſuper obdurationc cordis eorum, dicit homini, extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati manus eius, vt altera.
6 Tunc egreſſi Phariſæi ſtatim cum Herodianis conſilium inierunt aduerſus eum, vt eum perderent.

1 FActum eſt autem vt in ſabbatho ſecundo primò tranſiret per ſata, ac vellebant diſcipuli eius ſpicas, edebántque, confricantes manibus.
2 Quidam autem Phariſæorum dicebant illis, Quid facitis, quod non licet facere in ſabbathis?
3 Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit: Ne hoc quidem legiſtis quod fecit Dauid, quum eſuriſſet ipſe, & qui cum illo erant?
4 Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, editque ac dedit etiam his qui ſecum erant, quos non licet edere, niſi tantum ſacerdotibus?
5 Et dicebat illis, dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi.
6 Factum eſt autem & in alio ſabbatho, vt intraret in Synagogam ac docerer. Et erat ibi humo, & manus eius dextera erat atida.
7 Obſeruabant autem ſcribæ ac Phariſæi, an in ſabbatho ſanaturus eſſet, vt inuenirent vnde accuſarent eum.
8 Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam, ſurge, & ſta in medio. Ille verò ſurgens, ſtetit.
9 Ait igitur ad illos Ieſus, interrogabo vos vtrum licet ſabbathis benefacere, an malefacere? animam ſeruare, an perdere?
10 Et circumſpectis omnibus illis dixit homini, extende manum tuam, ille autem ita fecit, & reſtituta eſt manus eius ſana, ſicut altera.
11 Ipſi autem repleti ſunt amentia, & colloquebantur alij cum alijs quidnam facerent Ieſus.

Vigeſima quarta duplex M. R. Ieſus relicta etiam Iudæa, poſt dictam conſpirationem, ſeceſſit in Galilæam, circumiens ciuitates omnes & vicos, docens & ſanans.

M. 9. à verſ. 35. ad fin. c. — *R. 3. à verſ. 7. vſque ad verſ. 13.*

35 Et circuibat Ieſus ciuitates omnes, ac vicos, docens in Synagogis illorum, ac prædicans euangelium regni, & ſanans omnem morbum, & omnem langorem in populo.
36 Quum vidiſſet autem turbas, affectu miſericordiæ tactus eſt erga illos, quod eſſent deſtituti ac diſperſi velut oues, non habentes paſtorem.

7 Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & ingens multitudo à Galilæa ſequuta eſt eum & à Iudæa.
8 Et ab Hieroſolymis, & ab Idumæa; & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem habitabant, multitudo magna: qui cum audiſſent quanta faceret, venerunt ad eum.

M. 9.

37 Tunc dicit discipulis suis, Ipsa quidem messis multa, sed operarij pauci.
38 Rogate ergo Dominum messis, vt extrudat operarios in messam suam.

R. 9.

9 Et dixit discipulis suis, vt nauicula, sibi deseruiret propter turbam, ne ipsum premerent.
50 Multos enim sanauerat, ita vt irruerent in eum, quo illum tangerent, quotquot affligebantur.
55 Et spiritus immundi quum illum vidissent, procidebant ei & clamabant, dicentes, Tu es filius Dei.
52 Et vehementer increpabant eis, ne se manifestum facerent.

Vigesima quinta triplex M R. L. Iesus ascendit montem pernoctans in oratione, & orto die conuocat discipulos suos, ex quibus instituit duodecim Apostolos.

M. 10. vsque vers. 5.

1 ET accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, vt eicerent eos, & sanarent quemuis morbum, & omnem languorem.
2 Porrò duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andræas frater eius: Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius:
3 Philippus & Bartholomæus: Thomas & Matthæus, qui fuerat publicanus: Iacobus filius Alphæi: & Lebbæus cognomento Thaddeus.
4 Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & prodidit illum.

R. 3. à vers. 13. vsque vers. 10.

13 Et ascendit in montem & vocauit ad se, quos ipse voluit, & venerunt ad eum.
14 Et constituit duodecim, vt essent secum, & vt emitteret eos ad prædicandum:
15 Vtque haberent potestatem sanandi morbos, & eiiciendi dæmonia.
16 Et imposuit Simoni nomē Petrus.
17 Et Iacobum filium Zebedæi, & & Ioannem frattem Iacobi: & impositit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitrui.
18 Et Andræam & Philippum & Bartholomæum & Matthæum & Thomam & Iacobum Alphæi, & Thadæum & Simonē Cananæū.
19 Et Iudam Iscariotem, qui & prodidit illum.

L. 6. à vers. 13. vsque vers. 18.

12 Factum est autem in illis diebus, exiit in montem ad orandum, etátque pernoctans in deprecatione Dei.
13 Et quum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.
14 Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andræam fratrem eius: Iacobum & Ioannem: Philippum & Bartholomæum.
15 Matthæum, & Thomam: Iacobum Alphæi & Simonem qui vocatur Zelotes.
16 Et Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui idem fuit proditor.

Vigesima sexta simplex M. mandata, quæ dedit recens institutis Apostolis, ad prædicaodum emitteodis.

M. 10. à vers. 5. vsque ad fi. c.

5 Hos duodecim emisit Iesus, præcipiens eis, dicens, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini.
6 Sed ite potius ad oues perditas domus Israël.
7 Profecti autem prædicate, dicentes. Appropinquauit regnum cœlorum.
8 Ægrotos sanate, leprosos mundate, mortuos suscitate, dæmonia eiicite: dono accepistis, dono date.
9 Ne comparetis aurum neque argentum, neque æs in zonis vestris.
10 Neque peram aditet, neque binas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, Nam dignus est operarius cibo suo.
11 Sed in quamcumque ciuitatem aut vicum fueritis ingressi, exquirite quis in ea sit dignus, atque illic manete donec exeatis.
12 Quum autem intrabitis domum, salutate illam.
13 Et siquidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illam: Sin minus fuerit digna, pax vestra ad vos reuertatur.
14 Et quicunque non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes ex ædibus aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum vestrorum.
15 Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quam ciuitati illi.
16 Ecce ego mitto vos velut oues in medio luporum, estote igitur prudentes velut serpentes, & simplices sicut columbæ.
17 Cauete autem ab hominibus: tradent enim vos in concilia, & in Synagogis suis flagellabunt vos.
18 Sed & ad principes & reges ducemini, propter me, in testimonium ipsis & gentibus.
19 Cum autem tradiderint vos, ne sitis solliciti, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.
20 Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.
21 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij aduersus parentes, & morte afficient eos.
22 Et eritis exosi omnibus propter nomen meum: verùm qui sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit.
23 Cum autem persequuti vos fuerint in vrbe hac, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non perambulaueritis omnes ciuitates Israëlis, quin iam filius hominis veniat.
24 Non est discipulus supra magistrum, neque seruus supra dominum suum.
25 Sufficit discipulo vt sit sicut magister ipsius, & vt seruus sit sicut Dominus ipsius. Si ipsum patremfamilias vocauerunt Beelzebub, quanto magis domesticos illius?
26 Ne igitur metuatis eos nihil est enim tectum, quod non sit retegendum, & nihil occultum, quin futurum sit vt sciatur.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate ſupra domos.
28 Et ne metuatis ab his qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed metuite magis illum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna.
29 Nónne duo paſſerculi aſſario væneunt? & vnus ex illis non cadet in terram ſine patre veſtro.
30 Veſtri verò etiam pili capitis omnes numerati ſunt.
31 Nolite ergo timere, vos multis paſſerculis præſtatis.
32 Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ipſum córam patre meo qui in cœlis eſt.
33 Quiſquis autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis.
34 Ne arbitremini quod venerim ad mittendum pacem in terram, non veni vt mitterem pacem, ſed gladium.
35 Nam veni vt diſſidere faciam hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & ſponſam aduerſus ſocrum ſuam.
36 Et inimici hominis (erunt) domeſtici eius.
37 Qui amauerit patrem aut matrem ſupra me, non eſt me dignus: & qui amauerit filium aut filiam ſupra me, non eſt me dignus.
38 Et qui non accipit crucem ſuam, ac ſequitur poſt me, non eſt me dignus.
39 Qui inuenerit animam ſuam, perdet eam, & qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam.
40 Qui recipit vos, me recipit: Et qui me recipit, recipit eum qui me miſit.
41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.
42 Et quicunque ad bibendum dederit vni ex poſſillis his poculum aquæ frigidæ tantum, non diſcipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

Vigeſima ſeptima ſimplex L. Ieſus deſcendit cum illis de monte, & ſtetit in loco campeſtri concionem inſignem habens.

L. 6. à verſic. 17. vſque ad finem cap.

17 Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, turbáque diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ex omni Iudæa & Ieruſalem, & à maritima Tyro & Sydone, qui venerant vt auditent eum, & ſanarentur à morbis ſuis.
18 Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, & ſanabantur.
19 Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus ab illo exibat, & ſanabat omnes.
20 Et ipſe attollens oculos ſuos in diſcipulos, dicebat, Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnum Dei.
21 Beati qui eſuritis nunc: quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.
22 Beati eritis cùm vos oderint homines, & ſeparauerint vos, & probris affecerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filium hominis.
23 Gaudete in illo die, & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlis. nam ſecundum hæc, faciebant Prophetis patres eorum.
24 Veruntamen væ vobis diuitibus: quia habetis conſolationem veſtram.
25 Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.
26 Væ vobis cùm laudauerint vos omnes homines, nam ſecundum hæc, faciebant pſeudoprophetis patres eorum.
27 Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos veſtros: benefacite iis qui vos oderunt.
28 Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.
29 Percutienti te in maxillam, præbe & altetam: & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere.
30 Omni autem exigenti abs te tribue: & ab eo qui aufert quæ tua ſunt, ne repoſcas.
31 Et prout vultis vt faciant vobis homines, vos quoque facite illis ſimiliter.
32 Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? Nam & peccatores eos à quibus diligũtur, diligũt.
33 Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt.
34 Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſperatis vos recepturos, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.
35 Veruntamen diligite inimicos veſtros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa: & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt erga ingratos ac malos.
36 Eſtote ergo miſericordes: ſicut & pater veſter miſericors eſt.
37 Neludicate, & non iudicabimini: ne condemnate, & non condemnabimini. Remittite, & remittetur vobis.
38 Date, & dabitur vobis. Menſuram bonam & confertam, & concuſſam, atque exundantem dabunt in ſinum veſtrum: eadem quippe menſura qua metimini, remetietur vobis.
39 Dicebat autem illis ſimilitudinem: Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadũt?
40 Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum: Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius.
41 Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autẽ quæ in oculo proprio eſt, non animaduertis?
42 Aut quomodo dicere potes fratri tuo, Frater, ſine, eiiciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt, quum ipſe trabem quæ eſt in oculo tuo, non reſpicias? Hypocrita, eiice primum trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies, vt eiicias feſtucam quæ eſt in oculo fratris tui.
43 Non eſt enim arbor bona, quæ facit fructum putrem: neque arbor putris, faciens fructum bonum.
44 Vnaquæque enim arbor ex fructu proprio cognoſcitur. Neque enim è ſpinis colliguntur ficus: neque è rubo vindemiant vuam.
45 Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bonum, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malum. Nam ex abundantia cordis loquitur os eius.
46 Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?
47 Quiſquis venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit.
48 Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſuper petram. Inun-

darione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat ſuper petram.

49 Qui autem audiuit, & non fecit, ſimilis eſt homini qui ædificauit domum ſuam ſuper terram, abſque fundamento, in quam illiſus eſt fluuius, & continuò cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna.

Vigeſima octaua duplex M. L. Ieſus finitis tam mandatis datis in monte recenter electis Apoſtolis, quàm dicto celebri ſermone ad populos in loco campeſtri. Proceditur nunc docturus in ciuitatibus, & primò ingreditur Capharnaum.

M. 11. verſ. 1.

1 ET factum eſt quum finem feciſſet Ieſus præcipiendi duodecim diſcipulis ſuis, progreſſus eſt illinc vt doceret & prædicaret in ciuitatibus illorum.

L. 7. verſ. 1.

1 CVm autem conſummaſſet omnia verba ſua audiente populo intrauit Capernaum.

Vigeſima nona ſimplex L. Ieſus ingreſſus Capharnaum antequam ingrederetur domum, ſanauit verbo ſeruum Centurionis morientem.

L. 7. à verſ. 2. vſque ad verſ. 11.

2 Centurionis autem cuiuſdam ſeruus male habens moriebatur, qui illi erat in pretio.
3 Quum audiſſet autem de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & ſanaret ſeruum ſuum.
4 At illi quum veniſſent ad eum, rogabant eum ſtudiosè, dicentes: Dignus eſt vt hoc illi præſtes.
5 Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis.
6 Ieſus autem profectus eſt cum illis. Et cùm iam non longè abeſſet à domo miſit ad eum Centurio amicos, dicentes ei, Domine, noli vexari, non enim ſum dignus, vt ſub tectum meum intres.
7 Quapropter nec meipſum arbitratus ſum dignum, qui venirem ad te: ſed die verbo, & ſanabitur puer meus.
8 Etenim ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alteri veni, & venit: & ſeruo meo fac hoc, & facit.
9 Auditis autem his Ieſus, miratus eſt eum, & conuerſus, ſequenti ſe turbæ, dixit, dico vobis ne in Iſraël quidem tantam fidem inueni.
10 Et reuerſi qui miſſi fuerant, in domum, repererunt ſeruum qui ægrotauerat, ſanum.

Trigeſima pars ſimplex R. Ieſu domum tandem ingreſſo, diſcipuli coacti ſunt egredi ad arcendam turbam accurrentem, ne impedirentur ſaltem ſero panem edere.

R. 3. verſ. 20. 21.

20 Et veneruut in domum, & conuenit iterum turba, ita vt ipſi non poſſent neque panem manducare.
21 Et quum audiſſent ſui exierunt tenere eam, dicebant enim quoniam exiit.

Trigeſima prima ſimplex L. Ieſus deinceps iens Nain, ſuſcitauit filium viduæ, dum ferretur ad ſepulchrum.

L. 7. à num. 11. vſque verſ. 18.

11 Et factum eſt deinceps vt proficiſceretur in ciuitatem quæ vocatur Naiu: & ſimul cum eo profecti ſunt diſcipuli eius multi, & turba multa.
12 Vt autem appropinquauit portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnigenitus matris ſuæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum ea.
13 Quam quum vidiſſet Dominus, miſericordia commotus eſt ſuper ea, & dixit illi, ne plores.
14 Et accedens tetigit loculum (porrò qui portabant ſubſtiterunt) & ait, Adoleſcens, tibi dico, ſurge.
15 Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ.
16 Cœpit autem omnes timor, & glorificabant Deum, dicentes: certe Propheta magnus ſurrexit inter nos, & certe Deus viſitauit populum ſuum.
17 Et manauit hic ſermo per totam Iudæam de ipſo, & in omnem circumiacentem regionem.

Trigeſima ſecunda duplex M. L. Ioan. Baptiſta, audiens in carcere facta Chriſti, mittit duos è diſcipulis ſuis ad eum: qui verbis & nouis etiam miraculis reſpondet, & illis abeuntibus, ſplendidumde Baptiſta teſtimonium facit ad populum, ingratitudinem, & ſtupiditatem Iudæorum arguens.

M. 11. à verſ. 2. vſque verſ. 20.

2 Ioannes autem quum audiſſet in carcere opera Chriſti, miſſis duobus diſcipulis ſuis.
3 Dixit illi, Tu es ille qui venturus erat an alium expectamus?

L. 7. à verſ. 18. vſque verſ. 36.

18 Et nuntiauerunt Ioanni diſcipuli ipſius de ijs omnibus. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes
19 Miſitque ad Ieſum dicens, Es tu is qui venturus

M. 11.

4 Et reſpondens Ieſus dixit illis, euntes renuntiate Ioannī quæ audiſtis & videtis.
5 Cæci viſum recipiunt, & claudi ambulant, leproſi mundantur & ſurdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes euangelizantur.
6 Et beatus eſt qui non fuerit offenſus in me.
7 Illis autem abeuntibus cœpit Ieſus turbis dicere de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum, vt ſpectaretis arundinem quæ agitetur à vento?
8 Sed quid exiſtis? vt videretis hominem mollibus veſtibus amictum? ecce qui mollia geſtant, in domibus regum ſunt.
9 At quid exiſtis videre? num prophetam? certe dico vobis etiam excellentiorem propheta.
10 Iſte enim eſt de quo ſcriptum eſt, ecce ego mitto, nuntium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
11 Amen dico vobis, non exortus fuit inter natos ex mulieribus maior Ioanne Baptiſta, attamen qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.
12 Porrò à diebus Ioannis Baptiſtæ vſque ad hunc diem, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
13 Nam omnes prophetæ, & ipſa lex, vſque ad Ioannem prophetauerunt.
14 Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias, qui venturus erat.
15 Qui habet aures ad audiendum, audiat.
16 Sed cui aſſimilabo generationem hanc? Similis eſt pueris qui ſedent in foris, & acclamant ſodalibus ſuis.
17 Ac dicunt, Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, lugubria cecinimus vobis, & non planxiſtis.
18 Venit enim Ioannes nec edens nec bibens, & aiunt, Dæmonium habet.
19 Venit filius hominis edens ac bibens, & dicunt, Ecce hominem Comedonem, & vini potorem, publicanis amicum ac peccatoribus: & iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.

L. 7.

erat, an alium expectamus?
20 Cum autem veniſſent ad eum viri illi, dixerunt: Ioannes Baptiſta miſit nos ad te, dicens: Es tu ille qui venturus erat, an alium expectamus?
21 In eadem autem hora multos ſanauit à morbis ac plagis, & ſpiritibus malis, & multis cæcis donauit viſum.
22 Et reſpondens Ieſus dixit illis: euntes, renuntiate Ioanni qui vidiſtis & audiſtis, quod cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperibus annuntiatur euangelium.
23 Et beatus eſt quicunq; non fuerit offenſus in me.
24 Et eum diſceſſiſſent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid exiſtis in deſertum ad videndum? arundinem quæ vento agitetur?
25 Sed quid exiſtis viſuri? hominem mollibus veſtimentis indutum? ecce qui in veſtitu ſplendido, & in deliciis agunt, in aulis regum ſunt.
26 Sed quid exiſtis ad videndum? prophetam? certe dico vobis, & plus quam prophetam.
27 Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
28 Dico enim vobis: Maior inter natos è mulieribus propheta, Ioanne Baptiſta nemo eſt: Attamen qui minor eſt in regno Dei, maior eſt illo.
29 Et omnis populus audiens, & Publicani iuſtificauerunt Deum, baptizati baptiſmo Ioannis.
30 Phariſæi autem & legis periti conſilium Dei ſpreuerunt aduerſus ſemetipſos, non baptizati ab eo.
31 Ait ergo Dominus: Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius? & cui ſimiles ſunt?
32 Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & acclamantibus ſibi inuicem ac dicentibus: Cantauimus vobis tibiis, & non ſaltaſtis. Lamentati ſumus vobis, & non ploraſtis.
33 Venit enim Ioannes Baptiſta neque edens panem, neque bibens vinum: & dicitis dæmonium habet.
34 Venit filius hominis edens ac bibens, & dicitis: Ecce homo edax & vinipotor, amicus publicanorum ac peccatorum.
35 Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis omnibus.

Trigeſima tertia ſimplex M. Chriſtus exprobrat, & dira minatur ciuitatibus impœnitentibus, paruos verò & laborantes fideles ſolatur, & ad ſe allicit.

M. 11. *à verſ.* 10. *vſque ad fin. c.*

20 Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus editæ fuerant plurimæ virtutes ipſius, quod ſcelerum eas non pœnituiſſet.
21 Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethſaidan: quoniam ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere ſcelerum ſuorum pœnitentiam egiſſent.
22 Attamen dico vobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij quàm vobis.
23 Et tu Capernaum quæ exaltata es vſque ad cœlum, vſque ad inferos deſcendes, quoniam ſi in Sodomis editæ fuiſſent virtutes, quæ editæ ſunt in te, manſiſſent vſque in hodiernum diem.
24 Verumtamen dico vobis, quod terræ Sodomorum tolerabilius erit in die iudicij, quam tibi.
25 In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.
26 Certe pater, ſic fuit beneplacitum coram te.
27 Omnia mihi tradita ſunt à patre meo: & nemo nouit filium niſi pater: neque patrem quiſquam nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.
28 Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos.
29 Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quod mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.
30 Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Trigeſima quarta ſimplex L. De muliere quæ fuerat peccatrix, quæ domum Phariſæi, vbi Ieſus diſcumbebat, ingreſſa retro lachrymis rigauit pedes Ieſu, & capillis ſuis terſit, & vnguento vnxit, & de reſponſo Ieſu ad eam, & ad præpoſterum iudicium Phariſæi.

L. 7. à verſ. 36 vſque ad fi. c.

36 Rogabat autem illum quidam è Phariſæis vt caperet cibum cum ipſo. Et ingreſſus domum Phariſæi, accubuit.
37 Et ecce mulier in ciuitate quæ erat peccatrix, vt cognouit quod accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti.
38 Et aſſiſtens ad pedes eius à tergo, flens cœpit lachrymis rigare pedes eius, & capillis capitis ſui extergebat, & deoſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.
39 Videns autem Phariſæus, qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit ipſum: nam peccatrix eſt.
40 Et reſpondens Ieſus dixit ad illum: Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magiſter dic.
41 Duo debitores erant cuidam creditori, vnus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta.
42 Cum autem illi non eſſent ſoluendo, condonauit vtriſque. Horum igitur, dic vter eum plus diliget?
43 Reſpondens Simon, dixit: Eaiſtimo, quod is cui plus condonauit. At ille dixit ei: Rectè iudicaſti.
44 Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis ſui extersit.
45 Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit deoſculari pedes meos.
46 Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.
47 Propter quod dico tibi: Remittuntur peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus remittitur, minus diligit.
48 Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata.
49 Et cœperunt qui ſimul accumbebant dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiam peccata remittit?
50 Dixit autem ad mulierem: fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.

Trigeſima quinta ſimplex M. De diſcipulis ob famem vellentibus ſpicas ſabbathis, Ieſu eunte per ſegetes in Galilæa, murmure Phariſæorum compreſſo per Ieſum, qui Synagogam ingreſſus ſanauit manum aridam, & Phariſæis conſpirantibus receſſit, ſanans omnes, vetans ne ſe manifeſtarent, oblatum dæmoniacum, cæcum & mutum ſanauit

M. 12. vſque ad verſ. 24.

1 IN illo tempore ibat Ieſus ſabbathis per ſegetes: diſcipuli verò illius eſuriebant, & cœperunt vellere ſpicas, & comedere.
2 At Phariſæi cum vidiſſent, dixerunt illi: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere in ſabbatho.
3 Ille verò dixit eis, Non legiſtis quid fecerit Dauid, quum eſuriret ipſe, & ij qui erant cum illo?
4 Quomodo ingreſſus ſit in domum Dei, & panes propoſitionis ederit, quos ipſi non licebat edere, neque ijs qui cum illo erant, niſi ſacerdotibus ſolis?
5 Aut non legiſtis in Lege, quod ſabbathis ſacerdotes in templo ſabbathum profanant, & culpa vacant?
6 Dico autem vobis, quod templo maior eſt hoc in loco.
7 Quod ſi ſcitetis quid ſit, Miſericordiam volo, & non ſacrificium, nequaquam condemnaſſetis innocentes.
8 Non dominus eſt etiam ſabbathi filius hominis.
9 Et digreſſus illinc, venit in Synagogam illorum.
10 Et ecce homo erat manum habens aridam, & interrogabant illum dicentes, Licet ne ſabbathis curare? vt accuſarent eum.
11 At ille dixit eis, Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ea inciderit ſabbathis in foueam, nónne apprehendet illam, & eriget?
12 Quantò igitur præſtantior eſt homo oue? Licet igitur ſabbathis beneficio afficere.
13 Tunc dicit homini, Extende manum tuam: & is extendit, ac reſtituta eſt ſanitati altera.
14 Porrò Phariſæi egreſſi, cœperunt conſilium aduerſus eum, quomodo illum perderent.
15 At Ieſus hoc ſciens, receſſit illinc, ſequutæque ſunt eum turbæ multæ, & ſanauit eos omnes.
16 Et interminatus eſt illis, ne ſe facerent manifeſtum.
17 Vt compleretur quod dictum erat per Eſaiam prophetam, qui ait.
18 Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo ſibi bene complacuit anima mea: ponam ſpiritum meum ſuper illum, & iudicium gentibus annunciabit.
19 Non contender, neque clamabit, neque audiet quiſquam in plateis vocem eius:
20 Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium.
21 Et in nomine illius gentes ſperabunt.
22 Tunc adductus eſt ei dæmoniacus, cæcus ac mutus, & ſanauit illum, ita vt cæcus at mutus, & loqueretur, & cerneret.
23 Et obſtupuerunt omnes turbæ, dicebátque, Num hic eſt ille filius Dauid?

Trigeſima ſexta duplex M. R. Blaſphemia Phariſæorum & Scribarum confutatur, exemplo regni aduerſum ſe diuiſi: & eorum in Spiritum ſanctum peccatum irremiſſibile declaratur.

M. 12. à verſ. 24. vſque ad ve ſ. 31. *R. 3. à verſ. 21. vſque ad verſ. 31.*

24 At Phariſæi hoc audito dicebant, Hic non eiicit dæmonia, niſi per Beelzebub principem dæmoniorum.
25 Ieſus autem cum ſciret cogitationes illorum dixit illis, Omne regnum diuiſum aduerſus ſeſe deſolatur, & omnis ciuitas aut domus diuiſa aduerſus ſeipſam non ſtabit.
26 Et ſi Satanas Satanam eiicit, aduerſus ſeipſum diuiſus eſt. Quomodo igitur ſtabit regnum illius?
27 Et ſi ego per Beelzebub eiicio dæmonia, filij veſtri per quem eiiciunt? Propterea ipſi, veſtrum iudices erunt.
28 Si autem ego per Spiritum Dei eiicio dæmonia, igitur peruenit ad vos regnum Dei.
29 Alioqui quomodo poteſt aliquis intrare domum potentis, & vaſa illius diripere, niſi prius vinxerit potentem, & tunc domum illius diripiet?
30 Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit.
31 Propterea dico vobis, Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, blaſphemia verò in ſpiritum non remittetur hominibus.
22 Et Scribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant, dicebant: Beelzebub habet, & per principem dæmoniorum eiicit dæmonia.
23 Et ad ſe vocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt Satanas Satanam eiicere?
24 Et ſi regnum aduerſus ſeſe diuiſum fuerit, non poteſt ſtare regnum illud.
25 Et ſi domus contra ſeipſam diuiſa fuerit, non poteſt ſtare domus illa.
26 Et ſi Satanas inſurrexit contra ſeipſum, ac diuiſus fuerit, non poteſt ſtare, ſed finem habet.
27 Non poteſt quiſquam vaſa fortis, ingreſſus domum illius diripere, niſi prius fortem alligauerit, & tunc domum eius diripiet.
28 Amen dico vobis, Omnia remittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibuſcunque blaſphemauerit:
29 Sed quicunque blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed obnoxius eſt æterno iudicio.
30 Dicebant enim, ſpiritum immundum habet.
32 Et quicunque dixerit verbum aduerſus filium hominis, remittetur illi. Qui autem dixerit aduerſus Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in præſenti ſæculo, neque in futuro.

Trigeſima ſeptima ſimplex M. De bona & mala arbore verbíſque otioſis, de Scribis & Phariſæis petentibus ſignum, & per multa exempla excluſis & comminatis.

M. 12. à verſ. 33. vſque ad verſic. 46.

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem vitioſam, & fructum illius vitioſum. Nam è fructu arbor cognoſcitur.
34 Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? Siquidem ex abundantia cordis os loquitur.
35 Bonus homo è bono theſauro cordis, exprimit bona: & malus homo ex malo theſauro deprimit mala.
36 Sed dico vobis, quod de quocunque verbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, reddituri ſunt rationem in die iudicij:
37 Nam ex dictis tuis iuſtificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis.
38 Tunc interrogauerunt eum quidam è Scribis ac Phariſæis, dicentes, Magiſter, volumus ex te ſignum videre.
39 At ille reſpondens, dixit illis, Generatio praua & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur illi, niſi ſignum Ionæ Prophetæ.
40 Quemadmodum enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.
41 Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quòd ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas eſt in hoc loco.
42 Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quod venerit à finibus terræ, ad audiendum ſapientiam Salomonis: Et ecce plus quàm Salomon eſt in hoc loco.
43 Quum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, pertranſit per arida loca, quærens requiem, & non inuenit.
44 Tunc dicit, reuertar in domum meam vnde exiui: & venientes, reperit eam vacantem, & ſcopis purgatam, atque ornatam.
45 Tunc vadit, & aſſumit ſibi ſeptem alios ſpiritus ſceleratiores ſe, & ingreſſi habitant illic: & fiunt poſtrema hominis illius peiora primis: ſic erit generationi huic peruerſæ.

Trigeſima octaua duplex M. R. De matre & fratribus Chriſti quærentibus eum, qui alios non agnoſcit, quàm facientes voluntatem Dei patris ſui.

M. 12. à verſ. 46. vſque ad fin. c. *R. 3. à verſ. 31. vſque ad fin. c.*

46 Quum autem adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres eius ſtabant foris quærentes ei loqui.
47 Dixit autem illi quidam, Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes tibi loqui
48 At ille reſpondens dixit ei qui ſibi renunciauerat, Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei?
49 Et protenſa manu ſua in diſcipulos ſuos, dixit,
31 Veniunt igitur fratres & mater eius, & foris ſtantes, miſerunt ad eum, vocantes eum.
32 Et ſedebat turba circa eum, dicúntque ei, Ecce mater tua & fratres tui foris, quærunt te.
33 Et reſpondit eis dicens, quæ eſt mater mea, & fratres mei?
34 Et cùm circunſpexiſſet in circuitu circum ſe diſ-

Decima nona ſimplex M. Ieſus Reuerſus ad littora maris Galileæ ſeu dicti ſtagni ſupra par. 17. etiam videns multas circa ſe turbas quia ſatis tum ad occideotale littus docuerat: voluit more ſuo io vlteriorem, id eſt, Orientalem ripam traiicere, vt ibi quoque doceret, & ingreſſurus oauem, ſcribam ſe offerentem deterruit, vni verò diſcipulis commeatum, ad ſepeliendum patrem petenti, denegauit, séque ſtatim ſequi iuſſit. Tempeſtatem matis, excitatus ſedauit, & appulſus regiooem, Gergeſenorum duos dæmoniacos ſanauit, dæmonibus eiectis io porcos, qui perierunt in mari: Gergeſeni rogaot Ieſum diſcedere è fioibus ſuis.

M. 8. à verſ. 18. vſque ad fi. c.

18 Quum vidiſſet autem Ieſus turbas multas circum ſeſe, iuſſit vt abitent in vlteriorem tipam.
19 Et quum acceſſiſſet vnus ſcriba dixit ei. Magiſter ſequar te quocunque ieris.
20 Et dicit illi Ieſus, vulpes foueas habeot, & volucres cœli nidos: at filius hominis ooo habet vbi caput teclinet.
21 Alius autem ex diſcipulis eiua, dixit ei, Domine permitte mibi prius abite, & ſepelite patrem meum.
22 At Ieſus dixit illi, ſequere me, & ſine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.
23 Et quum eſſet ingreſſus nauim, ſecuti ſunt eum diſcipuli ſui.
24 Et ecce motus magnus factus eſt in mari, adeo vt nauis operiretur à fluctibus, ipſe verò dormiebat.
25 Et accedentes diſcipuli excitauerunt illum dicentes: Domine ſerua nos, perimus.
26 Et dicit illis, Quid timidi eſtis, ô modicæ fidei? Tunc excitatus increpauit ventos, & mare, & facta eſt tranquillitas magna.
27 Homines verò admirabantur dicentes: Qualis eſt hic quia venti, quoque, & mare obediunt ei?
28 Et quum ipſe veniſſet ad vlteriorem ripam, in regionem Gergeſenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis exeuntes, ſæui valde, adeò vt nemo poſſet tranſire per viam illam.
29 Et ecce clamarunt, dicentes: Quid rei nobis tecum eſt Ieſu fili Dei? veniſti hue ante tempus ad torquendum nos?
30 Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum, paſcens.
31 Dæmones verò rogabant eum dicentes, Si eicis nos, permitte nobis abire in gregem porcorum.
32 Et ait illis, abite. Illi verò egreſſi, abierunt in gregem porcorum, & ecce ſubitaneo impetu ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis.
33 Subulci verò fugerunt, & venientes in ciuitatem renuntiauerunt omnia, & quid acciderat dæmoniacis.
34 Et ecce tota ciuitas exiit in occurſum Ieſu. Et cum vidiſſent illum, rogauerunt vt decederet à finibus eorum.

Vigeſima triplex M. R. L. De reditu & prædicatione Chriſti in Capernaum, paralytico ſanato, vocatioone M. murmure Phariſæorum, & reſponſo ad eos, & ad Baptiſtæ diſcipulos.

Matth. 9. vſque ad v r. 8.

1 ET ingreſſus nauim, traiecit, ac venit in ſuam ciuitateoi.
2 Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentem. Cùmque vidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico, confide fili, remittuntur tibi peccata toa.
3 Et ecce quidam è Scribis dicebant intra ſeſe, Hic blaſphemat.
4 Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes illorum, dixit, Quare vos cogitatis mala in cordibus veſtris?
5 Vtrum enim facilius eſt dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge, & ambula?
6 Vt autem ſciatis quod poteſtatem habet filius hominis in terra remittendi peccata. Tunc dicit paralytico, Surge, tolle tuum lectum & abi in domum tuam:
7 Et ille ſurrexit, abiitque in domum ſuam.

R. 1. vſque ad verſic. 23.

1 ET iterum intrauit Capernaum poſt dies aliquot, & auditum eſt quod in domo eſſet.
2 Et protinus congregati ſunt multi, adeo vt iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis ſermonem.
3 Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.
4 Et cum non poſſent ei appropinquare præ turba, nudauerunt tectum ædium, in quibus erat, eóque perfoſſo, funibus demiſerunt grabbatum, in quo paralyticus iacebat.
5 Quum autem vidiſſet Ieſus fidem illorum, dixit paralytico, Fili, remittuntur tibi peccata tua.
6 Erant autem illic quidam è Scribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis.
7 Quid hic ſic loquitur blaſphemias? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?
8 Et protinus, vt cognouiſſet Ieſus ſpiritu ſuo, quod ſic cogitarent intra ſeſe, dixit illis: Quid ita cogitatis in cordibus veſtris?
9 Vtrum eſt facilius dicere paralytico, remittuntur tibi peccata: an dicere, ſurge, & tolle grabbatum tuum, & ambula?

L. 5. à ver. 17. vſque ad finem c.

17 Et factum eſt quodam die, & ipſe docebat, erántque Phariſæi ſedentes, ac legis Doctores, qui venerant ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ, & Hieruſalem, & virtus Domini aderat ad ſanandum eoa.
18 Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum.
19 Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſuper tectum, ac per regulas dimiſerunt eum cum lecto ante ſeſum.
20 Quorum fidem vt vidit, dixit illi: Homo, remittuntur tibi peccata tua.
21 Et cœperunt cogitare Scribæ & Phariſæi, dicentes, Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?
22 Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris?
23 Vtrum eſt facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge, & ambula?
24 Vt autem ſciatis, quod filius hominis habet poteſtatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: tibi

M. 9. *R. 2.* *L. 5.*

8 Turbæ verò quæ viderant, admiratæ sunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

9 Et præteriens Iesus illinc, vidit hominem desidentem ad Telonium, Matthæum nomine: dicitque ei, sequere me, atque is surgens, sequutus est eum.

10 Et factum est, vt Iesus accumberet in illis ædibus, & ecce multi publicani & peccatores qui venerant, simul accubuerunt cum Iesu, & discipulis eius.

11 Cúmque id vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis eius, Cur cum publicanis & peccatoribus vescitur magister vester?

12 At Iesus vbi audiuit, dixit illis, non opus habent ij qui validi sunt medico: sed qui male habent.

13 Profecti verò discite, quid sit, misericordiam volo, & non sacrificium: Non enim veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

14 Tunc adeunt eum discipuli Ioannis, dicentes, quam ob causam nos & Pharisæi ieiunamus plerumque, discipuli verò tui non ieiunant?

15 Et dixit illis Iesus, nunquid possunt filij thalami nuptialis lugere, quãdiu cum illis est sponsus? venient autẽ dies, quum tolletur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.

16 Nullus autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: illud enim supplementum detrahit de vestimento, & fit peior ruptura.

17 Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed mittunt vinum nouum in vtres nouos, & vtraque simul seruantur.

10 Vt autem sciatis, quòd filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico.

11 Tibi dico, Surge, & tolle grabbatum tuum, & abi in domum tuam.

12 Et statim surrexit, sublatóque grabbato, egressus est in conspectu omnium: adeò vt stuperent omnes, & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam sic vidimus.

13 Et egressus est rursus ad mare: omnísque turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

14 Et quum præteriret Iesus, vidit Leui Alphæi filium sedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me. Isque surgens, secutus est eum.

15 Et factum est quum accumberet in domo illius, multi etiam Publicani & peccatores, simul discumbebant cum Iesu & discipuli eius. Erãt enim multi, & sequuti fuerant eum.

16 Et Scribæ & Pharisæi quum vidissent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quid est quod cum publicanis & peccatoribus edit, ac bibit?

17 Hoc audito, Iesus, ait illis: Nõ opus habent qui bene valent medico, sed qui male habent. Non veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

18 Et discipuli Ioannis ac Pharisæorum ieiunabant, veniúntque, & dicunt illi, Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant?

19 Et ait illis Iesus: Num possunt filij thalami nuptialis, quandiu cum illis est sponsus ieiunare? Quandiu habent secum sponsum, non possunt ieiunare.

20 Venient autem dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

21 Et nemo panniculum rude insuit vestimento veteri: alioqui supplementum illud nouum detrahit veteri, & peior scissura fit.

22 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioqui disrumpit vinum nouum, vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

dico surge, tolle lectulum tuum, & vade in domum tuam.

25 Isque confestim surgens, coram illis sustulit, in quo iacuerat, abiitque in domum suam, glorificans Deum.

26 Et stupor corripuit omnes, & glorificabant Deum: & repleti sunt timore, dicentes: Vidimus incredibilia hodie.

27 Et posthæc exiit, ac vidit publicanum, nomine Leui, sedentem ad Telonium, & ait illi, sequere me.

28 Atque is relictis omnibus, surgens, sequutus est eum:

29 Et fecit ei conuiuium magnum Leui, in domo sua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis accumbebant.

30 Et murmurabant Scribæ eorum, ac Pharisæi, aduersus discipulos eius, dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?

31 Et respondens Iesus dixit ad illos, non egent qui sani sunt, medico, sed qui male habent.

32 Non veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

33 At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum, tui verò edunt & bibunt?

34 Quibus ipse ait: num potestis facere vt filij thalami, dum cum illis spõsus est, ieiunent?

35 Venient autem dies, & quum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

36 Dicebat autem & similitudinem ad illos: Nemo panniculum noui vestimenti immittit in vestimentum vetus, alioquin & veteri non conuenit panniculus ex nouo.

37 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpet vinum nouum, vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt.

38 Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est, & vtraque conseruantur.

39 Et nemo qui biberit vetus, statim vult nouum: dicit enim, vetus melius est.

Vigesima prima pars simplex M. De filia cuiusdam principis suscitata, & muliere fluxum sanguinis patiente, duobus cæcis, & vno muto, & dæmoniaco liberatis.

M. 9. à versic. 18. vsque versic. 35.

18 Hæc cum illis loqueretur, ecce princeps quidam venit, & adorauit eum, dicens: Ecce filia mea modo defuncta est, sed veni, & impone manum tuam super illam, & viuet.

19 Et surgens Iesus, sequutus est eum, ac discipuli eius.

20 Et ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedens à tergo, tetigit fimbriam vestimenti illius.

21 Dicebat enim intra sese: Si tantùm tetigero vestimentum eius, ero salua.

22 At Iesus conuersus, & intuitus illam, dixit, Confide filia, fides tua saluam te fecit: & salua facta fuit mulier ab illa hora.

23 Et quum veniſſet Ieſus in ædes principis, vidiſſétque tibicines, & turbam tumultuantem.
24 Dicit illis, Recedite, non enim mortua eſt adoleſcentula, ſed dormit: & deridebant eum.
25 Quum autem fuiſſet eiecta turba, introgreſſus, tenuit manum illius, & ſurrexit adoleſcentula.
26 Et exijt hæc fama in totam illam regionem.
27 Et quum diſcederet illinc Ieſus, ſecuti ſunt illum duo cæci, clamantes ac dicentes, Miſerere noſtri fili Dauid.
28 Cum autem veniſſet in ædes, adierunt illum cæci, & dicit eis Ieſus: Creditis me hoc poſſe facere? Dicunt ei, etiam Domine.
29 Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis.
30 Et aperti ſunt oculi eorum. Et grauiter interminatus eſt illis Ieſus, dicens, Videte ne quis ſciat.
31 At illi quum abiſſent, diuulgarunt famam illius in tota illa regione.
32 Illis autem egredientibus, ecce adduxerunt illi hominem mutum, dæmoniacum.
33 Et eiecto dæmonio loquutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ, dicentes, Nunquam apparuit ſic in Iſraël.
34 At Phariſæi dicebant, In principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Vigeſima ſecunda ſimplex I. de ſecunda publica profectione Chriſti in Hieruſalem, de piſcina, & triginta octo annis Languente ſanato, prædicatione, & diſputationibus contra Pontifices & Rabinos Hieroſolymæ qui contra eum conſpirarunt.

I. V.

1 POſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.
Locus variè quæſitus & ſacrificium cauſa additur.
2 Eſt autem Hieroſolymis ad Probaticam † piſcina, quæ nominatur hebraicè Bethesda quinque porticus habens.
3 In his iacebat multitudo magna ægrotorum, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.
4 Angelus enim per tempus deſcendebat in piſcinam, & turbabat aquam: Itaque qui primus deſcendiſſet poſt turbationem aquæ, ſanus fiebat à quocunque detineretur morbo.
5 Erat autem quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo teneebatur.
6 Hunc cùm vidiſſet Ieſus decumbentem, & cognouiſſet quòd iam multum temporis morbo teneretur, dicit ei, vis ſanus fieri?
7 Reſpondit ei ægrotus: domine, hominem non habeo, vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: ſed interim dum ego venio, iam alius ante me deſcendit.
8 Dicit ei Ieſus, ſurge, tolle grabatum tuum & ambula.
9 Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, Et ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat: erat autem ſabbathum in die illo.
10 Dicebant ergo Iudæi, ei qui ſanatus fuerat: Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum.
11 Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, Is mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.
12 Interrogauerunt eum, Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula?
13 Is autem qui ſanatus fuerat, neſciebat quis eſſet: Ieſus enim ſubduxerat ſe, præ turba eo loci exiſtente.
14 Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi, Ecce ſanus factus es, ne poſthac pecces, ne quid deterius tibi contingat.
15 Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis, quòd Ieſus eſſet, qui ſanum eum fecerat.
16 Ac præterea perſequebantur Iudæi Ieſum, & quærebant illum occidere, quòd iſta feciſſet in ſabbatho.
17 Ieſus autem reſpondit eis: Pater meus ad hoc vſque temporis operatur, & ego operor.
18 Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluerat ſabbathum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe facteos Deo.
19 Reſpondit itaque Ieſus, & dixit eis: Amen, amen dico vobis, non poteſt filius à ſeipſo facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem. Quæ enim ille facit, hæc & filius ſimiliter facit.
20 Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit, & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini.
21 Sicut enim pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic & filius quos vult viuificat.
22 Neque enim pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio.
23 Vt omnes honorent filium, ſicut honorant patrem. Qui non honorat filium non honorat patrem qui miſit illum.
24 Amen, Amen dico vobis qui ſermonem meum audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet: ſed tranſiuit à morte in vitam.
25 Amen, amen dico vobis, quòd veniet hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.
26 Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo.
27 Et poteſtatem dedit ei etiam iudicij faciendi: vt filius hominis eſt.
28 Nolite mirari hoc: Quia veniet hora in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem eius.
29 Et prodibunt qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: Qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.
30 Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iuſtum eſt: Quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, patris.
31 Si ego teſtificor de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum.
32 Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quod verum eſt teſtimonium, quod teſtatur de me.
33 Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium reddidit veritati.
34 Ego autem ab homine teſtimonium non accipio, ſed hæc dico vt vos ſalui fitis.
35 Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluiſtis ad tempus exultare in luce eius.

36 Ego

36 Ego autem habeo teſtimonium maius, quàm Ioannis: Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio, teſtificantur de me, quòd pater miſerit me.
37 Et qui miſit me, pater, Ipſe teſtificatus eſt de me: Neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis.
38 Et ſermonem eius non habetis, in vobis manentem: quia quem miſit ille, huic vos non creditis.
39 Scrutamini ſcripturas, nam vos videmini vobis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt, quæ teſtificantur de me.
40 Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.
41 Gloriam ab hominibus non accipio.
42 Sed cognoui vos quod dilectionem Dei, non habetis in vobis.
43 Ego veni in nomine patris mei, & non recipitis me: Si alius venerit in nomine ſuo, Illum recipietis.
44 Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam à vobis inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.
45 Nolite putare quod ego accuſaturus ſim vos, apud patrem: eſt qui accuſat vos, Moſes, in quem vos ſperatis.
46 Si enim crederetis Moſi, crederetis etiam mihi, de me enim ille ſcripſit.
47 Si autem illius ſcriptis non creditis, quomodo verbis meis creditis?

Vigeſima tertia pars duplex R. L. De Ieſu tranſeunte per ſegetes poſt 2. paſcha relicta rebelli Hieroſolyma, vbi quærebant eum occidere l. 5. 16. 18. & de diſcipulis vellentibus ſpicas; de reſponſo per exemplum Dauidis ad calumniam Phariſæorum, de dextra arida ſanata ſabbatho, & conſpiratione Phariſæorum cum Herodianis.

R. 2. à verſ. 23. vſque ad c. verſ. 7.

23 Et factum eſt vt ipſe tranſiret ſabbathis per ſegetes, & cœperunt diſcipuli eius inter viam vellere ſpicas:
24 Et Phariſæi dicebant ei, ecce, cur faciunt ſabbathis quod non licet?
25 Et ipſe ait illis, nunquam legiſtis quid fecerit Dauid, quum indigeret & eſuriret ipſe, & qui cum eo erant?
26 Quomodo ingreſſus ſit domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis comederit, quos non licet edere niſi ſacerdotibus, & dederit etiam his qui ſecum erant?
27 Et dicebat illis Sabbathum propter hominem factum eſt: non homo propter ſabbathum.
28 Itaque dominus eſt filius hominis, etiam ſabbathi.

R. III.

1 ET introiuit iterum in Synagogam, & ibi erat homo arefactam habens manum.
2 Et obſeruabant eum, an ſabbathis ſanaturus eſſet illum, vt accuſarent eum.
3 Et ait homini habenti manum arefactam, ſurge in medium.
4 Et dicit illis, Vtrum licet ſabbathis benefacere, an malefacere? animam ſeruare, an occidere? At illi tacebant.
5 Et cum circumſpexiſſet eos cum ira, condoleſcens ſuper obdurationem cordis eorum, dicit homini, extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati manus eius, vt altera.
6 Tunc egreſſi Phariſæi ſtatim cum Herodianis conſilium inierunt aduerſus eum, vt eum perderent.

L. 6. vſque ad verſ. 12.

1 FActum eſt autem vt in ſabbatho ſecundo primò tranſiret per ſata, ac vellebant diſcipuli eius ſpicas, edebántque, confricantes manibus.
2 Quidam autem Phariſæorum dicebant illis, Quid facitis, quod non licet facere in ſabbathis?
3 Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit: Ne hoc quidem legiſtis quod fecit Dauid, quum eſuriſſet ipſe, & qui cum illo erant?
4 Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, editque ac dedit etiam his qui ſecum erant, quos non licet edere, niſi tantum ſacerdotibus?
5 Et dicebat illis, dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi.
6 Factum eſt autem & in alio ſabbatho, vt intraret in Synagogam ac doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.
7 Obſeruabant autem ſcribæ ac Phariſæi, an in ſabbatho ſanaturus eſſet, vt inuenirent vnde accuſarent eum.
8 Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam, ſurge, & ſta in medio. Ille verò ſurgens, ſtetit.
9 Ait igitur ad illos Ieſus, interrogabo vos vtrum liceat ſabbathis benefacere, an malefacere? animam ſeruare, an perdere?
10 Et circumſpectis omnibus illis dixit homini, extende manum tuam, ille autem ita fecit, & reſtituta eſt manus eius ſana, ſicut altera.
11 Ipſi autem repleti ſunt amentia, & colloquebantur alij cum alijs quidnam facerent Ieſus.

Vigeſima quarta duplex M. R. Ieſus relicta etiam Iudæa, poſt dictam conſpirationem, ſeceſſit in Galilæam, circumiens ciuitates omnes & vicos, docens & ſanans.

M. 9. à verſ. 35. ad fin. c.

35 Et circuibat Ieſus ciuitates omnes, ac vicos, docens in Synagogis illorum, ac prædicans euangelium regni, & ſanans omnem morbum, & omnem langorem in populo.
36 Quum vidiſſet autem turbas, affectu miſericordiæ tactus eſt erga illos, quod eſſent deſtituti ac diſperſi velut oues, non habentes paſtorem.

R. 3. à verſ. 7. vſque ad verſ. 13.

7 Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & ingens multitudo à Galilæa ſequuta eſt eum & à Iudæa.
8 Et ab Hieroſolymis, & ab Idumæa; & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem habitabant, multitudo magna: qui cum audiſſent quanta faceret, venerunt ad eum.

M. 9.

37 Tunc dicit discipulis suis, Ipsa quidem messis multa, sed operarij pauci.
38 Rogate ergo Dominum messis, vt extrudat operarios in messem suam.

R. 9.

9 Et dixit discipulis suis, vt nauicula, sibi deseruiret propter turbam, ne ipsum premerent.
10 Multos enim sanauerat, ita vt irruerent in eum, quo illum tangerent, quotquot affligebantur.
11 Et spiritus immundi quum illum vidissent, procidebant ei & clamabant, dicentes, Tu es filius Dei.
12 Et vehementer interminabatur eis, ne se manifestum facerent.

Vigesima quinta triplex M R. L. Iesus ascendit montem pernoctans in oratione, & orto die conuocat discipulos suos, ex quibus instituit duodecim Apostolos.

M. 10. *vsque vers.* 5. *R.* 3. *à vers.* 13. *vsque vers.* 10. *L.* 6. *à vers.* 12. *vsque vers.* 18.

1 ET accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, vt eiicerent eos, & sanarent quemuis morbum, & omnem languorem.
2 Porrò duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andræas frater eius: Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius:
3 Philippus & Bartholomæus: Thomas & Matthæus, qui fuerat publicanus: Iacobus filius Alphæi: & Lebbæus cognomento Thaddæus.
4 Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & prodidit illum.

13 Et ascendit in montem & vocauit ad se, quos ipse voluit, & venerunt ad eum.
14 Et constituit duodecim, vt essent secum, & vt emitteret eos ad prædicandum:
15 Vtque haberent potestatem sanandi morbos, & eiiciendi dæmonia.
16 Et imposuit Simoni nomē Petrus.
17 Et Iacobum filium Zebedæi, & & Ioannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitrui.
18 Et Andræam & Philippum & Bartholomæum & Matthæum & Thomam & Iacobum Alphæi, & Thadæum & Simonē Cananæū.
19 Et Iudam Iscariotem, qui & prodidit illum.

12 Factum est autem in illis diebus, exiit in montem ad orandum, eráque pernoctans in depreeatione Dei.
13 Et quum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.
14 Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andræam frattem eius: Iacobum & Ioannem: Philippum & Bartholomæum.
15 Matthæum, & Thomam: Iacobum Alphæi & Simonem qui vocatur Zelotes.
16 Et Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui idem fuit proditor.

Vigesima sexta simplex M. mandata, quæ dedit recens institutis Apostolis, ad prædicandum emittendis.

M. 10. *à vers.* 5. *vsque ad fi.* c.

5 Hos duodecim emisit Iesus, præcipiens eis, dicens, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini.
6 Sed ite potius ad oues perditas domus Israël.
7 Profecti autem prædicate, dicentes, Appropinquauit regnum cœlorum.
8 Ægrotos sanate, leprosos mundate, mortuos suscitate, dæmonia eiicite: dono accepistis, dono date.
9 Ne comparetis aurum neque argentum, neque æs in zonis vestris.
10 Neque peram ad iter, neque binas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, Nam dignus est operarius cibo suo.
11 Sed in quamcumque ciuitatem aut vicum fuetitis ingressi, exquirite quis in ea sit dignus, atque illic manete donec exeatis.
12 Quum autem intrabitis domum, salutate illam.
13 Et siquidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illam: Sin minus fuerit digna, pax vestra ad vos reuertatur.
14 Et quicunque non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes ex ædibus aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum vestrorum.
15 Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quam ciuitati illi.
16 Ecce ego mitto vos velut oues in medio luporum, estote igitur prudentes velut serpentes, & simplices sicut columbæ.
17 Cauete autem ab hominibus: tradent enim vos in concilia, & in Synagogis suis flagellabunt vos.
18 Sed & ad principes & reges ducemini, propter me, in testimonium ipsis & gentibus.
19 Cum autem tradiderint vos, ne sitis solliciti, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.
20 Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.
21 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij aduersus parentes, & morte afficient eos.
22 Et eritis exosi omnibus propter nomen meum: verùm qui sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit.
23 Cum autem persequuti vos fuerint in vrbe hac, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non perambulaueritis omnes ciuitates Israëlis, quin iam filius hominis venerit.
24 Non est discipulus supra magistrum, neque seruus supra dominum suum.
25 Sufficit discipulo vt sit sicut magister ipsius, & vt seruus sit sicut Dominus ipsius. Si ipsum patremfamilias vocauerunt Beelzebub, quanto magis domesticos illius?
26 Ne igitur timeatis eos: nihil est enim tectum, quod non sit reuelandum, & nihil occultum, quin futurum sit vt sciatur.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate ſupra domos.
28 Et ne metuatis ab his qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed metuite magis illum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna.
29 Nónne duo paſſerculi aſſario væneunt? & vnus ex illis non cadet in terram ſine patre veſtro.
30 Veſtri verò etiam pili capitis omnes numerati ſunt.
31 Nolite ergo timere, vos multis paſſeribus præſtatis.
32 Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ego illum cõram patre meo qui in cœlis eſt.
33 Quiſquis autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis.
34 Ne arbitremini quod venerim ad mittendum pacem in terram, non veni vt mittam pacem, ſed gladium.
35 Nam veni vt diſſidere faciam hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & ſponſam aduerſus ſocrum ſuam.
36 Et inimici hominis (erunt) domeſtici eius.
37 Qui amauerit patrem aut matrem ſupra me, non eſt me dignus: & qui amauerit filium aut filiam ſupra me, non eſt me dignus.
38 Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur poſt me, non eſt me dignus.
39 Qui inuenerit animam ſuam, perdet eam, & qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam.
40 Qui recipit vos, me recipit: Et qui me recipit, recipit eum qui me miſit.
41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.
42 Et quicunque ad bibendum dederit vni ex puſillis his poculum aquæ frigidæ tantum, non diſcipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

Vigeſima ſeptima ſimplex L. Ieſus deſcendit cum illis de monte, & ſtetit in loco campeſtri concionem inſignem habens.

L. 6. à verſic. 17. vſque ad finem cap.

17 Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, turbáque diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ex omni Iudæa & Ieruſalem, & à maritima Tyro & Sydone, qui venerant vt audirent eum, & ſanarentur à morbis ſuis.
18 Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, & ſanabantur.
19 Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus ab illo exibat, & ſanabat omnes.
20 Et ipſe attollens oculos ſuos in diſcipulos, dicebat, Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnum Dei.
21 Beati qui eſuritis nunc: quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.
22 Beati eritis cùm vos oderint homines, & ſeparauerint vos, & probris affecerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filium hominis.
23 Gaudete in illo die, & exulteſte: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlis. nam ſecundum hæc, faciebant Prophetis patres eorum.
24 Veruntamen væ vobis diuitibus: quia habetis conſolationem veſtram.
25 Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.
26 Væ vobis cùm laudauerint vos omnes homines, nam ſecundum hæc, faciebant pſeudoprophetis patres eorum.
27 Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos veſtros: benefacite iis qui vos oderunt.
28 Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.
29 Percutienti te in maxillam, præbe & alteram: & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere.
30 Omni autem exigenti abs te tribue: & ab eo qui aufert quæ tua ſunt, ne repoſcas.
31 Et prout vultis vt faciant vobis homines, vos quoque facite illis ſimiliter.
32 Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? Nam & peccatores eos à quibus diligũtur, diligũt.
33 Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt.
34 Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſperatis vos recepturos, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.
35 Veruntamen diligite inimicos veſtros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa: & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt erga ingratos ac malos.
36 Eſtote ergo miſericordes: ſicut & pater veſter miſericors eſt.
37 Neludicate, & non iudicabimini: ne condemnate, & non condemnabimini. Remittite, & remittetur vobis.
38 Date, & dabitur vobis. Menſurã bonam & confertam, & concuſſam, atque exundantem dabunt in ſinum veſtrum: eadem quippe menſura qua metimini, remetietur vobis.
39 Dicebat autem illis ſimilitudinem: Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadũt?
40 Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum: Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius.
41 Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autẽ quæ in oculo proprio eſt, non animaduertis?
42 Aut quomodo dicere potes fratri tuo, Frater, ſine, eiiciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt, quum ipſe trabem quæ eſt in oculo tuo, non reſpicias? Hypocrita, eiice primum trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies, vt eiicias feſtucam quæ eſt in oculo fratris tui.
43 Non eſt enim arbor bona, quæ facit fructum putrem: neque arbor putris faciens fructum bonum.
44 Vnaquæque enim arbor ex fructu proprio cognoſcitur. Neque enim è ſpinis colligunt ficus: neque è rubo vindemiant vuam.
45 Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bonum, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malum. Nam ex abundantia cordis loquitur os eius.
46 Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?
47 Quiſquis venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit.
48 Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſuper petram. Inun-

datione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat ſuper petram.

49 Qui autem audiuit, & non fecit, ſimilis eſt homini qui ædificauit domum ſuam ſuper terram, abſque fundamento, in quam illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna.

Vigeſima octaua duplex M. L. Ieſus finitis tam mandatis datis in monte recenter electis Apoſtolis, quàm dicto celebri ſermone ad populos in loco campeſtri. Progredirur nunc docturus in ciuitatibus, & primò ingreditur Capharnaum.

M. 11. verſ. 1.

1 ET factum eſt quum finem feciſſet Ieſus præcipiendi duodecim diſcipulis ſuis, progreſſus eſt illinc vt doceret & prædicaret in ciuitatibus illorum.

L. 7. verſ. 1.

1 CVm autem conſummaſſet omnia verba ſua audiente populo intrauit Capernaum.

Vigeſima nona ſimplex L. Ieſus ingreſſus Caphernaum antequam ingrederetur domum, ſanauit verbo ſeruum Centurionis morientem.

L. 7. à verſ. 2. vſque ad verſ. 11.

2 Centurionis autem cuiuſdam ſeruus male habens moriebatur, qui illi erat in pretio.
3 Quum audiſſet autem de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & ſanaret ſeruum ſuum.
4 At illi quum veniſſent ad eum, rogabant eum ſtudiosè, dicentes: Dignus eſt vt hoc illi præſtes.
5 Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis.
6 Ieſus autem profectus eſt cum illis. Et cùm iam non longè abeſſet à domo miſit ad eum Centurio amicos, dicentes ei, Domine, noli vexari, non enim ſum dignus, vt ſub tectum meum intres.
7 Quapropter nec meipſum arbitratus ſum dignum, qui venirem ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus.
8 Etenim ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alteri veni, & venit: & ſeruo meo fac hoc, & facit.
9 Auditis autem his Ieſus, miratus eſt eum, & conuerſus, ſequenti ſe turbæ, dixit, dico vobis nec in Iſraël quidem tantam fidem inueni.
10 Et reuerſi qui miſſi fuerant, in domum, repererunt ſeruum qui ægrotauerat, ſanum.

Trigeſima pars ſimplex R. Ieſu domum tandem ingreſſo, diſcipuli coacti ſunt egredi ad arcendam turbam accurrentem, ne impedirentur ſaltem ſero panem edere.

R. 3. verſ. 20. 21.

20 Et venerunt in domum, & conuenit iterum turba, ita vt ipſi non poſſent neque panem manducare.
21 Et quum audiſſent ſui exierunt tenere eam, dicebant enim quoniam exiuit.

Trigeſima prima ſimplex L. Ieſus deinceps iens Nain, ſuſcitauit filium viduæ, dum ferretur ad ſepulchrum.

L. 7. à num. 11. vſque verſ. 18.

11 Et factum eſt deinceps vt proficiſceretur in ciuitatem quæ vocatur Nain: & ſimul cum eo profecti ſunt diſcipuli eius multi, & turba multa.
12 Vt autem appropinquauit portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnigenitus matris ſuæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum ea.
13 Quam quum vidiſſet Dominus, miſericordia commotus eſt ſuper ea, & dixit illi, ne plores.
14 Et accedens tetigit loculum (porrò qui portabant ſubſtiterunt) & ait, Adoleſcens, tibi dico, ſurge.
15 Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ.
16 Cœpit autem omnes timor, & glorificabant Deum, dicentes: certe Propheta magnus ſurrexit inter nos, & certe Deus viſitauit populum ſuum.
17 Et manauit hic ſermo per totam Iudæam de ipſo, & in omnem circumiacentem regionem.

Trigeſima ſecunda duplex M. L. Ioan. Baptiſta, audiens in carcere facta Chriſti, mittit duos è diſcipulis ſuis ad eum: qui verbis & nouis etiam miraculis reſpondet, & illis abeuntibus, ſplendidumde Baptiſta teſtimonium facit ad populum, ingratitudinem, & ſtupiditatem Iudæorum arguens.

M. 11. à verſ. 2. vſque verſ. 20.

2 Ioannes autem quum audiſſet in carcere opera Chriſti, miſſis duobus diſcipulis ſuis.
3 Dixit illi, Tu es ille qui venturus erat an alium expectamus?

L. 7. à verſ. 18. vſque verſ. 36.

18 Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli ipſius de ijs omnibus. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes
19 Miſitque ad Ieſum dicens, Es tu is qui venturus

Mt. 11.

4 Et reſpondeos Ieſus dixit illis, euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis & videtis.
5 Cæci viſum recipiunt, & claudi ambulant, leproſi mundantur & ſurdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes euangelizantur.
6 Et beatus eſt qui non fuerit offenſus in me.
7 Illis autem abeuntibus cœpit Ieſus turbis dicere de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum, vt ſpectaretis arundinem quæ agitetur à vento?
8 Sed quid exiſtis? vt videretis hominem mollibus veſtibus amictum? ecce qui mollia geſtant, in domibus regum ſunt.
9 At quid exiſtis videre? num prophetam? certe dico vobis etiam excellentiorem propheta.
10 Iſte enim eſt de quo ſcriptum eſt, ecce ego mitto, nuntium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
11 Amen dico vobis, non exortus fuit inter natos ex mulieribus maior Ioanne Baptiſta, attamen qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.
12 Porrò à diebus Ioannis Baptiſtæ vſque ad hunc diem, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
13 Nam omnes prophetæ, & ipſa lex, vſque ad Ioannem prophetauerunt.
14 Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias, qui venturus erat.
15 Qui habet aures ad audiendum, audiat.
16 Sed cui aſſimilabo generationem hanc? Similis eſt pueris qui ſedent in foris, & acclamant ſodalibus ſuis.
17 Ac dicunt, Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, lugubria cecinimus vobis, & non planxiſtis.
18 Venit enim Ioannes nec edens nec bibens, & aiunt, Dæmonium habet.
19 Venit filius hominis edens ac bibens, & dicunt, Ecce hominem Comedonem, & vini potorem, publicanis amicum ac peccatoribus: & iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.

L. 7.

erat, an alium expectamus?
20 Cum autem veniſſent ad eum viri illi, dixerunt: Ioannes Baptiſta miſit nos ad te, dicens: Es tu ille qui venturus erat, an alium expectamus?
21 In eadem autem hora multos ſanauit à morbis ac plagis, & ſpiritibus malis, & multis cæcis donauit viſum.
22 Et reſpondens Ieſus dixit illis: euntes, renuntiate Ioanni qui vidiſtis & audiſtis, quod cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperibus annuntiatur euangelium.
23 Et beatus eſt quicunq; non fuerit offenſus in me.
24 Et cum diſceſſiſſent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid exiſtis in deſertum ad videndum? arundinem quæ vento agitetur?
25 Sed quid exiſtis viſuri? hominem mollibus veſtimentis indutum? ecce qui in veſtitu ſplendido, & in deliciis agunt, in aulis regum ſunt.
26 Sed quid exiſtis ad videndum? prophetam? certe dico vobis, & plus quam prophetam.
27 Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
28 Dico enim vobis: Maior inter natos è mulieribus propheta, Ioanne Baptiſta nemo eſt: Attamen qui minor eſt in regno Dei, maior eſt illo.
29 Et omnis populus audiens, & Publicani iuſtificauerunt Deum, baptizati baptiſmo Ioannis.
30 Phariſæi autem & legis periti conſilium Dei ſpreuerunt aduerſus ſemetipſos, non baptizati ab eo.
31 Ait ergo Dominus: Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius? & cui ſimiles ſunt?
32 Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & acclamantibus ſibi inuicem ac dicentibus: Cantauimus vobis tibiis, & non ſaltaſtis. Lamentati ſumus vobis, & non ploraſtis.
33 Venit enim Ioannes Baptiſta neque edens panem, neque bibens vinum: & dicitis dæmonium habet.
34 Venit filius hominis edens ac bibens, & dicitis: Ecce homo edax & vinipotor, amicus publicanorum ac peccatorum.
35 Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis omnibus.

Trigeſima tertia ſimplex M. Chriſtus exprobrat, & dira minatur ciuitatibus impœnitentibus, paruos verò & laborantes fideles ſolatur, & ad ſe allicit.

Mt. 11. *à verſ.* 10. *vſque ad fin. c.*

20 Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus editæ fuerant plurimæ virtutes ipſius, quod ſcelerum eas non pœnituiſſet.
21 Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethſaidan: quoniam ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere ſcelerum ſuorum pœnitentiam egiſſent.
22 Attamen dico vobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij quàm vobis.
23 Et tu Capernaum quæ exaltata es vſque ad cœlum, exaltata, vſque ad inferos deſcendes, quoniam ſi in Sodomis editæ fuiſſent virtutes, quæ editæ ſunt in te, manſiſſent vſque in hodiernum diem.
24 Verumtamen dico vobis, quod terræ Sodomorum tolerabilius erit in die iudicij, quam tibi.
25 In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.
26 Certe pater, ſic fuit beneplacitum coram te.
27 Omnia mihi tradita ſunt à patre meo: & nemo nouit filium niſi pater: neque patrem quiſquam nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.
28 Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos.
29 Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quod mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.
30 Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Trigeſima ſexta duplex M. R. Blaſphemia Phariſæorum & Scribarum confutatur, exemplo regni aduerſum ſe diuiſi: & eorum in Spiritum ſanctum peccatum irremiſſibile declaratur.

M. 12. à verſ. 24. vſque ad verſ. 31. *R. 3. à verſ. 21. vſque ad verſ. 35.*

24 At Phariſæi hoc audito dicebant, Hic non eiicit dæmonia, niſi per Beelzebub principem dæmoniorum.
25 Ieſus autem cum ſciret cogitationes illorum dixit illis, Omne regnum diuiſum aduerſus ſeſe deſolatur, & omnis ciuitas aut domus diuiſa aduerſus ſeipſam non ſtabit.
26 Et ſi Satanas Satanam eiicit, aduerſus ſeipſum diuiſus eſt. Quomodo igitur ſtabit regnum illius?
27 Et ſi ego per Beelzebub eiicio dæmonia, filij veſtri per quem eiiciunt? Propterea ipſi, veſtrum iudices erunt.
28 Si autem ego per Spiritum Dei eiicio dæmonia, igitur peruenit ad vos regnum Dei.
29 Alioqui quomodo poteſt aliquis intrare domum potentis, & vaſa illius diripere, niſi prius vinxerit potentem, & tunc domum illius diripiet?
30 Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit.
31 Propterea dico vobis, Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, blaſphemia verò in ſpiritum non remittetur hominibus.
22 Et Scribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant, dicebant: Beelzebub habet, & per principem dæmoniorum eiicit dæmonia.
23 Et ad ſe vocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt Satanas Satanam eiicere?
24 Et ſi regnum aduerſus ſeſe diuiſum fuerit, non poteſt ſtare regnum illud.
25 Et ſi domus contra ſeipſam diuiſa fuerit, non poteſt ſtare domus illa.
26 Et ſi Satanas inſurrexit contra ſeipſum, ac diuiſus fuerit, non poteſt ſtare, ſed finem habet.
27 Non poteſt quiſquam vaſa fortis, ingreſſus domum illius diripere, niſi prius fortem alligauerit, & tunc domum eius diripiet.
28 Amen dico vobis, Omnia remittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibuſcunque blaſphemauerit:
29 Sed qui cunque blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed obnoxius eſt æterno iudicio.
30 Dicebant enim, ſpiritum immundum habet.
32 Et quicunque dixerit verbum aduerſus filium hominis, remittetur illi. Qui autem dixerit aduerſus Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in præſenti ſæculo, neque in futuro.

Trigeſima ſeptima ſimplex M. De booa & mala arbore verbiſque otioſis, de Scribis & Phariſæis petentibus ſignum, & per multa exempla excluſis & comminatis.

M. 12. à verſ. 33. vſque ad verſic. 46.

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem vitioſam, & fructum illius vitioſum. Nam è fructu arbor cognoſcitur.
34 Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? Siquidem ex abundantia cordis os loquitur.
35 Bonus homo è bono theſauro cordis, exprimit bona: & malus homo ex malo theſauro deprimit mala.
36 Sed dico vobis, quod de quocunque verbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, reddituri ſunt rationem in die iudicij:
37 Nam ex dictis tuis iuſtificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis.
38 Tunc interrogauerunt eum quidam è Scribis ac Phariſæis, dicētes, Magiſter, volumus ex te ſignum videre.
39 At ille reſpondens, dixit illis, Generatio praua & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur illi, niſi ſignum Ionæ Prophetæ.
40 Quemadmodum enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.
41 Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quòd ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas eſt in hoc loco.
42 Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quod venerit à finibus terræ, ad audiendum ſapientiam Salomonis: Et ecce plus quàm Salomon eſt in hoc loco.
43 Quum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per arida loca, quærens requiem, & non inuenit.
44 Tunc dicit, reuertar in domum meam vnde exiui: & veniens, repetit eam vacantem, & ſcopis purgatam, atque ornatam.
45 Tunc vadit, & adiungit ſibi ſeptem alios ſpiritus ſceleratiores ſe, & intrantes, inhabitant illic: & fiunt poſtrema hominis illius peiora primis: ſic erit generationi huic peruerſæ.

Trigeſima octaua duplex M. R. De matre & fratribus Chriſti quærentibus eum, qui alios non agnoſcit, quàm facientes voluntatem Dei patris ſui.

M. 12. à verſ. 46. vſque ad fin. c. *R. 3. à verſ. 31. vſque ad fin. c.*

46 Quum autem adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres eius ſtabant foris quærentes ei loqui.
47 Dixit autem illi quidam, Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes tibi loqui
48 At ille reſpondens dixit ei qui ſibi renunciauerat, Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fratres mei?
49 Et protenſa manu ſua in diſcipulos ſuos, dixit,
31 Veniunt igitur fratres & mater eius, & foris ſtantes, miſerunt ad eum, vocantes eum.
32 Et ſedebat turba circa eum, dicúntque ei, Ecce mater tua & fratres tui foris, quærunt te.
33 Et reſpondit eis dicens, quæ eſt mater mea, & fratres mei?
34 Et cùm circunſpexiſſet in circuitu circum ſe diſ-

M.

Ecce mater mea, & fratres mei.
50 Quiſquis enim fecerit voluntatem patris mei qui eſt in cœlis, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

R.

cipulos ſedentes, ait, Ecce mater mea & fratres mei.
35 Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & ſoror mea, & mater eſt.

Trigeſima nona ſimplex L. De mulieribus, quæ de ſuis facultatibus miniſtrabant Chriſto, circumeunti ſingulas ciuitates, & caſtella, prædicando verbum Dei.

L. 8. vſque ad verſic. 4.

1 ET factum eſt deinceps, vt ipſe iter faceret per ſingulas ciuitates & caſtella, ptædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo.
2 Et quædam mulieres quæ erant ſaranæ à ſpiritibus malis & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant.
3 Et Ioanna vxor Chuzæ, procuratoris Herodis, & Suſaona, & aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.

Quadrageſima pars triplex M. R. L. parabola ſeminis cadentis in viam, petras, ſpinas, & bonam terram.

M. 13. vſque ad verſ. 24.

1 IN illa verò die, egreſſus Ieſus è domo, ſedit iuxta mare.
2 Et congregatæ ſunt ad illum turbæ multæ, adeò vt ipſe nauim ingreſſus ſederet, & omnis turba ſupra littus ſtabat.
3 Et locutus eſt illis multa per parabolas, dicens, Ecce exiit ſeminator ad ſeminandum.
4 Et quum ſeminaret alia quidem ceciderunt iuxta viam, & venerunt volucres, ac deuorauerunt ea.
5 Alia verò ceciderunt in loca petroſa, vbi non habebaot multum terræ, & protinus exorta ſunt: propterea quod noo haberent profunditatem terræ.
6 Sole autem exorto, æſtuauerunt, & quia noo habebant radicem, exaroerunt.
7 Alia verò ceciderunt in ſpinas, & aſſurrexerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea.
8 Alia verò ceciderunt in terram bonam: & dederunt fructum, aliud quidem centuplum, aliud verò ſexagecuplum, aliud verò trigecuplum.
9 Qui habet aures ad audiendum, audiat.
10 Et accedentes diſcipuli, dixerunt illi, Quare per parabolas loqueris illis?
11 At ille reſpondens, dixit eis, quia vobis datum eſt nooſſe myſteria regni cœlorum, illis autem oon eſt datum.
12 Quiſquis enim habet dabitur illi, & redderur abundãtior. Quiſquis autem nõ habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo.
13 Propterea per parabolas loquor illis, quia videntes, non vident, & audientes, noo audiout, oec intelligunt.
14 Et complerur in illis prophetia Iſaiæ, quæ dicit, Auribus audietis & non intelligetis, & videntes videbitis,

R. 4. vſque ad verſ. 16.

1 ET iterum cœpit docere iuxta mare, & congregata eſt ad eum turba multa: Ita vt nauim ingreſſus ſederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat.
2 Et docebat eos per parabolas multa, & dicebat illis in doctrina ſua.
3 Audite, ecce exiuit ſeminator ad ſeminandum.
4 Et accidit inter ſeminandum aliud quidem cecidit ſupra viam: venerunt que volucres cœli, & comederunt illud.
5 Aliud verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habebat terram multam: & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat profunditatem terræ.
6 Et quando exortus eſt ſol, exæſtuauit: & eo quod noo habebat radicem, exaruit.
7 Et aliud cecidit in ſpinas: & aſſurrexerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit.
8 Et aliud cecidit in terram bonam: & dedit fructum aſſurgentem & creſcentem: & tulit vnum triginſa, & aliud ſexaginta, & aliud centum.
9 Et dixit eis, Qui habet aures ad audiendum, audiat.
10 Quum aotem eſſet ſolus, interrogaueruot eum hi qui circa illum erant, cum duodecim, de parabola.
11 Et dixit eis, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: illis autem qui foris ſunt, per parabolas omnia fiunt.
12 Vt videntes, videant, & non videant: & audientes, audiant, & non intelligant: ne quando conuertantur: & dimittantur eis peccata.
13 Et ait illis, Neſcitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoſceris?
14 Seminator ille verbum ſeminat.

15 Hi

L. 8. à verſ. 4. vſque ad verſ. 19.

4 Quum autem turba plurima conueniret, & paſſim è ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem.
5 Exijt ſeminator ad ſeminandum ſemen ſuum, & inter ſeminandum aliud cecidit circa viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud.
6 Et aliud cecidit ſoper petram, & enatum exaruit, quia non habebat humorem.
7 Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul enatæ ſpinæ, ſuffocauerunt illud.
8 Et aliud cecidit in terram bonam, & enatum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat.
9 Interrogabant autem eum diſcipuli eius, dicentes: quæ eſſet iſta parabola.
10 At ille dixit: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei, cæteris autem per parabolas vt videntes noo videant, & audientes non intelligant.
11 Eſt autem hæc parabola, ſemen eſt ſermo Dei.
12 Qui autem iuxta viam, hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus & tollit ſermonem de corde eorum, ne credentes ſeruentur.
13 Sed qui ſuper petram, ij ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt ſermooem: & hi radices non habent qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.
14 Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſollicitudinibus & diuitijs, ac voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, nec referunt fructum.
15 Quod autem in bonam terram,

M. 13. *R.* 4. *L.* 8.

videbitis, & non cernetis.
15 Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos occluſerunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem illos.
16 Veſtri verò beati ſunt oculi, quia vident; & aures veſtræ, quia audiunt.
17 Amen enim dico vobis, quod multi prophetæ & iuſti deſiderauerunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.
18 Vos igitur audite parabolam ſeminantis.
19 Omnis qui audit ſermonem regni, & non intelligit, venit ille malus, & rapit id quod ſeminatum eſt in corde illius: hic eſt qui iuxta viam ſeminatus fuit.
20 At qui in petricoſa ſemen factum excepit, hic eſt qui verbum audit, ac protinus cum gaudio accipit illud.
21 Verum non habet radicem in ſemetipſo, ſed temporarius eſt. Porrò quum ſuccideris affliction, aut perſecutio propter ſermonem, continuo offenditur.
22 Qui verò in ſpinas ſemen excepit, hic eſt qui verbum audit: & ſollicitudo ſæculi huius, & fallacia diuitiarum ſuffocat ſermonem, & fit infructuoſus.
23 Cæterùm qui in terram bonam exceptt ſemen, hic eſt qui ſermonem audit & intelligit, qui videlicet fructum fert, ac facit, aliut quidem centuplum, alius verò ſexagecuplum, alius verò trigecuplum.

15 Hi autem ſunt, qui circa viam, vbi ſeminatur verbum, & cum audierint, confeſtim venit Satanas, & aufert verbum quod ſeminatum eſt in cordibus eorum.
16 Et hi ſunt ſimiliter qui in petroſa ſemen excipiunt, qui cùm audierint ſermonem ſtatim cum gaudio accipiunt illum.
17 Et non habent radicem in ſe, ſed temporarij ſunt: deinde orta afflictione, vel perſecutione, propter ſermonem confeſtim ſcandalizantur.
18 Et alij ſunt qui in ſpinas ſemen excipiunt: hi ſunt qui ſermonem audiunt.
19 Et ſollicitudines huius ſæculi, & deceptio diuitiarum, cæterarúmque rerum concupiſcentiæ, introeuntes ſuffocant ſermonem, & ſine fructu efficitur.
20 Et hi ſunt qui in terram bonam ſemen exceperunt: qui audiunt ſermonem, & ſuſcipiunt, & fructificant: ita vt aliud granum adferat triginta, aliud ſexaginta aliud centum.
21 Et dicebat illis: nunquid venit lucerna, vt ſubtus modium ponatur, aut ſubtus lectum? Nónne vt ſuper candelabrum ponatur?
22 Non eſt enim quicquam occultum, quod non manifeſtandum ſit: neque quid factum in ſecretum, ſed vt in apertum veniat.
23 Si quis habet aures ad audiendum audiat.
24 Et dicebat illis, videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis qui auditis.
25 Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

15 Et ſunt illi qui ſecus viam, ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de cordibus eorum, ne credentes ſaluentur.
16 Et alij ſunt qui ſuper petram ſeminantur, qui cùm audierint verbum, ſtatim cum gaudio ſuſcipiunt illud: & hi radicem non habent, qui ad horam credunt, & in tempore tentationis recedunt.
17 Quod autem in ſpinis cecidit, hi ſunt qui verbum audierunt, & a ſollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non refertur fructum.
18 Et illa quæ in bonam terram, hi ſunt qui in corde honeſto & bono verbum audiunt, & retinent, & fructum afferunt in patientia.
19 Nemo autem lucernam accendens operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit, ſed ſuper candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.
20 Non enim eſt occultum, quod non manifeſtum ſit futurum: nec abſconditum, quod non ſciatur, & in propatulum veniat.
21 Videte ergo quomodo audiatis. Quiſquis enim habet, dabitur illi, & quicunque non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo.

Quadrageſima prima ſimplex L. mater & fratres Ieſu quærunt eum concionantem, qui reſpondet eos eſſe qui audiunt & cuſtodiunt verbum Dei.

L. 8. *ver.* 19. 20. 21.

19 Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant eum adire præ turba.
20 Et nunciatum eſt illi, dicúmque, mater tua & fratres tui ſtant foris volentes te videre.
21 Qui reſpondens dixit ad eos: mater mea & fratres mei, hi ſunt, qui ſermonem Dei audiunt, ac faciunt illum.

Quadrageſima ſecunda duplex M. R. quatuor alias parabolas dat Ieſus turbis, quarum duæ zizaniorum & fermenti recitantur à ſolo M. vna ſcilicet de ſemine creſcente, ſeminatore dormiente vel aliud agente per ſolum R. Alia de grano ſinapis, per M.R. qui plures alias parabolas omittunt, quas omnes Ieſus ſeorſim diſcipulis ſuis exponebat.

M. 13. *à verſ.* 24. *vſque verſ.* 36. *R.* 4. *à verſ.* 26. *vſque verſ.* 33.

24 Aliam parabolam propoſuit eis dicens, Adſimilatum eſt regnum cœlorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo.
25 Sed dormientibus hominibus venit illius inimicus, & ſeminauit zizania inter triticum, abiitque.
26 Cùm autem germinaſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.
27 Accedentes autem ſerui patrisfamiliâs, dixerunt illi, Domine, Nónne bonum ſemen ſeminaſti in tuo agro? Vnde igitur habet zizania?
28 Ille verò dixit illis, inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt illi, vis igitur abeamus & colligamus ea?
29 At ille dixit, Non: ne forte colligentes zizania,

26 Et dicebat, Sic eſt regnum Dei quemadmodum ſi homo iaciat ſemen in terram, ac dormiat atque exurgat ille nocte ac die.
27 Segéſque germinet, ac ſurgat in altum, dum neſcit ille.
28 Vltro enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.
29 Cùm autem productus fuerit fructus, ſtatim mittit falcem quoniam adeſt meſſis.
30 Et dicebat, cui adſimilabimus regnum Dei? aut qua collatione conferemus illud?
31 Eſt ſicut granum ſinapis, quod cùm ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra.

M. 13.

eradicetis ſimul cum illis & triticum.
30 Sinite parrer creſcere vtraque vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primùm zizania, & colligate ea in faſciculos ad comburendum ea: triticum verò congregate in horreum meum.
31 Aliam parabolam propoſuit eis, dicens: ſimile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod acceptum homo ſeminauit in agro ſuo.
32 Quod minimum eſt omnium ſeminum: cæterum vbi excreuerit maximum eſt inter olera, & fit arbor: adeo vt veniant volucres cœli, & nidulentur in ramis illius.
33 Aliam parabolam dixit illis, ſimile eſt regnum cælórum fermento, quod acceptum mulier abſcondidit in farinæ ſatis tribus, donec fermentaretur totum.
34 Hæc omnia loquutus eſt Ieſus per parabolas ad turbas, & ſine parabola nihil loquutus eſt illis.
35 Vt compleretur quod dictum fuerat per propbetam, qui ait: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

R. 4.

32 Et cum ſeminatum fuerit exurgit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cœli nidificare.
33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis ſermonem, prout poterant audire: ſine parabola verò non loquebatur eis.
34 Seorſim autem diſcipulis ſuis exponebat omnia.

Quadrageſima tertia ſimplex M. Ieſus turbis dimiſſis ingreſſus domum, diſcipulis exponit parabolam Zizaniorum, & tres alias addit parabolas, vnam de theſauro, alteram de negotiatore quærente pulchras margaritas, tertiam de verriculo iacto in mare, quod eis exponit, & mox diſcedit.

M. 13. *à verſ* 36. *vſque ad ver.* 54.

36 Tunc dimiſſis turbis, venit in domum Ieſus, & acceſſerunt ad illum diſcipuli eius, dicentes: Explica nobis parabolam Zizaniorum agri.
37 At ille reſpondens, dixit illis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis:
38 Ager autem eſt mundus. Porrò bonum ſemen, ij ſunt filij regni: zizania verò ſunt, filij illius mali.
39 Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus: meſſis verò conſummatio ſæculi eſt: meſſores autem angeli ſunt.
40 Sicut igitur colliguntur zizania & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi huius.
41 Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem.
42 Ac mittent illos in fornacem ignis: ibi erit ploratus ſtridórque dentium.
43 Tunc iuſti fulgebunt vt Sol in regno patris ſui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.
44 Rurſum ſimile eſt regnum cœlorum theſauro abſconſo in agro, quem repertum homo abſcondidit: & præ gaudio quod habet ſuper eo, abit: & omnia quæcunque habet, vendit ac mercatur agrum illum.
45 Rurſum, ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti pulchras margaritas:
46 Qui cùm inueniſſet vnam pretioſam margaritam, abiens, vendidit omnia quæ habebat, & mercatus eſt illam.
47 Rurſum, ſimile eſt regnum cœlorum verriculo iacto in mare, & ex omni genere contrahenti:
48 Quod cum impletum fuiſſet, ſubduxerunt in littus, & ſedentes, collegerunt quæ bona ſunt in vaſa, putria verò foras abiecerunt.
49 Sic erit in conſummatione ſæculi, exibunt angeli, & ſegregabunt malos de medio iuſtorum.
50 Et proicient eos in caminum ignis: illic erit ploratus & ſtridor dentium.
51 Dicit illis Ieſus Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt illi, Etiam Domine.
52 Ipſe verò dixit eis: Proptera omnis ſcriba edoctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamiliàs, qui profert è theſauro ſuo noua & vetera.
53 Et factum eſt, vt cùm finiſſet Ieſus ſermones hos, digrederetur illinc.

Quadrageſimaquarta duplex R. L. Ieſus intrat nauem traiecturus in vlteriorem ripam, excitatus increpans ventum & tempeſtatem, iubens mari ſilere, fecit tranquillitatem magnam, appulſus Gadarenos, pellit ab homine legionem dæmonum, quos permiſit ire in gregem ferè bis mille porcorum, qui decurrentes in mare ſubmerſi ſunt. Gadareni rogarunt Ieſum exire fines eorum, qui nauim ingreſſus noluit recipere liberatum à legione, ſed iuſſit eum ad ſuos ire, & quanta ſibi feciſſet Ieſus prædicare: Quod fecit etiam in Decapoli, & omnes mirabantur.

R. 4. *à verſ.* 35. *vſque ad c.* 5. *verſ.* 21.

35 Erait illis in die illo quum adueſperaſſet, tranſeamus in vlteriorem ripam.
36 Et dimiſſa turba aſſumunt eum ita vt erat in naui, ſed & aliæ nauiculæ erant cum illo.
37 Et oritur procella venti magna, & fluctus irruebant in nauim, ita vt illa iam impleretur.
38 Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & expergefaciunt eum, dicuntque illi, Præceptor, non eſt tibi curæ quod perimus?

L. 8. *à verſ.* 22. *vſque ad verſ.* 40.

22 Factum eſt autem quodam die & ipſe aſcendit in nauim, ac diſcipuli eius, & ait ad illos: traiiciamus io vlteriorem ripam ſtagni: & ſoluerunt.
23 Nauigantibus autem illis obdormiit & ingruit procella venti in ſtagnum, & complebantur ac periclitabantur.
24 Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes: Præcepror, præceptor, perimus. At ille experrectus increpauit ventum ac tempeſtatem aquæ: &

R. 4.

39 Et excitatus increpauit uentum, dixitque mari: Tace, obmutesce, & conquieuit ventus, factáque est tranquillitas magna.
40 Et ait illis. Quid ita timidi estis? quomodo fidem non habetis?
41 Et timuerunt timore magno, dicebántque alius ad alium, Quisnam iste est, quia & ventus & mare obediunt ei?

R. 5.

1 ET venerunt traiecto mari in regionem Gadarenorum.
2 Egressóque ei de naui, statim occurrit è monumentis homo detentus á spiritu immundo,
3 Qui domicilium habebat in monumentis, neque catenis quisquam poterat eum ligare.
4 Propterea quod quum sæpe compedibus & catenis vinctus fuisset, discerptæ fuerant ab illo catenæ & compedes essent comminutæ, & nemo posset eum domare.
5 Et semper die ac nocte in montibus & in monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus.
6 Quum vidisset autem Iesum à longè, cucurrit & adorauit eum.
7 Et clamans voce magna dixit, Quid mihi rei tecum est Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum ne me torqueas.
8 Dicebat enim illi, Exi spiritus immúde ex homine.
9 Et interrogabat eum, Quod tibi nomen? Et respondit dicens, Legio mihi nomen est: quia multi sumus.
10 Et deprecabatur eum multùm, ne ipsos emitteret extra regionem.
11 Erat autem ibi iuxta montem grex porcorum magnus pascens.
12 Et deprecabantur eum omnes dæmones, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.
13 Et permisit eis statim Iesus. Et egressi spiritus immundi, ingressi sunt in porcos: Et subito impetu ferebatur grex perpræceps in mare. Erant autem fermè bis mille, & suffocati sunt in mari.
14 Qui verò pascebant porcos, fugerunt & renuntiauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt vt viderent quid esset factum:
15 Et veniunt ad Iesum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis, eum inquam, qui habuerat legionem, & timuerunt.
16 Et narrauerunt illis, hi qui viderant, qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, & de porcis.
17 Et rogare cœperunt eum, vt discederet de finibus eorum.
18 Et ipso ingresso nauim, rogabat illum qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo:
19 Iesus autem non permisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.
20 Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.

L. 8.

cessauerunt, factáque est tranquillitas.
25 Dixit autem illis: vbi est fides vestra? timentes autem mirati sunt inter se, dicentes: Quis putas hic est? quia ventis quoque & aquæ imperat, & obediunt ei?
26 Et nauigauerunt ad regionem Gadatenorum, quæ est in opposita tripa Galilææ.
27 Et quum de nauigressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam è ciuitate, qui habebat dæmonium iam à temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.
28 Is vt vidit Iesum, & exclamasset, procidit ante illum, ac voce magna dixit: Quid mihi rei tecum est Iesu fili Dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas.
29 Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine: à multis enim temporibus corripuerat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custodiebatur, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta.
30 Interrogauit autem illum Iesus dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio, Quia intrauerunt dæmonia multa in eum.
31 Et rogauerunt illum ne imperaret ipsis, vt in abyssum irent.
32 Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum vt permitteret ipsis in illos ingredi, Et permisit illis.
33 Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.
34 Porrò vt viderunt subulci quod acciderat, fugerunt & annunciauerunt in ciuitatem ac villas.
35 Exierunt autem vt viderent quod factum erat, & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes Iesu, & timuerunt.
36 Nunciauerunt autem illis qui viderant, quomodo sanus factus esset is qui agitabatur à dæmonio.
37 Et rogauerunt illum omnis multitudo Gadatenorum vt discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Ipse autem conscensa naui reuersus est.
38 Rogauit autem eum vir ille à quo dæmonia exierant, vt esset cum eo; Sed ablegauit eum Iesus, dicens:
39 Redi in domum tuam, & narra quæcunque tibi fecerit Deus. Et abiit per totam ciuitatem, prædicans quæcunque sibi fecisset Iesus.

Quadragesima quinta duplex R. L. Iesus in Galilæam per mare reuersus exceptus est à turba expectante se, rogatus ab Iairo priocipe Synagogæ (sanaos in itioere mulierem fluxu sanguinis duodecim annos laboraotem, quæ omoia in medicos impenderat & peius habuerat) venit in domum principis Synagogæ, tumultum flentium compescuit, & filiam eius annorum duodecim suscitauit.

R. 5. *à vers.* 21. *vsque ad fin. c.*

21 Et cùm traiecisset Iesus naui rursus in vltetiotem ripam, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare.
22 Et ecce venit quidam principum Synagogæ nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius.

L. 8. *à vers.* 40. *vsque ad fin. c.*

40 Factum est autem quum rediret Iesus, excepit illum turba: nam omnes expectabant eum.
41 Et ecce venit vir, cui nomen Iairus qui erat præfectus Synagogæ: & procidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum suam.

R. 5.

23 Et deprecabatur eum multum, dicens: Quia filiola mea in extremis est, oro vt venias & imponas ei manus, vt salua sit, & viuet.
24 Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa: & comprimebant eum.
25 Et mulier quædam quæ erat in profluuio sanguinis ab annis duodecim.
26 Et fuerat multa perpessa à plurimis medicis, & insumpserat omnia sua, nec quicquam adiumenti sensserat, sed magis in deterius venerat.
27 Cùm audisset de Iesu, venit in turba à tergo, & tetigit vestimentum eius.
28 Dicebat enim: Quia si vel vestimenta eius tetigero, saluabor.
29 Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore, quod sanata esset ab eo flagello.
30 Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ ex se exierat, conuersus in turba dixit: Quis tetigit vestimenta mea?
31 Et dicebant ei discipuli ipsius: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit?
32 Et circumspiciebat vt videret eã quæ hoc fecerat.
33 Mulier verò timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.
34 Ille autem dixit ei: filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à flagello tuo.
35 Adhuc eo loquente, veniunt quidam à principe Synagogæ dicentes: filia tua mortua est: quid vltra vexas magistrum?
36 Iesus autem statim audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo: ne metuas, tantummodo crede.
37 Et non permisit vt quisquam se sequeretur, nisi Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi.
38 Et venit in domum archisynagogi, & vidit tumultum, flentes & eiulantes multum.
39 Et ingressus ait illis: Quid tumultuamini, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit.

L. 8

42 Quoniam vnica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. Verùm inter eundum, turbæ coarctabant eum.
43 Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impendederat omnem substantiam, nec ab vllo potuerat curari.
44 Accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius.
45 Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te constringunt & affligunt & dicis: Quis me tetigit?
46 Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis, Nam ego noui virtutem à me exiuisse.
47 Videns autem mulier quod non latuisset, tremens venit ac procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigisset eum, indicauit ei coram toto populo, & quemadmodum confestim sanata fuisset.
48 At ipse dixit ei: Confide filia, fides tua te seruauit: vade in pace
49 Adhuc illo loquente, venit quidam à præfecto synagogæ, dicens ei: Mortua est filia tua, noli vexare magistrum.
50 Iesus autem hoc audito, respondit ei, Noli timere, crede tantum & salua erit.
51 Et quum venisset in domum non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem ac matrem puellæ.
52 Flebant autem omnes & plangebant illam, at ille dixit: Nolite flere, non est mortua, sed dormit.
53 Et deridebant eum scientes quòd mortua esset.
54 Ipse autem eiectis foras omnibus, apprehensa manu eius, clamauit dicens: Puella, surge.
55 Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo: ac iussit illi dari cibum.
59 Et obstupuerunt parentes eius. At ille præcepit eis, ne cui dicerent quod factum erat.

40 Et irridebant eum. Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrem puellæ, & eos qui secum erant, & ingreditur eò, vbi puella erat iacens.
41 Et apprehensa manu puellæ, ait illi: talitha cumi, quod est si interpretetis: Puella (tibi dico) surge.
42 Et confestim surrexit puella, & ambulabat erat enim annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno.
43 Et præcepit illis vehementer, ne quisquam id sciret: & dixit vt daretur illi quod ederet.

Quadragesima sexta duplex M.R. Iesus illinc digressus venit in patriam suam, stupebant de sapientia & virtutibus eius, quem tamen spernebant vt fabri filium, matrem & cognatos ibi habentem.

M. 13. à vers. 54. vsque ad fin. c.

54 Et quum venisset in patriam suam docuit in synagoga illorum, ita vt stupentes ac dicerent: vnde huic sapientia hæc & virtutes?
55 Nónne hic est ille fabri filius? Nónne mater eius vocatur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioses & Simon & Iudas?
56 Et sorores illius nónne omnes apud nos sunt? vnde igitur huic hæc omnia?
57 Et scandalizabantur in eo, Iesus autem dixit eis, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua.
58 Et non fecit illic virtutes multas propter incredulitatem illorum.

R. 6. vsque ad vers. 7.

1 ET egressus est illinc, venitque in patriam suam: & sequebantur eum discipuli sui.
2 Quúmque aduenisset sabbathum, cœpit in synagoga docere: & multi audientes obstupuerunt dicentes: vnde huic est? & quæ est hæc sapientia quæ data est illi, vt etiam virtutes tales per manus eius efficiantur?
3 Nónne iste est faber ille, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseæ & Iudæ & Simonis, & scandalizabantur in illo.
4 Dicebat autem illis Iesus: non est prophetia inhonoratus nisi in patria sua, & inter cognatos, & in domo sua.

5 Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus curauit.
9 Et mirabatur propter incredulitatem eorum, & circumibat per vicos in circuitu docens.

Quadragesima septima duplex R. L. de actuali missione 12. Apostolorum.

R. 6. à vers. 7. ad vers. 14.

7 Et aduocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem aduersus spiritus im-

L. 9. vsque vers. 7.

1 CONuocatis autem Iesus duodecim, dedit illis potestatem & auctoritatem super omnia dæ-

R. 6.

mundos.
8 Et præcepit eis, vt nihil tolleret ad iter, niſi virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona æs.
9 Sed calceatos eſſe ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis.
10 Et dicebat eis, vbicúnque introieritis in domum, illic manete donec exeatis illinc.
11 Et quicunque non receperint vos, neque audierint vos, exeuntes illinc, excutite puluerem qui eſt ſub pedibus veſtris in teſtimonium illis. Amen dico vobis, tollerabilius erit Sodomis & Gomorrhis in die iudicij, quàm ciuitati illi.
12 Et egreſſi prædicabant, vt reſipiſcerent.
13 Et dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.

L. 6.

monia, & vt morbos ſanarent.
2 Et miſit illos vt prædicarent regnum Dei, & ſanarent infirmos.
3 Et ait ad illos: ne quid tuleritis in viam, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque binas tunicas habeatis.
4 Et in quamcunque domum intrauerit is, illic manete, atque illinc exeatis.
5 Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem è pedibus veſtris excutite in teſtimonium aduerſus illos.
6 Egreſſi autem circumibant per caſtella, euangelizantes & curantes vbique.

Quadrageſima octaua triplex, de his quæ M. R. L. ſcripſerunt de Herode Antipa, audiente famam Ieſu, quem videre cupiebat, poſtquam occiderat Ioannem Baptiſtam, quem dicebant ſurrexiſſe à mortuis, & eſſe Ieſum, & quæ M. R. de ſepultura Baptiſtæ per eius diſcipulos, & R. L. de reditu Apoſtolorum ad Chriſtum.

M. 14. vſque ad verſ. 13.

1 IN illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Ieſu, & dixit famulis ſuis.
2 Iſte eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes agunt in illo.
3 Nam Herodes cùm præmiſſet Ioannem, vinxerat eum, ac miſerat in carcerem, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui.
4 Dicebat enim illi Ioannes, Non licet tibi habere eam.
5 Et quum vellet eum occidere, metuebat multitudinem, propterea quod illum pro Propheta habebant.
6 Quum autem celebraretur natalis Herodis, ſaltabat filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.
7 Vnde cùm iureiurando pollicitus eſt, ſe daturum illi quicquid peteret.
8 At illa prius inſtructa à matre ſua: Da mihi, inquit, hic in patina caput Ioannis Baptiſtæ.
9 Et contriſtatus Rex: attamen propter iuſiurandum, & eos qui ſimul accumbebant, iuſſit ei dari:
10 Miſitque, & decollauit Ioannem in carcere.
11 Et allatum eſt caput eius in patina, datúmque eſt puellæ, atque illa obtulit matri ſuæ.
12 Cúmque acceſſiſſent diſcipuli eius, ſuſtulerunt corpus, ac ſepelierunt illud: abierúntque & renunciarunt Ieſu.

R. 6. à verſ. 14. vſque ad verſ. 31.

14 Et audiuit rex Herodes (innotuerat enim nomen eius) dicebátque Ioannes ille qui baptizabat, reſurrexit à mortuis, & propterea virtutes agunt in illo.
15 Alij dicebant Helias eſt, alij verò dicebant, Propheta eſt, vel tanquam vnus ex Prophetis.
16 Quum audiſſet autem Herodes, ait: Quem ego decollaui, Ioannes, iſte eſt, ipſe ſurrexit à mortuis.
17 Nam ipſe Herodes miſſis ſatellitibus prehenderat Ioannem, & vinxerat eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam vxorem.
18 Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.
19 Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat.
20 Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum ac ſanctum, & verebatur eum, auditóque eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.
21 Et cùm dies opportunus acceſſiſſet, cùm Herodes in natalitijs ſuis cœnam faceret Primatibus, Tribunis, & Primoribus Galileæ.
22 Et introiſſet filia ipſius Herodiadis, ac ſaltaſſet, placuiſſétque Herodi, ac ſimul accumbentibus: Rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi.
23 Et iurauit illi: Quicquam à me petieris, dabo tibi, vſque ad dimidium regni mei.
24 At illa egreſſa, dixit matri ſuæ, Quid petam? Illa verò dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ.
25 Et ingreſſa, ſtatim cum feſtinatione ad Regem petiuit, dicens: Volo vt protinus des mihi in lance caput Ioannis Baptiſtæ.
26 Et dolore affectus rex, propter ea quæ iurarat, eóſque qui ſimul accumbebant, noluit eam reijcere.
27 Et confeſtim rex miſſo ſpiculatore, iuſſit afferri caput eius.
28 At ille abijt, ac decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in lance, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri ſuæ.
29 Quo audito diſcipuli eius, venerunt & ſuſtulerunt cadauer eius, poſuerúntque illud in monumento.
30 Et congregantur Apoſtoli ad Ieſum, ac renunciauerunt ei omnia, & quæ egerant, quæque docuerant.

L. 9. verſ. 7. 8. 9. 10.

7 Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæſitabat: eo quod diceretur à quibuſdam, quod Ioannes ſurrexiſſet à mortuis.
8 A quibuſdam verò, quod Helias apparuiſſet: ab alijs autem, quod Propheta quiſpiam ex antiquis ſurrexiſſet.
9 Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui: quis eſt autem iſte, de quo ego talia audio? & quærebat videre eum.
10 Et reuerſi Apoſtoli, narrauerunt illi quæcunque fecerant.

Quadrageſima nona quadruplex M. R. L. I. de receſſu Chriſti, in deſertum trans mare Tiberiadis, & turbis ſequentibus, quas ad 5000. hominum præter mulieres & paruulos ex 5. panibus & 2. piſcibus pauit, tertio Paſchate propinquo, quo Chriſtus non fuit in Iudæa.

M. 14. à verſ. 13. vſque ad verſ. 21.

13 Id cùm audiſſet Ieſus receſſit illinc in naui ad deſertum locum ſeorſũ. Et quum audiſſent turbæ, ſequutæ ſunt illum pedeſtres ab vrbibus.

14 Et egreſſus Ieſus vidit multam turbam: & tactus eſt affectu miſericordiæ erga illos, ſanauitque infirmos illorum.

15 Portò quum appetiſſet veſpera, adierunt eum diſcipuli ipſius, dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt abeant in vicos, & emant ſibi eſcas.

16 At Ieſus dixit illis, Non eſt illis neceſſe abire, date illis vos quod edant.

17 At illi dicũt ei, Non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces.

18 Ille verò dixit, Afferte mihi illos huc.

19 Et iuſſit turbis diſcumbere ſuper gramina, ſumptíque quinque panibus, ac duobus piſcibus, ſublatis in cœlum oculis, benedixit. Et quum fregiſſet, dedit diſcipulis panes, diſcipuli verò turbis.

20 Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt: & ſuſtuleruntquod ſuperfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos.

21 Porrò qui comederant fuere viri fermè quinquies mille, præter mulieres ac pueros.

R. 6. à verſ. 31. vſque verſ. 45.

31 Et ait illis, venite vos ipſi priuatim in deſertum locum, & requieſcite paſſillum. Erant enim qui venirent & abirent multi, vt ne cibum quidem carpere vacaret.

32 Et abierunt in deſertum locum nauigio ſeorſim.

33 Et viderunt eos abeuntes turbæ: & agnouerunt eum multi, & itinere pedeſtri ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, conuenerúntque ad illum.

34 Et egreſſus vidit turbam multam Ieſus, & affectu miſericordiæ tactus eſt erga eos, quia erant velut oues non habentes paſtorem, Et cœpit illos docere multa.

35 Et quum iam multum diei præteriiſſet, acceſſerunt ad illum diſcipuli eius dicentes, Deſertus eſt locus, & iam multum temporis effluxit.

36 Dimitte illos vt abeant in circumiacentes villas ac vicos, emántque ſibi ipſis panes: Nam quod edant non habent.

37 At ille reſpondens ait illis, Date illis vos, quod edant. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducentis denariis panes, & demus illis quod edant?

38 At ille dicit eis, Quot panes habetis? Ite & videte. Et quum cognouiſſent, dicunt, Quinque & duos piſces.

39 Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, diſtributis conuiuis in viridi graminu.

40 Et diſcubuerunt diuiſi in viridaria, cemeni & quinquageni,

41 Et quum accepiſſet quinque panes ac duos piſces, ſublatis in cœlum oculis, benedixit, ac fregit panes, dedítque diſcipulis ſuis vt apponerent illis, & duos pisces diuiſit omnibus.

42 Et comederunt omnes & ſaturati ſunt.

43 Et ſuſtuleruntfragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piſcibus.

44 Erant autem qui comederant circiter quinque millia virorum.

L. 9. à verſ. 11. vſque verſ. 18.

11 Et aſſumptis illis receſſit ſeorſum in locum deſertum ciuitatis, quæ vocatur Bethſaida: quod cũ cognouiſſent turbæ, ſequutæ ſunt illum. Et excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cutatione indigebãt ſanabat.

12 Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in caſtella villáſque vicinas diuertant, & inueniant eſcas, quia hic in loco deſerto ſumus. At autem ad illos: vos date illis quod edant.

13 At illi dixerunt: Nõ ſunt nobis plures quam quinque panes, & duo piſces, niſi nos eamus & emamus in omnem hunc populum eſcas.

14 Erant autem fere viri quinquies mille. Ait autem ad diſcipulos ſuos: facite illos diſcũbere in ſingulo quoque diſcubitu quinquagenos.

15 Atque ita fecerunt: & fecerunt omnes diſcumbere.

16 Acceptis autẽ quinque panibus & duobus piſcibus, ſublatis in cælum oculis benedixit illis. & fregit, diſtribuítque diſcipulis, vt apponerent turbæ.

17 Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

I. 6. vſque ad verſ. 15.

1 POſt hæc abiit Ieſus trãs mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.

2 Et ſequebatur eum turba multa, quia videbant eius ſigna quæ faciebat ſupec his qui infirmabantur.

3 Aſcẽdit autem in montem Ieſus & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

4 Erat autem propinquum Paſcha, dies feſtus Iudæorum.

5 Quum ſuſtuliſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quod multa turba veniret ad ſe, dicit ad Philippum: vnde ememus panes, vt edant iſti?

6 Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.

7 Reſpondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque eorum paſſillum quippiam accipiat.

8 Dicit ei vnus ex diſcipulis ipſius Andreas frater Simonis Petri:

9 Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos: ſed hæc quod ſunt inter tam multos?

10 Dixit autem Ieſus: facite homines diſcumbere. Erat autem herba multa in eo loco. Diſcubuerunt ergo viri numero fermè quinque millia.

11 Accepit autem panes Ieſus, quumque gratias egiſſet, diſtribuit diſcipulis, diſcipuli verò diſcumbentibus. Similiter & ex piſcibus quantum volebant.

12 Vt autem impleti ſunt, dicit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperfuerunt fragmenta, ne quid pereat.

13 Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ ſuperfuerant his qui comederant.

14 Illi ergo homines, quum vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant: Hic eſt vere propheta ille qui venturus eſt in mundum.

Quinquageſima pars triplex M.R.I. de his quæ ſcripſerunt de reditu marino Chriſti cis mare Galilææ, de tempeſtate nocturna, & ambulatione Chriſti ſuper aquas, appulſu, & miraculis in Genezareth: & reditu in Capernaum.

M. 14. à verſ. 22. vſque ad fin. c. *R. 6. à verſ. 45. ad fin. c.* *I. 6. à verſ. 15. vſque verſ. 25.*

22 Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos ſuos, vt conſcenderent nauim, & præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret turbas.
23 Ac dimiſſis turbis, aſcendit in montem ſolus ad orandum. Quum autem adueniſſet veſpera, ſolus erat illic.
24 Cæterum nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur ab vndis, nam ventus erat contrarius.
25 Quarta autem noctis vigilia abiit ad illos Ieſus, ambulans ſuper mare.
26 Et cùm vidiſſent eum diſcipuli ſuper mare ambulantem, turbati ſunt dicentes, ſpectrum eſt: ac præ metu exclamauerunt.
27 Sed ſtatim loquutus eſt illis Ieſus, dicens, Confidite, ego ſum, ne terreamini.
28 Reſpondens autem illi Petrus dixit, Domine ſi tu es, iubeo me ad te venire ſuper aquas.
29 At ille dixit, veni. Et quum deſcendiſſet è naui Petrus, ambulabat ſuper aquas, vt iret ad Ieſum.
30 Cæterùm quum videret ventum validum, territus eſt: & quum cœpiſſet demergi, clamauit, dicens, Domine ſerua me.
31 Continuò autem Ieſus extenta manu apprehendit eum. & dixit illi, O exigua fide prædito, cur dubitaſti?
32 Et quum eſſent ingreſſi nauim, conquieuit ventus.
33 Porrò qui erant in naui, acceſſerunt & adorauerunt eum dicentes verè Dei filius es.
34 Et quum traiecíſſent venerunt in terram Geneſareth.
35 Et quum agnouiſſent illum viri loci illius, emiſerunt nuntios in totam circumiacentem regionem illam, & obtulerunt illi omnes malè habentes:
36 Et obſecrabant eum, vt tantum tangerent fimbriam veſtimenti ipſius: & quotquot tetigiſſent, ſalui facti ſunt.

45 Et ſtatim coëgit diſcipulos ſuos conſcendere nauim, & præcedere tranſmiſſo mari Bethſaidam, dum ipſe dimitteret turbam.
46 Et quum dimiſiſſet eos abiit in montem ad orandum.
47 Et quum veſpera adueniſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra.
48 Viditque eos laborantes in remigando: erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſuper mare, & volebat præterire eos.
49 At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper mare, putauerunt ſpectrum eſſe, & exclamauerunt.
50 Omnes enim videbant eum, & conturbati ſunt: & ſtatim loquutus eſt cum eis dixitque eis: confidite, ego ſum, ne terreamini.
51 Et aſcendit ad illos in nauim, & conquieuit ventus & vehementer ſupra modum intra ſeſe ſtupebant, & admirabantur.
52 Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcœcatum.
53 Et quum traiecíſſent, venerunt in terram Genezareth, & appulerunt in portum.
54 Quùmque egreſſi eſſent de naui, continuò agnouerunt eum:
55 Ac percurrentes totam vndiq; regionem illam, cœperunt in grabbatis eos qui malè habebant circumferre, vbi audiebant eum eſſe.
56 Et quocunque introiſſet in vicos aut in ciuitates aut in villas, in plateis ponebant infirmos & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

15 Ieſus ergo cùm cognouiſſet quod venturi eſſent correpturi ipſum, vt facerent ipſum regem, ſeceſſit iterum in montem ipſe ſolus.
16 At vbi iam veſpera eſſet, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare:
17 Et conſcenſa naui venerunt traiecto mari ad oppidum Capernaum. Iamque tenebræ erãt, nec venerat ad eos Ieſus.
18 Mare autem veuto magno flante intumeſcebat.
19 Quum remigaſſent ergo fermè ſtadia vigiti quinque aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & appropinquantem naui, ac timuerunt.
20 Ille autem dicit eis: Ego ſum, nolite timere.
21 Volnerunt ergo recipere eum in nauim & illico nauis appulerat terræ ad quam ibant.
22 Poſtridie turba quæ ſtabat trãs mare, vt vidit quod nauicula alia non eſſet ibi, niſi vna illa in quam ingreſſi fuerant diſcipuli eius, & quod non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauiculam, ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent:
23 Aliæ verò ſuperuenerunt nauiculæ à Tiberiade iuxta locum vbi comederant panem, poſtea quam gratias egiſſet Dominus.
24 Quum ergo vidiſſet turba, quod Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt & ipſi in nauiculas, & venerunt Capernaum, quærentes Ieſum.

Quinquageſima prima ſimplex I. Sermo quem Chriſtus de Corpore & Sanguine ſuo fecit in Capernaum, ſub tempus tertij Paſchatis, & cur noluit ire in Iudæam, ſed manſit in Galilæa.

I. 6. à verſ. 25. vſque ad c. 7. verſ. 2.

25 Et quum inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc veniſti?
26 Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis de panibus, & ſaturati eſtis.
27 Operemini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: hunc enim patet obſignauit Deus.
28 Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera Dei?
29 Reſpondit Ieſus & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.
30 Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris?
31 Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cœlo dedit eis ad edendum.

Quadrageſima nona quadruplex M. R. L. I. de receſſu Chriſti, in deſertum trans mare Tiberiadis, & turbis ſequentibus, quas ad 5000. hominum præter mulieres & paruulos ex 5. panibus & 2. piſcibus pauit, tertio Paſchate propinquo, quo Chriſtus non fuit in Iudæa.

M. 14. à verſ. 13. vſque ad verſ. 21.

13 Id cùm audiſſet Ieſus receſſit illinc in naui ad deſertum locum ſeorſũ. Et quum audiſſent turbæ, ſequutæ ſunt illum itinere pedeſtri ab vrbibus.

14 Et egreſſus Ieſus vidit multam turbam: & tactus eſt affectu miſericordiæ erga illos, ſanauitque infirmos illorum.

15 Porrò quum appetiſſet veſpera, adierunt eum diſcipuli ipſius, dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt abeant in vicos, & emant ſibi eſcas.

16 At Ieſus dixit illis, Non eſt illis neceſſe abire, date illis vos quod edant.

17 At illi dicũt ei, Non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces.

18 Ille verò dixit, Afferte mihi illos huc.

19 Et iuſſit turbis diſcumbere ſuper gramina, ſumptiſ que quinque panibus, ac duobus piſcibus, ſublatis in cœlum oculis, benedixit. Et quum fregiſſet, dedit diſcipulis panes, diſcipuli verò turbis.

20 Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt: & ſuſtuleruntquod ſuperfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos.

21 Porrò qui comederant fuere viri fermè quinquies mille, præter mulieres ac pueros.

R. 6. à verſ. 31. vſque verſ. 45.

31 Et ait illis, venite vosipſi priuatim in deſertum locum, & requieſcite pusillum. Erant enim qui venirent & abirent multi, vt necibum quidem carpere vacaret.

32 Et abierunt in deſertum locum nauigio ſeorſim.

33 Et viderunt eos abeuntes turbæ: & agnouerunt eum multi, & itinere pedeſtri ex omnibus ciuitatibus conecurrerunt illuc, & præuenerunt eos, conuenerúntque ad illum.

34 Et egreſſus vidit turbam multam Ieſus, & affectu miſericordiæ tactus eſt erga eos, quia erant velut oues non habentes paſtorem, Et cœpit illos docere multa.

35 Et quum iam multum diei præteriſſet, acceſſerunt ad illum diſcipuli eius dicentes, Deſertus eſt locus, & iam multum temporis effluxit.

36 Dimitte illos vt abeant in circumiacentes villas ac vicos, emántque ſibi pſis panes: Nam quod edant non habent.

37 At ille reſpondens ait illis, Date illis vos, quod edant. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducentis denariis panes, & demus illis quod edant?

38 At ille dicit eis, Quot panes habetis? Ite & videte. Et quum cognouiſſent, dicunt, Quinque & duos piſces.

39 Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, diſtributis conuiuiis in viridi gramine.

40 Et diſcubuerunt diuiſi in viridaria, centeni & quinquageni,

41 Et quum accepiſſet quinque panes ac duos piſces, ſublatis in cœlum oculis, benedixit, ac fregit panes, dedítque diſcipulis ſuis vt apponerent illis, & duos pisces diuiſit omnibus.

42 Et comederunt omnes & ſaturati ſunt.

43 Et ſuſtulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piſcibus.

44 Erant autem qui comederant circiter quinque millia virorum.

L. 9. à verſ. 11. vſque verſ. 18.

11 Et aſſumptis illis receſſit ſeorſum in locum deſertum ciuitatis, quæ vocatur Bethſaida: quod cũ cognouiſſent turbæ, ſequutæ ſunt illum. Et excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebãt ſanabat.

12 Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in caſtella vilaſque vicinas diuertant, & inueniant eſcas, quia hic in loco deſerto ſumus. Ait autem ad illos: vos date illis quod edant.

13 At illi dixerunt: Nõ ſunt nobis plutes quam quinque panes, & duo piſces, niſi nos eamus & emamus in omnem hunc populum eſcas.

14 Erant autem ferè viri quinquies mille. Ait autem ad diſcipulos ſuos: facite illos diſcũbere in ſingulo quoque diſcubitu quinquagenos.

15 Atque ita fecerunt: & fecerunt omnes diſcumbere.

16 Acceptis autẽ quinque panibus & duobus piſcibus, ſublatis ſo cælum oculis benedixit illis, & fregit, diſtribuítque diſcipulis, vt apponerent turbæ.

17 Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

I. 6. vſque ad verſ. 15.

1 POſt hæc abiit Ieſus trãs mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.

2 Et ſequebatur eum turba multa, quia videbant eius ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.

3 Aſcẽdit autem in montem Ieſus & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

4 Erat autem propinquum Paſcha, dies feſtus Iudæorum.

5 Quum ſuſtuliſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quod multa turba veniret ad ſe, dicit ad Philippum: vnde ememus panes, vt edant iſti?

6 Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.

7 Reſpondit ei Philippus: Duceotorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque eorum pusillum quippiam accipiat.

8 Dicit ei vnus ex diſcipulis ipſius Andreas frater Simonis Petri:

9 Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos: ſed hæc quod ſunt inter tam multos?

10 Dixit autem Ieſus: facite homines diſcumbere. Erat autem herba multa in eo loco. Diſcubuerunt ergo viri numero fermè quinque millia.

11 Accepit autem panes Ieſus, quumque gratias egiſſet, diſtribuit diſcipulis, diſcipuli verò diſcumbentibus. Similiter & ex piſcibus quantum volebant.

12 Vt autem impleti ſunt, dicit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperfuerunt fragmenta, ne quid pereat.

13 Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ ſuperfuerant his qui comederant.

14 Illi ergo homines, quum vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant: Hic eſt verè propheta ille qui venturus eſt in mundum.

Quinquageſima pars triplex M.R. I. de his quæ ſcripſerunt de reditu marino Chriſti eis mare Galilææ, de tempeſtate nocturna, & ambulatione Chriſti ſuper aquas, appulſu, & miraculis in Genezareth: & reditu in Capernaum.

M. 14. à verſ. 22. vſque ad fin. c. *M. 6. à verſ. 45. ad fin. c.* *I. 6. à verſ. 15. vſque verſ. 25.*

22 Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos ſuos, vt conſcenderent nauim, & præcederent eum trans fretum ad vicum Bethſaidam, donec dimitteret turbas.

23 Ac dimiſſis turbis, aſcendit in montem ſolus ad orandum. Quum autem adueniſſet veſpera, ſolus erat illic.

24 Cæterum nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur ab vndis, nam ventus erat contrarius.

25 Quarta autem noctis vigilia abiit ad illos Ieſus, ambulans ſuper mare.

26 Et cùm vidiſſent eum diſcipuli ſuper mare ambulantem, turbati ſuor dicentes, ſpectrum eſt: ac præ metu exclamauerunt.

27 Sed ſtatim loquutus eſt illis Ieſus, dicens, Confidite, ego ſum, ne terreamini.

28 Reſpondens autem illi Petrus dixit, Domine ſi tu es, iubeto me ad te venire ſuper aquas.

29 At ille dixit, veni. Et quum deſcendiſſet è naui Petrus, ambulabat ſuper aquas, vt iret ad Ieſum.

30 Cæterùm quum videret ventum validum, territus eſt: & quum cœpiſſet demergi, clamauit, dicens, Domine ſerua me.

31 Continuò autem Ieſus extenta manu apprehendit eum, & dixit illi, O exigua fide prædite, cur dubitaſti?

32 Et quum eſſent ingreſſi nauim, conquieuit ventus.

33 Porrò qui erant in naui, acceſſerunt & adorauerunt eum dicentes verè Dei filius es.

34 Et quum traiecíſſent venerunt in terram Geneſareth

35 Et quum agnouiſſent illum viri loci illius, emiſerunt nuntios in totam circumiacentem regionem illam, & obtulerunt illi omnes malè habentes:

36 Et obſecrabant eum, vt tantum tangerent fimbriam veſtimenti ipſius: & quotquot tetigiſſent, ſalui facti ſunt.

45 Et ſtatim coëgit diſcipulos ſuos conſcendere nauim, & præcedere tranſmiſſo mari Bethſaidam, dum ipſe dimitteret turbam.

46 Et quum dimiſiſſet eos abiit in montem ad orandum.

47 Et quum veſpera aduenisſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra.

48 Vidirque eos laborantes in remigando: erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſuper mare, & volebat præterire eos.

49 At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper mare, putauerunt ſpectrum eſſe, & exclamauerunt.

50 Omnes enim videbant eum, & conturbati ſunt: & ſtatim loquutus eſt cum eis dixítque eis: confidite, ego ſum, ne terreamini.

51 Et aſcendit ad illos in nauim, & conquieuit ventus & vehementer ſupra modum intra ſeſe ſtupebant, & admirabantur.

52 Non enim intellexerant de panibus: erat enim eorum obcæcatum.

53 Et quum traiecíſſent, venerunt in terram Genezareth, & appulerunt in portum.

54 Quumque egreſſi eſſent de naui, continuò agnouerunt eum:

55 Ac percurrentes totam vndique regionem illam, cœperunt in grabbatis eos qui malè habebant circumferre, vbi audiebant eum eſſe.

56 Et quocunque introiſſet in vicos aut in ciuitates aut in villas, in plateis ponebant infirmos & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

15 Ieſus ergo cùm cognouiſſet quod venturi eſſent correpturi ipſum, vt facerent ipſum regem, receſſit iterum in montem ipſe ſolus.

16 At vbi iam veſpera eſſet, deſcendérunt diſcipuli eius ad mare:

17 Et conſcenſa naui venerunt trajecto mari ad oppidum Capernaum. Iamque tenebræ erant, nec venerat ad eos Ieſus.

18 Mare autem vento magno flante intumeſcebat.

19 Quum remigaſſent ergo fermè ſtadia viginti quinque aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & appropinquantem naui, ac timuerunt.

20 Ille autem dixit eis: Ego ſum, nolite timere.

21 Voluerunt ergo recipere eum in nauim & illico nauis appulerat terræ ad quam ibant.

22 Poſtridie turba quæ ſtabat trans mare, vt vidit quod nauicula alia non eſſet ibi, niſi vna illa in quam ingreſſi fuerant diſcipuli eius, & quod non introiſſet eum diſcipulis ſuis Ieſus in nauiculam, ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent:

23 Aliæ verò ſuperuenerunt nauiculæ à Tiberiade iuxta locum vbi comederant panem, poſtea quam gratias egiſſet Dominus.

24 Quum ergo vidiſſet turba, quod Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt & ipſi in nauiculas, & venerunt Capernaum, quærentes Ieſum.

Quinquageſima prima ſimplex I. Sermn quem Chriſtus de Corpnre & Sanguine ſuo fecit in Capernaum, ſub tempus tertij Paſchatis, & cur nnluit ire in Iudæam, ſed manſit in Galilæa.

I. 6. à verſ. 25. vſque ad c. 7. verſ. 2.

25 Et quum inuenisſent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc veniſti?

26 Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis de panibus, & ſaturati eſtis.

27 Operemini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: hunc enim pater obſignauit Deus.

28 Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera Dei?

29 Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.

30 Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu faeis ſignum, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris?

31 Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cœlo dedit eis ad edendum.

I. 6.

32 Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis, non Moses dedit vobis illum panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.
33 Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.
34 Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem istum.
35 Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam.
36 Sed dixi vobis, quod etiam vidistis me, nec creditis.
37 Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venerit ad me, non ejicio foras.
38 Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.
39 Hæc est autem voluntas eius qui misit me, patris, vt quodcunque mihi dedit, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.
40 Hæc est autem voluntas eius qui misit me: vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
41 Murmurabant ergo Iudæi de ipso, quia dixerat, Ego sum panis ille, qui de cœlo descendi, & dicebant.
42 Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit iste, Quia de cœlo descendi?
43 Respondit ergo Iesus & dixit eis: Nolite murmurare adinuicem.
44 Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
45 Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docti à Deo. Omnis ergo qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me.
46 Non quod patrem viderit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit patrem.
47 Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.
48 Ego sum panis vitæ.
49 Patres vestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt.
50 Hic est panis ille de cœlo descendens, vt ex ipso edat aliquis, & non moriatur.
51 Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis ederit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.
52 Decertabant ergo Iudæi inter se, dicentes: Quomodo potest iste nobis dare carnem suam ad edendum?
53 Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & bibetis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.
54 Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.
55 Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.
56 Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.
57 Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: Ita & qui manducat me, ille etiam viuet propter me.
58 Hic est panis ille qui de cœlo descendit: non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, viuet in æternum.
59 Hæc dixit in Synagoga, docens in Caphernaum.
60 Multi ergo his auditis ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eum audire?
61 Sciens autem Iesus apud semetipsum, quod murmurarent de hoc discipuli ipsius, dixit eis: Hoc vos offendit?
62 Quid igitur si videritis filium hominis ascendentem eò vbi erat prius?
63 Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ ego loquor vobis, spiritus sunt, & vita sunt.
64 Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Nouerat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis esset qui proditurus esset ipsum.
65 Et dicebat: Propterea dixi vobis, quod nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.
66 Ex eo tempore multi discipulorum eius abierunt retro, nec amplius cum illo ambulabant.
67 Dixit ergo Iesus ad duodecim: Num & vos vultis abire?
68 Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.
69 Et nos credimus & cognouimus, quod tu es Christus filius Dei viuentis.
70 Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?
71 Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota: hic enim erat proditurus eum, cùm esset vnus ex duodecim.

I. 7.

1 ET ambulabat Iesus post hæc in Galilæa: non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.

Quinquagesima secunda duplex M. R. De calumniosis obiectionibus Scribarum & Pharisæorum Hierosolymitanorum, qui ex Hierusalem venerunt versus Capharnaum contra Iesum ad eum tentandum & illaqueandum, & de confutatione eorum, quia frustra colitur Deus præceptis hominum, & non quod intrat, sed quod egreditur, os, inquinat hominem.

M. 15. ad vsque versic. 21.

1 TVnc accedunt ad Iesum, qui ab Hierosolymis venerant, Scribæ & Pharisæi dicentes,

R. 7. vsque ad vers. 24.

1 ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, qui venerant ab Hierosolymis.

2 Quare

M. 15.

2 Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſenioum? Non enim abluunt manus ſuas, quum edunt panem.
3 At ille reſpondens dixit eis, Quare & vos tranſgredimini præceptum Dei, propter traditionem veſtram?
4 Nam Deos præcepit, dicens, Honora patrem & matrem. Et qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.
5 Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, donum quodcunque à meeſt, tibi prodeſt,
Etiam ſi nequaquam honotauerit patrem ſuum aut matrem ſuam.
6 Et irritum feciſtis præceptum Dei, propter traditionem veſtram.
7 Hypocritæ, rectè de vobis prædixit Eſaias, dicens.
8 Appropiuquat mihi populus hic ore ſuo, & labijt me honotat, cæterùm cot eorum procul abeſt à me.
9 Sed fruſtra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.
10 Et aduocatis ad ſe turbis, dixit eis, Audite, & intelligite.
11 Non quod ingreditur in os inquinat hominem, ſed quod egreditur ex ore, hoc ioquinat hominem.
12 Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt illi, Noſti Phariſæos, audito ſermone iſto offenſos fuiſſe?
13 At ille reſpondens ait, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur.
14 Omittite illos, duces ſunt cæci cæcorum. Porrò ſi cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam cadent.
15 Reſpondens autem Petrus, dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam.
16 Ieſus autem dixit, Adhuc vos intelligentia caretis?
17 Nondum intelligitis quod quicquid ingreditur in os in aluum abit, & in ſeceſſum ejicitur?
18 At ea quæ proficiſcuntur ex ore & ex ipſo corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem.
19 Nam ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſtimonia, conuiria.
20 Hæc ſunt quæ imputum reddunt hominem. Cæterùm illotis manibus capere cibum, non inquinat huminem.

R. 7.

2 Et quum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius communibus manibus, id eſt, illotis, edere panes, incuſabant.
3 Nam Phariſæi & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non capiunt cibum tenentes inſtituta maiorum.
4 Et à foro reuerſi, niſi loti fuerint, non comedunt. Et alia multa ſunt quæ ſuſceperunt ſeruanda: nempe lotiones poculorum, & vrceorum, & æramentorum, lectorum.
5 Deinde interrogabant eum Phariſæi & Scribæ: Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditum traditum à maioribus, ſed illotis manibus edunt panem?
6 At ille reſpondens, dixit eis: enimuerò bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: Popolus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.
7 In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.
8 Nam omiſſo præcepto Dei, tenetis conſtitutionem hominum, ablutiones vrceorum, & poculorum, aliáque ſimilia his facitis multa.
9 Et dicebat illis: Bene, reiicitis præceptum Dei, vt conſtitutionem veſtram ſeruetis.
10 Moſes enim dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.
11 Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri vel matri, Corban, quod eſt, donum quodcunque ex me, tibi prodeſt.
12 Nec permittitis amplius eum quicquam præſtare patri ſuo aut matri ſuæ.
13 Abrogantes ſermonem Dei per conſtitutionem veſtram quam tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi multa facitis.
14 Et quum aduocaſſet ad ſe totam turbam, dicebat illis: Audite me omnes & intelligite.
15 Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum inquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ inquinant hominem.
16 Si quis habet aures ad audiendum, audiat.
17 Et quum introiſſet in domum, ſemotus à turba, interrogabant eum diſcipuli eius de ſimilitudine.
18 Et ait illis, Sicccine & vos intelligentia caretis? Nondum intelligitis, quod omne foris introiens in hominem, non poteſt eum inquinare.
19 Quia non intrat in eius cor, ſed in ventrem: & in ſeceſſum, exit, reputgans omnes eſcas.)

20 Dicebat autem quod ab homine exit, illud inquinat hominem.
21 Ab interiotibus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulretia, ſtupra, homicidia.
22 Furta, auaritiæ, fraudes, dolus, impudicitia, malus oculus, conuitia, ſuperbia, ſtultitia.
23 Omnia hæc mala ab interois procedunt, & inquinaot hominem.

Quinquageſima tertia duplex, M. R. Ieſus illinc, in fines Tyri & Sydonis digreſſus, filiam Cananææ à dæmonio liberat.

M. 15. *à verſ.* 21. *vſque ad verſ.* 29.

21 Et digreſſus illinc Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis.
22 Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egreſſa clamauit dicens ei, Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea miſerè à dæmonio vexatur.
23 Ille verò non reſpondit ei quicquam. Et accedentes diſcipuli eius rogabant illum, dicentes, Dimitte eam, nam clamat poſt nos.
24 At ille reſpondens dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſraëliticæ.
25 Illa verò venit, & adorauit eum, dicens, Domine ſuccurre mihi.
26 At ille reſpondens dixit, Non eſt honeſtum ſume-

R. 7. *à verſ.* 24. *vſque verſ.* 31.

24 Et inde ſurgens abijt in confinia Tyri ac Sydonis, & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, ſed non potuit latere.
25 Cum enim audiſſet de eo mulier, cuius filiola habebat ſpiritum immundum, venit, & accidit ad pedes eius.
26 Erat enim mulier Græca Syrophœniſſa genere, & rogabat eum vt dæmonium ejiceret de filia ſua.
27 Ieſus autem dixit illi, Sine prius ſaturari filios. Non eſt enim honeſtum ſumere panem filiorum, & proijcere catellis.
28 At illa reſpondit & dixit illi: Etiam domine, nam

M. 13.

re panem filiorum, & abiicere catellis.
27 Hæc autem reſpondit, Certe Domine: etenim catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.
28 Tunc reſpondens Ieſus dixit illi, O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Et ſanata fuit filia ex illa hora.

M. 7.

catelli quoque comedunt ſub menſam de micis filiorum.
29 Et ait illi, Propter iſtum ſermonem vade, exiit dæmonium à filia tua.
30 Et cum abiiſſet domum ſuam, reperit dæmonium exiiſſe, & filiam iacentem ſuper lectum.

Quinquageſima quarta, duplex M. R. Ieſus inde reuerſus, iuxta mare Galilææ, mutos, claudos, cæcos, mutilos, & omnes alios adductos ad ſe, ſanauit, in queis vnum ſurdum & mutum.

M. 15. *verſ.* 29. 30. 31.

29 Et digreſſus illinc Ieſus, venit iuxta mare Galilææ, & conſcenſo monte, ſedebat illic.
30 Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum claudos, cæcos, mutilos, & alios multos: Et abiecerunt eos ad pedes Ieſu, & ſanauit eos.
31 Adeò vt turbæ miratæ ſint, quum viderent mutos loqui, mutilos eſſe ſanos, claudos ambulare, cæcos videre. Et glorificabant Deum Iſraël.

R. 7. *verſ.* 31. *vſque ad fi. c.*

31 Et rurſum egreſſus de finibus Tyri ac Sydonis venit ad mare Galilææ per medios fines Decapolis.
32 Et adducunt ei ſurdum difficulter loquentem, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.
33 Et cum apprehendiſſet eum de turba ſeorſim, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius.
34 Ac ſuſpiciens in cœlum ingemuit, & ait illi, Ephphatha, quod eſt, adaperitur.
35 Et ſtatim adapertæ ſunt eius aures: & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.
36 Ac præcepit illis, ne cui dicerent. Sed quantumcunque ipſe eis interdixiſſet: multo amplius prædicabant.
37 Et ſupermodum ſtupebant dicentes: Bene omnia fecit, & ſurdos facit audire, & mutos loqui.

Quinquageſima quinta, duplex M. R. Ieſus in ſolitudine 4000. hominum, præter mulieres & paruulos, è ſeptem panibus paſcit.

M. 15. *à verſ.* 32. *ad vſque verſ.* 39.

32 Ieſus autem vocatis ad ſe diſcipulis ſuis dixit, Miſereor turbæ, propterea quod iam triduum perſeuerant apud me, & non habent quod edant: & dimittere eos ieiunos nolo, nequando deficiant in via.
33 Et dicunt diſcipuli eius, vnde nobis in ſolitudine panes tam multi, vt ſaturemus turbam tantam?
34 Et dicit illis Ieſus, Quot panes habetis? illi dicunt, ſeptem & paucos piſciculos.
35 Et iuſſit turbas diſcumbere in terra.
36 Et ſumpſit ſeptem panes ac piſces: Et poſtquam gratias egiſſet, fregit, dedítque diſcipulis ſuis, diſcipuli verò turbæ.
37 Comederúntque omnes, & ſaturati ſunt: & ſuſtulerunt quod ſupererat fragmentorum, ſeptem ſportulas plenas.
38 At ij qui comederant, erant quatet mille viri, præter mulieres & pueros.

R. 8. *vſque ad verſ.* 10.

1 IN diebus illis, quum turba admodum multa eſſet, nec haberent quod manducarent, accerſitis ad ſe Ieſus diſcipulis ſuis, ait illis.
2 Miſereor dia commouent erga turbam, quia iam ſtiduò manent apud me nec habent quod edant.
3 Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via. Quidam enim ex eis è longinquo venerunt.
4 Et reſpondebunt ei diſcipuli ſui, Vnde iſtos quis poterit hic ſatiare panibus in ſolitudine?
5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Illi verò dixerunt, ſeptem.
6 Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et acceptis ſeptem panibus, quum gratias egiſſet, fregit, dedítque diſcipulis ſuis, vt apponerent, & apposuerunt turbæ.
7 Et habebant piſciculos paucos, & quum benedixiſſet, iuſſit apponi & hos.
8 Comederunt autem, & ſaturati ſunt: ac ſuſtulerunt quæ ſuperſuerant fragmentorum ſeptem ſportas.
9 Erant autem qui comederant ferme quatet mille, & dimiſit illos.

Quinquageſima ſexta duplex M. R. Ieſus dimiſſis turbis, tranſit mare in fines Magdala, ſeu Dalmanutha, vbi Sadducæi & Phariſæi petunt ab eo ſignum de cœlo, ſed redargutis illis in ſua obſtinatione relictis, rurſus traiicit in vlteriorem ripam, iubens diſcipulos cauere à fermento Phariſæorum, Sadducæorum, & Herodis, quod de eorum doctrina exponit.

M. 15. *à verſ.* 39. *vſque ad c.* 16. *ver.* 13.

39 Et dimiſſis turbis, conſcendit nauim, venítque in fines Magdala.

M. 16.

1 ET acceſſerunt Phariſæi vna, cum Sadducæis, tentantes, rogabant eum, vt ſignum è cœlo oſtenderet eis.
2 At ille reſpondens, dixit eis, Quum cœperit aſſe

R. 8. *à verſ.* 10. *vſque verſ.* 22.

10 Et mox ingreſſus in nauim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha.
11 Et ingreſſi ſunt Phariſæi, cœperúntque diſputare cum illo, quærentes ab eo ſignum è cœlo, tentantes eum.
12 Et quum ingemiſſet ſpiritu ſuo, dixit: Cur generatio hæc ſignum quærit? Amen dico vobis, ſi dabitur generationi huic ſignum.

M. 16.

veſpera, dicitis, Serenitas erit, nam rubet cœlum:
3 Et mane, hodie tempeſtas, rubet enim cœlum triſte. Hypocritæ factem quidem cœli ſcitis diuidicare, ſigna verò temporum non poteſtis?
4 Natio praua & adultera ſignum requirit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Et relictis illis, abiit.
5 Et quum veniſſent diſcipuli eius in vlteriorem ripam, per obliuionem non ſumpſerant panes.
6 Ieſus autem dixit illis, videte & cauete à fermento Phariſæorum ac Sadducæorum.
7 At illi diſceptabant inter ſe, dicentes, Panes non ſumpſimus.
8 Quod vbi cognouit Ieſus, dixit illis: Quid diſceptatis inter voſipſos, ô parum fideles, quod panes non ſumpſeritis?
9 Noodum intelligitis, neque memoria tenetis, quinque illos panes quum homines eſſent quinquies mille, & quot cophinos ſuſtuleritis?
10 Neque ſeptem illos panes, cùm homines eſſent quater mille, & quot ſportas acceperitis?
11 Quî fit vt non intelligatis, me non de pane dixiſſe vobis illud, vt caueretis à fermento Phariſæorum ac Sadducæorum.

R. 8.

12 Et relictis illis, iugreſſus rurſus nauim, abiit tranſecto lacu.
13 Et obliti fuerant ſumere panes, nec præter vnum panem habebant ſecum in naui.
14 Ac præcepit illis, dicens: Videte, cauete à fermento Phariſæorum, & à fermento Herodis.
15 Et diſceptabant inter ſeſe, dicentes, Panes non habemus.
16 Et eo cognito, Ieſus dixit illis, Quid diſputatis, quòd panes non habetis? nondum enim aduertitis, nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor veſtrum?
17 Oculos habentes, non cernitis? & aures habentes, non auditis? nec meminiſtis,
18 Quando quinque panes illos fregi in hominum quinque millia, quot cophinos fragmentis plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei duodecim.
19 Quando autem ſeptem in quatuor millia, quot ſportas ex reliquiis fragmentorum tuliſtis? illi verò dixerunt, ſeptem.
20 Et dixit illis, Quî fit vt non intelligatis?
21 Tunc intellexerunt quod non iuſſiſſet cauere à fermento panis, ſed à doctrina Phariſæorũ & Sadducæorũ.

Quinquageſima ſeptima ſimplex R. Ieſus Bethſaidæ cæcum, extra vicum eductum illuminat.

R. 8. à verſ. 22. vſque verſ. 26.

22 Et venit Bethſaidam, & adducunt illi cæcum, & obſecrant eum, vt illum tangeret.
23 Et apprehenſa manu cæci, eduxit illum extra vicum: & quum expuiſſet in oculos illius, impoſuiſſetque illi manus, interrogauit eum, ſi quid videret:
24 Et recepto viſu dicebat, video homines, nam cetno inſtar arborum ambulantes.
25 Deinde rurſum impoſuit manus ſuper oculos illius, & fecit illum aſpicere, & reſtitutus eſt, vidſique procul & dilucidè omnes:
26 Et dimiſit illum in domum ſuam, dicens: Neque in vicum ingrediaris, neque diseris cuiquam in vico.

Quinquageſima octaua triplex M. R. L. de confeſſione Apoſtolorum ſub montem Libani, iuxta Cæſaream Philippi, vrque Chriſtus eos præmonuit de ſua paſſione, morte & reſurrectione, & omnes de ferenda cruce, déque vltimo aduentu ſuo & iudicio.

M. 16. à verſ. 13. vſque ad fin. c.

13 Quum veniſſet autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, interrogauit diſcipulos ſuos, dicens: Quem me dicunt homines eſſe, filium hominis?
14 Illi verò dixerunt, Alij quidem Ioannem Baptiſtam, alij verò Heliam, alij verò Hieremiam, aut vnum de numero prophetarum.
15 Dicit illis, At vos quem me dicitis eſſe?
16 Reſpondens autem Simon Petrus, dixit, Tu es Chriſtus ille filius Dei viuentis.
17 Et reſpondens Ieſus dixit illi, Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.
18 Sed & ego tibi dico quod tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo meam Eccleſiam, & portæ inferorum non præualebunt illi.
19 Et dabo tibi claues regni cœlorum. Et quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cœlis: & quicquid ſolueris in terra, erit ſolutum in cœlis.
20 Tunc interdixit diſcipulis ſuis, vt

R. 8. à verſ. 27. vſque ad c. 9. verſ. 1.

27 Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in vicos Cæſareæ Philippi: & in via interrogauit diſcipulos ſuos, dicens illis: Quem me dicunt homines eſſe?
28 Illi verò reſponderunt Ioannem Baptiſtam, & alij Heliam, alij rurſus vnum de numero prophetarum.
29 Et ipſe dicit illis, At vos quem me dicitis eſſe? reſpondens autem Petrus, dicit illi, Tu es ille Chriſtus.
30 Et interminatus eſt eis, ne cui dicerent de ſe.
31 Et cœpit docere eos, quòd oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus ſummiſque Sacerdotibus, ac Scribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere.
32 Et apertè ſermonem loquebatur. Et apprehendit illum Petrus, cœpitque increpare eum.
33 At ille conuerſus eſt iuxtaque diſcipulos ſuos, increpauit Petrum, dicens: Abi poſt me Satana, quoniam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.
34 Et quum ad ſe vocaſſet turbam vnà

L. 9 à verſ. 18. vſq; ad verſ. 28.

18 Et factum eſt quum ſolus eſſet orans, erat cum illo & diſcipuli, interrogauitque illos, dicens: Quem me dicunt eſſe turbæ?
19 At illi reſpondentes & dixerunt Ioannem Baptiſtam, alij autẽ Heliam, alij verò quod Propheta quiſpiam de antiquis ſurrexit.
20 Dixit autem illis: vos autẽ quẽ me eſſe dicitis? reſpõdens Simon Petrus, dixit: Chriſtum Dei.
21 At ille comminatus illis, præcepit ne cui dicerent hoc, dicens:
22 Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die reſurgere.
23 Dicebat autem ad om-

M.16. *R.8.* *L.9.*

nemini dicerent quod ipſe eſſet Ieſus ille Chriſtus.

21 Ex eo tempore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis, quod oportet ipſum abire Hieroſolymam, ac multa pati à ſenioribus, & principibus ſacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertio die reſuſcitari.

22 Et cùm prehendiſſet eum Petrus, cœpit cum increpare, dicens, Propitius tibi ſis, Domine, nequaquam erit tibi hoc.

23 At ille conuerſus dixit Petro, Abi poſt me Satana, obſtaculo es mihi: quia non ſapis ea quæ ſunt Dei, ſed ea quæ ſunt hominum.

24 Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, ſiquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

25 Qui enim voluerit animam ſuam ſeruare, perdet eam, rurſus qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam.

26 Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucratus fuerit, animæ verò ſuæ iacturam fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam ſuam?

cum diſcipulis ſuis, dixit illis: Quicunque vult ſequi me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſequatur me.

35 Nam quiſquis voluerit animam ſuã, ſeruare, perdet eam. Quiſquis autem perdiderit animam ſuam cauſa mea & euangelij, hic ſeruabit eam.

36 Quid enim profuerit homini, ſi lucratus fuerit mundum totum, & animæ ſuæ iacturam fecerit?

37 Aut quid datorus eſt homo, quo repenſet animam ſuam?

38 Quemcunque enim puduerit mei, ac meorum ſermonum, in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illum & filius hominis vbi venerit in gloria patris ſui, cum angelis ſanctis.

L.9.

nes: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.

24 Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam. Qui verò perdiderit animam ſuam propter me, is ſaluam faciet illam.

25 Quid enim proficit homo ſi lucretur vniuerſũ mundum, ſe autem ipſũ perdat, aut iacturam ſui ipſius faciat?

26 Nam quem mei meorúmque ſermonum puduerit huius & filium hominis pudebit, quum venerit in maieſtate ſua, & patris, ſanctorúmque angelorum.

27 Dico autem vobis verè, ſunt quidam hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei.

27 Futurum eſt enim, vt filius hominis veniat in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique iuxta facta ipſius.

28 Amen dico vobis, ſunt quidam hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec viderint filium hominis venientem in regno ſuo.

R.9.

5 ET dicebat illis, Amen dico vobis ſunt quidã inter eos qui hic ſtant, qui non guſtabunt mortem, donec viderint regnum Dei veniſſe cum potentia.

Quinquageſima nona triplex M.R.L. De transfiguratione Chriſti, lunatico ſanato, & diſcipulis iterum monitis de morte, & reſurrectione Chriſti.

M.17. vſque ad verſ.24. *R.9.à verſ.5. vſque ad verſic.33.* *L.9.à verſ.28. vſque ad verſ.46.*

1 ET poſt dies ſex, aſſumit Ieſus Petrum ac Iacobũ & Ioannem fratrem eius, & ſubducit illos in montem excelſum ſeorſum.

2 Ac transformatus eſt coram illis: & ſplenduit facies eius ſicut ſol. Veſtimenta autem illius facta ſunt candida, ſicut lumen.

3 Et ecce conſpecti ſunt illis, Moſes & Helias, cum illo colloquentes.

4 Reſpondens autem Petrus, dixit Ieſu, Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Si vis faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moſi vnum, & Heliæ vnum.

5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit illos. Et ecce vox è nube dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt, ipſum audite.

6 Et cùm hæc audiſſent diſcipuli, procciderunt in faciem ſuã, & territi ſunt vehementer.

7 Et accedens Ieſus tetigit illos, dixitque ſurgite, & ne timeatis.

8 Vbi verò ſuſtuliſſent oculos

2 Ac poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ſubducit eos in montem excelſum ſeorſim ſolos, & transformatus fuit coram illis.

3 Et veſtimenta illius facta ſunt coruſcantia, candida valde velut nix, qualia non poteſt ſullo in terra dealbare.

4 Et conſpectus eſt illis Helias cum Moſe, colloquebantúrque cum Ieſu.

5 Et reſpondens Petrus dicit Ieſu: Rabbi, bonum eſt nos hîc eſſe, & faciamus tabernacula tria, tibi vnum, & Moſi vnum, & Heliæ vnum.

6 Non enim ſciebat quid loqueretur, erant enim exterriti.

7 Et facta eſt nubes, quæ obumbrauit illos. Et venit vox è nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.

8 Et repentè quum circumſpexiſſent, neminem amplius viderunt quemquam, ſed ſolum Ieſum eſſe ſecum.

9 Portò quum deſcenderent de monte, præcepit illis, ne cui dicerent ea quæ vidérant, niſi quum filius hominis à mortuis reſurrexiſſet.

10 Ac verbum hoc tenuerunt apud ſe, inter ſe diſputantes, quid eſſet quod dixerat, à mortuis reſurgere.

11 Et interrogabant illum, dicentes, Quid eſt quod Scribæ dicunt. Heliam oportere venire prius?

12 Ille verò reſpondens, dixit illis: Helias

28 Euenit autem poſt hæc verba, circiter diebus octo, vt aſſumptis Petro, & Ioanne, & Iacobo, aſcenderit in montẽ vt oraret.

29 Et facta eſt dum oraret, ſpecies vultus eius alia, & veſtitus eius candidus, ac reſulgens.

30 Et ecce duo viri loquebantur cum illo, qui erãt Moſes & Helias.

31 Qui viſi in maieſtate narrabant exceſſum eius, quem completurus erat Hieroſolymis.

32 Petrus verò, & qui cum illo erãt, grauati erant ſomno. Expergefacti autem viderunt maieſtatem eius, & duos viros qui aſtabant illi.

33 Et factum eſt quum diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum: Præceptor, bonum eſt nos hîc eſſe, & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moſi, & vnum Heliæ, neſciens quid diceret.

34 Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos: timuerunt autem intrantibus illis in nubem.

35 Et vox facta eſt de nuba, di-

M. 17. *R.* 9. *L.* 9.

ſuos neminem viderunt, niſi Ieſum ſolum.

9 Et cùm diſcederent de monte præcepit illis Ieſus dicens, Ne cui dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.

10 Et interrogauerunt eum diſcipuli ſui, dicentes, Cur igitur Scribæ dicunt, quod Heliam oporteat venire prius?

11 Ieſus autem reſpondens dixit illis, Helias quidem veniet prius, & reſtituet omnia.

12 Cæterùm dico vobis Heliam iam veniſſe, & non cognouerunt eum: ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt: Sic & filius hominis paſſurus eſt ab illis.

13 Tunc intellexerunt diſcipuli, quod de Ioanne Baptiſta dixiſſet ipſis.

14 Et cùm veniſſent ad turbam, acceſſit ad eum homo quidã, flectens genua illi.

15 Dicènſque, Domine, miſerere filij mei, quoniam lunaticus eſt, & miſerè affligitur: nam ſæpe cadit in ignem, & ſæpe cadit in aquam.

16 Et obtuli eum diſcipulis tuis, nec potuerunt eum ſanare.

17 Reſpondens autem Ieſus, dixit, O natio incredula & diſtorta, quóuſque tandem ero vobiſcum? vſquequo patiar vos? addocite illum huc.

18 Et increpauit illum Ieſus, & exijt ab eo dæmonium & ſanatus eſt puer ab illa hora.

19 Tunc accedentes diſcipuli ad Ieſum ſeorſum, dixerunt, Quare nos non potuimus eijcere illud?

20 Ieſus autem dixit illis, propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis, ſi habeatis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit: nec quicquam impoſſibile erit vobis.

21 Sed hoc genus non egreditur, niſi per deprecationem & ieiunium.

22 Quum autem verſarentur in Galilæa, dixit illis Ieſus.

23 Futurum eſt vt filius hominis tradatur in manus hominum, & occident eum, ac tertio die quidem vbi venerit prius, reſtituit omnia: & quemadmodum ſcriptum eſt de filio hominis, vt multa patiatur, & contemnatur.

13 Verum dico vobis, Heliam veniſſe, & fecerunt illi quæcunque voluerunt, ſicut ſcriptum erat de illo.

14 Et quum veniſſet ad diſcipulos ſuos, vidit turbam multam circum illos, & Scribas diſputantes cum eis.

15 Et protinus voluerſe turba, quum vidiſſet eum, obſtupuit: & accurrentes, ſaluauerunt eum.

16 Et interrogauit Scribas, Quid diſputatis inter vos?

17 Et reſpondens vnus è turba, dixit Præceptor, adduxi filium meum ad te, habentem ſpiritum mutum.

18 Et vbicumque eum corripuerit, lacerat eum: atque ille ſpumat, ac ſtridet dentibus ſuis, & arefcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerent illum, non potuerunt.

19 At illle reſpondens ei, dicit: O natio incredula, quouſque apud vos ero? quouſque patiar vos? Adducite illum ad me.

20 Et adduxerunt illum ad eum. At viſo illo, continuò ſpiritus diſcerpebat eum: & prolapſus in terra, voluebatur ſpumans.

21 Et interrogauit patrem illius, Quantum temporis eſt, quod hoc accidit ei? At ille dixit, ab infantia.

22 Et frequenter illum, & in ignem abiecit, & in aquas, quo perderet eum. Age ſi quid potes, ſubueni nobis, intime miſertus noſtri.

23 Ieſus autem dixit ei, Illud ſi potes credere: omnia poſſibilia credenti.

24 Et confeſtim exclamans pater pueri cũ lachrymis, dixit, Credo domine: ſuccurre incredulitati meæ.

25 Quum vidiſſet autem Ieſus, quod turba ſimul accurreret, increpauit ſpiritum immundum, dicens illi: Spiritus mute, & ſurde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne poſthac ingrediaris in illum.

26 Et quum clamaſſet ſpiritus, multúmque decerpſiſſet eum, exiuit: & puer factus eſt tanquam mortuus, adeò vt multi dicerent, Mortuus eſt.

27 At Ieſus correpta manu illius, erexit eum, & ille ſurrexit.

28 Et quum eſſet ingreſſus domum, diſcipuli illius interrogabant ſeorſim, Cur nos non quiuimus eijcere illum?

29 Et dixit illis, Hoc genus nulla re poteſt exire, niſi per deprecationem & ieiunium.

30 Et illinc digreſſi, iter fecerunt per Galilæam, nec volebat vt quiſquam ſciret.

31 Docebat enim diſcipulos ſuos, & dicebat illis, Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occiſus, tertio die reſurget.

32 At illi ignorabant quod dixerat, & timebant eum interrogare.

eens: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.

36 Et dum fieret vox inuentus eſt Ieſus ſolus: & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.

37 Euenit autem poſtridie, deſcendentibus illis de monte, vt occurreret illi turba multa.

38 Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magiſter, obſecro te reſpice ad filium meũ, quia vnicus eſt mihi.

39 Et ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſubitò clamat, & diſcerpit eum cum ſpuma, & vix diſcedit ab eo, dilanians eum.

40 Et rogaui diſcipulos tuos vt eijcerent illum, & non potuerunt.

41 Reſpondens autem Ieſus, dixit: ô natio infidelis & peruerſa, vſquequo ero apud vos ad patiar vos? Adduc huc filium tuum.

42 Quum adhuc autem accederet, laniauit illum dæmonium, & diſſipauit. Increpauit autem Ieſus ſpiritum immundum, & ſanauit puerum, & reddidit illum patri ſuo.

43 Stupebant autem omnes ſuper magnificentia Dei. Sed omnibus mirantibus ſuper omnibus quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos.

44 Ponite vos in auribus veſtris ſermones iſtos, futurum eſt enim vt filius hominis, detur in manus hominum.

45 At illi ignorabant dictum iſtud, & erat abſconditum ab illis, vt non intelligerẽt illud. Et timebant eum interrogare de hoc dicto.

Sexageſima pars ſimplex M. qui ſolus loquitur de exactione & ſolutione didragmatũ.

M. 17. *à verſ.* 24. *ad fin. c.*

24 Quum autem veniſſent in Caphernaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, dixerũntque; Præceptor veſter non ſolnit didrachma?

25 Dicit, Etiam. Et quum ingreſſus fuiſſet in domum, præuenit illum Ieſus, Quid tibi videtur Simon?

Regestetræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filiis suis, ao ab alienis?
26 Dicit illi Petrus, ab alienis. Ait illi Iesus, Ergo liberi sunt filij.
27 Verùm ne simus illis offendiculo, profectus ad mare mitte hamum, & eum piscem qui prodierit primus, tolle: & aperto ore illius inuenies stateram: acceptum eum da illis pro me, & pro te.

Sexagesima prima triplex M. R. L. Christus reprehendit Apostolos, quod in via disputassent quis eorum esse maior.

M. 18. vsque ad vers. 6.

1 IN illa hora accesseruot discipuli ad Iesum dicentes, Quis maior est in regno cœlorum?
2 Et accersitum ad se puerum Iesus, statuit in medio illorom, & dixit.
3 Amen dico vobis nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum.
4 Quisquis igitor demiserit semetipsum sicut est puer iste, hic est ille maximus in regno cœlorum.
5 Et qui receperit vnum puellum talem in nomine meo, me recipit.

R. 9. à vers. 33. vsque ad vers. 38.

33 Et venit Capernaum: & quum venisset in domum, interrogauit illos, quid in itinere inter vos disputabatis?
34 At illi siluerunt. Nam inter se disputauerant in via, quis esset maior.
35 Et quum consedisset, accersiuit duodecim, & dicit illis: Si quis vult primus esse, erit omnium postremus, & omnium minister.
36 Et apprehendens puellum statuit in medio illorom: & quum cœpisset illum in vlnas suas, dixit illis.
37 Quisquis vnum ex talibus puellis receperit in nomine meo, me recipit, & quicunque me recipit, non me recipit, sed eum qui misit me.

L. 9. à ver. 46. vsq. ad ver. 49.

46 Intrauit autem cogitatio inter eos quis eorum maior esset.
47 At Iesus videns cogitationem cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum iuxta se, & ait illis,
48 Quicunq; receperit puerum hunc in nomine meo, me recipit. Et quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic erit magnus.

Sexagesima secunda duplex R. L. Christus probibet Apostolos ne impediant eum qui in nomine eius dæmonia eiiciebat, quamuis non sequeretur eos.

R. 9. à vers. 38. vsque ad vers. 42.

38 Respondit autem ei Ioannes dicens: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicere dæmonia, nec sequitur nos, & prohibuimus illum propterea quod non sequitur nos.
39 At Iesus ait, Ne prohibeatis illum. Nullus enim est qui faciat virtutem per nomen meum & possit citò malè loqui de me.
40 Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.
41 Quisquis enim adhibendum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, dico vobis, non aquam perditurus est mercedem suam.

L. 9. vers. 49. 50.

49 Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, vidimus quendam sub nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.
50 Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.

Sexagesima tertia duplex M. R. de scandalis.

M. 18. à vers. 6. vsque ad vers. 12.

6 Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris.
7 Væ mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala, verumtamen væ homini per quem scandalum venit.
8 Quòd si manus tua, vel pes tuus obstaculo est tibi, abscinde eum & projice abs te, bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mutilum, quàm duas manos vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.
9 Et si oculus tuus offendit te, erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi, vt luscus introeas in vitam, potius quàm vt duos oculos habens mittaris in gehennam ignis.
10 Videte ne contemnatis vnum ex istis pusillis. Dico enim vobis, quod Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est.
11 Venit enim filius hominis seruare quod perierat.

R. 9. à vers. 42. vsque ad fin. c.

42 Et quisquis scandalizauerit vnum ex pusillis, qui confidunt in me, melius foret illi, si circumdaretur saxum molare circa ceruicem eius, & abiceretur in mare.
43 Et si tibi fuerit obstaculo manus tua amputa illam. Bonum est tibi, mutilum ad vitam ingredi, quàm duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem.
44 Vbi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur.
45 Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illum. Bonum est vt ingrediatis ad vitam claudus, quàm duos pedes habēs mittatis in gehennam, in ignem extinguibilem.
46 Vbi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur.
47 Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illum. Bonum est tibi, vt luscus introeas in regnum Dei, quàm vt duos oculos habens mittatis in gehennam ignis.
48 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.
49 Vnusquisque enim igne salietur, & vnaquæque victima sale salietur.
50 Bona res est sal, cæterùm si sal insulsum fuerit, per quid ipsum condietis? Habete in vobis ipsis sal, & pacem habete inter vos inuicem.

Sexageſima quarta duplex M. L. ſed L. ferè ſolus loquitur de pluribus ſermonibus, miraculis, diſputationibus, & actis Chriſti: à tempore quo ſeptem vel octo menſes, ante paſſionem ſuam ſtatuerat relinquere Galilæam, & aſcendere, & mori in Hieruſalem. Interim dum præambulat Galilæam & Samariam, verbum Dei vbique ſeminando, & de 70. diſcipulis quos ſelegit, & binos ante faciem ſuam miſit prædicare regnum Dei, & miracula ſub nomine facere, in omnibus locis ad quæ venturus erat: quibus reuerſis adhuc multa docuit, donec (vt recitabit l. in parte ſequenti) ad medium menſis, quem Septembrem vocamus, in medio feſti Tabernaculorum, aſcendit Ieruſalem, quæ omnia ab aliis Euangeliſtis prætermittuntur, niſi pauca quædam per M. de miſericordia & correctione fraterna.

M. 18. à verſ. 12. vſque ad fin. c.

12 Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui homini centum oues, & errauerit vna ex eis, nónne relictis nonaginta nouem in montibus, profectus quærit errantem?
13 Et ſi contigerit vt inueniat eam, Amen dico vobis, gaudet ſuper ea magis quàm ſuper nonaginta nouem, quæ non errauerunt.
14 Sic non eſt voluntas coram patre veſtro qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.
15 Portò ſi peccauerit in te frater tuus, vade & redargue eum inter te & ipſum ſolum: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum:
16 Sin verò non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum aut trium teſtium conſiſtat omne verbum.
17 Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi velut ethnicus, & publicanus.
18 Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlo.
19 Rurſum dico vobis, quod ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de quacunque re quam petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt.
20 Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.
21 Tunc accedens Petrus ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei: Num vſque ſepties?
22 Dicit illi Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſeptes.
23 Ideo aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit conferre rationem cum ſeruis ſuis.
24 Et quum cœpiſſet conferre, oblatus eſt ei vnus qui debebat decem millia talentorum.
25 Cæterùm quum is non eſſet ſoluendo, iuſſit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat, ac fieri ſolutionem.
26 Procidens autem ſeruus ille, adorabat eum, dicens, Domine, eſto patiens erga me, & omnia tibi reddam.
27 Miſertus autem commotus Dominus ſerui illius, abſoluit eum, & æs alienum remiſit ei.
28 Egreſſus verò ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & prehenſum eum, ſuffocabat, dicens, Redde mihi quod debes.
29 Procidens ergo conſeruus eius ad pedes eius, rogabat eum, dicens, Eſto patiens erga me, & omnia reddam tibi.
30 At ille nolebat, ſed abiit, & coniecit eum in carcerem, donec redderet debitum.
31 Portò quum vidiſſent conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt, expoſuerúntque Domino ſuo omnia quæ facta fuerant.
32 Tunc accerſiuit illum Dominus ſuus, & ait illi,

L. 9. à verſ. 51. vſque ad c. 18. verſic. 35.

51 Factum eſt autem dum completerentur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuam obfirmauerat, vt iret Hieroſolymam,
52 Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum: & euntes intranerunt in vicum Samaritanorum, vt pararent illi.
53 Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hieroſolymam.
54 Quum vidiſſent autem diſcipuli eius, Iacobus & Ioannes dixerunt: Domine, vis dicamus vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos, quemadmodum & Helias fecit?
55 Conuerſus autem Ieſus, increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis vos.
56 Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum, ſed ad ſeruandum. Et abierunt in aliud caſtellum.
57 Factum eſt autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunque ieris.
58 Dixit illi Ieſus: Vulpes cauernas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.
59 Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi vt prius abeam, ac ſepeliam patrem meum.
60 Dixit autem ei Ieſus: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu verò vade, & annuncia regnum Dei.
62 Et ait alius: Sequar te Domine, ſed permitte mihi prius vt dicam vale iis, qui ſunt domi meæ.
63 Ait ad illum Ieſus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.

L. 10.

1 POſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta, miſitque illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipſe venturus. *Seleſtio & miſſio 70. diſcipulorũ.*
2 Dicebat ergo illis: Meſſis quidem multa, ſed operarij pauci, Rogate ergo Dominum Meſſis, vt extrudat operarios in meſſem ſuam.
3 Ite, ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos.
4 Nolite portare ſacculum, neque petam, neque calceamenta, & neminem per viam ſaluta ueritis.
5 In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui:
6 Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin minus, ad vos reuertetur.
7 In ea autem ipſa domo manete, edentes & bibentes quæ dantur ab illis. Dignus enim eſt operarius mercede ſua. Ne tranſeatis de domo in domum.
8 Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, edite quæ apponuntur vobis:
9 Et ſanate ægros quæ in illa ſunt, & dicite illis: Appropinquauit ad vos regnum Dei.
10 In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite:

M. 18. L. 10.

Setue ſceleſte, totum debitum illud remiſi tibi, quia precatus es me:
33 Nónne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus eram?
34 Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet totum quod debebatur ipſi.
35 Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis ſuo quiſque fratri ex cordibus veſtris delicta illorum.

11 Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra extergimus in vos: tamen hoc ſcitote appropinquaſſe vobis regnum Dei.
12 Dico autem vobis, quod Sodomis in die illo remiſſius erit, quàm illi ciuitati.
13 Væ tibi Chorozain, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes, egiſſent pœnitentiam:
14 Ideo Tyro & Sydoni remiſſius erit in iudicio, quàm vobis.
15 Et tu Capharnaum, quæ vſque in cœlum elata es, vſque ad infernum deprimeris.
16 Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit: me ſpernit qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.
17 Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis per nomen tuum. *Reuerſio diſcipulorum.*
18 At ait illis: Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.
19 Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.
20 Verumtamen in hoc nolite gaudere, quod ſpiritus vobis ſubijciuntur: ſed gaudete potius quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.
21 In eadem hora exultauit ſpiritu Ieſus, & dixit: Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: etiam pater, quoniam ita placuit tibi.
22 Omnia mihi tradita ſunt à patre meo, & nemo ſcit quis ſit filius, niſi pater: & quis ſit pater, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.
23 Et conuerſus ad diſcipulos ſeorſim dixit: Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.
24 Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.
25 Et ecce quidam Legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam conſequar? *Legiſperiti.*
26 At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?
27 Ille reſpondens dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum.
28 Dixit illi: Rectè reſpondiſti: hoc fac, & vives.
29 Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus?
30 Eacipiens autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Hieroſolymis in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum veſtibus, ac vulneribus inflictis, abierunt ſemimortuo relicto.
31 Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, viſoque illo, prætetijt exaduerſo.
32 Similiter & Leuita, quum ſet iuxta locum, quum acceſſiſſet ac vidiſſet eum, prætetijt exaduerſo.
33 Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ad eum, & viſo eo miſericordia commotus eſt. *Samaritanus.*
34 Et accedens, obligauit vulnera eius, infundens oleum ac vinum, & imponens illum in ſuum iumentum, duxit eum in diuerſorium, & curam eius egit.
35 Et poſtero die egrediens, depromptos duos denarios dedit hoſpiti, & ait ei: Curam illius habe, & quodcunque præterea inſumpſeris, ego quum rediero, reddam tibi.
36 Quis ergo horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones?
37 At ille dixit: Qui exercuit miſericordiam in illum. Ait igitur illi Ieſus: vade, & tu fac ſimiliter.
38 Factum eſt autem intereundum, ipſe ingreſſus eſt in quendam vicum, ac mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. *Domus Martha.*
39 Et huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiam aſſidens ad pedes Ieſu, audiebat ſermonem illius.
40 Martha autem diſtrahebatur circa frequens miniſterium, quæ ſtetit, & ait, Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me vt ſola miniſtrem? dic ergo illi, vt me adiuuet.
41 Et reſpondens dixit illi Ieſus: Martha, Martha, ſolicita es, & turbaris circa multa.
42 Atqui vno opus eſt, Mariam bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea.

L. 11.

1 ET factum eſt quum ipſe preceretur quodnam in loco, vt ceſſauit, dixit quidam ex diſcipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut & Ioannes docuit diſcipulos ſuos. *Docet orare.*
2 Et ait illis, Quum oratis dicite, Patet noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, etiam in terra.
3 Panem noſtrum quotidianum da nobis quotidie.
4 Et remitte nobis peccata noſtra, ſi quidem & nos remittimus omni debenti nobis: & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.
5 Et ait ad illos: Quis veſtrûm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, da mihi mutuo tres panes.
6 Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod apponam illi.
7 Et ille intus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubile, non poſſum ſurgere & dare tibi.
8 Dico vobis, etiam ſi non ſurgat & det ei quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, ac dabit illi quotcunque habet opus.
9 Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate & aperietur vobis.

10 Omnis

L. II.

10 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur.
11 Ecquis autem ex vobis patet, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi?
12 Aut si petierit ouum, num porriget illi scorpium?
13 Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona dona dare filijs vestris, quanto magis pater qui de cœlo est, dabit spiritum sanctum poscentibus se?
14 Et erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum: quumque ejecisset dæmonium, loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. *Dæmoniacus, surdus, & mutus.*
15 Quidam autem ex eis dixerunt: Per Beelzebub principem dæmoniorum ejicit dæmonia.
16 Et alij tentantes signum de cœlo, quærebant ab eo.
17 Ipse autem, quum sciret cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum aduersus seipsum diuisum desolatur, & domus super domum cadit.
18 Quod si Satanas quoque aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis per Beelzebub ejicere me dæmonia.
19 Quod si ego per Beelzebub ejicio dæmonia, filij vestri per quem ejiciunt? propterea ipsi erunt vestri iudices.
20 Porrò si digito Dei ejicio dæmonia, profecto peruenit ad vos regnum Dei.
21 Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet.
22 Vbi verò fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit.
23 Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.
24 Quum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui.
25 Et quum venerit, inuenit eam scopis mundatam atque ornatam:
26 Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nocentiores ipso, & ingressi habitant ibi, & fiunt extrema hominis illius peiora primis.
27 Factum est autem quum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. *Mulier extollens vocem.*
28 At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.
29 Turbis autem coadensantibus se, cœpit dicere: Natio hæc mala est. Signum quærit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. *Cœpit quærentes signa.*
30 Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis nationi isti.
31 Regina Austri surget in iudicio cum viris orationis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ vt audiret sapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hoc in loco.
32 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt illam, quia ad pœnitentiam adducti sunt prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas in hoc loco.
33 Nullus verò lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque subtet modium, sed super candelabrum vt qui ingrediuntur, lumen videant.
34 Lucerna corporis est oculus. Quum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit: quod si malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.
35 Considera ergo num lumen quod in te est, tenebræ sint.
36 Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam: sic erit lucidum totum, vt cùm lucerna fulgore illuminat te.
37 Et quum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus, vt prandaret apud se, ingressus autem accubuit.
38 Pharisæus autem quum vidisset, admiratus est quod non prius lauisset ante prandium.
39 Et ait dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi exteriora poculi catinique mundatis, & quod intus est vestri, plenum est rapina & malitia. *In hypocritas.*
40 Stulti, nónne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est, fecit?
41 Verumtamen quæ supersunt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.
42 Sed væ Pharisæis, quia decimatis mentam & rutam, & quoduis olus, & præteritis iudicium & charitatem Dei. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.
43 Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.
44 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia estis vt monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes super ea nesciunt. *In legisperitos.*
45 Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam nos afficis contumelia.
46 At ille ait: Et vobis legisperitis væ, quia oneratis homines, oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non attingitis farcinas.
47 Væ vobis quia ædificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos: *Vide M. 23. 35. vsque 30.*
48 Profectò testamini quod comprobatis facta patrum vestrorum, quoniam illi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra.
49 Propterea & sapientia Dei dixit: mittam ad illos prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur.
50 Vt requiratur sanguis omnium prophetarum qui effunditur à constitutione mundi à natione ista.
51 A sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: profectò dico vobis requiretur ab hac natione.
52 Væ vobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, vetuistis.
53 Quum autem hæc ad illos diceret, cœperunt legisperiti & Pharisæi grauiter insistere, & captiosè interrogare enim de multis.
54 Insidientes ei, & quærentes aliquid venati ex ore eius, quo accusarent eum.

Z. 11.

1 QVum autem conuenissent innumera turbæ multitudo, adeo vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, primùm. Cauete vobis ipsis à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.
2 Nihil enim opertum est quod non reueletur: neque absconditum quod non sciatur.
3 Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine audientur, & quod in aurem loquuti estis in cubiculis, prædicabitur supra domos.
Deum timendum.
4 Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod amplius faciant.
5 Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem coniiciendi in gehennam: certe dico vobis, hunc timete.
6 Nonne quinque passerculi venæunt minutis assibus duobus, & vnus ex illis non est in obliuione coràm Deo?
7 Quin & pili capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus plutis estis.
8 Dico autem vobis, omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.
9 Qui autem negauerit me coram hominibus, abnegabitur coram Angelis Dei.
10 Et quisquis loquitur dictum in filium hominis, remittetur illi: ei verò qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.
11 Quum autem adduxerint vos ad Synagogas, & ad magistratus ac potestates, nolite solliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis,
12 Spiritus enim sanctus docebit vos in eadem hora, quid oporteat vos dicere.
13 Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.
14 At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos?
15 Dixitque ad illos, videte & cauete à superlucrandi cupiditate, quia non in redundando cuiquam vita eius est, ex facultatibus suis.
16 Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis exuberauit regio.
17 Et tractabat apud se dicens, Quid faciam, nec enim habeo quo congregem fructus meos?
Stulta securitas.
18 Et dixit: Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora ædificabo, & illuc congregabo omnes fructus meos, & bona mea.
19 Et dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude.
20 Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent abs te. Quæ verò parasti, cuius erunt?
21 Sic est qui thesaurizat sibi ipsi, nec est erga Deum diues.
22 Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis, Nolite solliciti esse animæ vestræ quid edatis, neque corpori quid induamini.
Stulta solicitudo.
23 Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm indumentum.
24 Considerate coruos quia non seminant, neque metunt, quibus non est penuarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos præstatis volucribus?
25 Quis autem vestrûm solicitudine sua potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum?
26 Si ergo ne id quidem quod minimum est, potestis, quid de cæteris soliciti estis?
27 Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur, sicut vnum ex istis.
28 Si autem gramen quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: Quanto magis vos, ô exiguæ fidei?
29 Et vos, nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibituri, nec vagis curis suspendamini.
30 Hæc enim omnia gentes mundi quærunt: patet autem vester sit quod istis indigeatis.
Vera solicitudo.
31 Quin potius quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.
32 Noli timere pusillus grex, quia complacitum est patri vestro dare vobis regnum.
33 Vendite quæ possideris, & date eleemosynam. Parate vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit.
34 Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.
35 Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ accensæ.
36 Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptiis: vt quum venerit ac pulsauerit, confestim aperiant ei.
37 Beati serui illi, quos quum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens, ministrabit illis.
38 Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, atque ita inuenerit, beati sunt serui illi.
39 Hoc autem scitote, quod si sciret paterfamilias qua hora fur venturus sit, vigilaret vtique, nec sineret perfodi domum suam.
40 Et vos igitur estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis venit.
41 Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis istam parabolam, an etiam ad omnes?
42 Dixit autem Dominus: Quisnam est fidelis dispensator ac prudens, quem præficiat Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore demensum?
43 Beatus ille seruus, quem quum venerit Dominus eius, inuenerit ita facientem:
44 Verè dico vobis, quod omnibus quæ possidet præficiet illum.
45 Quod si dixerit seruus ille in corde suo, differt Dominus meus reditum, cœperitque percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.
46 Veniet Dominus serui illius, in die quo non expectat, & hora qua nescit, & diffecabit eum, partemque eius cum infidis ponet.
47 Ille autem seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, nec fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis,
48 Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Porrò cuicunque multum datum est, multum repetetur ab eo: & cui commiserunt multum, amplius reposcent ab eo.

49 Ignem veni mittere in terram, & quid volo, ſi iam accenſus eſt? *Zelus verbi perſeuerans.*
50 Sed baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec perficiatur?
51 Putatis me pacem veniſſe dare in terram? Non, dico vobis, imò ſeparationem.
52 Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuiſi, tres aduerſus duos, & duo contra tres:
53 Diuidetur pater aduerſus filium, & filius aduerſus patrem, mater aduerſus filiam, & filia aduerſus matrem: ſocrus aduerſus nurum ſuam & nurus aduerſus ſocrum ſuam.
54 Dicebat autem & ad turbas: Quum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis, Imber venit, & ita fit:
55 Et quum auſtrum flantem, dicitis, quod æſtus erit, & fit.
56 Hypocritæ, faciem cœli & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quî fit vt non probetis?
57 Cur autem & ex vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt.
58 Quum enim vadis cum aduerſario tuo ad Magiſtratum in via, da operam vt libereris ab illo, ne fortè pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor coniiciat te in carcerem.
59 Dico tibi, non exibis inde, donec vltimum etiam minutum reddas.

L. 13.

1 ADſtant autem quidam in eodem tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificiis ipſorum. *Terruntur qui tardant penitere.*
2 Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt?
3 Non dico vobis, imò niſi reſipueritis omnes, ſimiliter peribitis.
4 Aut illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloam, & occidit eos: putatis quod ipſi debitores fuerint præ omnibus hominibus habitantibus Hieroſolymam?
5 Non, dico vobis, imò niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis.
6 Dicebat & hanc ſimilitudinem: Arborem ſici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.
7 Dixit autem ad vinitorem: Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio, excinde illam: ad quid vel terram occupat?
8 At ille reſpondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc annò, vſquequo fodero circum illam, & mittero ſtercus,
9 Et ſiquidem fecerit fructum, ſin minus, in poſterum exciodes eam.
10 Docebat autem in vna Synagogarum Sabbathis.
11 Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annos decem & octo, erátque incuruata, & omnino non poterat ſeſe erigere.
12 Quam quum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, liberata es ab infirmitate tua.
13 Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum.
14 Reſpondens autem Archiſynagogus, indignans quod ſabbato ſanaſſet Ieſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, vt ſanemini, & non in die Sabbati.
15 Reſpondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocrita, vnuſquiſque veſtrûm ſabbato, nónne ſoluit bouem ſuum à præſepi, & ducit aquatum?
16 Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit ſatanas, ecce decem & octo annis non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati?
17 Et quum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat ſuper vniuerſis quæ eum glorioſa fiebant ab eo.
18 Dicebat ergo, Cui ſimile eſt regnum Dei? & cui aſſimilabo illud?
19 Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum, & creuit, & euaſit in arborem magnam, & volucres cœli nidulabantur in ramis eius. *Sinapis.*
20 Et iterum dixit: Cui ſimile faciam regnum Dei?
21 Simile eſt fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tria, donec fermentetur totum. *Fermentum.*
22 Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens Hieroſolymam.
23 Ait autem illi quidam: Domine an pauci ſunt qui ſalutem conſequuntur? Ille verò dixit ad illos:
24 Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.
25 Quum autem ſurrexerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, & cœperitis foris ſtare & pulſare oſtium, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. Et reſpondens dicet vobis: Neſcio vos vnde ſitis.
26 Tunc incipietis dicere: Edimus coram te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti.
27 Et dicet: dico vobis, Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.
28 Ibi erit fletus & ſtridor dentium, quum videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.
29 Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei.
30 Et ecce ſunt poſtremi qui erunt primi, & ſunt primi qui erunt poſtremi.
31 Eodem die acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.
32 Et ait illis: Ite dicite vulpi illi: ecce eucio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor.
33 Verumtamen oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare, quia fieri non poteſt vt propheta pereat extra Hieruſalem.
34 Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullicies ſuam ſub alas, & noluiſtis?
35 Et ecce reliquitur vobis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis, quod non videbitis me donec veniat tempus, quo dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

L. 14.

1 ET accidit vt intraret in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbatho ad capiendum cibum, & ipsi obseruabant eum.
2 Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.
3 Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & Pharisæos, dicens: Num licet sabbatho sanare?
4 At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit.
5 Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrûm asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbathi?
6 Et non poterant ad hæc respondere illi.
7 Dicebat autem ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:
8 Quum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accubas in primo loco, ne quando honoratior te sit inuitatus ab illo.
9 Et veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere.
10 Quinpotius vocatus fueris, vade, accumbe in nouissimo loco: vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius, tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus:
11 Quia omnis qui se extollit, deijcietur, & qui deijcit, exaltabitur.
12 Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Quum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: ne quando & ipsi te vicissim inuitent, & fiat tibi retributio.
13 Sed quum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos:
14 Et beatus eris: quia non possunt retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.
15 Cùm audisset autem quidam de simul accumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducat panem in regno Dei.
Ait ipse illi.
16 Homo quidam apparauerat cœnam magnam, & vocauit multos:
17 Misitque seruum suum hora cœnæ, vt diceret inuitatis: venite, quia iam parata sunt omnia.
18 At cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, villam emi, & necesse mihi est exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum.
19 Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo ad probandum illa: rogo te habe me excusatum.
20 Et alius dixit, vxorem duxi, & ideo non possum venire.
21 Ac reuersus seruus renunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles claudósque introduc huc.
22 Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus superest.
23 Et ait dominus seruo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt implcatur domus mea.
24 Dico enim vobis, quod nemo illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.
25 Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos.
26 Si quis venit ad me, nec odit patrem suum ac matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, præterea autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.
27 Et quisquis non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.
28 Quis enim est ex vobis, qui velit turrim ædificare, quin prius sedens computet sumptus, an habeat quibus opus est ad consummationem.
29 Ne postquam posuerit fundamentum, nec potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei,
30 dicentes:
Hic homo cœpit ædificare, nec potuit consummare?
31 Aut quis rex proficiscens, vt committat prælium aduersus alterum regem: nónne sedens prius consultat, an possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit contra se?
32 Alioquin dum ille adhuc longe abest legatione missa, petit, ea quæ pacis sunt.
33 Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus.
34 Bonum est sal: si verò sal infatuatum fuerit, per quod condietur?
35 Neque in terram neque in sterquilinium vtile est, foras proijciunt illud. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

L. 15.

1 ACcedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores, vt audirent illum.
2 Et murmurabant Pharisæi ac Scribæ, dicentes: Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis.
3 Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens:
4 Quis ex vobis est homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne relinquit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam?
5 Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos, gaudens:
6 Veniénsque domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Gaudete mecum, quia inueni ouem meam quæ perierat.
7 Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore resipiscente, magis quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.
8 Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, non accendit lucernam, & verrit domum, quærítque diligenter donec inueniat?
9 Et cùm inuenerit, conuocat amicas ac vicinas dicens: Gaudete mecum, quia inueni drachmam quam perdideram.
10 Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore resipiscente.
11 Ait autem: Homo quidam habuit duos filios.

L. 15.

12 Et dixit adoleſcentior illorum patri: Patec da mihi portionem ſubſtantiæ quæ ad me contingit: & diuiſit illis ſubſtantiam: *Prodigus.*
13 Ac poſt dies non multos quum omnia colligiſſet adoleſcentior filius, perehre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxuriosè.
14 Et poſtquam omnia conſumpſiſſet, facta eſt fames valida in regione illa: Et ipſe cœpit egere.
15 Et abijt, & adhæſit vni ciuium regioois illius, atque is miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos.
16 Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant: & nemo ei dabat.
17 In ſe autem reuerſus dixit: Quàm multi mercenarij patris mei abundant panibus, ego verò fame pereo!
18 Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Patet peccaui in cœlum & coram te.
19 Nec amplius ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis.
20 Et ſurgens venit ad patrem ſuum. Quum adhuc longè abeſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens ruit in collum eius, & deoſculatus eſt eum.
21 Dixitque ei filius: Patet, peccaui in cœlum & coram te: neque amplius ſum dignus vocari filius tuus.
22 Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Proferte ſtolam illam primam, & induite illum, & date annulum in manus eius, & calceamenta in pedes:
23 Et adducite vitulum illum ſaginatum, atque mactate, & comedentes lætemur:
24 Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Et cœperunt lætari.
25 Erat autem filius eius ſenior in agro, & quum veniret & appropinquaſſet domui, audiuit concentum & chotos.
26 Et vocatum vnum ex puetis, percontatus eſt quid iſtud eſſet.
27 At is dixit ei: Frater tuus venit, & mactauit pater tuus vitulum illum ſaginatum, quod incolumem illum receperit.
28 Indignatus eſt autem, nec volebat intrcire. Patet etgo illius egreſſus togabat illum.
29 At ille reſpondens dixit patri: Ecce tot annis ſeruio tibi, nec vnquam præceptum tuum trangreſſus ſum nec vnquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis lætarer:
30 Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam cum meretricibus venit, mactaſti illi vitulum illum ſaginatum.
31 At ille dixit ei, Fili, tu ſempet mecum es, & omnia mea tua ſunt.
32 Lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, reuixit: perierátque, & inuentus eſt.

L. 16.

1 Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos: Homo quidam erat diues, qui habebat diſpenſatorem, & hic delatus eſt apud illum, quod diſſipater bona ipſius. *Diſpenſator.*
2 Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem diſpenſationis tuæ: non enim poteris poſthac eſſe œconomus.
3 Ait autem diſpenſator intra ſe: Quid faciam, quia dominus meus auſert à me diſpenſationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco.
4 Scio quid faciam, vt quum amotus fuero à diſpenſatione, recipiant me in domos ſuas.
5 Conuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?
6 At ille dixit: Centum batos olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & ſede citò, & ſcribe quinquaginta.
7 Deinde alteri dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe cautionem tuam, & ſcribe octogiura.
8 Et laudauit dominus diſpenſatorem iniquum, quod prudenter feciſſet. Quia filij huius ſæculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua.
9 Et ego vobis dico: Facite vobis amicos ex mammona iniuſto, vt quum defecerit is, recipiant vos in æterna, tabernacula.
10 Qui fidelis eſt in minimo, & in multis fidelis eſt: & qui in minimo iniquus eſt, is & in multis iniquus eſt.
11 Si ergo in iniuſto mammona fideles non fuiſtis: quod verum eſt, qui credet vobis?
12 Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod verum eſt, quis dabit vobis?
13 Nullus ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.
14 Audiebant autem hæc omnia & Phariſæi qui erant auari, & deridebant illum.
15 Et ait illis: vos eſtis qui iuſtificaſtis vos ipſos coram hominibus: Deus autem nouit corda veſtra. Quia quod hominibus excelſum eſt, abominationi eſt coram Deo.
16 Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem, ab eo tempore regnum Dei annunciatur, & quiuis in illud vi irrumpit.
17 Facilius eſt autem cœlum & terram præterire, quàm legis vnum apicem excidere.
18 Quiſquis dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.
19 Quidam autem erat homo diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. *Diues epulo.*
20 Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceroſus,
21 Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis: ſed & canes veniebant, ac lingebant vlcera eius.
22 Accidit autem vt moreretur mendicus, & deportaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, ac ſepultus eſt.
23 Atque in inferno ſublatis oculis ſuis, cùm eſſet in tormentis, videt Abrahám procul, & Lazarum in ſinu eius:

L. 16.

24 Et ipſe clamans, dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia cruciot in flamma hac.
25 Dixit autem Abraham: Fili, recordare quod receperis bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic ſolatio fruitur, tu verò cruciatis.
26 Et ſuper hæc omnia, inter nos & vos hiatus ingens firmatus eſt, vt ij qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque iſthinc huc tranſmeare.
27 Ait autem. Rogo ergo te, pater, vt mittas eum in domum patris mei:
28 Habeo enim quinque fratres, vt teſtificetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.
29 Ait illi Abraham: Habent Muſen & Prophetas, audiant illos.
30 At ille dixit: Non, pater Abraham, ſed ſi quis ea mortuis ierit ad eos, reſipiſcent.
31 Ait autem illi: Si Muſen & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

L. 17.

1 Dixit autem ad diſcipulos: Fieri non poteſt quin veniant ſcandala, væ tamen illi per quem veniunt.
2 Expedit illi, ſi mola aſinaria ponatur circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, potius quàm vt offendiculo ſit vni de puſillis iſtis.
3 Cauete vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnituerit, remitte illi.
4 Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: remittes illi.
Petitur augeri fides. 5 Et dixerunt Apoſtoli Domino: Adauge nobis fidem.
6 Dixit autem Dominus: Si haberetis fidem ſicut granum ſinapis, diceretis huic arbori Sycomino, eradicare & tranſplantare in mare, & obediret vobis.
7 Quis autem veſtrùm habens ſeruum arantem aut paſcentem, qui regreſſo ab agro, dicat ſtatim, Tranſi, & diſcumbe?
8 Imò, nónne dicet ei, Para quod cœnem, & præcinge te, ac miniſtra mihi, donec edero & bibero, & poſt hæc edito & bibito tu?
9 Num gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non puto.
10 Sic & vos quum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus: nam quod debuimus facere, fecimus.
11 Et factum eſt dum iret Hieroſolymam, & ipſe transibat per mediam Samariam & Galilæam.
10. leprofi. 12 Et quum ingrederetur in quendam vicum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt procul.
13 Et ipſi extulerunt vocem, dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri.
14 Quos vt vidit, dixit illis: Ite, oſtendite vos Sacerdotibus. Et factum eſt, vt intereundum, mundati ſint.
15 Vnus autem ex illis, vt vidit quod mundatus eſſet, regreſſus eſt cum voce magna glorificans Deum.
16 Et procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus.
17 Reſpondens autem Ieſus, dixit: Nónne decem mundati ſunt? Nouem autem illi vbi?
18 Non ſunt reperti qui redierint, vt darent gloriam Deo, niſi alienigena iſte,
19 Et ait illi: Surge, vade, fides tua te ſeruauit.
20 Interrogatus autem à Phariſæis, quando venturum eſſet regnum Dei, reſpondit eis, & dixit: Non venient regnum Dei cum obſeruatione *:
** Id eſt, cum externa manifeſtatione ſpiritus, vt carnali noſtro.* 21 Neque dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos eſt.
22 Et ait ad diſcipulos: Venient dies, quando deſiderabitis videre vnum dierum filij hominis, nec videbitis.
23 Et dicent vobis, Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neque ſectemini.
24 Nam ſicut fulgur coruſcans è regione quæ ſub cœlo eſt, in alteram quæ ſub cœlo eſt, fulget: ita erit & filius hominis in die ſuo.
25 Sed prius oportet illum multa pati, & reprobari à natione hac.
26 Et ſicut accidit in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis.
27 Edebant, bibebant, vxores ducebant, & dabantur nuptum ad eum vſque diem, qui intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes.
28 Conſimiliter etiam ſicut accidit in diebus Loth: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant.
29 Cæterùm quo die exiit Loth è Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit.
30 Secundum hæc erit dies quo filius hominis reuelabitur.
31 In illo die qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcendat ad tollendum illa, & qui in agro, ſimiliter non redeat retro.
32 Memores eſtote vxoris Loth.
33 Quicunque quæſierit animam ſuam ſeruare, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, viuificabit eam.
34 Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus aſſumetur, & alter relinquetur.
35 Duæ erunt molentes ſimul: vna aſſumetur, & altera relinquetur.
36 Duo erunt in agro: vnus accipietur, & alter relinquetur.
37 Et reſpondentes dicunt illi: vbi Domine? Ipſe verò dixit illis, vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

L. 18.

Semper orandum. 1 Dicebat autem & parabolam eis, huc ſpectantem, quod oportet et ſemper orare, nec defatigari, dicens:
2 Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem reuerebatur.
3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduerſario meo.
4 Et nolebat aliquandiu. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Quanquam Deum non timeo, nec hominē reuereor,
5 Tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne tandem veniens, fugillet me.
6 Ait autem Dominus: Audite quid iudex ille iniquus dicat:

7 Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte, etiam ſi tardet in
victicendis ipſis?
8 Dico vobis, quod faciet vindictam illorum citò. Veruntamen filius hominis quum venerit, an reperiet
fidem in terra?
9 Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant quod eſſent iuſti, & aſpernabantur cæteros parabolam
iſtam.
10 Duo homines aſcendebant in templum, vt precarentur: vnus Phariſæus, & alter publicanus. *Oratio Phariſæi, publicani.*
11 Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat, Deus, gratias ago tibi, quod non ſim ſicut cæteri homines, raptores,
iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus.
12 Ieiuno bis in ſabbatho: decimas do omnium quæ poſſideo.
13 Et publicanus procul ſtans, nec oculos volebat ad cœlum attollere, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens:
Deus, propitius eſto mihi peccatori.
14 Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam potius quàm ille: quia omnis qui ſe extollit, hu-
miliabitur: & qui ſe humiliat, extolletur.

Sexageſima quinta pars ſimplex I. qui ſolus loquitur, vt Chriſtus renuit fratribus, ſeu cognatis ſuis ire cum eis ſe oſtentare in Iudæa, & Hieroſolymis, ad celebre Tabernaculorum feſtum, & ſinens eos ire, remanſit adhuc in Galilæa, donec ea finaliter relicta (quia degens in mundo eam non reperiit) tertiam ſuam profectionem magnam, & prædicationem fecit in Hieruſalem, mox poſt medium dicti feſti tabernaculorum, circa viceſimum diem menſis, quem vocamus Septembrem: & de diſputationibus & controuerſiis contra Phariſæos, qui bis niſi ſunt eum lapidare, videlicet poſt hoc feſtum tabernaculorum, & iterum in feſto Enceniorum templi, menſe quem Decembrem vocamus, poſtquàm cæci nati oculos die ſabbati aperuiſſet: Vnde ſe protripuit vltra Iordanem, vbi Ioannes baptizare ſolitus fuerat.

I. 7. à verſ. 2. vſque ad c. 11.

2 Erat autem in propinquo feſtum Iudæorum ſcenopegia.
3 Dixerunt ergo illi fratres eius: digredere hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera
tua quæ facis.
4 Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quærit ipſe celebris eſſe. Si hæc facis, declara teipſum mundo.
5 Neque enim fratres eius credebant in eum.
6 Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum adeſt: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.
7 Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtificor de illo, quòd opera eius mala ſint.
8 Vos aſcendite ad feſtum hoc. Ego nondum aſcendo ad feſtum hoc quia tempus meum nondum impletũ eſt.
9 Hæc autem quum dixiſſet illis, manſit in Galilæa.
10 Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad feſtum, non manifeſtè, ſed velut in occulto.
11 Iudæi ergo quærebant eum in feſto, & dicebant: vbi eſt ille?
12 Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam enim dicebant, Bonus eſt: alij autem dicebant, Non:
ſed ſeducit turbam.
13 Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.
14 Quum autem iam dimidium feſti peractum eſſet, aſcendit Ieſus in templum, ac docebat.
15 Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, quum non didicerit?
16 Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.
17 Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar.
18 Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: Qui autem quærit gloriam eius qui miſit ipſum, hic
verax eſt, & iuſtitia in illo non eſt.
19 Nónne Moſes dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem. Quid me quæritis interficere?
20 Reſpondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere?
21 Reſpondit Ieſus & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini.
22 Propterea Moſes dedit vobis circumciſionem: non quod ex Moſe ſit, ſed ex patribus: & tamen in ſabba-
tho circumcidis hominem.
23 Si circumciſionem accipit homo in ſabbatho, vt non ſoluatur lex Moſi, mihi indignamini, quod totum
hominem ſanum fecerim in ſabbatho?
24 Nolite iudicare ſecundum aſpectum, ſed iuſtum iudicium iudicate.
25 Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymitanis: Nónne hic eſt quem quærunt interficere?
26 Atqui ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. An forſan verè nouerũt principes, quod iſte ſit verè Chriſtus?
27 Sed iſtum nouimus vnde ſit. Chriſtus autem quum venerit, nemo ſit vnde ſit.
28 Clamabat ergo Ieſus in templo docens, ac dicens: & me noſtis, & vnde ſim noſtis: & à meipſo non veni,
ſed eſt verax, qui miſit me quem vos non noſtis.
29 Ego verò noui eum, quia ab ipſo ſum, & ille me miſit.
30 Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.
31 De turba autem multi credidерunt in eum, & dicebant: Chriſtus quum venerit, nom plura ſigna edet iis,
quæ hic edidit?
32 Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc, & miſerunt Phariſæi ac Principes Sacerdotum
miniſtros, vt apprehenderent eum.
33 Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc paululum temporis vobiſcum ſum, & vado ad eum qui miſit me.
34 Quæretis me, nec inuenietis: & vbi ego ſum *, vos non poteritis venire.
35 Dixerunt ergo Iudæi inter ſeſe: Quò hic iturus eſt, quòd nos non inueniemus eum? Num in diſperſio- * *Præſens pro futuro.*
nem Gentium iturus eſt, & docturus Gentes?
36 Quis eſt hic eſt ſermo, quẽ dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego ſum, vos non poteritis venire,

I. 7.

37 In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.
38 Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.
39 Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum. Nondum enim erat Spiritus sanctus *, quia Iesus nondum erat glorificatus.
40 Multi ergo ex turba quum audissent hunc sermonem: dicebant: Hic est verè Propheta.
41 Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid ex Galilæa venit?
42 Nonne scriptura dicit, quod ex semine Dauid & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, veniet Christus.
43 Dissensio itaque orta est in turba, propter eum.
44 Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo coniecit in eum manus.
45 Venerunt ergo ministri ad pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi: quare non adduxistis illum?
46 Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut homo iste.
47 Responderunt ergo eis Pharisæi: Nunquid & vos seducti estis?
48 Num quis principum ex principibus credidit in eum, vel ex Pharisæis?
49 Sed turba hæc quæ non nouit legem, execrabiles sunt.
50 Dicit Nicodemus ad eos, qui venerat ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis.
51 Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?
52 Responderunt & dixerunt ei: Num tu Galilæus es? Scrutare, & vide quod à Galilæa Propheta non surrexerit.
53 Et profectus est vnusquisque in domum suam.

I. 8.

1 IEsus autem perrexit in montem Oliuarum.
2 Et diluculo iterum venit in templum, cunctusque populus venit ad eum, & sedens docebat eos.
3 Adducunt autem ad eum, Scribæ & Pharisæi, mulierem in adultetio deprehensam, & sistentes eam in medio, dicunt ei:
4 Magister, hæc deprehensa est in ipso adulterio.
5 In lege autem, Moses nobis mandauit, vt huiusmodi lapidarentur. Tu ergo quid dicis?
6 Hoc autem dicebant, tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.
7 Quum ergo perseueratent eum interrogare, erexit se, & dixit eis: Qui vestrûm immunis est à peccato, primus in illam lapidem iaciat.
8 Et iterum se inclinans, scribebat in terra.
9 Audientes autem hæc, tedarguente ipsos conscientia, singulatim alius post alium exibant, incipiendo facto à senioribus vsque ad vltimos, & relictus est solus Iesus, ac mulier in medio stans.
10 Quum autem erexisset se Iesus, & neminem videret præter mulierem, dixit ei: Mulier, vbi sunt illi tui accusatores? Nemo te condemnauit?
11 Quæ dixit, Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemno: vade, & ne amplius pecces.
12 Iterum ergo Iesus locutus est eis, dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.
13 Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testificatis, testimonium tuum non est verum.
14 Respondit Iesus & dixit eis: Et si ego testificor de meipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quò vado.
15 Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam:
16 Porrò & si iudicem ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater.
17 Quin & in lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est.
18 Ego sum qui testimonium fero de meipso, & testimonium ferr de me, qui misit me, pater.
19 Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me nostis, neque patrem meum. Si me nouissetis, & patrem meum nouissetis.
20 Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.
21 Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini: quò ego vado, vos non potestis venire.
22 Dicebant ergo Iudæi: Num interficiet semetipsum? quia dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire?
23 Et dixit eis: Vos ex inferis estis, ego de supernis sum: Vos ex mundo hoc estis, ego non sum ex mundo hoc.
24 Dixi ergo vobis, quod moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris.
25 Dicebant ergo ei: Tu quis es? Et dixit eis Iesus, A principio quod & loquor vobis.
26 Multa habeo quæ de vobis loquar, ac iudicem: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.
27 Non cognouerunt quod de patre eis loquutus esset.
28 Dixit ergo eis Iesus: Quum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sum, & quod ex meipso facio nihil: sed ita vt docuit me pater, hæc loquor.
29 Et qui me misit, mecum est. Non reliquit me solum, pater, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.
30 Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.
31 Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderant ipsi, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.
32 Et cognoscetis veritatem, & veritas liberos reddet vos.
33 Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, neque cuiquam seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, Liberi

* Scilicet, magnificatus.

I. 8.

Liberi teddemini? Reſpondit eis Ieſus:
34 Amen, amen dico vobis, quod omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.
35 Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum.
36 Si ergo vos filius liberos reddiderit, verè liberi eſtis.
37 Scio quod ſemen Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non habet locum in vobis.
38 Ego quod vidi apud patrem meum, loquor: & vos quod vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.
39 Reſponderunt & dixerunt ergo ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis.
40 Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum, quam audiui à Deo. Hoc Abraham non fecit.
41 Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei: Nos è fœrtatione non ſumus nati, vnum patrem habemus Deum.
42 Dixit eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me, ego enim ex Deo proceſſi & veni. Neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit.
43 Quare loquelam iſtam meam non agnoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum.
44 Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille fuit homicida à principio, & in veritate non perſtitit, non eſt enim veritas in eo. Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax eſt, & pater mendacij.
45 Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.
46 Quis ex vobis arguet me de peccato? Porrò ſi veritatem dico, quare vos non creditis mihi?
47 Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.
48 Reſponderuot ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes?
49 Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & vos contumelia affeciſtis me.
50 Ego autem non quæro gloriam meam: eſt qui quærat & iudicet.
51 Amen, amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.
52 Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus quod dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum?
53 Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahamo, qui mortuus eſt? Et Prophetæ mortui ſunt. Quem tu teipſum facis?
54 Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: Eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis Deum veſtrum eſſe.
55 Et non cognouiſtis eum, ego autem noui eum: Et ſi dixero quod non nouerim eum, ero ſimilis veſtri mendax. Sed noui eum, & ſermonem eius ſeruo.
56 Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem iſtum meum, & vidit, & gauiſus eſt.
57 Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?
58 Dixit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis, priuſquam Abraham fieret, ego ſum. Suſtulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit è templo.

I. 9.

1 ET prætereiens Ieſus, vidit hominem cæcum à natiuitate.
2 Et interrogauerunt eum diſcipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic an parentes eius, vt cæcus naſceretur?
3 Reſpondit Ieſus: Neque hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo.
4 Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari.
5 Quandiu fuero in mundo, lux ſum mundi.
6 Hæc quum dixiſſet expuit in terram: & fecit lutum ex ſputo, illeuit lutum ſuper oculos cæci?
7 Et dixit ei: Vade laua in piſcina Siloe, quod ſi interpreteris, ſonat miſſus. Abijt ergo & lauit, & venit videns.
8 Itaque vicini & qui viderant eum prius, quod mendicus eſſet, dicebant: Nónne hic eſt qui ſedebat, & mendicabat?
9 Alij dicebant hic eſt: alij rurſus, Similis eſt ei: ille dicebat ego ſum.
10 Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi?
11 Reſpondit ille, & dixit: Ille homo qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piſcinam Siloe, & laua. Vt autem abij ac laui, viſum recepi.
12 Dixerunt ergo ei: vbi eſt ille? Ait: Neſcio.
13 Adducoot ad Phariſæos eum qui dudum cæcus fuerat.
14 Erat autem Sabbathum quum lutum faceret Ieſus, & aperiret oculos eius.
15 Iterum ergo interrogabant eum & Phariſæi, quomodo viſum recepiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi impoſuit ſuper oculos, & laui, & video.
16 Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, quia ſabbathum non obſeruat. Alij autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna edere? Et diſſidium erat inter eos.
17 Dicunt cæco iterum: Tu quid dicis de illo, quòd aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Propheta eſt.
18 Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuiſſet, & viſum recepiſſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viſum receperat.
19 Et interrogauerunt eos dicentes: hiccine eſt filius veſter, quem vos dicitis cæcum natum eſſe? quomodo ergo nunc videt?
20 Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quod hic eſt filius noſter, & quod cæcus natus eſt.

21 Quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos neſcimus: Ipſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquetur.
22 Hæc dixerunt parentes eius, quòd timerent Iudæos: Iam enim conſtituerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret.
23 Propterea parentes eius dixerunt, Ætatem habet, ipſum interrogate.
24 Secundò ergo vocauerunt hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: Nos ſcimus quod hic homo peccator eſt.
25 Reſpondit ergo ille, & dixit: An peccator ſit, neſcio: vnum ſcio, quod quum cæcus eſſem, nunc video.
26 Dixerunt ergo illi iterum: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?
27 Reſpondit eis, Iam dixi vobis, & non audiuiſtis: cur iterum vultis audire? num & vos vultis diſcipuli eius fieri?
28 Conuitiati ſunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius eſto: nos autem Moſis diſcipuli ſumus.
29 Nos ſcimus quod Moſi loquutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde ſit.
30 Reſpondit ille homo, & dixit eis: enimuero in hoc mirabile quiddam eſt, quod vos neſciatis vnde ſit, & tamen aperuit meos oculos.
31 Scimus autem quod peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc ea audit.
32 A ſæculo non eſt auditum quod quis aperuerit oculos cæci.
33 Niſi eſſet hic à Deo, non potuiſſet facere quicquam.
34 Reſponderunt & dixerunt ei, Tu in peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.
35 Audiuit Ieſus quod eiecciſſent eum foras: quumque inueniſſet eum, dixit ei: Credis tu in filium Dei?
36 Reſpondit ille & dixit: quis eſt Domine, vt credam in eum?
37 Dixit autem ei Ieſus. Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt.
38 At ille ait, Credo Domine, Et adorauit eum.
39 Et dixit ei Ieſus: Ad iudicium ego veni in hunc mundum: vt qui non vident, videant: Et qui vident, cæci fiant.
40 Hæc audierunt quidam ex Phariſæis, qui eum ipſo erant, & dixerunt ei: Num & nos cæci ſumus?
41 Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum: Nunc verò dicitis, videmus: idcirco peccatum veſtrum manet.

I. 10.

1 AMen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in caulam ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro:
2 Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium.
3 Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas.
4 Et quum proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia nouerunt vocem eius.
5 Alienum autem nequaquam ſequentur, ſed aufugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.
6 Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quænam illa eſſent quæ loqueretur eis.
7 Dixit ergo eis iterum Ieſus: Amen amen dico vobis, Ego ſum oſtium ouium.
8 Omnes quotquot ante me venerunt, fures ſunt & latrones, ſed non audierunt eos oues.
9 Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſeruabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.
10 Fur non venit, niſi vt furetur & macter, ac perdat: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.
11 Ego ſum paſtor ille bonus: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus.
12 Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprię, videt lupum venientem, ac deſerit oues, fugitque, & lupus rapit ac diſpergit oues.
13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non eſt illi cura ouium.
14 Ego ſum paſtor ille bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcor à meis.
15 Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus.
16 Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: illas quoque oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, vnus paſtor.
17 Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam.
18 Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo.
19 Diſſenſio igitur iterum facta eſt inter Iudæos, propter ſermones hos.
20 Dicebant autem multi ex ipſis: Dæmonium habes, & inſanit: quid eum auditis?
21 Alij dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis: Num dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?
22 Facta ſunt autem encænia Hieroſolymis, & hyems erat.
23 Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis.
24 Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quouſque animam noſtram ſuſpendis? Si tu es Chriſtus, dic nobis apertè.
25 Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, nec creditis: Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium reddunt de me.
26 Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis, ſicut dixi vobis.
27 Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me.
28 Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quiſquam de manu mea.
29 Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu patris mei.
30 Ego & pater vnum ſumus.
31 Sustulerunt ergo rurſum lapides Iudæi, vt lapidarent eum.
32 Reſpondit eis Ieſus: Multa præclara opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod illorum operum me lapidatis?
33 Reſpondерunt ei Iudæi, dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam: Et quia tu cùm homo ſis, facis teipſum Deum.
34 Reſpondit eis Ieſus: Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, Ego dixi, dij eſtis?

35 Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura.
36 Quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis blasphemare, quia dixi, filius Dei sum?
37 Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi:
38 Sin verò facio, etiam si mihi non credatis, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis quod pater in me est, & ego in eo.
39 Quærebant iterum eum apprehendere, & exiuit de manu eorum,
40 Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi primum fuerat Ioannes baptizans, mansitque illic.
41 Et multi venerunt ad eum, ac dicebant: Ioannes quidem signum nullum edidit: Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de illo, vera erant,
42 Et crediderunt multi illic in eum.

Sexagesima sexta duplex M. R. De turbis rursus conuenientibus ad Christum in dicto loco vltra Iordanem, vbi rursus docebat, & sanabat eos vt consueuerat. Et de Pharisæis eò venientibus ad eum tentandum, proposita quæstione diuortij, quòd Christus prohibet, excepta causa fornicationis.

M. 19. *vsque vers.* 15. *R.* 10. *vsque vers.* 13.

1 ET factum est quum finisset Iesus sermones istos, migrauit a Galilæa, & venit in fines Iudææ, trans Iordanem.
2 Et secutæ sunt eũ turbæ multæ, & sanauit eos ibi.
3 Et accesserunt ad eos Pharisæi tentantes eum, & dicentes ei. Licét-ne homini diuortium facere cum vxore sua, quacunque de causa?
4 Qui respondit eis. An non legistis, quod qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos?
5 Et dixit, Propterea deseret homo patrem & matrem, & adglutinabitur vxori suæ, & erunt duo in carne vna.
6 Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus compulauit, homo ne separet.
7 Dicunt illi. Cur ergo Moses mandauit date libellum repudij, ac dimittere eam?
8 Ait illis, Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare vxores vestras: cæterùm ab initio non fuit sic.
9 Dico autem vobis, quod quicunque repudianerit vxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, is adulterium committit.
10 Dicunt ei discipuli eius, Si ad istum modum habet causa hominis cum vxore, non expedit contrahere matrimonium.
11 Qui dixit illis, Non omnes capaces sunt huius dicti, sed ij quibus datum est,
12 Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat.

1 ET quum inde surrexisset, venit in fines Iudææ, per tegionem quæ est vltra Iordanem, & conueniunt rursum turbæ ad illum, & sicut consueuerat, rursum docebat eos.
2 Et adeuntes Pharisæi interrogabant illum: Licére vitro vxorem repudiare? tentantes illum.
3 At ille respondens dixit illis, Quid vobis præcepit Moses?
4 At illi dixerunt, Moses permisit libellum repudij scribere, ac dimittere.
5 Et respondens Iesus, dixit illis, Ad duriciam cordis vestri scripsit vobis mandatum istud.
6 Cæterùm ab initio creationis masculum & fœminam fecit illos Deus.
7 Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad vxorem suam:
8 Et erunt duo in carnem vnam: Itaque non iam sunt duo, sed vna caro.
9 Quod igitur Deus copulauit, homo non separet.
10 Et in domo rursum discipuli illius eadem de re interrogauerunt illum.
11 Et dicit illis: Quicunque dimiserit vxorem suam, & duxerit aliam, adulterium committit aduersus illam.
12 Et si mulier dimiserit virum suum, & nupserit alteri, adulterium committit.

Sexagesima septima M. R L. De infantibus eodem loco Christi oblatis, & per eum admissis. De iuuene diuite rogante quid faceret, vt acquireret vitam æternam, & abeunte tristi, & quod qui præferunt diuitias Christo, & eius cruci, nequeunt saluari. Et de remuneratione in hac vita & in sæculo venturo, in quo multi è primis erunt postremi, & è postremis primi, vt in parabola quam solus M. refert.

M. 19. *à vers.* 13. *vsque ad c.* 20. *v. vs.* 7. *R.* 10. *à vers.* 13. *vsque ad vers.* 31. *L.* 18. *à vers.* 15. *vsq. vers.* 31.

13 Tunc oblati sunt ei pueri, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos.
14 Iesus verò ait eis, Sinite puetos, & ne prohibeatis eos ad me venire, talium est enim regnum cœlorum.
15 Et quum imposuisset eis manus, abiit illinc.
16 Et ecce vnus accedens ait illi, Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?
17 Ille autem dixit ei, Cur me vocas bonum? Nullus est bonus, nisi vnus, nempe Deus. Quod si vis ad vitam

13 Et attulerunt ad illum paruulos, vt tangeret eos: discipuli verò increpabant eos qui adducebant.
14 Quum vidisset autem Iesus, indignatus est, & dixit illis, Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibete eos: talium enim est regnum Dei.
15 Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei vt paruulus, nequaquam ingredietur in illud.
16 Et quum complexus illos in vlnas, impositis manibus super illos, benedixit eis.
17 Et quum exiret in viam præcurrens

15 Afferebãt autem ad eum etiam infantes, vt eos tangerer. Quod quum viderent discipuli, increpabant illos.
16 Iesus autem aduocatis illis, dixit: Sinite puellos venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei.
17 Amen dico vobis: Quicunque non acceperit regnum Dei velut puellus, non intrabit in illud.

M. 19.

ingredi, ſerua mandata.

18 Dicit illi, Quæ? Ieſus autem dixit: Non facies homicidium. Non committes adulterium Non facies furtum. Non falſum dices teſtimonium.

19 Honora patrem & matrem: & diliges proximum tuum, vt teipſum.

20 Dicit illi adoleſcens, Omnia hæc ſeruaui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt?

21 Ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo & veni, ſequere me.

22 Quum audiſſet autem adoleſcens eum ſermonē, abiit triſtis. Erat enim habens poſſeſſiones multas.

23 Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis. Amen dico vobis, Diues difficilè intrabit in regnum cœlorum.

24 Et iterum dico vobis facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem in regnū Dei ingredi.

25 Audiris autem his diſcipuli expauerunt valde, dicentes: Quis ergo poteſt ſaluus fieri?

26 Intuitus autem illos Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

27 Tunc reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

28 Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me in regeneratione, quum ſederit filius hominis in throno gloriæ ſuæ, ſedebitis & vos ſuper thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël.

29 Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam hæreditatis iure poſſidebit.

30 Multi autem primi, erunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

M. 20.

* *Parabola demonſtrij do-ctoris.*

1 NAm * ſimile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliàs, qui exiit primo ſtatim diluculo ad conducendos operarios in vineam ſuam.

2 Conuentione autem facta cum operariis in ſingulos dies denario, miſit eos in vineam ſuam.

3 Et egreſſus circiter horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & illis dixit.

4 Ite vos & in vineam, & quodcunque iuſtum fuerit, dabo vobis.

5 Illi autem abierunt. Rurſum autem egreſſus circiter ſextam & nonam horam, fecit ſimiliter.

6 Circa vndecimam verò horam egreſſus inuenit alios ſtantes otioſos, ac dicit illis: Cur hic ſtatis totum diem otioſi?

7 Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Abite & vos in vineam, & quicquid fuerit iuſtum, accipietis.

8 Veſpere autem facto, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à poſtremis, vſque ad primos.

9 Et quum veniſſent qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſinguli denarium.

10 Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi, & acceperunt ipſi quoque ſinguli denarium.

11 Et quum accepiſſent, murmurabant aduerſus patremfamiliàs, dicentes:

R. 10.

quidam, ac genua flectens ei, interrogabat eum: Præceptor bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam?

18 Ieſus autem dixit illi: Cur me dicis bonum? Nemo bonus niſi vnus nempe Deus.

19 Præcepta noſti? Ne committas adulterium. Ne occidas. Ne furteris. Ne falſum teſtimonium dicas. Ne fraudes. Honora patrem tuum & matrem.

20 At ille reſpondens dixit illi: Præceptor hæc omnia ſeruaui ab adoleſcentia mea.

21 Ieſus autem intuitus illum, dilexit eum, & dixit illi: vnum tibi deeſt abi, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me, ſublata cruce.

22 At ille moleſtia affectus propter ſermonem, diſcedebat mœrens: habebat enim poſſeſſiones multas.

23 Et quum circunſpexiſſet Ieſus, dicit diſcipulis ſuis: Quàm difficulter hi qui opes habent, in regnum Dei introibunt.

24 Diſcipuli verò obſtupuerunt ſuper verbis illius, At Ieſus rurſum reſpondens, dicit illis: filij, quàm difficile eſt eos qui fiduciam habent in opibus, regnum Dei ingredi.

25 Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem regnum Dei ingredi.

26 Illi verò amplius admirabantur, dicentes apud ſeipſos, & quis poteſt eſſe ſaluus?

27 Intuitus autem Ieſus illos, dicit: Apud homines impoſſibile, ſed non apud Deum: nam omnia poſſibilia ſunt apud Deum.

28 Et cœpit Petrus dicere illi Ecce reliquimus omnia: & ſequuti ſumus te.

29 Reſpondens autem Ieſus, dixit: Amen dico vobis, Nullus eſt qui reliquit domum aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut agros mea cauſa & Euangelij.

30 Quin recipiat centupla nunc in tempore hoc, domos & fratres & ſorores, & matres, & liberos, & agros cum perſecutionibus, ac in ſæculo venturo vitam æternam.

31 Multi autem primi erunt poſtremi, & poſtremi primi.

L. 18.

18 Et interrogauit eū quidam ex primoribus, dicens: Magiſter bone, quid faciendum mihi, vt conſequar vitam æternam?

19 Dixit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus Deus.

20 Mandata noſti? Non committes adulterium, non occides, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum, & matrem tuam.

21 At ille ait, Hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea.

22 Ieſus verò his auditis, ait ei: Adhuc vnum tibi deeſt. Omnia quæcunque habes, vende: & diſtribue pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me.

23 At ille his auditis mœrore affectus eſt, quia diues erat valde.

24 Videns autem Ieſus illum mœrore affectum, dixit: Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.

25 Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

26 Et dixerunt qui audierant: & quis poteſt ſaluus fieri?

27 At ille ait: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.

28 Ait autem Petrus, ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.

29 Ipſe verò dixit eis: Amē dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem aut liberos propter regnum Dei.

30 Qui non recepturus ſit multo plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam.

M. 19. R. 10. L. 10.

12 Hi nouiſſimi vnam horam fecerunt, & illos pares nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtum.
13 At ille reſpondens vni eorum, dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nónne denario pactus es mecum?
14 Tolle quod tuum eſt, & abi. Volo autem huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.
15 An non licet mihi quod volo in rebus meis? An oculus tuus malus eſt, quod ego bonus ſum?
16 Sic nouiſſimi erunt primi, & primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Sexageſima octaua pars ſimplex I. qui ſolus loquitur de profectione Chriſti à dicto loco trans Iordanem ſito, in Bethaniam, vbi Lazarum reſuſcitauit, vtque cum diſcipulis ſuis ſe ſubduxit, in vrbem vocatam Ephraim, iuxta deſertum ſitam: poſtquam Pontifices & Phariſæi, præſide Caipha, decreuiſſent eum occidere, & præcepiſſent, vt ſi quis ſciret vbi eſſet, indicaret, quò eum comprehenderent.

I. 11.

1 AEgrotabat autem quidam nomine Lazarus Bethanienſis, à caſtello Mariæ & Marthæ huius ſororis.
2 Maria autem erat ea, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus ægrotabat.
3 Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce, quem amas, ægrotat.
4 Audiens autem Ieſus, dixit: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.
5 Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius, & Lazarum.
6 Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidem temporis manſit in eodem loco duobus diebus.
7 Deinde poſt hoc dicit diſcipulis: Eamus in Iudæam iterum.
8 Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?
9 Reſpondit Ieſus, Nónne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt.
10 Si quis autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non eſt in eo.
11 Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado vt à ſomno excitem eum.
12 Dixerunt ergo diſcipuli eius, Domine, ſi dormit, ſaluus erit.
13 Dixerat autem Ieſus de morte eius, at illi putauerunt, quod de dormitione ſomni diceret.
14 Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt.
15 Et gaudio propter vos, quod non fuerim illic, vt credatis. Sed eamus ad eum.
16 Tunc Thomas cognomine Didymus, dixit condiſcipulis: Eamus & nos, vt moriamur cum illo.
17 Venit itaque Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.
18 Erat autem Bethania propinqua Hieroſolymis, ſtadijs ferè quindecim.
19 Multique ex Iudæis venerant ad Martham ac Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo.
20 Martha ergo vt audiuit quod Ieſus veniſſet, occurrit illi: Maria verò domi ſedebat.
21 Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus.
22 Sed nunc neſcio, quod quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.
23 Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus.
24 Dicit ei Martha: Scio quod reſurget in reſurrectione, in nouiſſimo die.
25 Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vita: Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet.
26 Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?
27 Ait illi: Etiam Domine. Ego credo quod tu es Chriſtus ille filius Dei, qui in mundum venturus erat.
28 Et quum hæc dixiſſet, abiit & vocauit Mariam ſororem ſuam clanculum, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te.
29 Illa vt audiuit, ſurgit citò, & venit ad eum.
30 Nondum autem venerat Ieſus in caſtellum, ſed erat in eo loco, vbi occurrerat ei Martha.
31 Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, quum vidiſſent Mariam quod citò ſurrexiſſet & exiſſet, ſequuti ſunt eam, dicentes: Vadit ad monumentum, vt ploret ibi.
32 Maria ergo quum veniſſet eò, vbi erat Ieſus, videns eum, accidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus.
33 Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, inſremuit ſpiritu, turbauit ſeipſum.
34 Et dixit, Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide.
35 Lacrymatus eſt Ieſus.
36 Dicebant ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.
37 Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere, vt & hic non moreretur?
38 Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat autem ſpelunca, & lapis impoſitus erat ei.
39 Ait Ieſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam olet, quatriduanus enim eſt.
40 Dicit ei Ieſus: Nónne dixi tibi, quod ſi credideris, videbis gloriam Dei?
41 Sustulerunt ergo lapidem à loco, vbi defunctus iacebat. Ieſus autem ſuſtulit oculos ſurſum, & dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me.
42 Ego autem ſciebam quod ſemper me audis: ſed propter turbam quæ circunſtat, dixi, vt credant quod tu me miſeris.
43 Hæc quum dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare, veni foras:

44 Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs sepulchralibus, & facies illius sudario erat obuincta.
45 Dicit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & viderant quæ fecisset Iesus, crediderunt in eum.
46 Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecisset Iesus.
47 Congregauerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, ac dicebant: Quid facimus, nam hic homo multa signa facit?
48 Si permisemus eum sic, omnes credent in eum: veniéntque Romani, & tollent tum locum nostrum, tum gentem.
49 Vnus autem quispiam ex ipsis, Caiphas nomine, quum esset Pontifex anni illius, dixit eis: vos nescitis quicquam.
50 Nec perpenditis quod expedit nobis, vt vnus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat.
51 Hoc autem à semetipso non dixit, sed quum esset Pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus esset pro gente.
52 Et non tantùm pro gente, sed vt & filios Dei qui erant dispersi*, congregaret in vnum.
53 Ab illo die consultabant inuicem, vt interficerent eum.
54 Iesus ergo iam non propalam ambulabat inter Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephraim, & ibi versabatur cum discipulis suis.
55 Instabat autem pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, vt purificarent seipsos.
56 Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur adinuicem in templo stantes: Quid videtur vobis, quod non venit ad diem festum?
57 Dederant autem Pontifices & Pharisæi præceptum, vt si quis cognouisset vbi esset, indicaret, vt comprehenderent eum.

* id est, non tantùm pro Iudæis, sed etiam vt Gentes congregandas, in vnam Ecclesiam adunaret.

Sexagesima nona triplex M. R. L. Iesus à dicta vrbe deserto vicina, nouissimè cœpit ascendere Hierosolymam, sequentibus discipulis timidis & pauefactis, & antequam appropinquaret Iericho, seorsum in via vocans duodecim, admouit eos tertio (scilicet, vltra quàm sup. parte. 58. 59.) de passione, morte, & resurrectione sua.

M. 20. *vers.* 17. 18. 19.

17 Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos seorsum in via, & ait illis.
18 Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, ac Scribis, & condemnabunt eum morte,
19 Et tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

R. 10. *vers.* 32. 33. 34.

32 Erant autem in via ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus, et ánt que pauefacti, & sequentes timebant. Et assumptis Iesus rursum duodecim, cœpit illis dicere, quæ sibi euenta essent.
33 Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum ad mortem, & tradent illum Gentibus.
34 Et illudent illi, & flagellabunt eum & conspuent in eum, & interficient eum, & tertia die resurget.

L. 18. *vers.* 31. 32. 33 34.

31 Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.
32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conspuetur.
33 Et postquam flagellauerint, occident eum, ac die tertia resurget.
34 Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur.

Septuagesima pars duplex M R. mox Iacobus & Ioannes inducunt matrem suam, quæ cum eis accessit ad Iesum, petens vt ambo filij sui, vnus ad dexteram, alter ad sinistram, sederent in regno eius: quibus redargutis, & ad crucem reuocatis, decem indignantes aduocans, omnem primatum & superioritatem inter eos prohibuit, pergens Iericho.

M. 20. *à vers.* 20. *vsque vers.* 29.

20 Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo.
21 At ille dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram in regno tuo.
22 Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum? & baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus.
23 Ait illis, Poculum quidem meum bibetis, & baptismate quo ego baptizabimini: sedere autem ad dexteram, sed ijs contingit, quibus paratum est à patre meo.

R. 10. *à vers.* 35. *vsque vers.* 46. *inchoatum.*

35 Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Præceptor, volumus vt quicquid petierimus, facias nobis.
36 Ille verò dixit eis, Quid me vultis facere vobis?
37 Illi verò dixerunt ei, Da nobis, vt vnus à dextera tua, & alter ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.
38 Iesus autem dixit illis, Nescitis quid petatis. Potestis poculum quod ego bibo? & baptismate quo ego baptizor, baptizari?
39 Ait illi dixerunt ei, possumus. Iesus autem dixit illis: Poculum quidem quod ego bibo, bibetis: & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini:

M. 20.

24 Et quum audiſſent decem, indignati ſunt de duobus fratribus.
25 Ieſus autem aduocauit eos ad ſe, & ait, Scitis quod principes Gentium dominentur illis: & qui magni ſunt, poteſtatem exerceant in eas.
26 Non ita erit inter vos, ſed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter.
27 Et qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſeruus.
28 Sicut filius hominis non venit vt ſibi miniſtraretur, ſed vt ipſe miniſtraret: vtque daret animam ſuam redemptionis pretium pro multis.

R. 10.

40 Sed ſedere à dextris meis, & à ſiniſtris meis, non eſt meum dare, ſed his quibus paratum eſt.
41 Et quum audiſſent decem, cœperunt indignari de Iacobo & Ioanne.
42 Ieſus autem quum vocaſſet eos ad ſe, dicit illis: Scitis quod qui videntur imperare Gentibus, dominium exercent aduerſus illas. Et qui magnates ſunt inter eas, poteſtatem exercent in illas.
43 Verùm non ſic erit inter vos: ſed quicunque voluerit ex vobis fieri magnus inter vos, erit miniſter veſter.
44 Et quicunque voluerit ex vobis eſſe primus, erit omnium ſeruus.
45 Nam & filius hominis non venit vt ſibi miniſtraretur, ſed vt ipſe miniſtraret, ac daret animam ſuam redemptionis pretium pro multis.
46 Et veniunt Iericho.

Septuageſima prima ſimplex L. Ieſus appropinquans Iericho, prius quàm intraret, cæcum mendicantem iuxta viam, ad ſe clamantem, vocauit & illuminauit: qui viſu recepto, ſequutus eſt eum, glorificans Deum, omni etiam plebe vidente, & laudante Deum. Et Ieſus ingreſſus Iericho, vocauit Zachæum principem publicanorum, Sycomorum videndi cauſa conſcenſum, & hoſpitarus apud eum, conuerſum, filium eſſe Abrahæ contra murmurantes declarauit, per parabolam indicans regnum ſuum non eſſe præſentis ſæculi: ſed in hac vita fideliter laborandum: prædicens præmia, & pœnas, & vltionem rebellium futuram.

L. 18. à verſ. 35. ad finem c. 19. verſic. 19.

35 Factum eſt autem dum ipſe appropinquaret Hiericho, cæcus quidam ſedebat iuxta viam, mendicans:
36 Quum igitur audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet:
37 Nunciauerunt autem ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret.
38 Et clamauit, dicens, Ieſu, fili Dauid, miſerere mei.
39 Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret. Ipſe verò multo magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei.
40 Stans autem Ieſus, iuſſit illum adduci ad ſe. Et quum appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens:
41 Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt viſum recipiam.
42 Et Ieſus dixit ei: Recipito viſum, fides tua te ſaluum reddidit.
43 Et confeſtim viſum recepit, ac ſequebatur illum, glorificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

L. 19.

1 ET ingreſſus, perambulabat Iericho.
2 Et ecce vir nomine Zachæus, atque is princeps erat Publicanorum, & idem erat diues.
3 Et quærebat videre Ieſum quis eſſet, nec poterat præ turba, quòd ſtatura puſillus eſſet:
4 Et præcurrens, aſcendit in arbotem Sycomorum, vt videret eum: nam illac erat tranſiturus.
5 Et quum veniſſet ad eum locum, ſuſcipiens Ieſus, vidit illum: dixitque ad eum, Zachæe, feſtinans deſcende: quia hodie domi tuæ oportet me manere.
6 Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens.
7 Et quum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ingreſſus eſſet apud hominem peccatorem diuerſaturus.
8 Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.
9 Ait autem Ieſus ad eum: Hodie ſalus domui huic contigit, eò quod & ipſe filius ſit Abrahæ.
10 Venit enim filius hominis quærere, & ſeruare quod perierat.
11 Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eò quod eſſet prope Hieroſolymam, quódque exiſtimarent fore, vt confeſtim regnum Dei manifeſtaretur.
12 Dixit ergo: Homo quidam genere clarus, profectus eſt in regionem longinquam, vt acciperet ſibi regnum ac reuerteretur.
13 Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negociemini, donec veniam.
14 Ciues autem eius oderant eum, miſerúntque legationem poſt illum, dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos.
15 Et factum eſt vt rediret accepto regno, iuſſitque vocare illos ſeruos ad ſe, quibus dederat pecuniam, vt cognoſceret quid quiſque negociando, confeciſſet.
15 Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit.
17 Et ait illi: Euge bone ſerue, quia in minimo fuiſti fidelis, habeto poteſtatem ſupra decem ciuitates.
18 Et alter venit, dicens: Domine, mna tua confecit quinque mnas.
19 Et huic ait: Et tu præfectus eſto quinque ciuitatibus.
20 Et alius venit, dicens: Domine, ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario.

21 Timui enim te, quod homo auſterus ſis, tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.
22 Dicit ei: De ore tuo te iudicabo, ſerue male: ſciebas quod ego homo auſterus ſim, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui.
23 Et quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem illam?
24 Et aſtantibus, dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet.
25 Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas.
26 Dico enim vobis, quod omni habenti, dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod habet, auferetur.
27 Cæterùm inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me.
28 Et his dictis præcedebat aſcendens Hieroſolymam.

Septuageſima ſecunda ſimplex R. Ieſus cùm diſcipulis, & turba multa, egrediens Iericho, Bartimæo cæco viſum verbo reſtituit.

R. 10. à verſ. 46. ad vſque fin. c.

46 Quiſmque egrederetur ab Iericho, ac diſcipuli illius, & turba copioſa: filius Timæi, Bartimæus cæcus, ſedebat iuxta viam mendicans.
47 Et quum audiſſet quod Ieſus Nazarenus eſſet, cœpit clamare & dicere, Fili Dauid, Ieſu, miſerere mei.
48 Et increpabant illum multi vt taceret: At ille multo magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei.
49 Et ſtetit Ieſus, ac iuſſit illum vocari: & vocant cæcum, dicentes illi: Bono animo eſto, ſurge, vocat te.
50 Ille verò abiecto palio ſuo, ſurrexit, & venit ad Ieſum.
51 Et reſpondens, dicit illi Ieſus, Quid vis faciam tibi? Cæcus autem dixit ei: Raboni, vt viſum recipiam.
52 Ieſus autem dixit illi: Abi, fides tua te ſaluum fecit, & protinus recepit viſum, & ſequebatur Ieſum in via.

Septuageſima tertia ſimplex M. Ieſum cum diſcipulis egredientem Iericho, ſecuta eſt turba multa, & ecce duo cæci ſedentes in via, audientes eum tranſeuntem, & clamauerunt ad eum, qui tangens oculos eum, dedit eis viſum.

M. 20. à verſic. 29. vſque ad finem cap.

29 Et egredientibus illis ab Iericho, ſequuta eſt eum turba multa.
30 Et ecce duo cæci ſedentes iuxta viam, quum audiſſent quod Ieſus tranſiret, clamauerunt, dicentes: Miſerere noſtri Domine, fili Dauid.
31 Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Miſerere noſtri Domine, fili Dauid.
32 Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis?
33 Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi noſtri.
34 Miſericordia autem commotus Ieſus, tetigit oculos eorum: & confeſtim viſum receperunt oculi illorum, & ſecuti ſunt eum.

Septuageſima quarta ſimplex I qui ſolus loquitur de aduentu, & Cœna Domini in Bethania Sabbatho, pridie ingreſſus ſui magnifici in Ieruſalem.

I 12. à verſ. 1. vſque ad verſ. 12.

1 IEſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit in Bethaniam, vbi erat Lazarus, qui mortuus fuerat, quem ſuſcitauit à mortuis.
2 Fecerunt ergo ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat. Lazarus vnus erat ex diſcumbentibus cum eo.
3 Maria ergo accepta libra vnguenti nardi piſticæ pretioſæ, vnxit pedes Ieſu, & extersit capillis ſuis pedes eius: domus autem impleta eſt ex odore vnguenti.
4 Dicit ergo vnus ex diſcipulis eius, Iudas Simonis Iſcariotes, qui erat eum proditurus:
5 Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum eſt pauperibus?
6 Dixit autem hoc, non quod pauperes illi curæ eſſent, ſed quia fur erat, ac marſupium habebat, & ea quæ conferebantur, portabat.
7 Dixit ergo Ieſus: Sine illam, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit iſtud.
8 Pauperes enim ſempet habetis vobiſcum, me verò non ſemper habetis.
9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quod illic eſſet: & venerunt non propter Ieſum tantum, ſed vt etiam Lazarum viderent, quem ſuſcitauerat ex mortuis.
10 Conſultabant autem Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent,
11 Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

Septuageſima quinta quadruplex M. R. L. I. Ieſus poſtridie veniens Hieroſolymam aſello inſidens (quem è Bethphage, iuxta montem Oliuarum, ſibi adduci iuſſerat) obuiam habuit, ad deſcenſum montis Oliuarum, turbam Iudæorum, quæ ad diem feſtum Hieroſolymam venerat ſternentium veſtimenta ſua, & ramos in viam, & qui præcedebant, quíque ſequebantur, clamabant: Oſanna, & cætera.

M. 12. *vſque verſ.* 10.

1 ET quum appropinquaſſent Hieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montem Oliuarum tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis:

2 Ite in pagum qui ex aduerſo vobis eſt & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi.

3 Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite, Dominus his opus habet, & confeſtim emittet eos.

4 Hoc autem totum factum eſt, vt adimpletetur quod dictum eſt per prophetam dicentem.

5 Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis.

6 Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præceperat illis Ieſus.

7 Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum ſuper illa collocauerunt.

8 Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimẽta ſua in via. Alij verò cedebãt ramos de arboribus, & ſternebant in via.

9 Porrò turbæ quæ præcedebant, & quæ ſequebantur clamabant, dicentes, Hoſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſaona in altiſſimis.

R. 11. *vſque ad verſ.* 11.

1 ET quum appropinquaſſent Hieroſolymis ad Bethphage & Bethaniam, iuxta montem Oliuarum, emiſit duos è diſcipulis ſuis, & dicit illis.

2 Abite in caſtellum qui contra vos eſt, & ſtatim ingredientes in illud, inuenietis pullum alligatum, ſupra quem nullus hominum ſedit: ſoluite eum & adducite.

3 Et ſi quis vobis dixerit, cur facitis hoc? Dicite, quod Dominus eo opus habet, & confeſtim illum mittet huc.

4 Abierunt autem, & inueneruntpullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio, & ſoluũt illum.

5 Et quidam eorum qui illic ſtabant, dicebant illis: Quid faciis ſoluentes pullum?

6 At illi dixerũt eis, quemadmodum præceperat Ieſus, & dimiſerunt eos.

7 Et adduxerunt pullum ad Ieſum, & iniecerunt illi veſtimenta ſua ſedítque ſuper illum.

8 Multi verò veſtimenta ſua ſteruebant in viam. Alij verò frondes incidebant ex arboribus, & ſteruebaot in viam.

9 Et qui præcedebant, quique ſequebantur clamabant, dicentes, Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini,

10 Benedictum, quod venit regnum in nomine Domini patris noſtri Dauid, Hoſanna in altiſſimis.

L. 19. *à verſ.* 29. *vſque ad verſ.* 41.

29 Et factum eſt quum appropioquaſſet ad Bethphage, & Bethaniã, iuxta montem qui vocatur oliuarum, miſit duos diſcipulos ſuos dicens:

30 Ite in caſtellum quod eſt ex aduerſo: in quo introeuntes, inuenietis pullum alligatũ, in quo nemo vnquã hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite.

31 Et ſi quis vos interrogauerit. Quare ſoluitis? ſic dicetis ei, Quia Dominus eo opus habet.

32 Abierũt autem qui miſſi erant, & inuenerunt ſicut dixerat illis.

33 Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos: Quare ſoluitis pullum? At illi dixerunt.

34 Quia dominus eo habet opus.

35 Et duxerunt illum ad Ieſum: & iniectis veſtimẽtis ſuis ſuper pullum, impoſuerunt Ieſum.

36 Eunte autem illo, ſubſternebant veſtimenta ſua in via.

37 Et quum appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliuarum, cœperunt omnis multitudo diſcipulorum gaudentes, laudare Deum vore magna, ſuper omnibus quas viderant virtutibus dicentes:

38 Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cœlo, & glotia in altiſſimis.

39 Et quidam Phariſæorum è turba dixerunt ad illum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos.

40 Quibus ipſe ait: Dico vobis, quod ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.

I. 11. *à verſ.* 12. *vſque verſ.* 20.

12 Poſtero die turba multa quæ venerat ad feſtum, quum audiſſent quod veniret Ieſus Hieroſolymam

13 Acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant: Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſraëlis.

14 Nactus autem Ieſus aſellum, ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt:

15 Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ,

16 Hæc autem non cognouerunt diſcipuli eius primùm: Sed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quod hæc erant de eo ſcripta & quod hæc eadem feciſſent ei.

17 Teſtificabatur ergo turba quæ fuerat cũ eo quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum ex mortuis.

18 Propterea & obuiã venit ei turba, quod audiuerant eum edidiſſe hoc miraculum.

19 Phariſæi ergo dixerunt inter ſe: videtis quod non proficitis quicquam ecce mundus poſt eum abiit.

Septuageſima ſexta ſimplex L. vt Ieſus appropinquauit videns ciuitatem, fleuit ſuper eam.

L. 19. *à verſ.* 41. *vſque verſ.* 45.

41 Et vt appropinquauit videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens:

42 O ſi cognouiſſes & tu, & quidem in iſto die tuo, quæ ad pacem tuam * Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. * *Sabaudini proeſſ. portoãis, tamen.*

43 Quia venient dies ſuper te, & circundabunt te, inimici tui vallo & cingent te, & coangustabunt te vndiq;

44 Et ſolo æquabunt te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

Septuageſima ſeptima quadruplex M. R. L. I. De his quæ Ieſus ea die fecit Hieruſalem, & templum ingreſſus, & veſpere Bethaoiam cum duodecim reuerſus.

M. 21. *a verſ.* 10. *vſque verſ.* 18. *R.* 11. *verſ.* 11. *L.* 19. *verſ* 45. 46. *I.* 12. *a verſ.* 20. *vſque verſ.* 17.

10 Et quum intraſſet Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens, Quis eſt hic?

11 Turbæ autem dicebant, Hic eſt Ieſus propheta ille à Nazareth Galilææ.

12 Et intrauit Ieſus in templũ Dei, & eijciebat omnes vendentes & ementes in templo: meuſaſque numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dixit eis:

13 Scriptum eſt, Domus mea, domus precationis vocabitur. At vos feciſtis illam ſpeluncam latronum.

14 Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo, & ſanauit eos.

15 Quum vidiſſent principes ſacerdotum & Scribæ, mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, dicentes, Hoſanna filio Dauid: indignati ſunt, & dixerunt ei:

16 Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit eis, vtique. Nunquam legiſtis. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?

17 Et relictis illis exiit è ciuitate in Bethaniam: & diuerſatus eſt illic.

11 Et ingreſſus eſt Hieroſolymam Dominus, & in templum: Et quum circunſpexiſſet omnia, quum iam veſperaſſet hora, exijt in Bethaniã cum duodecim.

45 Et ingreſſus in templum cœpit eijcere vendentes in illo, & ementes, dicens illis:

46 Scriptum eſt, Domus mea, domus precationis eſt: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

20 Erat tamen quidam Græci ex his qui aſcenderant, vt adorarent in feſto.

21 Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, erat à Betſaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Ieſum videre.

22 Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Philippus dicunt Ieſu

23 Ieſus autem reſpondit eis, dicens: venit hora vt glorificetur filius hominis.

24 Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: Si verò mortuum fuerit, multum fructum adfert.

25 Qui amat animam ſuam, perdet eam: Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodiet eam.

26 Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: Et vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit: Et ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater.

27 Nunc anima mea turbata eſt: Et quid dicam? Pater, ſeruato me ex hora hac: Sed propterea veni in horam hanc.

28 Pater, glorifica nomen tuum, venit ergo vox de cœlo (dicens) Et glorificaui & rurſus glorificabo.

29 Turba ergo quæ aſtabat & audierat, dicebat, tonitruum eſſe factum: Alii dicebant, angelus ei loquutus eſt.

30 Reſpondit Ieſus & dixit: Non propter me hæc vox facta eſt, ſed propter vos.

31 Nunc iudicium eſt mundi huius, nunc princeps mundi huius eiicietur foras.

32 Et ergo ſi exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipſum.

33 Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet morituros.

34 Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quod Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis?

35 Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc ad breue tempus lumen vobiſcum eſt: ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant. Nam qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat.

36 Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis ſitis. Hæc loquutus eſt Ieſus: ac digreſſus abſcondit ſe ab eis.

Septuageſima octaua duplex M. R. poſtridie, quem vocamus Lunæ, Ieſus è Bethania Ieruſalem rediens, quum in via eſuriret, acceſſit ficum, & quia folia tantùm inuenit, maledixit ei, quæ ſtatim exaruit.

M. 21. *verſic* 18. 19. *R.* 11. *verſ.* 12. 13. 14.

18 Mane autem reuertens in ciuitatem, eſurijt.

19 Et quum vidiſſet ficũ arborem vnam in via, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantùm: & ait illi, Ne poſthac ex te fructus naſcatur in æternum. Et arefacta eſt continuò ficus.

12 Et poſtero die, quum exiſſent Bethania, eſurijt.

13 Quumque vidiſſet procul ficum habentem folia, ſi fortè inueniret aliquid in ea: & quum veniſſet ad eam, nihil inuenit niſi folia: non enim erat tempus ficuum.

14 Et reſpondens Ieſus dixit ficui: Ne poſthac ex te in æternum quiſquam fructum edat. Et audiebant diſcipuli illius.

Septuageſima nona ſimplex R. Eadem die Lunæ mane, Ieſus templum ingreſſus, iterum eiecit vendentes & ementes.

R. 11. *verſ.* 15. 16. 17.

15 Veniũntque Hieroſolymam. Et ingreſſus Ieſus in templum, cœpit eijcere eos, qui vendebant & emebant in templo, & meoſas numulariorum, & ſellas vendentium columbas ſubuertit.

16 Et non ſinebat vt quiſquam deportaret vas per templum.

17 Et docebat, dicens illis: Nonne ſcriptum eſt, Domus mea, domus precationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Octogeſima pars duplex R. L. Chriſtus perſeuerat docere in templo, Scribis & Principibus ſacerdotum quærentibus eum occidere, ſed timentibus populum admirantem doctrinam eius, qui veſpere, ciuitatem exiuit.

R. 11. verſ. 18. 19.

18 Et audierunt Scribæ, Principéſque ſacerdotum, & quærebant quomodo eum perderent. Timebant enim eum, quia tota turba admirabatur ſuper doctrina eius.
19 Et quum adueſpetaſſet, egreſſus eſt è ciuitate.

L. 19. verſ. 47. 48. & fin. c.

47 Et docebat quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum & Scribæ quærebant illum perdere, & primates populi.
48 Nec inuenichant quid facerent: populus enim vniuerſus pendebat ab ore eius, quum audiret illum.

Octogeſima prima duplex M. R. die tertia ſeu Martis mane, Chriſto tedeunte Hieroſolymam, diſcipuli vident in via dictam ficum aridam: Chriſtus docet eos de certitudine fidei, & de orando.

M. 21. verſic. 20. 21. 22.

20 Et eo viſo diſcipuli mirati ſunt, dicentes, Quomodo cuntinuò exaruit ficus?
21 Reſpondens autem Ieſus, ait eis, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſolùm hoc quod accidit ficui, facietis: verumetiam ſi monti huic dixeritis, Tollitor, & proijcitor in mare fiet.
22 Et omnia quæcunque petieritis in precatione, credentes, accipietis.

R. 11. à verſ. 20. vſque ad verſ. 27.

20 Et mane prætereuntes, viderunt ficum exaruiſſe radicitus,
21 Et recurdatus Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa, quam execratus es, exaruit.
22 Et reſpondens Ieſus, dicit illis: Habete fidem Dei.
23 Amen dico vobis, quod quicunque dixerit monti huic: Tollatis, ac mittaris in mare: & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit futura quæ dicit, erit illi quicquid dixerit.
24 Propterea dico vobis, Quæcunque orantes petitis, credite quod accipietis, & contingent vobis.
25 Et quum ſteteritis orantes, remittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem;
26 Vt & pater veſter qui in cœlis eſt, remittat vobis peccata veſtra.

Octogeſima ſecunda triplex M. R. L. quum Ieſus dicta tertia die templum ingreſſus, doceret: Principes ſacerdotum, Scribæ, & ſeniores congregati aduerſus eum, interrogarunt, qua auctoritate præcedenti biduo vendentes & ementes, cum eorum mercibus, menſis, pecunijs bis eieciſſet, vtque ab eo confutati ſunt, & ad pudendum ſilentium adacti.

M. 21. à verſ. 23. vſque ad verſ. 28.

23 Et quum veniſſet in templum, acceſſerunt ad eum docentem Principes Sacerdotum, & ſeniores populi, dicentes, Qua auctoritate hæc facis? & quis tibi dedit iſtam auctoritatem?
24 Reſpondens autem Ieſus, dixit eis: Interrogabo vos, & ego verbum vnum, quod ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam, qua auctoritate hæc facio.
25 Baptiſmus Ioannis vnde erat? è cœlo, an ex hominibus? At illi ratiocinabantur apud ſeipſos, dicentes, Si dixerimus è cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidiſtis illi?
26 Sin autem dixerimus ex hominibus: timemus multitudinem: omnes enim habent Ioannem vt Prophetam.
27 Et reſpondentes Ieſu, dixerunt, neſcimus. Ait illis & ipſe, nec ego dico vobis, qua auctoritate hæc facio.

R. 11. à verſ. 27. vſque ad fin. c.

27 Et veniunt rurſus Hieroſolymam: & quum ipſe ambularet in templo, veniunt ad illum Principes Sacerdotum, & Scribæ, & ſeniores, & dicunt illi:
28 Qua auctoritate hæc facis? & quis tibi dedit auctoritatem iſtã, vt iſta facias?
29 Ieſus autem reſpondens, dixit illis: Quæram à vobis & ipſe verbum vnum, & reſpondete mihi, & dicam vobis qua auctoritate hæc facio.
30 Baptiſmus Ioannis vtrum è cœlo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi.
31 Et ratiocinabantur inter ſeſe, dicentes: Si dixerimus è cœlo, dicet: Cur igitur non credidiſtis illi?
32 At ſi dixerimus, ex humanibus: timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem, quod verè Prophetа fuiſſet.
33 Et reſpondentes, dicunt Ieſu, Neſcimus. Et Ieſus reſpondens dicit illis, Nec ego dicam vobis, qua auctoritate hæc facio.

L. 20. vſque ad verſic. 9.

1 ET factum eſt lo vno dierum illorum, ducente illo populũ in templo, & euangelizante, ſuperuenerunt Principes Sacerdotum, & Scribæ, cum ſeniotibus.
2 Et dixerunt illi, dicentes: Die nobis qua auctoritate iſta facis? Aut, quis eſt qui dedit tibi iſtam auctoritatem?
3 Reſpondens autem Ieſus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum quiddam, & reſpondete mihi:
4 Baptiſmus Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus?
5 At illi cogitabant intra ſe, dicentes: Si dixerimus è cœlo: dicet, Quare ergo non credidiſtis illi?
6 Sin autem dixerimus ex hominibus, plebs vniuerſa lapidabit nos. Perſuaſum enim habet Ioannem propheram eſſe.
7 Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet.
8 Et Ieſus ait illis: Neque ego dico vobis qua auctoritate hæc facio.

Octogesima tertia simplex M. non audentibus respondere, Christus parabolam proponit, ad quam respondentes, turpius confutantur.

M. 21. à vers. 28. vsque ad vers. 33.

28 Quid autem vobis videtur? Homo habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea.
29 Ille autem respondens, ait, Nolo: Postea verò pœnitentia motus abiit.
30 Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo, Domine, & non iuit.
31 Vter è duobus fecit voluntatem patris? Et dicunt ei, primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quod publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei.
32 Venit enim ad vos Ioannes per viam iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem quum vidisseris, non fuistis commoti pœnitentia postea, vt crederetis ei.

Octogesima quarta triplex M. R. L. Iesus parabolam infidorum vinitorum proponit eis, qui, sentientes se attactos, in eum conspirarunt.

M. 21. à vers. 33. vsque ad fin. c. *R. 12. vsque ad vers. 13.* *L. 20. à vers. 9. vsq; ad vers. 20.*

33 Aliam parabolam audite: Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei: & fodit in ea torcular & ædificauit turrim, & elocauit eam agricolis ac petegre profectus est.
34 Quum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus ipsius.
35 Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium verò lapidauerunt.
36 Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter.
37 Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens, reuerebuntur filium meum.
38 Agricolæ autem viso filio, dixerunt inter se, Hic est hæres, venite, occidamus eum, & occupemus hæreditatem eius.
39 Et apprehensum eum eiecerunt ex vinea, & occiderunt.
40 Quum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?
41 Aiunt illi, malos ipsos malè perdet: & vineam suam elocabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.
42 Dicit illis Iesus, Nunquam legistis in scripturis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?
43 Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.
44 Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: Super quem verò ceciderit, conteret eum.
45 Et quum audissent principes Sacerdotum ac Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret.
46 Et quærentes illi manus iniicere, timuerunt turbas, quoniam tanquam propheram eum habebant.

1 Et cœpit illis per parabolas loqui. Vineam plantauit homo, & circundedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & elocauit eam agricolis, & peregre profectus est,
2 Et misit ad agricolas tempore opportuno seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.
3 At illi arreptum illum ceciderunt, ac remiserunt vacuum.
4 Et rursum misit ad illos alium seruum, & illi coniectis in eum saxis, contuderunt illi caput, & remiserunt contumelijs affectum.
5 Et rursum alium misit, & illum occiderunt, multósque alios, hos quidem cædentes, alios verò occidentes.
6 Quum ergo vnum adhuc haberet filium suum dilectum, misit etiam illum ad illos postremum, dicens, reuerebuntur filium meum.
7 Illi verò agricolæ dixerunt adinuicem, Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.
8 Et arreptum illum occiderunt & eiecerunt è vinea.
9 Quid ergo faciet dominus vineæ? veniet & perdet agricolas, & dabit vineam aliis.
10 Anne hanc quidem scripturam legistis: lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli:
11 A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?
12 Et quærebant eum comprehendere, & metuebant turbam. Sciebant enim quod aduersus ipsos parabolam dixisset. Et relicto illo abierunt.

9 Cœpit autem dicere ad populum parabolam hanc: Homo quidam plantauit vineam, & elocauit eam colonis, & ipse peregre egit multo tempore.
10 Et opportuno tempore misit ad colonos seruum, vt de fructu vineæ darent ipsi. At coloni cæsum emiserunt eum inanem.
11 Et rursus adhuc alterum seruum misit: illi verò hunc quoque cæsum, & contumelijs affectum emiserunt inanem.
12 Rursus misit & tertium. At illi hunc quoque vulneribus inflictis, eiecerunt.
13 Dixit autem dominus vineæ. Quid faciam? Mittam filium meum illum dilectum: forsitan quum hunc viderint, reuerebuntur.
14 Viso autem eo coloni, cogitauerunt inter seipsos, dicentes: Hic est hæres, venite occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas.
15 Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis.
16 Quod quum audissent, dixerunt: Absit. Ille verò intuitus eos ait:
17 Quid est ergo quod scriptum est, lapidem quem reprobauerunt & ædificantes, is factus est caput anguli?
18 Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur. Super quem autem ceciderit comminuet illum.
19 Et quærebant principes Sacerdotum & scribæ iniicere in illum manus eadem hora, & timuerunt populum. Cognouerunt enim quod in ipsos dixisset similitudinem hanc.

Octogeſima quinta ſimplex M. Ieſus aliam addit parabolam, de rege faciente nuptias filio, & de inuitatis partim negligentibus, partim rebellibus, eorúmque punitione. De vndecuoque conuocatis diſcumbentibus, de carente veſte nuptiali ligato, & in tenebras & dolores electo.

M. 22. vſque verſ. 15.

1 ET reſpondens Ieſus, iterum dixit eis per parabolas, dicens:
2 Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.
3 Et miſit ſeruos ſuos, vt vocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant venire:
4 Rurſus emiſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia mactata ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias.
5 Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam.
6 Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius & contumeliis affectos occiderunt.
7 Rex autem quum audiſſet iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.
8 Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni.
9 Ite ergo ad exitus viarum, & quotcunque inueneritis, vocate ad nuptias.
10 Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quotquot inuenerunt malos pariter ac bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentibus.
11 Ingreſſus autem rex vt videret diſcumbentes, vidit illic hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi:
12 Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.
13 Tunc dixit rex miniſtris, Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.
14 Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi:

Octogeſima ſexta triplex M. R. L. Phariſæi communicato fraudulento conſilio cum Herodianis, tentant Ieſum ſuper cenſu Cæſareo, & ſapienti reſponſo attoniti, abierunt: & eadem die Sadducæi inſurgentes, & contra reſurrectionem ſtolidè interrogantes, confutantur.

M. 22. à verſ. 15. vſque ad verſ. 34. R. 12. à verſ. 13. vſque ad verſic. 28. L. 20. à verſ. 20. vſque ad verſ. 41.

15 Tunc abeuntes Phariſæi conſilium cœperunt, vt illaquearent eum in ſermone.
16 Et ad illum emittunt diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quod verax es, & viam Dei in veritate doceas, neque cures quemquam: non enim reſpicis perſonã hominum.
17 Dic ergo nobis, quid tibi videtur, Licet cenſum dare Cæſari, an non?
18 Cognita autem Ieſus malitia eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritæ?
19 Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt denarium.
20 Et ait illis, Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio?
21 Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.
22 Et his auditis, mirati ſunt, & omiſſo eo abierunt.
23 In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogauerunt eum, dicentes:
24 Magiſter, Moſes dixit, ſi quis mortuus fuerit non habẽs filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
25 Erant autem apud nos ſeptem fratres, & primus vxore ducta defunctus eſt: ac non habens ſemẽ, reliquit vxorẽ ſuã fratri ſuo.
13 Ac mittunt ad eum quoſdam è Phariſæis & Herodianis, vt eum captarent ſermone.
14 Illi verò quum veniſſent, dicũt ei: Præceptor, ſcimus quod verax es, & non curas quemquam: non enim reſpicis perſonam hominum, ſed in veritate viã Dei doces: Licet cenſum Cæſari dare, an non? demus, an non demus?
15 Ille verò ſciens eorum ſimulationem, dixit illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, vt videam.
16 Illi verò attulerunt. Et dicit eis: Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Illi verò dixerũt ei: Cæſaris.
17 Et reſpondens Ieſus dixit illis, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo. Et admirati ſunt ſuper eo.
18 Et venerunt Sadducæi ad illum, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: interrogauerũntque eum, dicentes:
19 Præceptor, Moſes ſcripſit nobis, ſi cuius frater mortuus fuerit, ac relinquat vxorem, & liberos non relinquat, vt accipiat frater eius vxorem illius & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
20 Septem fratres fuerunt, ac primus accepit vxorem, & moriens non reliquit ſemen:
21 Et ſecundus accepit illam, ac mortuus eſt, nec ipſe reliquit
10 Et obſeruantes emiſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularẽt, vt caperent eum in ſermone, traderẽtque illum principatui, & poteſtati præſidis.
21 Et interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, ſcimus quod rectè dicis, ac doces: nec reſpicis perſonam, ſed viam Dei cum veritate doces:
22 Licet nobis tributum dare Cæſari, an non?
23 Intellecta autem illorum verſutia, dixit ad eos: Quid me tentatis?
24 Oſtendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes, dixerunt, Cæſaris.
25 Et ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.
26 Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram populo, & mirati ſuper reſponſo eius, tacuerunt.
27 Acceſſerunt autem quidã Sadducæorum, qui negant eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes:
28 Magiſter, Moſes ſcripſit nobis, ſi cuius frater mortuus fuerit habens vxorem, iſque ſine liberis mortuus fuerit vt accipiat frater eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
29 Septem ergo fratres erant, &

M. 22. *R.* 12. *L.* 10.

26 Similiter ſecundus, & tertius, vſque ad ſeptimum.
27 Nouiſſimè autem omnium defuncta eſt & mulier.
28 In reſurrectione ergo eius, cuius è ſeptem illis erit vxor? omnes enim habuerunt eam.
29 Reſpondens autem Ieſus ait illis, erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei.
30 In reſurrectione enim neque ducunt vxores, neque nuptui dantur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo.
31 De reſurrectione verò mortuorum, non legiſtis quod vobis dictum eſt à Deo, qui ait.
32 Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Deus, non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.
33 Et quum audiſſent turbæ, ſtupuerunt de doctrina eius.

ſemen: & tertius ſimiliter.
22 Et acceperunt eam ſeptem, nec reliquerunt ſemen. Poſtrema verò omnium mortua eſt & mulier.
23 In reſurrectione igitur cuũ reſurrexerint cuius illorũ erit vxor? Nam ſeptẽ habuerunt eã vxorẽ.
24 Et reſpondens Ieſus, dixit eis, An non propterea erratis, quod neſciatis ſcripturas, neque virtutem Dei?
25 Quum enim à mortuis reſurrexerint, neque ducunt matrimonium, neque nuptum dantur, ſed ſunt velut angeli qui in cœlis ſunt.
26 Cæterùm de mortuis, quod reſuſcitentur, non legiſtis in libro Moſi, quomodo in rubo loquutus ſit illi Deus, dicens: Ego ille Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.
27 Non eſt Deus mortuorum, ſed Deus viuentium. Vos igitur multum erratis.

primus accepit vxorem, ac mortuus eſt ſine liberis.
30 Et accepit ſecundus illam, & ipſe mortuus eſt ſine liberis.
31 Et tertius accepit illam, ſimiliter & cæteri ſeptem, nec reliquerunt liberos, & mortui ſunt:
33 Nouiſſimè omnium mortua eſt & mulier.
34 In reſurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? ſi quidem ſaptem habuerunt eam vxorem.
34 Et reſpondens ait illis Ieſus: Filii huius ſæculi ducunt vxores & nuptum dantur.
35 Illi verò qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque ducunt vxores, neque nuptum dantur.
36 Neque enim vltra mori poſſunt: æquales enim angelis ſunt & filii ſunt Dei, quum ſint filii reſurrectionis.
37 Quod verò reſurgant mortui, & Moſes oſtendit in rubũ, quum dicit dominum Deum Abraham & Deum Iſaac, & Deum Iacob.

38 Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum: omnes enim illi viuunt.
39 Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt: Magiſter, bene dixiſti.
40 Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

Octogeſima ſeptima duplex M. R. Phariſæi & Scribæ videntes Ieſum confutaſſe Sadducæos, interrogant eum quod primum præceptorum legis? Cùm reſpondiſſet, & vnus Scribarum approbaſſet, Ieſus ait eum non eſſe à longe à regno Dei.

M. 22. *à verſ.* 34. *vſque verſ.* 41. *R.* 12. *à verſ.* 28. *vſque verſ.* 35.

34 Phariſæi autem quum audiſſent, quod obturaſſet os Sadducæis, conuenerunt in vnum.
35 Et interrogauit eum vnus ex eis, legis doctor, tentans eum, & dicens:
36 Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?
37 Ait illi Ieſus, Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
38 Hoc eſt primum, & magnum mandatum.
39 Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
40 In his duobus mandatis, tota lex & prophetæ pendent.

26 Et cùm acceſſiſſet quidam è Scribis, qui audierat eos ſimul diſputantes, videretque quod bene reſpondiſſet eis, interrogauit illum: Quod eſt primum omnium mandatorum?
29 Ieſus autem reſpondit illi: Primum omnium mandatorum eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt.
30 Et Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Hoc eſt primum mandatum.
31 Et ſecundum ſimile huic eſt: Diliges proximum tuum, vt teipſum. Maius his aliud mandatum non eſt.
32 Et dixit illi Scriba: Bene præceptor, in veritate dixiſti, quod vnus eſt Deus, & non ſit alius præter eum.
33 Quodque diligere eum ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere proximum vt ſeipſum, plus ſit quàm holocaustomata & ſacrificia.
34 At Ieſus videns quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longè à regno Dei. Et nemo amplius audebat illum interrogare.

Octogeſima octaua triplex M. R. L. Ieſus interrogat Phariſæos, quomodo Chriſtus filius eſſet Dauidis: & ad ſilentium adiguntur, nec amplius interrogare audent.

M. 22. *à verſ.* 41. *vſque verſ.* 46. *R.* 12. *à verſ.* 35. *vſque verſ.* 38. *L.* 20. *à verſ.* 41 42. 43. 44.

41 Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus dicens,
42 Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei, Dauidis.
43 Ait illis, Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum dicens?
44 Dixit Dominus domino meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, ſubſellium pedum tuorum.

35 Et reſpondens Ieſus docebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ, Chriſtum eſſe filium Dauid?
36 Nam ipſe Dauid dixit in ſpiritu ſancto: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis.
37 Ipſe ergo Dauid dicit eum dominum, & vnde filius eius

41 Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt, Chriſtum filium eſſe Dauid?
42 Et ipſe Dauid dicit in libro pſalmorum: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis.
43 Donec poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuo-

M. 22. *R.* 12. *L.* 20.

45 Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est?
46 Et nemo poterat ei respondere quicquam, neque ausus fuit quisquam ex eo die eum amplius interrogare.

est? Et multa turba audiebat illum libenter.

rum:
44 Dauid ergo dominum illum vocat, & quomodo filius eius est? *Psal* 109.

Octogesima nona duplex R. L. Christus monet cauendum à Scribis, qui ambiunt salutationes & primas sedes, & deuorant viduas pretextu longæ orationis: & de vidua donante duo minuta tantum, & tamen plus dedit multis diuitibus

R. 12. *à vers.* 38. *vsque fi. c.* *L.* 20. *vers.* 45. *vsque* c. 21. *vers.* 5.

38 Et dicebat illis in doctrina sua: Cauete à scribis, qui amant stolati obambulare, & salutationes in foris.
39 Primásque sellas in congregationibus, & primos accubitus in cœnis.
40 Qui deuorant domos viduarum, & in speciem vruntur longis precibus: isti accipient grauiorem damnationem.
41 Et quum sederet Iesus exaduerso gazophylacij, spectabat quomodo turba mitteret æs in gazophylacium. Et multi diuites mittebant multa.
42 Et quum venisset quædam vidua pauper, misit minuta duo: quod est quadrans.
43 Vocatísque ad se discipulis suis, dicit illis: Amen dico vobis, quod vidua hæc pauper plus misit, quàm omnes qui miserunt in gazophylacium.
44 Nam omnes, ex eo quod ipsis supererat, miserunt. At hæc, è penuria sua omnia, quæcunque habebat misit, totum victum suum.

45 Audiente verò cuncto populo dixit discipulis suis.
46 Cauete à scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, ac primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuijs.
47 Qui deuorant domos viduarum, simulantes longas preces: hic accipient damnationem maiorem.

L. 21.

1 SVblatis autem oculis, vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites.
2 Vidit autem & quandam viduam pauperculam, mittentem illuc ærea minuta duo.
3 Et dixit: verè dico vobis, quod vidua hæc pauper, plus quàm omnes intulit.
4 Nam omnes hi, ex eo quod ipsis redundat, intulerunt in munera Dei: hæc autem, ex penuria sua victum illum substantiam, quam habebat, misit.

Nonagesima pars simplex I. De his quæ docuit Iesus in templo post dictam diem primam: Et sic verisimiliter die tertia, quæ vocatur Martis, post multa signa facta biduo præcedenti, & de excæcatione incredulorum, & dissimulatione multorum ex principibus credentium.

I. 11. *à vers.* 37. *ad vsque fi. c.*

37 Quum autem tam multa signa fecisset coram eis, non credebant in eum:
38 Vt sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit fermoni nostro: & brachium Domini cui reuelatum est?
39 Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias:
40 Excæcauit oculos eorum, & obdurauit cor eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.
41 Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo.
42 Veruntamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, ne è Synagoga ejicerentur.
43 Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.
44 Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me: sed in eum qui misit me.
45 Et qui videt me, videt eum qui me misit.
46 Et lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.
47 Et si quis audierit verba mea, & non crediderit, ego non condemno eum. Non enim veni vt condemnem mundum, sed vt seruem mundum.
48 Qui reijcit me, nec accipit verba mea, habet qui condemnet ipsum. Sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in vltimo die:
49 Quia ego ex meipso non sum loquutus: sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.
50 Et scio quod mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

Nonagesima prima simplex M. Iesus Scribarum & Phariſæorum hypocrisim & scelera acriter carpit & minatur.

M. 23.

1 TVnc Iesus loquutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens:
2 In cathedra Mosis sederunt * Scribæ & Phariſæi:
3 Omnia ergo quæcunque dixerint vobis vt seruetis, seruate & facite: secundum verò opera eorum, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. * *profitentur*
4 Alligant enim onera grauia, difficiliáque portatu, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.

5 Omnia verò opera ſua faciunt in hoc, vt ſpectentur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria ſua, & amplificant fimbrias palliorum ſuorum.
6 Amantque primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis,
7 Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi.
8 Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter (nempe) Chriſtus: omnes autem vos fratres eſtis.
9 Et patrem nolite vocare vobis in terra: vnus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt.
10 Nec vocemini magiſtri, vnus enim veſter eſt magiſter (nempe) Chriſtus.
11 Sed qui maximus eſt veſtrûm, erit * miniſter veſter.
* pro, ſit.
12 Qui autem ſeſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſeſe humiliauerit, exaltabitur.
13 Væ autem vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia claudiris regnum cœlorum coram hominibus: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.
14 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum: idque prætextu prolixæ precationis propter hoc grauius punietmini.
15 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, magis quàm vos.
16 Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit per aurum templi, debet.
17 Stulti & cæci vtrum enim maius eſt aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?
18 Et quicunque iurauerit per altare, nihil eſt: quicunque autem iurauerit per donum quod eſt ſuper illud, debet.
19 Stulti ac cæci, vtrum enim maius eſt, donum, an altare quod ſanctificat donum?
20 Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipſum, & per omnia quæ ſuper illud ſunt.
21 Et qui iurauerit per templum, iurat per illud, & per eum qui habitat in ipſo.
22 Et qui iurauerit per cœlum, iurat per thronum Dei, & per eum qui ſedet ſuper ipſum.
23 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & omittitis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam ac fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.
24 Duces cæci, excolentes culicem: camelum autem deglutientes.
25 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia purgatis exteriorem poculi patinæque partem: exterûm intus plena ſunt rapina & intemperantia.
26 Phariſæe cæce, purga prius quod eſt intra poculum & patinam, vt & exteriores horum partes puræ reddantur.
27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, omniſque ſpurcitia.
28 Sic & vos, foris quidem apparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.
29 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis:
30 Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarum.
31 Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quod filij eſtis eorum qui Prophetas occiderunt.
32 Vos quoque complete menſuram patrum veſtrorum.
33 Serpentes, progenies viperarum, quomodo effugietis iudicium gehennæ?
34 Ideo, ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & illorum aliquos occidetis, crucifigetiſque, & illorum nonnullos flagellabitis in Synagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem
35 Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.
36 Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.
37 Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſtis?
38 Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta.
39 Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Nonageſima ſecunda triplex M. R. L. De exitu Chriſti è templo, dicta die tertia, & vaticinio deſtructionis eius, & de ſermone in monte Oliuarum facto per Chriſtum diſcipulis ſuis eadem die, quam vocamus Martis, ſero, videlicet de ſignis deſtructionis templi, & Hieruſalymæ, & iudicij vltimi.

M. 24. *vſque verſ.* 43. *R.* 13. *L.* 21. *à ver.* 5. *vſque ver.* 37.

1 ET egreſſus Ieſus è templo abibat & acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ſtructuras templi.
2 Ieſus autem dixit illis, Nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.
3 Sedente autem eo in monte Oliuarum, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſeorſum dicentes: Die nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis

1 ET quum egrederetur è templo, dixit illi quidam è diſcipulis eius: Præceptor, vide quales lapides, & quales ſtructuræ.
2 Et Ieſus reſpondens ait illi, vides has magnas ſubſtructiones? non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.
3 Et quum ſederet in monte Oliuarum exaduerſo templi, interrogabant eum ſecreto Petrus & Iacobus, & Ioannes, & Andreas:
4 Die nobis quando hæc erunt? & quod

5 Et quibuſdam dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus ac donis ornatum eſſet, dixit:
6 Hæc quæ videtis? venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.
7 Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt? & quod ſignum quando iſta futura ſint?
8 At ille dixit: Videte ne ſeducamini. Multi enim venient ſub nomine meo, dicentes, quia ego ſum,

Mt. 24.

consummationis sæculi?
4 Et respondens Iesus dixit eis, videte ne quis vos seducat:
5 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: multósque seducent.
6 Audituri enim estis bella, & rumores bellorum: Videte ne turbemini. Oportet enim omnia hæc fieri, sed nondum est finis.
7 Consurget enim gens contra gentem & regnum contra regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus variis locis.
8 Hæc autem omnia initium sunt dolorum.
9 Tunc tradent vos in afflictionem, & occident vos, & eritis inuisi cunctis gentibus propter nomen meum.
10 Et tunc scandalia abuntur multi, & alius alium inuicem tradēt, séque odio habebunt inuicem.
11 Et multi pseudoprophetæ exorientur, ac seducent multos,
12 Et propterea quod multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum.
13 Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.
14 Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.
15 Quum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat:
16 Tunc qui in Iudæa sunt: fugiant ad montes:
17 Qui in tecto, non descendat vt tollat quicquam de domo sua.
18 Et qui in agro, non reuertatur vt tollat vestes suas.
19 Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.
20 Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hieme, neque sabbato.
21 Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc vsque tempus, neq; fiet.
22 Et nisi decurtati fuissent dies illi, non fieret omnis caro: sed propter electos decurtabuntur dies illi.
23 Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, aut illic, nolite credere.
24 Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi.
25 Ecce prædixi vobis.
26 Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere.
27 Sicut enim fulgur exit ab oriente, & relucet vsque in occidentem: ita erit aduentus filij hominis.
28 Vbicunq; enim fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ.

Mr. 13.

quod signum est quando hæc omnia sint consummanda?
5 At Iesus respondens illis, cœpit dicere, videte ne quis vos seducat.
6 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, ego sum Christus, multósque decipient.
7 Quum autem audieritis bella & rumores bellorum, ne turbemini, oportet enim fieri: at nondum finis.
8 Insurget enim gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum. Et erunt terræ motus per loca. Et erunt fames ac turbationes. Initia dolorum hæc:
9 Sed cauete vos vobis ipsis: tradent enim vos in concilia, & in Synagogas: cædemini, & coram præsidibus ac regibus sistemini propter me in testimonium illis.
10 Et apud omnes gentes oportet prius prædicari Euangelium.
11 Quum autem duxerint vos tradentes, ne solicitè præcogitetis quid dicturi sitis, neque meditemini: sed quicquid datum fuerit vobis in illa hora, hoc loquamini. Non enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus.
12 Tradet autem frater frattem in mortem, & pater filium, & insurgent filij aduersus parentes, ac morte afficient eos.
13 Et eritis exosi omnibus propter nomen meum: sed qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit.
14 Quum autem videritis abominationem desolationis, de qua dictum est à Daniele Propheta, stantem vbi non oportet (qui legit intelligat) tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant ad montes:
15 Qui vero fuerit in tecto, ne descendat in domum, nec ingrediatur vt quicquā tollat è domo sua.
16 Et qui fuerit in agro, ne reuertatur retro ad tollendum pallium suum.
17 Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.
18 Sed orate, ne fiat fuga vestra hyeme.
19 Erunt enim dies illi tales afflictio, qualis non fuit à primordio rerum conditarum, quas condidit Deus, vsque ad hoc tempus, nec futura est.
20 Et nisi Dominus abbreuiasset dies, haudquaquam salua fuisset vlla caro. Sed propter electos quos elegit, abbreuiauit dies.
21 Ac tum si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, ecce illic, ne credatis.
22 Exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & edent signa & prodigia ad decipiendum, si fieri possit, etiam electos.

L. 21.

sum, & tempus instat: ne igitur sequamini eos.
9 Quum autem audieritis bella & seditiones, nolite terreri: oportet enim prius hæc fieri: sed non statim finis.
10 Tunc dicebat illis: Insurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum,
11 Et terræmotus magni erunt in variis locis, & fames, ac pestilentiæ, terriculamentáque, & signa de cœlo magna erunt.
12 Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in conciliabula & carceres, trahentes ad reges ac præsides propter nomen meum.
13 Continget autem vobis in testimonium.
14 Ponite igitur in cordibus vestris, non esse præmeditandam defensionem:
15 Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere, neque resistere omnes qui aduersantur vobis.
16 Prodemini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient quosdam ex vobis.
17 Et eritis exosi omnibus propter nomen meum.
18 Et capillus de capite vestro non peribit.
19 In patientia vestra possidete animas vestras.
20 Quum autem videritis circundari ab exercitibus Hierosolymam, tunc scitote quod appropinquauit desolatio eius.
21 Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus * non intrent in eam: * *al.* in agris.
22 Quia dies vltionis hi sunt vt impleantur omnia quæ scripta sunt.
23 Væ autem prægnantibus, & mamma nutrientibus in illis diebus. Erit enim afflictio magna super terram, & ira in populo hoc.
24 Et cadent acie gladij, & captiui ducentur in omnes gentes: Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora gentium.
25 Et erunt signa in Sole & Luna & stellis, & in terris angustias gentium in desperatione, resonante mari & fluctibus.
26 Exanimatis hominibus præ timore & expectatione eorum, quæ supervenient orbi terrarum. Nam potestates cœlorum commouebuntur.
27 Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate & gloria multa.
28 His autem fieri incipientibus, suspicite & attollite capita vestra,

M. 24.

29 Statim autem poſt afflictionem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & poteſtates cœlorum commouebuntur.

30 Et tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum potentia & gloria multa.

31 Et mittet Angelos ſuos cum tubæ voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, ab extremis cœlorum vſque ad extrema eorundem.

32 Ab arbore autem ficu diſcite ſimilitudinem: quum iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata, ſcitis quod prope ſit æſtas.

33 Ita & vos quum videritis hæc omnia, ſcitote quod prope ſit in foribus.

34 Amen dico vobis, non præteribit ætas hæc, donec omnia iſta facta ſint.

35 Cœlum & terra præteribunt, verba autem mea nequaquam præteribunt.

R. 13.

53 Vos autem cauete. Eeee prædixi vobis omnia.

24 Cæterum in illis diebus, poſt afflictionem illam, ſol obtenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum.

25 Et ſtellæ cœli decident, & virtutes quæ in cœlis ſunt, commouebuntur.

26 Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum poteſtate multa & gloria.

27 Et tunc mittet Angelos ſuos, & congregabit electos ſuos, à quatuor ventis, à ſummo terræ vſque ad ſummum cœli.

28 A ficu verò diſcite ſimilitudinem, quum ramus eius iam tener fuerit, produxerítque folia, ſcitis quod prope ſit æſtas.

29 Sic & vos quum hęc videritis fieri, ſcitote quod prope ſit in foribus.

30 Amen dico vobis, quod non præteribit generatio hæc, donec omnia hęc facta fuerint.

31 Cœlum & terra præteribunt, ſed verba mea non præteribunt.

32 Cæterùm de die illo ac tempore, nemo nouit, ne Angeli quidem qui in cœlo ſunt, nec ipſe filius, ſed ſolus pater.

33 Cauete, vigilate & orate, neſcitis enim quando tempus ſit.

34 Sicut homo qui peregre agit relicta domo ſua, dedítque ſeruis ſuis poteſtatem, ac ſuum cuique opus, & ianitori mandauit vt vigilaret.

35 Vigilate igitur, neſcitis enim quando Dominus domus venturus ſit, veſpere, an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo:

36 Ne ſi veoerit repentè, offendat vos dormientes.

37 Cæterùm quæ dico vobis, omnibus dico, Vigilate.

L. 21.

quoniam appropinquat redemptio veſtra.

29 Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficum & omnes arbores,

30 Quum iam emiſerint folia, cernentes ex vobis ipſis, ſcitis quod iam propeeſt æſtas.

31 Ita & vos quum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam propeeſt regnum Dei.

32 Amen dico vobis quia non præteribit ætas hæc, donec omnia iſta fiant.

33 Cœlum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt.

34 Cauete autem vobis, nequando grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: ſubitóſque vobis ſuperueniat dies ille.

35 Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem totius terræ.

36 Vigilate itaque omni tempore, precantes vt digni habeamini effugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

36 De die autem illo & hora nemo ſcit, ne Angeli quidem cœlorum, ſed pater meus ſolus.

37 Sicut autem erant dies Noë, ita erit & aduentus filij hominis.

38 Sicut enim erant in diebus, qui præceſſerunt diluuium, edentes & bibentes, contrahentes matrimonium & nuptum dantes, vſque ad eum diem quo intrauit Noë in arcam.

39 Et non cognouerunt, donec veniſſet diluuium, & & ſuſtuliſſet vniuerſos: Ita erit & aduentus filij hominis.

40 Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur.

41 Duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & altera relinquetur.

42 Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit.

Nonageſima tertia duplex M. L. Appendix eorum quæ M. ſpeciatim refert Ieſum addidiſſe præfato ſermoni ſuo in monte Oliueti, videlicet de exemplo patrisfamiliâs, & collatione ſeruí fidelis & infidelis: & de parabola decem virginum, & de Domino peregre proficiſcente, & interim ſeruis ſuis bona ſua committente: de aduentu glorioſo Chriſti ad iudicandum. Et eorum quæ L. prædictis diebus & noctibus compendiosè refert Chriſtum in templo, & monte Oliuarum feciſſe.

M. 24. *à verſ.* 43. *ad vſque fin. c.* 25.

43 Illud autem ſcitote, ſi ſciſſet paterfamilias, qua hora fur venturus eſſet, vigilaſſet vtique, & non finiſſet perfodi domum ſuam.

44 Ideo & vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis venturus eſt.

45 Quis ergo eſt fidelis ſeruus & prudens, quem præfecit Dominus familiæ ſuæ, vt det illi cibum in tempore.

46 Beatus ſeruus ille, quem, quum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem.

47 Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua præficiet eum.

48 Quod ſi dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo, cunctatur Dominus meus venire.

49 Cœperítque percutere conſeruos, edere autem & bibere cum ebriis,

50 Veniet Dominus ſeruí illius, in die quo non expectat, & hora qua ignorat,

51 Et diſſecabit eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit ploratus, & ſtridor dentium.

L. 21. *verſ.* 37. 38. *& fin. c.*

37 Docebat autem interdiu in templo, noctu verò exiens, diuerſabatur in monte, qui vocatur Oliuatum.

38 Et omnis populus diluculo ventitabat ad eum, vt in templo audiret eum.

M.25.

1 TVnc ſimile fiet regnum cœlorum decem virginibus, quæ ſumptis lampadibus ſuis, exierunt in occurſum ſponſo.
2 Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.
3 Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus ſuis, non ſumſerant oleum ſecum.
4 Prudentes verò ſumpſerant oleum in vaſis ſuis, vnà cum lampadibus.
5 Tardante verò ſponſo, dormitauerunt omnes, ac dormierunt.
6 Media autem nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.
7 Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & apparauerunt lampades ſuas.
8 Fatuæ autem prudentibus dixerunt, Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguntur.
9 Ait reſpondentes prudentes, dicentes, Nequaquam, ne non ſufficiat nobis & vobis, ſed ite potius ad vendentes, & emite vobiſmetipſis.
10 Dum autem irent emere, venit ſponſus: & quæ paratæ erant, introierunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.
11 Poſtea verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis.
12 At ille reſpondens ait, Amen dico vobis, non noui vos.
13 Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam, in qua filius hominis veniet.
14 Sicut enim homo quidam peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.
15 Et huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum: vnicuique ſecundum propriam facultatem, & peregrè profectus eſt ſtatim.
16 Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & negotiatus eſt per ea, & confecit altera quinque talenta.
17 Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt & ipſe altera duo.
18 Qui autem vnum acceperat, abiens, fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.
19 Poſt multum verò temporis, venit dominus ſeruorum illorum, & ponit rationem cum eis.
20 Et accedens is qui quinque talenta acceperat, attulit altera quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce altera quinque talenta lucratus ſum per ea.
21 Ait illi dominus eius, Euge, ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te præficiam: intra in gaudium domini tui.
22 Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum per ea.
23 Ait illi dominus eius, Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.
24 Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, noueram te, quod homo dutus ſis, metens vbi non ſeminaſti, & inde congregans vbi non ſparſiſti:
25 Et timens, abij, abſcondíque talentum tuum in terra ecce habes quod tuum eſt.
26 Reſpondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas quod metam vbi non ſeminaui, & congregem illinc vbi non ſparſi:
27 Oportuit ergo te committere pecuniam meam menſarijs, & veniens, ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura.
28 Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.
29 Omni enim habenti, dabitur, & abundabit. Qui verò non habet, etiam id quod habet, auferetur ab eo.
30 Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & ſtridor dentium.
31 Quum autem venerit filius hominis in gloria ſua, & omnes ſancti angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem gloriæ ſuæ.
32 Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos, alteros ab alteris, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis:
33 Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.
34 Tunc dicet rex his qui à dextris ſibi erunt, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab exordio mundi.
35 Eſurij enim, & dediſtis mihi edere: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Peregrinus eram, & hoſpitio excepiſtis me.
36 Nudus, & operuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me.
37 Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus: aut ſitientem, & dedimus tibi potum?
38 Quando autem vidimus peregrinum, & hoſpitio excepimus: aut nudum, & cooperuimus?
39 Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?
40 Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quatenus feciſti vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.
41 Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.
42 Eſurij enim, & non dediſtis mihi cibum: Sitini, & non dediſtis mihi potum:
43 Peregrinus eram & non excepiſtis me hoſpitio: Nudus, & non operuiſtis me: Infirmus, & in carcere eram, & non viſitaſtis me.
44 Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?
45 Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quatenus non feciſtis vni de minimis his, nec mihi feciſtis.
46 Et abibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti verò in vitam æternam.

Nonageſima quarta triplex M.R.L. De conſilio ſummorum Sacerdotum & Scribarum, die quarta quam vocamus Mercurij, ad capiendum & occidendum Chriſtum poſt paſcha, & de cœna eo die in Bethania, vbi voctus in capite, & mox Iudas Iſcariot abijt Ieroſolymam ad dictos conſultaotes, vt pretio recepto, venderet, deiode traderet eis Ieſum in paraſceue Paſchæ.

M. 26. vſque ad verſ. 17.

1 ET factum eſt quum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis.
2 Scitis quod poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis traderur, vt crucifigatur.
3 Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum, & Scribæ, & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:
4 Et ſimul conſultarunt, vt Ieſum dolo caperent, & occiderent.
5 Dicebant autem, Non in die feſto, ne tumultus fiat in populo.
6 Quum autem Ieſus eſſet in Bethania, in domo Simonis leprоſi,
7 Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.
8 Videntes autem diſcipuli eius, indignati ſunt, dicentes:
9 At quid perditio hæc? Potuit enim iſtud vnguentum venundari multo, & dari pauperibus.
10 Eo autem cognito, Ieſus ait illi, Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt erga me.
11 Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum: me verò non ſemper habetis *.
12 Quod enim hæc vnguentum hoc miſit ſuper corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.
13 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit euangelium in toto mundo, hoc quoque quod ipſa fecit, narrabitur in memoriam ipſius.
14 Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotum, & ait illis:
15 Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.
16 Et ex eo tempore quærebat opportunitatem, vt eum traderet.

** præſens, profuturo*

R. 14. vſque ad verſ. 12.

1 ERat autem paſcha, & azyma biduum. Et quærebant ſummi Sacerdotes, & Scribæ, quomodo eum per dolum comprehenſum, occiderent:
2 Dicebant autem, Non in die feſto, ne tumultus ſit populi.
3 Et quum eſſet Bethaniæ, in domo Simonis Leproſi, accumbente eo, venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi piſticæ pretioſi: & confracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius.
4 Erant autem quidam qui indignabantur apud ſeſe, ac dicebant: At quid perditio hæc vnguenti?
5 Nam poterat hoc vendi plusquam trecentis denarijs, ac dari pauperibus. Et fremebant in eam.
6 At Ieſus dixit, Sinite illam, cur illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt erga me.
7 Semper enim pauperes habetis vobiſcum: & quandocunque volueritis, poteſtis illis benefacere: me verò non ſemper habetis.
8 Quod potuit, hæc fecit. Præoccupauit vngere corpus meum ad ſepulturam.
9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit euangelium hoc in totum mundum: etiam hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipſius.
10 Et Iudas Iſcariotes vnus è duodecim, abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis.
11 At illi hoc audito gauiſi ſunt, & polliciti ſunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo opportunè illum traderet.

L. 22. vſque ad verſ. 7.

1 INſtabat autem dies feſtus azymorum, qui dicitur paſcha.
2 Et quærebant principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo eũ interficerent, timebant enim populum.
3 Intrauit autem Satanas in Iudam, cui cognomen erat Iſcariotes, qui erat è numero duodecim.
4 Abiitque, & loquutus eſt cum principibus Sacerdotum, ac magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis.
5 Et gauiſi ſunt, ac pacti ſunt pecuniam illi ſe daturos.
6 Et ille ſpopondit, quærebátque opportunitatem, vt traderet eũ ipſis ſine turba.

Nonageſima quinta quadruplex M.R.L.I. de cœna die quem Iouis dicimus, & de omnibus quæ ſcripſerunt facta fuiſſe, tam in communi, quàm in myſtica cœna.

M. 26. à verſ. 17 vſque ad verſ. 36.

17 Primo autem die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes ei, vbi vis paremus tibi ad edendũ paſcha?
18 At ille dixit, ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit, Tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis.
19 Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt paſcha.
20 Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim:

R. 14. à verſ. 12. vſque ad verſ. 31.

12 Ac primo die azymorum, quando paſcha immolabant, dicunt illi diſcipuli ſui, vbi vis eamus & paremus, vt edas paſcha?
13 Et emittit duos è diſcipulis ſuis, & dicit illis, ite in ciuitatem, & occurret vobis homo fictile vas aquæ bajulans, ſequimini illum.
14 Et quocunque ingreſſus fuerit, dicite patri familiãs: Magiſter dicit, vbi eſt diuerſorium, vbi paſcha cum diſcipulis meis edam?

L. 22. à verſ. 7. vſque ad verſ. 39.

7 Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat immolari Paſcha.
8 Et miſit Petrum ac Ioãnem dicens: Euntes parate nobis Paſcha, vt edamus.
9 At illi dixerunt ei: Vbi vis paremus?
10 Et dixit eis: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret homo vas aquæ teſtaceũ portans, ſequimini eum in domum in quam intrat.
11 Et dicetis patrifamiliãs ædium: Dicit tibi ma-

I. 13. vſque ad verſ. 31.

1 ANte feſtum autem Paſchæ ſciens Ieſus, quod venieſſet hora ipſius, vt tranſiret ex hoc mundo ad Patrem, quũ dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, vſque ad finem dilexit eos.
2 Et cœna facta (quum diabolus iam immiſiſſet in cor Iudæ Simonis Iſcariotæ, vt proderet eum.)
3 Sciens Ieſus quod omnia ſibi dediſſet Pater in manus, & quod à Deo exiſſet, & ad Deũ iret.

M. 26. *M.* 14 *L.* 22. *I.* 13.

21 Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quod vnus vestrum me proditurus est.
22 Et mœstitia affecti vehementer, cœperunt singuli eorum dicere ei, Nunquid ego sum, domine.
23 At ipse respondens ait, Qui intinxit mecum manum in catino, hic me proditurus est.
24 Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo, væ autem homini illi, per quem filius hominis proditur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.
25 Respondens autem Iudas qui prodebat eum dixit, Nũquid ego sum, rabbi? Ait illi, Tu dixisti.
26 Vescentibus autem eis, accepit Iesus panem, & quum egisset gratias, fregit, deditque discipulis, & ait, Accipite, comedite hoc est corpus meum.
27 Et accepto poculo, gratiisque actis, dedit illis, dicens, Bibite ex eo omnes:
28 Hic est enim sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effunditur * in remissionem peccatorum
29 Dico autem vobis, nõ bibam posthac ex hoc fructu vitis, vsque in diem illum, quum ipsum bibam vobiscum nouum in regno Patris mei.
30 Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montem Oliuarum.
31 Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos offendemini in me in nocte ista. Scriptum est enim, percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.
32 Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.
33 Respondens autem Petrus, ait illi, Et si omnes offendantur in te, ego nunquam offendar.
34 Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quod in hac nocte antequam gallus cãtet, ter me negabis.

15 Et ille vobis ostendet cœnaculum magnum stratum, paratum: illic parate nobis.
16 Et exierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & repererunt quemadmodum dixerat illis, parauerũntque pascha.
17 Et quum vespera iam esset venit cum duodecim.
18 Et discumbentibus illis ac edentibus ait Iesus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis prodet me, qui manducat mecum.
19 At illi cœperũt contristari, & ei dicere singulatim, nunquid ego? & alius, nunquid ego? & alius nunquid ego?
20 Ipse vero respondens dixit illis, vnus è duodecim qui intingit mecum in catinum.
21 Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de ipso: sed væ homini illi, per quem filius hominis proditur: bonum erat illi si natus nõ fuisset homo ille.
22 Et edentibus illis, sumpto Iesus pane, quum benedixisset, fregit, & dedit illis, ac dixit: Accipite, comedite: hoc est corpus meum.
23 Et accepto poculo, quum gratias egisset, dedit illis, & biberunt ex eo omnes.
24 Et dixit illis, Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effunditur.
25 Amen dico vobis, non bibã amplius ex fructu vitis, vsque ad diem illum, quum ipsum bibã nouum in regno Dei.
26 Et quum hymnum dixissent, exierunt in mõtem oliuarum.
27 Et dicit illis Iesus, omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est, Percutiam pastorem, & dispergentur oues.
28 Sed posteaquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.
29 Petrus autem dixit illi, Etiamsi omnes scandalizati fuerint, nõ tamen ego.

gister: vbi est diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis edam?
12 Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, ibi parate.
13 Profecti autem inuenerunt sicut dixerat eis: & parauerunt pascha.
14 Et quum iam esset hora discubuit: & duodecim apostoli cum eo, Et ait illis:
15 Desiderio desideraui hoc Pascha comedere vobiscum antequàm ego patiar.
16 Dico enim vobis, quòd non edam ex eo, donec compleatur in regno Dei.
17 Et acceptо poculo, gratias egit, & dixit: Accipite hoc, & diuidite inter vos:
18 Dico enim vobis quod non bibam de fructu vitis, donec regnum Dei veniat.
19 Et accepto pane quum gratias egisset, fregit: & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in mei recordationem.
20 Similiter & poculum postquam cœnauit, dicens, Hoc poculum est nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur.
21 Veruntamen ecce manus prodentis me, mecum est in mensa.
22 Et filius quidem hominis prout definitum est, vadit: veruntamen væ homini illi per quem proditur.
23 Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnam esset ex ipsis, qui hoc facturus esset.
24 Orta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.
25 Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici vocantur.
26 Vos autem non sic: sed qui maior est inter vos, fiat sicut iunior: & qui princeps est, sicut qui ministrat.
27 Nam vter maior est, qui accumbit, an qui ministrat: nonne qui accumbit? ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

4 Surgit à cœna, & ponit vestimenta: Et cum accepisset linteum præcinxit se.
5 Deinde misit aquam in pelum, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.
6 Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei ille: Domine, tu mihi lauas pedes?
7 Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis nunc, scies autem postea.
8 Dicit ei Petrus: Non lauabis meos pedes in æternum: Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habes * partem mecum.
9 Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus & caput.
10 Dicit ei Iesus: Qui lotus est non opus habet, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, & vos mundi estis, sed nõ omnes.
11 Sciebat enim eum qui ipsum prodebat: propterea dixit: non estis mundi omnes.
12 Postquam ergo lauisset pedes eorum, receptisque vestibus suis accubuisset, iterum discumbens dixit eis: Intelligitis quid fecerim vobis?
13 Vos vocatis me magister ac domine, & bene dicitis: sum enim.
14 Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & magister, vos quoque debetis inuicem alij aliorum lauare pedes.
15 Exemplum enim præbui vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.
16 Amen, amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque legatus maior est eo qui misit ipsum.
17 Si hæc nouistis, beati eritis si feceritis ea.
18 Non de omnibus vobis loquor, ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur scriptura: Qui edit mecum panẽ, sustulit aduersum me calcaneum suum.

* *Præsens pro futuro.*

* *Præsens pro futuro: tamen etiam virtus perennis est.*

I. 14.

12 Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet & maiora his faciet: quia ego ad patrem meum vado.
13 Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur pater in filio.
14 Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam.
15 Si diligitis me, præcepta mea ſeruate.
16 Et ego rogabo patrem, & alium conſolatorem dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.
17 Spiritum veritatis quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec nouit eum: Vos autem cognoſcitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit.
18 Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.
19 Adhuc paululum & mundus me iam non videt: vos autem videtis me. Quia ego viuo, & vos viuetis.
20 In illo die vos cognoſcetis, quod ego ſum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.
21 Qui habet præcepta mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.
22 Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes: Domine, quid factum eſt, quod manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo?
23 Reſpondit Ieſus & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.
24 Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: & ſermo quem auditis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris.
25 Hæc loquutus ſum vobis, apud vos manens.
26 Paracletus autem ille qui eſt Spiritus ſanctus, quem mittet pater nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæ dixi vobis.
27 Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ne turbetur cor veſtrum, neque formidet.
28 Audiſtis quod ego dixi vobis, Abeo & venio * ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quod dixerim vado ad patrem: nam pater maior me eſt. * *præcedit.*
29 Et nunc dixi vobis priùs quàm fiat, vt quum factum fuerit, credatis.
30 Non loquar amplius multa vobiſcum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.
31 Sed * vt cognoſcat mundus quod diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Surgite abeamus hinc. * *Subaudi, hoc ſit.*

I. 15.

1 EGo ſum vitis illa vera, & pater meus agricola eſt.
2 Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit: & omnem qui fert fructum purgat, vt fructum copioſiorem afferat.
3 Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis.
4 Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis.
5 Ego ſum vitis, vos palmites: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.
6 Si quis in me non manſerit, eiectus extra ſicut palmes arefcet: & colliguut eos & in ignem conïciunt & ardent.
7 Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quicquid volueritis, petetis, & fiet vobis.
8 In hoc glorificatus eſt pater meus, vt fructum copioſum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli.
9 Sicut dilexit me pater, egóque dilexi vos. Manete in illa mea charitate.
10 Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in charitate mea, ſicut ego patris mei mandata ſeruaui, & maneo in eius charitate.
11 Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium illud meum in vobis maneat, & gaudium veſtrum impleatur.
12 Hoc eſt præceptum meum vt diligatis vos inuicem, ſicut dilexi vos.
13 Maiorem hac charitatem nemo habet quàm vt quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis.
14 Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæcunque ego præcipio vobis.
15 Non amplius dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius: vos autem dixi, amicos: quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis.
16 Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & conſtitui vos, vt eatis, & fructum adferatis, & fructus veſter maneat: vt quicquid petieritis patrem in nomine meo, det vobis.
17 Hæc præcipio vobis, vt diligatis vos mutuò.
18 Si mundus vos odit, ſcitis quod me priùs quàm vos, odio habuerit.
19 Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum eſt diligeret: Quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.
20 Mementote ſermonis cuius ego dixi vobis: Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, veſtrum quoque ſeruabunt.
21 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia non nouerunt eum qui miſit me.
22 Si non veniſſem & loquutus fuiſſem eis, peccatum non haberent. Nunc autem non habent quod prætexant peccato ſuo.
23 Qui me odit, etiam patrem meum odit.
24 Si opera non feciſſem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: Nunc autem & viderunt & oderunt, & me, & patrem meum.
25 Sed * vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: quod odio habuerunt me gratis. * *Subaudi, hoc ſit Dei accidit, vt ſup. 14 31.*
26 Quum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, ſpiritus veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.
27 Quia & vos teſtabimini, quia ab initio mecum eſtis.

I. 16.

1 HÆc loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.
2 Abſque ſynagogis facient vos: Sed venit tempus vt quiſquis interficiat vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.
3 Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me.
4 Sed hæc loquutus ſum vobis, vt quum venerit tempus illud, reminiſcamini eorum quod ego dixerim vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram.
5 Nunc autem vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?
6 Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.
7 Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego abeam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſin autem abiero, mittam eum ad vos.
8 Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.
9 De peccato quidem, quia non credunt in me.
10 De iuſtitia verò, quia ad patrem vado, & amplius non videtis me.
11 De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus eſt.
12 Ad hæc multa habeo quæ vobis dicam, ſed non poteſtis portare nunc.
13 Quum autem venerit ille, qui eſt ſpiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audierit, loquetur: & quæ futura ſunt, annuntiabit vobis.
14 Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.
15 Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt, propterea dixi vobis, quod de meo accipiet, & annuntiabit vobis.
16 Modicum & non videtis, & iterum modicum & videbitis me, quia ego vado ad Patrem.
17 Dixerunt ergo quidam ex diſcipulis eius ad alios: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum & non videtis me, & rurſus modicum & videbitis me, & quia ego vado ad patrem?
18 Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod dicit, modicum? Neſcimus quid loquatur.
19 Cognouit autem Ieſus quod vellent ipſum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quod dixi modicum & non videtis me, & iterum modicum & videbitis me?
20 Amen, amen dico vobis, plorabitis & lamentabimini vos: mundus autem gaudebit, vos verò contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.
21 Mulier quum parit, dolorem habet, quia venit hora eius. Quum autem peperterit puerum, iam non meminit præſuræ: propter gaudium quod homo natus ſit in mundum.
22 Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, ſed iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.
23 Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen, amen dico vobis, quæcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.
24 Vſque ad huc non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.
25 Hæc per proverbia loquutus ſum vobis, venit tempus quum iam non per proverbia loquar vobis, ſed palam de patre meo annuntiabo vobis.
26 In illa die in nomine meo petetis: Et non dico vobis, quod ego rogaturus ſim patrem pro vobis.
27 Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis & credidiſtis, quod a Deo exiui.
28 Exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem.
29 Dicunt ei diſcipuli eius: ecce nunc apertè loqueris, nec proverbium vllum dicis.
30 Nunc ſcimus quod ſcis omnia, nec opus eſt tibi vt quis te interroget: per hoc credimus quod à Deo exiſti.
31 Reſpondit eis Ieſus: Nunc creditis?
32 Ecce veniet tempus, & iam venit, quum diſpergemini vnuſquiſque in ſua, méque ſolum relinquetis: At non ſum ſolus, quia pater mecum eſt.
33 Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis: in mundo præſſuram habetis: ſed confidite ego vici mundum.

I. 17.

1 HÆc loquutus eſt Ieſus, & ſublevatis in cœlum oculis ſuis, dixit: Pater, venit hora, glorifica filium tuum, vt & filius tuus glorificet te.
2 Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt quotquot dediſti ei, det eis vitam æternam.
3 Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.
4 Ego te glorificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi vt facerem.
5 Et nunc glorifica me tu pater apud temetipſum ea gloria quam habui apud te, priùs quàm hic mundus eſſet.
6 Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo: Tui erant & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt.
7 Nunc cognouerunt quod omnia quæcunque dediſti mihi, abs te ſunt.
8 Quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt: & cognouerunt verè, quod à te exiui: & credidérunt quod tu me miſiſti.
9 Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt.
10 Et mea omnia tua ſunt & tua mea ſunt: & glorificatus ſum in eis.
11 Et non ſum amplius in mundo: at hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua eos per nomen tuum, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos.
12 Quum eſſem cum eis in mundo, ego ſeruabam eos nomine tuo: Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius ille perditionis, vt Scriptura impleretur.
13 Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.

14 Ego

I. 17.

14 Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.
15 Non rogo vt tollas eos è mundo, sed vt serues eos à malo.
16 Ex mundo non sunt, sicut ego non sum ex mundo.
17 Sanctifica eos per veritatem tuam: sermo tuus veritas est.
18 Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum.
19 Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati per veritatem.
20 Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro iis qui credituri sunt per sermonem eorum in me.
21 Vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me, & ego in te, vt ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quod tu me miseris.
22 Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.
23 Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum, & vt cognoscat mundus, quod tu me misisti, & dilexisti eos, sicut me dilexisti.
24 Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant gloriam meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.
25 Pater iuste, mundus non te cognouit: ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quod tu me miseris. Et notum feci eis nomen tuum:
26 Et notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Nonagesima septima quadroplex M. R. L. I. Iesus egreditur Hierosolyma in montem oliueti.

M. 26. *verſ.* 36. | *R.* 14. *verſ.* 32. | *L.* 22. *verſ.* 39. | *I.* 18. *verſ.* 1.

36 Tunc venit Iesus cum illis, in villam quæ dicitur Gethsemane, & dixit discipulis, sedete hic, donec vadam & orem illic.

32 Et veniunt in locum, cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic vsque dum precatus fuero.

39 Et egressus, ibat, vt erat solitus, in montem oliuarum: secuti sunt autem illum, & discipuli eius.

1 HÆc cùm dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius.

Nonagesima octaua triplex M. R. L. Initium passionis Christi, ab angore vsque ad mortem, trina humili & obedienti oratione, & sudore sanguineo.

M. 26. *à verſ.* 37. *vsque ad verſ.* 47. | *R.* 14. *à verſ.* 33. *vsque ad verſ.* 43. | *L.* 22. *à verſ.* 40 *vsque ad verſ.* 47.

37 Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari, & grauissimè angi.
38 Tunc ait illis Iesus: pertristis est anima mea vsque ad mortem: manete hic, & vigilate mecum.
39 Et progressus paululum, procidit in faciem suam, orans, ac dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.
40 Et venit ad discipulos suos, & reperit eos dormientes, & dicit Petro: Sicccine non potuistis vna hora vigilare mecum.
41 Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus, sed caro infirma.
42 Rursum secundò obijt, & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hoc poculum transire à me, nisi bibam illud, fiat voluntas tua.

33 Et assumit Petrum & Iacobum, & Ioannem secum: cœpitque expauescere & grauiter angi.
34 Et ait illis: Dolore diserutiatur anima mea vsque ad mortem: manete hic, & vigilate.
35 Et progressus paululum, prostratus est in terram: & orauit, vt si possibile esset transiret ab ipso hora.
36 Et dixit, Abba pater, omnia possibilia sunt tibi: transfer poculum hoc à me. Veruntamen nō quod ego volo, sed quod tu.
37 Et venit, & inuenit eos dormientes: dicítque Petro, Simon, dormis? non potuisti vnam horam vigilare?
38 Vigilate & orate, ne incidatis in tentationem: Spiritus quidem promptus est, sed caro infirma.
39 Et rursum digressus orabat, & eundem dixit sermonem.

40 Quum verò peruenisset ad locum, dixit illis: orate, ne intretis in tentationem.
41 Et ipse auulsus est ab eis fermè ad iactum lapidis, positísque genibus, orabat, dicens:
42 Pater, si vis, transfer poculum hoc à me: Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.
43 Apparuit autem illi angelus de cœlo corroborans eum.
44 Et factus in agonia, fortius orabat. Et erat sudor eius sicut grumi sanguinis decurrentes in terram.
45 Et cùm surrexisset à prece, veniísque ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia.
46 Et ait illis, Quid dormitis? Surgite & orate, ne incidatis in tentationem.

43 Et venit & reperit eos iterum dormientes: erant enim oculi eorum grauati:
44 Et relictis illis iterum abiit, & orauit tertiò, eundem sermonem dicens:
45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum.
46 Surgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradit.

40 Et reuersus inuenit illos rursum dormientes, erāt enim oculi eorum grauati: neque sciebant quid illi responderent.
41 Et venit tertiò, dicítque illis, Dormite posthac, & requiescite. Sufficit, venit hora, ecce trādetur filius hominis in manus peccatorum.
42 Surgite, eamus: ecce qui prodit me, appropinquat.

Nonageſima nona quadruplex M. R. L. I. Ieſus voluntariè ſe offert armatis lictoribus, oſculo proditus à Iuda, noctu capitur in horto, deffendi non vult, ligatur, ducitur ad Annam, qui ſtatim mittit eum ad Caipham, vbi ſummi Sacerdotes & totum conſilium, fruſtra conquiſitis falſis teſtibus, interrogatum damnant, conſpuunt, & miniſtris ſuis totam noctem illudendum & percutiendum tradunt, Petro interim præ pertubatione, metúque mortis ter eum negante, & cùm exiiſſet, amarè flente.

M. 26. à verſ. 47. vſque ad fin. c.

47 Et adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus ex duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladis & fuſtibus, miſſi à principibus Sacerdotum, & ſenioribus populi.

48 Proditor autem eius dederat illis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, prehendite eum.

49 Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi. Et deoſculatus eſt eum.

50 At Ieſus dixit ei: Sodalis, ad quid veniſti? Tunc acceſſerũt, & manus iniecerunt in Ieſum, & prehenderunt eum.

51 Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum: & percutiens ſeruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.

52 Tũc ait illi Ieſus, Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

53 An putas quod non poſſum nunc rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorum?

54 Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, quod ſic oportet fieri?

55 In illa hora dixit Ieſus turbis, Tanquam ad latronem exiſtis, cum gladis & fuſtibus ad comprehendẽdum me: quotidie apud vos ſedebam, docens in templo, & non me prehendiſtis?

56 Hoc autem totum factum eſt, vt completeotot ſcripturæ Prophetarum. Tũc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt.

57 At illi comprehenſum Ieſum, abduxerunt ad Caipham principem ſacerdotum, vbi Scribæ & ſeniores cõuenerant.

58 Petrus autem ſequebatur eum à longè vſque intra atrium principis Sacerdotum, & ingreſſus intro ſedebat cum miniſtris, vt videret finem.

R. 14. à verſ. 43. ad vſque fi. c.

43 Et ſtatim adhuc eo loquente, venit Iudas, qui erat vnus è duodecim, & cum eo turba multa cum gladis & fuſtibus, à ſummis Sacerdotibus, & ſcribis & ſenioribus.

44 Dederat autem proditor eius ſignum ipſis, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum & abducite cautè.

45 Et cum veniſſet, protinus accedens ad eum, ait: Rabbi, rabbi. Ac deoſculatus eſt eum.

46 Illi verò iniecerunt in illum manus ſuas, & comprehenderunt eum.

47 Vnus autem quidam aſtantium educto gladio, percuſſit ſeruum ſũmi Sacerdotis & amputauit eius auriculam.

48 Et reſpondens Ieſus, dixit illis, Tanquam ad latronem exiſtis, cum gladiis ac fuſtibus, ad comprehendẽdum me?

49 Quotidie eram apud vos in templo docens, & non comprehendiſtis me, ſed vt impleantur ſcripturæ.

50 Et relicto illo, omnes fugerunt.

51 Et vnus quiſpiam adoleſcentulus ſequebatur illum, circumamictus ſindone ſuper nudum, & comprehenderunt illum adoleſcentuli.

52 Ille verò relicta ſindone, nudus effugit ab illis.

53 Et abduxerunt Ieſum ad Pontificem maximũ. Et conuenerunt cum eo omnes Principes Sacerdotum, & ſeniores, & ſcribæ.

54 Et Petrus à longè ſequutus eſt eum intrò vſque in atrium ſummi Sacerdotis: & erat ſedẽs vnà cum miniſtris, & calefaciebant ſe ad ignem.

55 Summi verò Sacerdotes & totum concilium quærebant aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent, & non inueniebant.

L. 22. à verſ. 47. vſque verſ. 66.

47 Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus e duodecim antecedebat eos, & appropinquauit Ieſu, vt oſculareiur eum.

48 Ieſus autem dixit illi: Iuda, oſculo filium hominis prodis?

49 Vidẽtes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, percutiemus ne gladio?

50 Et percuſſit vnus quiſpiam ex illis ſeruum principis Sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram.

51 Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite hucuſque. Et quum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum.

52 Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, principes Sacerdotum ac magiſtratus templi, & ſeniores: Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus?

53 Quum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non inieciſtis manus in me: Sed hæc eſt hora illa veſtra, & poteſtas tenebrarum.

54 Comprehenſum autem eum duxerunt, & introduxerunt eum in domum principis Sacerdotum. Petrus verò ſequebatur à longè.

55 Quum autem accendiſſent ignem in medio aulæ, atque vnà conſediſſent, ſedit & Petrus inter eos.

56 Quem quum vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad lumen, defixis in illum oculis, dixit. Et hic cum illo erat.

57 At ille abnegauit eum, dicens: Mulier non noui illum.

58 Et poſt puſillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait, homo non ſum.

I. 18. à verſ. 2. vſque verſ. 28.

2 Nouerat autem & Iudas proditor eius locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.

3 Iudas ergo quum accepiſſet cohortem, & à Pontificibus, ac Phariſæis miniſtros, venit illuc cum lanternis, ac facibus & armis.

4 Ieſus itaq; ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ſe, procceſſit, ac dixit eis: Quem quæritis?

5 Reſponderunt ei: Ieſum Nazareum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas qui prodebat eum, cum ipſis.

6 Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.

7 Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Ieſum Nazarenum.

8 Reſpondit Ieſus, Dixi vobis quod ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.

9 Vt implerentur ſermo quem dixerat: Ex iis quos dediſti mihi, non perdidi quenquam.

10 Simon ergo Petrus quum habere gladiũ, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen ſeruo Malchus.

11 Dicit ergo Ieſus Petro: Immitte gladium tuum in vaginam. An non bibam poculum quod dedit mihi Pater?

12 Cohors igitur & tribunus, ac miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.

13 Et abduxerunt eum ad Annam primùm: erat enim ſocer Caiphæ.

M. 16.

batut eum procul, vſque ad atrium Principis Sacerdotum: Et ingreſſus intrò ſedebat cum miniſtru, vt videret finem.

59 Principes autem Sacerdotum, & ſeniores & totum concilium, quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt morti eum tradereot.

60 Et. noo inuenerunt: etiam quum multi falſi teſtes acceſſiſſent, oon inuenernot.

61 Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes & dixerunt: Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & io triduo ædificare illud.

62 Et ſurgens Princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes? Quid iſti aduerſum te teſtimonium dicoot?

63 Ieſus autem tacebat. Et reſpõdens princeps Sacerdotum, ait illi: Adiuro te per Deum viuentem, vt dicas oobis, an tu ſis Chriſtus ille filius Dei.

64 Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cœli.

65 Tunc princeps Sacerdotum diſcidit veſtimenta ſua, dicens: blaſphemauit, quid inſuper egemus teſtibus? ecce nunc audiſtis blaſphemiam eius.

66 Quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt, reus eſt mortis.

67 Tunc inſpuerunt in faciem eius, & colaphos ei infregerunt: alij autem palmas in facieem eius dederunt.

68 Dicẽtes: vaticinare nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit?

69 Petrus verò ſedebat foris in atrio, & accceſſit ad eum vna ancilla, dicens: & tu cum Ieſu Galilæo eras.

70 At ille oegauit coram omnibus, dicens, neſcio quid dicas.

71 Quum aotem exiſſet in veſtibulum, vidit eum alia ancilla, & ait his qui eraot ibi. Et hic erat cum Ieſu Nazareno.

72 Et iterum negauit eum iuteiurando, non noui hominem.

73 Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant & dixerunt Petro, verè & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifeſtum facit.

74 Tunc cœpit execrari & iurare, quod noo noſſet hominem. Et continuò gallus cantauit.

75 Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, qui dixerat ei: Priusquàm gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amarè.

R. 14.

morti traderent eum, nec inuenierent.

56 Nam multi falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum: & conuenientia teſtimonia noo erant.

57 Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum, dicentes:

58 Nos audiuimus eum dicentem. Ego deſtruam templum hoc, quod eſt manibus factum, & tribus diebus aliud non manu factum, ædificabo.

59 Et non erat cõueniens teſtimonium illorum.

60 Et ſurgens Pontifex maximus in medium interrogauit Ieſum, dicẽs: Num reſpondes quicquam? Quid, iſti dicunt aduerſum te teſtimonia?

61 At ille tacebat, neque quicquam reſpondebat. Rurſum Pontifex maximus interrogauit eum, & dicit illi: tu es ille Chriſtus filius benedicti?

62 Ieſus autem dixit, Ego ſum: & videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cœli.

63 Pontifex autem maximus dilaceratis veſtibus ſuis, dixit: Quid adhuc nobis opus eſt teſtibus?

64 Audiſtis blaſphemiam: Quid vobis videtur? Illi verò omnes condemnauerunt eſſe reum mortis.

65 Et cœperuot quidam conſpuere in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi, Vaticinare: & miniſtri alapas illi impingebant.

66 Et quum eſſet Petrus infra in atrio, venit vna ancillarum Pontificis maaimi:

67 Quúmque vidiſſet Petrum calefacientem ſe, intuita illum, ait: Et tu cum Ieſu Nazareno eras?

68 At ille negauit, dicens: Non noui, neque ſcio quid tu dicas. Et exiuit foras in veſtibulum, & gallus cantauit.

69 Et ancilla quum vidiſſet eum, turſum dicere cœpit his qui ſtabant: Hic ex illis eſt.

70 At ille turſum negauit. Ac paulò pòſt iterum qui ſtabaot, dicebant Petro: Verè ex illis es, nam & Galilæus, & loquela tua conuenit.

71 At ille cœpit execrari & deierare, Non noui hominem iſtum de quo dicitis.

72 Et iterum gallus cecinit. Recordatúſque eſt Petrus verbi quod dixerat illi Ieſus: Priusquàm gallus cecinerit bis, aboegabis me ter, & prorupit in fletũ.

L. 22.

59 Et intercapoſita quaſi hora vna, alius quidam affirmabat, dicens: verè & hic cum illo erat: Nam & Galilæus eſt.

60 Et ait Petrus: homo, neſcio quid dicas. Et continuò adhuc illo loquente, exortuit gallus.

61 Et conuerſus Dominus, iotuitus eſt Petrũ. Et recordatus eſt Petrus ſermonis Domini, quomodo dixerat ipſi, Priuſquam gallus cecinerit, ter me negabis.

62 Et egreſſus foras, Petros fleuit amarè.

63 Et viri qui tenebant Ieſum, illudebant ei, cædentes.

64 Et quum circumtexiſſent eum, percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: Vaticinare, quis eſt ille qui te percuſſit?

65 Et alia multa conuicioies, dicebãt in eum.

I. 18.

phæ, qui erat Pontifex anni illius.

14 Erat autem Caiphas, is qui conſilium dederat Iudæis, quod expediret vnum hominem mori pro populo.

15 Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus: Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis.

16 Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille alter, qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum.

17 Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria: Num & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, non ſum.

18 Stabant autem ſerui & miniſtri qui prunas congeſſerant, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus, ſtans & calefaciens ſe.

19 Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ipſius.

20 Reſpondit ei Ieſus: Ego palàm loquutus ſum mundo: ego ſemper docui in Synagogis, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil.

21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid loquutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt quæ dixerim ego.

22 Hæc autem quum ipſe dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum iniecit alapam Ieſu, dicens: Sicne reſpondes Pontifici?

23 Reſpondit ei Ieſus: Si malè loquutus ſum, teſtificare de malo: ſin bene, cur me cædis?

24 Miſit ergo eum Annas vinctum ad Caipham Pontificem.

25 Stabat autem Simon Petrus, & calefaciebat ſe. Dixerunt ergo ei: Num & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non ſum.

26 Dicit ei vnus ex ſeruis Pontificis cognatus eius, cuius abſciderat Petrus auriculam: Nõne ego te vidi in horto cum illo?

27 Iterum ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cantauit.

Centesima pars simplex L. Vt sexta hebdomadæ dies (quam Veneris vocamus) illuxit, conuenientes seniores populi, & omnes principes sacerdotum, & scribæ, apud Caipham, iterum Iesum in consilium suum adductum interrogant, & morte damnant.

L. 22. à vers. 66. vsque ad fin. cap.

66 At vt illuxit, conuenerunt seniores populi, principes sacerdotum, ac scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes:
67 Num tu es ille Christus? Die nobis Et ait illis, Si vobis dixero, nequaquam credetis:
68 Quod si etiam interrogauero, nequaquam respondebitis mihi, neque dimittetis.
69 Ab hinc futurum est, vt filius hominis sedeat à dextris potentiæ Dei.
70 Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait illis: Vos dicitis me esse.
71 At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

Centesima prima quadruplex M. R. L. I. statim diluculo, consilio fixo Iesum occidendi per gentes, surgens vniuersa multitudo duxit eum iterum vniuersali consilio damnatum, vinctum ad Pilatum, cui morte plectendum tradiderunt.

M. 27. vers. 1. 2.

1 MAne autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.
x Et vinctum eum adduxerunt & tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi.

R. 15. vers. 1.

1 ET confestim diluculo cõcilio inito summi sacerdotes cum senioribus & scribis ac toto concessu vinctum Iesum abduxerunt, tradideruntque Pilato.

L. 23. vers. 1.

1 ET surgens vniuersa multitudo eorum, duxit illum ad Pilatum.

I. 18. vers. 18.

x8 Ducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed vt manducarent pascha.

Centesima secunda simplex M. Tunc Iudas videns eum damnatum, pœnitens retulit argenteos, profitens se peccasse. Quibus proiectis in templo, abijt, seque strangulauit: princeps autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt non esse licitum eos mittere inter sacras oblationes vt pote quibus empta erat mors hominis, ideo emerunt agrum in sepulturam peregrinorum quod ante 666. annos prædixerat Hieremias.

M. 27. à vers. 3. vsque vers. 11.

3 Tunc videns Iudas qui eum prodiderat, quod condemnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens:
4 Peccaui prodens sanguinem innoxium. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.
5 Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se strangulauit.
6 Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt, Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est.
7 Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum illum figuli, in sepulturam peregrinorum.
8 Quapropter vocatus est ager ille, ager sanguinis vsque in hodiernum diem.
9 Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem: & acceperunt triginta argenteos pretium appretiati quem æstimatum emerunt à filiis Israël.
10 Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.

Centesima tertia quadruplex D. R. L. I. Pilatus exit ad pontifices & seniores nolentes ingredi prætorium, ne contaminati nequirent edere pascha: sed acriter accusantes Iesum. Pilatus sciens accusationes falsas & calumniosas, interrogatum Iesum voluit vt innocentem, dimittere.

M. 27. à ver. 11. vsque ver. 15.

11 Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses dicens: tu es ille rex Iudæorum? Ait autem illi Iesus, tu dicis.
12 Et quum ipse accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit.
13 Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quam multa aduersum te testificentur?

R. 15. à vers. 2. vsque ver. 6.

2 Et interrogauit eum Pilatus, Es tu ille rex Iudæorum? At ille respondens, dixit illi: Tu dicis.
3 Et accusabant eum summi sacerdotes de multis.
4 Pilatus autem rursus interrogauit illum, dicens: Non respondes quicquam? ecce quam multa aduersus te testantur?

L. 23. vers. 2. 3. 4.

2 Cœperunt autem illũ accusare, dicentes: Hunc deprehendimus peruertentem gentem, ac vetantem tributa dare Cæsari, dicentem se Christum, regem esse.
3 Pilatus autem interrogauit eum dicens: Tu es rex Iudæorum? Illeverò respondens ei, ait: Tu dicis.
4 Ait autem Pilatus ad

I. 18. ver. 29. 30 31. 32.

29 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem afferris aduersus hominem hunc?
30 Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor haud quaquã tibi tradidissemus eum.
31 Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam.

Digitized by Google

M. 17.

14 Et non reſpondit el ad vllum verbum, ita vt miraretur præſes vehementer.

R. 15.

5 Ieſus autem nihil quicquam reſpoodit amplius, adeò vt admiraretur Pilatus.

L. 23.

principes ſacer dotum & turbas: Nihil inuenio noxiæ io hoc homine.

I. 18.

32 Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus.

Centeſima quarta ſimplex L. Sed illis Ieſum inſimilantibus de ſeditione commotóque populo à Galilæa vſque Hieroſolymam Pilatus occaſione ſe exonerandi arrepta, miſit eum ad Herodem, qui valde gauiſus ſperans aliquod ſignum videre, tacentem ſpreuit cum ſuis exercitibus, & illuſum veſte ſplendenti morionis inſtar indutum, nihil factis calumnioſis accuſationibus Iudæorum, remiſit ad Pilatum qui cum eo ea die conciliatus eſt.

L. 23. à verſ. 5. vſque verſ. 13.

5 At illi inualeſcebant dicentes: commouet populum docens per vniuerſam Iudæam, exorſus à Galilæa vſque hnc.
6 Pilatus autem audita mentione Galilææ, interrogauit num homo Galilæus eſſet.
7 Et vt cognouit quod ad Herodis ditionem pertineret, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus.
8 Herodes autem viſo Ieſu, gauiſus eſt valde: cupiebat enim à multo tempore eum videre, eo quod audiret multa de eo, & ſperabat ſe ſignum aliquod viſurum ab eo fieri.
9 Interrogabat autem eum multis ſermonibus: At ipſe nihil illi reſpondebat.
10 Stabant autem principes ſacerdotum & ſcribæ acriter accuſantes eum.
11 Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus ſuis, quúmque illuſiſſet, indutum veſte ſplendida, remiſit ad Pilatum.
12 Et facti ſunt amici inter ſeſe Pilatus & Herodes in eodem die: nam antea inimici erant inter ſe.

Centeſima quinta quadruplex M. R. L. I. Ieſus reductus ad Pilatum qui fortius niſus eſt eum dimittere innocentem palàm etiam plebi conuocatæ declaratum, ſaltem beneficio feſti, Barrabam ſeditioſum homicidam alioquin dimiſſurus: vt eum ad clamorem turbarum per Pontifices & ſeniores ſeductarum dimiſit: Ieſum autem ſæpius interrogatum & innocentem declaratum (prius loris manibus vt hoc ſcelus in populum qui acceptauit, etbnica ſuperſtitione transfert) flagellauit, eorúmque clamori crucifigendum dedit, hæc prima Pilati ſententia.

M. 27. à verſ. 15. vſque verſ. 22.

15 In feſto autem conſueuerat præſes turbæ dimittere vnum vinctum quem voluiſſent.
16 Habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barrabas.
17 Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, vtrum vultis dimittam vobis Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus?
18 Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum.
19 Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi rei ſit cum iuſto illo: multa enim paſſa ſum hodie in ſomnijs propter eum.
20 Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt turbis, vt peterent Barrabam: Ieſum verò perderent.
21 Reſpondens antè præſes ait illis, vtrum vultis è duobus dimittam vobis? At illi dixerunt, Barrabam.
22 Dixit illis Pilatus,

R. 15. *à verſ. 6. vſque verſ. 16.*

6 Cæterùm in feſto dimittebat illis vnum vinctũ, quemcunque poſtulaſſent.
7 Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum ſeditionis authoribus fuerat vinctus qui per ſeditionem cædem patrauerant.
8 Et quum exclamaſſet turba, cœpit flagitare (vt faceret) quemadmodum ſemper fecerat ipſis.
9 Pilatus autem reſpondit eis, dicens vultis dimittam vobis regem iſtum Iudæorum?
10 Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent illum ſummi ſacerdotes.
11 Summi verò ſacerdotes concitauerunt turbam, vt potius Barrabam dimitteret ipſis.
12 Pilatus autem reſpondens rurſum, ait illis: Quid igitur vultis faciam ei, quem dicitis regem Iudæorum?
13 At illi rurſum clamauc-

L. 13. *à verſ. 13. vſque verſ. 26.*

13 Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum, & magiſtratibus ac plebe, dixit ad illos:
14 Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans nullum crimen inuenio in homine iſto, ex his de quibus accuſatis eum.
15 Sed ne Herodes quidem: nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei.
16 Caſtigatum ergo illum dimittam.
17 Neceſſe autem habebat dimittere eis in feſto vnum.
18 Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.
19 Qui erat propter ſeditionem quandam factã in ciuitate & homicidium coniectus in carcerem.
20 Iterum autem Pilatus

I. 18. *à verſ. 33. vſque cap. 19. verſ. 2.*

33 Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: Es tu ille rex Iudæorum.
34 Reſpondit Ieſus: A temetipſo tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?
35 Reſpondit Pilatus: Num ego Iudæus ſum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti?
36 Reſpondit Ieſus, Regnum meũ non eſt ex hoc mundo: Si ex hoc mundo eſſet, miniſtri mei vtique decertarẽt, ne traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc.
37 Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpõdit Ieſus, Tu dicis, quod rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mũdum, vt teſtimonium feram veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.
38 Dicit ei Pilatus: Quid

M. 27.

Quid igitur faciam Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur.

23 Præſes autem ait, Quidnam mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: crucifigatur.

24 Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, acceptа aqua abluit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine huius iuſti, vos videritis.

25 Et reſpondens vniuerſos populos, dixit: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

26 Tunc dimiſit illis Barrabam, Ieſum autem flagellatum tradidit, vt crucifigeretur.

R. 15.

runt, crucifige illum.

14 Pilatus autem dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi vehementius clamauerunt, crucifige eum.

15 Pilatos verò volens turbæ ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam, & tradidit Ieſum flagellatum, vt crucifigeretur.

L. 23.

loquutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum.

21 At illi reclamabant, dicentes: Crucifige: crucifige eum.

22 Ille autem tertiò dixit ad illos: quid enim mali fecit hic? Nullum crimen capitale comperio in eo: caſtigatum ergo dimittam illum.

23 At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur, & invalescebant voces eorum, ac ſummorum Sacerdotum.

24 Et Pilatus adiudicauit, vt fieret quod illi poſtulabant.

25 Dimiſit autem illis eum, qui propter ſeditionem & homicidium coniectus fuerat in carcerem, quem poposcerāt: Ieſū verò tradidit cupiditati eorum.

I. 18.

eſt veritas? Et quum hoc dixiſſet, iterum prodiit à Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo cauſam.

39 Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha. Vultiſne ergo dimittam vobis illum Regem Iudæorum?

40 Clamauerunt rurſum omnes, dicentes: Non hunc, ſed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

I. 19.

1 TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit.

Centeſima ſexta triplex M. R. I. milites & lictores Pilati ſuſceptum Ieſum abducunt in atrium Prætorij tota cohorte congregata, & exutum induunt purpura, coronant ſpinis, arundinem in dexteram eius ponunt, & genu flexo illudentes conſpuunt & percutiunt.

M. 27. *verſ.* 27. 28. 29. 30.

27 Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem.

28 Et quum exuiſſent eum, circumdederunt ei chlamydem coccineam.

29 Et coronam de ſpinis contexuerunt impoſuerunt ſuper caput eius.

30 Et arundinem in dexteram eius & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum. Et quum expuiſſent in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius.

R. 15. *verſ.* 16. 17. 18. 19.

16 Milites autem abduxerunt eum intro in atrium, quod eſt prætorium, & conuocant totam cohortem.

17 Et induunt illum purpura, & circumponunt ei contextam ſpinis coronam.

18 Et cœperunt ſalutare illum: Aue Rex Iudæorum.

19 Et verberabant illius caput arundine, & inſpuebant in illum, & poſitis genibus adorabant illum.

I. 19. *verſ.* 2. 3.

2 Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circumdederunt eum.

3 Ac dicebant: Aue Rex Iudæorum. Et incutiebant ei alapas.

Centeſima ſeptima ſimplex I. iterum Pilatus hac occaſione dimittendi Ieſum arrepta, adduxit eum foras geſtantem ſpineam coronam & veſtem purpuream, vt hominis innocentis tam dirè afflicti miſererentur. At illis atrocius clamantibus vt crucifigeretur, iterum eum in prætorio interrogat: & rurſus conatur dimittere Iudæis ad vltimum minitantibus Pilatum infenſum facere Cæſari. Quo audito Pilatus iterum eduxit foras Ieſum, & eùm ad tribunal ſediſſet, adhuc conatus eſt eum dimittere. Sed ad clamorem turbæ & Pontificum non alium ſe habere regem quàm Cæſarem clamantium, condemnauit Ieſum crucifigi. hæc a. & vltima eius ſententia.

I. 19. *à verſ.* 4. *vſque ad medium verſ.* 16.

4 Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis me nullam in eo inuenire culpam.

5 Exiuit ergo Ieſus foras, geſtans ſpineam coronam, & veſtem purpuream: & dicit eis: Ecce homo.

6 Quum ergo vidiſſent eum Pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo cauſam.

7 Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundum legem noſtram debet mori, quia filium Dei ſe fecit.

8 Quum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

9 Et ingreſſus eſt prætorium iterum & dicit ad Ieſum: vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei.

10 Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis quod poteſtatem habeam crucifigendi te, & poteſtatem habeam abſoluendi te?

11 Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet è ſuperno. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

12 Et ex eo quærebat Pilatus abſoluere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc abſolueris, non es amicus Cæſaris. Quicunque enim ſe regem facit, contradicit Cæſari.

13 Pilatus autem quum audiſſet hunc ſermonem, produxit foras Ieſum, ſeditque pro tribunali, in loco qui dicit Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

54 Erat autem paraſceue Paſchæ, hora ſerme ſexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex veſter:
55 Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum: Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderuut Pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem.
16 Tunc etgo tradidit eum illis, vt crucifigeretur.

Centeſima octaoa triplex M. R. I. Tuoc cùm milites & lictores Pilati illuſiſſent Ieſu, exuerunt eum purpura, & reinduerunt veſtibus ſuis, & eduxeruot vt crucifigerent crucem ſuam ferentem.

M. 27. verſ. 31.

31 Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis ſuis, & abduxerunt eum vt crucifigerent.

R. 15. verſ. 20.

20 Et quum illuſiſſent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt illum veſtibus propriis: & educunt eum vt crucifigerent eum.

I. 19. ver. 16. 17. dimidiatis.

16 Acceperunt autem Ieſum, & & abduxerunt.
17 Et is baiulans crucem ſuam, exiuit.

Centeſima oona triplex M. R. L. caroifices vrbe egreſſi, videntes Ieſum rot tormentis afflictum, etiam ſub poodere crucis opprimi: oe forte prius moreretur quàm crucifigeretur, obuium Simonem coëgerunt reliquum viæ crucem Ieſu ferre.

M. 27. verſ. 31.

31 Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomioe Simonem: hunc adegerunt vt tolleret crucem eius.

R. 15. verſ. 21.

21 Et angariauerunt prætereuntem quemdam Simonem Cyrenæum (qui veniebat ex agro, patrem Alexandri & Rufi) vt tolleret crucem eius.

L. 23. verſ. 26.

26 Et quum abducerent eum, apprehendetunt Simonem quemdam Cyrenenſem venientem è rure, & impoſuerunt illi crucem, vt portaret poſt Ieſum.

Centeſima decima ſimplex L. Ieſus ſequeotes, & eiulantes mulieres monuit, non ſuper ipſum: ſed ſuper ſeipſas & ſuos flere. Duo ioterim facinoroſi cum eo ad mortem ducebantur.

L. 23. à verſ. 27. vſque ad verſ. 33.

27 Sequebatur autem illum multa turba populi ac mulierum: quæ & plangebant, & lamentabantur eum.
28 Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vobiſmetipſis flete, & ſuper filios veſtros:
29 Quoniam ecce veniunt dies, in quibus dicent, Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.
30 Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, operite nos.
31 Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?
32 Ducebantur autem & alij duo facinoroſi, vt eum eo interficerentur.

Centeſima vndecima quadruplex M. R. L. I. De crucifixiooe Chriſti ioter duos latrones, & titulo crucis, veſtibus ſectis, & tuoica ſorte data, ſeptem dictis Chriſti, & eius morte.

M. 27. à verſ. 33. vſque verſ. 51.

33 Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod eſt, Caluariæ locus.
34 Et dederunt ei acetum bibere eum felle mixtum. Et cum guſtaſſet, noluit bibere.
35 Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes, vt impleretur quod dictū eſt per prophetam: diuiſerunt ſibi veſtimēta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem.
36 Et ſedentes ſeruabant eum ibi.

R. 15. à verſ. 22. vſque verſ. 38.

22 Et ducunt eum in Golgotha locum: quod eſt ſi interpretetis, Caluariæ locus.
23 Et dederunt illi bibere myrrhatum vinum: ſed ille non ſumpſit.
24 Quumque crucifixiſſent eum, partiti ſunt veſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper illa, quit quid tolleret.
25 Erat autem hora tertia quum crucifixerunt eū.
26 Et erat inſcriptio cauſæ illius inſcripta Rex Iudæorum.
27 Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à

L. 23. à verſ. 33. vſque verſ. 47.

33 Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum, & facinoroſos, vnum à dextris, alterum à ſiniſtris.
34 Ieſus autem dicebat: Pater, remitte illis, neſcinnt enim quid faciāt. Diuidentes verò veſtimenta eius, ſortem mittebant.
35 Et ſtabat populus ſpectans, & deridebāt eum principes eum eis, dicentes: Alios ſeruauit, ſeruet ſeipſum, ſi hic eſt ille Chriſtus, illa Dei electus.

I. 19. à verſ. 17. vſque ad verſ. 31.

17 In eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraicè aotē Golgotha.
18 Vbi crucifixerunt eū, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum.
19 Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.
20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebrai-

M. 27.

37 Et impoſuerant ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt Ieſus Rex Iudæorum.

38 Tuoe erucifiguuntur cũ eo duo latrones, vnus à dextris & alter à ſiniſtris.

39 Qui verò prætetibant conuitiabaotur mouentes capita ſua, & dicentes.

40 Tu qui deſtruis templum, & in triduo ædificas, ſerua temetipsũ: ſi filius Dei es deſceode de cruce.

41 Similiter aotẽ & principes Sacerdotum illudentes eum ſcribis & ſeniotibus, dieebaor:

42 Alios ſeruauit ſeipſum non poteſt ſeruare: ſi Res Iſraël eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credemus ei.

43 Confidit in Deo, liberet eum nunc ſi vult eum. Dixit enim filius Dei ſum.

44 Idipſum autem & latrones qui erucifixi erãt cum eo, exprobrabant ei.

45 A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſupet vniuerſam terram vſq; ad horam nonam.

46 Et circa horã nonam, clamauit Ieſus voce magna, diceus: Heli Heli lamaſabachthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, cut deſeruiſti me?

47 Quidam autem illic aſtantium, quum audiſſent dicebant, Heliam vocat iſte.

48 Et continuò currens vnus ex eis, quum acceptam ſpongiam impleſſet aceto, impoſuit arundini, dabátque ei bibere.

49 Cæteri verò dicebant. Sine, videamus an veniat Helias liberaturus eum.

50 Ieſus autem quum itetum clamaſſet voce magna, emiſit ſpiritum.

R. 15.

dextris, & alterum à ſiniſtris eius.

28 Et impleta eſt ſcriptuta quæ dicit: Et cum ſceletatis numeratus eſt.

29 Et qui prætetibãt eos, mouebantur illi, mouentes capita ſua, ac dicentes: Væ qui demoliris templum, & in tribus diebus es tuis.

30 Serua teipſum & deſcende de Cruce.

31 Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes inter ſeſe cum ſcribis, dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare non poteſt.

32 Chriſtus ille tex Iſraël deſcendat nunc de cruce, vt videamus & eredamus. Et qui crucifixi erant eum eo, probra iaciebaut in eum.

33 Quum verò facta eſſet hora ſexta, tenebræ oriæ ſunt ſuper totam tertam, vſque ad horam nonam.

34 Et hora nona elamauit Ieſus voce magna, diceus: Eloi, Eloi lama ſabachthaoi: quod eſt, ſi quis interpreterur, neus meus, Deus meus, eut me deſeruiſti?

35 Et quidam aſtantium quum audiſſent dicebant, Ecce, Heliam vocat.

36 Aceurrit autẽ quidam, & impleta ſpongia aceto, impoſitáque arundini porrexit illi potum, dicens: Sinite, videamus an veururus ſit Helias ad deponendum eum.

37 Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit.

L. 23.

36 Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei.

37 Dicentéſque: Si tu es ille Rex Iudæorum, ſaluum te fac.

38 Erat autem & inſcriptio facta ſuper eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic eſt Rex Iudæorum.

39 Vnus autem ex ſceleratis, qui erant ſuſpenſi, blaſphemabat eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſerua teipſum & nos.

40 Reſpondẽs autem alter, increpabat eum, dicens: Ne tu quidem times Deum, quum in eadem damnatione ſis?

41 Et eos quidem iuſtè: nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit.

42 Et dicebat ad Ieſum, Domine, memẽto mei, quum veneris in tegnum tuum.

43 Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo.

44 Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſupet totam tecram vſque ad horam nonam

45 Et obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt medium.

46 Et quum elamaſſet voce magna Ieſus ait: Pater in manus tuas eommendo ſpiritum meum. Et hæc diceos expitauit.

I. 19.

cè, Græcè & Latinè.

21 Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum; Nuli ſoribere, Rex Iudæorum: ſed quod ille dixetit, Rex ſum Iudæorum.

22 Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi.

23 Milites ergo quum crucifixiſſent Ieſum, acceperuut veſtimeota eius, & fecerunt quatuor partes, voicuiqua militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, à ſummo contexta per totum.

24 Dixerunt ergo inter ſe. Ne ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit, vt ſcriptura impleretur, dicés: Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

25 Stabant autem iuxta crucem Ieſu maret eius & ſorot matris eius, Maria, vxor Cleophæ, & Maria Magdalene.

26 Quum vidiſſet ergo Ieſus matrem ac diſcipulum aſtaurem, quem diligebat, dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus.

27 Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſuam.

28 Poſtea ſciens Ieſus, quod omnia iam conſummata eſſent, vt conſummaretur ſcriptura, dixit: Sitio.

29 Vas igitur erat poſitum aceto plenum. Illi verò impleuerũt ſpongiam aceto, & hyſſopo circumpoſitam admouerunt ori eius.

30 Quum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum.

Centeſima duodecima quadruplex M. R. L. I. de mirandis quæ ſtatim à morte Chriſti contigerunt.

M. 27. *verſ* 51. 52. 53. 54. 55. 56.

51 Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque ad imum & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.

52 Et monumeota aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum qui dormierant

R. 15. *verſ.* 38. 39. 40. 41.

38 Et velum templi ſciſſum eſt in duas partes ad ſummo vſque ad imum.

39 Quum vidiſſet autem Centurio qui adſtabat illi ex aduerſo, quod ſic emiſſo clamore expiraſſet,

L. 23. *verſ.* 47. 48. 49.

47 Quum vidiſſet autẽ Cẽturio quod factum fuerat glorificauit Deũ dicens: Verè hic homo iuſtus erat.

48 Et omues turbæ eorum qui ſimul aceeſſerant ad ſpectaculum iſtud:

I. 19. *à verſ.* 31 *vſque ad verſ.* 38.

31 Iudæi ergo, quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce eorpora ſabbatho (erat enim magnus dies ille ſabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerẽtur eorũ crura, ac tollerẽtur

32 Venerunt

M. 27. *R.* 15. *L.* 15. *I.* 19.

dormierant surrexerunt.
53 Et egressi è monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctã ciuitatem, & apparuerunt multis.
54 Centurio verò & qui cũ eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu & his quæ facta fuerant, timuerunt valde, dicentes, verè filius Dei erat iste.
55 Erant autem ibi mulieres multæ è longinquo spectantes, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:
56 Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

raſſet, dixit: verè homo hic filius erat Dei.
40 Erant autem & mulieres è longinquo spectãtes, inter quas erat Mariã Magdalene & Maria Iacobi parui, & Ioseph mater, & Salome.
41 Quæ etiam quum esset in Galilæa, sequutæ fuerant illum, & ministrauerant ei, aliæque complures, quæ simul ascenderant cum eo Hierosolymam.

istud: & viderant quæ facta fuerant, percutientes pectora sua, reuertebantur.
49 Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ simul sequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

52 Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui cum eo crucifixus erat.
33 Ad Iesum autem quũ venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.
34 Sed vnus militum lãcea latus eius fodit, & continuò effluxit sanguis & aqua.
35 Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius, & ille scit quod vera dicit, vt & vos credatis.
36 Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo.
37 Et rursus alia scriptura: Videbunt in quem transfixerunt.

Centesima decima tertia quadruplex M. R. L. I. de honorifica sepultura Christi vespere eiusdem diei.

M. 27. *verſ.* 57. 58. 59. 60. 61.

57 Quum autẽ vespera facta esset, venit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu.
58 Hic accessit ad Pilatum, ac postulauit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.
59 Et quum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindone mũda.
60 Posuitque illud in monumento suo nouo, quod excidérat in petra:
61 Et aduoluto saxo ingenti ad ostium monumenti abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum.

R. 15. *verſ.* 42. *vſque ad fin. c.*

42 Et quum iam venisset vespera, quoniam erat parasceue (quæ præcedit sabbathum,)
43 Venit Ioseph ortus ex ciuitate Arimathæa, honestus senator, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & cum audacia ingressus est ad Pilatum, & petiit ab eo corpus Iesu.
44 Pilatus autem admiratus est, si iam mortuus esset, & accersito ad se centurione, interrogauit illum an iamdudum mortuus fuisset.
45 Et re cognita ex centurione, donauit corpus ipsi Ioseph.
46 Et ir mercatus sindonem, depositum eum inuolut sindone, depositque in monumento, quod erat excisum è petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.
47 At Maria Magdalene, & Maria Ioseph spectabant vbi poneretur.

L. 23. *verſ.* 50 *vſque ad fi. c.*

50 Et ecce vir nomine Ioseph, decurio, qui erat vir bonus ac iustus.
51 Hic non consenserat consilio ac facto eorum, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expectabat, & ipse regnum Dei:
52 Hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu.
53 Et depositũ illud inuolut sindone, & posuit illud in monumẽto, quod erat in lapide excisum, in quo nondum quisquam positus fuerat.
54 Et dies erat parasceue, & sabbathum illucescebat*.
55 Subsequutæ autẽ mulieres quæ eum ex Galilæa venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius.
56 Reuersæ verò parauerunt aromata & vnguenta: ac sabbatho quidem quieuerunt secundum mandatum:

I. 19 *à verſ.* 38. *vſque ad fi. c.*

38 Posthæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathensis, qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum: vt tolleret corpus Iesu: idque permisit Pilatus.
39 Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloës ad libras fermè centum.
40 Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuoluerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.
41 Erat autem in eo loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.
42 Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Iesum.

* id est propinquabat.

Centesima decima quarta simplex M. solus loquitur de eo quod Sabbatho postridie passionis factum est, de sigillatione sepulchri, & custodia publica.

M. 27. *à verſ.* 62. *vſque ad fin. cap.*

62 Postero autem die qui est postridie parasceues, conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum: dicentes:
63 Domine recordati sumus quod seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam.
64 Iube ergo muniri sepulchrum, vsque in diem tertium: nequando veniant discipuli eius, & furentur eum,

dicàntque plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore.
65 Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: abite, muoite sicut scitis.
66 Illi autem profecti, munierunt sepulchrum, obsignato lapide, adhibitis custodibus.

Centesima decima quinta quadruplex M. R. L. I. De resurrectione Christi, terræ motu; lapide reuoluto, angeli solantur fœminas venientes vt vngerent Iesum, qui, digressis à monumento, vt discipulis nunciarent, apparet: sed discipuli non credunt eis. Tamen Petrus & Ioannes currunt ad monumentum

M. 8. vsque ad vers. 11.

1 AD extremum autem Sabbathi quum lucesceret in primam hebdomadis, venit Maria Magdalene, & altera Maria, vt viderent sepulchrum.
2 Et ecce terræmotus factus est magnus, Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens, reuoluit lapidem ab ostio, sedebátque super eum.
3 Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius candidum sicut nix.
4 Præ timore autem eius perculsi sunt custodes, & facti sunt velut mortui.
5 Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quæritis.
6 Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite, videte locum vbi positus erat dominus.
7 Et citò euntes, dicite discipulis eius, quod surrexit à mortuis: & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eũ videbitis, ecce dixi vobis.
8 Et digressæ sunt celeriter à monumento, cum timore & gaudio magno, currebant vt renunciarent discipulis eius.
9 Quum autem proficiscerentur, vt renunciarẽt discipulis eius, ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.
10 Tunc ait illis Iesus. Nolite timere: ite, renunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, & ibi me videbunt.

R. 16. vsque ad vers. 12.

1 ET cum præteriisset Sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent eum.
2 Et valde mane primo sabbathorum veniunt ad monumentum, exorto sole.
3 Dicebántque inter sese, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?
4 Et quum respexissent, vident lapidem esse reuolutum, nam erat magnus valde.
5 Et ingressæ in monumentum, viderunt iouenem sedentem à dextris, amictum stola candida: & expauerunt.
6 At ille dicit eis: Ne expauescatis, Iesum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus: surrexit, non est hic: ecce locus vbi posuerant eum.
7 Sed abite: dicite discipulis eius & Petro, quod ille præcedet vos in Galilæã: illic enim videbitis, sicut dixit vobis.
8 Et egressæ, citò fugerunt à monumento. Habebat enim illas tremor & stupor, neque cuiquã quicquam dicebant: timebant enim.
9 Quum surrexisset autem Iesus mane, primo die sabbathi*, apparuit primum Mariæ Magdalenę, de qua ejecerat septem dæmonia.
10 Illa profecta, nunciauit iis qui cum illo fuerãt, lugentibus ac flentibus.
11 Et illi quum audissent quod viueret, ac visus esset ab illa, nõ crediderũt.

L. 24. vsque ad vers. 13.

1 PRima autem die sabbathorum profundo diluculo, venerunt ad monumentum portantes quę parauerant aromata, & nonnullæ cum eis.
2 Repererunt autem lapidem reuolutum à monumento.
3 Et ingressæ, non inuenerunt corpus Domini Iesu.
4 Et factum est dum mente cõsternatæ essent de hoc, ecce duo viri steterunt iuxta illas in vestibus fulgurantibus.
5 Quum expauissent autẽ, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis, viuentem cum mortuis?
6 Non est hic, sed surrexit. Recordamini vt dixerit vobis, quum adhuc in Galilæa esset, dicens:
7 Quod oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertio resurgere.
8 Et recordatæ sunt verborum eius.
9 Et regressæ à monumento, nunciauerũt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus.
10 Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna & Maria Iacobi, & cæteræ cum eis erant, quę dicebant ad apostolos hæc.
11 Et visa sunt apud illos, ceu deliramentum verba illorum, neque crediderunt illis.
12 Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum, & procumbens, vidit linteamina sola posita, & abiit, apud semetipsũ mirans quod acciderat.

I. 20. vsque ad vers. 11.

1 PRimo verò die sabbathorum, Maria Magdalene venit mane, quum adhuc tenebræ essent, ad monumẽtum, vidétque lapidem sublatum, à monumento.
2 Currit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulũ, quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt dominum è monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.
3 Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.
4 Currebãt autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, venitque prior ad monumentum.
5 Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit.
6 Venit ergo Simon Petrus sequens eũ, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita.
7 Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in vnum locum.
8 Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus, qui venerat prior ad monumentum, vidítque & credidit:

* Id est prima hebdomadis.

9 Nondum enim nouerant scripturam, quod oportuisset eum a mortuis resurgere.
10 Abierunt ergo rursus discipuli ad semetipsos.

Centeſima decima ſexta ſimplex M. interim ex cuſtodibus, qui metu coruſcantis angeli conſternati fuerant, nuntiant principibus ſacerdotum: à quibus pecunia corrupti, mentiti ſunt diſcipulos Ieſu nocte corpus eius furatos.

M. 28. à verſ. 11. vſque verſ. 16.

11 Illis autem proficiſcentibus, ecce quidam è cuſtodibus venerunt in ciuitatem, ac renuntiauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ acciderant.
12 Et congregati cum ſenioribus, conſilio habito, pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes:
13 Dicite quod diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.
14 Et ſi hoc auditum fuerit apud præſidem, nos perſuademus ei, & ſecutos vos faciemus.
15 At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti: Et diuulgatus eſt hic ſermo apud Iudæos vſque in hodiernum diem.

Centeſima decima ſeptima ſimplex I. Maria Magdalene reuerſa ad monumentum flebat, vidit angelos, & conuerſa ad Ieſum, quem, vt is eam nominauit, agnouit, & is eam miſit nuntiare diſcipulis.

I. 20. à verſ. 11. vſque verſ. 19.

11 Maria autem ſtabat ad monumentum foris. Dum ergo fleret, inclinauit ſe in monumentum.
12 Et vidit duos angelos amictos albis, ſedentes vnum ad caput, & alterum ad pedes illic, vbi poſuerant corpus Ieſu.
13 Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Sustulerunt dominum meum, nec ſcio vbi poſuerunt eum.
14 Hæc cum dixiſſet conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, nec ſciebat quod Ieſus eſſet.
15 Dicit ei Ieſus, mulier, quid ploras? quem quæris? illa exiſtimans quod hortulanus eſſet, dicit ei: domine ſi tu aſportaſti eum, dicito mihi vbi poſueris eum, & ego eum tollam.
16 Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa, dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magiſter:
17 Dicit ei Ieſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum: Sed vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum, & Deum meum & Deum veſtrum.
18 Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis quod vidiſſet Dominum, & ea dixiſſet ſibi.

Centeſima decima octaua ſimplex R. apparuit etiam duobus euntibus rus, quibus non fuit creditum.

X. 16. verſ. 12. 13.

12 Poſthæc autem duobus ex ipſis ambulantibus, apparuit in alia forma euntibus rus,
13 Et illi abierunt ac renuntiarunt reliquis: qui neque illis crediderunt.

Centeſima decima nona ſimplex L. duobus eodem die euntibus Emaüs, quibus nunc reuerſis creditum fuit, niſi à Thoma qui ſe ſubduxit.

L. 24. à verſ. 13. vſque verſ. 36,

13 Et ecce duo ex illis ibant eodem die in caſtellum, quod abeſt ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieroſolymis, nomine Emaüs.
14 Et ipſi colloquebantur inter ſe de his omnibus quæ acciderant.
15 Et factum eſt dum colloquerentur, ac diſputarent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat vnà cum illis.
16 Cæterùm oculi eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent:
17 Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones quos confertis inter vos ambulantes, & eſtis triſtes?
18 Ac reſpondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es Hieroſolymis, neque cognouiſti quæ facta ſunt illic his diebus?
19 Quibus ille dixit, quæ? de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens opere & ſermone coram Deo & toto populo.
20 Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum.
21 Nos autem ſperabamus eum eſſe illum qui redempturus eſſet Iſraël: Atqui ſuper hæc omnia tertius dies eſt hodie, quod hæc facta ſunt.
22 Sed & mulieres quædam ex nobis ſtupefecerunt nos, profectæ ad monumentum:
23 Et non inuento corpore eius, venerunt dicentes: ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicerent eum viuere.
24 Et abierunt quidam eorum, qui erant nobiſcum, ad monumentum, & ita repererunt ſicut mulieres dixerant, ipſum verò non viderunt.
25 Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt prophetæ:
26 Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam?
27 Et exorſus à Moſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant.
28 Et appropinquauerunt caſtello quò ibant, & ipſe præſe ferebat ſe longius ire.
29 Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiſcum, quoniam vergit ad veſperam, & inclinatus eſt dies. Et intrauit vt maneret cum illis.

dicáturque plebi, Suſcitatus à mortuis: & erit nouiſſimus error peior priore.
65 Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiam: abite, munite ſicut ſcitis.
66 Illi autem profecti, munierunt ſepulchrum, obſignato lapide, adhibitis cuſtodibus.

Centeſima decima quinta quadruplex M. R. L. I. De reſurrectione Chriſti, terræ motu, lapide reuoluto, angeli ſolantur fœminas venientes vt vngerent Ieſum, qui, digreſſis à monumento, vt diſcipulis nunciarent, apparet: ſed diſcipuli non credunt eis. Tamen Petrus & Ioannes currunt ad monumentum

M. 8. *vſque ad verſ.* 11.

1 AD extremum autem Sabbathi quum lucesceret in primam hebdomadis, venit Maria Magdalene, & altera Maria, vt viderent ſepulchrum.
2 Et ecce terræmotus factus eſt magnus, Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens, reuoluit lapidem ab oſtio, ſedebátque ſuper eum.
3 Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius candidum ſicut nix.
4 Præ timore autem eius perculſi ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.
5 Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos: ſcio enim quod Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis.
6 Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit. Venite, videte locum vbi poſitus erat dominus.
7 Et citò euntes, dicite diſcipulis eius, quod ſurrexit à mortuis: & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, ecce dixi vobis.
8 Et digreſſæ ſunt celeriter à monumento, cum timore & gaudio magno, currebant vt renunciarent diſcipulis eius.
9 Quum autem proficiſcerentur, vt renunciarét diſcipulis eius, ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.
10 Tunc ait illis Ieſus. Nolite timere: ite, renunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, & ibi me videbunt.

R. 16. *vſque ad verſ.* 12.

1 ET cum præteriſſet ſabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venirét & vngerent eum.
2 Et valde mane primo ſabbathorum veniunt ad monumentum, exorto ſole.
3 Dicebántque inter ſeſe, quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?
4 Et quum reſpexiſſent, vident lapidem eſſe reuolutum, nam erat magnus valde.
5 Et ingreſſæ in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem à dextris, amictum ſtola candida: & expauerunt.
6 At ille dicit eis: Ne expaueſcatis, Ieſum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus: ſurrexit, non eſt hic: ecce locus vbi poſuerant eum.
7 Sed abite: dicite diſcipulis eius & Petro, quod ille præcedet vos in Galilæa: illic eum videbitis, ſicut dixit vobis.
8 Et egreſſæ, citò fugerunt à monumento. Habebat enim illas tremor & ſtupor, neque cuiquá quicquam dicebant: timebant enim.
9 Quum ſurrexiſſet autem Ieſus mane, primo die ſabbathi *, apparuit primum Mariæ Magdalenę, de qua ejecerat ſeptem dæmonia.
10 Illa profecta, nunciauit iis qui cum illo fuerát, lugentibus ac flentibus.
11 Et illi quum audiſſent quod viueret, ac viſus eſſet ab illa, nõ crediderũt.

L. 24. *vſque ad verſ.* 13.

1 PRima autem die ſabbatorum profundo diluculo, venerunt ad monumentum portantes quę parauerant aromata, & nonnullæ cum eis.
2 Repererunt autem lapidem reuolutum à monumento.
3 Et ingreſſæ, non inuenerunt corpus Domini Ieſu.
4 Et factum eſt dum mente cõſternatæ eſſent de hoc, ecce duo viri ſteterunt iuxta illas in veſtibus ſulgurantibus.
5 Quum expauiſſent autẽ, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis, viuentem cum mortuis?
6 Non eſt hic, ſed ſurrexit. Recordamini vt dixerit vobis, quum adhuc in Galilæa eſſet, dicens:
7 Quod oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertio reſurgere.
8 Et recordatæ ſunt verborum eius.
9 Et regreſſæ à monumento, nunciauerũt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus.
10 Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna & Maria Iacobi, & cæteræ cum eis etiam, quę dicebant ad apoſtolos hæc.
11 Et viſa ſunt apud illos, ceu deliramentum verba illarum, neque credidetunt illis.
12 Petrus autem ſurgens, cucurrit ad monumentum, & procumbens, vidit linteamina ſola poſita, & abiit, apud ſemetipſũ mirans quod acciderat.

I. 20. *vſque ad verſ.* 11.

1 PRimo verò die ſabbathorum, Maria Magdalene venit mane, quum adhuc tenebræ eſſent, ad monumẽtum, vidítque lapidem ſublatum, à monumento.
2 Curriit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum diſcipulũ, quem amabat Ieſus, & dicit illis: Sustulerunt dominum è monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum.
3 Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, & veoerunt ad monumentum.
4 Currebãt autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcurrit citius Petro, veníitque prior ad monumentum.
5 Et quum ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, non tamen introiuit.
6 Venit ergo Simon Petrus ſequeoſeũ, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita.
7 Et ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim involutum in vnum locum.
8 Tunc ergo introiuit & ille alius diſcipulus, qui venerat prior ad monumentum, vidítque & credidit:

* Id eſt prima hebdomadis.

9 Nondum enim nouerant ſcripturam, quod oportuiſſet eum a mortuis reſurgere.
10 Abierunt ergo rurſus diſcipuli ad ſemetipſos.

Centeſima decima ſexta ſimplex M. interim ex cuſtodibus, qui metu coruſcantis angeli conſternati fuerant, nuntiant principibus ſacerdotum: à quibus pecunia corrupti, mentiti ſunt diſcipulos Ieſu nocte corpus eius furatos.

M. 28. *à verſ.* 11. *vſque verſ.* 16.

11 Illis autem proficiſcentibus, ecce quidam è cuſtodibus venerunt in ciuitatem, ac renuntiauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ acciderant.
12 Et congregati cum ſenioribus, conſilio habito, pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes:
13 Dicite quod diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.
14 Et ſi hoc auditum fuerit apud præſidem, nos perſuademus ei, & ſecutos vos faciemus.
15 At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti: Et diuulgatus eſt hic ſermo apud Iudæos vſque in hodiernum diem.

Centeſima decima ſeptima ſimplex I. Maria Magdalene reuerſa ad monumentum flebat, vidit angelos, & conuerſa ad Ieſum, quem, vt is eam nominauit, agnouit, & is eam miſit nuntiare diſcipulis.

I. 20. *à verſ.* 11. *vſque verſ.* 19.

11 Maria autem ſtabat ad monumentum foris. Dum ergo fleret, inclinauit ſe in monumentum,
12 Et vidit duos angelos amictos albis, ſedentes vnum ad caput, & alterum ad pedes illic, vbi poſuerant corpus Ieſu.
13 Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Sustulerunt dominum meum, nec ſcio vbi poſuerunt eum.
14 Hæc quum dixiſſet conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, nec ſciebat quod Ieſus eſſet.
15 Dicit ei Ieſus, mulier, quid ploras? quem quæris? illa exiſtimans quod hortulanus eſſet, dicit ei: domine ſi tu aſportaſti eum, dicito mihi vbi poſueris eum, & ego eum tollam.
16 Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa, dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magiſter:
17 Dicit ei Ieſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum: Sed vade ad fratres meos, & die eis: Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum, & Deum meum & Deum veſtrum.
18 Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis quod vidiſſet Dominum, & ea dixiſſet ſibi.

Centeſima decima octaua ſimplex R. apparuit etiam duobus euntibus rus, quibus non fuit creditum.

R. 16. *verſ.* 12. 13.

12 Poſthæc autem duobus ex ipſis ambulantibus, apparuit in alia forma euntibus rus.
13 Et illi abierunt ac renuntiarunt reliquis: qui neque illis crediderunt.

Centeſima decima nona ſimplex L. duobus eodem die euntibus Emaüs, quibus noctu reuerſis creditum fuit, niſi à Thoma qui ſe ſubduxit.

L. 24. *à verſ.* 13. *vſque verſ.* 36.

13 Et ecce duo ex illis ibant eodem die in caſtellum, quod aberat ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieroſolymis, nomine Emaüs.
14 Et ipſi colloquebantur inter ſe de his omnibus quæ acciderant.
15 Et factum eſt dum colloquerentur, ac diſputarent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat vnà cum illis.
16 Cæterùm oculi eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent:
17 Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones quos confertis inter vos ambulantes, & eſtis triſtes?
18 Ac reſpondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es Hieroſolymis, neque cognouiſti quæ facta ſunt illic his diebus?
19 Quibus ille dixit, quæ? de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens opere & ſermone coram Deo & toto populo.
20 Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum.
21 Nos autem ſperabamus eum eſſe illum qui redempturus eſſet Iſraël: Atqui ſuper hæc omnia tertius dies eſt hodie, quod hæc facta ſunt.
22 Sed & mulieres quædam ex nobis ſtupefecerunt nos, profectæ ad monumentum:
23 Et non inuento corpore eius, venerunt dicentes: ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicerent eum viuere.
24 Et abierunt quidam eorum, qui erant nobiſcum, ad monumentum, & ita repererunt ſicut mulieres dixerant, ipſum verò non viderunt.
25 Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt prophetæ:
26 Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam?
27 Et exorſus à Moſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant.
28 Et appropinquauerunt caſtello quò ibant, & ipſe ſe præ ſe ferebat ſe longius ire.
29 Et coëgerunt illum, dicentes; Mane nobiſcum, quoniam vergit ad veſperam, & inclinatus eſt dies. Et intrauit vt maneret cum illis.

L. 24.

30 Et factum eſt dum accumberet cum eis accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis.
31 Et aperti ſunt oculi eorum & agnouerunt eum, & ipſe euanuit ex oculis eorum.
32 Et dixerunt inter ſe: Nonne cor noſtrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis ſcripturas?
33 Et ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt Hieroſolymam, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes:
34 Surrexit Dominus verè & apparuit Simoni,
35 Et illi narrabant quæ geſta erant in via & quomodo fuiſſet agnitus ipſis in fractione panis.

Centeſima viceſima pars duplex L. I. tunc eadem die ſerò ianuis clauſis ſtetit Ieſus in medio (Thoma abſente) contrectandum ſe dedit, comedit, ſcripturas aperuit, Spiritum ſanctum dedit ad prædicandum pœnitentiam, remittendum & retinendum peccata, incipiendo ab Hieroſolymis poſtquam induti forent virtute ex alto.

L. 24. à verſ. 36. vſque verſ. 50.

36 Dum autem hæc loquuntur, ſtetit Ieſus ipſe in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis.
37 Expauefacti verò & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre.
38 Et dixit eis, Quid turbati eſtis? & cogitationes aſcenduot in cotda veſtra?
39 Videte manus meas, & pedes meos, nam ego ipſe ſum. Contrectate me & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.
40 Et quum hæc dixiſſet, oſtēdit eis manos & pedes.
41 Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio & mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid edulij?
42 At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & aliquid de fauo apiario.
43 Et accepit, & in conſpectu illorum comedit.
44 Et dixit ad eos: Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum ad vos, quum adhuc eſſem vobiſcum: quod neceſſe foret impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moſis, & Pſophetis & Pſalmis de me.
45 Tunc aperuit illorum mentem, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis:
46 Sic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertio die,
47 Et prædicari nomine eius pœnitentiam, ac remiſſionem peccatorum in omnes Gentes initio facto ab Hieroſolymis.
48 Vos autem eſtis teſtes horum.
49 Et ecce ego mitto promiſſum patris mei ſuper vos. Vos autem ſedete in ciuitate Hieruſalem, quo ad vſque induamini virtute ex alto.

L. 20. à verſ. 19. vſque verſ. 24.

19 Quum ergo veſpera eſſet die illo, qui erat primus Sabbathorum, & fores eſſent clauſæ vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus, ſtetitque in medio, & dicit eis: Pax vobis.
20 Et quum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac latus ſuum: gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino.
21 Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos.
22 Hæc quum dixiſſet, flauit in eos & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum.
23 Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque retinueritis, retenta ſunt.

Centeſima viceſima prima ſimplex I. Chriſtus die 8. reſurrectionis rurſus apparet in medio diſcipulorum, vbi Thomas aderat, qui credidit.

L. 20. verſ. 24. ad vſque fi. c.

24 Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus.
25 Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Niſi videro in manibus eius veſtigium clauorum, & mittam digitum meum in veſtigium clauoſum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.
26 Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis.
27 Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum hue, & vide manus meas, & admoue manum tuam, & immitto in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed credens.
28 Reſpondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.
29 Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt.
30 Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.
31 Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quod Ieſus eſt Chriſtus ille filius Dei, & vt credentes vitam habeatis per nomen eius.

Digitized by Google

Centeſima viceſima ſecunda ſimplex R. rurſus diſcumbentibus vndecim, Chriſtus apparet, exprobrat incredulitatem, mandat ire & prædicare Euangelium omni creaturæ, baptizare & ſigna edere.

R. 16. à verſ. 14. vſque verſ. 19.

14 Poſtea diſcumbentibus illis vndecim appatuit, & exprobrauit illis incredulitatem ſuam, & cordis duritiem, quod his qui ipſum vidiſſent reſuſcitatum, non credidiſſent.
15 Et dixit eis, Ite in mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ.
16 Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.
17 Porrò ſigna eos qui crediderint, hæc ſubſequentur: Per nomen meum dæmonia eicient: linguis loquentur nouis:
18 Serpentes tollent: & ſi quid lethale biberint, non nocebit eis: ſuper ægrotos manus imponent, & bene habebunt.

Centeſima viceſima tertia ſimplex I. Appatitio Chriſti ad mare Tyberiadis, vbi erant quatuor Apoſtoli, & tres diſcipuli, in queis Nathanaël, de grandi captura piſcium, Petro ter interrogato, & de cruce præmonito ſequi iuſſo, nec inquirere quid accideret Ioanni.

I. 21.

1 POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tyberiadis, Manifeſtauit autem ſic:
2 Erant ſimul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus: & Nathanaël qui erat à Cana Galileæ, & filij Zebedei, aliique ex diſcipulis eius duo.
3 Dicit eis Simon Petrus, Vado piſcatum. Dicunt ei, imus & nos tecum. Exierunt & aſcenderunt in nauim ſtatim, & illa nocte nihil cœperunt.
4 Mane autem iam facto ſtetit Ieſus in littore, non tamen cognouerunt diſcipuli, quod Ieſus eſſet.
5 Dicit eis Ieſus: Pueri, numquid opſonij habetis? Reſpondetunt ei: non. At ille dicit eis:
6 Mittite in dexteram nauigij partem rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.
7 Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus Petro: Dominus eſt. Simon ergo Petrus quum audiſſet, quod Dominus eſſet, tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus, & miſit ſe in mare.
8 Alij autem diſcipuli nauigiolo veoerunt: non enim longe aberant à terra, ſed circiter cubitis docentis, trahentes rete piſcium.
9 Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt pruuas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.
10 Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus quos prendiſtis nunc.
11 Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et quum tot eſſent, non eſt ſciſſum rete.
12 Dicit eis Ieſus, venite, prandete. Et nemo diſcipulorum audebat interrogare eum, quis es tu? vt qui ſcirent dominum eſſe.
13 Venit ergo Ieſus & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.
14 Hac iam tertia vice manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, quum reſurrexiſſet à mortuis.
15 Quum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis, diligis me plus quam hi? Dicit ei, Etiam domine, tu ſcis quod amem te. Dicit ei: Paſce agnos meos.
16 Dicit ei rurſus iterum: Simon Ioannis diligis me? ait illi, etiam Domine tu ſcis quod amem te. Dicit ei: Paſce oues meas.
17 Dicit ei tertiò: Simon Ioannis amas me? Indoluit Petrus quod dixiſſet ſibi tertiò, Amas me? dixítque ei: Domine, tu omnia noſti, tu ſcis quod amem te. Dicit ei Ieſus, Paſce oues meas.
18 Amen amen dico tibi, quum eſſes minor cingebas te, & ambulabas quò volebas: quum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & transferet quò non noles.
19 Hoc autem dixit, ſignificans qua morte glorificaturus eſſet Deum. Et quum hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me.
20 Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus ſequentem, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt ille qui prodit te?
21 Hunc ergo quum vidiſſet Petrus, dicit Ieſu: Domine hic autem quid?
22 Dicit ei Ieſus: Si velim eum manere donec veniam, quid ad te? Tu me ſequere.
23 Exiit ergo ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Ieſus, Non morietur: ſed ſi eum velim manere donec veniam, quid ad te?
24 Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: Et ſcimus quod verum eſt teſtimonium eius.
25 Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſe, opinor, mundus caperet eos, qui ſcribendi eſſent, libros.

Centeſima viceſima quarta ſimplex M. de alia apparitione Chriſti in monte Galilææ, vbi diſcipulos vocauerat, mandans eis docere omnes Gentes, & baptizare, promittens ſemper adeſſe ad vſque conſummationem ſæculi.

M. 28. ad vſque finem.

16 Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem quo conſtituerat ipſis Ieſus.
17 Et quum vidiſſent illum adorauerunt eum: quidam autem dubitauerunt.
18 Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.
19 Euntes ergo, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti;
20 Docentes eos ſeruare omnia quæcunque præcepi vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.

Centeſima viceſima quinta duplex R. L. De Aſcenſione Chriſti.

R. 16. à verſ. 19. ad finem.

19 Itaque Dominus quidem poſtquàm loquutus fuiſſet eis, receptus eſt in cœlum, & conſedit à dextris Dei.
20 Illi verò egreſſi, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante per ſigna ſubſequentia.

L. 24. à verſ. 50. ad finem.

50 Eduxit autem eos foras vſque in Bethaniam: & ſublatis in altum manibus ſuis, benedixit eis.
51 Et factum eſt dum ipſe benediceret illis, diſiunctus ab eis, ferebatur in cœlum.
52 Et ipſi adorato eo, regreſſi ſunt Hieroſolymam cum gaudio magno.
53 Et erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.

Finis Collationis & Vnionis quatuor Euangeliſtarum ex ſolo, puro, integro, & emendatiſſimo textu, natiuo ſuo ordine, & ſeorſim, & collectim, fideliter oculis omnium exhibito.

Soli Deo honor, & gloria.

SEQVVNTVR BREVES ANNOTATIONES eiuſdem Doctoris CAROLI MOLINÆI, in Collationem & Vnionem præcedentem.

SVPER PRIMA PARTE.

Luc. Cap. 1. Verſic. 1.

Agreſſi ſunt.) Verbum Græcum ſignificat propriè, manoom appooere.

2. *Sicut tradiderunt.*) Nempe Apoſtoli, & alij diſcipuli conuerſati eum Chriſto.

5. *Herodis.*) Scilicet primi ſeu magni, qui fuit filius Antipatri, & triceſimo anno regni ſui: cuius anno triceſimo ſecundo natus eſt Chriſtus.

6. *Iuſti ambo coram Deo.*) Scilicet per Dei gratiam tales habiti merito Chriſti, deinde, &c.

Præceptis.) Scilicet, Decalogi.

Iuſtificationibus.) Vox Græca δικαιώμασι propriè ſignificat Iura, inſtituta, decreta, ritus: ideo non malè veteres & recentiores verterunt iuſtificationes: & hic referuntur ad exercitia pietatis, & cæremonias à Deo inſtitutas.

8. *In ordine vicis.*) In ſua claſſe & ſuo ordine, à Dauide in 24. claſſes diſtributa, 1. Paralip. 24. b. tt. & per Eaecbiam renouato. 2. Paralip. 30. c. 31. d. & per Ioſiam, 2. Paralip. 35. a. vt tetigi ad finem Præfationis contra abuſus Papatus: & in tract. de origine & Monarch. Francorum, num. 178 cum ſeq.

13 *Deprecatio tua.*) Poteſt referri ad orationem priuatam, quam olim pro prole ſuſcipienda fecerat: vt Iſaac pro vxore ſterili orauit. Gen. 25. 21. Vel ad publicam, quam ſæpius, & tunc quoque pro aduentu Meſſiæ, & ſalute populi faciebat: vel ad vtranque.

Ioannem.) Gratiam Domini ſignificat nomen non modo conueniens perſonæ gratificatæ: ſed multo magis eius officio & miniſterio.

15. *Vinum ſicerámque.*) Nihil quod inebriare poſſit.

Spiritu ſancto replebitur.) Id eſt, Abundabit gratiis & donis excellenter præ aliis.

17 *In conſpectu.*) Cæteri quidem Prophetæ ante illum ineſſerunt: ſed iſte ante faciem, vt præcipuus omnium, & proximus perſonæ Regis, quare omiſſa verſione communi, quæ non explicat energeam verbi Græci ἐνώπιον, tranſtuli ad verbum, videlicet, in conſpectu, ſiue ante faciem.

Virtute Heliæ.) Id eſt, in zelo & virtute, quam habuit Helias, Matt. 3. 1. & 11. 14. qui corruptam religionem redintegrauit. 1. Reg. 17. 18. 19. 21. & 2. Paralip. 21.

Patrum in filios.) Id eſt, reducere filios errabundos in viam, doctrinam, & fidem Patriarcharum & Prophetarum, repurgando ſuperſtitiones & vitia, quibus populus in doctrina & moribus corruptus erat.

Populum perfectum.) Quitranſtulerunt plebem perfectam, erraverunt contra textum Euangeliſtæ, & contra vetitatem: quia ſolius Chriſti perfectio eſt. Ideo verti quamproximè ad verba & ſenſum κατασκευάζειν, in Gallico, *bien apparelle*. Duplicem eorum præparationem fecit Baptiſta: Primò præparationem Legis & Prophetarum redintegrauit: Secundò, præſſius præparando in nomine Chriſti, iam præſentis baptizauit, & ad eum immediatè adduxit.

21. *In templo.*) Scilicet, in ſancto, vbi erat altare Thymiamatis, vnde ſacerdos exiens ſuffitum, ſolebat benedicere populum: vt & 2. Paralip. 30. in fi.

23. *Dies officij.*) Quibus ſacerdotes ab vxoribus, vino & ſicera abſtinebant. Leuit. 10. 9. & 1. Sam. 21. 5.

28. *Ave gratioſa.*) Initio vertebam, gratiam nacta, quo breuius & preſſius explicarem ἐκφώνησιν Græcæ vocis κεχαριτωμένη, ſignificantis, quæ recepiſti ſauorem & amorem gratuitum: vel, quæ effecta es, vnicè grata, ſcilicet, Deo. Non enim ex eius meritis, ſed ex mera Dei electione & grata. Sed cùm animaduertiſſem plures graues antiquos authores ante Eraſmũ, qui eos ſequutus eſt, & adhuc poſt eum, vertere gratioſa, quod idem ſignificat (paſſiuam enim habet ſignificationem, vt apud Ciceronem, & alios claſſicos linguæ Latinæ authores) ceſſi eis, relicta periphraſi mea, quamtumuis breui. Tum vt vnicam Græcam vocem per vnicam Latinam reddendo magis conformater textui originali. Theophilactus, vel potius eius interpres Io. Oecolampadius, & nuper Hentenius doctus interpres Euthymij veteris authoris Græci, verterunt, gaude gratioſa: & certè verbum, gaude, magis quadrat naturæ ſignificationi verbi Græci χαῖρε, gaudio & lætitiæ huius hilariſſimæ & iucundiſſimæ ſalutationis. Et hos merito ſequutus ſum in hoc verbo in verſione Gallica, vbi rationem reddidi. In Latina verò quominus diſcederem ab antiqua verſione Latina, quam doctiſſimi quinque in hoc verbo ſequuntur, cum eis poſui defectiuum & imperatiuum verbum, Aue.

29. *Turbata eſt.*) Tam ob reuerentiam quam habebat erga Deum, quàm ob inopinatam nouitatem talis benedictionis in vltimis verbis, multeri conuenientibus, & non virgini.

34. *Quomodo.*) Intelligens hæc dici de conceptione Meſſiæ, cuius etiam tempus veniſſe ſciebat: non immeritò cogitabat & inquirebat de altiori modo, quàm carnali vel humano. Malè ergo nonnulli incredulitatem ei, ſicut Zachariæ, imputarunt: eleuantes illam, quòd Zacharias quidem habebat exempla liberorum ex vetulis & ſterilibus, vt Sarram Gen. 18. 21. 12. Virgo verò nullum: quæ eleuatio impertinens & ſuperuacua eſt.

35. *Ex te.*) Monoſyllaba, exte, legi in vetuſtiſſimis Bibliis, quorum exemplar vnum habeo impreſſum Lugduni, anno 1479. & eſt vetus indubitata litera. Ita etiam legunt antiqua & noua breuiaria & officia Romana, tam Latina vbique, quàm Græca, per Aldum Venetiis anno 1512. impreſſa, ſic Santes Pagninus. Sed Eraſmus (quem Bucer. & Bulling. ſequuntur) mihi ſolus videtur in quoddam exemplar hac in re defectiuum incidiſſe, cuius error dimanauit in multa exemplaria Græcè, Latinè: Baſilææ, Tuguri, Pariſiis, & Lugduni, iuxta Eraſmicam recognitionem

impreſſa: quinetiam Geneuæ in eorum Gloſa noua ordinaria, in tres priores Euangeliſtas, anno 1549. & 1564. edita. Sed nuper Geneuenſes (præſertim Theodorus Beza) agnito errore, hæc duo monoſyllaba, ram in Latinis, quàm in Gallicis ſuis codicibus prudenter reſtituerunt, hoc etiam probat tex. quem non citant M. 1.16.

46. *Anima.*) Vel ſpiritus, tam intellectu, quàm voluntate, duabus præcipuis partibus ſuis.

48. *Humilitatem.*) Paruam & abiectam conditionem Theodorus Beza nuper vertit, quia teſpexit ad humilem ancillam: quod facilè admitti poteſt in paraphraſta vel enarratore, quid illud Virgilij: Arma, virumque cano eaponit, virum armatorum: Sed non æquè in interprete, altàs multis locis teatus Euangelicus paſſim inuerteretur, vt Rom. 2. 4. aut diuitias bonitatis illius: verecundum eſſet, aut bonitatem diuitem: & Beza qui ibi vertit, an copiam benignitatis eius, vertere potuiſſet, an benignitatem eius copioſam: quæ nimia licentia interpretibus adimenda eſt, & ad paraphraſtas teleganda. Quin nuperus interpres Theophylact. eodem modo, vt ſcripſi, vertit. Euthymius antiquus author Græcus exponit vilitatem. Sed hic valde notari merentur pia expoſitio Theophylacti, qui facit Virginem de Deo ſic loquentem, ille reſpexit ad me humilem, non ego ad illum reſpexi, ille mei miſertus eſt, non ego illum quæſiui, & ab hinc beatam me dicent omnes generationes, non ſola Elizabeth, ſed & eorum generatio qui ete diderint. Cur autem beatam me dicent? num propter meam virtutem? non: ſed quia fecit mihi magnifica Deus.

49. *Generationes.*) Id eſt, omnes ætates, vel omnia ſæcula: hoc eſt, ſemper memoria fiet gratiæ & fœlicitatis, quæ mihi contigit.

52. *Detraxit*) Id eſt, deiecit elatos in dignitate & potentia.

55. *Sicut loquutus eſt.*) Iuxta promiſſiones factas Abrahæ. Gen. 17. & 22. Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te in æternum. & Gen 3. De ſemine mulieris conteritur caput ſerpentis.

66. *Manus Domini.*) Gratia Dei ſcilicet in eo rot modis oſtendebat vt certò cognoſci poſſet eum fore virum excellentem.

67. *Repletus.*) Non quia iam haberet Spiritum ſanctum: ſed quod maiore eius virtute & manifeſtiore quàm prius duratus fuit, vt de Apoſtolis dicitur, Act. 2.4.

77. *Remiſſionem.*) Oſtendit ſalutem conſiſtere in remiſſione peccatorum, qui eſt principalis punctus Euangelij.

78. *Oriens ex alto.*) Sol iuſtitiæ, qui nobis è cœlo illuxit, Malach. 4.2. Zachar. 3.9. & 6.12.

Exemplar vt. die meditando.

* Attende Chriſtiane lector, dulciſſimam hiſtoriam initij redemptionis noſtræ: præſertim virgine matre ſalutante Elizabeth, congratulatura ei, quòd ea prægnans eſſet ea filio. At ea ſalutantem præuenientis, ait eam prægnantem ex ipſo Meſſia redemptore mundi, quanta vtriuſque lætitia in Dei adorationem laudeſque recidens? Ad æterna iam gaudia præludens: quotus triumphus eccleſiæ Dei præſentis & exultantis in domo Zachariæ? nequaquam fiementibus diabolis, quorum imperium Chriſtus conterebat: ao putemus bonum illum ſenem abfuiſſe? quin potius ad huoc cœleſtem concentum, non conceoroter, ſed congratulatotem accorriſſe? quàm humili, quàm iucunda ſaloratione, non verbis, ſed deeentibus & caſtis ſignis eahibita virginem matrem eaceptt, loquelam ſibi reſtituendam expectans, poſt filium ſuum breui ante Chriſtum, in vtero vt ſignis præſentem, naſciturum eumque præceſſurum, eique eccleſiam ante faciem omnium præparaturum. Spectabant inter ſeſa miracula Dei in ſe facta, de quorum eitam ſalutari exitu certi erant, & Deum certatim magnificabant, tribos circiter menſibus hæc agentes in domo Zachariæ: vbi diſceſſum virginis moa caeeperunt noua miracula & gaudia, & continoæ Dei laudes, & cantica prophetica io natiuitate & circumciſione Baptiſtæ. Similis quanquam diuerſo modo congregatio & exultatio eccleſiæ io natiuitate Chriſti. Non ignorabat virgo ſe parituram in Bethleem: ſed vt cundi haberet occaſioocm tectam, & paopertatem experiretur, ordinauit Deus eo tempore deſcriptiooem illam primam, de qua in par. ſeq. At cœlitus edocti paſtoees accurrerunr in fide, Chriſtum ea hora natum adorare, & reſtimonium cunctis reddere rcuelationis cœleſtis. Rurſus quadrageſimo die in ipſo remplo Salomonia, ſeu preſſius loquendo in templo ſecundo, ſub Zorobabelo, & Eſdra cooſtructo: cuius gloria, tamerſi oon ram deaurati maior futura erat priori, teſte Malachia, propter aduentum ipſius domini io eo, vt ea prima infantia Chriſti contigit: congregatis eadem hora Spirituſſanctt inſtinctu pio illo & vetulo doctore Simeone, & Anna prophetiſſa cum Maria, Ioſepho, & paucis aliis, ſed fidelibus & eaceelleotee illuminatis: quum non ſolùm haberent Chriſtum in medio ſui corporaliter præſentem, ſed etiam corporaliter illum viderent, vt 1. Par. 3. Deinde tutſus in habitatione Mariæ & Ioſephi Bethleem congregata, ſeu aucta eccleſia ea primitiis Gentium. Magi enim illi non vt futurum Monarcham magnum, ſed vt ſaloatotem mundi prædictum à prophetis, quorum ſcripta quædam viderant & audierant, quin vt filium Dei à Maria & Ioſepho edocti, ſecundum quod par. 4. in annotat. diam, religioſè adotauerunt, eccleſiæ Chriſti, corpotti etiam profeſſione incorpotati. Hanc & ſemel tantum meditationem in exemplum ſetipſi: vt lectores admoneantur primò, non eſſe frigidè ſacra ſcripta legenda: ſed cum meditatione, & oratione, vt copioſiorem fructum inde recipiant. Secundò, non eſſe temerè meditationem atteotandam, niſi ab exeeeitato in frequenti auditione & leſtione vetbi Dei. Facilè enim imperiti ſomnia ſibi fingunt, & (quod peios eſt) in illis ſibi placent. Tertiò non eſſe in illis meditationibus euagandum vltra verbum Dei, ſed intra eius fines taotum, & ſemper ea analogia fidei breuitú que & intentius, quàm eatentius, ne quis loeos detur Sathanæ transfiguranti ſe in angelum lucis: ptout luculentet, ſub magnis ſuperſtitionom & ſuperpetbiarum tenebris petoicioſiſſimis, diu factum liquet ex loogis illis & pudendis hetemitteorum, monachorum patrum vitis, & legendis, quas vocant, Sanctorum: necnon mendteantom præſertim funiqerorum, & blaſphemo eotum libro coofotmitatum.

Modus recte meditandi.

In ſecundam partem.

M. 1.

6. *Duid.*) Hucuſque M. proſequitur naturalem genealogiam Chriſti, quam L. deinceps proſequitur per Nathan, à quo (& non à Salomone) naturaliter deſcendit virgo Maria. Sed M. deducit genealogiam naturalem Ioſeph per Salomonem, quæ eſt etiam legalis genealogia Chriſti.

Oziam.) Hic M. tres teges omittit, contentos oſtendere ſeriem genealogiæ: Cæterùm abbreuiaos numetum vt enm redueeret in tres quatuordecimas. Ioram enim genuit Oziam vt abnepotem, non vt filiũ 3. Par. 22. & 25. vt Ethnici, Porphyreus & ſimiles, præſertim rempote Iuliani Apoſtatæ, & hodie Turcæ & Mahumenci Iodæique malè & ioſuam perniciem irrideaot Euangeliſtam: hinc fomentes frquſtam occaſionem oculos ſuos & aures obturandi. M. autem conſultè bos tres potius, quàm alios omiſit: quia

Ioram

ſoram duxerat filiam impiiſſimæ Iezabelis. mentio filij eius vſque ad quartam generationem de geoalogia Chriſti delentur ſecundum Hieronym. hic.

20 *Somnium*.) Species reuelationis Num. 12. per quem Deus certitudinem meam imprimit.

Gentium.) Non placuit hic vulgata editio, habens natum, etiam ſi Sanctes ſequatur: quia excedit nec congruit hiſtoriæ. Nec placuit quod Eraſmus vertit conceptum, tum quia minus reſpondet græco γενηθὲν, quod excedit ſimplicem conceptum. Tum quia conceptio Ieſu non fuit paulatim humano embrionis modo: ſed ſtatim mox vt virgo dixit fiat mihi ſecundum verbum tuum, ex eius ſemine formato corpore, creata anima, & hypoſtaticè vnito æterno Dei filio, in vnam ὑποστάσιν perfecti & Dei & hominis perſonam in vtero virginis. Et ſic placuit vertere geonti, quod rem perfectam ſignificat vt generatum, & magis Græco verbo Euangeliſtæ reſpondet: vt etiam volunt Euthymius antiquus author Græcus. Quamuis enim M. intuio Hebraicè ſcripſerit: tameo quia ſtatim diſcipuli, non abſque eius conſenſu vel auctoritate, in Græcum verterunt, ad vſum vniuerſalis eccleſiæ, litera Græca ipſius quoque M. cenſenda eſt, nec eſt dubitandum quin optimè & appoſitiſſimè ad prototypum Matthæi vertetint.

23. *Emmanuel*.) Deus enim nobis cooiuoctus eſt medio Chriſti, qui Deus & homo eſt.

25. *Primogenitum*.) Non quod poſtea alios habuerit filios, nam ſit enim virgo: ſed quia Chriſtus ioquantum homo, primogenitos eſt omnium electorum & omnium è mortuis reſuſcitatorum ad gloriam. Coloſ. 1. Apocalyp. 1.

L. 2.

4. *Bethleh m*.) Quia eſt altera Bethlehem in tribu Zabulon Ioſue 19 b. 15. Iudicum 12. b. 8.

12. *Signum*.) Tum vt eſſent certi illum eſſe, tum ne offenderentur de eius paupertate.

14. *Beneuolentia*.) Aliàs beneplacitum ſcilicet, Dei in Chriſto & per Chriſtum è virgine natum, & patre ſigillatum Ioh 6. 27. Hoc beneplacitum gratuitum, eſt origo & perfectio noſtræ electionis, pacis & beatitudinis.

In tertiam partem.

L. 2.

23. *Eorum*.) Theodorus Beza ex quibuſdam codicibus inoenit ἐαυτῆς, legit eius, ſcilicet, Mariæ. Ego verò puto illos eſſe mendoſos, & retinendam veterem & communem literam: quia ſecundum legem Moſi, Leoitic. 12. purgatio referrur non ſolùm ad matrem ſed etiam ad fœtum, ob peccatũ otiginale, quod agnoſci iuberur. Quanqoam autem nec Maria, oec Ieſus indigereot, tamen ambu parenrunt Legi, vt teſtatur Euangeliſta. Ipſa quidem concepta fuit in peccato, ſed Chriſtus non ſolùm conceptus eſt ſine peccato: ſed etiám matet eius concepit eum ſioe peccato. Sic Cbriſtus reſtituit opera Dei deſtruendo opera diaboli. 1. Ioan. 3. b. Et ideo dicitur ſemen mulietis, oon viti: quia matet noo concepit eum ſuſcepto ſemine, & ſic non erat immunda, nec obnoxia legi Leuiticæ, cot tamen paruit, vt oſtenderet ſe ſociam eccleſiæ, nec daret esemplum negligeodi publicas cæremonias. Hebr. 10. 55. Tum les de primogenitis offetendis pnocipaliter pertinebat ad honc eius filium, vt in aonot. ſeq. verſ. 23.

23. *Adapetiens*.) Magoum & ſingulare latet hic myſterium, Nullus enim intactam aperuit, oiſi ſolus Ieſus. In conceptione qoidem nullo modo fuit aperta, ſed fuit in natiuitate. Reiecto enim Sophiſtarũ figmento, quod filios, vt radius ſolis per vitrum illæſum, tranſiuit miraculosè, dicendum & credendum quod naturaliter ruptis obicibus, & locis apertis exiit, & natus eſt: & quod Virgo ſupernaturaliter prægnans, verè & naturaliter peperit, vt verè & naturaliter partum lactauit. Ieſus ergo propriè vnicus ille eſt qui naſcens adapetuit vulvam quæ nunquam aperta fuerat: & ſic non imputatiuè & participatiuè, ſed verè & eſſeotialiter eſt Sanctus ille, & ſanctitas ipſa, qoæ omnes alios ſanctificat. ita etiam Matt. Bucer. hic.

29. *Dimittis*.) Verbum Græcum ſignificat abſoluere crimine vel debito, aut vinculis: & notat hic Theophylactus ſanctos homines habere corpus prò carcere & vioculis. Non mirum ſi hic pius ſenex tantùm gauiſus eſt viſo Domino, quum Abraham viſo die eius longè, gauiſus fuerit. Ioan. 56.

33. *Ioſeph*.) Ita Santes legit, quia in emendatioribus libris Græcis non habetur hic πατὴρ, ſed, ὁ ἰωσὴφ. Ita etiam legit antiqnus author Græcus Euthymius Zigabenus, & exemplar Complutenſe. Itaque ſequutus ſum exemplaria antiqua, quæ certum eſt congruere veritati, quamuis omnes alij & Eraſm. Oſiand, Calum. Bucer. Brentius hic homil. 17. Bullinger, Beza, editio VVitebergica, Tugurina, Genevenſis, vulgatam editionem in hoc ſequantur, eommodè taoten exponentes de patre putatiuo.

35. *Reuelentur*.) Crus ſuperueniens corda esplorat, & tetegit qui ſint veri Chriſtiani, qui verò hypocritæ.

36. *Prophetiſſa*.) Rariſſimum esemplum, præſertim quo Propheræ defecerant. Malachias enim vltimus recenſet qui ante 500. annos obierat, ante quod tempus tarè fuerant prophetiſſæ, vt Maria ſoror Moſi, Exod. 15. 29 Deborath. Iudic. 4 4. Holda. 2. Reg 22. 14. Rarum igitur hic erat & ſingulare donum Dei in eccleſia quantumuis diſſipata, vt tunc erat, quaſdam tameo ſemullas reſeruat.

Super quarta parte.

M. 2.

1. *Magi*.) Sic vocant Perſæ & Chaldæi philoſophos ſuos, imo præcipuos politiæ ſoæ. Cælius Antiqoat. lection. lib. 5. cap. 45. Non eſt intelligendum quod omnes, ſed rantũ pauci è multis, puta decem aut viginti diligentiorum, ex his qui reuereotiam Dei habebant, quales puto adhuc fuiſſe plures in Perſide, & Chaldæa, vbi eccleſia verè Dei & plures prophetæ vltra octoginta annos, reſiderunt durante captiuitate Iudæorum: quæ partem iocœpit plus decem annis aote deſtructionem Hieroſolymæ & templi, à quo rempore fuit ibi in totum annis ſeptuaginta, quibus lapſis plures adhuc Iſraëlitarum illic remanſerunt, quibus non deerant libri Moſis & Prophetarũ. Cùm igitur etiam Nabuchodonoſor ille magnus cõoerſus fuerit, & filius eius Euilmerodach, qot regnauit poſt eum pacificè triginta annis, & inſoper eius ſtirpe deleta, viuente adhuc & doceotu Daoiele Propheta, Cyrus Monarcha per leges & edicta, magna teſtimonia de Deo cæli culto à Iudæis, & de religiooe Iodæorum præſtiterit: pluſquoá probabile eſt plures familias eorũ, qui conuerſi fuerant per prædicationes & miracula Propheratũ (præſertim Danielis, qui à pueritia ſua ibi vixit & docuit vſq; ad aduentũ Cyri, vel etiã deioceps, & ibi obiit) remãſiſſe illic, & aliquid conſeruaſſe de ea ſancta memotia & religione Multũ ergo errauerũt qui ſcripſerunt, Deindo anoo 1549. in formam nouæ gloſſæ ordinatiæ in tres primos Euãgeliſtas redigerũt, quod magi iſti veniẽres ad adorandũ regẽ nuper natũ oihil diuinitaris aot ordinationis Dei cogitabãt: ſed tantũ augurabãtur ſorè queodã magnũ præcellentẽ regẽ inter heroas & ma-

gnos pincipes mundi, quem ſuis officiis deſiderabant A
præuenire & gratificari, vt faoorabilem haberent, ſi
quando moneret in Orientem. Sed adhuc magis pro-
fanarut hanc ſanctam hiſtoriam, qui ſcripſerunt, ma-
goshanc notitiam habuiſſe per ſcientiam Aſtrologiæ
ſuæ. Quicquid enim eſt vel dependet à doctrina &
religione Dei, nullo modo ab aſtris dependet, à qui-
bus mihil omnino earrahi poteſt, præter generale re-
ſtimonium commune ſenſui naturali, etiam Ethnicis,
de quo loquitur initium Pſalm. 19. Cæterùm quic-
quid eſt propriè religionis, deſcendit in eorum per
reuelationem Dei ſupercœleſtem. Falſa ſomnia com-
menti ſunt qui ſcripſeruut, hos bonos magos eſſe
de ſtirpe impij illius ariolij Balaam, de quo Num. 22.
Is enim non erat de Perſide remotiſſima: ſed de vici-
na tegione filiorum Ammon, & ad internecionem B
cæſus fuit ab Iſraëlitis. Numer. 31. Inter ea quæ E-
raſm. addidit operibus Cypriani dubitans an eius
ſint, legitur tractatus de ſtella, & magis per quendam
impertum factus, qui tam ineptè putat, hos magos
edoctos varicinijs vnius prophetæ Baalami, (cùm ia
ante plus mille quingentos annos occiſus fuiſſet, hi
verò abuodarent plurium Sanctorum Prophetarum
ſcriptis, à quadringentis octoginta ſeptem annis)
quàm ineptè putat eos è Sabba veniſſe, Ethiopiæ
tegione meridionali vrbi Hieruſalem, vt patet.
Matth. 12 42. Ibi regina Auſtri: cùm Euangelium
diſertè ſcribat eos veniſſe ab Oriente, multum etiam
errarnot qui nuper ſcripſerunt hos magos, fuiſſe phi-
loſophos Indos Gymnoſophiſtas, qui longè vltra
Perſidem nnduatem & pauperiatem profitebantur C
in India: multum tamen diſtantes à craſſis monachis
hodierois. Hoc enim non ſolùm eſt contra fidem om-
nium veterum hiſtoriarum: ſed etiam contra ſeriem
hnius Enangelii. Itaque cum antiquis præſtantioribus
Eccleſiæ doctoribus, exiſtimo hos magos, magnatea
fuiſſe Perſidia, qui à ſuis deceſſoribus & per ſcripta
dictorum Prophetarum maximè Danielis, cùm heb-
domadas legiſſe potuerant: babebant aliquam cogni-
tionem & ſpem futori ſaluatoris mnodi, qui ex Iudæis
prodire debebat & eapectabatur, & quod Dens gra-
tia ſua natiuitatem filij ſui eis, vt primitiis Gentium
reuelanit. Quanquam non puto hanc reuelationem
ram claram & apertam initio fuiſſe, qualis illa facta
paſtoribus Bethlehemeticis, qui erant Iſraëlitæ & ca-
paciores, quippe qui audiuni verbi Dei & cæremo- D
nias ſtequeotauerant Sabbathis in ſuis ſinagogis: talis
tamen etat, vt ſufficeret ad impellendum eos quære-
re ſaluatorem, cuius etiam ſalutis luculentet oſtende-
tunt ſe maiorem cogoitionem & certitudinem habe-
re, quàm plutes etiam præcipuorum Doctorum &
Sacerdotum Hieroſolymæ iuncto ſigno diuinius eis
dato, de lumine illo ambulatorio in aëre, vt miniſte-
rio aogeli, & cœleſti miraculo dirigetetur. Angelus
autem Dei non mioſtrabat lumen eorporale ſine
quodam ſpirituali lumine alicuius ſanctæ reuelatio-
nis, circa quam non tantum conſtantiæ χριϛιανισμοῦ
habuiſſent, non ſolùm contra ignorantiam: ſed etiam
contra publicam illam turbationem omnium, & ma-
ximè primorum totius Hieroſolymæ, etiam eorum E
qui adminiſtrationem Eccleſiæ & religionis curam
habebant. Iudæi miniſtri quidem etant, & cuſtodes
miniſteriotum Teſtamenti, & eloquiorum Dei, ad vſ-
que aduentũ Chriſti Roman. 3. Sed non ſequitur in-
terim gratiam & miſericordiam Dei inter Iudæos in-
cluſam. Quod ſi etiam intet Gentes quoſdam interim
ſibi fideles habuit, id maximè à temporedictæ tranſ-
migrationis fuit in Chaldæa, & Perſide, vbi nondum
quadringentis qoinquaginta ſeptem annis floruerat
Eccleſia Dei. Hactenus mihi ſufficiat ab impietate &
paganiſmo, præfatorum Magorum fidem vindicaſſe,
quàtus initio paruã, & Hieroſolymis concuſſã & ex-
ploratã, ſed non extinctã, imò cũ turſus viderunt lucẽ
illam angelicam, cum prophetia Hieroſolymis audita
conſonantem, & magis auctam conſpectu & adora-
tione Chriſti, & ex his quæ veriſimiliter à Maria &
Ioſepho didicerunt, poſtquam cauſam adnentus &
certamina Hieroſolymis habita narraſſeot, & analo-
giam oblationis ſuæ didiciſſe bunc ſummum eſſe tegẽ
deſigoatum per aurum, & ſummum Sacerdotem deſi-
gnatum per thus, & hoſtiam pro peccatis deſignatam
per myrrham: vt ſatisindicat Irenæus aduerſus hære-
ſes *lib. 3. cap.* 10. Nec dubito eos reuerſos minus dili-
genteam his apud ſuos prædicandis fuiſſe, quàm pa-
ſtores illi Bethlehemetici, etiamſi illos his in cogni-
one myniſteriorum æquare non audeam, vt dixi, &
multomious quod infantem Ieſum, Deum, & homi-
nem tunc agnouerint, quamuis id adhuc Theophi-
lact. quia etiam Apoſtoli ante reſurrectionem Chriſti
non omnes nec plenè ſcierunt. Sed turpitet & inſulſe
errarunt Papiſtæ qui bos reges tres tantum, è diuerſis
regionibus, contra apertum textum Euangelij finxe-
runt, & ſeorſim munus ſuum obtuliſſe, quum ſimul
omnes obtulerint. Vetus illa fictio triom Regum, do-
cumentum eſt inſigne, quam nulla fides adhibenda ſit
vitis, miraculis, & reliquiis ſancticulorum papiſtico-
rum, quæ nunquam audiuit Epiphanius Hieronymi
συγχρονος & amicus, qui plus ducentis annis poſt Ire-
næum ſcriptum reliquit magos illos Perſicos fuiſſe
quindecim.

3. *Turbatus.*) Herodes enim iam ter ferè deturba-
tus regno, magnis prælijs victor, attriuerat Indæos
ſibi à nouis armis & ſectionibos metueotes, dum ab
aulicis Herodis hac occaſione de nouarum rerum ſtu-
dio inſimularentur, & adhuc recens erat cædea ſummi
conſilij Iudæorum, ex domo Dauidica ſelecti, quod
vocabant, Senhedrim, ab Herode perpetrata, ſecun-
dum Philonem.

6. *Iuda.*) Formam verborum Hebraicorum non
moratur Euangeliſta, contentos ſenſum reddere.

13. *Illis.*) Non etgo ſeptem & viginti dies aut lon-
gius poſt eorum abitum. Itaque neceſſe fuit hanc 4.
partem collocare poſt præcedentem, de præſentatio-
ne Chriſti in templo. Venerũt enim Magi plus vnde-
cim menſibus poſt eam, vt reſtatur Euſebius, qui fuit
epiſcopus Cæſarienſis, ante magnum illud Concilij
Nicenum: & ſic tempore primitiæ Eccleſiæ, quo
memotia recentior & certior erat, & patitet Hiero-
nymus in eorum Chronico de Supputatione tempo-
rum: vbi ſcribunt Chriſtum natum anno quadrageſi-
mo ſecundo Impetij Auguſti: Anno verò regni Hero-
dia triceſimo ſecundo, ſub Olympiade 194. Magos
verò veniſſe ſub Olympiade 95. Anno Auguſti 44.
Herodis verò 34. Et conſequenter non primo, ſed ſe-
cundo demum anno natiuitatis Chriſti: vt etiam ſatis
ionuit textus Euangelicus verſ. 16. Ita etiam ſenſit
Andreas Oſiander, & firmat Ioan Funccius Nori-
bergeoſis, lib. 4. Commentariorum in ſuam Chrono-
logiam. & Paul. Ebertus Kytingenſis, in Hiſtoria Iu-
dæorum, à reditu Babyloois vſque ad excidiom Hie-
roſolymæ: & eſt veritaa. Et nimis futile eſt quod qui-
dam etiam Docti diuinant, Herodem iram ſuam ali-
quot menſes diſſimulaſſe, & interim parentes Ieſu in
fuga tranſiſſe per templum, & mox iter reflexiſſe per
Ægyptum. Ira enim Tyranoi valde erat magna: vt ait
Euangeliſta. verſ. 16. Imò non ſolùm etat magna, ſed
præceps tanta accelerandi cædes cupidine, ne quis ef-
fugeret, vt ſpatium non habuerit recordandi filij ſui
infaotis, & alio transferendi, qui ſimul occiſus eſt:
Macrobius Saturnal. lib. 2. Ioachim. Vadia. in Epito-
me Geographiæ, in verb Idomæa. Quî fit ergo, vt
hebdomadam inſtinere potuerit? Certe non eſt veri-
ſimile biduum dilatam, quum etiam ſciret quoſdam
poeros poſt Magos fugere poſſe. Tum Ioſeph mox,
vt monitus ab Angelo, eadem oocte profugit ver-
ſus Ægyprum, vt air ipſa veritas, 14. Quomodo

ergo fugiens, veniſſet plena luce in ipſa Hieroſolyma, & in templum omnibus obuius, & ſub tam inſignibus teſtimoniis Chriſti palàm factis in templo? Quod ſi palàm veniendum erat, & legi parendum publicè in templo: cur arripiebat fugam noctu augendo ſuſpicionem? Tum conſtat Ioſephum arripuiſſe fugam ex Bethlehem, vt iret Ægyptum, & ſic verſus meridiem: non ergo tunc profectus fuit verſus Septentrionem, vbi Hieroſolyma Regia tyranni, & media luce. Tum ſugit paulò poſt digreſſum Magorum, & veriſimiliter nocte proximè ſequenti. Igitur hæc Magorum hiſtoria ſequuta eſt præcedentem præſentationis Chriſti, & prophetiam Simeonis de luce reuelanda Gentibus, Luc. 2. 32. quæ Prophetia infra annum magnificè impleri cœpit in Magis, vt in primitiis Gentium. Et oportet Prophetiam præcedere euentum: & eſt pulchra analogia harum trium reuelationum Chriſti in eius infantia. Prima, nocte paſtoribus: Secunda, in templo media luce: Tertia, gentibus, & in ipſo foro publiciſque cœtibus, & in aula ipſa Tyranni, cuius gladij mox deſeruerunt in inſontes, vt mos eſt Tyrannorum, tunc maximè ſæuire, quando profeſſio Chriſti, non iam clàm, nec priuatim fit (in quo facilè conniuent) ſed cùm emergit in publicum, id demum eos vehementer vrit: vt hoc tempore anno 1562. experti ſumus.

In quintam partem.

M. 2.

22. *Aliæ.*) Vbi præerat Philippus, alter filiorum Herodis, manſuetus & æquus: contra quam Archelaus propter tyrannidem, primùm titulo Regio priuatus, & tandem Viennam Galliæ relegatus: teſte Ioſepho, Antiquit. Iudæor. lib. 17. cap. 15. & cap. 17. hic autem verſ. 23. in fi. non eſt inquirendum de quo Propheta, quia multorum ſcripta perierunt, vt teſtantur hic Chriſoſto. homil. 8. Tom. 2. & Theophylact.

L. 2.

39. *Reuerſi.*) Poſtquàm interim honorati fuiſſent à Magis in Bethlehem, vnde fugerant Ægyptum, è qua circiter poſt vnum annum, redierunt Galilæam, vt patet per annot. vlt. præcedentis partis, & authores ibi citatos.

In ſextam partem.

L. 2.

44. *Omitatu.*) Decebat eos tutmatim incedere, cùm Nazareth diſtaret à Hieroſolymis plurium dierum itinere. Tum Nicol. Lira hîc, & plenius 1. R. 1. col. 3. ſcribit, quod ex ſtatuto Iudæorum (ad magis ſeruandam continentiam tempore magnæ ſolennitatis, vt Exod. 19. 15. facto) viri ad Paſcha ſeorſum à mulieribus ibant, & redibant in vno comitatu, & mulieres in alio: pueri verò non ſuſpecti, indifferenter ibant, in comitatu virorum, aut mulierum: Ideo Ioſeph non videns Ieſum in comitatu virorum, putabat eum eſſe in comitatu mulierum, cum Maria, quæ pariter credebat eum eſſe in comitatu virorum.

46. *Templo.*) Scilicet, in atrio, quod omnibus Iſraëlitis promiſcuè patebat, ſuprà L. 1. 10. in margine. Hæc poteſt dici quarta reuelatio, vel appatitio Chriſti in ſua pueritia: quamuis enim tunc non ſit ibi concionatus, vt ſummus doctor vel Meſſias, quod facere non incœpit, niſi poſt baptiſmum ſuum, & Theophaniam illam, de qua infrà par. 3. (& adhuc poſt tentationem, & victum Satanam, infrà patt. 10.) tamen non permanſit ibi triduo, & media luce ſedens inter doctores: quia quoſdam ſaltem ex illis luce ſuà interna afflaret, & ſe Chriſtum promiſſum, iam in carnem aduentum oſtenderet: diſertè etiam expreſſit, Deum eſſe patrem ſuum. verſ. 49. Potuit plures ibi deinceps accedere cum parentibus. Sed ſilendum & abſtinendum eſt nobis, de his quæ Spiritus ſanctus nobis per ſacras Scripturas (quæ abundanter ſufficiunt) non reuelauit, nec tradidit. Ioſephus autem lib. 18. cap. 2. de Antiquit. Iudæor. ſcribit Coponio Iudæam procurante, & ſic circa hæc tempora, templũ Hieroſolymæ fuiſſe prophanatum, ſparſis per cunctas porticus & totum phanum oſſibus mortuorum, diebus Azimorum, hoc eſt, Paſchæ noctu, quia mos erat ex media nocte portas templi à ſacerdotibus aperiri eo feſto: vnde quidam docti colligunt ſignum fuiſſe, cœremonias, & factificia Moſaica templi breui finitura, cùm Dominus ipſe iam ibi viua voce doceret.

49. *Sunt.*) Debitum igitur Deo officium, patris & matris debito officio præferendum eſt: & ſic non eſt hæc inobedientia erga parentes, multò minus rebellio eſt quando ſubditi præferunt honorem, ſeruitium, & obedientiam Dei, edictis ſuorum Principum vel Magiſtratuum: quicquid Tyranni & eorum adulatores ſiue palliati, ſiue togati, improbè cauillentur, cum vulgo Epicureorum: quandoquidem parentum obedientia maior & prior eſt iſtis.

50. *Ipſi.*) Non quia certò ſcirent illum eſſe Chriſtum: ſed quod neque tempus, neque modum ſciebant eius vocationis.

52. *Homines.*) Inquantum homo, non habuit omnem ſcientiam ab initio (vt Papiſtæ ſomniant) ſed per gradus, communem tamen facultatem exupetantes & anticipantes.

In ſeptimam partem.

M. 3.

4. *Pilis.*) Rudi panno inde contexto.
Locuſtæ.) Auiculæ permiſſæ, Leuit. 11. 22. Parthi & alij populi viuntur, vt cibo parabili. Plinius lib. 11. cap. 19. lib. 16. cap. 30. Strabo coſmographiæ lib. 16.

Sylueſtre.) Non paratum à phatmacopola, ſic panem ruſticum, non delicatum.

6. *Peccata ſua.*) Non ergo baptizabat niſi abnegantes malam doctrinam & vitam, & profitentes doctrinam & obedientiã Dei, fidémque ſalutis in Chriſtum ſeu Meſſiam, quem Ioannes iam veniſſe, & mox apparituum prædicabat, nec tamen ſe noſſe eum, donec Deo reuelante vidiſſet: reticit à Baptiſmo venientes ambitioſè, & ſine fructu pœnitentiæ, verſ. 7. 8. 9. 10. 12. Hæc publica reprehenſio Principum Synagogæ, exactio publicæ pœnitentiæ à publicè peccantibus, comminatio damnationis æternæ multum corroborauit doctrinam Baptiſtæ coram populo: quia oſtendit eum valde magno ſerio loqui, vt nec principibus eccleſiæ ordinariæ vel Synagogæ parceret, ſed eos in ordinem redigeret. Illi non vt plebs, non vt milites, non vt publicani ad profeſſionem pœnitentiæ ſeſe peccatores confitendo, venientes, interrogabãt, quid factemus? L. 3. 10. 12. 14. Sed putant Baptiſtã exiſtimatutum honorẽ, vel auctoritatẽ addi Baptiſmo & miniſterio ſuo, ex ipſo quod etiã principes Synagogæ baptizandos ab eo ſeſe offerrent. At ille nec ambitũ, nec humanæ auctoritatis additamentũ curans, ſed ſacramenti abuſum auertere volens, vt pœnitentes & confitentes admittebat: Ita aliis publicè denegabat, etiã sũmatibus populi, prius exigens ab illis manifeſtos fructus pœnitẽtiæ, id eſt, vt nuntiarẽt nõ ſolũ malis operibus, ſed etiam ſuperſtitionibus falſiſq; ſuis do-

ctrinis & dedocerent quæ malè docuerant, profitentes ſeſe amplecti doctrinam prophetieam & euangelicam, quam Baptiſta docebat, & ſperare ſalotem à Chriſto mux apparituro: vt meritò pluta vel expteſſiotaexigerentor ab his quibus pluta eommiſſa etãt, vel qui plura ſibi vſurpatent, aperiè dicens *Z.* 3.8. Noo eſſe dignos Baptiſmo, eo ipſo quod eſſent filij carnales Abrahæ, niſi obedientiam & fidem eius imitatentur, nec taioen defuturos filios Abtahæ Baptiſmo dignos, etiamſi omnes filij carnales Abrahæ deſeiſceteos. Matth. 3. 9.

A

L. 3.

1. *Anno.* Etrauit ergo Tertullian. qui in libto contra Iudæos adſirmat Chriſtum paſſum anno decimo quinto Tiberij: oondum enim Chriſtus concionari cœperat, & tamen vltra tres annos ptædicauit. Cæterum hic annos de quo L. etat quadrageſimus nonus, trigeſimi & vltimi Iubilæi, ſiue annus Buecinatum, qui quinquageſimo quoque anno tedibat, quo buceinis elangentibus ſignificabatue proximo anno adeſſe annum Iubilæum, Leuit. 25. quo libertas cunctis habitatoribus tertæ Iſraël dabatur, & omnes ad antiquas poſſeſſiones ſuas redibant. Typicæ illæ buccinæ ſignificabant Ioannem Baptiſtam, veram & vitam buccinam, qui Chriſtuto, & verum propiriationis & Iubilæi annum æternum alta voce pronunttauit, & etiam prædicauit annum vnum, antequam Chriſtus concionem ſuam otditetur, vetùmque & æternum Iubilæum annuntiatet & daret, quo ad veam libettatem à peccato, diabolo, morte & infetno reuertimut, & ad antiquas imò maiotes poſſeſſiones cœleſtis gtatiæ, regniqoe pet Adamum amiſſas. Hic eſt verus & æternus Iubilæus, cuius aduentu ceſſauie typica illa figura, nunquam deinceps renouata, vtpote antequam quadtageſimus nonus annus teuolueeetor, Hietoſolyma terreſtti deſtructa, & omni polttaIudæorum in perpetuum ſuppreſſa. Rutſur hic antius etat citeitet 4000. à conditu mundo, vt doctè & diligenter ſupputauit Henricus Pantaleon Baſilienſis, in Chronographia Eccleſiaſtica.

B

Pilato.) Ioſephus lib. 18. antiq. Indæot. refert Tyberium initio Imperij ſui inſtituiſſe Valerium Gratum præſidem Iudææ & Hietoſolymæ, in locum Annij Ruffi Valetius autem annis vndecim præfuit teſte Ioſepho: Pilatus ergo ſucceſſit Valetij iam vltra annum ptæſidem agebat, quando Iohannes Baptiſta conetonari cœpit: vt etiam ſentiunt Io. Funecius, & Pantaleon, Hent. Buling. lib. 2. comment. at. in Luc. eap. 3.

C

Herode) Hic eſt Hotodes Antipas, filius Herodis magni, de quo ſuprà part. 4. & eius ſecundus hæres ex teſtamento patris, qui Archelaum in Hietoſolyma & Iudæa regem inſtituerat, ſub beneplacito tamen Auguſti Imperatoris, qui poſtea regium nomen Archelao propter eius tyrannidem detraxit, & reliquit illum Ethnatcam Iudææ, donec propter eius ſcelera illum relegauit Viennam, & portionem eius regni ſub manu ſua retinuit, procuratoribus ſeu præſidibus nomine Imperij Romani miſſis.

D

Philippo.) Hic erat vnus fratrum Archelai & Herodis Antipæ, valde manſuetus & vt inquit Ioſephus, priuato ſimilis: de quo ſuprà part. 5. annotatione prim. Itutæa autem vox Hebræa eſt, Traconitis autem Græca, & eandem regionem ſignificat aſperam & ſaxoſam. Hæc erat Toparchia Philippi, cuius frater Herodes Samariam, & Peream poſſidebat in Galilæa. Caluinus hic ait Lucam Euangeliſtam abuti, ſeu impropriè ter vti voce Tetrarcha, eo quòd hi tres non eſſent Tetrarchæ, ſed Tetrarchæ: quoniam tres tantum regnarent, & excuſat Euangeliſtam, ex eo quod imitio quadruplex fuit regionum patutio. Cæterùm qnamuis aliæ deioſe ſequutæ ſint mutationes, tamen honoris cauſa Tertarchæ nomen retentum, qoemadmodum Plinios natural. hiſtor. lib. 5. eap. 18. ſeptemdecim eiuſdem tegionis Tettaterbias nuioerat. Ego verò dico Euangeliſtam noſttum valde proptiè loquutum, teſidua eotm regoi pars, quam Iudæam vocabaot, in qua tegnum & Tettarchia ſuppteſſum fuit: non etat confuſa, nec reliquis portionibor, aut ſtattibus Archelai aceteuerat: ſed Imperio Romano reſetuata, per Præſides Romanos regebatur. Reliquæ ergo tres portiones oon erant τετραρχίαι (vt putat Caluinus) ſed verè τετραρχίαι. & Hetodes, Philippus, & Lyſanias veri Tettarchæ proprié loqueodo, vtpote ſinguli non tertiæ, ſed quattæ tantùm partis regionis domini, ſeo Toparchę, regio nomine adempto.

E

2. *Caipha.*) Noo quod ambo ſimul admioiſtrarent: ſed quod Annas eſſet ſocer, Caiphas gener, mutuò vt eotom tyrannidi libitum erat, cedebant, & ſic dilaceratum Pootificatum ioquinabant.

11. *Tunicæ.*) Modos loquendi, quo ſignificat, noo vt noſmet ſpoliemur: ſed vt ex abuodaotia noſtra indigentibus ſuboeniamur. 2. Cor. 8. 13.

16. *Igni.*) Miniſter etgo de ſe tantùm ſigna externa, ſeu Sactamentum ſenſibile dat: ſolus autem Chriſtus dat veritatem & rem ſacramenti: noo tamen iotelligas quin in Baptiſmo Ioannis, daretur remiſſio peccatorum, & gtatia Dei merito Chriſti, cuius nomine baptizabatur, vt patet R. 1. 4. L. 3. 3.

F

In quo grauiter errarunt Sophiſtæ, & quidem etiam veteres Græci, vt Euthymius Zigabonus, in eap. 1. R. & ibi etiam Theophylact. adde ioſrà I. 4. t.

In octauam partem.

M. 3.

14. *Baptizari.*) Vtpote coocepto in peccato. Theophylact. hic: quamuis per eundem Chriſtum ſanctificatus fuiſſet io vteto. L. 1. 45.

Me.) Tune etgo nouit eum reuelatione ſecreta, quem publica Dei reuelatione mox ſequutura cognoſcete, deinde publicè oſtendere debebat. M. 3. 16. 17. 1 r. 31. 31 33.

15. *Iuſtitiam.*) Id eſt, perfectam obedientiam, plenum implementum omnis legis & inſtitutionis Dei, quod humana natuta ob id maledicto ſubiecta præſtare nequit. Theophylact. qui per iuſtitiam hic iotelligit legem. Sed cùm Baptiſmus Ioannis daretur in remiſſionem peccatorum R. 1. 4. L. 3. 3. Quomodo datus eſt Ieſu, qui nunquam peccauit? Reſpondeo: Non in remiſſionem peccatorum ipſius: ſed in remiſſiooem peccatorum Eccleſiæ ſuæ: oon quod remiſſa ſint pet iſtum Baptiſmum, ſed per illum qui in iſto figutabatur, videlicet, immolationis Ieſu in cruce, quam ipſe vocat Baptiſmum ſuum. Luc. 12. 50. Et Ieſus offerendo ſe baptizandum à Ioanne, ratificabat & ſanctificabat eius miniſtetium, & illod verum & ſanctum eſſe profitebatur: Et ſic profitebatur ſe veritatem illam impleturum, & verè realiterque ſemetipſum immolaturum & ſactificaturum in cruce pro peccatis, & tedemptione humani genetis. In hanc profeſſionem Ioanoes eom baptizauit, & Deus patet, magnifico ſigno, vocéque cœlitus editir, acceprauit & approbauit.

G

R. 1.

10. *Diſſindi.*) Non rupti fuetunt, nec paſſi ſolutionem continuitatis, ſed tam admitanda & ſupetpulchra maieſtas deſurſum appatuit, vt cœli viderentur grandi & ſubita diuulſione et maieſtati eeſſiſſe.

L. 3.

23. *Fermè triginta.*) Deerant enim ad minus tres menſes.

Heli) Scilicet, filius legalis, vtpote genet Heli patris naturalis virginis Mariæ. Hæc eſt antiquiſſima, & communis & vera ſententia, quam etiam ſequitur doctiſſimus Martinus Buccerus: Idem Bulliogerus, & Ioan Brentius poſt Andr. Oſiandr. annot. lib. 1. ſuæ harmon. cap. 16. tametſi Ioan. Caluin. hic longo multiloquio niſus ſit eam conuellere & ſubſannare, ſtudio (vt multis videtur) Oſiandrum de ſacris ſtudijs benemeritum proſcindendi. Eraſm. autem hic malè de ſuo numen, filius, adiecit, dicens: Filius Heli, quum vox, filius, non ſit in textu Græco, nec in antiquis & aliis verſionibus: vnde magis miror doctum Santem Pagninum ſequutum eſſe Eraſmum, quum Lucas tantùm ſcripſerit τοῦ ἡλὶ. vt libenter eſſet ſubintelligere, gener, & non filius, vt ſcitè ait Oſiander. Addo ne pariter in ſi. cap. & genealogiæ, ibi, τοῦ θεοῦ, ſubaudiendum eſſet, Adamum fuiſſe filium naturalem Dei, quum tantùm eſſet eius creatura. Idem antiquæ verſiones Gallicæ à tempore Caroli V. qui ſapiens cognominatus eſt. Nil moror in hoc nouas verſiones Geneuenſes, quum non audeant diſcedere à Caluino: quamuis gloſ. noua ordinaria Geneuenſis, eò loci ſubdubitantet tantùm eum ſequatur.

I. cap. 1.

1 1. *Principio.*) Id eſt, * ab omni æternitate, vel antequam quid inciperetur omnium, quæ principium habent: vt ipſemet Euangeliſta expoſuit initio primæ ſuæ Canonicæ, ἀπ' ἀρχῆς, id eſt, à principio, ſeu ſemper erat. Et nota quod 1. & 2. verſiculus oſtendunt diuinitatem, & æternitatem filij Dei, & quod vnus Deus cum patre ſemper ab æterno apud eum, non autem duo dij, ſed vnus: Et conſequenter hunc filium eſſe coæternum, coæqualem, & conſubſtantialem patri. * Vel diſtinctius verſicol. 1. Primò, de-
2 clarat filij à patre æternam generationem, ibi, in principio erat verbum. Secundò, amborum perſonalem diſtinctionem, ibi, & verbum erat apud Deum: vox enim, Deus, teſtringitur ad patrem, quando reſpectu alterius perſonæ dicitur, vt hìc: ſicut Spiritus ſanctus, ad tertiam perſonam, & in recta ortographia ad vnam vocem teſtringitus, quando reſpectu
3 aliarum dicitur: vt *Mat.* 28. 19. & 1. *Io.* 5. 7. * Tertiò, oſtendit filium conſubſtantialem patri, ſiue vnum & eundem Deum cum eo, ibi, & verbum erat Deus: vbi, θεὸς, abſolutè ponitur, abſque articulo, quemadmodum Spiritus, abſolutè ſine articulo ponitur, *1.* 4. 24. πνεῦμα ὁ θεὸς, quia ibi noo diſtinguitur perſona, ſed oſtendunt ſpiritualis eſſentia Dei. Aliàs pater eſt ſpiritus, filius eſt ſpiritus, Spiritus ſanctus eſt ſpiritus, non tamen tres ſpiritos, ſed vnus & idem ſpiritus abſolutè, ſiue reſpectu eſſentiæ. Sic ſinguli ſunt Deus, non tamen tres dij, ſed vnus tantùm, quia ſunt eiuſdem eſſentiæ & naturæ, & perſonaliter tantùm diſtinguuntur: quia vna perſonarum, noo eſt
4 alteta, nec debent in inuicem confundi, ſed diſtingui, noo ſeparari. Longè coim aliud diſtinctio, aliud ſeparatio: vt alibi plenius diximus. * Verſiculus 2. oſtendit patris & filij coæternitatem, ibi, huc (ſcilicet verbum) erat in principio apud Deum: Et ſic infinitè ante omnes creaturas, quibus non indigebat, ſatis in ſe, & eum patio, & cum Spiritu ſancto glorioſus. Verſiculus 3 aduſque finem huius patris, declarat operationem filij Dei. Et primùm, verſicul. 3. oſtendit ipſum quoque eſſe creatorem omnium, ni-
5 hil ereatum, vel factum excipiendo, * vt pates in illis verbis præcedentibus, καὶ χωὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν,

A ὃ γέγονεν. Quæ, omnem ambiguitatem vel exceptionem amputandi eanſa adiecta ſunt, vt nec vlla quidem inuiſibilia, facta tamen vel creara, excipiantur: vt in Tex. ad verbum, Et ſine ipſo factum, neque vnum quidem quod factum eſt, id eſt, nec vllum quidem omnium, quæ facta ſunt, factum eſt abſque eo. Ne quis cauillati poſſit 10 princip. Geneſ. vbi agitur de prima rerum creatione, non fieri mentionem, niſi de corporalibus ereaturis elementatibus vel cœleſtibus: Ad quod cauillum excludendum. I. hanc clauſulam adiecit, omnia etiam meiè ſpiritualia, & inuiſibilia qozcunque ioeludentem * Prodigioſos ergo 6
B fuit errot vel furor Manichæi, qui hanc clauſulam exponebat affirmatioè, Vt ſenſus ſit ipſum nihil factum eſſe abſque Deo, intelligens ſub voce, nihil, omnem corporalem creaturam, & materiam primam, quaſi parum entitatis habentem: Ideo per, nihil, intelligi, quàm, antiqui Philoſophi, hylem, dixeruns, quaſi informem & ſine qualitate materiam, quam dicit tactam à principio malo, ponens impiè duo principia, vnum ſimpliciter bonum, aliud ſimpliciter malom: quæ eſt manifeſta depranatio texrus: in quo non habetur, οὐδὲν, vna voce, ſed, οὐδὲ ἕν, duabus vocibus, quarum prior compoſita, ſignificat neque: ſecunda, nomen eſt ſignificans vnum, non autem, nullum, vel, nihil, vt, οὐδὲν. Et ſic neceſſariò exponendum eſt, vt
7 ſuper ad verbum vertimus. * Aduerte, (quod feſtinans prætetieram) ad ſi. verſ. 1. Arriani cauillantes verba, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, facichant ſempunctum, ſeu ὑποστιγμὴ, poſt, ἦν, vt λόγος, coniungerent cum verſiculo ſequenti: quam lectionem Auguſt in lib. 3. de
C doctrina Chriſtiana cap. 2 verè ait eſſe peruerſionem hæreticam, cui locus eſſe nequit in præſenti verſione Latina. Interpres etiam Theophylacti, ad eam excludendam bis in 1. verſiculo expreſſit pronomen, illud. * Nos autem doctiſſimum Philipp. Melanch. 8
imitati in locis communibus, finem verſ. 1. ſic reddidimus, Et verbum erat Deus. Nam Græcus attic. ὁ, teſtatur, λόγος, aſſumendum pro ſubiecto. &. θεὸς, pro prædicato, prout in tribus illis commatis, & in toto 1. verſic. λόγος, ſemper eſt ſubiectum, ſeu de quo omnia dicuntur. Idem plus 200. annis ante Philipp. Melanch. ſcripſit Nicol. Lira. hìc. addens, quod nomina & verba tranſpoſita idem ſignificant. Deinde, verſ. 4 & 5. I. oſteodit, filium quoque conſeruatotem eſſe, vt ibi dicam. * Portò quod verbum, non 9
D ſermonem, vſurpani, nec Eraſmi, nec Caluini, nec alterius contemptu feci. Quum parum abſint, quin eos ſequeter: quia, verbum, etiam vnicam dictionem, vel monoſyllabam, & vuculami mox euaneſcentem Latinè ſignificat, Quo quid aliemus ab æterna ſemper permanente ἰδία filij Dei? Sermo verò, nunquam vnicam vocem preprièſignificat: ſed orationem, contextum aliquem, & continuitatem habeotem: Et hac ratione minus diſconoenit ſapientiæ diuinæ, cui nulli humani ſermones ſatis congruete, nec ſatisfacere queuns Verùm parui ponderis eſt hæc conſideratio, vt enim λόγος, inter alia propriè ſignificat orationem & ſermonem: * Tamen hìc non 10
E capitur pro ſermone vocali, ſeu alio ſigno exterius rem internam ſignificante, quamumuis aliàs perpetuo & perenni, vt voces & ſoni prolixi, vel harmonia motuſque otbium, & ſyderum cœleſtium, *Pſ.* 19. ſed tantùm capitur pro ipſa re interna, quæ per ſermonem, vel alium modum exterum ſignificatur. Atqui hoc non minus, imò magis conuenit verbo, quàm ſermooi. Verbom enim non ſolùm dicitur vox articulata, vel dictio, aut contexta oratio, vel enunciatio: vt apud Terent. in Adelph. ſed etiam ipſa cogitatio mente cooncepta, vt Vario Latinæ linguæ doctiſſimus, à veritate deducit: eo quòd nos verum loqui oporteat. * Mouit etiam me perpetuus plus 11
mille annorum vſus Eccleſiæ Chriſti, & multorum

per id tempus doctorum & piorum authoritas, vt omittam hodie multas ſanctas Eccleſias in Germania, & Tiguri, purum verbum Dei, reiectis idolomaniis, & illuſionibus Antichriſti, profeſſas, antiquam hanc verſionem ſeruare, plutéſque inſignes doctores, vt Martinus Buccerus, Ioannes Brentius, V Volfangus Muſculus, alioquin Eraſmi verſionem ſequentes, quam in hoc omittunt. Ipſe quoque Buccerus hîc, quamuis magis vertendum putet, oraculum, vel vis illa, vel numen: Tamen non audet in hoc diſcedere à communi, quæ mihi melior videtur per prædicta. Tum quia alioquin verſio ſecundi verſiculi eſſet amphibola. Si enim verſiculo præcedenti ter verſum ſit, ſermo: pronomen, hîc, poteſt tam de Deo, quàm de ſermone intelligi, & ad alterutrum referri, quod eſt inconuenientes, quia I. non vult dicere, quod Deus eſſet apud Deum: imò hoc maximè cauere voluit, ne plures deos poneret, ſed oſtenderet, ἀρχὴν, ſemper in principio fuiſſe apud Deum, id eſt, ab æterno vnum Deum cum patre. Propterea vertere, verbum: deinde, hoc, vt fecit vetus interpres, elatius & certius eſt, quàm vertere, ſermo, vt hîc V Volfangus Muſcul. rectè notat. Semper tamen mihi diſplicuit rabioſa illa exclamatio Ioannis Fabri Stapulenſis in Eraſmum, ob verbum, mutatum in ſermonem, de qua lib. 3 epiſt. Eraſmi, pag. 149. Præſertim cùm antiquos habeat auctores Cyprianum, Lactantium, Hieronymum, Ambroſium, nec eorum, & Eraſmi verſionem reiicio: ſed communem in hoc magis idoneam & retinendam puto. * Cæterùm vt
12 ab inſignibus creaturis mutuemur ſimilitudines, puſa ſulis vel ignis, lumen, & calorem, quum tria ſint, vnum ſunt: Plus tamen diſconueniunt, quia nec in igne, nec in ſole lux & calor ſunt conſubſtantialia, vtcunque coæquæui, non ſunt corpora, ſed accidentia. Non poteſt melior ſimilitudo ſumi, quam ab anima noſtra, ad imaginem Dei creata, in qua intellectus agens & vigilans, non neceſſitate coactionis, ſed neceſſitate, ſeu conſequentia naturæ, ſtatim generat cogitationem ſeu conceptum, qui propter ordinem generationis, & ſimilitudinem, habet virem geniti. Deinde ab vtroque ſimul producitur amor
13 ſeu voluntas, de qua nunc quæſtio non eſt. * Sic poſſumus dicere, ſeu potius balbutire, patrem, in diuinis generare, filium. Idq; ſtatim & ab æterno: quemadmodum intellectus ſtatim, vt vigilat & eſt in actu, generat conceptum ſeu cogitationem. Atqui Deus ſemper fuit in actu, & vigilans: Ergo ſemper mens illa genuit ab æterno cogitationem ſeu conceptum, ſine quo eſſe non potuit, nec conceptus ſine mente vel intellectu coæterno, non quod omnis cogitatio Dei, ſit verbum illud, & filius æternus, ſed conceptus ille æternus, quo ſe perfectè & ab æterno intelligit, & conſequenter conceptus ille, qui eſt æquè perfectus, vt mens æterna, eíque coæternus: Et ſic non factus, nec creatus. Igitur Deus quanquam genitus, & per omnia (excepta genitura æterna) genitori ſimilis, merito dicitur filius Dei. ſecunda perſona ſanctæ Trinitatis, in qua rectè dicunt Theologi Scholaſtici, in
14 4. ſententiar. diſtinct. 28 29. quod pater eſt principium ſine principio, filius, principium de principio, Spiritus ſanctus, principium principiatum ab vtroque. Et hi tres vnum principium ſunt omnium creaturarum, & non tria, quia pariter & ſimul ſuot principium terum. * Sed eſt valde magna differentia inter principium in diuinis, & reſpectu creaturarum, quarum reſpectu principium eſt cauſa & tempore prius. Imò etiam æternitate præcedit: ſed in perſonis diuinis principium non eſt cauſa, niſi improprie, quia non cenſetur, nec præcedit tempore, nec æternitate, ſed tantùm ordine naturæ coæternæ. Et ita intelligendum quod Auguſt. lib. 4. de Trinita. air, patrem eſſe principium totius deitatis, quia ipſe à nullo eſt, A ſed ab eo filios, & ab eo, & filio, Spiritus ſanctus, in quibus ſingulis tota deitas. * Pariter magna differen- 15
tia eſt inter generationem æteroam filij Dei, & generationem cogitationis intellectus creati, etiam perfectiſſimi, quia intelligere, in nobis, non eſt ipſa ſubſtantia intellectus, vt in Deo: Et quantumuis in verbo noſtri intellectus, inueniatur ſimilitudo rei intellectæ, tamen non inuenitur naturæ identitas. Tum in Deo eſt vnicus conceptus perfectiſſimus, maieſtati ſuæ æqualis ſemper permanens, & ſic Deus, Deo ſimilis, & eius ſplendor & imago, ſeu character, vt preſſius ait Paulus, Hebr. 1. 3. At in nobis. cogitatio vel conceptus, mentis eſt accidens, & quid tranſiens: & non perennis, & multò minus æternus. Sic in generatione carnali hominum, filius non habet eandem ſubſtantiam, numero eum patre: ſed in diuinis etiam B in numero eandē, vt plus diſſimilitudinis inueniatur, quàm ſimilitudinis in comparatione creaturarum ad creatorem: Nec mirum quum infinitè diſtent. * Adde 16
quod generatio hominis fit ad extra (vt terminis ſchulæ non ineptis, ſed breui cōpendio multa & magna ſignificantibus vtar) id eſt, in creaturis generans ponit extra ſe, & ſic aliud, & ſeparatum à ſe: Sed in Deo parer generans tetiuet genitum intra ſe, nunquam enim ſeparantur, I. 14. 10. Ego in patre, & pater in me eſt, & hoc e. vetſ. 18. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, à quo dicitur exiuiſſe, & de cœlo deſcendiſſe, quando factus eſt homo in vtero Virginis, natus & inter homines conuerſatus. I. 3. 13. & 16. 2 8. & ad pattem aſcendiſſe, quando humanitatem aſC ſumptam eò ſubduxit, vbi etiam ſemper manſit, ſecundum diuinam naturam, qua etiam cum patre & Spiritu ſancto Deus vnus, omnia implet, Hier. 23. 2 4. de perſona enim Chriſti, poſtquam factus eſt homo, verè & propriè per communicationem idiomatum, & vnionem hypoſtaticam dicuntur, quæ ſunt vtriuſque, ſcilicet, diuinæ & humanæ naturæ, & reſpectiuè intelliguntur.

3. *In fin. factum eſt.*) Hic faciendum punctum plenum, & non vt vetus verſio coniungebat verba, quod factum eſt, cum verſiculo ſequenti: quod Theophylact. hîc, non ſolum merito reiicit ſequendu originale Græcum, ſed ait eſſe falſam lectionem Macedonianorum, quos vocat μακεδονιζοντας, quia negabant Spiritum ſanctum eſſe Deum, creatutam aſſeD tentes. Nos autem tres hypoſtaſes vel perſonas in vna & ſimplici vnius Dei eſſentia eſſe credimus, vt M. 28. 19. baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & 1. Ioh. 5. 7. tres ſunt qui teſtificantur in cœlo, patet, verbum, & Spiritus ſanctus: Et hi tres vnum ſunt, vt latius in ſancto Symbolo Athanaſij è ſacris Scripturis ſumpto.

4 *In ipſo.*) Quidam hunc & ſequentem verſ. referunt ad conſeruationem creatorum vt 1 & 2. verſic. reſpiciant diuinitatem & æternitatem Chriſti, 3. verſic eundem eſſe creatorem omnium 4. & 5. conſeruatorem. Sed longius euagati ſunt, qui poſt Auguſt. ad Idæas Platonicas referunt, quaſi verſiculo 4. velit dicere Euangeliſta, quod antequam mundus E fieret, eius forma erat ab æterno in Deo, vt exemplar in mente artificis: In quo tam ineptè philoſophati ſunt Theologi Scholaſtici, vt nunc dicant, Deum habere infinitas Idæas, ſicut infinita ſunt ab eo cognoſcibilia, nunc dicant, Idæam eſſe diuinam eſſentiam realiter, ſed non formaliter: Guiliel. Ockan. Gabriel Biel, Brulcferus lib. 1. ſententiar. diſtinct. 35. Petr. de Aliaco ſeu Card. Cametacenſis lib. 1. ſententiar. q. 6. artic. 3. Et hæc contra doctrinam Apoſtoli, qui prophanas voeum nouitates vitandas docet 1. Timoth. in fin. Et certè Euangeliſta nunquam de his cogitauit, vtque non malè dici poſſit ibi, in ipſo vita erat, reſpicere ad conſeruationem generalem, vt Hebræor. 1. 3. dicitur ſuſtinere omnia verbu

aut nutu potentiæ ſuæ, Vtque Act. 17. 18. Paol. ait nos in ipſo eſſe & moueri & viuere, vt expooit Ioan. Caluin. & Theodot. Beza qui verba, lux hominum, intelligit de vi rationis & intelligentiæ in hominum animis accenſa ad creationem adgnoſceodum, id eſt, de Lomine naturali cognoſcendum Deum eſſe, adeò vtetiam verſic. 9. intelligat de luce naturali toti humanæ genti eommuni, etiam infantibus habitu, quanquam oondum actu: ídque genetale beneficium & eius conſeruatio à filio Dei eſſe, ſicut & creasio, adeò vt hîc etiam vſque ad verſic. 9 iocluſinè, non agatur de regenerationis gratia, ſed de generali dono primæ creationis hominum, quemadmodum Nicol. Lyran. & reliqui Tbeologi Scholaſtici hîc, hæc referuut ad intellectum agentem, quæ eſt exeelleutior potentia animæ, quam dicuot eſſe lucem deriuatam (correctius dicendom erat creatam) Et qnod per hunc intellectum poteſt homo ad diuina cognoſceoda quodammodo attingere. Ego verò puto Euangeliſtam hîc poſt aſſertam Chriſti diuioitatem & æternitatem verſi. 1. 2. eúmque paritet eſſe creatorem, & conſeqnenter conſeruatorem verſic. 3. ſtatim verſic. 4. incipere tractate de proptio ipſo officio Cbriſti, videlicet de recreatione & tegeneratione hominis, qui eſt proprius ſcopus, imò & prota & pnpis totius Euangelij: & ſic hunc verſic. intelligo per illud Ioan. 14. 6. Ego ſum via, & veritas, & vita, & per illud Ioh. 8. 12. Ego ſum lux muodi, &c. Et iuxta omnia alia loca, in quibus ſolus Cbriſtus dicitur eſſe vita & reſurrectio ooſtra, præſupponitur enim lapſus peccati & mors bominis, & qnod omnes etamus filij iræ, per peccatum mortui & obtenebrati. Remedium voicum eſſe att Euangeliſta in ipſo filio Dai, in quo erat vita pat nos amiſſa, & vita illa in Chriſto ipſo exiſtens, etat lux hominum, id eſt, aliuode oon poteraot habere lucem illam & vitam æternam. Hæc vita, hæc lux, à ſolo Deo patre per Chriſtum deſcendit & datur, Iohan. 3. Iacob. 1. vt idem Euangeliſta ſeſe exponit in 1. Epiſtol. 5. 11. quod contra qnam peccauimus & mortui ſumus, Deus vitam æternam dedit nobis. Sed quod hæc vita in filio eius aſt, & quod qui non habet filium Dei, vitam non habet, ſcilicet iſtam, de qua propriè in Euangelio, paritet contra teoebras mortiferas in quas incidimus dedit nobis lucem: ſed in filio & per filium ſolum vt infrà eodem cap 18. Deum uemo vidit voquam, vnigenitus filius qui eſt 10 ſinu patris ipſe expoſuit & exhibuit & cap. 3. 13. Igitor verba Eusngelij minus aptè referuntur ad generalem vitam vel cooſeruationem omnium, vel ad naturalem vitam aut intellectum agentem hominum cæteris animantibus præſtantiorum. Non enim de iſtis, ſed de regeneratione, & de proptio officio Chriſti eoncionatur Enangelium, quod merito inchoandum erat ab ipſo fundamento quod vnicum eſt, & non aliud 1. Cor. 11. Et ab eo quod ineſt, & per ipſum ſolum habemus Enangelij beneficio: vt hîc initio docet Ioanoes. bie eſt etgo *ζούσης* ſenſus.

5. *In tenebris lucet*) id eſt, Lux illa Euangelica poſt peccatum & pœnitétiam infirmam deprompta, qood Deos, propter ſemen mulieris contritorom eaput ſerpentis, velit nos adſe conuerſos ſaluare, & luxit in muudi tenebris ſtatim poſt lapſum bominis. Sed homines tanebroſi, id eſt, maior pars, propter opera ſua mala qoæ relinquere nolueroot, dilexeruot magis tenebras, quàm lucem inſ. eod. ca. 13. 19. vt apparuit tempore Enoch. Noé, Abrahæ, Moſis, & deinceps. Quicunque ergo ooo recipiunt lucem Euangelij, tenebræ ſunt, & manent in tenebris & motte, etiam ſi alioquin ſapientiſſimi & excellentiſſimi mundi ſint. Hæc mihi videtur genuina expoſitio, quanquam non reprobem eos, qui exponunt de lumioe naturali, & ſcintillis à Deo relictis poſt peccatum; quæ non ſufficiuot, oiſi ad reddendum hominem inexcuſabilem: ſempet opus eſt ſpeciali illuminatiooa Dei, quæ non contingit, niſi per Chriſtum, & eius meritum & fidem in ipſum. Et ſine ſpeciali operatiooe Spiritus ſancti, impoſſibile eſt quod homo, quantumcunque magnia & excellentiſſimis naturalium vitium donis, virtutibúſque & diſciplinis honeſtis inſtructus & exercitatus, pertingere poſſit ad lucem & effectum tegenerationis & iuſtitiæ coram Deo. Ea enim omoia, quantumcunque excellentia & copioſa, tenebræ ſunt, & peccatis ioquinata coram iuſtitia Dei, quam non poſſunt meteti nec acquirere, ſiue, vt ait Ioh. comptehendere, ſine ſpeciali regeneratione, quæ non contingit, niſi per gratiam & meritum Chriſti, vt patuit etiam in excellentiotibus & ſtudioſioribus ſiue Philoſophis ſiue Politicis, vt Platona in Timæo, & Ciceroneio libris de Officiis & de nat. deor. qui qoo magis viribus, & ſcientiis ſuis, & oaturalibos, & induſtria humana quæſitis, inſudarunt & eluctati ſunt ad veram Dei & Inſtitiæ diuinæ cognitionem aſſeqnendam: eò magis aberrarunt, vt etiam Plato in ſuo Timæo (qui tantopere à doctiſſimis quibú ſque Philoſopborum Italorum, vt diuiniſſimus laudatur) oihil aliud quàm metam & internam & externam idolomaniam docuerit. Omnis enim ſapientia huius mundi, quatenus ad lucem & iuſtitiam Dei confertur, ſtultitia eſt apud Deum. 1. Coriuth. 3. 19. & contra, ſapientia Dei inſtificans & tegeoerans, ſtultitia eſt homini animali quantumuis excelleotibus donis naturalibus prædito. 1. Corioth. 2. 14. Hæc enim ſapientia Dei tantùm à ſupernis deſcendit ex meto gratnito dono Dei per Chriſtum, vt hic docet Euangeliſta, & infrà eodem verſic. 17. Iacob. 1. 17. 18. Solus enim Chriſtus dat ius & poteſtatem adoptionis filiorum Dei, vt hic verſic. 12. & plenius diximus in epitome doctrinæ Chriſtianæ ſeu catecbiſmo, q. 28. 29 30. Nec obſtat qnod Paolus, Roman. 1. 21. 32. ſcribit homines viribus naturalibus cognouiſſe Deum, & ius ſeu iuſtitiam Dei, quia vt retigimus in dicta epitome, hoc verum eſt de cognitione Dei, vt creatoris & Domini, & de cognitione iuſtitiæ externæ, vt ſecnodæ tabulæ decalogi: Sed ounquam viribus ſuis poſt primum bominum lapſum aorruptis, cognouerunt Deum, vt patrem regenerantem ad vitam æternam, nec iuſtificationem tegenerattoois gratuitæ: vt nec oouerunt amplitudinem & grauitatem peccati & mortis æteroæ. Nemo enim nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare, Luc. 10 22. Hinc Chriſtus, L. 10. 21. ait patrem ſuum abſcondiſſe à ſapieotibus & prudentibus, id eſt, bomines per ſummam ſuam ſapientiam & prudentiam, non potuerunt peruenire ad lucem Dei, ſed in tenebris ſuis manſerunt: Sed quod reuelanit paruulis, id eſt, gratia ſpecisli Dei habatur etiam à paruulis & infimis mundi, nec aliter, etiam ab Apoſtolis, vt patet infrà pat. 58. vbi Cbriſtos teſtatur quod eato & ſanguis, id eſt, tota virtus & potentia intellectus, & liberi arbitrij, oon reuelauit eam lucem Petro, ſed Pater ipſe cœleſtis.

7. *Per eum.*) Videlicet, vt per Baptiſtæ miniſterium docetentur, quod Ieſus ille, quem oſteodit, eſt filius Dei, & ſolus ſaluator.

9. *Erat lux vera*) Id eſt, iſte *λόγος*, de quo Euaogeliſta teſtatur, etat lux illa vera propriè & antooomaticè, vt pote natura ſua propria, & oon participatione aliena, omnes bomioes (ſeilicet qui illuminantur), illuminans.

Venientem) Participium Græcum, *ἐρχόμενον* poteſt ad, *φῶς*, commodè referri: vtpote in eadem otatione, & quicquid dicat hîc Beza, non eſt violentum, nea argumentum manifeſtatioois Chriſti confundit, imò vrget & corrobotat, quia primum nos non venimus ad Cbriſtum, ſed is primùm venit ad nos, &

lux eius nos prꝙuenit veniena ad nos, non autem nosillam prꝙuenimus. Quid quodipſemet Euangeliſta ſeſe ſic exponit, imò Chriſtus ipſe infrà cap. 3. verſic. 19. dicens, Lua venit in mundum. Tum quid nouꝛ? euius energiæ eſt dicere, hominem venire in mundum, quia propriè non venit in mundum, quia non alionde accedit: Sed indidem oritur & gignitor. Lux autem aliunde nempe è ſuperius veoit in mundum. Et ita habet editio Tigurina, quæ certè melior eſt, & plos energiæ & emphaſis. Tamen quia tres aliæ editiones habent venientem, referendo ad proximum, nec in hoc eſt vitium, nolui mutare, contentus indicare. Quod autem Beza poſt Calum. hîc ceſtringit ad illuminationem in poris naturalibus ommbus hominibus, etiam infantibus, totíque humanæ genti communem: non placet, vt diai.

11. *Ad ſua*) Vetus editio habet, in propria, quod amphibolum eſt, quia poteſt intelligi de ablatiuo ſingulari fœminini generis. Et tunc ſubauditur perſona, vt quidam imperiti linguarum putarunt, quod minus alieoum eſt à ſenſu. Poteſt etiam intelligi de accuſatiuo plorali, & eſt ſenſus ad res proprias, vel ad ea quæ erant ſua, & hoc quadrat textui Græco, ſed minus obſcurè: ideò Etaſmus breuius & clarius vertit, in ſua, quem omnes deinde ſequuti ſunt. Solus Theodot. Beza nouè vertit, ad ſuos, exponens ad populum ſuum, vel terram ſuam, oec malè: ſed non ſatis congruè, quia verbum, ad ſoa, latius patet, quàm verbum, & ſui, mox ſequena, vtrqoe eumdem ambitum habet, quod non eſt in originali Græco, quia, τὰ ἴδια, latius patent, & plura comprehendere poſſunt, quam, οἱ ἴδιοι. verbum enim neutrum plurale plus comprebendit, & de pluribus prædicati poteſt, quàm maſculoium plurale. Io hiſtoria Euangelica & Actorum, frequenter occurrit, τὰ ἴδια, & oon ſolùm ad perſonas, ſed etiam ad negotia, vel ad regionem, vel domoa, vel peculium, vel ſuæ cuꝛæ commiſſa referri poteſt. Sed, οἱ ἴδιοι, tantùm ad perſonas, nec iſta conſideratio leuis eſt momenti. Verſio enim Bezæ prima facie oſtendit tot fuiſſe excludentes Chriſtum, quot eorum ad qoos veoit: quod abſordum eſt, & falſum: à multis enim fuit receptus, vt ſileam copias Gentium longè maiores toto Iſraële, quinetiam Hieroſolymis multi credidetunt in eum, & ibi cœpit Eccleſia Chriſti. Verum eſt quod Iudæi illi qui tenebant arcem religionis, & concionabantur de Chriſto venturo, & recipiendo præſertim Hieroſolymis, & ſic peculiariter ſui erant: tamen commuoicato conſilio eum abiecerunt, & ante paſſionem eius, & poſt, in obſtinatione ſua perſiſtentes, in qua perierunt, & polina eorum in perpetoum delera: vt prædixerat Dan. c. 9. ad fin. Quod I. hic obiter impletom nocat. reliquiæ tamen Iſraëlis ſaluæ factæ ſunt, vt varieinatos eſt Eſaias c. 10. & Paul. Rom 9. declarat. Itaque verti, ad ſua, ad hereram & ad ſenſum. Venit enim filius Dei ad omoia hominum genera, quæ erant ſua, nec incaſſum, qoot quot receperunt eum, dedit eis ius filiationis, ſcilicet, adoptiuæ: hoc e 1. verſ 12 Ad hoc infrà 17. 55. quod ſi Euangeliſta in peine. huios verſ. noluiſſet latius loqui, nec de multò plutibus intelligere, quàm de his qui eum non receperunt, non ſcripſiſſet, εἰς τὰ ἴδια, ſed, ἐφ' τὸν ἴδιον, vt L. Act. 4. 23. Et ipſemet I. infrà c. 13. 1. Adde quæ dicam infrà 16. 32. Plura io ſimili breuitatis cauſa prætereo.

12. *Poteſtatem*) ſeu authoritatem, vel boc ius, tale priuilegium, vel dignitatem.

13. *Ex Deo nati ſunt*) Non ergo ex meritis noſtris, vel parentum, nec ex rationis, aot libert arbitrij vitibus, ſed ex electione Dei, & gratuita eiua miſericordia, per meritum Chriſti, eſt ooſtra regeneratio & adoptio.

14. *Factum eſt*) Id eſt, filius Dei æternus factus eſt, io tempore ordioato, vetus homo, natura noſtra aſſumpta. Pulchrè Auguſt. lib. de Trinit. c. 19 Cùm lego, Verbum caro factum eſt, & habitaoit in nobis: In verbo intelligo vetum Dei filium: in carne agnoſco verum hominem: & vtrumque ſimul in vna perſona Dei & hominis ioeffabili gratiæ largitate cooiunctum.

Et habitauit) Quandiu in mundo peregit curſum ſui miniſterij, & ooſtræ redemptionis.

In nonam partem.

M. 4.

5. *Eſtificatus*) Etiam cœlitus teſtificatur, priuſquam aggrediatur miniſterium ſuum, exercetur in pugna contra diabolum, & vincit.

5. *Templi*) Qui nuper etiam pij & eruditi tempore noſtro ſcripſerunt, hæc omnia tantùm in intellectu & imaginatione facta eſſe, mihi videntur nimia liceotioſi contra textum. & conſenſum Eccleſiæ, & omnium antiqoorum doctorum. Verum eſt quod quidam antiqui ſenſerunt primam quidem tentationem locaiter factam in deſerto: reliquas autem in ſpiritu: vt Ezechiel ſedens ad fluuium Chobar in Chaldæa, videbat & metiebatur reſtaurationem ciuitatis & templi Dei, antequàm fierent. Ezech. 40. & per 8. cap. ſeqoentia, vt patet in ſermone de ieiunio & tẽtatiooe Chriſti, poſt opera Cypriani, quamois eius non ſit, ſed diu poſt eum: tamen eſt auctoris incerti & antiqoi, qui ita ſenſit. Hanc etiam opinionem tamẽ refert, oec aliter approbat Euthymius antiquus auctor Græcus hîc: ſed eam expreſſim refellit Theophylact. hîc.

In decimam partem.

1. HAne decimam partem * potetam in ſex diuidere, Primam, de reditu Chriſti à deſerto, & ſpecificis teſtimoniis Baptiſtæ, donec Chriſtus iode diſceſſit in Cana Galileæ Io. 1. à verſ. 15. vſque ad fin. ca. Secundam, qoæ fuiſſet vndecima, Ioan. 2. vſque ad vec. 12. de his quæ fecit Chriſtus in Cana. Tertiam, quæ fuiſſet duodecima, de diſceſſu Chriſti à Cana pec Capeenaum, & aſcenſu Hieroſolymam, vbi veodentes eiecit, ſe Chriſtum declarauit, I. 2. à verſic. 12. ad vſqoe fin. cap. Quartam, quæ fuiſſet decima tertia, de catechiſmo & conuerſione Nicodemi, Ioann. 3. vſque ad verſic. 21. Qointam, quæ fuiſſet decima quarta, de reditu Chriſti in locum vbi Baptiſta adhuc baptizabat, & de ſeato ſpecifico Baptiſtæ teſtimonio Io. 3. à verſic. 22. vſque ad fin. cap. Sextam, quæ fuiſſet decima quinta pace principalis cap. 4. vſque ad ver. 43. de his quæ feeit Chriſtus diſcedens à regione Ioidanis, tranſiena per Samaciam, vbi Sichimitas conuertit io tranſitu, rediens in Galilæam. * Sed cùm hęc omnia ſpatio ferè voius anni, ab vno ſolo Euangeliſta eodem conteatu narreotur, malut ſub eadẽ parte relinquere, quàm diuidere, quum nulla ſufficiens vtilitas ad hoc impelleret, Ioa. 1. notaui ad matgioem quioque teſtimooiz, & Ioan. 3. ſextum pariter publicum ſpecificum teſtimonium Baptiſtæ de Chriſto. Vetum eſt quod tertium num. 29. & quartum num. 32. poſſent capi peo vno tanquam eodem die facta: * Sed non eſt inconueniens eadem die plura, diuerſa, & publica teſtimonia fieri etiam in eadem coocione: præſertim com conciones Baptiſtæ oon eſſeot vnios vel alieriua horæ, ſed maioris partis diei. Sufficit mihi quod Euangeliſta num 29. ponit tertium diſtinctum à luobus præcedentibus, teſtimoniom, & nom. 32. diſtinguit aliud: Ergo iſtud quartum eſt, quamuis eadem die, vel etiam eadem looga concione. * Primum verò

dictorum

dictorum teſtimoniorum nu.15. ſatis (ex eo quod dicit: hic eſt de quo dicebam) apparet factum eſſe Chriſto è deſerto, & victoria Satanæ teuerſo & præſente, licet non ſe tam citò manifeſtanit: quanquam interim de abſeuro in deſerto potuit Baptiſta nominatim teſtificari, prout veriſimiliter fecit, quia viderat & audierat perſonaliter teſtificati & demonſtrari à
5 patre cœleſti ſupra part. 8. * Verum eſt quod prius de eo teſtificatos fuerat, quippe qui in eius nomine baptiſabat ſupra part. 7. M. 3. 10. 11. R. 1. 7. 8. L. 3. 16. 17. ſed non nominatim. Nondum enim eum de nomine, ſeu perſonaliter nouerat, niſi dum, & maximè
6 poſtquam eum baptiſauit. * Secundum verò ſpecificum teſtimonium omnino factum eſt Chriſto iam reuerſo ad Eccleſiam, quæ in nomine ſuo baptiſabatur, vt pater in reſponſo Baptiſtæ ad legatos Hieroſolymotum. num. 26. ibi, ſed in medio veſtrûm ſtetit, &c. quia Ioh. nu. 29. ait poſtera die Ieſum veniſſe ad Baptiſtam, quum pridie eſſet in medio turbæ, Andr. B
Oſiaod lib 1. Annotation ca. 18. 19. & 20. purat Chriſtum, à deſerto & rentarioo redeuntem in Galilæã, obiter & iortranſitu biduo manſiſſe eò loci, vbi Ioan. baptizabat, & bidno illo omnia illa teſtimonia quæ à
7 l. c. 1. narrantur, facta fuiſſe. * Sed textus apettè conoincit, quatuor diebus ad minos Chriſtum ibi manſiſſe: patet num. 20 vbi fit mentio diei ſequentis, quo Chriſtus etat in medio: Et ficiam biduum præſentiæ, & num. 35. de alia die ſequenti, Eece iam triduum conſum prum, & nom. 39. antequam Andræas Simonem frattem ſuum adduceret ad Ieſu[illegible] quod non potuit citius eſſe, quàm alia die ſeqoenti, & ſic iam dies quatta. Deinde num 43. 1. meminit de alia die ſequenti, & de pluribus ea die geſtis: & ſic ad mi- C
8 nus alia & quinta dies. * Quod autem in princip. cap. 2. air: Die tertia nuptias factas in Cana, hæc dies tertia non eſt refcreoda ad primum craſtinum, de quo cap. 1. 19. vt obiter putauit Oſiander: ſed refeſenda eſt ad vltimam diem præſentiæ Chriſti in dicta Eccleſia, ſiue ad diem. qua, inde ducens Philippum, diſceſſit, vadens in Galilæam, vbi die tertia fuit in Cana. Quamuis hæc ſint leuia, præ annotationibus doctrinam concernentibus, tamen non ſoot contemnenda, nihil leue vel ſuperuacuum, nec ſuperuacuo ſcrutatur, vel io ſimplici hiſtoria Chriſti à Spiritu ſan-
9 cto dictata. * Nec abſque vrgenti ratione, in hanc decimam partem ſelegi, ac collocaui tria ferè capitula Ioannis, continentia hiſtoriam circiter vnius anni. D
Quoniam de hoc primo anno prædicationis Chriſti, cæteri Euangeliſtæ non loquuntur. Imprudenter fecerunt, qui ſcripſerunt Ioannem Baptiſtam digito oſtendiſſe, nominatim etiam teſtificando perſonam Ieſu Chriſti, priuſquam eum baptizaſſet, vidiſſet, & quàm audiſſet è cœlo teſtimonium Dei patris & Spiritus ſancti. Quamuis enim reuelatione Dei initio ſuæ prædicationis, ſciret Chriſtum iam veniſſe in carnem: tamen quis eſſet, oeicebat, quamuis baptizaret in nomine eius, eique colligeret & præpararet Eccleſiam. Deus ita ordinauerat, ad præcludendam omnem occaſionem ſuſpicandi colluſionem eſſe inter Ioannem & Ieſom, eius cognatum ſecundom carnem, ſed vt innoteſceret hoc torum venire, fieriq; à Deo. Reuelatum quidem fuerat Ioanni, quod Chriſtus is E
etat, ſuper quem videret deſcendere, & manere Spiritum ſanctum, cuius viſionis tempore apptopinquante, paulò ante illam, reuelatum ei fuit priuatim, eo inſtaotl, quo Ieſus venit ad eum, vt baptizaretur: quo facto Io. ſtatim vidit, & audiuit ſigna manifeſta dictæ reuelationis, contenta ſuptà in octaua par-
10 te. * Ieſus ergo fuit primò deſignatus, & demonſtratus perſonaliter per Patrem ſuum, & per Spiritum ſanctum, & tum demum poſt illos, Ioannes eum demonſtrauit perſonaliter & nominatim. Ieſus autem poſt ſuum baptiſmum, & teſtimonium cœleſte tam

magnificum non illicò ſuum orſus eſt publicum miniſterium: ſed ptius & ſtatim exercitatus fuit in ieiunio, orationibus, & vigiliis, & tentationibus Diaboli, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quo facto, & * Diabolo victo, tedit ad Ioannem, & 11
ad congregationem & præſentiam ſuæ peculiaris Eccleſiæ, in qua tum demum fuit perſonaliter, & nominatim oſtenſus & deſignatus per Ioannem. Nec ibi diu ſtetit, quoniam Euangeliſta ter numerat dies de craſtino, in craſtinum, quo Ieſus iturus conciouatum in Galilæa, dixit Philippo, Sequere me, cap. 1. 43. Andreæ verò, & eius ſocio bene dixit, verſic. 39. Venite & videte. Sed hoc nondum etat ad hoc vt eum ſequerentur. * Et quod dicitur verſic 39. quod 12a
manſerunt apud eum die illo, non eſt intelligendum de die artificiali, incipiendo ab illa hota, quæ etat fermè decima, vſque in horam decimam diei ſequentis: ſed de die naturali, & ſic de reſiduo illius diei finientis poſt duas horas, quia mote illius regionis dies natotalis, quo Sol eſt ſoper Orizontem, dioiditur ſemper in duodecim partes pro illo die æqualea, quas vocant horas: tunc autem iam decem ferè tranſietant. Manſerunt igitur Andreas & Simon apud Chriſtum, in eius habitatione, reſiduo dicti diei, videlicet, aduſque occaſum ſolis, quo non redierunt ad Ioannem, cùm non eſſet opportunum, ſed ad ſuam domum. * Quando etiam eodem vel craſtino die, 13
Andræas adduxit Simonem frattem ad Ieſum, qui dixit ei ſore vt eognominaretur petra vel lapis, non ſequitur, quod extunc Petrus vocarus fuerit ad ſequendum Ieſum: Non enim de hac vocatione apparet, niſi anno ſequenti, quando vocauit eum à piſcatione, cum fratre, vt eſſent piſcatores hominum.
* Certum eſt quod ex tunc, ſcilicet, à perſonali teſti- 14
ficatione Ioannis, & vocatione Philippi, Chriſtus ieus in Galilæam, plures ſecum duxit diſcipulos, & pariter toto illo primo anno tranſiens per Capernaũ, ad Paſcha, in Hieruſalem, & hinc redicos per Iudæam & Samariam, in Galilæam: ſed non eſt certum, qui eſſent illi diſcipuli. Hoc tantum certum eſt de Philippo, ſed non de aliquo alio. * Igitur nimis ſupinè 15
errarunt, qui dixerunt, quod qnando Ieſus mutauit aquam in vinum, habebat ſuos duodecim Apoſtolos, tantùm eorum abeſt, vt tum duodecim Apoſtolos haberet, vt nullum adhuc vocaſſet ad Apoſtolatum, vel ioſtituiſſet Apoſtolom, quos non conſtituit, niſi circiter poſt ſeſquiannum, vt in 15. parte huius conferentiæ: & qui tom ſuerunt ſelecti & conſtituti Apoſtoli, non apparet fuiſſe diſcipulos & comites Chriſti ab initio, oiſi Philippum illum. * Sed grauius ad- 16
huc errarunt qui ſcripſerunt miraculum, quod Ioan. Euangeliſta, ca. 4. verſ. 47. & 14. refert, eſſe ſecundum factum in Galilæa: ſit idem ipſum quod referunt M. 8. b. & L 7. a. 2. quoniam nullus Euangeliſtarum, excepto I. quicquam loquitur de contentis in hac decima parte: neceſſe eſt igitor eſſe diuerſas hiſtorias & miracula, prout ſunt. * Quod autem 17
Andræas Oſiander. 14. & 15. verſic. cap. 4. L. applicat huic primæ profectioni & prædicationi Chriſti in Galilæam, verum eſt quod verba ſeparata & ſeorſim conſiderata, poſſunt ſic applicari & congruere: ſed coniuncta contexturæ eiuſdem L. io eo ipſo cap. & loco vbi ſunt, non poſſunt congruere: ſed tantum (vt ſecimus) debent adaptari ſecundæ profectioni Chriſti in Galilæam, poſt reditum à prima profectione Hieroſolymitana. * Illi eſſam qui 18
inchoantes in opinionem Oſiandri, poſuerunt dictionem, patriam, initio verſicul. 16. d. c. 4. L. addiderunt id quod non eſt in teatu: quia verſic. ille incipit à ſimplici coniunctione, καὶ, quæ nullum deſignat interuallum, & conſequenter quicquid ſcribit. L. eò loci, eſt de ſecunda publica profectione & prædicatione Chriſti in Galilæa, quæ

19 fuit maior & celebrior priore. * Prior enim breuis fuit, quia vt ait, 1. e. 2. 13. in propinquo erat Pascha Iudæorum quò Iesus proficisci volebat, léque Dominum & Messiam ostendere, & vt in domo patris sui, adimplendo vaticinium Malachiæ, qui est vltimus Prophetarum à captiuitate Babylonica: qui cap. 3. a. dixerat quod post præparationem faciendam per Præcursorem (qui fuit Baptista) statim venturus esset ad templum suum Dominator ipse: non dixit, Dominus, sed Dominator: nomen enim verbale habet emphasim, & significat etiam actum ipsum dominandi, quem tacitè Propheta inuebat: vt etiam ostendit Christus, qui vt actu Dominos & dominium exercens, expulit flagello mercatores & vendentes è templo, boues oues, columbas, & merces, & pariter numulatios sedentes, & æs eorum, mensasque subtertit: * id quod post triennium bis fecit, post magnificum suum & regium ingressum in Hierusalem, diebus, quos nos vocamus, Dominicam, & Lunæ ante Pascha. Et in hoc vera est opinio Osiandri, quod Christus tribus diuersis vicibus vendentes, & merces è templo expulit.

20

I. 1. 15.

In principio huius versiculi magno ferio Euangelista verbum primum, per præsens: secundum autem per præteritum tempus, exprimit: vt per hoc secundum historiam noter, per primum verò, perpetuam & permanentem efficaciam huius testimonij, quasi etiam hodie Baptista loquatur & testificetur.

15. *Prior*) Græcum πρῶτος, hîc, & infra vers. 30. & quædam verba ibi adiuncta, & ver. 27. antiqui Doctores communiter à 1300. annis referunt simpliciter ad priorit atem essendi, vt Baptista signet Christum fuisse semper ante secundum diuinitatem: quamuis post Baptistam conceptus & natus sit, & venerit secundum humanitatem, cuius etiam æternam diuinitatem disertissimè asserit in hoc ca. vers. vl. 18. 34. & inf. cap. 3. vers. 35 36. Ea quibus proculdubio sequitur, Christum prælatum esse Baptistæ: & eo longè excellentiorem & potiorem esse: sed πρῶτος πρῶτον, & melius vt puto πρῶτος τοῦ βαπτιστοῦ. Non id agit Baptista vers. 15 27. 30. vt collationem faciat inter Christum & se, respectu maioris excellentiæ: sed potius vult ostendere illum præcelluisse, quàmuis posterius apparuerit, & longè excellentius & excellentiora prædicaturus & factus. Ideo antiquam & veterem lectionem retinui, quamuis nuper quidam eruditi aliter verterint, testimonia verba ad excellentiam & præstantiam. Doctissimus Martin. Bucerus hîc sectione 5. scribit bene esse sensum, Hic, ille est de quo dicebam, quod prædicatione esset me sequuturus, cùm tamen ante me sit genitus, vtique ante sæcula, prior enim me est princeps meus, & caput, sicut & omnium cùm Sanctorum tum Prophetarum. Vel, licet post me prædicaturus sit, tamen multò me prior est, imò primus meus & princeps est, ipse fons omnis veritatis, gratiæ & salutis: Qui sensus est verus: πρῶτος enim principem vel primotem significat, vt est apud L. cap. 19. in fin. ibi, καὶ οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως. Act. 25 ibi, καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων, id est, primores Iudæorum. Tamen puto literam non esse ad illum sensum restringendam. Ipse quoque Bucerus nihilominus antiquam & communem versionem hic sequitur, quæ etiam nun solùm prioritatem essendi: sed etiam præcellentiam significat: & sic vtrumque complectitur.

18 *Vnquam*) Vide Geo. 32. 12. Isaiæ 6. sunt appartiones, per quas Deus quibus & vt voluit se manifestauit: quia à beatis videtur Deus oculis spiritualibus non corporeis, seu oculo cordis. Mat. 5. 8. Epo. 1. 18. vt late August lib 22. cap. 19. de Ciuitate Dei.

21. *Ille*) Vetus vulgata editio, quæ hîc, & vers. 25. tantum habet Propheta, sine pronomine, multum quadrat literæ. Tum primò, quia in Græco non est ἐκεῖνος nec αὐτὸς, sed simplex vsitatus articulus. Tum secundò, quia pari ratione vers. 23. in fin. vertendum esset Isaias ille Propheta. Tum tertiò, quia Pharisæi illi in lege docti, non ignorabant dictum Mosis. Deuteron. 18. 15. 18 19. loqui de Christo. Cùm ergo dictum esset de Christo, superfluum erat bis repetere de eodem propheta vers. 21. 25. Hæc sunt quæ faciunt pro vulgata latina litera: Tamen Doctiores & Græci in quos Euthymius Zigabonus, & Latini in quos Erasmus intelliguot & legunt hîc & versicul. 25. ὁ προφήτης, ille Propheta, de Christo seu Messia, quos pet rationem sequeotem sequutus sum. Non obstat primum & secundum: quia articulus, ὁ, secundum materiam subiectam, nunc tantum articulus est, vt hîc vers. 23. in fin. Nunc matotem emphasim habet, vt hîc, & inf. vers. 36. 49 Non obstat tertium: quia in Christo plores supremæ dignitates (vt pote summa regia, summa Sacerdotalis, summa Prophetica) inelucluotur: & sic oon potest esse superfluum saltem bis ad eum refetri. Tum multò absurdius esset quod Baptista absolutè negasset se esse, vel simplicem Prophetam, contra quàm M. 11. 9. L. 7. 26. Et cùm Propheta altissimt esset, & vocandus esset L. 1 76. præsertim 10 actu quo palam de suo officio totetrogabatur publica aoctoritate.

25. *Facite*) Non absque vrgeoti causa verti Græcum, εὐθύνατε, breoi periphrasi, conformi verbis Isaiæ Prophetæ vnde desumitor vertendo enim vnico verbo dicendum fuisset, rectificate, quod minus vsitatum [illegible]ctor, sed vt verto, rectam facite, magis congruit & verbis, & menti Prophetæ etiam literæ Hebraicæ apud Ilalam, quæ proprie sonat idem quod, expurgate, & rectam facite.

26. *Stetit*) Non immeritò in hoc sequor veterem & communem editionem, quamuis Erasm. verterit in præsens tempus, stat quem Martin Bucer. Ioa. Calui. & omnes deinde in hoc sequuntur, nec non editio Tigurina, & V Vtebergensis, vt in prima parte homiliat. Gregorij Maioris, in Dominica 4. Aduentus: sed non aduertunt Iesum tunc verisimiliter non fuisse præsentem, sed postero die vt infra eodem ver. 29. Et quod si Baptista affirmasset Messiam tunc fuisse in medio præsentem, legati illi Hierosolymitani rationabiliter interrogaotes, verisimiliter permissent illum sibi ostendi. Itaque puto Euangelistam setio verbum hoc sub tempore præterito exprimisse, quare morare noluit. Certum est duo prima specifica testimonia Baptistæ, de quibus hîc, facta post Iesum baptizatum, & in desertum à Spiritu actum: quia 10 primo horum testimoniorum Baptista eum nominauit, vers. 17. Et tamen ante Baptismum non nouerat eum, vt nuper diximus. Cæterùm, non legitur Iesum à Baptismo suo reuertisum ad coneiones Baptistæ, & ab eo visum, & velut protensa manu ostensum, nisi postridie secundi horum testimoniorum, vt infrà eodem vers. 29. Non obstat quod in primo horum testimoniorum clamauit, dicens, ὅτι πρῶτός μου ἦν, non demonstrat occessatiò ad oculum, vt, ἰδὲ, in tertio & quinto testimonio. Significat enim, ipse, vt etiam de absente dici possit: quemadmodum etiam & prooomen Latinum, hic, vt patet infrà eodem versic. 33. ad fin. ibi, ὅτος ἐστὶν, quæ ibi de absente (proptiè tamen) recitantur.

29. *Peccatum*) Non ignoro antiquam versionem, etiam quæ Hieronymo attribuitor, habere peccata mundi in pluralis: sensus vetus est, sed opottet interpretem sequi textum, qui Græcè habet in singulari, τὴν ἁμαρτίαν, id est, peccatum: vt etiam vertunt Chrysostomos, Eurbymius, Etasmus, Ioa. Calu. & Theod. Beza. Detrahit Baptista iustificationem legi, & omnibus sacrificiis Mosaicis, quæ tantùm figurabant Christum, cui vni soli veritatem, efficaciam remissionis peccatorum, iustificationis & gratiæ tribuit, disertè prædicans Euangelion, & beneficium Christi. suprà versicul. 17. & hîc. Notanda sunt hîc

ſex illuſtria ſpecifica teſtimonia Baptiſtæ de Chriſto, quinque hoc eap. cùm à tentatione & victoria Satanæ tediſſet ad ſuam Eccleſiam, quam regebat Baptiſta. Sextum, infrà cap. 1. 27. citeiter quinque menſes poſt præcedentia, poſtquam è prima publica proſectione Hieroſolymæ, tediſſet Ieſus in Iudæam, non longè à loco vbi Ioannes baptizabat: vt hæc teſtimonia, per tot interualla, innoteſcerent omnibus, nec Iudæi haberent excuſationem.

42. *Petros*) Vt vetus interpres, πέτρος, ad verbum vertit: & ſequitur Caluinus, & Tigurina editio: & malui ſequi, vt minus à fonte & veteri lectione diſcederem. Etaſmus tamen non malè vertit lapis: quem Bucer & alij ſequuntur. Santes Paguin. vertit petra, & Bezs ſequitur. Mihi videtur, πέτρος, hîc adiectiuus magis, quàm ſubſtantiui vicem habere: quaſi Simon Petrus, à petra eognominatus fuerit, vt ſaxeum, à ſaxo dicimus: de quo dixi in tract. Gallico, contra abuſus Papat. glo. penult. quæ Latina extat ad finem Catechiſmi noſtri Latini. Nunis ergo deſipuerunt Papiſtæ, qui petram vel ſaxum interpretati ſunt, caput, ad fundandum per meras deprauationes primatum ſuum.

51. *Amodò*) Magis placuit cum vulgata, quàm, poſtquam, vel, deinceps: quia Græcum, ἀπ' ἄρτι, non longam motam ſignificat, ſed ſtatim ab hac hora, vt & Apocal. 14. 13.

I. 2.

6. *Apideæ.*) Non eſt intelligendum quod eſſent hydriæ manu vel humero geſtandæ, idq; propter magnitudinem menſuræ, quam magno ſerio ſignat Euangeliſta, & eſt potiſſima magni huius miraculi circunſtantia. Cùm enim, vt exprimit I. quodlibet vas contineret duas vel tres amphoras, quæ continent centum vigiuti, aut centum octoginta ſeſtarios, vel vigiuti aut triginta congios, vt docuit Guilelm Budæus, lib. 5. Aſſis: quem Martinus Bucerus & alij pij docti viri ſequuntur: liquet tamæ capacitatis vas non poſſe manu vel humero ferri. Erant ergo magna vaſa humi ſita, ex magnis lapidibus ſculptoris arte cauatis. Quanquam autem quibuſdam in locis, vt in Italia, in vſu ſint hydriæ quædam lapideæ geſtatiles, ex lapide cauato: tamen ſunt paruæ menſuræ, quæ centeſimam partem horum vaſorum non caperent. Quare neceſſe eſt fuiſſe ingentia & iacentia vaſa: quare iuitio non poneham, hydrias (quæ pro portatilibus ctebnus vſurpantur) ſed vaſa lapidea, quò magis inſeruitem veritati textus & hiſtoriæ: & abrogatem falſam ſuperſtitionem Papiſtarum, qui non ſolùm magnitudini miraculi Chriſti derogant: ſed ad occaſionem nouæ ſuperſtitionis trahunt, ſub cuius dinumeratione & titulo etiam Monaſterium Nennatum fundarunt, & ereſerunt ſeptem leucis à Pariſiis, verſus Occidentem Hybernum diſtaos, nomine, Vas Regale: vbi ſuper columna ad latus Septentrionale Choti, ſtat vas politum, quod oſtentant viſaudum, vt vnam ex ſex hydriis, in quibus Chriſtus aquam vinum fecit: ſed non continet vnũ eongium vini, vt ad conuiocendam ſuperſtitionem mendacij exploratus ſum, & mucoi non eſſe vas lapideum, vt falsò dicti Papiſtæ aſſerunt, ſed fictile, qualia figuli è terra fingunt & poliunt prope vrbem Bellouacenſem, ornandorum abachorum cauſa. Sed quia communis & vetus editio ibi, lapideæ hydriæ, ſenſum non mutat, eam ſequi malui, quàm nouam verſionem facere. Nunc liquæ quàm ſit ridicula hæc ſuperſtitio. Sed operoſa erat vetus ſuperſtitio Iudæorum, qui ex falſa doctrina ſua eſſe & vaſa omnia frequenter mundandi & lauandi, ad delenda peccata (quod Chriſtus correxit, M. 15. R. 7. a) conſuetudinem illam Purificationis (vt inquit I.) introducerent, tantò maiorem aquæ quantitatem ad aſpergendum & lauandum præparandi, quantò maior erat concurſus pupuli & ſupellectilis, vt in nuptus: quàm magnam vim aquæ ſuperſtitioſè præparatam, Chriſtos in alium bonum vſum (ſuperſtitione tacitè ſublata) magnifico miraculo conuertit.

11. *Principium.*) Ex hoc loco, & ſuprà cap. 1. 33. notant Theophilactus & Euthymius falſa & confiſta eſſe, quæ vulgò feruntur miracula pueritiæ Chriſti. Hinc etiam liber de infantia Saluatoris inter Apocryphos ſeu reprobos ponitur, 15. diſtinct. in decreto Gratiani, & in Tomo 1. Concilior. pag. 991.

I. 3.

3. *Vpernis*) Sic frequentius veteres verſiones, nouæ verò frequentius vertunt denuò: ſed malui cum Etaſmo ſequi veteres, quia aduerbium ἄνωθεν, ex etymo ſonat deſurſum, & non denuò. Et frequentius in omnibus authoribus capitur pro deſuper, quàm pro iterum. Imo idem ipſe Euangeliſta, infrà eod. cap. eodem aduerbio vtitur pro cœ ſupernis tantùm, verſie. 7. verſie. 31. & iterum cap. 19. 11.

5. *Et ſpiritu*) Vtrumque pro ſpirituali regeneratione ponitur, hinc infrà tantùm de ſpiritu loquitur. Tamen per aquam Chriſtus aliquid partim externum ſignificat, nempe baptiſmum, totũmque miniſterium & doctrinam in qua baptizatur: vtque ſignet gratiam non eſſe ad externa teſtificatam, vel alligatam, ſæpius meminit ſpiritus ſolius, ſine aqua. Item ſuper 6. verſie. ſequenti, vtper carnem intelligitur homo carnalis, ita per ſpiritum, homo ſpiritualis. Adamus peccatum amiſſo Spiritu ſancto, factus eſt homo carnalis, à quo omnes poſtert naſcuntur carnales: vnus ſolus eſt ptopriè ſpiritualis, homo Ieſus Chriſtus, à quo, vel è cuius ſpiritu quicunque renaſcuntur, videlicet, credentes in eum, ſunt ſpirituales. Primus homo (ait Paul. 1 Cor. 15. 47.) de terra, terrenus, ſecundus homo, &c. non quod in regeneratione ſpirituali corpus mutetur in ſpiritum, quia manet idem quod prius, nec anima quidem fit tota munda & ſpiritualis: ſed in regeneratione creantur in homine noui motus per Spiritum ſanctum, mortificantem caroem, non ſolùm craſſiores affectus, & ſenſualitatem quam vocant, ſed etiam impietatem & deprauationem rationis & voluntatis humanæ, contra quam corruptionem manentem in carne (id eſt in toto homine) vſque ad mortem, ſpiritus Chriſti ſemper pugnat, & ſic interim mortificatio noſtra imperfecta eſt: ſed Deus propter Chriſtum non imputat, ſed inſuper gratos habet fructus bonorum operum, quamuis imperfectos. Propterea quamuis ratio & ſenſus humani ſint bona dona Dei, & habeant ſuum vſum, & ſuos gradus; Tamen ad acquirendam vitam æternam nihil valent, vt in noſtro Catechiſmo, quæſt. 22. 23. 24. 25. 26. Is ergo demum ſpiritualis eſt, non qui heremiticam, aut aliam vitam ducit, ſed qui per Euangelium regeneratus de Spiritu ſancto, factus eſt membrum Chriſti per fidem, & opera ſpiritualia non ſunt quæcunque inuenta ſuperſtitione hominum, ſed ea tantùm quæ fiunt fide in Chriſtum per credentem ſaluari ſolo merito Chriſti, & facientem opera à Deo præcepta, non amplius ſeruiliter, metu damnationis, nec mercenariè ad merendum remiſſionem peccatorum, vel aliud à Deo: ſed vt ſuam oſtendat gratitudinem & obedientiam erga Deum, quamuis interim credat & ſperet Deum magna ſua liberalitate remunerarorum.

8. *Spiritus*) Id eſt regeneratio ſpiritualis, quamuis non videatur oculis corporalibus: tamen non minus vera eſt, imo magis quàm agitatio venti, quæ tamen ſi aliquo modo auditur & ſentiatur: tamen nullo modo videtur. Hoc carnali exemplo monetur Nicodemus fidem eſſe de inuiſibilibus, & veriorem viſibilibus.

23. *Cœlo*) Secundum communicationem idiomatum, qua de eadem persona nunc prædicatur id quod ei secundum diuinam, nunc id quod eidem secundum humanam naturam tantùm competit: vt descendit de cœlo, secundum humanam naturam assumptam, & tamen est vbique secundum diuinam: & ascendit in cœlum, secundum humanam naturam circumscriptam, in vtero Virginis factam & sumptam. Latè doctor Petrus Martyr in dialogo de vtraque in Christo natura.

25. *Credit*) Scilicet per veram fidnciam in Christum crucifixum, quæ est donum Dei: hi solùm iustificantur & Christo incorporantur. Secus de his qui vel miraculis vel veritate conuicti, sed non escendunt ad hanc fiduciam, vt suprà. 2. 23. & M. 13. de iis qui credunt ad tempus, & Exod. 14. quod credebant Mosi, sed cor eorum non erat rectum, vnde toties murmurabant: sic Magus Act. 8. huiusmodi fides seu notitia inexcusabilem reddit, sed non iustificat, nec ius adoptionis dat de quo suprè I. 1. 12.

27. *Facta*) Bernardus in Cantica sermone 85. exponit in gratia vel cum gratia Dei eum liberum arbitrium cooperatur, de quo remitto ad Catechismum nostrum.

29. *Ænon*) Hanc quidam ponunt in tribu Simeon iuxta Salim, quæ est de tribu Iuda. Sed post captiuitatem Babylonicam his terminis confusis pars terræ Meridionalis vocabatur Iudæa, pars verò Septentrionali, Samaria & Galilæa, facit cap. seq. 3.

27. *Cœlo*) Hinc Augost. contra Donast. contra Epist. Parmeniani lib. 2. cap. 15. Non enim scriptum est, nisi datum fuerit ab Ecclesia sed nisi datum fuerit è cœlo. Nam & ipsa Ecclesia non habet quicquam, nisi accipiat è cœlo.

31. *Terra*) Non tamen sequetur quod baptismus Ioannis esset è terra, in quo Zuinglius erranit: imò è cœlo, id est, ex ordinatione Dei, Math. 21. 25. sed rectius dicit & de terra loqui tuo quo ad se tàtùm: quia quod ad se tantum aquam, & Sacramentum externum dabat, comitabatur remissio peccatorum & gratia, non ab ipso Ioanne, sed ab ipso Christo: vt sæpe diximus.

I 4.

1 1. *Baptizaret*) Baptismus Christi * non erat alius à baptismo Ioannis vel Apostolorum & discipulorum, tam ante passionem Christi, quàm post missionem Spiritus sancti. Baptismus Ioannis (quicquid dixerint sophistæ) eiusdem erat efficaciæ, nec repetandum erat, nec itetum baptizandi tempore Apostolorum hi, qui tantùm fuerant baptizati primo baptismo Ioannis: prout Apostoli nunquam rebaptizarunt, nec Paulus quidem duodecim illos Ephesios Actor. 19. quem locum sophistæ pessimè intellexerunt. Et quod ita sit, Ioannes Baptista baptizabat in nomine Messiæ seu Christi, in remissionem peccatorum: oportebat ergo eum veram remissionem peccatorum conferre, gratiam iustificantem receptionem & adoptionem in filios Dei, non tamen ipsum nisi ministraliter, sed Christum, qui tam in carnem
2 venerat. * Ioannes enim de se tantùm dabat Sacramentum efficax, quod non erat illusio, vel tantùm figura, sed administratio gratiæ Euangelij & beneficij Christi, quod Ioannes prædicabat, non etiam simplex præparatio ad alium futurum Baptismum Christi: vt quidam aui hores Græci (nedum Papistæ Latini) putauerunt. Nec obstat quod Baptista ait, Ille vos baptizabit in Spiritu sancto, non enim sequitur quod beneficium Christi differretur, nisi intelligendo de magnis ir & miraculosis donis Spiritus sancti, de quibus Act. 2. quæ Christus vocat Baptismum, Act. 1. 5. Sed extraordinarium, paucis & eo tempore
3 datum. * Cæterùm Ioanne baptizante, Christus inuisibiliter, vt & tunc, baptizabat in Spiritu, dando remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum, vi tamen & merito passionis suæ futuræ: quandoquidem etiam ante Incarnationem suam Christus erat mediator & seruator, per respectum tamen humanitatis assumendæ & immolandæ. Quapropter apposissimè Baptista, dicebat, Ille vos baptizabit, referendo ad futuram eius immolationem, quam etiam Christus vocabat Baptisma suum, Luc. 12. 50. * Quod ergo 4
Act. 19. 5. habetur dictos Ephesios, baptizatos à Paulo, in nomine Domini Iesu: non intelligitur de Sacramento Baptismi, seu de Baptismo aquæ, quod repetitum non fuit: sed de Baptismo ignis, videlicet, do magnis illis & admirandis linguarum donis, & prophetiæ, à Spiritu sancto eppartitis linguis igneis, quod erat donum miraculosum, & excellens pro eo tempore, ad fundandam Ecclesiam, tunc necessarium, non dico necessarium cuique, nec ad iustificationem: sed ad amplificationem & confirmationem Ecclesiæ, his præsertim qui debebant ad hoc cooperari, contra Iudæorum obstinationem, & Gentilium errores.
* Hoc fecit Paulus, postquam Ephesios illos excel- 5
lentiori & perfectiori doctrina, quam adhuc habuissent, instruxit, non quia prius sanctè baptizati fuissent per Ioannem, & quia gratiam Spiritus sancti receperint, & quia essent de numero fidelium, & Ecclesiæ Christi: sed vt fierent idonei ministri in ea, postquam perfectionem doctrinæ magna & admiranda dona Spiritus sancti, & Baptismum ignis recepissent.
* Redeundo ad Ioannem, is quidem non obseruabat 6
formam aapressim, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nondum enim erat sic ea pressim declarata & data, vt post resurrectionem & glorificationem Christi. Initio quidem baptizabat in nomine Messiæ seu Christi, qui iam venerat, & mox videndus erat, quamuis eum non agnosceret: tametsi Christus sæpe in medio eorum versaretur. Sed postquam enm baptizauit, & personaliter & nominatim cognouit, eatunc potuit nominatim & expressè baptizare in nomine Iesu Christi, de quo etiam statim incœpit personaliter & nominatim testificari: deinde etiam digito ostendere. Non erat variare Baptismum, semper enim idem erat Baptismus. Non erat mutare formã: sed facere vel addere declarationem expressiorem, velut de generali ad particulare, & ad individuum personale. * Discipuli Christi ante eius passionem ba- 7
ptizabant pariter nominatim in nomine Iesu Christi: idem erat Baptismus: sed post glorificationem Christi, & missionem Spiritus sancti, baptizarunt expressim, & specificè in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Christus ita statuerat post suam resurrectionem, Math. 28. 19. Certum est enim quod diligenter obseruabant institutionem Christi: & quod Spiritus sanctus non suggerebat eis aliud, quàm quod Christus eos docuerat, & eis præceperat, Ioan. 14. 26.
* Propterea vbicunque in actis mentio fit Apostolos 8
vel discipulos baptizasse: inquantum loca illa loquuntur de Baptismo aquæ vel Sacramentali, intelligendum est administratum fuisse in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & in hac fide & doctrina expressim. Quamuis enim Lucas nominis Iesu tantum mentionem faciat, id causa breuitatis est, sed intelligebatur & intelligitur, quod baptismus Domini Iesu erat, & est is demùm, qui administratur iuxta formam per eum institutam, quæ est vltima, à qua vt non licet discedere, ita nec addere, variare vel diminuere.
* Quod enim Ioannes Baptista post agnitum & ba- 9
ptizatum Christum, potuit addere expressionem magis specificam & personalem, & patiter Christi post suam resurrectionem, expressionem altioris & clarioris doctrinæ, quæ vltima est, & quam impossibile est supergredi, augmentationes illæ formæ specialioris & altioris: dispensatione diuina factæ sunt, &

non inuentione aut diſpoſitione humana, cui in his locus non eſt: vt in lectionibus publicis dixi, & in Commentario legali in l. 1. §. Sed ſi mihi num. 44. cum ſeq. D. de verbor. obligat.

L. 4.

2. *Diſcipuli.*) Vt oſtenderet quod etiam poſt aſcenſionem ſuam, Baptiſmus diſcipulorum non minoris eſt ſanctitatis & efficaciæ, quàm quod ſi ipſius Chriſti manu conferretur. Refertur enim ad auctorem, vtque nemo præ aliis ex eo gloriatur, quod ipſius Chriſti manu baptizatus eſſet, præuidens quod 1. Corinth. 1. 12.

5. *Suo.*) Geneſ. 35. d. 19. & 48. c. 22. Ioſue 24. §. 32.

14. *Salientis.*) Hîc quædam verſio Gallica habet Gallicè, *bouillonnante.* Quaſi Euangeliſta ſcripſiſſet ἀναβαίνοντος ἀπὸ τῆς ζέσεως, vel, βράσεως, quod bullire vel ebullire ſignificat. Sed hoc non ſolum eſt contra omnes omnium linguarum verſiones præcedentes, ſed etiam contra textũ & originale Græcum ἁλλομένου, quod ſignificat ſalientem vel proſilientem: & inſuper eſt contra enetgiam & euangiam ſimilitudinis Chriſti. Primò, bullientes aquæ non ſcaturiunt ex locis altis, ſed ex cauernis profundis & ſulfureis, etiam ſi fontiũ bullientes aquas etuctantium meminerint Ariſtoteles, & alij: tamen nunquam exalrn ſcaturiunt, ſed ex imo, vt ex Ætnæ radicibus ſcribit Plin. natural. hiſt. lib. 2. c. 103. in fin. Secundò, aquæ illæ etiam frigefactæ non ſunt ſalubres, ſed peſtilentes ro potu. Minus etiam participant de aëre, quam ſimillimas eſſe opotet aquas ſalubres. Plin. oat. hiſt. lib. 31. cap. 3. Galeo. in tract. aquar. & da ſanitate tuenda lib. 1. Etiam ſi quandoque aquæ calidæ porabiles ſint & vtiles, ſed in morbis vt mediciæ, vt illæ quæ ex radicibus montis vbi Gadara vtbs ſita eſt, ebulliunt io diſpoſita balnea, trans lacum ad Orientem oppoſita Tyberiadi, quæ eſt ad littus Occidentale, vt teſtatur Hieronymus in locis Hebraicis: ad quæ balnea conſilio medicorum proſectus eſt Herodes magnus, vt teſtatur Inſeph. antiq. lib. 17. cap. 9. Tertiò, nnoqoam ſalinot in altum, quia ex alto oon procedunt: ſed aqua exiens è cacumine montis, ſi deſcendat, exilit & aſcendit facilitrer ad eandem alritudinem ſcatoiginis & originis ſuæ: & inſuper ſalubris eſt ad bibendnm. Chriſtus itaque valde propriè, & pertinenter aſſimilauit donũ, gaudium, & pacem Spiritos ſancti, quæ vt procedit ex alta ſcatuligine: ita ſalit & aſceodit eò, vode procedit. Araho enim Spiritus ſancti, qui ſnlus vetè tutòque contenias & aſſecuratas reddit animas nnſtras, eas quoque ſalire ſecum & aſcendere facit in vitam æternam. Reiiciendum ergo verbum bullientis, tum literæ, tum ſenſu diforme, & retinenda verſio communis & perpetna omnium, tum literæ, tum ſenſu conſormis. Pnto tamen quod Gallus ille cectum ſenſum habuit, & de perpetua quadam, viua, ſeu perenni ſcatutigine intellexetit, quod verbo ebullientis, quàm ſalientis, magis ſignificari putauit. Sed vt hoc in paraphraſta (vt pote analogiæ fidei nñ aduerſum) tolecandum eſſet: non tamen in interprete, qui quàm minimum à lireta recedere deber. Et quia neſcio ſi dominos hoc opus Gallicè vertendi ſpatinm mihi dederit, huius tei quemcuoque pium fidũmque interpretem futurum præmonere noo piguit.

20. *Patres.*) Boni à malis ſeceroendi, ſecnndò è bonis noo faciendum idolum, nec tribueodum quod Chriſti eſt: tertiò non eſt vſurpanda eorum vocatio particularis: quartò etiam bonotum vitia non ſunt imitanda: quia nec cooſuetudo quidem, ſed veritas, hoc eſt verbum Dei vnicè ſequendum, & tum demùm bonorum patrum exempla aſſumi poſſunt, quatenus Deo obedierunt.

Monte.) Quia templum Samaritanorum catebat verbo Dei, ſed templum Iudæorum habebat verbum Dei, Deuteron. 12. 11. 1. Reg. 8. 29. à quo ſolo omoia certitudo in materia religionis.

25. *Veritate.*) Plures exponuot, id eſt, non per imagines oee formas corporales, & hoc bene quidem dictum eſt, noo eſt punctus, nunc enim nullæ erant imagines, nec ſpecies idololatriæ in templo Hieroſolymitano, oec in templo Samaritaoo in moote Garizim: ſed tantùm erat quæſtin vter locorum legitimus aut melior eſſet. Chriſtus ait haoc quæſtionem amodo ſoperuacuam, neutróque loco opus eſſe, ſed io omni loco adorandum & iouocandum patrem in ſpiritu & veritate. Eſt autem in ſpiritu, quando ſpirirus onſtet etigir ſe ad ſpititum creatotẽ Deum ſuum, certus quod in præſenriah eo videtur & intelligitur, eúmque omnipotentem eſſe & infinitè ſapieotem & bonum ad ſe exaudiendum: & in veritate, id eſt, ſecuodum verbum eius, qui eſt veritas iofallibilis, & per meritum & interceſſiooem Ieſu Chriſti, qui eſt verbom æternum Dei, & ipſa veritas, vt in Catechiſmo ooſtro, artic. 49. Rurſus aduertendum quod Chriſtus non hoc ſolùm agebat, vt tolleret teſpectum & diſcreoniam locorum: ſed docebat oon modò oõ eſſe expectandam remiſſionem peccatorum per ſacrificia quæ fiebant in dictis templis, verùm per ſolum Meſſiam, vt Ioanoes Baptiſta docuerat, & ecat inconfeſſo inter bene etoditos: ſed etiam docebat ſacrificia & templa illa breui abolenda: quod non minus incredibile erat vulgo Iudæorum, quàm ſi aota quinquaginta annos dictum fuiſſet ſactificium miſſæ pro vinis & mottuis, & ordines ſacros preſbyterorũ & monachorum, eorum cœnobia, vota religiones, regulas snte quadraginta anoos abolendas, & tamen ſacrificia & cæremoniæ Moyſi fuerant ordinata à Deo ad tempus, vt ceſſarent aduentu Sancti ſanctorum, Daniel. 9. Poſt cuius aducntum ſepeliri debebant enm aliquo honore, vt ait ſanctus Auguſtinus: Sed ſacrificatura & monachatus papalis, qui nunquã fuerunt plantati à Deo, ſed à Diabolo, debeot eradicari, M. 15. 13.

In vndecimam partem.

HAnc in duas diuidere poteram, faciendo partem duodecimam duplicem M. R. ex M. 4. à verſic. 18. vſque ad verſic. 23. & R. 1. à verſic 16. vſque ad verſic. 23. de ſpeciali vocatione quatuor præcipuorum diſcipulorum. Omnino enim facta eſt poſt omnia præcedeotia, & poſtquam Ieſus è Nazaretha electus fuerat apud L. & clatè oſtendunt M. 4. 13. I. 4. 44. Et veriſimiliter poſt hiſtoriam qnam refert. I. 4. à verſic. 46. vſque ad fin. cap. qnam I. verſic. 54. ait eſſu ſecundum ſignum, & dum Ieſos cœpit totam Galilæam circuire: vt initio partis ſequentis. Sed qnia alia etiam tartia pars, quæ fuiſſet decimatertia ex R. 1. verſic. 21. 22. & L. 4. verſic. 31. 32. facienda fuiſſet: malui ſub eadem vndecima parte relinquere, ſub qua hæc ſatis diſtinctè conſpiciuotur & conferuntur. Nec expedit tot partes multiplicare. Scholaſtici Theologi etiam Io. Gerſon in Monoteſſaron cenſent hanc vocationis quatuor diſcipulorum hiſtoriam poſteriorem eſſe ea qnam L. c. 5. refert: computant enim primam ſimplicem vocationem Andreæ & Petri, I. 38, 39. 42. Secundam eorumdem cum filiis Zebedæi, ſed ad familiaritatem tantũ, L. 5. Tertiam verò ad ſequelam hîc, M. 4. 21. R. 1. 17. 20. Quartam poſtea ad Apoſtolatum. Sed nimis errant. Prima eoim I. 1. 39. 42. oon tam fuit vocatio, quàm admiſſio, ſolus Philippus tum diſertè primúſque vocatus inueoitur, I. 1. 43. vt dictum eſt ſuprà pat. 10. Secundam verò & tertiam valde præ poſteram. Quam enim tertio loco ponunt: notabili tempore præcedit eam, quam pro ſecunda

numerant, quæ eſt tertia facta dio poſt ſermonem Domini in monte, de quo infrà par. 12. Quam ergo ponunt propterea, eſt ſecunda, de qua hîc paulò ante ſermonem domini in monte: & vtraque facta eſt ipſo diſcipulatum. Et hæc quæ dico ſeries ipſius textus Euangelici neceſſariò probat. Sed vt illi errarunt præpoſterando, ita Caluinus errauit eumolando, ſeu in vnam hiſtoriam diuerſas confundendo, ne dicam quod etiam textum Euangelij ſuiſum verſum ipſo Harmonia ſua deſultare facit, res ipſa indicat cuiuis conferenti Harmoniam eius cum hac vnione. Perpetuo verò contendit Euangeliſtas noluiſſe certa diſtinctaque temporum ſerie annales componere, ſed neglecto dierum ordine, ex rebus geſtis Chriſti, præcipuas quaſque ſummatim colligere, M. 4. vbi tenet eandem hiſtoriam, ibi & R. 1. 16. & L. 5. 1. narrari: Et tunc demum quatuor tantùm Petrum, Andream, Iacobum, Ioannem electos fuiſſe apoſtolos. Et ſi prius vocati fuiſſent, ſequetetur fuiſſe apoſtatas, qui deſerto magiſtro & ſpreta vocatione, reuerſi eſſent ad priſtinum vitæ genus. Et hoc eorum diſcrimen inter Lucam & alios reliquos, quod miraculum ab his omiſſum ſolus L. recitat. Sed iſtud eſt vim inferre literæ Euangelicæ, & illam in multis locis tranſpoere, & inſuper addere literæ. In nullo enim locorum prædictorum electi fuerunt Apoſtoli, vt putat Caluinus, ſed tantùm vocati vt ſimplices diſcipuli, deinde diu poſt: poſtremò demùm poſt ſecundum Paſcha, & adhuc aliquando poſt electi ſunt ſimul duodecim Apoſtoli, vt infrà par. 21. nec ſtatim realiter miſſi, ſed aliquandiu poſt, vt infrà par. 47. His ſcriptis reperi Matt. Bucer. in 4. M. idem ante Caluinum, vt ſcholaſtici ſenſiſſe, ſed ex profeſſo non examinauit ſeriem hiſtoriæ, & quæ ſua eſt modeſtia iudicium cuiuis Chriſtiano liquit. Sed fallitur, dicens, ſe non videre quî poſſint eſſe duæ vocationes, cùm vterque M. L. ſcribat relictis omnibus ſequutos Chriſtum. Non enim M. ſed nec R. quidem ſcribunt eos omnia reliquiſſe, ſed vilè tantùm nauem: L. verò poſt ingentem piſcaturam, ait, eos ſubductis in terram plenis piſcium onuſtis relinquentes omnia, Ieſum ſequutos, nec prius ſcribitur eos omnia reliquiſſe. Non intelligendum proprietatem, vt monachi fabulantur, abdicaſſe, ſed omnem negotiationem & aliam occupationem, quâ non inuenitur tres illos diſcipulos, prius in vniuerſum reliquiſſe. Aliam pro ſe Bucer. addit coniecturam, dicens, quod nec ſequentes hiſtoriæ ſeruit, vt dicamus eos rurſus piſcationem petiiſſe. Sed vt hoc fateri poſſumus poſt hanc ſecundam vocationem, L. 5. 10. 11. vt patet in ſequenti textu Euangelico & partibus ſequentibus. Ita non liquet ſtatim à prima illa vocatione, M. 4. 21. R. 1. 20. ſuprà par. 11. (quæ omnino præceſſit ſermonem Domini in monte, & ſanationem ſocrus Petri) eos nonquam ad piſcationem ſuam reuerſos: ſed ſemper extunc Chriſto comites adhæſiſſe. Imò conſtat cùm Chriſtus in domum Simonis & Andreæ ſerò diuertiſſet, vbi ſocrum Simonis ſanauit, Chriſtum die ſequenti ante lucem ſe ſubduxiſſe in deſertum relicto Simone, & qui cum eo erant, qui die facto, profecti ſunt ad quærendum illum, & inuenti rogarunt vt rediret, quod noluit, R. 1. 35. 36. 37. Nondum ergo aſſiduè comitabantur eum, etiam ſi ſequereotur concionantem, ſubinde per occaſionem ſele offerentem, redeuntes ad piſcationem ſuam, vt dum paulò poſt contigit Ieſum rediiſſe iuxta illud ſtagnum. Tunc enim Simon, Iacobus & Ioannes propinquas naues ſuas totam noctem cum retibus exercendo, cùm nihil cœpiſſent, die facto deſcenderant ad littus abluentes, & in aliam opportunam piſcationem præparantes retia. Tunc Chriſtus affluentem turbam docturus, ſedit in naui Simonis, & facta eſt hiſtoria, non de qua hîc, ſed de qua infrà par. 17. Luc. 5 in qua Simon vocat Ieſum præceptorem ſuum, vt quem iam, vt talem ſequutus erat, nec reliquerat ex eo quod oblata occaſione ad piſcationem ſuam cum ſociis redierat. Ita etiam concurſus turbarum Ieſum ſequentium exigebat, ſaltem inuitabat, vt quærenda eſſent obſonia. Et rectè ſcripſit Mart. Bucer. M. 8. diſcipulos etiam poſtquam in Apoſtolos lecti ſunt, non ita omnia dereliquiſſe, vt rebus ſuis poſtea non fuerint vſi, quaſi pro derelicto habitis, vt dicunt Iuriconſulti ϖ. pro derelictâ. Verum quod rebus curandis iam facti Chriſti peculiares diſcipuli, & perpetui comites, non vt antea fuerint addicti, peodentes, ſcilicet, per omnia ab ore illius. Nihilominus quoties res poſcebat, & per nuncios ad quod vocati erant, licebat, ſuis potius rebus quam alienis vtebantur. Et ſubdit ad eundem modum omnibus ſua derelinquenda ſunt, vt vocationi Domini & voluntati, totos ſeſe tradant, in primis quidem quæ ad illam pertinent, curantes, ſic tamen vt & ſuis potius quam alienis rebus vtantur, ſuóſque quantum Domini vocatio permiſerit, non negligant.

M. 4.

12. Vides quod M. R L. ſilent omnia quæ geſta ſunt à tentatione Chriſti in deſerto, vſque poſt carcerem Baptiſtæ, videlicet, reditum Chriſti à victo diabolo ad Baptiſtam, & eius publica & perſonalia teſtimonia, & primam breuem prædicationem, & miracula Chriſti in Galilæa inferiore, primúmque eius publicum auditum in Hieruſalem, reditum per Iudæam (vbi per diſcipulos baptizabat) & per Samaritanam in Galilæam inferiorem, quæ omnia ſolus I. ſcripſit. Et ſic neceſſe fuit inſignem viam huius vnionis partem ex I. interponere inter tentationem, victoriámque Chriſti in deſerto, & inter ſecundum huius aduentum, ſeu ſecundam eius in Galilæa Gentium, & inferiore prædicationem priorum inſignium tertiu & longiorem, à qua ſecunda (finitis concionibus Baptiſtæ captiui) hi tres Euangeliſtæ prædicationem Chriſti incipiunt. Hîc ergo rectè, appoſitè, & ex veritate & ordine hiſtoriæ incipit 11. pars huius collationis.

13. *Nazareth.*) Ergo illam iogreſſus fuerat, ſed electus reliquit, vt etiam I. 4. 44. ſubindicat. L. autem 4. 16. explicat: & Chriſtum frequentius domicilium conſtituiſſe Capharnaum teſtantur Matt. 4. 14. L. 4. 31. Sed quò ſe Chriſtus interim mox à fuga Nazarethæ protripuerit, ſileot: quod I. 4. 46. deſcribit, & hîc videlicet, à Cana breui profectus, & frequentes habitatorus Capharnaum celebrem & populoſam vrbem. Et notandum quod M. 13. ait, habitauit, & R. 21. L. 31. docebat ſabbathis, & ſic per plura ſabbatha, non tamen ibi continuè reſidebat: ſed vt M. 4. 23. exiens circuibat Galilæam docens per Synagogas, & multis turbis adoeatis celebertimam illam concionem habuit, quam ſoloa M. latè proſequitur, quam ſeries tetom & ordo temporis exigit ſeorſim collocare in parte immediatè ſequenti.

15 *Galilæa gentium.*) Sic tempore Iſaiæ vocabatur Galilæa ſuperior verſus Libaoum, tum quia vicina Tyro & Sidoni, tum ob permiſtas Gentes, quia Salomon circa annum 25. regni ſui viginti oppida Galilææ inferioris dederat Hiramo regi Tyri amico ſuo. 1. Reg. 9. c.

17 *Cœpit.*) Scilicet maioribus & locorum & temporis ſpatiis, & turbarum concurſibus, quoniam circiter ante annum, ſecundum quoſdam eruditos, & neceſſariò ante aliquot meſes Chriſtos doctrina & miraculis inclaruerat in Galilæa & in Capharnaum, vt ex initio partis præcedentis, ſed paucis diebus & locis I. 2. 12. quamuis fama ad Nazarethanos vicinos peruenerit, qui poſtea eaprobrarunt, L. 4. 23. Ideo hîc dicitur incipere, quia poſt notabilem abſentiam

reuerſus longè amplius & luculentius incœpit, & ſolus, Ioanne Baptiſta catcerato & ſilente.

19 *Sequamini.*) Iam anno præcedenti venerant ad Ieſum, facti erant eius diſcipuli, vt & Nathanael 1.1 39. 43. 47. ſed non ſequaces & comites, & multo minus Apoſtoli. Sed hi demum poſt Paſcha primùm à baptiſmo Chriſti vocati ſunt in diſcipulos & ſequaces, non autem in Apoſtolos: Niſi quando duodecim ſimul ſelecti ſunt, & prædicatum miſſi, poſt ſecundum Paſcha à baptiſmo Chriſti. Errauerunt qui ſomniarunt duplicem eorundem Apoſtolorum vocationem. Errat etiam qui nuper ſcripſit Petrum, Andream, Iacobum, & Ioannem ſeorſim ab aliis fuiſſe hîc, & Luc. 5. creatos Apoſtolos, & eandem eſſe hiſtoriam eodem tempore factam. hîc, & Luc. 5. Sunt enim aliæ & longè diuerſo tempore factæ, quæ confundere non eſt Harmoniam texere, ſed implicare.

L. 4.

14. *Galilæam.*) Quanquam verſ. 14. & 15. ſi per ſe ſeorſim ſtarent, poſſent adaptari primæ breui profectioni Chriſti in Galilæam, de qua Ioann. 2. & 4. tamen quia breuis fuit, & Baptiſta adhuc concionante, & quia annectuntur cum ſequentibus, debent ad ſecundam & pleniorem Chriſti in Galilæa prædicationem referri, & non priori, ſed huic parti aſcribi.

16. *Legeret.*) Sacra ſcripturata in Eccleſia ſtando legebatur honoris cauſa, etiam ſi ſedendo exponeretur. Hic modes etiam tempore Annæ & Caiphæ non tam corruptum fuiſſe ſtatum Eccleſiæ, quàm ſub Papiſtis. Illi non niſi factas ſcripturatas in Synagogis proponebant lingua vulgari. Actor. 15. hi verò ſomnia ſua & vetas idolomanias & blaſphemias paucis ſcripturarum verbis, alieno & ſermone & ſenſu additis, vt venena melle reguns.

32. *Poteſtate.*) Græcè, ὡς ἐξουσίαν, vt etiam R. 1. 22. ſcribit. Scribæ verò & Phariſæi traditiones deceſſorum ſuorum (quas antiquas vocabant, M. 5. 27. 32.) citantes & ingeteotes, partim addebant aut detrahebant legi, vt dixi in tract. vſurat. Gallico, à nu. 30. vſque ad nu. 50. reliquum verò corrumpebant detorquentes (vt poſtea eorum imitatores Sorboniſtæ & Papiſtæ fecerunt) ad opus operatum: tam implementum Legis, quàm ſalutem in externo cultu & externis operibus collocantes. Contrà Chriſtus propria authoritate in fide gratiæ, & miſericordiæ Dei, abrogando palàm malas interpretationes Rabinorum.

L. 4.

44. *Patria.*) Quam propterea reliquit, vt deſeribit L.

45. *Regulus.*) Quidam præcipuus ex aula vel familia regia, & initio tantùm credebat Ieſum eſſe eximium Prophetam (quod Chriſtus negat eſſe fidem, verſic. 48.) poſtea credidit eius verbo, quod poſſet abſentem ſanare, verſ. 50. Tandem credidit eſſe ſaluatorem mundi, & familiam ſuam conuertit, verſ. 53.

In duodecimam partem.

M. 5.

1. *Montem.*) Quidam veteres, vt Auguſtinus, inepta allegoria montem exponunt perfectiora præcepta iuſtitiæ, præ minoribus datis Iudæis.

2. *Docebat.*) Iſta eſt alia concio ab ea, quam refert L. 6. 20. Hæc enim facta eſt in monte: illa verò in loco campeſtri, hæc facta eſt ante electionem duodecim Apoſtolorum, vt teſtatur L. 6. 13. Hæc facta eſt priuſquam Matthæus fieret diſcipulus, vt probat textus Euangelicus, M. 9. 9. Illa verò non ſolùm poſtquam Matthæus eſſet vocatus in diſcipulum, vt probat L. 5. 27. Sed etiam poſtquam aſſumptus eſſet in Apoſtolum, vt diximus probat Euangelium, L. 6. 15. Hæc facta eſt poſt primum Paſcha, ſeu ſecundo anno prædicationis Chriſti: Illa verò poſt ſecundum Paſcha, & ſic tertio anno prædicationis Chriſti, circiter poſt annum à prima, vt probat ſeries ipſa Euangeliſtarum & collatio noſtra. Ita etiam ſenſit Andreas Oſiander, & rectè, quamuis nuper Ioan. Caluinus in ſua noua Harmonia ſcripſerit eſſe eandem concionem: Et quod magis erroneum eſt, vtramque factam eſſe poſt electos duodecim Apoſtolos, contra textum ipſum apertum Euangelij, M. qui præ cæteris ordinem temporis magis ſequutus eſt, vt Matt. Bucer. & alij docti teſtantur.

3. *Spiritu.*) Valde errauerunt qui ſcripſerunt in hac ſancta concione, principaliter doceri perfectionem vitæ Chriſtianæ ex motibus & operibus. Principaliter enim docetur exinanitio ſui ipſius, & fides, deinde patientia, & opera ad præſcriptum legis Dei. Quinetiam errauit ſanctus Auguſtinus, qui ſuper hoc ſermone, tomo 4. operum, ſcripſit hîc tradi maiora & perfectiora præcepta iuſtitiæ præ minoribus data Iudæis in lege Moſi, quia vt ante 20. annos ſcripſi in tracta. vſurar. Latino & Gallico, Chriſtus in hac celebertima concione nec alibi, nihil addit legi nec decalogo, non agit nouum Legiſlatorem operum: ſed tantùm interpretatur, & nativo ſuo ſenſui reſtituit decalogum, Phariſaicis deprauationibus laxatum, aut quandoque ſuperſtitioſè reſtrictum, vt diximus in tractatu noſtro ſuper hac concione. Et in ſpecie quantum ad hunc primum verſic. grauiter errauerunt qui paupertatem ſpiritus, interpretati ſunt animi modeſtiam & humilitatem: quaſi Chriſtus id agat, vt hanc radicem & fundamentum virtutum faciat contra ſuperbiam, per quam Diabolus & Adamus ceciderunt, vt Euthymius & Theophylactus hic tradiderunt & Theophylact. Epheſ. 4. 2. Verùm, etiam ſi hæc modeſtia & humilitas eſſet fundamentum virtutum moralium: tamen de his hîc non agit Chriſtus, nec de iuſtitia humana, ſed de iuſtitia diuina. Tantum abeſt, vt aliquod fundamentum ponat in aliquo bono aut virtute humana, vt prorſus abroget. Ioannes Caluinus intelligit paupertes ſpiritu, qui aduerſis premuntur, qui humiliter ſapiunt & ſufferunt. Quod vt conuenerit communi ſcholaſticorum theologorum ſententiæ, ita in ſe verum eſt: ſed non congruit huic primæ beatitudini & verſiculo, ſed ſequenti, vt in dicto tractatu latius dixi & in quibuſdam lectionibus, maximè in illis quas Autelis publicè incœpi die Lunæ 13. Auguſti anno ſequimilleſimo ſecundo, totam hanc concionem prælecturus, ſi per inuidiam quorundam nonorum conſiſtorialium licuiſſet. Multi pij & docti valde probarunt, quod interpretatus ſum Chriſtum in hac prima beatitudine, pro fundamento omnium ſequentium & totius Philoſophiæ Chriſtianæ, contra quam omnes philoſophi cenſerunt ponere veram & meram abnegationem & diffidentiam ſui. Omnem autem fiduciam in alieno beneficio nempe Chriſti, & eos demùm qui τῷ πλουσιοπαρόντι, ſeu certam reſolutionem habent in mente ſua, videlicet quod ſint planè paupetes, omniſque bono vacui & deſtituti reſpectu iuſtitiæ diuinæ, tantúmque abeſſe ab omni præſumptione alieuios meriti, vt demetita ſua verè agnoſcant, vt ſhane fiduciam ſuam, in ſola Dei miſericordia per ſolum Chriſtum collocent: horum enim eſt regnum cœlorum, quia non ſoluitur meritis: ſed ex mera gratia his ſolis donatur. Quod adieci de fide, Chriſtus procul dubio præſupponit, & ſic nihil de meo adieci, ſed verum punctum tuli pon-

derando textum, παρὰ τὸ πνεῦμα. Non enim dicit, A
ἀπὸ πνεύματος, vt non loquitur de his qui defectu aut debilitate ſpiritus laborant. ſed qui iudicio ſpiritus pauperitatem ſuam ſerio agnoſcunt. Hæc beatitudo, vt dixi, fundamentum eſt omnium ſequentium, quas hic non proſequar, ne videar has lectiones meas tranſferre, & commentarium texere, & non ſimplices annotationes.

M. 5.

20. *Phariſeorum.*) Iuſtitiam fidei neſciebant nec docebant, ſed nec internam rectitudinem, quam lex principaliter requirit: Geneſ. 17. 2. Ambula coram me & eſto perfectus. Tantum externa Legis & ceremonias vigebant, & quod peius eſt, ad B
opus operatum trahebant, vt hodie ſophiſtę ſucceſſores eorum.

21. *Antiquis.*) Non ergo quod patres aut vetus conſuetudo, ſed quod verbum dictat, inſpiciendum eſt. Sic à trecentis quadraginta annis (vt dixi in tract. contra abuſus Pap. glo. 15. num. 163. in Latino & nu. 449. in Gallico) Papæ ſuas decretales orbi inuexerunt, quas vocant antiquas, vtque Canoniſtæ dicunt, extra in antiquis. Contra quam beatus Cyprianus etiam ante 1300. annos clamabat ſolum Chriſtum audiendum, nec attendendum eſſe quid aliquis ante not faciendum putauerit: ſed quid, qui ante omnes eſt Chriſtus, priot fecerit lib. 2. epiſt. 3. & extat in magno decreto 2. ſi ſolus 8 diſtinctio.

25. *Aduerſario.*) Legem Dei rectè intelligoni etiam C
ſchulaſtici Theologi, id eſt, redi ad eor, & ad veram pœniteutiam, nec differat in poſterum. Et hoc ſequutus ſum in Catechiſmo, Q. 46. Quamuis Nicol. Lyran. hîc & L. 12. in fin. intelligat aduerſarium, eſſe fratrem vel proximum iniuſtè læſum, cui in hac vita ſatisfaciendum eſt. Et hoc in ſe verum: ſed non placet text. teſtringete ad partem Legis. Ideo ſequutus ſum communem, quæ de tota Lege intelligit.

26. *Quadrantem.*) Id eſt, nunquam: vt etiam Pſalm. 109. M. 1. & rectè hîc exponit beatus Auguſtinus lib. 1. abrogans ſophiſticum purgatorium, quaſi vel vuiquo quadrante deficiente, maledictionem (ſi non ſis ab ea in hac vita per Chriſtum liberatus) æternam eſſe Deutet. 27. in fin. Galat. 3. 10. Iacob. 2. 10. Pariter Nicol. Lyranus hîc exponit, donec, id eſt, D
nunquam exibit, quia in inferno non eſt poſſibile vnquam aliquid reddere.

27. Hîc, & ſup. eod. 22. apparet, vt teſtatur hîc Nicol. Lyranus, Rabbinos Iudæorum intellexiſſe per præcepta Decalogi exteriora tantum opera prohiberi, nullo autem motus animi, prout legiſlatio humana & ciuilis, vt dixi in epitome contractuum & vſurar. Gallica nu. 31. 37. in fin. Vt etiam patet apud Ioſephũ illuſtrem Iudæum lib. 18. antiq. cap. 16. antiquioris libri mei, ſed cap. 13. recentioris editionis, vbi reprehendit Polybium Megalopolitanum, in eo quòd (in tertia, vt puto, vel quarta libtorum ſuorum decade, quæ perierunt) ſcripſerit Antiochum Epiphanem ideo periſſe, quia voluit & tentauit templum E
Dianæ in Perſide expilare. Nam inquit (Ioſephus) qui nullatenus egit peccatum, ſed tantùm cogitauit, nullo teato tenetur. Hæc erat hæreſis, & falſa traditio Rabbinorum, quam Chriſtus hîc reprehendit. Cæterùm de impia tyrannide, & Antiochi interitu vide 1. Machab. 1. 6.

39. *Malo.*) Scilicet per malum, aut poſtpoſita vocatione & gloria Dei: Quibus ſtantibus licet reſiſtere. l. 18. d. Act. 23. 3. & 25. 11. vt dixi in tract. vſurar. Latino, num. 88. & Gallico, oum. 34. 35. Et vt inquit Matt. Lut. tomo 1. pag. 407. in fi. extra caſum confeſſionis Chriſtianus eſt ciuis huius mundi, &c.

M. 6.

1. *Mercedem.*) Rectè ait Mart. Bucer. merces eſt quod opus ſequitur, non quod opere promereris: ſed vt valde errant, qui putant vitam æternam, vel regnum cœlorum dari operibus, vel eſſe compenſationem ſeu retributionem Sanctorum, etiam ſummorum operum, vt abnegationis ſui & martyrij: datur enim gratis, reſpectu noſtri, ſolo merito Chriſti, vt diximus in cap. præcedenti, annotat. 3. Ita incautè loquuntur, vel malè intelligunt, qui mercedem (de qua hîc & infrà eodem verſic. 4. 6. 18. & infrà 19. 29. R. 10. 40. L. 13. 30. & locis ſimilibus) intelligunt ipſum regnum cœlorum, vel ipſam vitam. B
æternam. Aliud eſt enim donum regni cœlorum, aliud quoddam donum, vel quædam remuneratio reſpectu noſtri, cui plura debemus, & ſetui inutiles ſumus, L. 17. 10. Sed reſpectu ſuperabundantis liberalitatis Dei, vt dixi in Catechiſmo, q. 27. 39. & infrà par. 67. M. 20. ſuper parabola denarij diurni.

2. *Receperunt.*) Sic infrà eod. 5. 26. L. 24. Ex quibus facile colligetur quod reprobis, quatenus aliquid boni faciunt, datur merces in hoc mundo: electis autem Deus omnem mercedem teſeruat in cœlo, nec eis in mercedem imputat, quæ dat, vel prærogat eis in hoc mundo: vt etiam tetigi in Catechiſmo, q 40. & alibi fuſius.

11. *Etiam.*) Non abs re loco, &, poſui, etiam: quia hîc non eſt commutatio, ſed nec æquiparatio C
quidem: ſed quædam ſimilitudo valde inæqualis: quia petimus à Deo infinitum dimitti, quod multùm diſtat ab eo quod dimittimus fratribus ſeu proximis, vt tetigi in Catechiſmo, q. 45. & Græcum, καὶ, ſæpeſtat pro etiam, vt etiam verſendum & intelligendum docet textus, l. 11. 4. ibi καὶ ὁ ἀπὸ, ſi quidem & not, quæ, non ſolùm commutationem, ſed etiam æqualitatem excludunt.

22. *Oculus.*) Pulchra analogia lucit corpotalis ad lucem rationis & mentis.

23. *Lumen.*) Hiuc tota ratio & mens mala, quæ in nobis eſt, & tota iuſtitia humana quam ex nobis habere poſſumus viribus mentis, & liberi noſtri arbitrij, pronuntiantur eſſe tenebræ, reſpectu Dei, ſeu lucis fidei & iuſtitiæ diuinæ. Et infertur quàm tetræ ſint tenebræ, ſi quis etiam lumine humano, hue D
eſt, virtutibus, & iuſtitia humana careat, vitiis & ſceleribus deditus: huiuſmodi enim belluæ magis, quàm homines dici merentur.

25. *Solliciti.*) Vt Prouerb. 10. 22. Benedictio domini ditat hominem, & non affert dolorem ſecum, & 23. 4. Noli laborare vt diteris: ſed prudentiæ tuæ pone modum, id eſt, labora, ſed tolle cupiditatem & anxiam ſollicitudinem. Epheſ. 4. 28. 2. Theſſal. 2. 3. 10. Prouerb. 6. Quæ loca ſic facilè conciliantur, vt dixi in dict. tract. viutar. Latino, q. 2. & Gallico, uum. 42.

M. 7.

1. *Vt dicemini.*) Temerarium tantùm vel illicitum iudicium prohibet, vt dixi 10. locis nuper allegatis. Iuſtum autem iudicium probat, non ſolùm publicum & politicum, Deutet. 1. 16. ſed etiam priuatum, etiam mentale, I. 7. 24.

8. *Petit.*) Scilicet, in nomine & obedientia Dei, & ſic in fide, I. 14. 13. 14. aliàs non exaudirut. Iacob. 4. 3. Dixi in Epitome ſeu Catechiſmo, quæſt. 50. meritò diſcipuli rogabant Chriſtum doceti orare, Luc. 11. 2.

12. *Voluerit.*) Variè exponunt Scholaſtici tam Theologici in 3. Sententiar. diſtinct. 37. quàm Iuriſperiti, c. 1. diſtinct. 1. in l. 1. ff. quod quiſque iur. Breuiter hæc verba non ad ſtultum affectum, ſed ad rectum iudicium referuntur: prout & totaa tabula decalogi, à

qua

qua præceptum hoc elicitur. Ideo finis verſ. nonte- A ſtruit ad principium eiuſdem tractûm, ſed ad omnia præcedentia, niſi inquantum principium huius verſic. compendioſè complectetentur præcedentia cum fide, vt & infra M. 22 40.

20. *Igitur.*) Magno ſero concluſiuè repetit quod nuper nu. 16. non à titulis vel externa facie, ſed ab effectibus & ipſa decernendos Doctores & Miniſtros, an diuinitus miſſi ſint.

In decimam tertiam partem.

HAnc 13. partem poteram cum 12. parte continuare: ſed eodem ordine textus ſeruato ſeparaui, vt inſignis illa concio per ſe ſtans magis conſpicua eſſet. Et quia hîc tranſiuit ad alia quæ ſolus M. narrat Chriſtum digreſſum è monte, antequam peruenoiſſet Capharnaum, leproſum ſanaſſe. Et mox vt ingreſſus eſt Capharnaum antequam peruenirſet ad Synagogam, ſanaſſe puerum Centurionis paralyticum. Leproſus ille non eſt is de quo R. 1. 40 L 5. 12. quia ille ſanatus fuit ſaltem poſtridie quam Chriſtus ſanaſſet ſocrum Simonis: vel, vt magis puto, aliquot dies poſt, & omnino poſtquam ſanata ſocru Simonis (vbi ea nocte manſit) die ſequenti ante lucem egreſſus fuiſſet ad orandum in deſertum, nec tunc reuertiens Capharnaũ, ſed iens ad alios vicos & ciuitates. In quarum vna reperrum leproſum ſanauit, quod veriſimilitet fuit aliquot dies poſt ſanatam ſocrum Simonis. Et ſaltem neceſſe eſt non citius factum eſſe, quàm poſtridie, & ſie neceſſe eſt aliuni eſſe, quàm de quo loquitur M. c. 8. in C prine. qui in agris & in ttnere ab illo monte in Caphernaum, ſanatus fuit, & omnino priuſquã Chriſtus veniſſet in domum Simonis, dum ſanauit eius ſoctũ. Imò priuſquam eadem die ingreſſus eſſet Syoagogã, imò priuſquam illa die ingreſſus eſſet Caphernaom. Errarunt ergo qui ſcripſerunt eundẽ fuiſſe leproſum, & idem miraculum, idem tempus: eundem locum: cũ omnia ſint diuerſa & clariſſimè diſtincta in textu Euangelico. Sed bene idem eſt leproſus de quo R. 1. 40. vſque ad fin. cap. & L. 5. 12. 13. 14. vt infrà par. 18. quãuis Calum. hîc, hæc omnia in idem miraculum, & eandem perſonam, idem tempus, & eundem locum, malè confundar. Patiter rectè ſenſit Oſiander, aliam & diuerſam eſſe hiſtoriam huius Centurionis, ab ea quam refert L. 7. 2. quamuis eum vt ridiculum tacito nomine reprehendat Calum. in ſua Harmonia. Sunt enim nouem differentiæ inter hanc & illam hiſtoriam. Prima, quod hæc facta ſit inter primũ & ſecundũ Paſcha prædicationis Chriſti. Illa verò inter ſecundum & tertium Paſcha, vnius ferè anni interſtitio, vt patet infrà par. 29. Secunda, in iſta Centurio ipſe venit ad Chriſtum: illic verò non venit ad eum, ſed miſit ſeniores Iudæorum. Tertia, hic æger erat puer Centurionis, illic ſeruus, quæ multùm differunt. παῖς enim Græcè, vt puer Latinè, non minus pro filiu, quàm pro puero vſurpatur: longè aliud de ſeruo. Atqui M. primo, παιδὸς tantùm, & ter meminit. Secundò, δοῦλον, παῖδ ſanando opponit. At L. ægrotum, δοῦλον fuiſſe ait, id eſt, ſeruum. Et quamuis ſemel exprimat vocem παῖς, E tamen bis & in principali oratione δοῦλον tantùm exprimit. Quare miror Santem Pagnin. & Oſiandrum apud Matthæum veriſſe famulum, & Caluinum in hoc eũ ſequi: ſed in hoc melior eſt vetus vulgata editio, quam in hoc ſequutus ſum. Quarta, hic æger erat paralyticus, qui eſt morbus diuturnus, illic verò laborabat in extremis, non expreſſo morbi genere. Quinta, hîc nolla mentio ſeniorum & ſynagogæ: ſed ibi ſeniores togant pro Centurione abſente, eo quòd Gentem eorum diligeret, ac ſynagogã eis ædificaſſet. Sexta, Chriſtus hîc, præſenti Centurioni dicit, ego veniã (ſcilicet poſtquam docuiſſet in ſynagoga) & curabo eum ſed ibi non dinertendo in ſynagogam, ſtatim ad abſentem cum ſeniorihus proficiſcitur. Septima, hîc Centurio præſens, ait, non ſum dignus, ibi verò abiens alios nẽpe amicos nuntios mittit ad Ieſum ne veniat. Octaua, hîc Ieſus præſenti Centurioni dicit, Abi, & ſicut credidiſti, ita fiat tibi: ibi verò nihil dixit Centurioni, vt pote abſenti: ſed eius amici reuerſi moribundum ſanum inuenerunt. Nona, hîc παῖς ſanatus eſt: ibi, δοῦλος, quæ multum differunt, vt dictum eſt. Decima, quia hîc Eraſmus 10 aonotatiunibus, teſtatur ſe in antiquis codicibus Græcis reperiſſe hanc in fine huius hiſtoriæ clauſulam, Καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ εὗρε τὸν παῖδα ὑγιαίνοντα: id eſt, & reuerſus Centurio in domum ſuam in illa ipſa hora. Idem teſtatur hîc Martinus Bucerus, & ita habeo in libro meo Noui Teſtamenti Græco ad mar- B ginem, Geneuæ impreſſo anno 1553. per Ioann. Criſpinum olim amanuenſem meum. Cuius etiam clauſulæ meminit hîc Theod. Beza, dicit tè ſentiens diuerſas eſſe hiſtorias. Recte ergo hæc diſtinxit Oſiander, nec reprehendi debuit, ſed potius laudari, quòd primus eas exactè diſtinxerit: quamuis Chryſoſtomus hîc, & poſt eum Euthymius, & Theophylactus epitomatiſtę ſui, & omnes ſcholaſtici Theologici, quinetiam Matth. Bucerus, & alij hîc eandem hiſtoriam eſſe putauerunt. Etiam nuper Ioh. Brentius in Luc. Homil. 68. cap. 7.

M. 8.

4. *Ostende te.*) Nondum erat abrogata lex Moſis, quæ Leuit. 13. 3. ſacerdoti dat arbitrium iodicandi & ſeparandi leproſum, & mundatum recipiendi, ſacta certa publica oblatione Leuit. 14. 3. cum ſeq. Ad hanc tantùm legem cæremoniale adhuc durantem reſpexit Chriſtus: non autem ad confeſſionem auricularem Papiſtarum, plus mille ducentis annis poſt natiuitatem Chriſti ſuperſtitioſè impoſitam. Quod autem iuber ſanarum nemini dicere, non facit ad imponendum ſilentium: ſed ad prohibendam temoram vt omnibus omiſſis ſtatim feſtinaret oſtendere ſe Sacerdoti Leuitico, huic muneri præpoſito, & offerre munus ſecundum legem Moſis in teſtimoniũ ipſis Sacerdotibus Leuiticis, id eſt, vt teſtificaretor eis, Ieſum eſſe Meſſiam, vt eſſent inexcuſabiles.

10. *Tantam fidem.*) Intelligendum de vulgo Iudæorum, vt ait Brentius in ſimili hiſtoria Luc. c. 7. Homil. 68. Vel melius reſpectu Caphernaitarum ſequentium ſe. Non enim excludebat Nathanaelem, & taros ſimiles Iſtaëlitas, & multominus Baptiſtam adhuc in carcere viuentem.

In decimam quartam partem.

HAne & duarum ſequentium partium hiſtorias ponit Calui. ante ſermonem Domini in monte, de quo ſuprà part. 12. Et probabile ait dæmoniacum de quo in hac 14. parte, fuiſſe vnum ex turba illa de qua M. 4. 24. ante ſermonem Domini in monte. Sed ipſe contextus Euangelij neceſſariò docet aliter fuiſſe, & has hiſtorias, eo quod collocauimos ordine, poſt ſermonem illum factas fuiſſe, vt etiam prius rectè collocauit Oſiander, in quo Ioan. Gerſon in ſuo Monoteſſaro & alij ante & poſt eum ettarunt, addentes Euangeliſtas multa nunc per anticipationem, multa per rememotationem ſcripſiſſe quos in hoc ſequitur. Sed fallitur Caluious, putans has hiſtorias ſermonem illũ in monte præceſſiſſe, atque ideo dicens M. hiſtoriam ſequentem de ſocru Petri non ſuo ordine, ſed antiepando recitaſſe, ex eo quòd R. 1. 29. quatuor tantum diſcipulos Chriſto fuiſſe comites tradit. Sed hoc nullo modo concludit: nondum enim aliquos aſciuerat in Apoſtolos. Et quamuis multi diſcipuli ſequerentur eũ in concionibus, ſynagogis, & publicis: tamen pauci ſecum hoſpitium intrabant, præſertim quando

pauperem domum intrabat, vt hîc defunctus ſynagoga, diuerrit in domum Simonis & Andreæ, qui erant pauperes piſcatores, adhuc ouerat ſocru Simonis laburante magna febre, duos tantùm filius Zebedæi ſecum adduxit, vel quia erant ſocij Simonis. L. 5. 7. 10 eos ipſe Simon inuitauit. Et Martinus Bucer. M. 8. rectè coniecit Petrum è Bethſaida domicilium tranſtuliſſe Caphernaum: quia Chriſtus ibi frequentius diuerſabatur, vtque curam ſuorum, quantum per Dominum licere poſſet, commodius gereret. Audiui percontantes de intellectu verborum, L. 4. 19. Et adſtans ſupra illam: Reſpondi, non eſſe intelligendum iacendo, vt olim Eliæus ſuper mortuum, 4 Reg. 4. 34. Sed iuxta lectum (non altum, ſed vt apud pauperes ſolu locatum) ſtando ſe inclinauit, vt illato apprehenſa manu erigeret. R. 1. 31. &c. confer ſimplicem rerum, vt fideliter collocauimus, & omnia ſunt clariſſima.

A

B

In decimam ſeptimam partem.

L. 5.

1. Genezareth.) Stagnum iſtud vocatur mare Galilææ, M 4. 18. R. 1. 16. L. 6 & mare Tyberiadis. L. 6. 1. & 21. 1. Laeus eſt in quem Iordanis ad Chorozaim influit 16000. paſſuum longitudinis: 6000. paſſuum latitudinis, ſecundum Plin. hiſtor. lib. 5. cap 15. vbi ait vocari Genezaran, ſed patria voce dicitur Cinnereth, id eſt, mare dulce, vt ſcribit Martinus Bucer. in 4. M. & Num. 34. 11. Ioſue 12. 3. vocatur mare Cinnereth. Sautes vertit Cinneroth. Ioſeph. Antiq. lib. 18. cap. 2. vel cap. 3. in editione Coloniensi vocat ſtagnum Genezar, vel Genezaræ & lib. 15. cap. 7. vel 8. vocat aquas Genniſaton, vel Geneſar. Belli verò Iudaici, lib. 5. cap. 6. ſecundum veterem: & cap. 4. ſecundum recentiorem impreſſionem, vocat lacum Tybertenſem, & laeum Geneſar, lib. 3. belli: cap. 10. ahàs. cap. 18. vbi ait, longitudinem eius eſſe triginta, latitudinem verò viginti ſtadiorum, & hunc indigenæ magis, quàm Plinio Romano credendum eſt. Erolim etiam tempore Ioſue, ciuitas ad partem Occidentalem & Meridionalem, ſeu ad extremum loci nomine Cinnereth, venit in portionem tribus Nephthali, Ioſ. 19. 35. Regio ſita ad littus Occidentale laci, vocabatur Cinneroth, Deut. 3. 17. Ioſ. 11. 2. Hinc pars quædam eius regionis adhuc tempore Chriſti & Apoſtolorum nomen retinuit, & vocabatur terra Genezareth, M. 14. 34. R. 6. 53. Aliud enim eſt ſtagnum Cinnereth, qui eſt laeus, aliud Genezareth ad littus Occidentale, non longè à Tyberiade, quam inſtauratam Herodes Antipa in honorem Tyberij fic vocauit, & ab ea lacus cœpit vocari mare Tyberiadis, prout antea vocabatur mare Cinnereth, quo nomine Tyberias oppidum prius vocabatur, vt teſtatur Hieronymus in locis Hebraicis, & in Ezech. cap. vlt. Idem ergo ſunt in Euangeliſtis, mare Galilææ, mare Tyberiadis, & lacus vel ſtagnum Genezareth. Imò etiam nomine non expreſſo, quoties in eis fit mentio θαλάσσης, vel λίμνης, & agitur de certo loco non expreſſo, ſemper intelligitur de dicto mari Galilææ, vt M. 17. 27. Nihil enim ibi geſtum narratur ad aquas Meron, nec ad mare mortuum. Quod impropriè à Volaterra. Geograph. lib. 11. dicitur vltimus laeus Iordanis, quia Iordanis ſalubris, Aſphaltites quoque inſalubris eſt, non efficit, ſed in illum mergitur: quod in Sacris literis vocatur mare ſaliſſimum: Deuteron 3. 17. Ioſue 15. 5. & 16 8. ſed aquas Meron Ioſue 11. 5. 7. Ioſeph. belli Iudaic. lib. 3. c. 10. alias c. 18. vocat lacum ſeu paludem Semechonitidis ſeu Samachonitis, & æſtuo tempore fere tota deſiccatur in paludes. Sebaſtia. Munſter. coſmograph. lib. 5. quando verò in Euangeliis abſolutè fit mentio de mari, intelligitur de quocunque, vt M 18. 6 & 21. 21. R 9. 42. L. 17. 6. Apud Moſem autem & Ioſuam quoties fit mentio de mari magno vel vltimo vel mouiſſimo, intelligitur de mediterraneo, vt num. 34. 5. Deute. 11. 24 Ioſ. 11. 47. vbi verſus præcedenti ſi ſimpliciter mentio maris, ſed ex adiunctis de mediterraneo intelligitur.

C

D

E

In decimam octauam partem.

HAnc hiſtoriam aliam eſſe ab ea de qua ſuprà par 13. collatio ipſa texius probat, vt dictum eſt ſupra par. 13.

In decimam nonam partem.

HAnc M. 8. verſic. 18. * eandem eſſe hiſtoriam quæ (vt infra part. 44.) R. 4. à verſic. 35. L. 8. à verſic 22. tenent antiqui etiam patres & doctores vt Ambroſ. Auguſti. Chryſoſtom. & Euthymius & Theophylact Chryſoſtomi epitomatiſtæ, & omnes ſcholaſtici Theologi etiam Ioan. Gerſon in ſuo Monoteſſaro c. 36. Et idem Martin. Bucer. num. 8. Sed Henric. Bullinger. ibi an diuerſa ſit hiſtoria & diuerſæ reginnes, an eadem dubitat, liberùmque relinquit. At Andr. Oſiand. harmoniæ lib. in annot. c. 39. primus omnium clarè docuit diuerſas eſſe hiſtorias. vt mirer Caluinum poſtea maluiſſe communem errorem ſequi, quem Beza tacitè ſequitur R. 5. 1. dicens eandem eſſe vrbem & regionem. * Placet vtriuſque ſententiæ coniecturas diligenter perſequi, & excutere. Et primò eandem hic eſſe hiſtoriam in tribus Euangeliſtis videtur, quia ſinguli concordant in tractu eiuſdem maris vel ſtagni. Secundò concordant Chriſtum è littore Occidentali ſoluiſſe, vt tranſiret in ſuperiorem & Orientalem lacus ripam, vt partim in his tribus Euangeliſtis æque clarè exprimitur: quamuis de hoc Oſiander dubitet. Tertiò ſinguli cõcordant Chriſtum obdormiuiſſe in naui. Quartò tempeſtatem ortam. Quintò diſcipulos eum excitaſſe, & periculi admonuiſſe. Sextò tempeſtatem verbo eius ſedatam. Septimò diſcipulos ob exiguitatem fidei increpitos. Octauò enauigatum in vlteriorem Orientalem ripam. Nonò legionem dæmonum ejectam. Decimò in porcos ablegatam. Vndecimò porcos in mare vel ſtagnum illud ſe præcepitaſſe, & periiſſe. Duodecimò paſtores in ciuitatem nunciaſſe. Decimo tertiò homines egreſſos Chriſtum conſpexiſſe & vt è finibus eorum diſcederet rogaſſe. Decimo quartò Chriſtum per idem mare regreſſum. * Ecce tam quot & quanta ſimilia: ſed tamen quod ſint diuerſæ hiſtoriæ, nempe duæ, prior M. hîc, poſterior R L. infrà parte 44. videtur, primò, quia M. ſuam narrat factam ante tempus ſecundi paſchatis: imò etiam ante vocationem ſuam in ſimplicem diſcipulum, & ſic primo anno prædicationis Chriſti. Sed R. L. narrant ſuam poſt tempus ſecundi paſchatis: imò etiam poſt vocationem M. è telonio, inſtitutionem duodecim Apoſtolorum, & poſt octo parabolas ad littus Occidentale dicti maris datas, quum M. ſuam narrationi diu etiam quatuor integris capitulis ante primam dictarum parabolarum. Igitur diuerſæ ſunt hiſtoriæ vnius circiter anni interſtitio. Prima, M. primo anno prædicationis Chriſti. Secunda, R L. poſteriore anno. Secundò, M. in ſua Chriſtum ait tranſiiſſe in regionem Gergeſenorum: at R. L. in regionem Gadarenorum. Tertiò, M. ait duos dæmoniacos occurriſſe: ſed R. L. de vno tantum loquuntur. Quartò, M. narrat duos illos ſupramodum ſæuos & omnibus infeſtos, vt nemo poſſet illâc iter facere ſed R. L. unn dicunt hunc viatoribus inſultum, nec in alios ſæuiſſe ſolitum, ſed in ſe tantùm. Quintò,

1

2

3

apud M. illi duo liberè vagabantur: sed apud R. L. singularis iste catenis & compedibus subinde vinciebatur, quæ tamen semper distrumpebat. Sextò, apud M. incertus est oumetus porcorum: sed apud R. L. dicuntur fere bis mille. Septimò, apud M. de illis duobus oihilatophus natarur, sed apud R. L. vnicus iste vestitus, & laoæ mentis ad pedes Iesu sedisse, eúmque sequi voluisse, sed ablegatum esse, vt suis beneficia Dei prædicaret, asseritur. Octauò, apud M. vnius tantùm nauis fit meotio: sed R. alias quoque nauiculas, nauim Christi sequutas scribit.

4 * Nonò, scribit Christum io puppi super cetrical obdormisse: de quo M. oon loquitur. Decimò, M. motum magnum factum in mari scribit: sed R. L. procellam venti magnam. σεισμὸν autem, quo vtitur M. proprie tetræ motum seu quassationem & hiatum significat, qualem Lacedæmone anno quarto Archidami regis horrendum valde factum describit Plutarch. in vita Simonis. Sed λαῖλαπ qoo R.

5 L. vrontur, turbinem seu procellam significat. * Sed quinque vltima satis leuia sunt, quinque priora huius posteriorisententiæ vrgent, quorum tria prima necessariò probat series textus Euangelici, præsertim ipsius M. qui testatur illam factam priosqoam è telonio vocaretur à Christo in simplicem discipulum, & testimonio R. L. qui testantur hanc posteriorem factam diu postquam M. vocatus erat è telonio &

6 adhuc postquam deinde factos fuit Apostolus. * Ad secondum autem declinandum, quidam scripserunt Gergesenorum & Gadarenorum eandem esse regionem, nec re, sed solo nomine differre. Ita asserit Calumus in sua Harmooia, & sensit Beza, L. 5. t. Hæc facilis est euasio his, qui vt labore inquirendi defungantur, in communi errore acquiescere malunt. Sed alij audaciores vim inferunt litetæ, dicentes, quod emendatiora exempla habent Gergesenorum, non Gerasenorum, neque Gadarenorum, etiam apud M. vt vult Ioan. Hemenius, apud Euthymium, M. 8. quod est caput duodecimum apud Græcos & Theophylact. R. 5. vt etiam nouissimè ibi sentit Beza.

7 * Sed hæ duæ vltimæ euasiones satis confutantur ex locis quæ doctè, scripsit Andr. Osian. in annot. Harmoniæ suæ li. 1. c. 39. quibus addens duo tribus, & septuaginta annis ante natiuitatem Christi. & totidem annis postea, notissimum fuisse toto illo tempore etiam, notorio facti permanentis (vt Iurisconsultorum verbis vtar) & testimonio eorum qui tunc vixerunt & scripserunt, aliam fuisse Gadarenorum, aliam Gergesenorum regionem, quanquam vicinas, & vtramque ad littus Orientale laci Tyberiadis sitam, vt patet ex scriptis Iosephi, qui tum temporis vixit. Gadarenos autem eorúmque vrbem ad littus illud Orientale: sed versus meridiem sitam fuisse, verisimile scribit Osiand. Ita vt traiectus à Caphernaum vel à Bethsaida in regionem Gadarenorum, fuerit

8 à Septentrione in meridiē per medium lacum. * Florebat Gadara 80. annis ante natom Christum, donce Alexander qui Aristobulo fratri, qui martem carcetauerat & fame necauerat, primúsque arrepto diademate Iudæorum regem se appellauerat succesfit beneficio Salomes quæ apud Græcos Alexandra nominatur viduæ Aristobuli, vix anno tyrannidis exacto miserè mortui, quam ftatris telictam cum regno vxorem cœpit, & pace eum Cleopatra Ægypti regina, Ptolomæum maiorem filium suum persequente, facta, Gadatam decem mensibus obsessam, & Amarhunia supra Iordanem expugnaoit, teste Flauio Iosepho antiquita. Iudæor. lib. 13. c. 16. 17 in impressis Parisiis anno 1514. & cap. 18. 19. in impressis Coloniæ anno 1524. qui eodem lib. c. 19. secundum posteriorem impressionem dicit quod Iudæi inter multas acquisitas vel recuperatas vrbes pacificè possidebant Gadaram, sub impetio dicti Alexan-

dri qui 27. annis regnauit, & in monte Gerasenotum Regaba castellum trans Iordanem obsidens obiit, regnum telinquens non filiis, sed Alexandræ vxori, mandans vt omnem potestatem Pharisæis daret, quod ipsa fecit, & nouem annis pacificè cautéque regnauit: * sed filiis omnia conturbata teliquit, qui teste etiam Strabone geographiæ 9
lib. 16. de impetio disceptantes, occasionem dederunt vt à Pompeio pio Romanis occupatum regnum, per varias tandem cladea in Herodem alienigenam receiderer, Iosephi. antiquit. lib. 14. vbi c. 3. secuodum priorem Parisiensem, & c. 8. secundum Colonienscm impressionem ait, Pompeium victorem peconias templi contingere noluisse: sed Gadaram paulò antè (scilicet à dicto Alexandro dirutam) ædificasse, & Demetrio liberto suo Gadarenos donasse, reliquas verò plores vrbes habitatoribus red-
didisse * & in bello Iudaico quod ante antiqoi- 10
tates scripsit (vt ipse lib. 1. antiq. c. 19. ad fin. testatur) lib. 1. belli c. 5. secundum priorem c. 6. secondom posteriotem impressionem, Vespasianom Gadarenium eiuitatem primo imperu cœpisse, & rursum libro 5. belli c. 4. secund. priotem c. 3. secundum posteriorem impressionem Vespasianum redisse Gadaram transamnianæ regionis (id est trantransiordanæ) metropolim validissimam optimatum deditione cœpisse, & aduersus eos qui è Gadaris fugerant equitatum emisisse, vt sic trans fluuium tota regio Romanis cesserit, & vbiqoe omnia vsque ad Macherunta deuncta fuerint, priusquam Hierusalem caperet, deinde ad Hierosolymam exeundam filium Tyberum mittetet, Romam ad Imperium capessendum vadens. Scribit interim lib. 5. belli, cap. 7. secundum veterem, cap. 6. secundum nouam impressionem, Vespasianom per Lucium Annū Gerasion vrbem siue Gerasam, primo impetu cœpisse, sed quia aliter nec confines, nec circunstantias explicat, non ausim affirmare esse Gerasenos, quanquā verisimile sit. * Sed satis est quod ex scriptis eius 11
elatè liquet aliam toto eo tempore fuisse regionem Gadarenorum, & aliam Gerasenorum, siue Gergesenorum, vt idem lib. 5. cap. 8. secundum priorem, cap. 7. secundum posteriotem impressionem mentitur de Simone patria Geraseno, qui Hierosolymæ nonam tyrannidem & bellum excitauit. Alia ergo erat regio Gadarenorum alia regio Gerasenorum plus 70. annis ante, & plus annis continuato tempore post Christum natum. Igitur necessariò probata relinquitur intentio nostra, ad quam superuacuum est inquirere an Gergesenī sint Septentrionales Gadarenis, vt non leuibus, sed à summa antiquitate petitis coniecturis asserit Osiander, dicens Gergesenos fuisse Gessuritidas & Macharitas, de quibus 12. 13. & vlt. Iosue ad tipam Iordani Orientalē, supra lacum Genezareth Septentrionem versus, quæ post exilium Babylonicū magnam mutationē passa sunt. * Sufficit enim quod 12
tēpore Christi & Euangelistarom erant alij à Gadareois habitantes trans ripam Orientalem laci Genezareth, vt & Gadareni. Nec vetum est Gadarenotum, Gergeseootum, Gerasenorum nominibus vnā regionem significari, quæ fuit in tribu Manasse trans Iordanē, nec id liquet ex Luea cap. 6. nec eam Strabo lib. 16. vocat Gadarida, vt ait Beza L. 5. 1. quia Strabo de ea nullo modo meminit, quamuis Strabo lib. 16. scribat, ᾗ δὲ καὶ ἐπὶ γαδαρίδι ὕδωρ μοχθηρὸν λιμναῖον, ὑπὸ γαυλοῖς ἄλμην, πίνεται καὶ ἐπ' αὐτῇ καὶ πέγανα ἀπόλλωσι, id est, ad verbum, est etiam in Gandaride pessima lacustris, qua gustata pecora pilos, vngues & eotnus amittoot. Sed Strabo non dicit situm huius Gandaridis, nec alibi de ea meminit, quamuis eodem libro ante duo folia bis meminerit Gadaris, sed ea non est regio, sed maritima ad littus maris mediterranei, quam locat inter Iamniam & Azotom,

33 æquè maritimas: * ſed prætexta hoius loci Strabonis grauiter errauit Iacobus Ziegletus, qui ſcripſit porcos illos quos legio dæmorum inuaſit, præcipitatos fuiſſe: non in ſalubrem lacum Genezareth: ſed in peſtilentem illum lacum Gadatidis, etiam ſi eom Ioachimus Vadianus in Epitome elegantis geographiæ ſuæ, in locis Iudææ, Samariæ & Galilææ: & Henric. Bullinger. lib. 4. in Euãgelia M. 8. nominatim ſequantur, hoc eoim eſt contra textum expreſſum Euangeliorum, quia M. R. expreſſim dicunt gregem illum præcipitem actum in ipſum mare quod Ieſus traiecerat. Pariter L. ait præcipitatos & ſuffocatos in illud ſtagnum quod Ieſus traiecerat, quod conſtat eſſe mare Tyberiadis: nec minus errauit Vadianus ſcribens, translacum illum Genezareth ſitum eſſe & ſpeciosum fertilẽ agrum Genezareth, qui lacui nomẽ dedit, & intelligit trãs litus Occidẽtale, quod eſt manifeſtè falſum, prout falſum eſt Gamalã & Gadarã oppida ſita eſſe in dicto agro Genezareth, vt ſcribit, quũ ſita ſint in Otientali oppoſito littore, non æquè fertili & amœno vt occidentale. * Sed Hentenrtus apud
14 Euthymium M. 8 ſomniauit de Gadria ciuitate apud Iudæos, cui præceps adiacet ſtagnum, & oullo modo mare: nullibi enim hoc ſomniũ reperitur. Et impetrinẽs eſt quod ſubdit de Geraſaciuitate Arabiæ, carente mari & ſtagno. Et magis etiam contra ſentem Euangeliſtarum, ponendo Gergenam & Gergeſenos iuxta Tyberiadem. & ſic ad Occidentalem partem magis Tyberiadis: cuius oppoſitum manifeſtum eſt ex concordi ſerie, M R. L. & per Hieronymum in locis Hebraicis, & in Abdiam prophetam, ea. r. Tom. 6. Gergeſa autem & Geraſa, Gergeſeni & Geraſeni idem ſunt: ſed a Gadata & Gadarenis quamquam vicinis
15 differunt. * Geraſa longè aliud longiſſimo interuallo à prædictis regionibus & oppidis diſtans, nempe vltra vltima terræ Canaan ad Meridiem inter deſerta Cades & Sur. metropolis regis Abimeleeh, vbi Abrahã ſenex diu habitauit, filium Iſaac ſuſcepit. fœdus cum rege iuit ad puteum iurameori, Iſaac mortuo patre ibi habitauit, deinde in Berſabeæ fœdus iuit cum Abimelech, ad ie de Geratis venieote. Geneſ. 20. 21. 26. Ioſeph. lib 1. Antiquit. Iudæor. cap. 20. & 26. & circiter poſt mille centum quinquagiota anoos Aza rex Iuda ad Mareza, Deo inuocato, decies centena millia Æthiopum vicit, & perſequutus eſt vſque Gerara a Paralipomen. 14 13. 14. Ioſeph. lib. 8. antiquitar. c. 12. Ex prædictis non opus eſt deffendere tertium concludens argumentum ab enaſionibus oimiùm frigidis.

M. 8.

21. Non prohibet humanitatis officium: ſed ſo præferri vult ſi res exigat. Quod enim quidam putant hunne rogaſſe vt patrem ſeoem vſque ad eius ſepulturam curaret, voluntaria eſt interpretatio, & nimis aliena à textu.

26. Non credebant Ieſum eſſe Deum, & dormientem ſecundum humanitatem, inuocari & iuuare poſſe ſecundum diuinitatem ſemper vigilantem.

34. *Ciuitas.*) Non erant Iudæi, nec eorum [illegible] curabant, ſéque indignos ſentiebant doctrinæ Chriſti, timebant quæſtui ſuo, & ro melius mutari.

In vigeſimam partem.

M. 9.

1. *Ciuitatem.*) Scilicet Caphetnaum, in qua piæ cæteris tam aſſiduus erat, vt videretur eios peculiaris habitatio.

2. Fidem ſuam oſtendebant operibus Iacob. 1. 18 in quibus non tanto ſtudio perſeuerarent, niſi certi de A poteſtate & bonitate Chriſti, qui ad augendam eorum fidem & manifeſtandam ſuam diuinitatem, incipit à danda remiſſioue peccatorum & ſanitate animæ.

23. *Sacrificium.*) Oſeæ 6 6. vbi addit, & ſcieotiam Dei plus quàm holocauſta. Chriſtus ſub miſericordia complehendit omne officium charitatis, & ſub ſacrificio etiam omnes eaternas cæremonias. Hãc particulam vſque ad verſ. 18. vnà cum R. à verſ. 18 vſque ad verſ. 23. & cum L. à verſic. 37. aduſque fin. cap. poteram ſeparare ſeorſim in partem 21. quod non feci. Primò, veritus nimium partes multiplicare ſine vtgenre cauſa. Secundò, quod hæc hiſtoria continuatur immediatè ad præredentem, videlicet ad extB tum prandij in domo Matthæi eonuerſi, & mutmor Scribarum & Phariſæorum coëtentorum à Chriſto, cui pro replica ſubornatos Baptiſtæ diſcipulos cum ſuis obtruſerunt cooqueremes, quaſi maiorem exteraam ſanctimoniam præ Chriſti diſcipulis exercentes. Quare propter eandem continuationem factionis calumniatricis Scribarum & Pharifæorum, ſub eadem parte continuaui.

15. *Iciunabunt.*) Quia diſcipuli ſubſtracta præſentia corporali Chriſti, ſatis multa paſſuri erãt.

16. 17. Quaſi veteribus erroribus aut ſuperſtitioni addicti, eò minus idonei ſint Euangelio, vt Hilarius & Hieronymus mihi tectus exponere videntur, &
C fuſius poſt eos Hentic. Bulling. hic lib. 4. Non ergo hodie admiſcendæ ſunt traditiones pontificiæ: ſicut nec olim legalia. Paul. nec doctrinam Nazaræorum admittere voluit.

In vigeſimam primam partem.

M. 9. 18.

OMnes vſque ad And. Oſiand. putarunt hanc eum ea quam R. 5. & L 8. infrà par. 45. oarrant eaodem eſſe hiſtoriam, & hunc principem vel primatem eſſe Archiſynagogum illum Iarium, de quo apud R. & L. multa ſimilia ſunt. Primò, vbique Chriſtus rogatur venire ad puellam, per patiem cuia ſe proD ſternentem. Secundò, vt imponat ei manum. Tertiò, Chriſtus profectus eſt ad eam. Quartò, in itinere mulier iam duodecim annos fluxu ſanguinis laborans, accedit. Quintò, à tergo Ieſu fimbriam veſtimenti tangit, & ſanatur. Sextò, Ieſus ei dicit, Confide filia, fides tua re ſaluam fecit. Septimò, Ieſus veniens domum, & videns turbam plangentium, coërcet eos, dicens: Puella non eſt mortua, ſed dormit. Octauò, plangentes illi, deridebant eum. Nonò, Ieſus ingreſſus, eucit omnes illos. Decimò, apprehẽſa manu puellæ mortuæ, ſuſcitauit eam. Sed quantumuis hæc conueniant, tamẽ ex collatione vtriuſque apparet diuerſas eſſe hiſtorias. Primò, quia apud M pater puellæ erat ἄρχων, princeps vel primas, & verisimiliter non
E magis Iudæus, quàm Centurriones illi ſuprà part. 13. 19. ſed velut tegulus ille de quo I. 4. 46. in dominatione polirica. Sed apud R. L. non ſolùm Iudæus erat, ſed princeps ſynagogæ Iodaicæ, cæremoniarum magiſter. Secundò, conſtat hiſtoriam quæ hic referrur à M. factam eſſe ipſa die vocationis M. qui erat præſens: & ſic ante paſcha. At ea quæ refertur à R. & L. facta eſt circiter annum poſt, vtpote paulò ante tertium paſcha, vt patet per ſeriem Euangeliorum. Tertiò, M. ſcribit ſuam factam eſſe antequam eum ſequeretur Hieroſolymam in ſecundo paſchate. & antequam cooptaretur in Apoſtolum. Sed R. L. ſcribunt ſuam factam eſſe diu poſt electionẽ duodecim Apoſtolorũ. Quartò, M qui præſens erat, ſcribit ſuam factam in ædibus ſuis, vel in extru praodij. Sed R. L. ſcribuot ſuam factã eſſe iuxta littus maris, mox vt Ieſus eo tenuigato

rediisset ex agro Gadarenorum ad littus Occidentale, quod est Galilææ inferioris. Quintò, primas ille venit pro filia iam mortua, sed archisynagogus pro filia nondum mortua, sed in extremis laborante. Sextò, apud M. nuntij non venerunt ad primatem de morte filiæ, prout apud R. L. ad archisynagogum. Septimò, apud M. nulla turba sequitur Christum, sed tantùm eius discipuli: sed apud R. L. multa turba quæ eum exceperat, in littore sequebatur enim & comprimebat eum, de quo nihil in M. vbi etiam nulla fit mentio de medicis, de quibus in R. L. Octauò, apud M. Iesus tantum alloquitur mulierem: Sed apud R. L. prius alloquitur turbam, & quærit quis se tetigerit: deinde mulier timens ac tremens, antrorsum conuersa, ruens ad pedes Iesu, fassa est omnia coram toto populo: de quibus nihil in M. Ex quibus saltem per quinque huius secundæ partis, apparet diuersam esse historiam quantumuis prima facie similem. Certum est autem Christum, multos leprosos, multos cæcos, multos dæmoniacos sanasse, & plurima alia miracula simila: sed tamen diuersa fecisse, vt pro diuersitate plus concludat vna dissimilitudo, quàm decem similitudines, & satis mirari nequeam Caluinum ferè vbique Osiandrum refutare, déque eo addere Iarium primò petisse sanari filiam suam à morbo, deinde à morte in vita restitui, de quo vltimo nihil in textu.

B

M. 9.

21. *Tetigero*) Tactus ille non erat superstitio, sed alia laudabilis causa, de qua dicam infra part. 45. C

In vigesimamsecundam partem.

L. 5.

5. *Homo*) Ioan. Brent. homil. 44. Bulling. gl. ordinar. Geneuensis dicunt fuisse patalysicum, & mentiri ante quinquaginta annos antiquam & communem hanc fuisse opinionem: sed textus de languido tantùm loquitur, nec dicit genus morbi. Quare nihil de hoc affirmandum. Cæterùm cum Osiandro puto factum festo Paschatis, secundo à prædicatione Christi: quamuis Caluinus, & glo. ordinar. Geneuensis malint tribuere festo Pentecostes. Miraculum autem interpollatum huius piscinæ sale erat, vt notum esset nec arte aliqua hominum, nec visyderum, nec fortuitò: sed consilio Dei & sola eius virtute vtque ei placebat, ministerio angeli facti. Testimonium illustre maiestatis & præsentiæ Dei, cultum legalium Mosis à se institutum approbantis, in populo Iudaico & Hierosolymis, vbi magna synagoga prophetis (qui iam vltra 500. annos à Malachia eorum vltimo vsque ad prædicationem Ioan. Baptistæ cessauerant) successerat, hinc concutsus ingens ad templum & festum etiam Ethnicorum, etiam sob dominatione Romanorum & Herodis, teste Ioseph o aotiq. lib. 20. c. 2. & Hyeronym. in epistola ad Eustochium Tomo 2. Ioseph. de bello Iudaico lib. 2. ca. 17. dooec Christo immolato, lege & Sacerdotio in eum translatis. Galat. 4. Hebræor. 4. cessanis & approbari desit ille cultus, velo templi à summo vsque ad imum scisso, vt M. 27. 51. R. 15. 38. L. 23. 45. testantur. Et ante quadringentos nonaginta annos vaticinatus erat Daniel. c. 9. vers. 4. ibi. Et confirmabit fœdus cum multis hebdomade vna, & in dimidio hebdomadis cessare faciet sactificium & oblationem. Et extunc puto miraculum piscinæ desisse, vt iam nullum Dei testimonium nollámque excusatiooem haberet χριστιανος, & rebellis synagoga. D E

16. Hanc calomoiæ occasionem arripiebant, tam A sancta erat & vita doctrina Iesu, vt probabiliorem calumniandi materiam non inuenirent: quæ tamen profsus erat improbabilis, quia les Mosis non vetabat soluere asinos & boues a præsepi, & aquatum ducere sabbatho. L. 13. 5. nec asinum aut bouem io puteum lapsum extrahere, & in stabulum vel domum reportare sabbatho. L. 14. 5. Quod autem vetabat onera ferre sabbatho, Hieter. 17. 24. intelligendum, negotiandi vel operis vetiti faciendi causa, vt Nehemiæ 13. & text. ipsius Hieremiæ indicat ibi, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius, alias nec efferre quidem mortuum, & sepelire, vetitum erat: Ergo multò minus sanatum referre vel redire, vt sanatus iste statim lectulo domi locato, templum venit ad obseruationē sabbathi. Tum illustris splendor tam magni miraculi, omnes imperitiæ dubitationis aut superstitionis nubeculas, traditionibus Pharisaicis cumulatas, tam facilè discutiebat, vt nulla superesset occasionis vmbra, nisi ad exetcendum odium, quod ab anno præterito communi consilio & decreto concepetant contra Iesum, nein Messiam & Christum admitterertur: vtque ab eo eiúsque salutifera doctrina imperitam turbam his fucis seductam auocarent. I. 4. 13 Sed filiis Ineis nihilominus plurimum lucis affulgebat, reliquis tenebras suas mallentibus. I. 1. 5. & 3 19.

17. *Operatur.*) Non nouum mundum erean sed coodium sustinendo, gubernando, in quo volt agnosci & glorificari. Io. Brent. hîc homil. 44. Nec obstat quod de nono ereat animas hominum: Id enim facit exequendo donum & decretum primæ creationis, Gen. 9. 1. Quod deinceps facit adusque finem eiusdem mundi.

23. *Patrem*) Scilicet, vt partem suam, quia noo est pater noster nisi per filium Iesum Christum, & eo vnico mediante. Quicunque ergo aliter inuocaot, oon iouocaot vt pattem, nisi falso titulo. Hinc damoaotut Iodæi, Mahumetici, Papistæ, &c.

24. *Morte*) Scilicet, à morte spirituali, & debito damnationis æternæ, ad ius æternæ fœlicitatis, quo morienstranibit, I. 23. 43. & exnune ad ius adoptionis in filios Dei, I. 1. 12.

27. *Filius hominis*) Id est, non solùm habet vitam in semetipso: ioqoantum est Deus filius, vt vers. præced. in fi. & sup. c. 1. 4. sed etiam inquantum creatura, & filius hominis, omnia sibi data sunt a Deo.

44. *Gloriam ab vobis*) Gloriam ex suo opere vel externa apparentia. Quæ res fidem excludit: ita quidam non malè exponunt, vt M. 6. 1. 1. sed ob verbum, ab inuicem, vel mutuò, videntur magis reprehendi, qui merita sua inoicem venditant, vel à creatutis, & non à sola Dei gratia expectant: hoc eom fortius fidem exeludit.

46. *Scripsit*) Genes. 1. 5. & 12 3. & 18. 18. & 22. 18. & 49. 10. Deutet. 18. 18. 19.

47. *Credetis?*) Quia meioferiotem illo putatis, & scriptutas oegligitis.

In vigesimamtertiam partem.

ERrauis post communem Osiander hîc, * trans- 1
fetens non pauca verba M. à cap. 12. vsque ad versic. 24. & permiscens eum narratione R. cap. 2. à vers. 23. vsque ad versic. 7. cap. sequentis, & cum L. 6. vsque ad versic. 12. mutans ordinem seruatum à M. Euangelista. Et hîc est secundus locus in quo lib. 3. annotat. suæ harmoniæ, cap. vlt. faterut se coactum immotare otdinem Euangelistæ, post priorem immotationem, L. 4. 5 6. 7. 8. de qna se excusat lib. 1. annotat. cap. 17. Et certè ptior illa quæ tantùm est quatuor versiculotum, excosabilis est, vt pote conueniens seriei rei gestæ, oon mutans nec alietans sensum, nec tempus, oec locum, cùm ibi sit eadem trium Euan-

gelistarum historia, vt liquidò patet suprà par. 9. quanquam melius erat nihil transponere: Sed eiusdem narrationis textum plurium Euangelistarum, vti abillis scribitur est, natiuo suo ordine literaliter collocatum, conferendum occultus exhibere, vt
2 fecimus. * Sed hæc posterior immutatio non est tolerandæ: nam sulùm quod sit ferè de duobus partibus vnius capituli M. sed eo magis quod immutat historiam, & de duabus loco & tempore diuersis, vnam & eandem facit. Huius tamen erroris non fuit auctor, quippe qui eam communem habeat cum omnibus & antiquioribus, & recentioribus etiam cum Iodoco Caluino, qui eum in hoc in sua Harmonia se-
3 quutus est. * Sed grauios ante centum quadragiota annos errauit, & ordinem rei gestæ non solùm confudit, sed nimis absurdè præposterauit Ioan Gerson in suo Mooooeσσαρο, cap. 63. vbi hæc ab antecessoribus non bene permixta detortus transponit, etiam post tempus secundi Paschatis, imò etiam post electionem, missionem, & reditum septuaginta duorum (vt ait, de quo infrà par. 64.) discipulorum, & post quædam alia vltimo anno prædicationis Christi facta, septem vel octo mensibus tantùm ante eius
4 passionem. * Osiander noo facit tam absurdam & proiectam transpositionem, quiaea relinquit inter tempus secundi & tertij Paschatis, inter quæ tempora facta sunt: sed non potest excusari, quod verba M. 12. in princip. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς, quæ propria significatione & secundum phasim tractumque textus referuntur ad idem tempus, seu propinquum nupet narratis, non solùm post creationem & institutionem duodecim Apostolorum, & legatio-
5 nem Baptistæ captiui, sed etiam post exprobratioem & comminationem factam ciuitatibus impœnitentibus, & consolationem fidelium laborantium. * Tamen Osiand. transfert ad tempus dudum pluribus mensibus præteritum etiam ante creationem Apostolorum, & aote ea omnia qoæ M. pet duo integra præcedentia capitula scripserat. Deinde vsque adeò opinioni soæ indulget, communique errori, vt ad eum colorandum primus omnium, lib. 1. annotat. ad fio, temauerit, contra quam habent omnes & vetores & recentioros etiam Gallicæ versiones, verbum illud, ἐπορεύθη, non per præteritum perfectum (vt vulgata editio) vel imperfectum (vt Etasm. quem omoes alij postea in hoc sequuti sunt) sed per pluſ-
6 quam perfectum, transierat, vel iuerat, vertere. * Theodotus Beza verba ilia, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, rectè exponit per id tempos, sed quod mox subdit, hæc verba significare hanc historiam oon narrari ex tempotis serie: cuottarium ipsa Grammatica, & com-
7 munis sensus osteudunt. * Sed grauius errat Osiand. de suo addens, M. certo consilio de industria voluisse hîc à cæteris Euangelistis discrepare, moltum diuque eluctans, vt iustas huius discrepantiæ causas doceat: * Sed frustra cùm diuersas esse historias, contextus ipse rectè expensus & collatus osteodat. Primo Math. 12 notat tempus & locum, scilicet, id temporis quo in media Galilæa infetiore, post creatos & admoonos duodecim Apostolos, audiam & dimissam legationem Baptistæ, comminatus erat incredulis & ingratis, fideles verò consolatus, quæ ex eodem contextu apparet aliquot mensibus facta esse post narrationem R. L. de qua agitur, vt etiam fatetur Osiand. Ergo narratio R. 1. tempore præceait. Hæc enim facta est non modo prius: sed alio & superiori loco, nempe in Iudæa, statim post 2. Pascha, vt etiam fatentur Osiand. & indicant verba. L. 6 1. quod Ioan. Chrysostom. ibi intelligit secundum à Pascha sabbathum. Primum verò ab azymis, quem Euthymius & Theophylact. ibi sequuntur. Secundò, apud R. L. Christus vnum tantum exemplum Dauidis calumniæ Pharisæorum obticit; sed apud M. præter id obiicit eis exemplum Legis & Sacerdotum. M. 12. 5. 6. vbi ait se templo maiorem: quod noo est in historia. R. 1. Tertiò, apud R. 5. 6. Pharisæi vnà cum Herodianis conspirant: sed M. sosos Phatisæos notat, Quartò, R. narrat mox à dicta conspiratione Christum secessisse ad mare, scilicet Tyberiadis, id est, descendu in Galilæam inferiorem cui adiacet illud mare, & ibi vsum nauicula: At M. 12 15. nec de secessu ad mare, nec de naoicula meminit: fallitur ergo Osiander hic putans eundem eodem tempore & loco fuisse secessum. Quintò, prior secessus apud R. fuit se manifestando statim, etiam ingentibus turbis, etiam ex Tyro, & Sydone, & Idumæa, & trans Iordanem coocurrentibus: sed apod M. 12. 16. Iesus interdicit se manifestum fieri. * Por. 9
rò nimis frigidum est quod Osiander ex c. 8. L. colligit Christum ea loca, id est Galilæam in hoc discessu, reliquisse: quia inter alias molietes vxot procuratotis Herodis eum sequuta est. Primò enim noo sequitur quod ea regionem, nec domum quidem, & multomious matitum reliquerit, quum nec Petrus quidem vxotem & domum abdicauerit: seqni Christum est doctrinam eius amplecti contraria doctrina statim, non tamen domo & patria continoò relictis. Secundò, historia illa L. 8. omis est à temotis, & post aliquot meoses ab historia de qua agitur. * Sunt ergo 10
duæ diuersæ historiæ, nec iam deinceps absque peruicacia contendi potest post collationem & annotationem nostram oculis omnium exhibitas. Arida ergo illa maous P. 3. 1. 5. L. 3 6. 10. sanata fuit in vna synagogarum Iodææ: Altera autem fuit arida manus M. 10 11. 12. 13. post aliquoi meoses saoata in Galilæa. Nec est inconnenicos Christum diuerso tempore, & loco, manus aridas in synagoga, vel alibi, sanasse, prout certum est eandem pœnitentiam & doctrinam & plurima similia: sed diuersa miracula varijs locis & tempotibus edidisse, vt & suprà 10 annotat. part. 21. * Nec ineonuenit vtrinque mentionem fieri de 11
segetibus ferè maturis, & quod faceot eadem æstate vtramque historiam contigisse, & quod non pono Christum quatuor vel pluribus annis: sed tribus & semis tantum prædicasse iuxta communem sententiam veteris Ecclesiæ: quoniam si in meridianis & occiduis partibus Galliæ quædato loca bis in anno (non dico in eodem iugero) ferunt aristas: si teste Plinio natural. histor. lib 18. c. 7. in Græcia & Asia serontur frumenta, nunc hybetna ante Vergiliarum occasum: nunc æstiua, ante Vergiliarum exortum: & sic eodem anno in diuerso agro. Quædam autem vtroque tempore in Italia, vtque ad hnem eiusdem cap. testatur hordeum in Hispania, Carthagine Aprili mense collectum, eodem mense seritur in Celtiberia regione Hispaniæ, eodémque anno bis nascitur fertilissimum. * Si eodem lib. c. 22 in parte Africæ vites bis 12
anno vindemiantur, cur non erit idem in Palæstina regione flueote lacte & melle? saltem in diuersis agris? Si ergo in Iudæa messis hordei ferus Paschæ parata est, non tamen continuo messis tritici: Præter id quod quidam agri tardius, quidam bis seri possunt. Et pariter in Galilæa, nisi quod Iudææ Septentrionalis est: Samaria etiam interiecta, vt prima messe peracta Hierosolymis, possit in Galilæa in eisdem saltem diuersis agris post aliquot menses inchoari, nihil ergo noui, si discipuli ferus Paschæ secundi vellerint & ederint spicas hordei in Iudæa, discedendo ab Hierosolymis, & post aliqoot menses eodem anno spicas tritici io Galilæa, præsertim cùm constet Iesom post secundum Pascha non fecisse motam in Iudæa, sed ciò veniisse io Galilæam, quamuis post primum Pascha aliquot meoses remansisset io Iudæa & Samaria.

L. 6.

2. *Secundo primo*) Id est, septimo à Paschate se-

cundum veriorem ſententiam, quam renet Ioann. Brentius hîc Homil. 43. And. Oſiand. lib. 1. annotat. e. vltim. in prin. Videlicet eo itinere quo Chriſtus à feſto Paſchatis l. 5. redibat in Galilæam. Idem poſt Ambr. ſenſit Henric Bulling. hîc & Theodor. Beza poſt Epiphanium: quamuis, vt nuper dixi, Chryſoſt. & eius epitomariſtæ ſenſerunt poſterum diem Paſchæ, qui non eſt feriatus: quamuis etiam Caluin. hîc malit eſſe feſtum Pentecoſtes, & illud vocari Δευτερόπρωτον, vt pote ſecundam præcipuam anni feſtiuitatem, quem ſequutus eſt hîc piæ memoriæ Auguſtin. Marloratus.

A

R. 3.

6. *Herodianis*) Hoc Bulling. hic putat fuiſſe magiſtratus Galilææ ab Herode ordinatos potentes, nobiles, verſutos, aulicos, & rebus præfectos moderandis. Huiuſmodi homines ferè oderunt doctrinam Euangelicam, quam ſentiunt ſuis aduerſam eſſe moribus, quam denique ſuſpectam habent, quaſi nouationes ſereus, tumultus, ſeditioneſque excitet. Libenter ergo operam ſuam impendunt Phariſæis, vt communi auxilio & conſilio exeindatur veritas Euangelica. Idem hodie quoque fieri videmus. Multi enim ex principibus, magiſtratibus & nobilibus conſpirant cum epiſcopis & monachis in excidium veritatis: in quo pulchrè ipſis conuenit, licet interneeino aliàs odio inter ſeipſos diſſideant. Hæc Henric. Bullinger. Commeut. in R. lib. 1.

B

In vigeſimamquartam partem.

NOn abs re has M. & R. particulas coniunxi, vtpote præparatorias & contiguas ad inſtitutionem duodecim Apoſtolorum, futurorum Paſtorum ruibarum illis indigentium. Pij, doctique iudicent: Num præſtet ita conſerre, quàm permixtionem Oſiandri imitati, quæ tamen exteris vt elaborattor, ita melior eſt. Ver. 35. M. connecti poterat eum parte 21. ſed magis huic parti congruit.

C

I. 9.

38. *Operarios*) Id eſt, Doctores & Paſtores fideles in Euangelij miniſterium, quo plurimos lucrifaciant Domino. Dixit, extrudat, quod plerique ab hac functione grauiſſima periculoſiſſimâque abhorreant, otium & quietem malint. Et quòd hîc præcipit Apoſtolis, adeò omnibus ætatibus à ſæculis, hominibúſue præceptum eſt, vt hodie quoque nobis ſic orandum ſit, ne Eccleſia, alioqui ſatis diſperſa, lacerátáque ex Paſtorum vel inertia, vel inopia, à lupis grauiſſimè diuexetur. Nec dubium eſt Dominum affectu miſericordiæ tangi erga illam vel hodie, ſed quis interim orat ac ardentibus votis eupit ſibi dari à Deo fidelem Paſtorem? Non ſunt inutiles neque ſuperuacaneæ fidelium preces, quemadmodum arbitrantur quibus perſuaſum eſt abſoluta Dei potentia cuncta geri citra vllum reſpectum precum noſtrarum. Hæc doctus, pióſque Bullingerus Commentar. in Matth. lib. 5.

D

In vigeſimamquintam partem.

M. 10.

3. *Filium Alphæi*) Idem R. 3. 18. L. 6. 15. Et ſic turpiter errauit Euſeb. h. 2. c. 1. dicens, hunc eſſe filium Ioſeph ex priore vxore fratrem Domini. Nuper decollatus erat Baptiſta, ſed pro vno ſurgunt duodecim. Quod autem M. 10. 2. Petrus primò nominatur, nullum arguit primatum: vtpote ſemper

E

& nominatim ter à Chriſto prohibitum. Primò, in Capernaum, M. 18. R. 9. L. 9. infrà par. 61. Secundò, prope Iericho. M. 20. R. 10 infrà par. 70. Tertiò, Hieroſolymis in ſacra Cœna. L. 22. 24. 25. 26 27. Dixi in tract. contra abuſus, par. 2. glo. 15. num. 125. cum ſequent. in Gallicis. Andreas primus omnium venit ad Chriſtum, ad quem poſt adduxit fratrem Simonem, l. 1. 40. 41. 42. Et tamen nominatur poſt eum, vt pote iunior, & apud R. nominatur quarto loco, vt alij Euangeliſtæ non ſeruaut eundem ordinem nominandi. Quin Galat. 2. 9. præponitur. Prior ergo nominatio nihil pœnitus effecit, nec prior quidem ipſius Domini vocatio. Primus enim omnium Philippus in diſcipulum vocatus fuit, & ſequtiuſſus, Ioa. 1. 43. Et diximus ſuprà par 10. Beza ſuſpicatur hîc vocem πρῶτον, M. 10. 2 fuiſſe à quopiam primarus fautore additam: ſed hoc otioſum & ſuperuacuum eſt per prædicta.

4. *Cananæum*) ſiue Cananita, id eſt, (vt L. 6. 15. exponit) Zelotes, non autem à terra Canaan, nec à regione Galilææ cognomen habuit, Oſiand. lib. 2. annotat. cap. 1.

R. 3.

13. & 14. Beza ait Eraſmum ſequutum veterem interpretem, quaſi hypuſtigma eſſet poſt ἴνα, ſed falſus eſt editione mendoſa, minúſque fideli facta per Bryling. anno 1541. Editiones autem fideles Frobenianæ factæ anno 1535. habent, Et feeit duodecim vt eſſent ſecum: vtraſque enim comparaui & coniuli

In vigeſimamſextam partem.

M. 10.

5. *Emiſit*) Non ſtatim, ſed poſtquam præcepit & inſtruxit, vt ſequitur: & alia feeit quæ ſequuntur vſque ad partem 47. Nec omnia quæ hîc, ſunt pro perpetuo Apoſtolatu, ſed pro temporali miſſione, de qua in dicta parte 47.

9. *Nec comparetis*) μὴ κτήσησθε, magis ſignificat parare vel acquirere quod nõ habemus, quàm poſſidere vel retinere præſentia quæ iam habemus, vt Eraſm. & poſt eum Bullinger. rectè notant: quamuis vulgatam editionem, Nolite poſſidere, vel, ne poſſideatis, ſequantur, vt & Matr. Bucer. & Andr. Oſiand. Malui veritatem cognitam ſequi: non enim hîc nec Apoſtolis quidem etiam in actu miſſionis interdicitur harum rerum poſſeſſio vel vſus. Et multò minus iubatur abdicatio vel alienatio: ſed vult accingi ad vocationem hanc abſque ſæcimis & anxia ſolicitudine conquirendi & comparandi.

10. *Neque virgam*) Sulus Theod. Beza hîc. & L. 9. 3. vtrobique legendum cenſet, neque virgas. Et ita de facto textum murat apud L. vt hos ita conciliet: cùm R. 6. 8. dicens, Chriſtum vnam taurùm virgam permiſiſſe, vt vnam veſtem: ſed pluralitatem tamen virgarum ſeu baculorum, vt veſtium & calceamentorum (quod pluralitas ſit oneroſa) prohibuiſſe. Sed non placet murari textum, qui ab omnibus & antiquis, & recentioribus doctoribus retinetur, cùm facile conciliari poſſit, vt apud R. de virga offenſoria, vt Mart. Bucer. Oſiand. Bullinger. Io. Calum. & omnes pij doctique ſentiunt. Quare nec placet text. L. corrigi & ἕνα, luco, μίαν, ſubrogari, vt multò molimine ſuadere nituntur Oſiand. lib. 2 annotat. cap. 19. Fides enim exemplariorum reclamat, nec eſt lapſus aut diſſonantia in Euangeliſtis per prædicta. Nec ipſe etiam Oſiand. auſus eſt propter ſuas veriſimiles rationes text. L. mutare, vt pater lib. 2. cap. 19. ſuæ Harmoniæ: vbi ſeruato textu notulam addit ad marginem, ſortè niſi virgam.

12.) Huic breui verſiculo ſolus Theophylactus

addit, dicentes: Pax huic domui. Sed libri Euangeliorum hoc non habent in miſſione Apoſtolorum, ſed tantùm in miſſione ſeptuaginta diſcipulorum, Luc. 10. 5. Et expreſsè hanc differentiam facit Euthymius antiquus Chryſoſtomi epitomatiſtes, hoc loco M. 10. quod eſt cap. 19. apud Græcos. Nec nego etiam hîc hoc tacitè intelligi ſecundum morem Hebræorum, ſed oihil addendum eſt textui Euangelico.

17.) Quæ ſequuntur, propriè ſpectant non ad tempora tam hanc (de qua infrà parte 47.) ſed ad futuram poſt aſcenſionem tuam, miſſionem, de qua eos præmunit Martin. Bucet. Caluin. & alij.

In vigeſimamſeptimam partem.

HÆc longè alia eſſe à conteotis ſuprà par. 12. 13. ibi dictum eſt, non repero. L. 6. 39. Nulli ergo homini, in his quæ ad ſalutem, credendum niſi præuio verbo Dei, quod ſolum eſt lumen infallibile. Non ergo excuſantur ſequentes falſos doctores, quacunque dignitate præditos: ſed ignorans ignoret, iuxta illud, qui ſordet, ſordeſcat adhuc. Apocal. 22. 11.

In vigeſimamnonam partem.

L. cap. 7. verſ. 5.

NEc hoc ſolùm, nec etiam Chriſtum agnoſcebat, nec circunciſio Gentibus præcepta erat, etiam habitantibus in medio populi Iſraëlitici, quando non erant eidem populo ſubiecti, nec de eius politiâ.

In trigeſimam partem.

R. cap. 3. verſ. 20. 21.

1 IAmdudum notum eſt * me egerrimè à vulgati conſuetâque lectione recedere, quam etiam coactè defendere ſolco: vt in ciuilibus & politicis ſcripta mea lucuienter teſtantur, in tract. commercior. & vſurar. num. 4-. 102. 785. cum ſequen & in extricationibus labyrinthorum iuris ciuilis, in primo num. 10. 100. in ſecundo, parte 3. num. 508 cum ſeq. & num. 517. cum ſeq. & in tertio, num. 41. 91. & in rubr. de verb. oblig. nu. 61. & in l. 1. §. ſi quis ita in princ. & nu. 41. & §. ſed ſi mihi. nu 38. & in rubr. ff. de verbor. obligat. oum. 61. & in l. 1. §. ſi quis. l. Modeſtinus. num. 26. ff. de ſolution. & aliis locis quæ præteteo. Quod ſi in ciuilibus illis & politicis, multò magis in ſacris & Euangelicis ſcripturis religioſior fui. * Attamen cogor hîc communem omnium & aduſque recepiam lectionem corrigere: non cotrigo Euangelium, nec literam Euangelicam, illam colo & obſeruo pluſquam vitam propriam, & ſupra omnes facultates meas quod Hebræi dicunt in expoſitione primi præcepti decalogi meodeca. Agitur de textu Euangelico R. qui neque Latinè, neque Gallicè, ſed tantùm Græcè ſcripſit. Exiant Dei beneficio & concordant hac in re exemplaria omnia Græca à prima Eccleſia primitiua, adulque: nihil in illis moueo, ſed ad animam vſque & ſanguinem obſeruo, quanquam non tam ſanctè & perfectè, vt per Legem Dei, debeo: ſed tamen ex animo veio, & abſque hypocriſi.

3 * Res mihi nunc eſt tantùm cum vatris & Latinis, & Gallicis verſioonibus, quæ tametſi multum nimiùmque varient: tamen conueniunt ad inuertendum natiuum & genuinum ſenſum Euangeliſtæ de ſenſu vero & honeſto: detorquendo textum ad ſenſum falſum & abſurdum, non tamen in ſummis præcipuis & neceſſariis articulis fidei, quæ immota manent: ſed in rebus adeò propinquis, vt non ſit diutius abſque piaculo tolerandus error, quantumuis inueteratus, abeo quiteregere & emaculare Dei beneficio poteſt.

A * Videte textum ipſum natiuum Euangeliſtæ conferre 4
uouam meam Latinam verſionem: iudicabitis prototypo ſimilem, quinetiam optimè congruentem, non ſolùm ſingulis verbis & antitheris textus originalis: ſed etiam totius & præcedentis, & ſequentis contexturæ eiuſdem Euangeliſtæ. Conferte nunc verſiones Latinas, quanquam in verbis multùm varient: tamen conueniunt in ſenſu ſolùm pudendo, ſed etiam in recitatione blaſphemiæ, támque remoto à veriſimili hiſtoriæ Euangelicæ, & concomitantia præcedentium & ſequentium: quàm falſitas à veritate. * Non tamen dico (ne quis obſtreperus ardelio, 5
ne dicam calumniator inſultet) interpretes blaſphemaſſe, ſed ignoranter & inaduertenter blaſphemiam recitaſſe, quum primus harum verſionum auctor, imperitè Chriſti propinquis, vel recentes electis Apoſtolis impegit. Vetus & vulgata editio ſic habet:

B *Et veniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ita vt non poſſent neque panem manducare:*

Et cùm audiſſent ſui, exierunt tenere eum. dicebant enim, Quoniam in furorem verſus eſt.

Eraſmica ſic habet,

Et veniunt in domum, & conuenit iterum turba, ſic vt non liceret illis vel panes edere.

Et quum audiſſent qui ad illum attinebant, exierunt, vt manus iniicerent in eum. Dicebant enim, in furorem verſus eſt.

Hanc ad verbum ſequitur, vt fetè ſolet Philipp. Montanus nuperus interpres Theophylacti. Tigurina verò ſic habet:

C *Cumque veniſſent in ædes, conuenit iterum turba tanta, vt non liceret illis vel panes edere.*

Quod cùm audiſſent qui ad illum attinebant, exierunt, vt prehenderent eum. Dicebant enim, Mente alienatus eſt.

Quam ſequitur Henric. Bulling. Eccleſiæ Tigurinæ Doctor & Miniſter digniſſimus & fideliſſimus, comoienrat. in R. lib 1.

Sanes Pagninus ſic vertit,

Et veniunt in domum, & conuenit iterum turba, ſic vt non liceret illis, vel panes edere:

Et cùm audiſſent qui ad illum attinebant, exierunt, vt comprehenderent eum. Dicebant enim, In furorem verſus eſt.

Andr. Oſiand. Harmon. ſuæ lib. 1, cap. 10. ſic vertit,

D *Et veniunt in domum, & conuenit iterum turba, ita vt non vacaret illis, vel panes edere.*

Et quum audiſſent cognati eius, exierunt, vt comprehenderent eum. Dicebant enim, Mente captus eſt.

* Sed Oſiander hos verſiculos malè ſeparat, inter- 6
ponendo duos verſiculos 22. & 23 ex M 12. de dæmoniaco cæco ac muto, quæ eſt alia hiſtoria, alio tempore & loco, in ſeceſſu poſtea facta: vt patet conſetendo integra Euangeliſtarum ſcripta, vt in noſtra Vnione, par. 55. ad fin. quæ non eſt facta Capernaö, in ea turba veſpere ad ædes accurrente, de qua hi ſoli duo verſiculi R. loquuntur. Nec debuerunt diuidi, vt perperam fecit Oſiand. qui plures alios lapſus admiſit, dum ex quatuor vnicum contextum inconſultè texere molitur. Sebaſt. Caſtalio ſic vertit,

E *Deinde vbi domum venerunt, conuenit rurſum multitudo, adeò vt ne cibum quidem capere poſſent:*

Quo audito ſui, ad eum expendam profecti ſunt. Dicebant enim eum, eſſe inſanum.

* Ioan. Caluinus in ſua Harmonia partim ſentit 7
cum Oſiandro, collocans à dextris horum duorum verſiculorum R. duos illos verſic. M. 12. quos Oſian. malè interpoſuit dictis verſic. R. vt dixi. A ſiniſtro verò latere locat. 14. verſiculum L. 11. faciens de tribus eandem hiſtoriam. In quo partim diſſentit ab Oſiandro, qui dictum verſicul. 14. L. ſentit (& benè) aliam eſſe hiſtoriam poſtea factam, quam locat

lib. 3.

lib 3. cap.9. suæ Harmoniæ : ego verò tres diuersas esse historias dico, locis & temporibus distinctas, vt satis ostendit Collatio & Vnio nostra. Cæterùm Caluin. in his duobus versic. R. omnino sequitur versionem Erasmi, nisi quod in fine prioris versic. ponit panem in singulari : sed Erasmus posuit panes, conformiter ad textum Græcum : tamen idem sensus est.

Nouissimè Theodorus Beza sic vertit,

Venerunt que domum. Conuenit autem rursum turba, adeò vt ipsi ne edere quidem panem possent.

Et quum hoc audissent ipsius propinqui, venerunt, vt prehenderent eum : dicebant enim, quod apud se non esset.

8 * Quasdam alias versiones habebam domi, quæ nouissima hac persecutioone perierunt : Nouissimè venerunt in manus meas commentaria Euthymij Zigabeni in Euangelia, interprete Ioanne Heotenio Hispano qui ex eo Græco aotiquo aoctore sic vertit,

Et veniunt in domum, ac rursus conuenit turba, ita vt ipsi neque panem manducare possent :

Et quum audissent qui ad illum attinebant, exierunt vt tenerent eum. Dicebant enim, in excessum versus est.

9 * Conferre nunc versiones Gallicas, & idem inueotetis quod de Latinis dixi : antiquas habebam tempore Caroli V. Franciæ Regis cognomine prudentis, eius iussu factas. Curauit enim Sacra Biblia, & quoscunque animaduertere potuit qonos libros in veroaculam linguam transferri, ad eruditiooem populi sui, quædam etiam cudi, ad tetundeodam tyrannidem & quæstuatias artes Pontificum, vt scripsi in tractatu cootra abusus, par. 2. glo. 1. Cuius exemplum vtinam subsequuti Reges prosequuti fuissent. Sed eum antiquæ illæ versiones sub dictis persecutioni-
10 bus mihi penitus perierint, * superest tamen mihi fragmentum partim vstum, partim laceratum, versionis à pietatis Christianæ studiosis factæ, & impressæ Neocomi ad lacum circa annum 1530. quod à quindecim aonis Christo seruit sub protectione Beroensium ministrante prientissimo viro Gulielmo Farello cum collegis. Ea sic habet.

Et vient en la maison : & derechef la turbe si assemble, tellement qu'ils n'auoient loisir de manger du pain :

Et quand les siens eurent te ouy, ils vindrent pour le tirer hors : car ils disoient, il est hors du sens.

11 * Alia versio circa annum 1540. Geneuæ facta, sic teddit.

Puis vindr.nt en la maison : & derechef la multitude s'assembla, si que nullement ne pouuoit auoir loisir de manger du pain.

Et quand les siens eurent ouy cela, ils sortirent pour le tenir : car ils disoient, il est hors du sens.

Et sequitur glos. ordinaria Geoeoensis deinde impressa, & Caluinus in sua Harmonia Gallica. Nouissima verò Geneuensis versio facta anno 1559. sic habet.

Puis ils vindrent en la maison : & derechef vne multitude s'assembla, tellement qu'ils ne pouuoient pas mesmes prendre leur repas.

Et quand les siens eurent ouy cela, ils sortirent pour le saisir : car ils disoient qu'il estoit hors du sens.

12 * Exactæ discutionis causa sequutus sum coosilium antiqui oomni doctotis Augustioi, lib. 2. de doctrina Christiana : vbi cap. 12. & cap. 14. ait, quod plurimum interpretum numerositas iuuat collatis eodicibus iospecta atque discussa. Et cap. 11. ait, quod si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum iofinita varietas, aut non satisfaciat, recurrendum ad exemplaria Hebræa, scilicet in veteri, & ad Græca in nouo Testamento. Græca verò omnia exemplaria hac io re omnino consonant, quæ prestius expendendo iooeni eum reddere sensum, vt

A Latinè verti. Noo tamen neglexi commentarios, sed 4
& plurium doctorum scriptis perlectis, inuenj eos ita vulgatam editionem, & reliquas versiones quæ in ideni recidunt attemperasse, vt doctrina fidei non lædatur, sed omnis culpa in cognatos Christi reiciatur, qui nec post annum quidem vel vltra (vt pote sex mensis ante passionem Christi) nondum in eum credebant, vt eos sub tempus festi tabernaculorum infidelitatis arguat Euaogelista Ioann. c. 7. 5.

* Porrò etiam si omnes versiones Latinæ conueni- 13
reot in verbis, & partier Gallicæ, prout etiam & Latinæ Gallicæ cooueniunt hoc sensu, quod ea dio tandem fero peruenerunt domum : deinde rursum congregata est multitudo, tum sui de domo exierunt ad capiendum vel ligandum, & domi vel apud
B se à turba retraheodum Iesum, qui domum cum eis nondum intrauerat : vel rursus ad turbas docendas exierat. & dicebant turbis eum in furorem versum esse : * Tameo illud certum est semper recurrendum 14
esse ad fontem, videlicet ad prototypum ipsius Euangelistæ, & illum omnibus & interpretibus & commentatoribus præferendum, vt etiam Hieronym. Augustin. & omnes sancti Patres passim testantur. Cùm ergo ex ipso limpidissimo & iodubitato fonte alium sensum inueoiam, * neinpe Iesum ea die fero 15
domum cum duodecim illis Apostolis, nuper à se delectis, ingressum, vt hoc apertè probat series narrationis R. 3. à vers. 11. huc vsque. Non eoim dicit alios quàm duodecim illos cum Iesu eandem illam domum ingressos, nec hoc etiam facile fieri potuisset : sed air mox tam ingentem turbam (scilicet Iesu vi-
C dendi, audieodi, & sanaodi causa) conueniisse (scilicet ante fores domus, de ingressit vel auocatione Ieso satagentem) vt Apostolis lassis & famelicis, nec panem quidem edere vacaret. Quamobrem exierunt *Verus sensus.*
de domo ad tenendam & compescendo alo illam turbam, ne domum intraret, & Iesu inuento detineret eos in profundam ooctem, ipsis ieiunis manentibus, & ad abigendam turbam nimis importunam, dicebaot illi Christum abesse, vel esse extra. Non dicebat Christum factum extra se, vel dementem vel furiosum : sed simpliciter quod erat extra, siue abesset à loco, siue alio occuparus esset : vt solebat Christus sæpe orandi causa se subtrahere, vt supra apod eundem R. 1 36. Vbi turba eiusdem ciuitatis Capernaum, mane venit ad domum Petri & Andreæ vbi Iesus
D diuerterat, sed iam ante lucem surrexerat, & abierat in desertum ad orandum. Hic est vetus *καὶ γένος* seosos, & verbis, & mente Euangelistæ seruique tam verborum quam retum conueoiens, absque vllius incooeoientis absurditate, * quem seosum etiam si 16
primus explicaui, oon tamen primos aitigi. Euthymius enim aotiquus auctor, aut saltem nupetus eios interpres Ioan. Hentenius, (libet eum Græcus ad me non peruenit) sic expouit buoc locum, Quum audisseot domestici eius moltam conuenire turbam, exierunt vt eam cohiberent, ac prohibetent oe amplius saoaret. Mox subdit, fortassis autem erant hi fratres ex Ioseph, aut aliàs cognati. Et statim ait, quod dictio, *ἀνὴρ*, referri potest ad Iesum & ad turbã : nomẽ
E enim, *ὄχλος*, quod turbam significat, etiã masculinum est. Ecce quod vetum & geoumũ sensum oostrum attigit, sed summo tantum digito, oec ad hue illum sequitur, sed interpretatur quod dicebant huic turbæ, Iesum Io excessum versum. * Deinde alitet expoot, 17
videlicet quod erat quidam inuidi diceotes, Iesum desipere, quia se totum ad dãdas sanitates tradiderat hanc humanitatem existimantes furorem, & de misericordia facientes etimen, & quod secuodum boc intelligitut hîc sermo qood exierunt sui vt prohiberẽt eum. Deinde alitet interpretatur, quod exierunt sui vt tetioerent eum ne ab eis discederet. Dicebant enim quidẽ quod à suis discesserat, vel eos reliquerat

propter turbam. Aliam poſtremò adſert interpretationem, quod exierunt ad adiuuandum eum: dicebant enim quod caecciſſet, ſiue diſſolutus eſſet à vigore corporis præ nimio labore. In quam interpretationem partim recidit glo. ordinar. Geneuenſis. Caluinus in ſua Harmonia addit eos timuiſſe, ne huiuſmodi facta Chriſti redundarẽt in dedecus, vel oppreſſionem generis, propter multos eius inuidos &
58 inimicos. * Sed ſi hæc diuinatoria interpretatio ſequẽda eſſet, altius quam ipſi adhuc animaduertetint, fundenda eſſet in ipſo textu Euangeliſtæ: dicendo primò, quod alij ſunt Apoſtoli, qui ſimul cum Chriſto domum ſerò intrarunt, & adhuc ieiuni eibum capere impediti ſunt, de quibus in verſic. ptiori: & quod alij ſunt cognati Chriſti, qui remanſerant in vrbe, quique ad tumotem eorum, quæ Ieſus ea longo labore orationis & prædicationis teuerſus adhuc eæna omiſſa, veſpere ad nouum turbę concurſum faceret, accurrerunt attoniti, dicentes, illum furioſum, de quibus in poſteriori verſic. quitamen nec ligarunt, nec abduxerunt eum, pudore ſuffuſi, videntes illum prudentiorem ſe. * Ecce in quot deuia & mæandros e-
59 uagatur, & à ſcopo recedit cogitatio & inuentio humana, dum relicta & diſſimulata ratione vel cauſa in eodem verbo Dei expreſſa, aliàs quęrit & comminiſcitur. Vnica enim ratio & neceſſitatis cauſa pertinentiſſima in eodem textu diſertè exprimitur. Cur qui ad Ieſum ſpectabant, coacti fuur in ea periſtaſi ſurgere, domóque exire: nempe ad arcendum ſuperueniens importunum impedimentum, vt eis ieiunis, laſſatis, & famelicis liceret ſalem ſcrò eibum capere. Cur igitur alia ratio egreſſus & ſolertudinis illorum
20 confingitur? * Euangeliſta R. poſtquam breuiter narrauit Ieſum ad ſe in montem quos voluit vocaſſe, & ex eis ſeſte L. elegiſſe duodecim, vt eſſent ſecum, poſtea mittendi prędicatum, cum poteſtate miraculorum, & mox vt eos nominauit, ſtatim ſcribit eos venſſe in domum, ſcilicet, his perfectis quæ L. narrat: verba R. adſcribam, καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον. καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτι ἄρτον φαγεῖν. καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν. ἔλεγον γάρ, ὅτι ἐξέστη. Nunc conſer quod verti, & videbis non modo rectè, ſed neceſſariò, καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον quadrare, maximè in poſteriore verſ. de quo principaliter agitur, videlicet, *Et quum audiſſent ſui, exierunt tenere eum, quoniam exiit*, vel abeſt, foras eſt, vel exceſſit. Non ergo
28 dicebant quod Ieſus eſſet extra ſeipſum, ſed tantùm quod eſſet extra ſenſotas, vel abeſſet. * Quorſum ergo hoc addere: tum οἱ παρ' αὐτοῦ? In hoc textu non inueniuntur, nec dicuntur eſſe alij, quàm qui ſecum venerant & ingreſſi erant domum, qui erant duodecim illi, quos ex multis ſelegerat, vt eſſent ſecum, in eodem text. verſic. 14. Quorſum ergo ſomniare vel interpretari de aliis? Tum hi non dicuntur aliundè ſuperueniſſe, ſed ab ipſo vel eius præſentia eaiuiſſe. Quorſum ergo manus iniicere in eũdem? quorſum hoc facere? vt liceret eis eibum capere? Nónne purius impedimentum irruentis importunæ turbæ arcendum erat? Deinde furi exerunt è domo, & domum exierunt, ſed ad quid niſi ad turbam illam tenendam & compeſcendam? ne domum ingredi vel obſidere pergeret, ſed pro tempore illo importuno abiret. Non ergo exierunt ad capiendum Ieſum, qui cùm ingreſſi erant domum, nec dicitur Chriſtus hîc
22 exiuiſſe domum ad turbam: * Cur igitur id humano ingenio fingitur? quænam audacia addere textui Euangelico, quod non eſt in textu? Cur non ſit relatio ad proxima in eadem oratione vel periodo? ὄχλος ſtat in prima & principali parte eiuſdem orationis, & eſt principale ſuppoſitum. Igitur pronumen αὐτὸν, eiuſdem generis & numeri, debet ὄχλος referri, & non ad Ieſum, cuius nomen ibi non ponitur, niſi ante plures præcedentes orationes verſic. 7. Et ſic

A ttedecim verſiculis interiectis. * Vt autem R. ante hanc periodum non pauca omiſit, quæ à M. & L. narrantur, vt patet conferendo Euangeliſtas, & noſtram vnionem: Et ſic iſta periodus per ſe ſtat, & meritò vnam partem efficit in noſtra collatione. Iam ergo vides in noſtra verſione nihil eſſe abſurdum, nihil diſſimile vero, nihil addi nec detrahi textui Euangelico, nihil in eo mutari: ſed omnia perſpicua & facilia eſſe, reliquæque contextuæ eiuſdem Euangeliſtæ & reliquorum conſentanea.* Nunc 24
ergo expende quàm abſint dæ ſint aliæ verſiones, & quàm abſurdus intellectus ex eis reſultet. Primò, faciunt hîc Chriſtum prætentem fuiſſe coram illa turba, de quo nihil in textu. Secundò, fingunt illum
B vel non rum intraſſe in domum, contra eundem textum, vel domo exiuiſſe ad turbam de quo nihil in textu. Tertiò, faciunt eum huic turbæ tum concionantem, de quo nihil in textu, & veriſimiliter R. non omnino id prætetriſſet, quod præcipuum erat in hoc momento & actu. * Quartò, etiam veteres ſor- 25
boniſtæ fingunt cum tum eſſe loquutum illi turbæ, tam aliena à ſenſu communi vt videretur demẽs: gluſſa enim ordinaria hoc loco rationem reddens, cur turbis diceret eum in furorem verſum eſſe ait, quia ſapientiæ eius altitudinem capere non poterant: alieno ſenſu loquutum purabant, & addit glo. interlinearis, id eſt, lingua ignota, vt ſolent lymphatici & dæmoniaci: quæ glo. videtur ſumpta ex Nicolao Lyra. hîc, qui hoc attribuit cognatis Chriſti ex parte matris, addens quod videbant inſolitum ſeruorem in
C eo, quia propter ſeruorem prædicandi obmittebat horam comedendi, & in vultu eius inſolitam clatitatem, ex virtute diuinitatis procedentem, cúmque loquentem de diuinis ardua & inſolua ipſis non intelligibilia. Ideo credebant eum loqui, ſicut arreptitium vel furioſum cúmque voluerunt renere & ligare, ne ſibi vel alijs nocere poſſet. Inde non aduertens multa hîc prætermitti à Marco, quæ habentur in quatuor partibus ſequentibus fingit Scribas & Phariſæos eodem actui adfuiſſe, & dixiſſe Chriſtum habere quendam dæmonem priuatum, alijs dæmonibus ſuperiorem, per cuius virtutem expellebat dæmones inferiores à corporibus obſeſſis ab eis. Redeundo ad
rem, * Vides qualem bonorem faciant Chriſtu, & 26
D eius prædicationibus, vtque dedecorent & infament Apoſtolos, qui iam ferè per annum Chriſtum ſequuti erant: & nunſolùm eius conciones vulgi more audierant, ſed cum quadam familiaritate, cum eo verſati, vtpote circiter ab anno in diſcipulos vocati & allecti. Deinde, nónne blaſphemiæ proximum eſt, duodecim diſcipulos eadem die mane in apoſtolatum vocatos, recepta poteſtate prædicandi nomen eius, & miracula faciendi, etiam dæmones expellendi, & qui cum vt ſpecialibus aſſeclis Ieſus deſcendit, & ſtans in loco campeſtri inſignem illam concionem habuit, quam L. deſcribit: & his conſummatis, Capernaum eum eis intrauit: & antequam domum intraret, ſeruum Centurionis verbo ſanauit: mox eoſdem diſcipulos delectos aſſeclas & Apoſtolos, prædicatores
E nominis eius diffamare eum ad turbam copioſam, tanquam furioſum, & iniicere illi manus, etiam vt lymphatico & dæmoniaco? vt quidã eaponunt. Quomodo ergo paulò poſt in nomine furioſi, lymphatici & dæmoniaci prædicaſſent? nónne hoc publico facto omni futuro ſuo miniſterio, omni futuræ prædicationi fidem omnem & auctoritatem abrogaſſent? Quæ horribilior, imò quæ periculoſior blaſphemia? cùm totius miniſterij Chriſti ſtatim arcem peteret? Certè ſi ſecundo iſto anno prædicationis Chriſti hoc accidiſſet, Scribæ & Phariſæi, qui toties deinde hoc obiecerunt Chriſto, etiam præſentibus eius diſcipulis: nunquam omiſiſſent eos in teſtes citare? quod eum pro furioſo & dæmoniaco coram

tam copiosa multitudine, & in Capernaum vbi populosa & frequentissima habuissent, & talem prædi-
27 tassent. * Hæc ergo nimis ab omni verisimili remota sunt. Nec valet euasio, si dicatur hos non fuisse Apostolos, recenter creatos: sed fratres seu cognatos Christi, qui nec post annum credebant in eum, vt nuper nu. 11. dictum est. Et quia etiam si cognati tantùm fuissent: tamen traductio propinquorum etsi & iniuria atrox, quæ Christo per eius inimicos, etiam leuiscula quæque arripientes, exprobrata fuisset. Tum verba οἱ παρ' αὐτῶ magis conuenirent Apostolis, saltem postquam delecti & in assiduum contubernium assumpti sunt, quàm cognatis Christi, qui non alios agnoscit fratres & parentes quàm discipulos
28 suos. R. 1. 31. 34. * Tum relatio faciendæ est ad proxima, & sic verba οἱ παρ' αὐτῶ, referenda sunt ad verba ἐκ τῶν μετ' αὐτῶ, quæ sunt proximiora, nec nisi septem versiculis distant. Et sic ad eos quos Christus constituerat esse secum, præsertim mane eiusdè diei, & secum in vrbem domúmque adduxerat. Standum ergo versioni nostræ, nativo textui, totique historiæ congruenti, & omni absurdo carenti. Accedit quod eosdem Apostolos à prædicando tedeuntes, Christus seorsum duxit, vt requiescerent, quia tam multi veniebant & redibant, vt nec spatium manducandi ha-
29 berent, vt apud enndem R. 6. 31. * Sententiam quoque nostram probant veteres auctores Græci, in quos Varinus Phauorious in suo Lexico Græco accuratissimo, verbum hoc Græcum exponit, non de aliquo facto extra seipsum, & multominus in furorem versum: sed de elapso è loco ἐξίστασθαι (inquit) ὑποχώρησαι, id est, loco cesserunt, elapsi sunt, receserunt, terga dederunt: & in singulari eiusdem Aoristi se eundi, loco cessit, elapsus est, recessit, abiit, terga dedit. Hæc mihi satis visa sunt pro propugnanda veritate & aduersus τοὺς ἀρειανίζοντας & cauillatores.

A

B

C

In trigesimamprimam partem.

ISta pars necessariò confirmator immediatè ad priorem, vt prior sd sequentem, & eo maximè quod istud miraculum factum est paulò postquam Christus egressus esset è Capernao: sic enim L. incipit, καὶ ἐγένετο ὅτε ἦλθε, & subauditur, ἀφίκετο, aliàs (vt legit Erasm.) ὅτε ἦλθε, & subauditur, χρόνος, vt L. 8. 1.

In trigesimamquartam partem.

L. 7.

37. ERrant qui putant hanc fuisse Mariam Magdalenam Galilæam peccatricem, quamuis Heruie. Bulling. hic eos sequatur. Sed grauius errarunt qui putauerunt hanc fuisse sororem Lazari, neutra hîc est: sed alia ἀνώνυμος in ciuitate (scilicet, vt series narrationis L. indicat) Naim peccatrix, id est, quæ nuper fuerat publica meretrix, non autem in Magdalo, vnde erat Maria Magdalena vtraque è Galilæa est: tamen alræ sunt. Sutor verò Lazari Bethanienſis erat è Iudæa.

D

In trigesimamquintam partem.

M. 12.

HAnc historiam Osiand. malè transposuit & confudit cum narratione R. 2. versicul. 23. & L. 6. vt diximus suprà pat. 25. Christus enim post secundum Pascha, quò in eius nece conspiratum erat, statim repetiit Galilæam, non immorando in Iudæa, nisi quantum transitus exigebat. Ideo potuit aliàs segetes & spicas eadem æstate adhuc inuenire in Galilæa inferiore, vt suprà diximus. Sed post primum Pascha, quo nondum in eius necem conspirauerant primores Hierusalem tardius profectus est, & aliquot menses remansit in Iudæa ducens, & in nomen suum baptizare faciens. Deinde propter murmur Pharisæorum relinquens Iudæam, aliquot dies consumpsit in Samaria, vt ait Osiand. in annotat. lib. 1 cap 44. sinæ Harmon. de quo nihil desimo, quia illi quatuor menses, I. 4. 35. propter tropos sequentes, possent alium sensum recipere, de quo nihil ad rem, quia siue Christus post primum Pascha, pluribus siue paucioribus mensibus manserit in Iudæa, antequam rediret in Galilæam, nihil officit: nihil variat de tecto eursu & vnione historiæ Euangelicæ. Sufficit ex M. R. L. constare Christum distulisse Galilæam regredi, & secundam priore longiorem & insigniorem prædicationem suam ibi inchoare, donec Ioa Baptista carceratus esset, vt patet supra par. 11. vbi in annotat. tetigimus. Erarunt qui putarunt Christum è Iudæa secessisse in Galilæam, vt vitaret Herodis Antipæ tyranniden, qui Baptistam carcerauerat: quoniam Herodes ille non dominabatur in Iudæa, sed in Galilæa, vbi statim à captiuato Baptista, cœpit Iesus luculentior & longius prædicare. Et his etiam patet erasse eos qui scripserunt Christum non incœpisse ministerium & prædicationem suam quando Ioannes Baptista prædicauit, vt nouæ glu, ordinaria Geneuensis, M. 4. 17. quia Christus orsus erat primam suam prædicationem & miracula in Galilæa Gentium & Capernao: deinde primam suam profectionem & prædicationem in Hierusalem perfecerat, & inde discedens, reuersus & commoratus erat iuxta loca, in quibus Ioannes baptizabat nondum captiuatus, & ibi per discipulos suos plures quam Ioan. baptizabat, vt patet sup par. 10. & pat. 15.

E

In trigesimamsextam partem.

M. 11.

28. AD vos) Id est, vsque ad vos, vt nullam habeatis excusationem, qui præteritam oblatam gratiam Dei reliquistis.

31.) Non quod sit aliquod peccatum pro quo non satisfecerit Christus, & huius veniam consequi, non possit is qui pœnitet & credit in eum, beneficium & meritum mortis eius amplectens, sed tantùm confert inter se genera peccatorum, alia leuiora quæ habent quandam excusationem, alia grauiora quæ nullam habent nec coram Deo, nec coram hominibus excusationem. Io. Brent. in Ioan. cap. 18. homil. 57. in fi. Grauissimum omnium est, agnitam semel & receptam salutis veritatem, scienter & ex professo tueri & impugnare. Hebræor. 6. & 10. Augustin. Mailorat. in tract. de peccato in Spiritum sanctum.

In quadragesimam partem.

M. 13.

9. QVi habet) Hoc demum tempore legitur Christus sic loqui cœpisse, nempe postquam duos ferè annos concionatus erat, peragrans omnes regiones Israël, eum mirandis miraculis. Et postquam ante eum Ioannes Baptista vltra annum prædicauerat, vt deberent turbæ satis esse præparatæ & edoctæ ad intelligendum: qui autem nondum profecerant: non solùm inexcusabiles, sed indigni & ingrati erant. Sic Apocal. vlt. 11. qui sordet, sordescat adhuc.

14. 15.) Non vt peccarent & impiè agerent, sed vt peccatum & impietas eorum nimia puniretur. Excæcatio enim & obiectio in tenebras, supplicium est impietatis, vt docet Spiritus sanctus. Deu-

teron. 28. 28. 29. Si hodie nolueris vocem Domini, &c. Percutiet te Dominus amentia, cæcitate ac furore mentis, vt palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas, & Ezechiel. 14. 4. Sed homo de domo Israël & de proselytis, quicunque aduena fuerit in Israël, si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & venerit ad Prophetam, vt interroget me per eum, Ego Dominus respondebo ei per me, & ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & prouerbium. Et mox: Iuxta iniquitatem interrogantis, sic erit iniquitas Prophetæ. Sic Paul. 2. Thessal. 2. 12. Causam illusionis eorum qui seducuntur ab Antichristo, reddit, quia dilectionem veritatis non receperunt, sed apptobauerunt iniustitiam. Cùm ergo pergant repugnare verbo Dei, B randem fiat vt Deus non amplius vocet eos ad pœnitentiam: ita sublata causa pœnitentiæ, manent duri & pertinaces, non Dei culpa, sed sua. Si enim non conuertuntur dum vocantur, quomodo possunt conuerti, quando Deus iam vocare desinit? Sic illud, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare: monet periculum esse procrastinandi, ne Dominus amplius vocet. Ita intelligendum illud Esaiæ 6. & ibi I. Reg. 39. 40. vbi ab Euangelistis vel à Paulo allegatur. Ad hoc doctissimus Philip. Melancth. in locis communibus cap. de prædestinat. & Leonard. Steckelius in annotat. & Io. Brent. Ioa. 12. homil. 14.

19. *Iuxta viam.*) Propriè intelligitur de ipso homine qui semen excepit: sed aliud agens, velut in C transitu iuxta viam.

R. 4.

25. *Vbi*) Ita omnes ad verbum & rectè. Solus Beza vertit, in quibus, nec mutat sensum, sed mutat textum: quia quidquid dicat, ὅπου, refertur ad ὁδόν, quia est pars recitationis verborum patabolæ.

In quadragesimam secundam partem.

M. 3.

30. *Sinite*) Id est, quatenus commodè non potestis, patientiam habete: non verat arguere, nec per media legitima tollere, aut manifestos punite. Georgius Maior. in 2. part. homiliar. Dominica 5. post Epiphantam. Ioann. Bient. in 55. Ioan. homil. 13.

43. *Sara tribus*) Sara tria, potius tres mensuræ videntur, vt Genes. 18 6. quàm tria sesqui media, vt Hieronym. in Iudith: sed non refert.

In quadragesimam tertiam partem.

M. 23.

43. *Vigebunt*) Hoc spectat ad gloriam corporum beatificatorum, vt & Dan. 12 3. Sap. 3. 7. respectu verò animarum, ait Christus M. 22. 30. E quod electi similes erunt angelis: hi enim sunt incorporales.

In quadragesimam quintam partem.

R. 5.

27. 28.) Superuacuo Caluin. in sua Harmonia laborat ad excusandam superstitionem, vel inconsideratum zelum huius mulieris in tactu vestis. Nõ enim addendum textui, nec somniandum inconueniens, quod illa etediderit aliquam virtutem alligatam vesti, vel tactui fimbriæ: sed tantum quod nitebatur vel solo tactu fimbriæ postumæ Christo accedere, & vel hoc solùm sibi credebat sufficere vt sanitatem impetraret. Itaque plus fidei habebat illa pauper mulier M. 9. 18. quàm princeps ille supra par. 25. Et pariter hæc altera mulier hîc, quam iste Archisynagogus, qui vtrobique petebant impositionem ipsius manus Christi. Sic plus fidei habebant Genesareni bani illi M. 14. 56. R. 6. 56 qui infirmos suos per plateas educentes, rogabant Iesum vt tantum fimbriam vestimenti eius tangerent, & exaudiri sunt: quotquot enim tetigerunt, conualuerunt. vt infrà part. 10. Sed insuper est hic aliud. ad quod miror neminem aduertisse, nempe quod lege Dei per Mosem promulgata Leuit. 15. 24. 32. mulier etiam extra menstrua patiens fluxum sanguinis, non minus erat immunda quàm menstruata, nec minus contaminabat quoscunque contigebat quàm menstruata. Quare mirum non est, si metu Legis & reprehensionis legalis, & ne proximos offenderet, non fuit illa apud M ausa se palàm ingerere comitatui Christi, vt supra, parte 21. Nec postea si hæc altera non fuit ausa palàm in confertissimam turbam se intrudere. Sed dissimulata immunditia retro, metu reprehensionis Legis vsque ad simplicem tactum fimbriæ postimæ occulta accedere voluit, & prius sanari, quàm per Legem reprehendi & repelli potuisset. Hanc etiam puto rationem esse, cur illa, hîc audiens Christum ad turbam conqueri, tremefacta cum timore se coram prostraueric, longæ infirmitatis & extremæ necessitatis coactione, temeritatis, aut violatæ Legis culpam deprecans. Quod autem hæc longè alia sit historia, quàm quæ supra parte 21. ibi diximus.

In quadragesimam sextam partem.

R. 6.

5. *Non poterat*) Hentic. Bullinger. commentar. in R. lib. 2. c. 6. exponit non potest, id est, non vult. Sed plenius declarando, dico quod Deus non solum est misericors, sed iustus: non solum iustus, sed misericors: sed quod misericordia supet exaltat iudicium. Iac. 2. 13. Et sic magna fuit inetedulitas & ingratitudo Nazarethanorum, qui à tempore quo Christum ante annum præcipitare voluerant sup. par. 11. vsquo adeò sorduerunt in peccatis suis, vt nec nunc quidem post tanta alia miracula in circuitu facta resipiscerent. Et sic non potuit Iesus (id est non docuit illum) miracula multa facere, apud tam ingratos & incredulos. Poterat quidem de potestate absoluta, & volebat affectu misericordiæ perditis ouibus Israël oblatæ & expositæ: sed illi se vsque adeò malitia sua se indignos reddiderunt, vt non decuerit Christum nisi pauca miracula facere, id est, paucos è nimis depraua ta turba sanare. Et hoc est quod R. dicit, non poterat, non respectu potestatis absolutæ: sed ne ordinem iustitiæ suæ tollerer. Hæc autem longè alia est historia, circiter anni interstitio, ab ea quam describit L. 4. 14. & tangit I. 4. 43. supra part. 11. Inann. Gerson ponit illam c 24. & hanc c. 41. in suo Monotessaro. Solus Bullinger. commenta. in Matth. lib. 6. M. 13. sentit obiter eandem esse historiam.

In quadragesimam octauam partem.

M. 14.

1. *Herodes*) Herodes hic huius nominis tertius, Herodis magni filius ex quarta eius vxore Marthaca, frater germanus Archelai, non solùm Baptistam occidit, sed Iesum ad se adductum ludibrio habuit, ad Pilatum tamen albis vestitum remisit.

9. *Et indoluit*) Videlicet, simulatio erat: cupiebat

enim eum occidere, ſed timebat populum. ſuprà eod. 5. Ioſeph. lib. antiquit. 18. c. 9. air, quod timebat populum à ſermonibus Baptiſtæ pendentem, ab eo concitari ad ſe de regno detorbandum: quod non eſt veriſimile, quia conciones & vita Baptiſtæ nullo modo tendebant ad ſeditionem, & multominus ad regnum terrenum. Et hoc erat notiſſimum, ſed Herodes metum fingebat, vt videretur habere occaſionem eum detinendi, vtque declinaret inuidiam, & interim ſemper quærebat præteatnm eum tandem occidendr, poſtquam diſſimulatione coercmptúque primorumex Iudæis ſenſit, nihil ſibi propter hoc immioere periculi. Hinc eum vulpem vocat Ieſus. L. 13. 32.

In quadrageſimamnonam partem.

OSiand. hîc annot. lib. 2. c. 26. affirmat Ieſum Hieroſolymam boe tempore ad tertium à baptiſmate ſuo Paſcha profectum. Lege ita iubente: ſed ptopter conſpirationem Iudæorum nec in Iudæa quidem aliquantiſper temoratum, ſed ſtatim tenertum Galilæam. Sed certè oportuiſſet non ſolùm Chriſtum, ipſum, ſed etiam eius Apoſtolos velocibus veredariis vſos, vel potius nono & inſigni miraculo, vt Philippus Diaconus à ſpiritn raptus eſt, vt euangelizaret Præfecto Candaces Reginæ Æthiopnm. Act. 8. Atqui de hoc miraculo nihil legitur, nec eraot enſores in communi vſu. Chriſtus nunquam niſi pigrum aſellum & ſolus inſedit, & ſemel tantùm, nec fuiſſet in eo Paſchate otioſus, nec tacitum fuiſſet ſaltem à Ioanne Euangeliſta. Deinde ſeries biſtoriæ Euangelicæ repugnat, proaimum erat teſtuum illud Paſcha priuſquam Ieſus ederet miraculum quinque panum & duotum piſcium. I. 6. 4. poſtridie patrim ambulans ſuper mari, partim in mari, venit in terram Genezaretb. Terra (vt citius) vel quarta die doenit in ſynagoga Capernaitica, de eſu & potu viuifico carnis & ſanguinis ſui. Mox ſubdit Ioann. Euangeliſta quod poſt hæc, Ieſus verſabatur ſeu manebat in Galilæa, nec volebat in Iudæa verſari, quo quærebant eum interficere. Non ergo eo tempore profectus eſt in Iudæam, & multominus Hieroſolymam, nec à dicta concione Capernaica ſpatium erat ex vrbe, ſita ad caput Septentrionale maris Galilææ, veniendi verſus Meridiem Hieroſolymam ad illud Paſcha, tam ante triduum vel quatriduum proximum. Pedibus ibant eius Apoſtoli, qui ſemper à tempore electionis ſuæ comitabantur eum. Præterea à tempore dicti tertij Paſchatis, tam multa geſta ſunt à Chriſto in Galilæa inferiori & ſuperiori, & ſtatim in fines Tyri & Sydonis, & inde eo reuerſo ad regiones circumiacentes mare Tyberiadis, & inde eo profecto ſub Montem Libani Cæſaream Philippi, deinde in Galilæam inferiorem, vbi in monte transfiguratus, & plurima alia donec ad medium feſti Tabernaculorum rurſus concionatus eſt in templo tertio Paſchate, etiam ſi per veredos eum ſuo comitatu veniſſet & rediſſet vt patet per contenta à part. 52. vſque ad par. 65. Vtionis noſtræ: præſertim cùm mos eſſet non ſolùm ante ſex dies venire Ieruſalem ad illud feſtum: ſed etiam ante decem vel plures dies, vt pater I. 12. 55. Nec obſtat quod Oſiander eitat præceptum legis, videlicet Exod. 23. 19. & 34. 23. & Deut. 16. 16. vt omnis maſculus rer in anno ſe ſiſtat coram Deo in loco quem elegerit: de quo etiam Ioſeph. lib. 4. antiqui. cap. 13. Hoc enim plures modeſatrones recipit. Prima, vt rntelligatur de maſculo ztatis viginti annorum & ſupra, iuxta id quod habetur Exod. 30. 13. 14. 15. & quæ ſcripſi in tract. eommercior. & vſurar. nu. 796. Secunda, vt loogè commotantibus ſufficeret ſemel in anno, vt ſatis pater L. 2. 41. & ibi hoc ſcribit I. Caluio. quod etiam plus 230. annis ante eum ſcripſit ibi Nicol. Lyr. Tertia, propter hoſtilitatem, inimicitias, vel alia periculo, aut impedimenta, quod tangit I. 7. 1. dicens, quod ideo Ieſus non ibat in Iudæam, quia quærebant eum Iudæi interficere.

L. 9.

15. *Omnes diſcumbere*) Bezalegit ἀνέπεσαν, ex quibuſdam veteribus exemplaribus, ideò vertit, & diſcubuerunt omnes: ſed non pnto recedendum à communi lectione.

In quinquageſimamprimam partem.

I. 6.

27. *Operemini*) Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον: ad verbum, Operamini, non cibum pereuntem: ſed cibum permanentem in viram æternam: id eſt, curate, vel in eo occupati ſitis, non vt cibum qui in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. M. 15. 17. habeatis: ſed eum qui alit vita æterna. Omnes latinè vertetunt cibum: Solus Beza vertit cibo, ſeruato ſenſu: ſed malo eum omnibus magis conformati prototypo, in quo bis ponitur in aceuſauuo. Quod non eſt barbarom, vt putat Beza, ſicut nec batbarum eſt, Phil. 2 12. eum timore ac tremore veſtram ipſorum ſalutem operemini: vbi Beza non malè vertere maluit, conficite, quia ibi eſt compoſitum, κατεργάζεσθε: Alioqui ſi ſimplex verbum fuiſſet, vt bic, vertiſſet ſalurem operemini. Quid quod auctores, ἐργάζεσθε τὴν βρῶν, id eſt, operamini victum. Verbum, ἐστεχωσεν, maiorem habet emphaſim, quàm vt latinè ablque periphraſi exprimi poſſit: ſignificat enim ſpecificam ſigilli ſeu eharacteris totius gratiæ & ſalutis impreſſionem, ab ipſo Deo patre in Chriſto factam, vt ab illo ſolo, & per illum ſolum ab hominibus haberi poſſit: vt Petrus repletus Spiritu ſancto coram principibus & ſenioribus Iudæorum, dixit non eſſe aliud nomen ſub cœlo datum bominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Act. 4. 12. Vtque quemadmodum decreto ſupremi regis magno eius ſigillo obſignato, non licet quicquam addere aut detrahere ſine crimine falſi, ſacrilegij, læſæque maieſtatis: ita virtuti & beneficio Chriſti non liceat addere nec detrahere: vt epiſtola liminari ad libtum contra abuſus. Hoc autem dictum eſt tam ad eaelnſionem penitus iocredulorum, tam vel partim credentiom, quàm ad conſolationem etedentium, doctrinam Euangelij integrè & ſolidè amplectentium, vt certi ſint de ſalute ſua tanquam ex ſpeciali ſigillo patris cœleſtis. Eodem verbo vtitur Euangeliſta ex parte eredentium ſup. cap. 3. 33. dicẽte Baptiſta, quod qui recipit teſtimonium Chriſti, is ἐσφράγισεν, quod Deus veraa eſt: indicans eredentes, non ſolùm per id honorem Deo facere, ſed quod non fluctuantem aut leuem, ſed ſolidam integram (vtque tetigimus ſup. par. 12. M. c. 3.) bene teſoluram & ineoncuſſam habere debent: quemadmodum oon ſolemus ſigillum noſtrum imprimere, niſi in re penitus concluſa & firmata.

28. *Faciemus*) Chriſtus vocabat ad cœleſtem & gratuitam gratiam, populus catnalis ad operandnm, ſe tanquam mercenarios offert, facilius ad cogitationem & propoſitum operum & meritorum, quàm ad deſiderium & ſpem gratiæ monerot. Bucer. hîc. Iſte fuit error omnium ſæculorum, vt homines ſuis opetibos ſibi parandam ſalutem putarent: non ſolùm ante Chriſtum ſub Phariſæis, & Eſſenis, ſed enam poſtea in Monachis Papiſticis, & Mahumeticis.

29. *Opus Dei*) Hoc enim primum Dens exigit, alias non reſpicit opera. Geneſ. 4. 5. Heb. 11. 4. Sed impropriè dicitur opus reſpectu noſtri, ſed bene reſpectu Dei, cuius donuoi eſt, Epheſior. 2. 8. non

Dei docentis tantùm, ſed etiam opecantis in nobis: A vt dixi in epitome doctrinæ, ſeu Catechiſmo quæſt. 8. Deinde fructos fidei, ſeu opera fidelium fide facta, pulchrè Bernardus in Cantic. 85. vocat opera Dei & hominis, quæ Chriſtus ipſe, ſup. cap. 3. 21. vocat in Deo facta, id eſt, in gratia vel cum gratia Dei, cui liberum arbitrium cooperatur, vt cecìt Bern. Sed ita vt principalius ſint Dei quatenus bona ſunt, vt dixi, in dicto Catechiſmo: quemadmodum ſcriptura puerì cuius manum pedagogus ducit, & pueri & pedagogi opus eſt, ſed principalius pedagogi.

31. *Panem de cælo.*) I. ſequitur verſioocm 70. quæ tum in crebriori vſu, quæ Pſalm. 78. 28. pro frumento panem poſuit. Nec manna verè erat panis cœleſtis, cùm flueret è nubibus concretum vbi cadebat, ſed cœleſtem figurabat. 1. Cor 10. de quo verò cœleſti in verſic. ſequenti.

44. *Traxerit.*) Non tollit liberum arbitrium, ſed eius infirmitatem: imo legi Dei repugnantiam oſtendit ante tegenerationem, vt diximus in Catechiſmo quæſt. 24. 34. 39. Deus enim ſua gratia repugnaote vitio noſtro agit in iotellectum & voluntatem, quam illuſtratam trahit volentem factam, etiam ſi caro reclamet. Merìtò igitur dicitur trahi, quia ante cooueccſioocm non eſt voleos ſed repugnans. Ideò in actu regenerationis propriè dicitur mutari, & trahi. Et poſt conuerſionem (etiam ſi ſit volens) adhuc dicitur trahi reſpectu carnis ſemper rebellantis, vt patet Rom. 7. Galat. 5. 17. Multa huiuſmodi ante quindecim aut plures annos ootauctam ad libros Philippi, & Muſculi, & aliotum piorum Doctorum: quæ omnia inimici Chriſti Pariſius tegnantes anno. 1562. domo direpta in lacrimas abieceruot. Deus vindex ſit & vltor.

51. *Dabo.*) Non dicit dedi, vel do, ſed dabo, ſcilicet ſemel in huſtiam crocis verè realiter, corporaliter. Per quam vnicam oblationem & mortem nobis æternam acquiſiuit redemptioocm Heb. 10. Data eſt ergo ſemel in immolatione illa, cuius effectus & communio carnis immolatæ & ſanguinis effuſi ſemper ducat, & ſemper datur ſpiritu, id eſt, fide. Credere enim in illam redemptionem & paſſionem ſemel factam, & cum pœnitentia fiduciam ſolidam in illa habere, eſt edere carnem eius & bibere ſanguinem illius. Omnis ergo hic eſus & potus refertur ad fidem & meritum illius paſſionis & immolationis ſemel factæ. Quæ ces erat tam neceſſaria vt ſine illa nihil actum eſſet de ſalute noſtra. Erraruni Monachi & ſacrificoli Doctoceſque Papiſtici, vrgentes merita tum iocarnationis, tum natiuitatis, tum tentationum & afflictiooum Chriſti. Nihil hæc omnia prodeſſent nobis, nihil poterant, ſed ſola mors Chriſti, ſola à Deo acceptata pro expiatione noſtrotum peccatorum, & iure vitæ æternæ. Itaque nobis omnino neceſſarium erat Chriſtum mori, & voluntariè ſeipſum offerre. Nulla alia erat hoſtia, nulla expiatio, à qua etiam pendebat ſalus fidelium qui ab initio mundi fuerunt, & in eam (vt Abel) ſperarunt. Ideo neceſſe eſt gratitudinem habere illius mortis & in ſolo eius merito ſperare, nec ab vllo alio ſalutis remedio pendere, vel in æternum perire. Hoc eſt decretum æterni patris, qui non niſi per filium & meritum dictæ redemptionis cognoſcitur & placatur. Hæc tanta neceſſitas in cauſa fuit, vt Chriſtus tantopere, quia aobis omnino neceſſarium erat, vrgeret fidem in meritum paſſionis ſuæ, quam ad maiorem & neceſſitatem & efficaciam comparat eſu & potu corporis & ſanguinis ſui, ſcilicet ſub conſideratione illius immolationis ſemel factæ, quæ tempore huius factæ concionis ad finem anni futura erat. In diuerſam verò partem ecrarunt, qui dixerunt meritum illius paſſionis ſemel tantum in baptiſmo, vel non ſempet, vel non ſolùm ſufficere: de quo terigimus in Epitome doctrinæ ſeu catechiſmo quæſt. 42. 43. Et nuper 27. die Martij anno 1563. impius quidam Monacus albus in æde Bartholomæi Pariſius cleuabat paſſionem Chriſti, dicens: illam quæ ſemel fuit die illa Veneris non ſufficere nec conſiderandam eſſe: ſed paſſionem totius corporis ſui quod eſt Eccleſia, videlicet à paſſione Abel, & omnium Martytum & ſanctorum adnque finem mundi: ſic impiè intelligens illud Pauli Coloſſ. 1. 24. infinitorum ferè merita miſcens cũ vnico merito & beneficio Chriſti. Et ſic figillum illud de quo ſuprà eodem vecſic. 27. rumpens, & animas ad infernum detrudens, cum quibuſdam aliis hlaſi hemius, quæ euomuit impunè. Arqui dictum illud Pauli oullomodo loquitur de ecuce, paſſione & morte Chriſti, ſed tantùm de afflictiouibus Eccleſiæ ſuæ, quæ ideò dicuntur eſſe Chriſti, quia caput eſt, & ſeſe perſequi reputat in ſuis membris, Act 9 Omnibus enim præſectum qui manifeſtè pro Eccleſia propugnanda certant, propoſitæ ſunt afflictiones, vt & Paulo Act. 9. vt etiam ipſe expertus eſt, & paſſim teſtatur 1. Cor. 11. & 12. Diu poſt illam, in qua iam multas afflictiooes enumerat, ſcripſit epiſtolam ad Coloſſenſes Romæ captiuus ſenex, iam maioti parte ſui miniſterij enienta, & msioci pacte ſuarum afflictionum trantacta, vt modicum reſiduum ſupereſſet ad coronam iuſtitiæ ſibi repoſitam recipiendam ideo gaudebat, quia quamuis captiuus adimplebat reſiduum tantum afflictionum ſibi propoſitarum pro corpore Chriſti, id eſt, pro eius Eccleſia, vt ſcriptum iam elare exponit, vt non fuiſſet opus veterem & communem verſionem mutare ſophiſtarum metu, vt nuper quidam docti fecerunt: facilis, & genuinus eſt ſenſus quem diſi, vt plenius in hiſtocia mea iticemenaria par. 1.

53.) Magno ſerio eibum & potum ſibi ſoli adſcitibu, vt ſciamus iotsm & ſolidam viam noſtram ab eo ſolo pendere, oec cogitemus Chriſto dante cibum, potum peti poſſe, nec in quantula parte quidem à noſtris meritis, vel cuiuſcunque alterius ſanctiſſimæ creaturæ, ſed omnes & ioregias ſalutis partes ab voo ſolo Chriſto.

60. *Durus.*) Referiot ad duo murmura, primum eorum qui carnaliter non intelligebant ſed ſcicbant Ieſum pec hæc affirmare ſe filium Dei, & vnicum, perfectumque propitiatorem, quod non credebant exprobrantes humiles eius parentes, qui non erant cœleſtes, vt ſuprà verſic. 41 42. quibus Iulianus Apoſtata cum ſuis Ethnicis, & Mabumetici ſucceſſerunt. Secundum murmur carnalium, qui Chriſto vrgente neceſſitatem eſus & potus, carnis & ſanguinis ſui, iotelligebant corporaliter. Iſtis ſucceſſerunt tranſſubſtantiatores Papales. Primos confutat verſic. 62. quia non ſolùm è cœlo deſcendit, ſed etiam in illud aſcendet vbi erat prius, & ſemper manebit ſecundum ſuam diuinitatem, adeuſque conſummationem mundi. Secundos confutat verſic. 63. quia non eſt hic eſus & potus intelligendus carnaliter, ſed ſpiritualiter: nec venter parandus eſt, ſed anima. Addit Chriſtus quod caro non prodeſt quicquam, quod vati, variè intellexerunt. Referte non vacat, ſed ſimpliciter ex verbis eioſdem Euangeliſtæ dico, Chriſtum hìc non dicere carnem ſuam ſimpliciter eſſe inutilem, ſed fore nobis inutilem ſi ſic maneat, vel etiam ſi corporaliter ederetur, prout ipſemet Chriſtus exponit infrà cap. 12. 24. comparans carnem ſuam grano frumenti, quod integrum peocs ſe manet, nec fructum alius adfert, ſi noocecideric in terram, & mortuum fuerit: Si autem ſemel cecidetit in terram, & mortuum fuerit, multum fructum adfert, ſcilicet, redemptionem & ſalutem omnium fidelium, qui aliàs manſiſſeot in peccatis & tenebris ſuis, & morte æterna. Solus autem Ieſus, qui nunquam peccaverat, ſaluus fuiſſet per ſuam ſanctitatem, è qua in monte transformatus poterat in cœlum aſcendere, oobis io ſtatu noſtro reli-

ctis, vt infrà par. 59. vbi Moſes & Helias magno ſerio eum rogabant (ſetio enim colloquebantur de paſſione eius, quod implicat preces) vt deſcenderet moriturus pro ipſis & aliis, & redempturus. Bene ſciebant quid dicerent, ſed Petrus neſciebat, nunquam enim ſaluus fuiſſet, niſi Ieſus ad mortẽ deſcendiſſet quod nulla coactione, ſed metè voluntarie, & ex mera charitate fecit, vt infra cap. 10. 15. 18. Nulla ergo dubitatio, nulla abſurditas rectè intelligentibus verba Chriſti, ſed infinita, perennis, & ſalutaris conſolatio, à quâ diuertere nos nititur Satan, nunc per tranſſubſtantiatores, nunc per miſſarios, nunc per alias impoſturas, quæ tanto (vt ait Auguſt.) pernicioſiores ſunt, quanto pietatis fuco magis teguntur: vt inter alia dum ſacrificuli (quo auocent ſimplices à perceptione, fidociáque vnius meriti paſſionis Chriſti) tetrico vultu & ore monent eos credere, quod creatorem ſuum in os & ſtomachum recipiunt, quò credantur creatoris creatores, & eleuetur beneficium Chriſti: quæ ingens eſt blaſphemia multas alias ſecum trahens. Dum enim venimus ad Euchariſtiam, vel Cœnam Domini, non venimus ad recipiendum creatorem noſtrum: hoc falſum & blaſphemum eſt, eo ſenſu quo loquuntur de reali & ſubſtantiali creatione: ſed venimus ad recipiendum communionem paſſionis & mortis Ieſu Chriſti, vt eius morte (cuius vitijs perennis eſt) regenerati & iuſtificati recipiamur in gratiam, & tus adoptionis, & vitæ æternæ, à creatore noſtro, coram quo aliàs ſumus damnati & reprobati in æternum. Nec obſtat quod Chriſtus toties ait, Qui me recipit, recipit eum qui me miſit, & infrà 14. 23. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Hæc enim & ſimilia intelliguntur de operatione quam facit Deus in his, quos ſanctificat & ſeruat, prout Act. 7. 9. 10. Dicitur quod Deus erat cum Ioſepho, eripiens eum, & dans ei gratiam & ſapientiam, vtque dicitur fuiſſe in Prophetis, & hodie in omnibus ſanctificatis, in quos etiam per nouos inſignes affectus, Act. 2 3. & 8. 17. & 10. 14. 15. & 19. 6. deſcendere dicitur, & loqui. R 13. 17. non autem ſubſtantialiter & perſonaliter. Hoc enim modo in ſolo Ieſu (in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id eſt, perſonali vnione. Coloſſ. 1. 15. & ibi Athan. Malè ergo & perniciosè ſacrificuli illi, his quos captiuant, petiuadent ſe illis tradere creatorem ſealiter, & perſonaliter recipiendum, ſpectant etiam ad impium ſuum opus operatum, & ad incluſionem & detentionem perſonæ Chriſti in manibus, & oculis ſuis. Hæc portenta magnificant, deprimentes vnicum beneficium paſſionis Chriſti, & eius viuam & ſolidam ſempet efficaciam per fidem.

A conſiſtit in illis perſonis, in quibus eſt notitia, & vera confeſſio fidei & veritatis. Hæc Lytanus vetè piéque ante ducentos quadraginta quinque annos ſcribebat & docebat. Quod autem ſubdit, claues, quanquam etiam alias: tamen Petro principalius datas, inquantum erat aliorum capitaneus: hunc errorem hauſit non ex ſacra Scriptura, quæ repugnat: ſed ex communi ſuperſtitione ſui temporis, qua omnes imbuti & dementati erant paucissimis ignotis exceptis, vtpote Papiſticis Decretalibus, Scato, & Clementinis, & Extrauagantibus editis & propalam receptis. Sed paulò poſt adhuc veriſimiliter vno dicto Lyrano, quidam ſuæ Franciſcanæ ſectæ, cognomine Rupis ſectæ, Gallicè, *Rochetaillade*, per Propheras & Apocalypſim declamabat contra Pontifices Romanos, & Reges doctrinis & decretis illorum ſedoctos, prædicens multa quæ contingebant, & alia vix credibilia: quem Clemens 6. Papa comprehendit & carceribus incluſit Auentoni, vt teſtatur Froiſſardus hiſtoricus Gallicus, anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimoquarto. Sic Deus etiam in medio ſeruore regni tenebrarum quoſdam ſemper veritatis aſſertores habuit, quanquam valde raros & paucos, tempore quo, propter neglectum verbi ſui decretis hominum poſtpoſiti vel permixti, permiſit etiam ſilentium fieri in cœlo, & alias tetertimas clades: de quibus in Apocalypſi.

B

C

D

E

In quinquageſimam octauam partem.

M. 16.

18. *Sed & ego.*) Quod hoc nihil faciat pro primatu, latè ſcripſi in tract. contra abuſus, par. 2. glo. 15. & penult. & in appendice ad fin. Epitomes ſeu Catechiſmi doctrinæ Chriſtianæ nuper editæ. Nicolaus Lyranus hîc rectè exponit Euangelium ibi, Et ego dico tibi, id eſt, pro te & ſociis tuis. Et ibi, Quia tu es Petrus, id eſt, confeſſor petræ vetæ quæ Chriſtus eſt. Et tibi, Et ſuper hanc petram, ſcilicet, quam confeſſus es, id eſt, per Chriſtum. Et ibi, Ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi, id eſt, perſecutiones tyrannorum & inſultus, & tentationes ſpirituum malignorum. Et ibi, Non prævalebunt aduerſus eam, ſcilicet, à vera fide ſubuertendo. Ea quo patet quod Eccleſia non conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis vel dignitatis eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, quia multi principes, & ſummi pontifices, & alij inferiores inuenti ſunt apoſtataſſe à fide: propter quod Eccleſia

In quinquageſimam nonam partem.

M. 17.

nec locem amare, ſed odio habere. Antequam tamen ſic obdurentur, eſt quoddam medium quo diligunt & adſectant gloriam Dei: ſed diligunt gloriam hominum, quales erant etiam è facerdotibus & primoribus Hieroſolymitanis, qui crediderunt in Ieſum ſed propter Phariſæos non confitebantur ne è Synagoga eiicerentur, de quibus in dicto poſteriore loco I. 12. 42. 43. Quod ſi poſtea conſenſerint damnantibus eum, vel perſequentibus doctrinam Apoſtolorum, tunc penitus deſierunt amare Ieſum, & credere in eum, hoſtes facti. Tamen etiam antequam hoſtes fierent, grauiter peccabant diligendo tenebras, ſed non tam grauiter vt odiendo & perſequendo lucem. Sunt enim gradus peccatorum. Verum eſt quod etiam L. 18. 14. noua verſio Eraſmi & ſequacium excuſari poſſet, ex eo quod dictio magis, ſæpe in auctoribus Latinis & Pandectis legum, non comparatiuè, ſed electiuè ponitur, vt ſic non implicet. Sed iſtæ improprietates (vtpote amphiboliæ) non ſunt admittendæ, præſertim quando integrum eſt propriè loqui, & maximè in te valde ſeria, vt in ſacra Scriptura.

In ſexageſimamquintam partem.

I. 7.

17. *Si quis voluerit*) Ergo rebellis Deo in voluntate, obtenebratur etiam in intellectu, quia in maleuolam animam non intrabit ſapientia. Sapient. 1. 4. Prouer. 14. 6.

15. *Gentes.*) Ita habent omnes ferè Latinæ, etiam editio Tigurina, & intelligunt de Gentibus, non de Iudæis inter eas diſperſis, etiam auctores Græci, vt Euthymius & eius interpres, qui vertit Græcos: tamen de Gentibus intelligit. Caluin. hîc vertit, Græcos, & reſtringit ad Iudæos inter Gentes diſperſos, & ſequitur Beza. Sed communem ſententiam & verſionem vetiorem puto per ea quæ dicam infrà c. 12. verſ. 20.

I. 8.

9. *Solus*) Scilicet, reſpectu accuſatorum: non enim excluduntur ſimplices creditores, & multò minus etiam diſcipuli. Et alioqui illic non ſteriſſet in medio eorum vnoſolo: ideo hæc dictio non meruit ſignari ad dubitandum de hac (vt videtur) pateotheſi, à verſ. 3. vſque ad verſic. 12. quam nec Chryſoſtom. nec Theophylact. habent. Et Euthymius aotiquus auctor Græcus teſtatur eam non extare in exactioribus exemplaribus: nihilominus Bucer. Brent. Caluin. eam admittunt.

14. *Ego ſum*) Scilicet, Chriſtus: quia poſtquam reuelatus erat, neceſſe erat credere in illum ipſum, nec amplius ad ſalutem ſufficiebat ſperare in Chriſtum venturum in genere, ad hoc ioſtrà 9. 35. 36. 37. 38. & 15. 24.

25. *A principio*) Vetus & communis verſio Latina & Gallica habebat, principium, quia & loquor vobis. Atqui vt docuit Eraſmus, & poſt eum Marr. Bucer, τὴν ἀρχὴν non eſt hoc loco nomen, ſed aduerbium. Rabini iſti Iudæorum coniurati inimici Chriſti, iam ſatisaudierant à Ioanne Baptiſta, & ab ipſo Chriſto, etiam hac eadem concione, verſ. 22, 18. 23. 24. ipſum eſſe filium Dei: rum per eius miracula, & per teſtimonia Baptiſtæ, I. 1. 34. & 3. 29 30. 36. & teſtimonia ipſius Chriſti, in prima eius publica profectione in Hieruſalem, I. 2. 6. 21. 23. 24. 25. 26. 36. 37. 39. 40. Et iterum in 5. Ioann. 7. 26. 29. 38. & per concionem illam celebrẽ io Capetoaum. I. 6. Quamobtem ad hãc captioſam & calumnioſam interrogationem mioimè opus erat Chriſtũ diſettè repetere ſe eſſe principium & filium Dei, iã toties apertè dictũ & manifeſttaum. Sufficiebat & decebat tunc Chriſtum confirmare reſponſa & teſtimonia recentia, per promiſſiones & vaticinia dudum facta, conformiter, ad quæ veneratur & loquebatur, vt indicaret ſe non eſſe Doctorem vel Prophetam nouiter ortum & ſuſcitatum: ſed illum ipſum qui promiſſus fuerat, & prædictus ab initio.

34. *Seruus*) Atqui ſeruus non habet propriam voluntatem, nec vllo modo mereri poteſt libertatem: quia quicquid poteſt, debet vt merum ſeruitium, etiam vitam ſuam, iure ſeruitutis, & inſtitutis vendi poteſt, & nihil, nec ſemiobolum quidem proprium habere poteſt, nec ſibi acquirere aut poſſidere, quo incipiat aliquam partem pretij ſuæ redemptionis comparare. Sed omnia ſtatim, etiam poſſeſſionem acquirit domino, à quo iure pleni dominij poſſideturr, cum omnibus quæ habere poteſt, vt docent leges ciuiles: Ergo rationibus etiam politicis oſtenditur peccatorem non poſſe quicquam mereri pro ſua regeneratione, ſed eam omnino obuenire mera gratia & beneficio alieno, ſcilicet, Chriſti. alias rationes Theologicas, ſed apprimè familiares ex ſacris Scripturis tradidi in Epitome ſeu Catechiſmo.

56. *Vidit*) Scilicet, oculis fidei, certificatus de Chriſto venturo & redempturo, maximè quando filium proprium iuſſu Dei immolare voluit, cui ſubrogauit Deus arietem, Geneſ. 22. Tum ipſe & Iſaac filius viderunt diem Chriſti ex ſe venturi, & præcipuè quod immolarentur pro eius omniũmque ſalute, promiſſione illa: Tum tertiò ipſi Abrahæ, & primùm ipſi Iſaaco reperita. Quia tacitè innuit Chriſtus gaudium iſtud non fuiſſe ab eis, nec tum quidem cùm hæc diceret ablatum: ſed adhuc poſt eorum naturalem morrem manere, dum (vt L. 16. 25.) ſolatio fruerentur, hanc certam ſpem expectantes, tantùm abeſſe vt prorſus eſſent mortui.

I. 9.

3. *Neque*) Non quia eſſent peccatores & ſubeſſet materia, etiam maiorem pœnam vel ante natiuitatem ioſtigendi: ſed Deus noo permiſerat tantam cæcitatem ad punienda peccata eorum: ſed Deus ad reuelationem gloriæ ſuæ tempore ſuo. Varios in affligeodo reſpectus habet Deus ſemper iuſtus, ideo ſi quis affligitur, oon continuò ſequitur id eſſe propter aliquod eius peccatum, ſcilicet, in ſpecie, quamuis non deſit materia peccati, etiam ad maiorem pœnam: tamen Deus non ſemper ad hoc reſpicit, verum quandoque ad aliud, vt quandocunque ad explorandum vel oſtendeodum omnia ſibi eſſe libera, vt Iobo, vel ad alium finem, vt hîc.

I. 10.

8. *Ante*) Id eſt, præ, ſeu officinm Chriſti ſibi atrogando. Præceſſerunt quidem Moſes, & Baptiſta, & alij Prophetæ: ſed vt fideles ſerui præpatando. Cæretùm auctoritate fidei & effectu ſequebantur, ab illo pendentes.

9. *Oſtium*) Nullus eſt alius ingreſſus, nulla via ad ſalutem, hæc etiam eſt tutiſſima & infallibilis. Blaſphemia eſt ergo vllam aliam creaturam dicere portam cœli, vel ſalotis portum. Notaoda ſunt pulchra verba Chryſoſtomi hîc: Ouile eſt Eccleſia, oues ſunt fideles, oſtium facta Scripruta, iuxta illud, Coloſſ. 4. 3. Vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti. Sed ibi oſtium ſymbolicè accipitur pro apertura libertatis prædicandi. Hîc autem pro ipſa ſaluris porta, quæ ſolus Chriſtus eſt, qui (vt rectè hîc ait Nicolaus Lyranus) ingreſſus eſt per oſtium factarum, quæ de eo teſtantur ſcripturarum. Hinc infert quod Mahometus & Aotiebriſtus aliter iuttantes, ſunt fures & latrones.

10. *Vt vitam habeant*) Scilicet, per gratiam in

præſenti: & abundantius per gloriam in futuro: quia gloria eſt gratia conſummata. Ita Nicol. Lyran. hîc ad verbum, & rectè. Veterem & vulgatam verſionem, ibi, & abundantius habeant, omnes inconcuſsè ſequuntur, etiam Calvin. excepto ſolo Beza, qui vertit, & abundant, ne videatur quod oues aliquid ante habuerint, quàm ad eas veniret paſtor. Sed non erat ſuſpicandum quod quis vel mediocriter inſtructus hoc eliceret è textu communi. Chriſtus enim heri & hodie & ante ſæcula, Hebr. 13. 8. ſcilicet, ſecundum ſuam diuinitatem. Quod autem Apocal 5. 6. dicitur occiſus ab initio mundi, ſymbolicum eſt, teſtatur enim ad deſtinationem & promiſſionem, qua filius Dei receperat ſe futurum hominem & victimam pro peccatis, quod impleuit tempore ſuo, videlicet, aliquot annos poſt quaternum millenarium mundi.

A

25. *Encæniæ*) Id eſt, tenoualia, ſeu feſtum dedicationis templi & altaris holocauſtorum (quæ prophanata fuerunt per Antiochum Epiphanem) repurgati per Iudam Machabæum, & vniuerſam Eccleſiam Iſraël, inſtitutum diebus octo & viceſima quinta die menſis Caſleu, qui Decembri, vel ſecundum alios Nouembri reſpondet, Anno 148. regni Græcorum in Syria, vt habetur 1. Machab. 4. f. circiter centum ſexaginta duobus annis ante natum Chriſtum. Quod feſtum quamuis non eſſet inter ſabbatha à Deo inſtituta, ſed humanum inſtitutum: tamen quia non erat factum cauſa ſuperſtitionis, vel quæſtus: ſed ad gratias agendas Deo, Chriſtus adfuit. Hanc feſtiuitatem vocabant Iudæi lumina, quia templum ab impio Antiocho prophanatum & deſertum tribus annis iacuerat, tyranno verò victo tunc præter ſpem ſplendidum colendæ religionis lumen apparuit, vt refert Ioſeph. Antiquitat. lib. 12. cap. 13. in libro meo veteris & Pariſienſis editionis, quod eſt ad fin. cap. 10. in editione poſtea renouatæ facta. Cæterùm dedicationis templi poſt reditum captiuitatis Babylonicæ reædificati memio fit. 1. Eſdræ 6. 16. & apud Ioſeph. Antiquitat lib. 11. cap 6. in libro meo, aliàs cap. 3. vel 4. 10 poſtea impreſſis. Sed nullom legitur dedicationis feſtum inſtitutum, nec à Salomone quidem in primo templo, nec à Zorobabelo, nec ab Eſdra in ſecundo templo, ſed tantùm à Iuda Machabæo in renouatione huius ſecundi templi.

B

C

D

In ſexageſimamſextam partem.

M. 19.

1 1. ET *factum*) * Aduerte principium huius verſic. non continuatur, nec refertur ad partem 65. præcedentem, quia de contentis in ea ſolus L. loquitur, nec propriè refertur ad finem partis 64. L. 18. 14. quia de contentis in eo capite, & in maiori dictæ 64 partis ſolus L. loquitur: Sed continuatur & refertur ad eundem M. cap. 18. prætermiſſis multis quæ Chriſtus reliquendo Galilæam, circumeuodo eam & Samariam, docuit & fecit, quæ à L. recitantur ſuprà par. 64. prætermiſſis etiam his quæ Chriſtus docuit, & fecit Hieroſolymis in feſto Tabernaculorum & Encæniorum, donec bis lapidibus aggreſſus, ſubduxit ſe trans Iordanem in fines Iudææ, vbi Baptiſta ſolitus fuerat baptizare, quæ ſolus I. re-
2 citat in parte immediatè præcedenti. * Quod ergo ſcribit M. Ieſum finitis ſermonibus recitatis a M. migraſſe à Galilæa, non ſimpliciter in Iudæam propriè, ſed in illos fines Iudææ ſtrictè & propriè ſumptæ, qui ſunt trans Iordanem, & ſic ad ripam Orientalem, hoc quidem veriſſimum eſt: ſed non eſt immediatè factum. Verùm poſteaquàm circumambitis finibus Galilææ, qui Samariam & Iudæam reſpiciunt, & Samaria: iam inſtante feſto Tabernaculorum, tum rectè profectus eſſet in Iudæam, & cootionatus Hieroſolymis per autumnum, & bonam partem hyemis, donec ſeceſſit trans Iordanem, vbi Ioannes baptizauerat. * Et ſic principium huius verſiculi reſpicit contenta ſuprà in par. 63. & pauca contenta in par. 64. & omiſſis multis quæ interim fecit Ieſus in Galilæa & Samaria, omiſſis etiam omnibus, quæ interim fecit Ieſus in Iudæa & Hieruſalem: quæ recenſentur à ſolo I cap. 7. 8. 9. 10. quæ ſunt in parte immediatè præcedenti, tranſit ad tranſectum Ieſu in fines Iudææ, ſitos trans vel vltra Iordanem, & ad ea quæ ibi Ieſus fecit & docuit. Idem R. aliquanto plutibus omiſſis facit c. 10. verſ. 1. * Et diligenter aduerte, neuter Euan- 4
geliſta hîc dicit Ieſum veniſſe ſimpliciter in Iudæam, ſed in quoſdam fines Iudææ ſitos trans Iordanem: Et ſic non in fines intimos, ſed in fines extimos, quod dialectici dicunt terminum termioantem, & non terminum terminatum. Trans Iordanem enim erat poſſeſſio duarum tribuum & dimidiæ, ſcilicet, Rubeo & Gaad, & dimidiæ tribus Manaſſæ, vt in lib. Num. cap. 34. verſ. 14. 15. & in lib. Ioſue, vbi cap 13. verſ. 2. 5. dicitur ioitium portionis filiorum Iudæ ab Oriente incipere à mari ſaliſſimo, & ſic à tipa Occidentali maris mortui: & pariter cap. 18. dicitur quod ſors filiorum Beniamin, quæ iuncta erat portioni Iudæ, incipit à Iordane verſus Occidentem, vt ſic fines eorum non extendantur vltra Iordanem, nec ad ripam vel plagam eius Orientalem quæ data eſt tribui Gaad, & tribui Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſæ: Ioſue 18. 17 Er ſic videtur Ieſum tempore illo hyemali, vltimo anno prædicationis ſuæ, cùm ſeceſſit ex Hieroſolymis, non ſe recepiſſe in aliquam partem Iudææ propriè ſumptæ. ſed in dimidia illa tribu Manaſſæ, in finibus tamen ram propinquis Iordani, vt dicetentur fines Iudææ extimi.

* Sed aliter dicendum eſt, quia Ioannes eum locum 5
deſignauit, vbi tum Ieſus ſe recepit, videlicet vbi primùm Baptiſta baptizauit, fuit in deſerto Iudææ, vt teſtatur M. 3. 1. R. autem & L. qui dicunt eum cœpiſſe in deſerto, nec deſignant regionem, debent intelligi de ea quam M. explicat, ſcilicet, de deſerto Iudææ. Probatur etiam I. 1 28. iuncto textu, Ioſue 15. 61. Ioannes Euangeliſta ait, quod Baptiſta baptizabat trans Iordanem. * Sed inter oppida & loca por- 6
tioni Iudæ attributa commiatur in deſerto Bethabara, Meddin, & Saebacha, Ioſue 15. 61. Santes ex Hebræo legit Bethbarabath, Ioannes Euangeliſta Græcè ſcripſit βηθαβαρᾶ, paululum inflexo veteri, vt fit, idiotiſſimo Hebræo, & initio ſui Euangelij deſignat, & ſic nominat hunc locum trans Iordanem ſitum, vbi Baptiſta baptizabat. * Porrò quum bapti- 7
zare cœperit in deſerto Iudææ trans Iordanem, vt ex quatuor Euangeliſtis colligitur, conſtat vltra Iordanem fuiſſe aliquam partem deſerti deſtinatam ſorti filiorum Iudæ: nec præcidunt termini illi, Ioſue 15. 2. 5. quin aliquid fuerit attributum Iudæ vltra Iordanem, ſaltem de oppidis vel locis ibi ſpecificatis in deſerto trans Iordanem ſitis, vicinis tamen maiori parte Iudææ, quæ eſt inter mare mortuum, auſtralem plagam & mare Mediterraneum, quod mare magnum vocatur apud Ioſuam. Vt omittam quod ſi à tranſmigratione Babylonis tribus Ruben, Gaad & Manaſſe, non redierint, vt teſtatur Ioſeph. Antiquit. lib. 11. cap. 5. vbi ait quod duæ tantum tribus redierunt. Decem autem tribus hactenus, id eſt, tempore ſuo 40. annis poſt Chriſtum trans Eupbratem commorari probantur. Saltem valde pauci ex illis redierunt, niſi tribus Iodæ: cuius maior pars redut, & potuit in vicina & vacua loca fines ſuos aliquantum extendere. * Et quibus puto quod locus ille trans 8
Iordanem, in quem in hoc receſſu ſe recepit Chriſtus, fuit in Bethabara, de qua Ioan. 1. 28. In hoc

ergo

ergo ſeceſſu traiecit Ieſus Iordanem: ſed non ſoluit à Galilæa, vt putant & malè vertit Beza. In hoc enim ſeceſſu profectus eſt ex Hieruſolymis per Iudæam trãs Iordanem, non tediens in Galilæam, vt malè putauit Oſiander. Non enim viuens hac vita teuerſus eſt in Galilæam, quam iam ante tres vel quatuor menſes penitus reliquerat, vt ex præcedenti Collatione liquet: & tetigi ſuprà pat. 64. His valde conuenit vetus antiqua verſio, quam hîc ſequutus ſum, vt plerumque, imò ſemper, niſi ex cauſa bene certa & explorata, ſequi ſoleo. Primam mutationis anſam dedit hîc Eraſmus verſione ſua, R. 10. 1. non tam ſcitâ, quàm eleganti. Putabat enim hîc etiam nouè vertendo, & veteta mutando negotium ſibi eſſe cum vnico diſcurſu ſolius R. non aduertens quud Spiritus ſanctus voluit habere quatuor Euangeliſtas, & quatuor legi, ſimúlque conferri. Itaque putauit non eſſe hoc loci ſubaudiendum & intelligendum aliorum Euangeliſtarum narrationem. Et ſic licentiam ſibi eſſe ſaltem breuis pataphraſeos, addens verba, in regionem, quæ non ſunt in textu, & nunquam fuerunt, in aliqua præcedenti verſione. Putauit enim quod Ieſus demigrans è Galilæa, ſtatim hinc traiecerit Iordanem, vt per Iordanis ripam Orientalem veniret in aliquam regionem finium Iudææ, quæ eſſet trans Iordanem. Eandem non ſolùm verſionem, ſed etiam ſententiam ſequutus eſt Io. Muſculus, M. 19. & Auguſt. Marloratt. M. 10. Cæteri poſt Eraſmum verſionem eius in hoc ſimpliciter ſequuntur. Theodorus Beza auget vertens, ſoluit à Galilæa, id eſt, Ieſus ex Galilæa nauem ſoluit & traiecit Iordanem in Peræam. Quod facit opinione ab aliis arrepta, quæ non poteſt cum veritate hiſtoriæ Euangelicæ per prædicta. Ideo neceſſe eſt ſtare antiquæ & communi verſioni.

A B C

In ſexageſimamſeptimam partem.

HAnc partem poteram diuidere in duas, faciendo de patabola M. 20. partem vnam: Sed noluitor partes multiplicare, nec appendicem illam ſeorſim ponere, ne videter ſubdiuidere. Sed ita colloeaui, vt non impediatur Collatio trium Euangeliſtarum, & mox velut ſeorſim appareat appendix Matthæi, quod etiam notaui in epigraphe, breuitati & perſpicuitati quàm maximè fauens.

D

R. 10. 18. *Bonum*) Hoc ſale eum ſalire ſeu corrigere vult, quia is ſe fundabat in bonitate hominis, & meritis operum. Et veniebat ad Ieſum vt ad hominem Prophetam, multis bonis operibus & meritis humanis excellentem. Ideo ſtatim Chriſtus fundamentum transfert in Deum, non negans interim quoſdam homines bonos eſſe participatione, donóque alieno, nempe Dei.

M. 19. 24. R. 10. 25. L. 18. 25. *Camelum*) Rectè veteres vt Origenes, Hieronymus, & poſt eos omnes ſcholaſtici intellexerunt de ingenti illo animali gibboſo ac tortuoſo. Primus omnium Guliel. Budæus in annotat. π. tit. de locat. Nuper putauit intelligendum de rudente nautico: Sed primò corrigendus eſſet textus M. qui non ſcripſit κάμηλον ſed κάμιλον, qui pro animali tantùm capiunt. Deinde Iulius Pollux inter inſtrumenta nautica (quæ ſtudioſè numerat) non meminit cameli. Poſtremò nouiſſimi iſti non intellexerunt vetus prouerbium Iudæorum, qui ad ἄυξιον rei craſſæ & ſtupidæ proponebant camelum: Chriſtus recepto vſu loquendi vtebatur, vt noſtrates bouem vſurpant, craſſos multos ponderoſos, boues vocant. Porrò in Palæſtina frequentior erat vſus camelorum, quàm craſſorum funium nauticorum, nec ſolebant negotiari in mari Mediterraneo, & multò minus in Oceano, nec voces talium rerum habere in vſu. Nec obſtat abſurditas de tam paruo foramine acus, quia facit ad emphaſim, vt de geſtanto trabem in oculo.

M. 20.) Patabolam hanc multi trahunt ad præmium vitæ æternæ. Sed in patabolis (vt iam dixi) non ſingula ſed principalis tantùm ſcopus attendendus eſt, qui eſt quod ſæpe contingit poſteriores præferri prioribus, iuſto Dei iudicio hominibus occulto, quorum iniuſta eſt murmuratio. Malè ergo trahiunt à quibuſdam ad æqualitatem præmiorum cœleſtium: vt anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſecundo, ſub Heluetiis diuionibus quidam aduerſum me contendebant, & pœnarum infernì, & præmiorum cœli æqualitatem eſſe, me contra vtrumque locis ſacræ Scripturæ tertiame. Ad primum ex M. 10. 15. tolerabilius erit tertæ Sodomorum & Gomorrhæorum, & ex L. 19 11. maius peccatum habet, & alius id genus locis. Ad ſecundum ex L. 14. 2. manſiones multæ ſunt: & apertius ex Daniele & Paulo teſtantibus ſtellam à ſtella differre, dum de gloria beatorum loquuntur. Obtrudebatur mihi illud Pauli Roman. 2. 1. O homo quiſquis es qui iudicas. & 11. 33. O altitudo, ô profunditas diuitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei &c. Reſpondi decenter obiectum fuiſſe. Si rationes aut probationes humanas attuliſſem: ſed cùm verba ipſa ſactæ Scripturæ tantùm profertem, ineptiſſimam fore dictam obiectionem. Aderat Profeſſor vnus Italus, qui ſe declarauit mecum ſentire: Poſtea doctor Petr. Martyr ſcripſit & edidit commentaria in primam ad Corinth. vbi vtrumque articulum diſcurat, & in primo concludit ſecundum meam ſententiam, quia præmia debentur operibus: opera autem non ſunt æqualia, & conſequenter nec peccata, quicquid aliqui nimium καταβαπτίζειν & periculosè ſcribero & prædicare auſi fuerint. In ſecundo verò poſtquam pariter vtrinque argumentatus eſt, concludit contra ſententiam meam, quia præmia vitæ æternæ non dantur ex meritis, ſed ex gratia, & non ex operibus. Potrò gratia æqualis eſt, vt & in hac parabula. Sed hoc facilè diluitur per hoc Paul. ad Corinth. epiſt. 2. cap. 4. ad fin. nam momentaneum & leue afflictionis noſtræ, ſupramodum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Ita vetus & communis interpres melius, & maiori emphaſi ſenſum reddit, quàm elegantior verſio Eraſmi, qui etiam textum corrumpit vertendo, κατεργάζεται, parit, cùm verbum illud Græcum ſignificet operatur, & plus quàm ſimplex operatur. Ergo qui non tulit in fide afflictionem illam, non habebit pondus quoddam gloriæ, quod habet is qui tulit. Breuiter vt aliud eſt beneficium regenerationis & iuſtificationis, aliud fructus bonorum operum inde promanantium: ita aliud vita æterna, & remunerationes particulares quæ in ea fiunt. Eſto ergo domum vitæ æternæ omnibus electis æqualiter dati, vt & regenerationem: tamen remunerationes operum in Deo factorum quæ in ea vita dantur, quamuis non dentur meritis, quæ nulla ſunt erga Deum: tamen occaſione dictorum operum dantur. Et ſic æqualia non ſunt, vt multis ſacræ Scripturæ locis probaui loco ſuo, quæ nolo huc transferre, no videar commentarium, & non ſimplices annotationes cudere. Sed interim hoc reſcire nolui ad docendam & caſtigandam ſtultam imperitiam multorum quiritantium, ſublato purgatorio Papiſtico, ſublatiſque metuis humanis erga Deum, æqualem omnino fore ſortem eios, qui poſt multa ſcelera & voluptates in fine vitæ conuerſus eſt: & eius, qui diu ſub multis ærumnis contra diabolum, carnem & mundum luctatus eſt. Vt enim hoc addam, omnia membra corporis eandem animam, & vitam habent: non tamen æquali dignitate & honore. Sed vtra tandem maior fuit? an iſtorum ſubmiſſè quiritantium? an illorum elatè ſupergredientium imperitia?

E

In ſexageſimam octauam partem.

L. 11.

2. *Qui vnxit*) Scilicet poſt aliquot dies, vt ſo- A
c. ſeq. l. 15. 3. Ex quo autem dicit quæ vnxit, apparet plures fuiſſe Martas. Errant ſophiſtæ qui hoc referunt ad præcedentem illam L. 7. quia illud circuet ſeptem menſes præceſſit hanc hiſtoriam, nec factum fuit Hieroſolymis, vt putat Caluin. ſed in Galilæa, vt probauit ſup. pat. 34. Valde etiam errant qui confundunt vocationem capitis, de qua inf. part. 94. fuit enim alia, & alio tempore, vt ſeries ipſa Euangeliorum indicat.

3. *Quem amas*) Leuitatem ſuam oſtendunt, qui hinc offerre conantur breuitatem orationis: non enim refert Euangeliſta tenorem epiſtolæ, ſed eius ſummam tantùm. B

45. *Soluite*) Nimis errarunt Papiſtæ trahentes ad abſolutionem ſuam auricularem vel ſolemnem: non enim Chriſtus loquitur Apoſtolis, ſed domeſticis famulis Lazari, qui etiam lapidem amouerant, vt dominum ſuum agnoſcerent, & funeralibus exuuiis, prioribus induorientis veſtitu, vt mox per eos factum fuit.

In ſeptuageſimamprimam partem.

L. 19.

8. *Vade, ruplum*) Igitur patum defraudauerat, non vltra octauam partem bonorum ſuo- C
rum. Et verè conuerſum fuiſſe apparet, quia integrè reſtituit alienum, vel alij debitum. Non ſic Simon Magus qui credidit quidem & baptizatus fuit Act. 8. ſed non fuit ſimulatio, quia verè cognouit artem ſuam eſſe impiam & falſam, prædicationem verò Philippi, veram & ſalutarem. Sed hoc erat tantum principium veræ fidei, quæ vſque ad cor penetrat, intellectum & voluntatem trahit in obedientiam. Quod non fecit Magus, qui non conuertit cor ſuum, nun enim reſtituit alienum mâlis artibus partum, & ſi reſtituiſſet, non tantum auri Apoſtolis obtuliſſet, vt eis emeret poteſtatem Spiritum ſanctum viſibiliter dandi, id eſt vendendi, nouámque artem rei D
augendæ pro priore omiſſa recuperandi. Multi erudunt ad inſtar illius Magi, quorum fides vana eſt, neque his prodeſt, niſi vt ſint minus excuſabiles. Iacob. 2. 19.

In ſeptuageſimamſecundam partem.

R. 10.

46. *Vumque*) Mirum eſt tam multos, etiam è veteribus & recentioribus exiſtimaſſe vnicam & eandem hiſtoriam, quæ L. 18. à verſic. 35. ad fin. in part. præcedeo. Et hîc apud M. & R. 10. à verſic. 46. ad fin. & non tres, & multominus quatuor cæcos illuminatos fuiſſe à Chriſto, in hoc vltimo eius acceſſu & digreſſu è Iericho: & Euangeliſtas non eutaſſe ordinem, nec locum, nec tempus, nec numerum perſonarum vt Theophylact. M. 20. ad fin. dicens, quod L. & R. inſignioris tantum cæci mentionem feeetunt, quamuis eſſent duo & non plures. Idem tenet ibi Martin Bucer. & Ioann. Caluio, qui ait clamorem orrum ab vno ex illis cæcis tantùm, & alterum imitatum Nicol Lyran. M. 20. ad fin & R. 10. in fin. dicit quod alter illorum cæcorum magis notus erat, & fortius alteto clamabat, & quod ideo ſolus exprimitur. Vnicam etiam duorum cæcorum tantùm in tribus Euangeliſtis eſſe hiſtoriam ſentit Bullinger. commentatior. in R. lib. 4. cap. 10. & multi paſſim ſequuntur. Semper mitatus ſum tam ſupinum errorem, quum L. diſertè ſcribat cæcum ſuum ſanatum antequam Ieſus ventiſſet Iericho, & ſic ſaltem biduo ante alios cæcos, de quibus M. R. loquuntur in exitu, vel poſt exitum Iericho in via verſus Occidentem deſcendente Hieruſalem, quum primus ille ſanatus fuerit in via ſupra Iericho, qua aſcenditur ad deſertum verſus Orientem. Et ſic neceſſe eſt tres ad minus cæcos diuerſis locis & temporibus ſanatos fuiſſe, & duas ad minus eſſe hiſtorias: vnam quæ ſupra, alteram quæ infrà Iericho contigit. Ideo eiremet centum quinquaginta anni ſunt. Io. Gerſon in ſuo Monoteſſato, duas diſtinctas de his cæcis facit hiſtorias. Primam, vnius cap. 112. ſecundam, duorum cap. 113. vbi ad marginem notat eſſe improbabile dicere quod alia ſit hiſtoria Marci, alia Matthæi: Et ſic quatuor cæcos fuiſſe illuminatos vnum in acceſſu, tres in digreſſu Iericho. Et rectè conſiderando teſtum Euangelicum, hæc eſt veritas. Iam clariſſime probauimus aliam & priorem eſſe hiſtoriam L. c. 18. in fin. Nicol. Lyrao. flagitioſè nimis vim inuert literæ Euangelicæ, exponens, imo præpoſterans & detorquens hæc verba L. Factum eſt autẽ quum approprinquaret Ieſus Iericho, id eſt, propè Iericho, adhuc exiſteret: quia ſecundum veritatem non accedebat ad Iericho, ſed tode receedebat, vt patet, M. 20. & R. 10. hæc Lyran ad verbum qui communem errorem tres hiſtorias in vnam confuodentẽ veritatis titulo donat non ſubticiẽs opinionem communem verbis Euangelij, ſed verba Euangelij opinionibus ſubiiciens vel deprauans, vt nimium ſæpe in locis periculoſioribus fidem concernentibus fecerunt. doctores Papiſtici, de quibus vt vaticinatus eſt Petrus 10 ſua 2. c. 2. Nunc tantùm ſupereſt oſtendere hiſtoriam quoque. R. aliam eſſe à M. Primò R. de vnico ſingulari loquitur. Secundò nominat, & veriſimiliter cæcus ille erat Iericonrhinus, & notus oppidanis, nominator enim ad maiorem certitudinem & memoriam indubitati miraculi: quia tempore quo R. ſcribebat, multi adhuc ſupererant qui cæcum illum nouerant tanti miraculi teſtes. Tertiò de vno qui mendicabat. Quartò, qui præceſſinatione veſtem ſuam abiecit. Quintò qui ſine contacto ſolo Chriſti verbo viſum recepit. Sed apud M. ſunt duo, & neuter nominatur, neuter mendicare dicitur, neuter veſtem ſeu pallium abiecit, virtuſque oculos Ieſus tetigit. Sextò miraculum de quo R. factum eſt ipſo egreſſu Chriſti ab vrbe Iericho, vt oſtendunt verba R. Cùmque egrederetur ab vrbe Iericho ac diſcipuli eius & turba copioſa, filius Timæi, &c. Ergo in ipſo egreſſu. Sed miraculum de quo M. factum eſt poſt egreſſum, vt veriſimile eſt per verba M. qui primò mentionem facit digreſſus Ieſu è Iericho, deinde quod cum & diſcipulos eius ſequuta eſt turba multa. Tertio demùm loco narrat ſequutum miraculum duorum cæcorum. Et inuocato Euthymium Zigabonum antiquum auctorem Græcum M. 21. ad fin. (vbi apud Græcos eſt c. 44. M.) ita expreſsè tenuiſſe: videlicet tres diuerſas eſſe hiſtorias, & quatuor cæcos illumidatos. Ita etiam oouiſſimè tenet Oſian. in ſua Harmonia, & in annotat. lib. 3. cap. 14. vbi ait, quod apud M. duo illi cæci dicuntur audiuiſſe Ieſum tranſeuntem per viam: & ſic poſtquam iam exierat Iericho: ſed apud R. cæcus ille *παρεδρὸς* dicitur audiuiſſe Ieſum egredientem, & ſic oondum peoitus egreſſum, quemadmodũ Dialectici, quinetiam Iutiſconſulti in l. arboribus. §. de illo glo in verb. amittit ff. de vſufru. Bald. in l. cùm proponas C. de nautic. fœn. & in tract. ſtatutor. verb. accedere Alex. conſ. 194. (vbi in annotat. tertij lib. 6. dicunt aliud eſſe exire, ſeu actum excundi: & aliud exiuiſſe.

In ſeptuageſimamquartam partem.

I. 12.

3. *Maria*) Certum eſt hanc vnctionem aliam eſſe ab ea quæ facta eſt die Mercurij ſequenti, de qua inf. par 94. M.26.R.14. Hæc enim facta eſt in domo Marthæ & Lazari, à Maria, & in pedes: Illa verò facta eſt in domo Simonis leproſi, à muliere ἀνώνυμε, in caput Ieſu. In iſta Iudas non abiit ad ſcribas & Phariſæos: ſed poſt illâ ſtatim ad eos abiit. Nimis ergo errant qui has cõfundunt, vt Beda hîc in homilia. Addens etiam factam à Maria Magdalena, qui eſt alius error: quia Magdalena non erat Bethaniæ, nec ſoror Lazari, ſed è Galilæa, vt ſup. diximus. Anno 1562. durante graui obſidione, ſubque ſtrepitu Bumbardarum Anneliis hanc Collationem componens, monitus fui ab egregio doctóque iuuene, hoſpitis meæ filio, *Nardo mystica* potabilem eſſe, & ita interpretabatur tanquam ex nouo ſuo inuento verbum *mystice*, citans Hotatium & quoſdam Græcos, qui mihi fidem non fecerunt. Non ſunt etiam hæc aromatica conuenientia, nec ſalubria potui, niſi forte quandoque in medicina. Conſului Medicos Dioſcoridum lib. 1. cap. 71. Panl. Æginetam lib. 7. qui non meminerunt de potabili, nec vllus alius bonus auctor: tamen biennio poſt inueni Bezam, I.12.3. & R 14.3. eouam hanc opinionem ferè amplecti, & vbique vetrere, Nardi liquidæ, quaſi potabilis: quod eſt contra text. Euangelij, vbi legitur, *mystice*, quod ſignificat ſpicatæ: ideo placet opinio veterum verúſque verſio. Adde Plin. lib. 12. ca. 55. Polyb. loquens de luxu Antiochi Epiphanis, qui ſolebat præcipuos amicos occurrentes conſperſione odorum conſternatos & ferè exanimes reddere, inter multa pretioſa vnguenta ponit Natdinum. Beda hîc in homilia, ſic ait, Nardus frutex aromatica, grani, craſſa radice, breui, nigra, cuius cacumina in criſtas ſe ſparguni. Pigmentarij Nardi ſpicaa & ſolia celebrant. R. nardi ſpicati: quia non ſolùm de radice nardi, ſed etiam ſpicarum & aliorum adiectione fit vnguentum de nardo, in vnguentis ptincipale. Reliqua apud Plin. lib. 12.

In ſeptuageſimamquintam partem.

I. 12.

14. *Aſellum*) Non ſedit Ieſus ſupet Aſinam, ſed tantùm ſupet Aſellum, vt teſtantur Prophetæ & trea Euangeliſtæ R. L. I. At M. circa hoc indiſcriminatim loquitur: & ſic ſecundum alios debet intelligi: ita etiam tenet hîc Do. Mattin. Bucetus,

M. 21.

9. *Hoſanna filio*) Etiam docti non parum errarunt facientes verba, filio Dauid, regi à verbo, Hoſanna, quaſi turba orater pro Chriſto, & eius ſalute & ptogreſſu. Et vſque adeo ſerpſit error vt in Pſalm. 118. quem etiam ira Gallicè verterunt, vt oratio fiat ad Deum pro ipſo Chriſto: quod eſt valde abſurdum, & in opinionem Rabbinorum Iudaicorum, quam Arrius exagitauit, tecidit: quòd Chriſtus non ſit Deus, nec coæternus, nec coæqualis patri. Et tamen ira diſertè poſt alios ſenſit. Martin. Bucer. hîc Ioannes Hentenius reprehendens auctorem ſuum Zigabonum, tanquam ignarum Hebraiſmi, & ait ſenſum eſſe, ſaluum fac obſecro filium Dauid. Alij ita ſermonem temperant, vt neſciarut an velint otari pro Chriſto, an verò pro regno Chriſti, quod eſt Eccleſia. Atqui Chriſtus iam declaratus erat filius Dei & ſaluator mundi. I.4.43 & 11. & quod ipſe erat reſurrectio & vita: recens erat miraculum, recens erat profeſſio illius fidei & miraculi, cuius præcipuè contemplatione turba obuiam ei venit. I. 12. 17. 18. Puto ergo ſenſum eſſe, quod turba hæc, præſertim à Spiritu ſancto inſpirata, non otabat pro Chriſto vt ſaluaretur à Deo patre, ſed ipſum Chriſtum otabat, vt ipſe tanquam ſaluator ſaluatet eos. Dicebant ergo filio Dauid, Hoſanna, id eſt, agnoſcebant hunc filium Dauid, verumetiam verum ſaluatorem, cùmque otabant vt ipſos ſaluaret. Hic mihi videtur genuinus ſenſus: cuius etiam me monuit vir pius & doctus Do. Ludouicus Querculus Hebtaicarum literarum Profeſſor, & in ſuptemo Senatu Aduocatus, collegiique Turonenſis præfectus.

In ſeptuageſimamſeptimam partem.

I. 12.

20. *Græci*) Hos Græcos contendit Caluin eſſe Iudæos ex prouinciis venientes. Vetius mihi videtur fuiſſe Gentiles, qui veniebant ad adorandum in Templo: vt latè teſtatur Ioſephus. Sed melior teſtis L. Actor. 8. Quid? quod ipſe Chriſtus dixit, domus mea domus precationis vocabitur omnibus Gentibus. R. 11. 17. Ergo etiam Gentes vocabantur ad ibi precandum. Huc etiam conuenit phraſis verborum Ioanois Euangeliſtæ: ita etiam ſentit Martinus Bucerus Ioan. 12. ſectione 3.

In octogeſimamprimam partem.

HÆc exempla Mar. 11. R. 11. 23. Parabolæ ſunt denotantes certitudinem fidei, id eſt, verbi ſeu promiſſi diuini: non autem quod quis in phantaſia ſua cogitaueiit, vel ſibi perſuaſerit, vt ſtulti Monachi & Anachoretæ in vita Patrum. Verbum Dei dicit, ego te reſuſcitabo: contra Diabolus, putorem marcidi corporis oſtendit, cui reſpondeodum eſt, etiam ſi maior appareret corruptio, tamen verbum Dei verum futurum. Fides enim ex verbo Dei eſt: nihil enim eſt fidei, niſi quod ex verbo Dei proficiſcitur: quod tam certum eſt & ineffabile, vt etiam ſi illapſus corruat orbis, fiat tamen. Cœlum & terra tranſibunt, ſed non verbum Dei. Hac de re latius alibi dixi: aliquid de hoc tangit Hentic. Bullingerus commentarior. in M. lib. 7. cap. 7.

In octogeſimamſeptimam partem.

R. 11.

34. *Non es longè*) Quum enim ptobè teneter ſumma capita Legis, tantum ei ſupeterat cognoſcere Chriſtum, & eius beneficium.

In nonageſimamprimam partem.

M. 23.

23. *Fidem*) Hîc fides non accipitur proſpe & fiducia in Deum, per meritum Chriſti: ſed pro obſetuantia conuentorum, & fidelitate mutua; quæ eſt pars potiſſima legis.

In nonageſimamquintam partem.

NOtandum triplicem fuiſſe Cœnam: Primam myſticam Moſaïcam, quæ quotannis per familias fiebat decimaquarta Luna primi menſis inter

duas veſperas, id eſt, ſole occidente, & antequam priusoccidiſſet. Exod. 12. Hanc fecit Chriſtus vnà cum hoſpite ſuo & eius familia, quia vnicum tantùm Paſcha fieri oportebat in vna domo vel familia. Ideo hæc noo erat ad ſaturandum: ſed tantùm cęremoniæ cauſa, a ſtantibus præcinctis, &c. Quo facto, hoſpes Ieſu cum ſuis diſceſſit ad cœnam ſuam ordinariam, veſcendi cauſa. Chriſtus autem in eodem cœnaculo remanſit, vbi Petrus & Ioannes neceſſaria parauerant. Hac cœna peracta, quæ ſumebatur non à ſtantibus, ſed à ſedentibus & diſcumbentibus, ſurrexit Chriſtus, & poſitis veſtibus, lauit pedes diſcipulorum ſuorum, ad finem eiuſdem cœnæ, ſacroſanctam Cœnam corporis & ſanguinis ſui inſtituit: vt alibi pleuius dixi.

M. 26. 26 R. 14. 22. *Hoc eſt corpus meum.*) Anno 1553. & 1554. Tubingæ, cum principalibus Miniſtris & Stukardiæ, coram ipſo Ioanne Brentio, hoc vltis iniuriis pacificè, cum omni honeſtatis decoro diſſerui & docui, hæc verba, *Hoc eſt corpus meum*, ooo eſſe oiordicus & per ſe, Iudaico more, accipienda: ſed iunctis aliis verbis totius Euangelij, quod vnicum eſt, quamuis à quatuor ſcriptum, præſertim verbis M. 26. 27. 28. de poculo & ſanguine: vocat enim ſanguinem ſuum, qui eſt noui Teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum, non ergo apud M. dicitur, *Hic eſt ſanguis meus*, ſimpliciter per ſe abſolutè: ſed ſub expreſſa contemplatione noui Teſtamenti, & ſub expreſſa relatione ad effuſionem pro peccatis. Ergo etiam per euodem M. prima pars Sacramenti, *Hoc eſt corpus meum*, debet intelligi ſub eadem ratione noui Teſtamenti, & ſub eadem ratione corporis mactandi pro peccatis. Et expreſſius L. 22. 19. non dicit ſimpliciter, & per ſe, *Hoc eſt corpus meum*, ſed addito, *quod pro vobis datur*; & ſic ſub contemplatiooe immolationis pro peccatis tunc mox futuræ, & ſemel tantùm factæ. Quod clarius apparet ex verſ. 20. ſeq. ibi, *Hoc poculum eſt nouum Teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis effunditur*: id eſt, mox, ſemel effundendus eſt. Ett enim ibi præſens, pro mox futuro. Iam ex his ſatis liquet eoiuis a ſophiſtica & ſuperſtitione monachali libero, quod ea vetha controuerſa Sacramenti non referuntur ad realem præſentiam ipſius corporis, ſicut nec ad realem præſentiam ſanguinis, ſeu potius cruoris extra corpus effuſi: ſed referuntur ad veritatem mactationis realis corporis Chriſti, & effuſionis ſanguinis eius ſemel factæ, cuius virtus & effectus à fidelibus in hoc Sacramento verè recipitur. Hoc etiam probat Ioannes Euangeliſta, cap. 6. vbi retigimus ſuprà par. 51. Et exponit Paulus fidelis interptes, 1. Corinth. 10. dicens: *Poculum benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Panis quem frangimus, nónne communicatio corporis Chriſti eſt?* Id eſt, ſacrificij vnici expiatorij ſemel in cruce facti: alioquin, communio corporis vel præſentiæ corporalis humanitatis Chriſti per ſe, quid prodeſt? Certè ipſe Chriſtus ait de carne ſua, quod non prodeſt quicquam, I. 6. ſed immolata multùm prodeſt, I. 12. Et Paulus ait, quod ſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, iam amplius non cognoſcimus: id eſt, ea promiſſio non prodeſt quiequam. Ergo nec præſentia corporalis per ſe: ipſe Chriſtus ait, quod non prodeſt quicqoam, ſed totum refertur ad veram immolationem corporis & ſanguinis ſui, quæ eſt palma & perfectio, Heb. 10. 14. Cùm ergò ſemel tantùm facta fuerit ea vltima, nec tepetatur, Chriſtus amplius non patitur: ſanguis eius non amplius extra corpus effunditur. Ergo in Sacramento iſto non eſt verum dicere, præſentem eſſe debere tealem ſanguinem Chriſti, ſeu potius cruorem extra corpus effuſum, ſed illius ſacrificij ſemel facti, virtutem & efficaciam, quam in hoc Sacramento recipimus. Quorſum ergo ſuperſtitio labris corporeis tangendi & recipiendi verum cruorem Chriſti extra corpus effuſum? Iam enim non amplius effunditur, ſemel tantùm effuſum eſt. Quæ ergo inſania négare hoc Sacramentum eſſe Sacramentum abſque tcali præſentia cruoris Chriſti, & abſque eiuſdem cruoris contactu, imò potu & hauſtu? Qui dm ſub erroribus Papatus ſactificulos & monachos magna deuotione egetunt & miſſia tuot, vix voquam poſſunt eam ſuperſtitionem deponere: vt exemplum dedit, imò ingenuè faſſus eſt Martinus Lutherus, dicens ſe tam diu cucullis bona fide ſeruiuiſſe, vt vix etiam viginti annos profeſſus Euangelium, poſſet imbibitos errores planè excutere: landans fœlicitatem iuuenum, qui nunquam eo impio eapiſtro alligati foerunt, & ſuper Magnificat expreſſè cooteodit, nolle ſibi, nec dictis, nec ſcriptis ſuis, & eooſequeoter nec clamoribus, & deteſtationibus, & exectationibus ſuis vllam fidem adhiberi, niſi vt minimo de Eccleſia, & inquantum expreſſo Dei verbo probantur. Dolendum eſt taio multos eſſe præpoſteros imitatotes Lutheri, vt potius reliquias ſuperſtitionis eius veteris amplectantur, quàm lucem & profeſſionem verbi Dei in dicto Cantico Magnificat, & multis aliis locis. Quorſum igitur de neceſſitate huius Sactamenti, exigere realem præſeotiam ipſius corporis Chriſti, imo eius realem eontactum & deglutionem. Certè iſtud non eſt de tatione, ſed contra rationem Sacramenti. Totum autem refector ad victimam illam ſemel tantum factam. Quum ergo non repetatur, quorſum præſentiam corporis realem tepeti? Non enim prodeſt quicquam per ſe, ſed propter immolationem ſemel conſummatam. Verè tamen in hoc Sacramento edimus verum corpus Chriſti, ſed non ſub ratiooe ſimplicis catoalis præſentiæ, imo ſub tatione illius immolationis ſemel tantum factæ: & verè bibimos ſanguinem Chriſti non ſub ratione præſentiæ carnalis per ſe, nec ſob ratione eruotis: ſed ſub ratione dlius victimæ, ſemel realiter & verè eonſummatæ. Nooeſt à Deo alius cibus, nec alius potus viuificus hominibus otdinatus, quam eato & ſanguis Chriſti: ſed intelligiur noo per ſe, nec per realem præſentiam aut permaoentiam, ſiue in Sacramento, ſiue alicubi, ſiue vbique, ſed per illam immolationem ſemel tantum factam & conſummatam: vt latè explicat I. cap. 6. vbi tetigimus ſup. part. 51. Paul. 1. Cor. 10. totum refert ad communiooem, ſcilicet virtutis illius ſacrificij. Cætetùm de noua præſentia carnali oihil ait, ſed potios eam excludit, excludendo nooato paſſionem, nouam mortem, nouam effuſionem ſanguinis Chriſti. Chriſtus non dixit, Accipite, maodueate corpus meum: ſed panem. Noo dixit, Bibite ſanguinem meum: ſed vinum, ſeu poculum, id eſt, vioum in eo contentum γενημα. Non dixit, Hoc eſt corpus meum tam latum & longum & profundum, vt corpus naiorale: ſed tantum dixit: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Et ſic hîc & I 6. toram mentionem carnis corporis & ſanguinis, refert ad dationem & immolationem ſemel faciendam & conſummatam in cruee, quæ nonquam poſtea repetitur: & ſic ad manducationem ſpiritualem io ea fide, & ad ſpecialem memoriam & profeſſionem huius fidei in ſacramento hîc inſtituto. Multos ex audiroribus meis, quinetiam quoſdam ex miniſtris mecum attraxi: iantom enim eooiendebam propter hanc corporalem præſentiam, ſiue præſentiæ realis, ſiue vbiquitatis, non eſſe Eccleſias, Euangelium Ieſu Chriſti & beneficium eius paſſionis amplexas, ſcindendas & diuidendas. Ita etiam eontentione feruente ferebam ad alias Acadæmias, & ad Principes Germaniæ proteſtantes, quorum aliqui ſcripſerunt mihi me verum dicere. Nooiſſimè vnus tanquam pro ttiarus obiecit

mihi dictum illud Pauli Ephe. 4. vt impleret omnia: cui respondi contra ipsum militare: non enim ibi agitur quod humanitas Christi, cœlum ascendens debeat implere omnia corpotaliter, sicut vinum implet vtrem vel dolium: sed quod per eius ascensionem in cœlos omnia impleta & verificata erant, quæ de eu fuerant scripta. Quædam alia non adeo necessaria prætereo: disputationum omnium illarum meatum exemplar ex eo tempore habuit Hentic. Bullinger. Cæterùm cùm etiam propter alias causas discedendum mihi fuit, adiui præcipuos ministros Ecclesiæ Tubingensis, qui sponte & ἀκροθιγῶς dextras societatis obtulerunt, dicentes, Quando Doctor CAROLVS MOLINÆVS orabit, orabit pro Ecclesia Tubingensi: & quando Ecclesia Tubingensis orabit pro Doctore CAROLO MOLINÆO: quod eum magna gratitudine accepi, & semper pro ea Ecclesia orauí.

A

B

L. 22.

19. *In mei recordationem.*) Paulus, 1. Corinth. 11. 25. 25. addit expressius statutum Christi, vt quotiescunque faciant, in memoriam eius faciant, id est, in memoriam mortis eius, id est, sacrificij illius propitiatorij vnici: addens quotiescunque edant ex hoc pane, & bibant ex hoc calice, mortem Domini annunciabunt, donec veniat, id est, vsque ad diem iudicij. Et sic Paulus iterum omnia refert ad participationem singularis illius & vnici sacrificij Christi. Et hîc Do. Hentic. Bulling. in homilia de Cœna Domini, impressa Tiguri anno 1564. ait, quod per hæc verba Pauli, Quotiescunque secetitis, ostenditur Ecclesiam non esse subiectam, nec certo loco, nec certo numero.

C

In nonagesimam sextam partem.

I. 14.

6. 13.) HÆc verba necessariò concludunt diuinitatem Iesu Christi, eúmque esse coæternum & consubstantialem Patri.

30. *Princeps.*) Homo etearus erat ptincepa huius mundi: Genes 1. 28. ibi, Replete terram, & subiicite, &c. Sed pet peccatum amisit principatum, occuparum à Satana frandulento & tyrannico victore. Qui enim hostem superat, accipit in suam potestatem omnia quæ hostis superati erant.

Quicquam.) Omnis homo mendax, vno Christo excepto, qui Diabolum vicit, fuísque meruit ventam & vitam æternam.

31. *Deligo.*) Id est, Vado ad mnttem crucis, sed ex obedieuria & charitate.

I. 15.

5. *Nihil.*) Scilicet, boni operis salutaris, Deo grati: non enim loquitur de peccatis, quæ sine ipso fiunt: sed nec loquitur de honestis operibus humanis, quanquam & hæc nec à piis, nec ab impiis, fieri possint sine generali omnipotentia Christi: de qua hîc non loquitur, sicut nec de honestis operibus Ethnicorum, qui carent Christo: latè Brentius, hîc, Homil. 33.

7. *Fiet vobis.*) Scilicet, in me manendo, & verba mea retinendo. Ad hos hæc promissio pertinet, qui petunt iuxta Dei voluntatem: non autem ad alios, nec ad alia.

23. *Patrem meum odit.*) Etiam si non noscat, etiam si putet se obsequium præstare Deo. I. 16. 2. Et sic ob id non habent excusationem post prædicatum Euangelium: etiam si non intelligant.

26. *Paracletus.*) ἀπὸ τῦ παρακαλῶ, παρακλήτωρ, significat enim magis aduocatum, patronum, auctorem causæ, quàm simplicem consolatorem. Græcè enim dicunt παρακλητὴν, consolator, παράκλησις, consolatorius.

I. 17.

19. *Sanctifico meipsum.*) Id est, segrego in hunc diuinum vsum, vt fiam sactificium pro peccatis eorum, tam Apostolorum, quàm totius Ecclesiæ.

Veritatem.) Id est, veram remissionem peccatorum & iustitiam recipiunt, quotquot credunt Euangelio meo.

20. *Sermonem meum.*) Non dicit consiliorum aut pattum: ergo nihil addendum verbis eorum, à Christo delectorum.

In nonagesimam octauam partem.

HIc incipit vera passio Christi ab eius tristitia & angore morifero, & sudore sanguineo, exciter octodecim horas durauit: quam in quatuordecim partes diuisa consultò, vt fideles videant & speculentur magnum omnis & pondus passionis & mortis Christi, à qua omnis eorum salus pender.

L. 22.

44. *Grumi.*) Doctissimus Philippus Melanthon in locis communibus, cap. de filio, sentit hunc sudorem fuisse similem guttis spissi & coneteti sanguinis: quod vox Græca, θρόμβοι, indicat. Quod si tantus dolor fuit in apptehensione, quantus fuit in ipso sensu, & in ipsa tortura crucis, vsque ad vltimam guttam vitium eius, cùm dixit consummatum est.

In nonagesimam nonam partem.

M. 26.

50. *Odalis.*) Non absque graui causa in hoc verbo mutaui vulgatã & omnium versionem: ἑταῖρε, quò vtitur M. non amicum, sed sodalem significat. Et si aliquantulum significat amicum, non significat amicum simpliciter, sed amicum sodalitatis, seu sodalitij: quemadmodum quandoque totum, sed non simpliciter, sed sodalitium seu societas sodalitatis: & in summa sodalem. Vetus interpres, quem cæteri sequuti sunt, non minus vertere putetat socie, quàm amice: sed vtrumque imperfectè, nec satis appositè, & κατὰ τὸ ῥῆμα, & κατὰ τὴν διάνοιαν, nisi adiecta qualitate sodalitatis: puta vertendo, socie sodalis, vel amice sodalis, breui periphrasi, supernacuatamen: quia sufficit vnica vox, sodalis, quæ & secundum τὸ ῥῆμα, & secundum διάνοιαν, idem plenè & propriè significat, quod dicto, ἑταῖρε, qua vsus est. M. Quod etiam probat series integra historiæ, & verborum quatuor Euangelistarum. Pater. M. 26. 47. ibi, Iudas vnus ex Duodecim. Idem R. 14. 43. L. 22. 47. I. 13. 18. 28. Vbi paret Iudam fuisse tum etiam eadem nocte, de sodalitio Christi, & de collegio duodecim Apostolorum verùm sodalem & conuiuam: quãuis non esset amicus. Potest enim esse sodalis, qui non est amicus: sicut & in lingua Græca ἑταῖρος, qui non est φίλος. Constat ergo Iudam verum sodalem & conuinam fuisse, non tamen amicum: reliqui verò Apostoli erant tunc non solùm sodales, vt Iudas, sed etiam amici, vt paret sup. parte 96. Iudas autem desierat amicus esse, saltem postquam quibuscunque officiis & admonitionibus Christi, ab inimicitia conuerti noluit: sed obstinatus ad illam exequendam abiit. I. 13. 27. 30. Et postquam eum sic digressum Iesus declarauit eum esse filium perditionis I. 17. 12. Et ut-

D

E

hilominus adhuc erat vnus de ſodalitio duodecim M.26.46.R.14.43.L.22.47. Neceſſe ergo habui vertere ſodalis tum ex probitate verbi, tum ex mente & veritate hiſtoriæ: nec potui ponere nec relinquere amice, niſi contra propriam ſignificationem verbi Euangeliſtæ, & contra veritatem & mentem hiſtoriæ. Primus omnium Guliel. Budæus noſter hoc ſcitè detexit in 2. annot. in π. in L. vlt. de colleg. illicit. & corpor. lib. 46. π. Tum Chriſtus ſcitiò loquitur & tam ſua propria ſignificatio conuenit, quàm impropria illa è vulgari more ſumpta diſconuenit. Non enim Iudas erat amicus: ſed hoſtis. Et inſuper reiectus à Deo, & ab ipſo mediatore Chriſto, perditus & reprobatus declaratur, vt iam amplius conuerti non poſſet, quandocunque pœnitens rediſſet ad Chriſtum, ad quem deſietat vocari à Deo. Ideo vt potui alibi ſequi communem: noo potui hîc. Ita etiam vertendum & emendandum cenſuit Budæus, Græcæ, Latinæque linguarum ſcientiſſimus. Nec obſtat quod ſuper. M. 20. 13. vulgatam ſequutus ſum in eodem verbo Græco, ἑταῖρε, quia ibi illic neque ioimicus erat neque ſodalis, ſed potius vulgaris amicus: & ſic iuſtè retinui vulgatem modum loquendi. Nec etiam obſtat quod ſuprà M. 22. 12. in eadem dictione Græca ſequutus ſum communem: quia illc etiam ſi temerè ſine veſte nuptiali nuptias ingreſſus, nondum tamen erat admiſſus, nec comitua, nec ſodalis: ſed ſtatim turpiter iectus. Tamen aliud noo impedit imptopriam verbi Græci ſignificationem ibi retineri: quia etiam quos contemptim alloquimur amicos vocamus: ſed non fuit tam iuſta cauſa hanc imptoprietatem retinendi hîc. Minus obſtat quod communem ſequutus ſum L. 14. 10. erat enim neceſſe, quia ibi eſt verbũ Græcum φίλε nec potuit aliter verti, quàm amice, & κατὰ τὸ ῥῆτον, & κατὰ τὸν διαλεκτον.

A vniuerſo conſilio Iudæorum, qui vnanimiter duxerunt illum ad Pilatum eacquendum.

L. 22.

51. *Sanauit.*) Hîc appatet Sophiſtas grauiter erraſſe, ſcribentes Chriſtum nunquam dediſſe ſaoitatem corporalem ſine ſpirituali.

52. *Magiſtratus.*) Iſti Magiſtratus templi non ſpectabant ad curam Scribatum & Phariſæorum, vt infrà Act. 4. 1. & apud Ioſephum. Ideo Chriſtus captus fuit ſola auctoritate tyrannica Pontificum & Seniotum Iudæotum, & ab illis prius bis damnatus, quàm ducetetur ad Pilatum exequendus.

M. 26.

Reus eſt mortis) Apparet Ieſum profunda nocte fuiſſe morte condemnatum in domo & conſilio Caiphæ. M. 26 66. quò Annas ſtatim cum miſerat vinctum. I. 18. 14.

67. *Colaphos.*), Beza hîc, & R. 14. 65. vertit, *bacillis eum cæciderunt*: quia putat eos miniſtros fuiſſe apparitores præſidis Pilati, qui gerunt bacillos ſeu ſciplones: & erat Homerum in locis valde remotis. Sed errat in hiſtoria, quia Chriſtus non fuit comprehenſus à miniſtris Pilati: alioquin ſtatim ad eum ductus fuiſſet: ſed fuit comprehenſus à miniſtris Pontificum & Seniorum tantùm: vt etiam palàm teſtabantur Pilatus, dicens, Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi, quid feciſti? I. 18. 33. Retinenda ergo fuit communis verſio.

In centeſimam partem.

L. 22.

71. Q*uid adhuc.*) Hæc eſt ſecunda condemnatio Chriſti, facta ſummo diluculo in

In centeſimam quintam partem.

M. 27.

26. C*rucifigeretur.*) Ptima condemnatio facta per Pilatum, qui poſtea illam reuocare voluit.

In centeſimam ſeptimam partem.

I. 19.

16. C*rucifigeretur.*) Hîc Pilatus diu luctatus ad liberandum Ieſum, ſpioatum, conſpotum, illuſum, tandem magis ſolenniter cum condemnat circa hotam ſextam, veſtibus ſuis teinduium, eruce ſua onetatum: tandem facioorotoſorum facinotoſiſſimus.

In centeſimam decimam quartam partem.

M. 27.

62. P*oſtero die.*) Pontifices illi non curabant religionem Sabbathi, etiam ſi eſſet maximum Sabbaibum: ſed quemadmodum in paraſceue præcedenti ſetò ſtuſtrati fuerant ſua intemione, qua cupiebant membra Chriſti permiſceri com membris latronum: ſed Deus aliter prouidit: Pilatus nolutt eis dare cuſtodes de ſuis, permiſit vt ipſi apponerent ſuo arbitrio: ſed ipſi primi teſtes fuerunt ſuæ teſurrectionis, pecunia tamen ab illis cottupti.

In centeſimam decimam quintam partem.

M. 28.

de iure cluili, vt in duobus primis, ſine de iure prætorio, vt in vltimo titul. Nec etiam agit fideicommiſſaria hæreditatis petitione, quæ datur pro ſucceſſione vniuerſali obliqua, ſeu pro fideicommiſſo vniuerſali. vt ff. de fideicom. hæredit. pent. Nec illis agere poſſet etiam ſi rei non poſſiderent, niſi pro hæredibus vel pro poſſeſſoribus, quia non eſt vocatus ad hæreditatem, nec a quorum hæreditatis vniuerſalis, nec directo nec per obliquum, ſed ad res certas ſpecialiter in certis corporibus deſignatas ipſo teſte teſtamento: ita quod non poteſt agere niſi particulari rei vēdicatione, vel actione ex teſtamēto ceſſis, prout rectè agit, vel executione iudicati, vt infrà dicam. 10 ¶ Plus dico etiam ſtante communi errore, de quo ſuprà. num. 5. Id quod aliqui dicunt ius fideicōmiſſi vniuerſalis cedi non poſſe, intelligitur reſpectu primi fideicommiſſarij vniuerſalis duntaxat, cui debet fieri reſtitutio ab ipſo directo vniuerſali hærede, qui ſolus habet ius detrahendę quartæ: non autem reſpectu ſecūdi fideicōmiſſarij etiam vniuerſalis, qui nullum habet ius detrahendæ, quartæ etiā ſi primus fideicommiſſarius, & multò minus vlterior. l. *ſi patronus* 6 *qui fideicommiſſariam* l. *facta* §. *qui ſuſpecta.* ff. *ad Trebellian.* Et eſt textus apertus in l vltim § *ſin autem.* in ptincip. ibi, legatum, vel fideicommiſſum vniuerſitaris vel ſpeciale, vel ſubſtitutione, vel reſtitutione, & in fin. d §, ib. ſed in his omnibus caſibus legatario quidem, vel fideicōmiſſario omnis licentia pateat idem vendicare & ſibi aſſignare nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo. 11 ¶ Ergo etiam fideicommiſſarius vniuerſalis, ſaltē ſecundus vel vlterior nulla reſtitutione hæredis, vel præcedentis fideicommiſſarij indiget, maximè quando non agit aut conuenitur perſonaliter, ſed recta vendicat prædia & res corporales vel reditus, qui etiam vicem immobilium habent. & poſſeſſores extranei non poſſunt allegare reſtitutionē verbalem à priori fideicōmiſſario vel hęrede (enim ius iam expirauit & in actorem trāſiit) non eſſe factam, & adhuc textus eſt expreſſior in l. penult. in fin. C. *ad SC. Trebellian.* vbi ipſo iure ſine vlla reſtitutione, & tranſmittuntur & tranſeunt & cum effectu competunt ſecundo fideicommiſſario omnia iura & actiones vtiles. Nos autem non ſumus in primo, ſed in decimo, quinimò in vltetiori fideicommiſſario, imò in meto legatario ſeu fideicommiſſario certarum rerum, quod idem eſt: cuius ſpem nemo dubitat cedi poſſe, nedum donari vel remitti. l. *ſpem. C. de donationibus* l. vlt. C. *de hæred. vel act. vendita.* 12 ¶ Tum quod dicitur in l. *ſi mulier* §. *ex aſſe.* ff *de iure dotium.* teſtitutionem fideicōmiſſi vniuerſalis delegari non poſſe, qui ſolus §. pro hac ſententia allegari poteſt, manifeſtum eſt quòd duntaxat loquitur ad ſatisfaciendum formulæ & ſubſtitati S. C. Trebelliani, & quantum ad actiones directas hæreditarias & perſonales actiuè & paſſiuè in fideicōmiſſariū vniuerſalem transferendas poteſtate legis vel S.C. Et quia neceſſe erat hæredem ſcribtum primùm, hoc eſt aute omnia, adire hæreditatem: & ſi adire nollet, ad hoc cogi, aliàs omnia corruebant. l. *cùm proponas. C. de hæredibus inſtituendis.* & toto teſtamento ad irritum redacto, res ad caſum intestati recedebat: quę ſcrupulositas & formula ipſo rerum vſu tandē receſſit ab aula. 13 ¶ Præterea etiam per eundem § *ex aſſe.* clarè probatur validam & efficacem (quantum ad effectum) eſſe ceſſionē etiam fideicommiſſi vniuerſalis doctatis totius hæreditatis per primum vniuerſalem fideicommiſſarium factam: & quòd fideicommiſſarius qui ſemel ceſſit, non poteſt pœnitere, ſed tenetur iurare vt ſibi formaliter reſtituatur ab hęrede vt ſatisfiat formulæ Trebelliani: deinde ceſſionarij mittat in poſſeſſionem, non in vim nouæ, ſed in vim antiquæ ceſſionis, quæ inquantum opus eſt per reſtitutionem ſequentē confirmatur tex. io l. *filium.* in fin. in l. *ſeruo.* in fin. ff. *ad Trebel* 14 ¶ Quinimo in d. §. *ex aſſe.* probatur quòd ceſſionarius ipſe poteſt, quia ſua intereſt contra hęredem agere vt cōpellatur adire, ſi non adiuit: deinde reſtituere ſuo cedenti, vt deinceps ſine vlla ſcrupulositate ſua ceſſione frui poſſit. Nō eſt igitur verum quod quidam putant, ceſſionē fideicommiſſi vniuerſalis etiam primi fideicōmiſſarij, cuiā ante omnem reſtitutionem nullam eſſe. Et adhuc non ſumus in iſtis, ſed prorſus in diuerſis terminis, vt ſatis dictum eſt. 15 ¶ Ad 4. q. An deficiente linea maſculina dicti Ioannis (prout defecit) res de quibus agitur peruenerint ad Ferricum de Cuſance vel eius liberos: Id eſt, an caſus ſubſtitutionis dictorum de Cuſanee extiterit, & ſic ceſſio eorum antiqua vel noua locū habere poſſit? Hac in re multū variatum eſt ſententiis. Doctores enim Italici ctebtius cenſuerunt hanc ſubſtitutionē exrinctam, ex eo quòd Ferdinandus nō deceſſit ſine liberis, vtpote quatuor filiabus relictis. Doctores autē Germanici & omnes Conſiliatij Principis, quidā etiā Galli Diuionenſes tenuerūt, locū fuiſſe ſubſtitutioni per obitū Ferdinādi & Ioānis fratris eius ſine maſculis: & ſic deficiēte linea maſculina fratris teſtatoris contendebant illi, primam quidē hortū de Cuſance ceſſionē penitus inutilem fore, vtpote ante tempus factam, per d. §. *ex aſſe.* Nouam autem ceſſionem factam poſt obitum dicti Ferdinandi & fratris ſui ſine maſculis, validam eſſe, ſaluo ſcrupulo teſtitutionis fideicommiſſi nondum eis factæ. 16 ¶ Contendebant etiā ptęfatum Principem ſuo nomine & ex capite ptoptio ad dictas dtiones venire & vocarum eſſe, quaſi dictis de Cuſance immediatis præcedentibus ſubſtitutis tepudiantibus vel abſtinentibus, & ſic gradu illo de medio ſublato, locum eſſe ſequenti: quia præfatus Ptinceps, tanquam deſcēdens è linea recta dictæ Henrietæ proauiæ ſuę & comes Mōtisbelgardi, immediatè vocatus & ſubſtitutus eſt poſt dictos de Cuſance. Igitur per tegulam l. *unica. pro fecūdo. C. de caducis tollen* & per Batt. in l. *quandiu. 3 de acquir. vel omitt. hared.* Et pro hac ſentētia (quæ certè mentti teſtatotis conformior eſt) videlicet locum fuiſſe ſubſtitutioni dictorū de Cuſance deficiente linea maſculina fratris teſtatoris. Precibus imò flagrationibus Conſiliatiorum dicti Principis, prolixius quàm pro more mihi ſolito ſequentes ſcripſi rationes. 17 ¶ Et primò quamuis iure cōmuni & tegulatitet appellatione hæredum naturalium & legitimorum ſiue liberorum ſiue deſcendentiū veniant etiam fœminæ. & nati ex eis, l. *ex facto.* in fin. ff. *ad Trebell* ibi, videti enim de libetis. & in l. *liberorum de verborum ſignific.* tamen non ſumus in his terminis: quia teſtator tā in diſpoſitiuis quàm in condtionalibus clauſulis, non eſt vſus verbo hęredū, nec verbo liberorum, aut ſimili: ſed vniformiter hoc ſolo patrio & natiuo vocabulo *hom*, quod in ſua lingua propriā habet emphaſim, vt ſignificet hæredes ſanguinis, nominis & familiæ, per quos ea cōſeruatur, vt etiā tradit Salic. in l. a. *C. de iure Emphyteu.* 18 ¶ Secundò, etiam ſi teſtator vſus eſſet ſimplici verbo filiorum, vel etiā verbo liberorū, quod de ſe fœminas & maſculos æquè cnmprehendit: tamen ex mēte teſtatoris fit reſtrictio ad ſolos maſculos, ſi mens illa ex verbis eiuſdem teſtamenti concipi poſſit, iuxta l. *gallus. ff. quidam reſtē. de liber. & poſth.* At hic non ſolùm ex verbis cōcipitur: ſed ex mēs neceſſatiò demōſtratur. Primò in eo quod teſtator proprias neptes ex ptoptiis filiis maſculis vniuerſaliter inſtitutis excluſit vt fratrē & ſuos ſubſtituetet. Secūdo ex eo quod expreſſit, ſe fratrē alioqui male mentū propter honorē nominis & familiæ Nouicaſtrēſis ſubſtituere. 19 ¶ Tertiò, in eo quod decedenti, vel deficienti fratri quādocunq; ſubſtituit, nō quoſuis deſcēdentes ex eo, ſed maſculos dūtaxat, & adhuc ſequlates ad excluſionē etiā maſculorū deſcēdentū ex maſculis, ſi eſſent eccleſiaſtici inhabiles ad cōſeruandū nomen Nouicaſtri. Iā ergo neceſſario palā eſt teſtatorē noluiſſe fratrē ſubſtituere, niſi ratione conſeruādi nomē familiæ: nec etiam voluiſſe aliquos vocare vel ſubſtituere ex deſcendentibus fratris, niſi ſolos maſculos ex maſculis deſcendentes,

A B C D E Q. 4.

dentes, ebsq; seculares, & sic ratione & contemplatione nominis Nouicastrensis seruandi & coonnuandi. Nihil ergo voluit relinquere filiabus vel neptibus fratris, sed nec masculis descendentibus ex eo per fœminam, vel etiam descendentibus per sexum virilem si essent ecclesiastici, & nnn posset in sua posteritate naturali & legitima cõseruare nomẽ familię 20 ¶ Ergo clarissimè sequitur, imò demonstratur, quòd quando dixit, Et casu quo statet *& sesdits hoirs*, decederent *sans hoirs naturels & legitimes*, quod vniformiter intelligitur de masculis descẽdentibus ex masculis: quia idem verbum *hoirs* in eadem oratione non debet diffortmiter, sed cõformiter intelligi. l. vlt. & ibi Bartol. Bald. Paul. C. *de sententus & interloc. omnium iudicum.* l. *sam hoc iure.* & ibi omnes dd *de vulgari & pupill. substitut.* Iason in l *miles.* § 1. col. 2. *de re iudicata* Sed verbũ *hoirs* primo loco in eadem oratione prolatum de masculis descendentibus ex masculis tantùm intelligitur, ergo idem de eodem verbo in eadem oratiooe mox repetito. 21 ¶ Quartò & in sortioribus terminis, quod etiamsi verbum Masculis etiam in separata præcedenti oratione positum censeatur, nihilomious in sequentibus in eodem testamento repertum tenent Bald. cons. 85. lib. 1. consi. 304 in fi li. 2. Paul. cons. 190 consil. 198. num. 3. lib. 2. Alex. cõsi. 52. lib. 4. Matth Matesil. sing. 130. Philip. Corn consi. 146 litera g lib. 2. & consi 202 in fin. lib. 3 consi. 126 lib. 4. Guid. Pap. decis. Delph 485. Philip. Decius cons. 15 consil. 445. nu. 12. consi. 477. consi. 480. consil. 4 15 col. 2. consi. 514. cum consilio sequẽti. consi. 541. consil. 547 cum consil. sequenti. Iason in l. *gallus. § nunc de lege Velleia* nu 18. *de libe. & posth.* in l. *centurio.* col. 14. *de vul & pupill.* & consil. 140. colu. 7. cũ consilio sequenti lib 1. & consil. 67. in fin. consi. 157. lib. 3. Franc Curt. Senior consil. 40 consil 44. col 1 cũ sequenti cons. 51. nu. 12. num. 15. cum sequenti. & cõsi. 63. num. 8. cũ sequenti. & con. 75. col. 7. Anto. Rubeus cõsi 120. Aymn Craueta consil. 98. nu. 8. cum sequẽn. & consi. 144. in fin. Ex quibus patet hanc esse communem sententiã in fortioribus terminis: sequitur enim multò magis idem esse in vna & eadem oratione, vt hic. 22 ¶ Præterea & quintò, cõcurrẽtibus insuper alijs rationibus, quoniam primò in prioribus substitutionibus quæ semper fuot de masculis, filias proprias & neptes in linea directa, & nepotes naturales & legitimos & ex eis descendentes fauore nominis familiæ consetuandi excluit: ergo multò magis excludit neptes ex fratre. 23 ¶ Rursus & sextò etiam in eadem oratione de qua agitur adhuc fecit mentionem prædictorum liberorum suorum fœminei sexus, vel etiam masculini ex fœminis descendentium, & non obstante quod tempore lineæ masculinæ fratris deficientis superstant adhoc, rursus eos expressim excludit ab omni gradu substitutionis, etiam collateralis, & dictum dominum de Cusance substituit Si igitur illum nominatim propriæ soboli naturali & legitimæ, sed fœmineæ vel ex fœminis descendenti etiam superstio prætulit: igitur multò magis prætulit stirpi fœmineæ fratris sui. l. *si vnica, C. de bonis mater.* l. *Publius.* §. *Titia. de cond. & demonst.* Cùm ergo sensus testatoris hac in te ex verbis etiam in eadem oratione, imò etiam in eodẽ membro seu commate expressis colligatur, nulla alia interpretatio admittenda est. l. 3. *C. de lib. prater. & exhared.* 24 ¶ Non obstat quòd verba substitutionis, si contingat fratrẽ meum eiusq; supradictos hæredes decedere absq; hæredibus naturalibus & legitimis, essent superflua & otiosa, imò repugnantia, nisi intelligerentur de hæredibus non masculis, sed fœminis, ex quo ita prouisum erat in infinitum. quoad istos hæredes masculos. Hoc est primum argumentum diuersæ sententiæ, quòd facilè dilui potest: repetitio enim eorundem hæredum, scilicet masculorum, oõ magis est superflua, quam eiusdem fratris repetitio, quæ non potest dici superflua. Verum est quòd breuiore sermone dici potuerat, putà, & in defectum omnium præcedentium: sed nemo tenetur vti compendio, nec semper expedit, siue itinerando, siue loquendo, vel aliud agendo. Aliud sermonem non esse Laconicum, aliud esse superfluum: vt oon superfluit rethoricus, fusior dialectico Laconismo. Porrò minimè superfluum est verba semel posita in dispositione conditionaliter, repetere ad finem sequentis dispositionis l. stipulationes commodissiõs. de verbo. oblig. cuius rei præsertim io materia substitutionum protrita sunt exempla in iure ciuili, in quo tamen nihil dicitur esse superfluum, vt in l. 1. & 2. C. de veter. iur. enucle. in l. vnic. C. de lati. libert. toll. §. 1. Instit. de legit. agnat. succeff. vt omittam Nouellas. imò necesse est in omni sequenti gradu substitutionis priorem gradum conditionaliter expressè vel tacitè repeti. l. 1. de vulgari & pupillari. 25 ¶ Imò fortiùs probatur quòd in illa repetitione siue in hypotherica substitutionis Ferrici, verba sine hæredibus legitimis & naturalibus, non debent intelligi de noua dispositione, sed de existentibus in dispositione præcedenu: non enim stant dispositiuè, sed conditionaliter & relatiuè: & sic hîc concurrit duplex axioma iuris indubitati. Primum, quòd ea quæ stant in conditione, non sunt in dispositione, nec disponunt, nec dispositionem ingrediuntur. text. in l. si quis sub conditione ff si quis omiff. causa testa. in l. 1. 6. item si ad l. Falcid. l. obligationum fetè. §. penult. de actionibus & obligat. Secundum axioma. quòd ea quæ stant relatiuè, nihil noui inducunt, sed intelliguntur secundum omnes qualitates præcedentis dispositionis, prout relatum inest expressè vel tacitè referenti cum omnibus suis conditionibus & modis. l. asse toto. de hæredib. inst. l. si ita scripsero. de cond. & demonst. Quando ergo in illa hypotheuca dicitur, si contingat fratrem eiusq; superstites hæredes decedere absq; hæredibus, &c. non est intelligendum quòd faciat nouam substitutionem vel nouum gradum hæredum fratris: quia ista verba non stant dispositiuè, sed conditionaliter & relatiuè, prout si breuioti compendio dixisset, & in defectum omnũ prædictorum. 26 ¶ Non ergo repugnat intelligere vltima verba dictæ cõditionalis hypotheticæ de liberis eiusdem qualitatis, videlicet masculis descendentibus ex masculis: sed concordat non solùm necessariò cum præcedenti dispositione immediata ad quam refertur. sed etiam cũ vniuerso ductu & phrasi totius testamenti. Constat insuper, quod ita etiam Ferdinandus ipse intellexit, quamuis sua maximè interesset, manus habere liberas, vt patet in quodam contractu, vbi diserte fatetur ꝙ si careret liberis masculis, bona hæc erãt affecta Comiti Montisbelgardensi. 27 ¶ Ad secundum diuersæ partis argumentum, quod tale est, Nec ad rem facit consideratio nominis familiæ: quia videtur motus testator, quia dictus Ferricus substitutus in defectum hæredũ naturalium & legitimorum hæredum masculorum dicti Ioannis de Nouocastro, substitutorum in locum ipsius Ioannis, non est de agnatione. Respondetur, satis esse quòd respectu Ioannis fratris & suorum constat ex ipsis verbis testatoris seriò & grauiter in ipsis verbis dispositionis expressis non solùm habuit rationem conseruationis nominis familiæ, sed etiam propter illam tantùm, & non propter meritum nec amorem personæ substituit non benè meritum, & quòd substitutionem fratris & suorum limitauit in honorẽ nominis de Nouocastro. Hoc ergo maximè facit ad rem, imò totum facit: quia est cardo, basis, fundamentum scopus & causa finalis huius substitutionis fratris & suorum, vt patet etiam ex verbis in eadem substitutione expressis. Causa autem & finis substitutionis Ferrici non est agnatio, nec nomen familiæ, quæ iam defecisse præsupponitur: sed qualitas bene meritæ, & amor personæ in eius substitutione diserus verbis eiusdem testamenó expressa. Vnde non est mirum si deficiente nomine familiæ testator præferat

dilectiſſimum ſibi & benè meritum Ferricum etiam neptibus fratris ſui, cùm illum præferat etiam propriis neptibus filiorum ſuorum, & ſic non gerentibus nomen nec familiam Nouicaſtri. Et quæ quidem fun-
29 datior eſt ſententia. † Contra quam tamen multa adduci poſſunt. Primò, quòd verbum *hoirs* Gallicum, propriè ſignificat non quoſuis hæredes, ſed ſanguinis, videlicet deſcendentes tantùm, ſed non minus fœminas, quàm mares, niſi quando qualitas maſculina additur. Secundò, quòd etiam in eodem teſtamẽto idem verbum *hoirs*, etiam fœminas ſæpè comprehendit, imò ſæpiſſimè, putà nonies. Primò ibi, Hæredes mei inſtà nominati non haberent *hoirs maſles*. Certum eſt enim quòd illud verbum *hoirs* continebat omnes deſcendentes leginmos, ſicut verbum liberi, alioquin non
B fuiſſet additum *maſles*, prout neceſſe fuit ad teſtringendum eo loci ad maſculos tantùm. Secundò ibi, Et caſu quo dicta Ioanna filia mea decederet *ſans hoirs*, Et certum eſt & indubitatum quòd ibi verbum *hoirs*, omnes deſcendentes tam fœminas, quàm maſculos indifferenter comprehendit. Tertiò in ſubſtitutione Catharinæ ibi, Et ſi decedat *ſans hoirs*, &c. Idem dicendum neceſſariò vt ſuprà. Quartò ibi, Volo & ordino quòd dicta Ioãna filia mea, *ou ſes hoirs procreez en loyal mariage*. Quintò ibi, Et dicta Margateta & Catharina, *ou leurs hoirs deſcendãs de leurs corps*. Sextò ibi, Et quas filias meas, *ou leurs hoirs procreez de leurs corps*. Septimò ibi, Excepto loco de Clermont, in quo ſubſtituo cognatũ meũ Ferricum de Cuſance, dominũ de Bellouiſu, *ou ſes hoirs*. Cùm enim non eſſet agnatus ſed cognatus, ver-
C bum *hoirs* ſtat pro omnibus deſcendentibus, vt in filiabus dictum eſt. Octauò ibi, Et caſu quo frater meus vel eius hæredes venient ad ſucceſſionem, *en defaut de meſdits hoirs*, verbum *hoirs* neceſſariò etiam filias teſtatoris comprehendit, & quoſuis legitimè deſcendentes ex illis quos fratri prætulit. Nonò, dum onerat fratrem ſoluere omnia debita, ibi *De meſdits enfans & leurs hoirs*, &c. Ergo pariter in illa clauſula, In caſum quòd dictus frater meus *& ſeſdits hoirs viuent de vie à treſpas ſans hoirs naturels & legitimes*, verbum *hoirs* vltimo loco abſolutè & ſine reſtrictione vel relatione poſitum, ſtat propriè pro legitimis deſcendentibus ſiue maſculis ſiue fœminis, prout eſt de propria ſignificatione vocabuli, & prout teſtator crebrius vſus eſt in toto te-
29 ſtamento: † quamuis verbum *hoirs*, in eadem oratione priore loco non ſimpliciter, ſed cum relatiuo, *ſeſdicts*,
D id eſt, dicti ſeu prædicti, non ſter ſimpliciter, ſed reſtrictiuè pro maſculis tantùm, non vt ſua, ſed vi dicti relatiui quod refert dictos hæredes ſubſtitutos, & non alios, & ſic maſculos tantum: quia in defectum fratris ſubſtituerat maſculos ex eo tantùm, dicendo, *ſes hoirs maſles ſeculiers*, &c. Et generaliter vbicunq; teſtator in eodem teſtamento de hæredibus vel deſcendentibus maſculis tantùm diſpoſuit, hoc expreſſit vel ſpecificè vel relatiuè. Vbi ergo non addidit adiectiuum maſculos, nec relatiuum ad maſculos, reliquit verbum *hoirs* in ſua propria ſignificatione, qua etiam crebriùs vſus eſt tam pro fœminis, quàm pro maſculis: igitur l. *non*
30 *alter. ut princ. de leg. 3.* † Sequitur ergo veriſſimam eſſe
E doctorum Italicorum ſententiam, dictum Ferricum non eſſe vocatum, ſed eius ſubſtitutionem in perpetuum defeciſſe, eo ipſo quòd Ferdinandus non obiit ſine liberis, ſed filias reliquit, quidquid poſtea de illis contigerit, & conſequenter perpetuò defecit ſpes ſubſtitutionum ſequentium l. *filius familias. §. cum quis. de leg. 1. l. cùm vxori vſusfructus. C. quando dies leg. cedat.* Oldra. conſ. 11. Ioan. Andr. in addit. Speculi de teſtamen-
31 tis. §. 1. in fin. † Non enim dixit teſtator, In defectum deſcendentium fratris: quo caſu eondino eſſet ſucceſſiua, nec deficeret ſpes in primo, ſecundo, vel vltetiori gradu: ſed dixit, Caſu quo dictus frater & dicti hæredes ſui decederent ſine hæredibus, vt in themate, numero 13. quo caſu ſubſtitutio momentanea eſt, &
A ſemel extantibus liberis in perpetuum deficit ſubſtitutio. Socin. in l. *ſolemnis*. in fin. *de cond. & demonſt.* Alexand. conſil. 43. columna tertia, libro tertio. conſil. 101. colum. 3. lib. 7. Philippus Decius conſil. 185. dixi in annot. ad Alexand. conſil. 31. numero primo, lib. 3. conſ. 539. numero tertio, libro ſexto. Et ſic non obſtant allegationes factæ pro Ferrico, cùi quemadmodum defecit conditio, ita & diſpoſitio eouditionalis. † Nec ob- 32
ſtat quòd teſtator proprias neptes excluſit: quia filias ſuas & deſcendentes ex eis prætulit etiam fratri ſuo germano & omnibus aliis agnatis, & ſic non perpetuò conſiderauit nomen familiæ, & conſequenter fauore agnationis non poteſt induci aliqua ſubſtitutio vltra perſonas expreſſas. Baldus in l. *ſi defunctus* C. *de ſuis & legit.* Alex. ad conſi 80. columna 4. libro primo. Philippus Decius in cap. *ſi quis nec cauſam* in princ. nume. 4. *ſi cert. petat.* l. 2. C. *de in ius vocand.* l. 1. nu. 3. vbi in ano. tetigi. C. *de ſucceſſ. edicto.* † Minus obſtat quòd ni- 33
hil voluit relinquere filiabus vel neptibus fratris, quia verum eſt iure ſubſtitutionis: ſed poſtquam frater vel eius maſculi fideicommiſſum obtinuiſſent, voluit filiabus eorum relinquere iure ſucceſſionis ab inteſtato: quia non ſubſtituit fratri & eius maſculis ſimpliciter, nec in defectum maſculorum, ſed in defectum liberorum: & ſic omnibus liberis reliquit ius ſucceſ-
ſionis ab inteſtato l. *vel ſingulis. de vulg. & pupill.* † 34
Nec eſt verùm quòd idem verbum debeat vniformiter intelligi, niſi quando ſemel tantùm eſt prolatum, vt in d. l. vlt. *C. de ſententi. & interl.* & in d. l. *iam hoc iure.*
C ſecùs ſi plures: quia tunc diffotmiter accipitur pro ratione cuiuſque clauſulæ vbi opponitur, imò etiam idem verbum ſemel tantùm in eadem otatione prolatum, ſi refertur ad pluta, diffotmitet aecipitur ſecundum naturam telati, tex. in l. 2. & ibi glo. ff. *de offic. proconſ. & legat. l.* s. §. 1. Quando actio de pecul. eſt annal. l. Plautius. & ibi glo. in verbo procuratorem, de procuratotibus. l. *certi conditio.* in princ. & ibi glo. *in verbo non potes.* vbi Alber. col 4. *ſi cert. pet. tex.* in l. *pater ſeuerinã.* §. *conditionum.* & ibi Paulus *de cond. & demonſt.* Io. Fabri in §. *retinendæ.* col. vlt. *Inſtit. de interdict. texr.* in cap. *conſideranimus.* & ibi Panot. *de declione Vldari.* Zaſios in l. 1. §. *ex his.* nu. 16. *de verb. obli.* Philip. Decius in capitulo ſecuodo, numero octauo. vbi in annot. dixi extra de reſcriptis, † Nec eſt etiam verum quòd verbum Ma- 35
ſculis etiam ſæpius poſitum cenſeatur in ſequentibus
D clauſulis repentum, niſi aliis ſufficientibus comecturis eoneurrentibus. Ad hoc quæ dixi in annota. ad Alex. conſi. 52 nn. 35. lib. 4 & ad Philip Deci. conſi. 15. conſi. 270. minus obſtat: quòd ſi excluſit neptes ex filius, ergo excluſit neptes ex fratre: quia fratri & eiuamaſculis non ſont ſubſtituti agnati, nec alij deſcendentes teſtatoris: ſed merè extranei Et ſic obiectio nullum colorem habet. † Ad ſextam tationem non obſtat quod 36
teſtator in ſubſtitutione Ferrici iterum excludit ſuperſtites de liberis ſuis & eorum hæredibus, vt vocet Ferricum: Ergo fortius excludit ſuperſtites de liberis fratris non ſubſtitutis, videlicet fœminas & natos ex eis, vt faceret locum Ferrico: quia vt pater in clauſula teſtamenti, nnm. 14. thematis, ea clauſula longè habet
E alium ſenſum. non enim teſtator ibi facit nouam, nec aliquam excluſionem poſteritatis ſuæ, nec intendit illam poſtponere: ſed præferre non ſolum fratti & ſuis maſculis, ſed etiam Ferrico & omnibus aliis deineepa ſubſtitutis Verum intentio teſtatotis fuit, quòd ſubſtitutio Ferrici & ſuotum non fierer caduca, etiam ſi frater & ſui maſculi decedant ſine hæredibus antequam ſubſtitutioni eorum locus ſit: ſed quòd Ferricus ſubſtitutus in locum fratris & ſuorum hæredum, nõ ſolùm fideicõmiſſariè in caſum quod fratet vel ſui maſculi peruenirent ad ſubſtitutionem, & poſtea ſine hæredibus naturalib⁹ & legitimis deceſſerint: ſed etiã vulgatiter in caſum quòd frater & ſui maſculi deficerent ante locum ſibi apertum, videlicet ſuperſtitibus

adhuc aliquibus de dictis liberis teſtatoris vel eorum hæredibus ſubſtitutis, videlicet de ſtirpe filiarum teſtatoris, in cuius defectum frater & ſui maſculi vocati erant ante Fernicum.

37 ¶ Vt iuxta doctrinam Bac. & Imol. in l. *quandiu 3 de acquirenda vel omitten hæred.*: caducitas intermedij gradus non excludat, ſed iotromittat ſequentem: de quo dixi in annotatio. ad Phil. Dec. cons. 238 Non obſtat quod Ferdinandus ipſe falſus eſt, ſi decederet ſine maſculis, bona ferè affecta Comiti Montbelgardenſi, quia hæc noo ſunt verba Ferdioandi, ſed Vlrici, quia ambo in dicto contractu permixtim loquebantur. Et ſic verba cenſentur in dubio ab illo prolata cui proſunt, vt per Bart. in *l. ſapè de verb ſignific.* & in *l. liberorum*. col. 3. eod. tit. Roph. Fulg l. *Labeo de contrab empt. & vend.* Bald. conſ. 40. lib. 1. Hiero. grat. conſ. 11. lib. 1. B Tum ſunt enunciativa. Et certè hæc 4 q. valde anceps eſt, nec argumentis hinc inde actorum vice inſtruendis & collidendis finis eſſet.

38 ¶ Sed argumentorum altercatione omiſſa, nuda teſtamenti verba, eorúmque tractum, num. 11 12. 13 14. 15. inſpiciendo, fundatior eſt, vt dixi, primi pars pro ſubſtitutione Fernici & ſuorum: quia apparet fratrem non fuiſſe prælatum Fernico contemplatione vel merito perſonæ, vel deſcendentium ex eo, ſed ſolùm intuitu nominis de Nouocaſtro. ergo Fernicus & ſui non debent excludi per deſcendentes dicti fratris ex fœminis, quia niſi fuiſſet honos nominis de Nouocaſtro, Fernicos benemeritus & dilectus, prælatus fuiſſet Ioanni & omni eius poſteritati. Apparet C etiam nu. 15. in themate, quod teſtator in locum fratris & maſculorum eius, ſtatim ponit Fernicum & ſuos. Tertio apparet per tam multas ſubordinatas graduales ſubſtitutiones, quod voluit dicta bona iure ſubſtitutionis perpetuo deuolui, ad quod facit qualitas caſtrorum, & diuionum oobilium. Bart. in *l. filiusfam. §. diui.* num. 3. & ibi Alex. col. 7. Iaſ. nu. *de leg.* 2. Cy. Bal. in *l. Voluntas 1. C. de fideicom.* Iaſ. l. *quotres ab omnib.* C. eo. Et vetus conſuetudo nobilium in dicta regione: & ferè vbique.

39 ¶ Et ſic quaquauerſum & in omnem euentum ſemper remanet fundata intentio præfati principis. Aut enim filiæ Ferdinandi fecerunt deficere fideicommiſſum, & adhoc non ſunt ſubſtitutæ, ſed tantum veniunt ab inteſtato, cùm nullo modo ſint in diſpoſitione, ſed tantùm in conditione: & ſic præfatus princeps habet ius verum & incommutabile ex ceſſione Ferdinandi, qui libertas maous habebat. Aut vero filiæ Ferdinandi, non fecerunt deficere fideicommiſſum, & tunc acquiſitum fuit dictis de Cuſance, & ſiue per ceſſionem ſiue per repudianonem eorum quæſitum eſt præfato principi qui cauſam habet omni diſputationis alea ſuperiorem.

40 ¶ Solùm ſupereſt Quinta quæſtio, an circiter triginta nouem annorum præſcriptione excludi poſſit? Dubium facit, quod licet reſtituonis legati vel fideicommiſſi non præſcribatur longo tempore l. vlt. *§. fin autem C. communia de legat.* tamen longiſſimo tempore, ſaltem à die conditionis ex tanus præſcribitur, ſecundum Bart. Paul. & omnes in d. *§. fin autem* & in *l. filiusfa. §. diui. ff de lega. 2.* Quia vt omittam detractionem temporis boſtilitatis, quo præfatus Vlricus propter quoddam imperij oppidum vi occupatuo fuerat, vltra duodecim annos expoſſus, & omnibus ditionibus ſpoliatus à Ferdinando Archiduce Auſtriæ & confœderatis Soxuiæ: quo etiam tempore Gabriel Comes Ortembergenſis theſaurarius generalis præfati Ferdinandi Stucardiæ & Tubingæ loco dicti Vlrici Imperantis ciſtam, in qua teſtamenta, ceſſiones & alia inſtrumenta ad hanc rem pertinentia repoſita erant, ſubripuit ex archiuo Stucardenſi, vbi erat armarium inſtrumentorum, & rituitorum præfati Vlrici tempore, pro bello pulſus & ſpoliatus fuit, vt etiam

A omittam detractionem temporis minoris ætatis præfati Chriſtophori poſt obitum Vlrici patris ſui, tanquam in re non neceſſaria.

41 ¶ Dico non potuiſſe vllam temporis præſcriptionem inchoari per filias Claodij filij teſtatoris, vel earum meritos præſectim Comitas Ortembergenſes: quia poſt obitum Claudij ſine maſculis defuncti Guillielmus frater eius, tanquam ſubſtitutus, ſaltem ad vſumfructum eas ditiones iure teſtamenn paterni, de qun agitur, publicè & pacificè occupauit, & poſſedit vſque ad obitum ſuom, qui fuit anno ſeſquimilleſimo quinto, quo tempore ſubſtitutione aperta Ferdinando Nouocaſtrenſi, Ortembergenſes vi ſeſe intruſerunt, & ſtatim iodicio poſſeſſorio conuenti fuerunt à Ferdinando in ſenatu Dolano, vbi iudicium ſequeſtri, deinde ſententiam diffinitiuam anno ſeſquimilleſimo decimo ſexto obtinuit contra eos vi & armis executioni dictorum Areſtorum teſiſtentes, quare mulctati ſunt & proſcripti. Cùm ergo initium poſſeſſionis eorum fierit violentum, nunquam propter malam fidem præſcriptionem vllam inchoare potuerunt, rebus etiam ipſis vitio reali in omnem ſucceſſorem tranſmiſſibili affectis, vt non potuerit vſucapi, vel percipi antequàm in domini poteſtatem reuerſæ fuerint *§. ſurtiuè. §. aliquando Inſtit. de vſucapio. l. vitia poſſeſſionum C. de acquir vel omitten. poſſeſſio.* Et vltra malam fidem perſonalem & vitium reale rerum concurrit nm ſolùm iudicialis interrupno.

42 ¶ Sed etiam res iudicata, quæ ad 11. annos perpetuauit. Et inſuper anno ſeſquimilleſimo viceſimo ſecuſdo, Anna Ferdinandi Nouocaſtrenſis filia tanquam hæres patris executionem dicti Areſti diffiminui contra eos iudicialiter petit. Et ſic nooa interruptio, imò etiam noua perpetuatio: non ſolùm enim noualis conteſtata ſuper inſtantia executionis, ſed etiam Areſtum Dolæ latum prin dicta Anna: ſed à tempore dicti nouiſſimi Areſti non iunt quadraginta anni, ergo, &c. Et inſuper paulò poſt nouiſſimum Areſtum ante quàm exequeretur, ſuperuenit bellum, expulſio & ſpoliatio Vlrici, quæ vltra duoderim annos perſeuerauit: & tempore medio, facta eſt ſubſtractio tuulorum & inſtrumentorum per aduerſarium, quæ ſunt non ſolùm acceſſiones & pertinentiæ, ſed etiam authoritates, & ſic fuodamenta ipſa prædiorum & ditionum l. vlt. in princ. ibi, Inſtrumentum authoritatis, D *ff de pignera. actio fa. l. 1. C. de donatio.* deinde mors Vlrici & minor ætas Chriſtophori, quæ ſimul iuncta nullum locum præſcripuoni relinquunt.

43 ¶ Prætercà etiam vltra prædicta certum eſt quod proſecutio & interruptio Annæ hæredis Ferdinandi, non minùs proſunt & prodeſt præfato Vlrico & eius filio & hæredi principali Chriſtophoro, quàm perſecutio & interruptio ipſius Ferdioandi: quia omnia iura ſua ceſſerat Vlrico, & ad eius commodum, eiuſque periculo & impenſis proſeqoebatur. Eius autem perſecuuo & præſcriptionis interruptio per actorem facta, non ſolùm prodeſt actori, ſed etiam ceſſionem vel cauſam habenti ab eo, vel eius deceſſore. *l. ſapè. ff de re iudica. l. cùm vir. de vſucapio. l. ſi maritus §. ſi voluntate. ſolut. matr.* & conſequenter præfato do. E Chriſtophoro duci Vrtemb. rgiro, & Comiti Montbelgardenſi: ſic interruptio facta per eum, qui habet directas, prodeſt ei cui competunt vt des, vt ceſſionario: & contra interruptio facta contra obligatum directo vel primario perpetuat contra obligatum vtiliter, vel ſecundario. Bar. *l. cùm quis. §. ſi quis pro reo. de ſolutio.* & in *l. cum hæreditas. 2. ad Trebellian.* per illos text. ad hoc textus in l vl. *C. de dnobus reis.* in l. *ſi à colono §. cæ facto. ff. de fideiuſſoribus. l. ſi ex legato l. mora. ff. de verbor. obligatio.* Et pariter ad commodum ſequentis ſubſtituti, qualis eſt præfatus dux Chriſtophorus d. *l. cum hæreditas. 2. ad Trebellian.*

44 ¶ Accedit quod eiuſmodi præſcripnonem tem-

poris, lex vocat iniquorum & impiorum hominum præſidium, in authen. vt eccleſia Romana. §. *habeat itaque* colla. 2. per quem tex. ait Bal. in l. 1. *C. de præſcriptione triginta vel quadraginta anno.* quòd ſi cauſa commiſſa eſt arbitratori, qui debet cognoſcere, vt vir bonus & æquus quod poterit ſecundum Deum & bonam conſcientiam reiicere exceptionẽ præſcriptionis, quia non eſt æquum, ſed impium præſidium. Item, tenet Angelus in d. l. t. & in *l. qui aquitate. ff. de exceptione dol.* & in l. 1. ad finem. *C de iudicis.* & in *l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucapio.* Et ſequitur Ludouicus Romanus in rubr. *de arburis.* col 1. & in conſilio 149. concluſionem primam col. 2. vbi limitat procedere quando præſcriptio ſaltem ab initio a mala fide incœpit, vt tunc nec hæres quidem defuncti etiam ſi ſit bonæ fidei, etiam ex ſuo capite vti poſſit hoc remedio tanquam nequiſſimo & æquitati contrario. Sed hic non ſolum à male fide, ſed & à violentia facti, ex inſtrumentorum ſubſtractione, & rebellione iuſtitiæ incœpit. Et hæc ex abundanti dicta ſint: quia certum eſt hîc nullum præſcriptioni locum eſſe poſſe, & ſic iuſtitiam cauſæ præfati principis indubitatam eſſe.

45 ¶ Ad ſextam quæſtionem de fructibus, certum eſt omnes etiam percipiendos, id eſt, qui percipi potuerunt, deberi a tempore interdicti, vti poſſidens, moti per Ferdinandum, & anni retto, & conſequentes à tempore obitus Claudij vltimi filiorum teſtatoris, iuxta naturam huius interdicti poſſeſſorij. Et ſic ab anno ſeſquimilleſimo quinto vſque ad annum ſeſquimilleſimum viceſimum ſecundum, certum eſt omnes fructus etiam percipiendos debere reſtitui: quin etiam à tempore iudicij ſuper exequutione lati anno 1522. quandiu condemnati & eorum hæredes poſſederunt, & generaliter vſque hodie ſolo tempore tertij bonæ fidei poſſeſſoris, cui nulla lis mota fuit, excepto per ea quæ dixi ſuper ſtyl. Parlamenti Pariſienſis. par 7. Atreſto. 110. Et lanùs in conſuet. Pariſiẽ. §. 30. q. 9. num. 36. Adde dom. Andr. Tiraq. in tract. *de retract. proximit.* §. 15. gl. 2. nom. 17.

46 ¶ Ad ſeptimam quæſtionem, an obſtet, illuſtrem ducẽ & comitem Chriſtophorum diſtare vltra quartam generationem, vel fortaſſe fideicommiſſum huiuſmodi ex parte hæredum grauatorum, vel fideicommiſſariorum ambulaſſe vltra quartum gradum, & præfatum principem eſſe vltra quintum vel decimum ſubſtitutionis gradum? Breuiter reſpondeo, ineptum eſſe quærere, an præfatus princeps actor ſit vltra quartum gradum ab illuſtri Henrieta: quia ex hypotheſi non eſt niſi in quarto: ſed quando eſſet in centeſimo adhuc idem eſſet: quantum enim ad gradus ſubſtitutionis licuit teſtatori facere quotquot voluit, nec eſt à iure prohibitum: quamuis enim ſimplex proh bito alienationis facta in vltima voluntate non debeat extendi vltra quartam get rationem, ſed bene vltra quartum gradum vel perſonam: in authenth. *de reſtit. fideicommiſſi.* Nouellas 9. Phil. Deci. conſ. 311. col 1. Paul. Pariſ. conſ 39. *an ipſa domina.* lib. 5. Socin. nepos conſ. 116 num. 43. lb. 3. Pater ex genealogia mihi cod conſil 4.

47 ¶ Tamen hîc non agitur de ſimplici prohibitione: ſed nec de vlla prohibitione alienandi: ſed de ſimplici graduali fideicommiſſo, in quo non eſt alia lex, quam voluntas & diſpoſitio teſtatoris. in auth. *de nupt. §. diſponat.* Quando enim conſtat fideicommiſſum eſſe in rem, vt hîc non habet locum dicta nouel. vt ibi tenet Iac. Beluſi. §. *nos igitur.* Vt etiam conſulit collegium Bononienſe, vt refert vt ſequitur Andr. Siculus in *l. cum acutiſſimi.* col. 68. *C. de fideicom.* Soci. cõſ. 209. col. 15. lib 2. conſ. 59. lib. 3. Alex. lib. 1. conſ. 56. in princip. Socin. nepos conſi 116. in hac conſultatione num 11. 4. lib 3. Idem tenet Iaſon in d. §. dun in lectura t. num. 113. & in l. vlt. col 2. num. 5. C. de hæredib. inſtit. Ioan. de Montferrato. in repetitio. d. §. dui charta vi. & ibi Ferdinan. Loazes col. 73 num. 187. Phil. Deci. conſ. 25. num. 4. conſil. 95. & conſil 196 col. 4. num. 16. Hieto Gratus conſil. 31. num. 24 conſ. 133. ad fin. lib. 2. & omnes vbique, Hæc eſt enim communis ſententia, quæ etiam in praxi obſeruatur, non ſolùm vltra, ſed etiam citra montes. Et ita quòd in infinitum extendatur, bis iudicari vidi pro principe Vraniæ, videlicet primò in ſenatu Gratianapolitano, & iterum in magno conſilio Francorum regis. Patres igitur prudentum & bonorum iudicum ſunt in adiudicandis concluſionibus præfati principis ſecundum prædicta. Et ita in omnibus & ſingulis ſuptaſcriptis do iure cenſeo & conſulo ego Carolus Molinæus I. V. D. antiquus, Franciæ, nunc Germaniæ quoque Iuriſconſultus, & primarius iuris profeſſor Tubingenſis. Datum Tubingæ die decimaquinta Decembris, anno Domini ſeſquimilleſimo quinquageſimotertio.

EPITOME CONSILII II.
pro eodem principe.

1 *Scientia defuncti impedit hæredem præſcribere.* 2. 3. 4.

5 *Litis conteſtatio etiam annales actiones ad quadraginta annos extendit.*

6 *Res iudicata pro veritate habetur, & victum in mala fide conſtituit.* 7. 8.

9 *Sententia non impedit, ſed magis confirmat initium perpetuationis ad quadraginta annos.*

10 *Ex teſtamento competit hypothecaria, quæ dragenaria, quæ cumulari poteſt cum petitorio vel actione ex teſtamento.* 11.

12 *Interruptio ciuilis prodeſt ceſſionario, præterito & futuro ſubſtituto.* 14. 15. 17.

13 *Præſcriptio non incipit antequàm agi poſſit.* 18. 19.

16 *Ceſſionarius poteſt petere executionem ſententiæ pro cedente latæ.*

17 *Qui ſe adiungit liti, debet hoc facere in ſtatu quo eam inuenit.*

21 *Libellus principi datus non interrumpit, niſi in annalibus actionibus.*

CONSILIVM

CONSILIVM II.

LEctis & conſideratis exemplaribus quinque inſtrumentorum, ceſſionum & venditionum factarum, tam anno 1507. per Claudium de Cuſance, dominum de Belouiſu, & Marcum fratrem ſuum, & Emalphredom eorum patruum, illuſtriſſimo principi Vlrico Duci Vvirtembergenſi, & Comiti Montisbelgardi, quàm anno 1551. per Claudium de Cuſance ſecundum, filium & hæredem vniuerſalem dicti Claudij primi & Matei patrui ſui, tam ſuo, quàm Ioannis de Cuſance alterius patrui ſui nominibus, illuſtri Principi Chriſtophoro Duci Vvirtembergenſi, & Comiti Montisbelgardi, inſinuatione & ranficatione facta in iudicio, & punctis quæſtionis è Germanico in Latinum verſis per dominum Michaelem Vaium, eiuſdem Principis legatum, qui ea omnia mihi ſubſcripto tradidit, vt quatenus factum narratur abſolutè, quatenus autem circunſtantia facti noo explicatur, ſubiunctiuè teſpoodeam.

1 ¶ Qnandoquidem tota in præſentiarum difficultas, pendet ex eo, quod ab obitu Ferdinandi de Nouocaſtro, iam triginta anni lapſi ſunt: breuiter ſenrio, quoad Comites Ortembergenſes, ſiue de Vverdemberg & Furſtemberg eorúmve hæredes, ſiue bona per eos poſſeſſa clariſſimum & indubitatum eſſe, nullum præſcriptioni, etiam longiſſimæ locum eſſe poſſe, quoniam dictus Ferdinandus eos euicit per Arreſtum in ſuprema Dolana Curia latum 20. Aprilis 1516. Hinc inſurgunt duo cerniſſima impedimenta præſcriptionis.

2 ¶ Primum quia dicti Ortembergenſes, ſiue eorum vxores, quæ erant filiæ & hæredes Guillielmi Nouocaſtrenſis, filii reſtatoris, (à quo grauatus erat) non potuerunt præſcribere, nec incipere præſcriptionem, propter ſcientiam Guillielmi patris eorum, qui teſtamentum ſeruit, & illius publicationem approbauit: quæ quidem ſcientia in filias & hæredes defuncti deſcendit, ad effectum impediendi, ne poſſint præſcribere, nec præſcriptionem quidem incboare, etiam ſi fuiſſent ignorantes text. in *l. cum hæres.* de diuerſ. & temp. præſcriptio. *l. vtia poſſeſſionum. C. de adquir. & retin. poſſeſſ.*

3 ¶ Secundum, ſcientia ipſarum & dictorum Ortembergenſium: quia eiecti & excluſi fuerunt per Claudium de Nouocaſtro, fratrem Guillielmi defuncti, qui tanquam ſubſtitutus ex teſtamento, totum quandiu vixit, poſſedit, in vim dicti teſtamenti, excluſis filiabus Guillielmi fratris quæ non ſe paſſæ fuiſſent excludi à poſſeſſoribus paternis, qui in poſſeſſione mortuus fuerat, niſi viſo & cognito teſtamento.

4 ¶ Terriò, quia poſt mortem Claudij ſiue habetis, meſſus dicti e filiæ, & earum mariti Ortembergenſes vocatæ fuerunt in ius citatione libellata per Ferdinandum vendicantem in vim dicti teſtamenti ptoducti in iudicio & communicati reis, cuius neceſſariò notitiam etiam indicialem habuerunt, Quartò, quia ſequuta eſt ſententia definitiua, & Arreſtum præfatæ ſupremæ Dolanæ Curiæ in fauorem Ferdinandi, cui bona etiam in poſſeſſorio etiam in fructibus & impenſis adiudicata fuerunt die vigeſimo Aprilis, anno 1516.

5 ¶ Et ſic iam non ſolùm mala fides ex præcedenti triplici & ex quadruplici capite non ſolùm interruptio præcedens per conteſtationem litis cum Ferdinando factam, quæ ad quadraginta annos perpetuauit, etiam ſi actio temporalis fuiſſet, quæ tamen erat perpetua *l. nam poſtea quàm. § ſi is qui temporalis. ff. de iureiur.* l. vlt. *C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. l. 1. § 1. anna. excepto.* Sed etiam ſententia illa & res iudicata ſuprem Curiæ non eſt petitoria, quæ reliquerit cõdemnatos poſſeſſores: ſed poſſeſſoria, quæ conſtituit & declarauit Ferdinandum ſolum & verum poſſeſſorem, eúmque effecit pacificum, vtpote per Arreſtum litem omnem & controuerſiam abſcindens.

6 ¶ Si igitur illi Ortembergenſes, & eorum vxores declaratæ ſunt non poſſeſſores per Arreſtum quod pro vetitate prætiudicata habetur. *l. res iudicata. de reg. iur.* non potuerunt exinde præſcribere, nec nouam præſcriptionem inchoare, non ſolùm ex multiplici defectu bonæ fidei, quinimo proptet poſitiuam malam fidem per illud Arreſtum liquidatam & verificatam: ſed etiam ex defectu poſſeſſioois æquè liquidato & iudicato per idem Arreſtum.

7 ¶ Sexiò, per aliud Arreſtum eiuſdem Curiæ, die 28. Martij, anno 1521. latum in fauorem hæredum Ferdinandi, ſuper confirmatione & exequotione priotis Areſti: ergo etiam anno 1521. etiam poſt mortem Ferdinandi, d. filiæ Ortembergenſes fuerunt ſine bona fide, imò cum poſitiua mala fide & quod plus eſt, ſine poſſeſſione, & conſequenter ſine vllo principio præſcriptionis: & quod magis eſt, ſine vlla potentia, capacitate, vel aptitudine inchoandi vllam præſcriptionem, quam hoc reſpectu & omnium bonorum, de quibus lata ſunt illa Areſta, impoſſibile eſt poſſe inuenirі per prædicta.

8 ¶ Et vltrà, quia etiam ſi poſſet aliquando poſteà præſcriptio triginta aonorum eſſe inchoata (quod non eſt poſſibile per prædicta) tamen non ſupereſſet tempos ſufficiens. Et ſi daretur tempus ſufficiens ad præſcriptionem tricenariam, quod eſt impoſſibile à tempote dicti vltimi Areſti, conſideratis prædictis circunſtanniis & inhabilitate termini à quo: tamen nos non ſumus in præſcriptione tricenaria, ſed opus eſſet quadragenaria duplici ratione.

9 ¶ Prima, quia paulò ante vltimum Areſtum anni 1552. fuit quædam litis conteſtatio, quæ perpetuauit ad alios quadraginta annos: qui quadraginta anni non incipiont à tempore litis conteſtatæ, ſed poſt interruptionem vel ceſſationem huius, ſi qua poſteà contingat, quæ non potuit contingere, niſi aliquãto tempore, poſt dictum vltimum Areſtum anni 1522. qui oondum poſſent eſſe elapſi, Nec obſtat, quod poſt cõteſtationem intetuenit Areſtum: quia illud non tollit perpetuationem quadragenariam adquiſitam per litis conteſtationem, ſed magis illam (ſi opus ſit) confirmat: tum quia nemo poſt litem cooteſtatam proſequendo, deteriorem ſuam litem facit *l. nemo proſequendo. de regu. iur. l. non ſolet deterior. ff. eod. tit.* tum quia res iudicata non poteſt prodeſſe condemnato, ad tollendam, vel diminuendam illam perpetuationem, ſed potiùs nocere. *l. euidenter. ff. de except. res iudic.* Nicolaus Boerius deciſi. Burdegalenſi. 48.

10 ¶ Aliud fundamentum præſcriptionis quadragenariæ requiſitæ, eſt: quia ex teſtamento, de quo agitur, non ſolùm vendicatio, ſed etiam hypothecaria competit l vlt. *C. communia de legatis.* quæ quadraginta annos durat, non ſolùm contra hæredem, ſed etiam contra extraneum, ſi ſit in mala fide. *l. cum notiſſimi. § 1. C. de præſcriptione triginta vel quadraginta anno. l. 1. § 1. C. de anna. excepto.* Sed noudum ſunt lapſi quadraginta anni à tempore vltimi Areſti, & adhuc non poſſet quadragenaria incipere ab illo areſto, necdum poſt illud, non ſolùm propter tot capita malæ fidei: ſed etiam propter defectum poſſeſſionis.

11 ¶ Illa autem hypothecaria cumulari poteſt in libello cum petitorio, imò cumulata intelligitur in vim clauſulæ geueralis & ſalutaris, ſuper quibus & ſingulis, & iude reſultantibns, petu iuſtitiam miniſtrati, quæ eſt in fine libelli, vt no. in *l. 1. ff. de iur d. omn. iudic. in. l. edita. C. de edendo.* Quod ſi qui conſiliariorum cauillentur per §. variis in *l. cũ filius ff. de lega.* a reſpon-

ſiones habeo patatas è regeſtis meis, quas nunc exe- A gitur teſtitutio, vt valeat ceſſio, vt elatè docui in primo *c* conſilio.

c Primo. q 8. num 10.

17 ¶ Rurſus, omnia prædicta proſunt Claudio ſecundo de Cuſance, & Ioanni patruo, qui fecerunt vltimam ceſſionem anno 1551. Et quemadmodum illis proſunt, ſi agerent, ita proſunt, ceſſionario agenti, etiam ſi cedentes ſeſe eum illo non adiungant, non nocebit: poterunt autem ſeſe adiungere in extremo litis actu & concluſione cauſæ in eo ſtatu, in quo erit: & tantum proderit ad mouendos quoſdam iudices, quantum ab initio, vt per Albert. in *l. ſæpè de re iud.* Oldrad. q. 254. Alexan. conſil. 181 num. 6. lib. 1. vbi in annotationibus dixi. Imò ſufficit, quòd quandocunque declarent ſe eeſſiſſe, & ſibi placere, quanquam iam plus, quàm declarauerunt: nec proderit declaratio, niſi vt aliqui vacillantes iudices, dubitantes fortè an mortui ſint relictis aliis maſculis, videant illos ſuperuiuere.

18 ¶ Simihret quantum ad Claudium ſecundum de Cuſance, noua præſcriptio eſſet inchoanda, & adhuc omnino, & in omnem euentum tempus minoris ætatis Claudij ſecundi poſt obitum patris eſſe deducendum, ſaltem via reſtitutionis quæ iure communi debetur l. vlt. *C. in quib. cauſ. in integr. reſtitu non eſt neceſſ.*

19 ¶ Quòd ſi in libello contineantur alia bona, quæ non fuerunt poſſeſſa per condemnatos per dicta Areſta, nec per eorum hæredes, ſed per alios, adhuc non eſt locus præſcriptioni. Primò, quia à morte Claudij patris de Cuſance non ſint triginta anni. Secundo, Claudius ſecundus patre vino interim agere non potuit, & ſic non eſſet tempus ſufficiens per Paul. Alex. Deci. ſuprà allegatos, Sed quia plerique aliter tenent, & §. ſin autem. l. vlt. C. *communia de legatis*. non loquitur, niſi de præſcriptione longi temporis, non facio in hoc fundamentum præciſum.

20 ¶ Tertiò, quia ſaltem deducendum tempus minoris ætatis Claudij ſecundi (vt dictum eſt) & ſic ſi non ſuperſit tempus ſufficiens, res eſt expedita. Sed hoc dependet à circunſtantia facti, mihi non expreſſa. Quartò, ergo non poteſt eſſe locus præſcriptioni, quia ad ſummum non ſunt quadraginta anni, qui tamen requiruntur propter concurſum actionis hypothecariæ, quæ emulari poteſt, vt dixi. Ex quibus vndequaque ad amuſſim diſcuſſis, liquet nullo modo in hac cauſa timendum ab obiectione præſcriptionis, nec nouis ceſſionibus, ſed nec adiunctionibus quidem cedentium opus eſſe.

21 ¶ Cæterùm non eſt blandiendum per libellum nopeatori oblatum, interruptam eſſe, ſi quæ aliàs fuiſſet, præſcriptionem, quia hoc tantùm procedit in actionibus annalibus. *l. 2. C. Quando libellus principi datus.* & ſecùs in aliis, niſi citano ſequuta ſuerit. *l. ſicut. §. Nec ſufficit precibus. C. de præſcript. trig nta vel quadraginta anno.* Laſ. l. vlt. *de eo per quem factum erit.* Franc. Balbus in tract. *præſcriptio.* io 3. parte vltimæ partis. num. 6. cum ſequen. Erita in omnibus & ſingulis prædictis ſentio, & conſulo ego Carolus Molinæus I. V. D. Franciæ & Germaniæ Iuriſconſul. præfati illuſtris Ducis Conſiliarius, primúſque legum profeſſor Tubingenſis. Datum Tubingæ die 3. Aprilis anno M. D. LIIII.

a Defectus. Nempe domini doctores hîc promiſſa non præſtant. hanc deſunt amanuenſes aliſi ſuè obedientes & reliqua.

b Conſilium ſuprà conſ. 1. num. 43.

52 ¶ Illud autem proculdubiò certiſſimum eſt per primum conſilium *b* à me tedditum, omnes illas interruptiones, & omnia impedimenta præſcriptionum prodeſſe præfato principi per ceſſionem, etiam ante illa Areſta factum à d. Ferdinando, quæ abſque dubio fuit valida, efficax & indubitata: tametſi Ferdinandus tempore ceſſionis nullam adhuc reſtitutionem, nec verbalem, nec realem haberet, quamuis contrarium erroneè conſulentes, non ſolùm maximo damno præfatum principem affecerint in fructibus, B & in iure exequutionis Areſti, in viam nouæ ordinariæ actionis conuerſo, ſed etiam dando occaſionem lapſui temporis, & nouis (in quibus nunc hærent) præſcriptionem difficultatibus, quæ tamen nullæ ſunt, per prædicta.

53 ¶ Nec nouis ceſſionibus aut libellis opus eſt. Adhuc vltra omnia prædicta, aliis rationibus non eſt præſcriptioni locus. Primò, quia poſt obitum Ferdinandi ſine liberis, ſubſtitutio fuit aperta, & ius delatum d. Emalphredo, & Claudio primo, & Marco de Cuſanee, qui ante obitum Ferdinandi ſine maſculis agere non potuerunt, eum nullum ius haberent: & ſic cùm nondum eſſet ius eorum natum, non potuit contra eos incipere præſcriptio ante obitum Ferdinandi, per nota. Alex. io conſil. 101. lib. 6. Paul. Caſtrenſis conſil. 243. lib. 1. Philip. Dec. conſi. 498. & conſil. C 468. Et adhuc non potuit ſtanm à morte Ferdinandi incipere præſcriptio, propter Areſta recentia, imò eriã diu poſt obitum eius iterum lata ex eadem cauſa eiuſdem teſtamenti.

54 ¶ Omnes autem interruptiones factæ per ſubſtitutum præcedentem in gradu etiam eius nomine, & ad eius commodum, proſunt ſubſtituto ſequenti in gradu, per text. rotundum in *l. ex contractu. ff. de re iudic.* & in *c. ſi vaſallus de beneficiis. ſi de feu. controuer. fuer. in vſibus feud.* Alex. conſ. 123. num. 3. lib. 1. Et quemadmodum proſunt ſecundo ſubſtituto, ita tertio & vlterioribus per eadem.

55 ¶ Portò, non ad dubium quin æquè proſint ceſſionario, cui etiam proſunt omnia illa Areſta, tam ad commodum Ferdinandi, quam poſt eius obitum ad commodum filiarum & hæredum eius lata, etiam D poſt ceſſionem ab eodem Ferdinando factam. per regulam quòd omne ius ſuperueniens authori meo, mihi prodeſt. per text. in *l. cum vir*, & ibi Bart. Paulus Imo & omnes, de vſucapio. Bal. in c. 1. in fi. Qui ſucceſ. feuda. in vſib. feud. Alex. conſi. 5. numer. 38. lib. 5.

56 ¶ Nec eſt dubium, quin illuſtris dux Vlricus potuiſſet petere executionem dictorum Areſtorum, ſiue illa exequi ad commodum ſuum: hoc enim tenebantur hæredes Ferdinandi (pront & ipſe Ferdinandus facere & pati, & ad hoc fuiſſent condemnati, prolata ceſſione, quæ valida & optima erat, quidquid alij errabundè nimis, & ſtupidè contrarium diſerint, eùm ceſſio illa facta eſſet poſt ius ceſſum & quæſitum E Ferdinando, qui non indigebat reſtitutione verbali: tum quia vlterior fideicommiſſarius, tum quia particulare fideicommiſſum, tum quia diſtinctè non exi-

EPITOME CONSIL. III.

1 *Conſuetudo Comitatus Burgundiæ.*
3 *Ad litis conteſtationem & omnes eius effectus iuris communis ſufficit petitio & contradictio iudicialis, non obſtante ſtylo diuerſo. 4.*
5 *Feudum regulariter non amittitur ipſo iure.*
6 *Et vbi amittitur, requiritur ſententia declaratoria.*

CONSIL. III. THEMA TALE EST.

IOANNES de Lanioye Dominus de Barmont carens liberis elocat Annam neptem, & promittit mille ducenta dotis, cuius loco promittrix aſſignare ſexaginta reditus ſuper prædio de Lanioye quod in feudum tenetur à Comite Montiſbelligardi. Anna & maritus poſſeſſionem prædij pro dote aſſignati, non requiſita permiſſione dicti Comitis, ingrediuntur, qui vi armata eos expellit. Anna iura ſua dicto Comite irrequiſito, alij cedit, qui cum vendicare cœpiſſet, obiit, exinde Comes duobus & triginta annis pacificè poſſedit: nunc hæredes ceſſionarij repetunt. Comes poſſeſſionem quadragenariam allegat.

Is o themate, ſigoato Roſſelet. & conſuetudine comitatus Burgundiæ, Ego ſubſcriptus tam de iure, quàm de conſuetudine & ſtylo reſpondeo.

1 ¶ Ad primam quæſtionem, omiſſum, vel neglectum conſenſum dicti Comitis domini feudalis nullum prætextum, nullam cauſam nec occaſionem bonæ fidei, nec initium vllum præſcriptionis dare potuiſſe maximè attenta conſuetudine comitatus Burgundiæ, art. 8. quæ permittit in tractatu matrimonij feuda dare neptt vel remotioti, & donatario poſſeſſionem apprehendere ſine conſenſu domini feudi, & pericuło commiſſi. & ſic tria impediunt initium & progreſſum præſcriptioois: videlicet primum, mala fides per dictam conſuetudinem, quæ in ditiooe Montbelgardenſi, quæ à comitatu Burgundiæ proceſſit, notoriè obſeruatur. Secundum violenta poſſeſſio. Tertium litis conteſtatio.

2 ¶ Ad 2. q. non nocere vaſſallis, vel hæredibus, aut ceſſionariis ſilentium triginta annorum poſt rem deductam in iudicio. Et præpoſterum eſt allegare, illos deſtitiſſe à lite: minùs enim nocet, quàm ſi nullo modo proſequuti ſuiſſent. *l. nemo enim proſequendo de reg. iur.*

3 ¶ Ad tertiam qnæſtionem litem fuiſſe ſatis conteſtatam ad effectum noo ſolùm iuterrumpendæ omnis præſcriptionis: ſed etiam ad quadraginta annos perpetuaodæ actionis. *l. 1. C. de annali exceptio.* & ad omoes alios effectus iuris eommuuis, per libellum in iudicio datum, & reſpouſionem factam, etiam ſi nec ad rubricas, nec ad aliud proceſſum ſit, nec lis ſecundum formam & ſtylum loci conteſtata: quia omnia iura eommunia, quæ de litis conteſtatioue loquuntur, intelliguntur de narratione petitionis actionis, & contradictione rei in iudicio. *l. 1. C. de litis conteſta.* Nec aliud ad omnes effectus iuris requirunt, & mutando nomina rerum, uon poſſunt res, nec effectus legum ſuper rebus mutari.

4 ¶ Vt fruſtra Cooſiliarij principis eauſificentur & inculcent apud eos, & in eorum foris notorium eſſe, litem noo eſſe conteſtatam, niſi tempore concluſioois in cauſa & diſputationum iuris; quia non poteſt dici, nec negari, quin per dictam conclufionem & contradictiunem iudicialem lis dicatur conteſtata ſuper rebus tuue controuerſis in terminis iuris communis: & ſic quo ad omnes effectus iuris eommuuis: Quantum ad illa controuerſa, vt valde delirent, qui ſtylo & formula particularis loci hac in re uti volunt, fateor litem nondum eſſe conteſtatam, quo ad effectus, quia dicto ſtylo vel à concluſiune cauſæ dependent: ſed non quo ad effectus dependentes à iure eommuoi, in qnibus ſufficit conteſtatio iuris communis.

5 ¶ Cæterum exploratiſſimi iuris eſt, feudum regulariter nonquam ipſo iure: ſed tantùm per ſeutentiam amitti. Iacobus Aluaro. Præpoſit. in *l. Imperialem. §. præterea ſi quis col. 1.* de prohibita feudi alieua. per Federicum. *in vſibus feudorum.* Petrus Iacobi. in tit. *de conditio. ex. l. Imperialem.* & tit. ſeq. Io. Petrus Ferra. *in practi.* Papi. in futma libel. quo agi. de reno. feudi. in verb. *nec ſuperſtitibus ex eo liberis* col. 8 Card. Flor. 10 e. 2. col. 3. q. 7. *de feudis.* & pulchrè Alea. conſ. 224. *omiſſis ſuperfluis* col. 1. lib. 1. con. 92. num. 22. 23. lib. 6 Iacob. de S. Georgio in *inueſt. feudo.* in verb. *& premi. eidem do. ſuo. præſta. ferui.* q. vlt. Plenè diar in conſuet. Pariſienſi. §. 32. q. 6. nu 13. cum ſeq.

6 ¶ Et inſuper in paucis caſibus ſpecialibus, in quibus ipſo iure feudum amittitur, tamen ante executionem requiritur ſententia declaratoria, iuxta c. *cùm ſecundum. de hæretici. in ſexto.* in *l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci.* Bald. & Alea. in *l. Si quis maior.* col. pen. *C. de tranſactio.* Alex. in conſ. 103 col. vlt. num. 17. conſ. 124. lib. 1. Guido Papæ ſuper ſtatu. *Si quis per literas multabitur* pag 48. col. 3 Philip. Dec. *in authen. cauſa.* num. 14. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in *l. factum §. in pœnalibus. ff. de reg. iuris.* latè Panorm. in conſ. 3. *nitar. in præſenti.* col. 6. verſ. ad octauam quæſtionem lib. 1.

7 ¶ Ex quibus concludo, exploratiſſimum eſſe intentiouem vaſſalli iure fundatam, & dominum feudi nullam inſtam defenſionem habere, tameſi quidam inſignis doctor Biſuntinus dicti Comitis ſtipendiarius eunſuluerit feudum vaſſallo ſine ſuctibut, & compenſatis impenſis reſtituendum, ſoluendo per vaſſallum ducentas libras Burgundioueuſes releuij in homine: ſed ueſcio adulari. Ego Carolus Molinæus I.V.D. Franciæ & Germaniç iuriſconſultus, ducalis conſiliarius, & Tubingenſis Academiæ iurium profeſſor primarius. Datum Tubingæ vigeſima Februarij anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo quarto à Natiuitate.

Thema abbreuiatum conſilij I I I I.



ANno 1397. dictus Stephanus condidit teſtamentum, in quo ſi Henricus non rediret è Bello Turcico ex Bulgaria, dictas quatuor neptes heredes vniuerſales inſtituit, iuxta diuiſionem in eodem teſtamento factam: videlicet Henrietam in Comitatu, io caſtro, vrbe, & arce Montbelligardi, io caſtro, vrbe & arce de Ponrrentraco, in caſtro, vrbe, & arce de Grangia, & Deſtobonenſi, & Salnatenſi, & Clareuallenſi ad Dubin, &c. Et dictam Ioannem in caſtro, burgo, & arce Montisfalconis, in caſtello, burgo, & arce de Badans, in caſtro, burgo, & arce de Vuillaffans le vieux, &c. Et dictam Margaretam in omni terra vltra Iuram, &c. Et dictam Agnetem in vrbe &c. Et decedenti ſine liberis ſuperſtites ſubſtituit. Et quod aliter non poſſit ordinare nec diſpooere aliqua de minoribus nata, decedens ſine heredibus è ſuo corpore naturalibus & legitimis, &c. Et quòd heredes dictarum filiarum ſucceſſiuè non poſſunt per teſtamentum vel diſpoſitionem dare, permutare, vel diſponere de dictis terris, in aliam perſonam, nec cuiuis de alia linea exiſtenti quàm vnde venerunt & deſcenderunt dicta heredia & iura: ſed debeant venire & reuerti ſemper dictæ terræ, reditus, heredia & iura ad magis proximiores lineæ vnde venerunt & deſcenderunt. Mortuo teſtatore Ioanna dictam terram Vuillaffans dedit vel legauit Theobaldo ex ſorore nepoti, à cuius proponepotibus ex Claudio poſt obitum Renati, in quo 1544. proles Ioannæ defecit, Chriſtophorus Dux Wirtembergenſis vendicare cœpit.

CONSILIVM IV.

VIa ampliſſime, heri manè literas tuas cum faſciculo recepi : & mox relictis omnibus (niſi quòd lectiones meas , etiam cum meo apparatu analytico, nunquam intermitto) legi & excuſſi, vt quæ nonnio promiſi, nunquam à me fallantur, promptiſſimè (ſi quiſquam in orbe) expedio : nec minore iudicio breui , quàm ſi multo tempore , ſolitus breuiori ardua quæque etiam principum in Gallia conficere: non enim ingenium, ſed locum tantùm mutaui. Miratus ſum , videns replicas in terra Vvillaffans le vieux contra Ludouicum de Ria inueni apud me copiam defenſionum & libelli illuſtris Ducis ante ſex dies allatam , quas copias nondum legeram, cùm non opus eſſet:

1 ¶ Vidi cauſam malè inchoatam , adhuc peiùs fundatam ex facto quod inde reſultat. Non enim plus iuris habet actor contra Ludouicum, quàm ipſa haberet contra actorem , ſi actor eſſet ex ſtirpe legatarij: cùm ex hypotheſi & prædicta genealogia vterque ſit eiuſdem lineæ, vnde prædium proceſſit , & in eodem gradu. Nec prodeſt tempore mortis Renati illuſtrem Vldricum ſuperſtitem & proximiorem fuiſſe , quia non egit & minus liter cooteſtatus eſt , quin nec potuiſſet.

2 ¶ Ratio enim proximitatis gradus non attenditur , niſi cùm res extra familiam alienata eſt : quo caſu non proximiores modò, ſed omnes vocantur *l. pen.* §. *fratre de l. 2. l. is qui. de l. 3.* Quamuis pluribus concurrentibus proximiori cæteris cauenti deferendum ſit. *d.* §. *fratre.* Ad hæc non ignoto arguari poſſe Ioannam prohibitam non fuiſſe , niſi caſu quo ſine liberis decederet: ſed admitto prohibitionem generalem (ex ratione expreſſa) ad omnes etiam has neptes inſtitutas referri.

3 ¶ Tamen non prohibetur , niſi in exterum à linea ibi, *a autres perſonnes, ne d'autres lignes.* Vbi negatiua *non* æquipollet negatiuæ *neque* , nunquam hactenus audiui verbum de hac cauſa , etſi intioò audiuiſſem, idem promptè. quod nunc reſpondiſſem. Nihil mouet quod alij dixerint , nihil me docere poſſunt , prout nemini ſum ceſſurus. Iam dudum oſtendi meam analyſim ſuperiorem eſſe.

4 ¶ Conſului in duobus , primo ex teſtamento Theobaldi, & ceſſionibus Ferrutiorum , & oſtendi inueteratos plus quam viginti annorum errores & principem noſtrum iuſtiſſimam fouere cauſam. Secundò, conſului ſuper bonis quæ fuerunt Stephani, per eum diſtributis Ioannem nepti . & relictis per obitum Renati Vraniæ principis : & oſtendi etiam iuſtiſſimam principis cauſam , imò vtriuſque tam Vlciti, quàm Georgij, taoquam proximorum vocatorum , & Vlricam tranſmiſiſſe in illuſtr. Chriſtophotum,in quo nihil actioer , ſi ex linea Agnetis ſuperſint io eodem gtadu cum eo.

5 ¶ Aliud eſt enim tranſmittere (quod dè ſemel iure proximioris gradus qnæſito fieri poteſt) etiam io remooorem Aliud velle teuocare ab eo qoi eſt de linea , etiam ſi ſit remoriot , & præſertim ferè poſt centum annos pacificæ poſſeſſionis Theobaldi , & legitimè deſcendentium ex eo à tempore legati dicti terræ Vvillaffans, per materteram ſuam ei facti , & cùm deſcendentes ex ea nunquàm per tantùm temporis conqueſti ſunt.

6 ¶ Ad quos ſolos ius fideicommiſſi ſpectabar , ſi præpoſtero veſtraoum doctorum argumento locus eſſet dp prohibitione & fideicommiſſo reſtricto ad ſingulos dictarum filiarum ſeu neptum ramos, quaſi ſingulas diſtinctas conſtituerent lineas , & non ad vnam eandem ipſius teſtatoris lineam vel progeniem. Non tamen continuo cedendum reor : audaciores enim erunt iudices io adiudicando æquo in aliis cauſis , iuxta prouerbium. Quo ad alteras replicas contra Ioachinum de Longny, ioſtiſſima cauſa eſt, & abſque dùbio ex his quæ dixi in primo conſilio , & in ſecundo ſuper præſcriptiooe temporis.

7 ¶ Pauca addidi , vt circa malam fidem de ceſſionibus Ferdinandi , & areſtis eadem cu·ia latis contra neptes Theobaldi , ſi tamen hoc fuit allegatum , prout non ominere , ſed latiùs hæc deducere expediebat in libello ſen ſcripturis principalib. illuſt. principis, quas non vidi , oec habeo. Potent quod addidi deleri vel relinqui , oec video opus eſſe aliud addere vel omittere. Si quod aliud opus ſit , promptè faciam tametſi mecum peſſimè agatur. quòd iam ſeptimum menſem domo propria carere cogor , non dico mea (ne quis cauilletor) ſed conducta. Ego antiquus iurecooſultus, &c. Tubingæ. Calend. Maij, anno 1554.

EPITOME CONSIL. V.

1 *Magis dilecta præſumitur minus grauata.* 2.
2 *Verba negatiua tollunt potentiam iuris & facti.*
3 *Verba teſtamenti coniunctim, non diuiſim debent, capi.* 4.
5 *Fideicõmiſſum inducitur ab vnica tacita ratione,*
6 *Verbum, Semper, præteritum, præſens, & futurum continet.*
8 *Prohibitio alienãdi quadam perſonalis, quadam generalis.*
9 *Intellectus* §. fundum in l. pater filium de l. 3.

CONSILIVM V.

VAntum ad teſtamentum illuſtris memoriæ Stephani Comitis Montisbelgardi, viſo teſtamento, & cõſilio daris ſuper clauſula prohibitionis factæ filiabus inſtitutis, non poteſt eorum conſilium ſubſiſtere, qui reſponderuot filias inſtitutas, quæ hæredes reliquerunt, nullatenus fuiſſe prohibitas alienare res & iura, in quibus fuerunt inſtitutæ: quoniam eo ſolo caſu nominatim & expreſsè prohibitæ ſunt, quo ſine hæredibus legitimis de corpore ſuo decederent. Vt enim primùm tanquam in re clara omiſſis argumentis, ex ſolo communi ſenſu & verbis teſtamenn agam cum eis qui ſunt eius ſententiæ.

1 ¶ Quæro, An Henneta magis quàm aliæ ſorores prohibita fuerit? Quis audeat affirmare, niſi ſe detidendum propinat? Etat enim Hennieta non ſolùm primogenita, ſed etiam magis dilecta, vt patet in toto eodem teſtamento. Ergo non fuit magis, ſed potiùs fuiſſet minùs, aut ſaltem æqualiter gtauata & ligata. Atqui verba teſtamenti circa prohibitionem ipſius Hennietæ ſunt huiuſmodi, *Et que ladite Henriete autrement n'en puiſſe ordonner ne diſpoſer par quelque maniere.* Ergo certum eſt quòd abſolutè, & omni caſu prohibita eſt ſiue non habuiſſet, ſiue habuiſſet liberos.

2 ¶ Verba enim illa abſoluta, imò etiam negatiua, quæ potentiùs & vniuerſaliùs negant *l. hoc genus. vbi gl.* Partol & alij *ff. de condit. & demon.* Et negatiua præmiſſa verbo Poteſt, quæ induxit neceſſitatem abſolutam de iure & de facto, vt not. *in l. gallus. lib & poſth. Glo.* fo. Andt. & alij in *cap.* 1. *de reg. iur. in ſexto.* Et inſuper alia verba vniuerſalia adduxit, videlicet. Per quencunque modum. Ergo teliquæ prohibitiones aliis ſotonbus minotibus, minuſque dilectis non minus tales & præciſæ cenſentur factæ.

3 ¶ In hoc autem præcipuè fuit error diuerſum opinantium, quòd putauerunt alias & diuerſæ ſpeciei eſſe prohibitiones factas filiabus inſtitutis, & prohibitiones deinde factas poſteritati dictarum filiarum: & ſic de facili paralogiſati ſunt dimſim & non coniunctim ea conſiderando & iudicando quæ teſtatot vno & eodem conſilio in eundem finem concluſit & vnioit. Certum eſt enim quòd in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus dictarum filiarum connexis & dependennbus, vnum & idem conſilium fuit teſtatoris: videlicet vt bona conſetuaret in ſua poſtentate dictarum filiarum & deſcendennum ex eis, ſtarétque diuiſio ſeu diſtribntio per eum facta, ne extra ſuam lineam bona vnquam ttansferentnt. Ad hunc enim ſolum & vnicum finem filias ad inuicem ſubſtituit, ſi quæ vel qua ſine liberis deſcenderent: & ad eundem vnicum finem tam filiabus, quam earum poſtenis omnem alienationem etiam in vltima volintate prohibuit & ſtatuit ſemper vniformiter & perperuò eadem bona teuerri & manete proximionbus lineæ, vnde proceſſennt.

4 ¶ Ergo in effectu vnica eſt prohibitio, ptout vnicus eſt finis prohibendi, videlicet ne bona quouis modo deuoluantur extra lineam ſuam ergo dictæ inniotes, vel ſecundò genitæ filiæ non ſolum prohibitæ ſunt in caſum quod non haberent, ſed etiam in caſum quo habetent libetos, quemadmodum Hennieta primogenita & prædicta etat in caſum libetorum, & indiſtinctè prohibita.

5 ¶ Rutſus a fotiori etiam ad finem fideicommiſſum inducendi valet argumentum ab vnica etiam tacita ratione *glo. vlt.* Alex. Phil. Corn Iaſ. in *l. quamuis. C. de fideicommiſſ.* Alex *conſ.* 24. *in fi. lib* 2. *conſ.* 34. *nũ.* 8 *lib.* 5. *conſ* 86 *num.* 4. *lib* 6. *Cepol. conſarum ciuil. conſ.* 74. Sed hîc habemus rationem prohibitionis non tacitam ſed expreſſam, non ſolùm expreſſam, imò etiam genetalem, abſolutam, & vniuerſalem.

6 ¶ Quid pluta? quando non ſolùm rationem, ſed etiam diſpoſitionem formalem habemus in ipſis diſpoſitiuis verbis teſtamenti, ibi, Sed debeant venire & teuerri ſemper dictæ terræ & teditus, hæredia & iura ad proximiores lineæ vnde proceſſerunt. Quæ verba reguntur à verbo, Item volo & ordino. Et ſic ſunt verba merè diſpoſitiua. Et ſic in eadem oratione dictio, Sed debeant, non venit aduerſariuè: ſed augmentatiuè & ampliatiuè, & conſequentet præſertim in vim verbi Semper, quod præteritum, præſens, futurum, & omnia comptehendit. Etiam filiæ ſecundo genitæ cenſentur abſolutè ptohibitæ, & ipſi etiam ptimogenita.

7 ¶ Summa, prohibitio incipiens à filiabus ſecundò genitis intelligenda eſt non minùs latè & abſolutè, quam prohibitio paulò pòſt facta Hennietæ primogenitæ & magis dilectæ. Nec obſtant verba incidenter addita, Quæ decederent ſine hæredibus de ſuo corpore. non enim ſtant limitanuè, ſed ad deſignandum præſumptionem teſtatoris, qui non cogitabat opus eſſe prohibitione, ſi habetent liberos: & ſic illa adiectio ſe etiam tefert ad præſumptionem iuris, de qua in *l Lucius* s. *de hæredib. inſtituen.*

8 ¶ Et in omnem euen tum dato quod dici poſſit prohibitionem factam ſecundò genitis fuiſſe factam contemplatione illius fideicommiſſi perſonalis duntaxat: tamen ſuccedit & ſufficit alia ptohibitio genetalis & vniuerſalis facta vniuerſaliter fauore & contemplatione totius lineæ, quæ non minus ligat ſecundò genitas quàm primogenitam. Aut ergo eſt vna prohibitio vniformis & vnnoca, & indiſtinctè prohibitæ fuerunt etiam ſecundò genitæ: aut vero fuerunt duæ prohibitiones, prima perſonalis contemplatione perſonalis fideicommiſſi: ſecunda generalis contemplatione lineæ: & tuuc ceſſant argumenta, quod generi per ſpeciem derogatur. Et quod generalis clauſula non extendatur ad ea ſuper quibus ſpecialiter & nominatim prouiſum fuit: quia ſunt prohibitiones diſparatæ, & diuerſa habentes ohiecta, ſi ſunt diuerſæ hoc caſu, & ſicut vna operatur ſpecialitet: ita altera generaliter.

9 ¶ Minùs obſtat §. *fundum Titianum. in l pater filium. de legatis* 3. quia hîc non ſubſequitur ſimplex genetalis ratio vel illatio, vt ibi, quæ nil operatur: quia in teſtamentis non ſufficit velle, niſi diſponatur. *l. quidam cum filium. de hæredib. inſtitut.* Sed hîc ſubſequitur nooa, genetalis & abſolnta diſpoſino in verbis dipoſitinis teſtamenti, ibi, Item volo & ordino, &c. & ibi, Sed quod debeant venire & teneri ſemper, &c. Tum non ſolùm ſumus in terminis nouæ ptohibitionis genetalis & vniuerſalis, ſed etiam in terminis noui fideicommiſſi generaliter facti & diſpoſiti, vt bona ſemper remanerent in ſua linea. Et ſic quando verum fuiſſet ſecundò genitas decedentes cum liberis habuiſſe manus liberas teſpectu prohibinonis perſonalis, perſonale fideicommiſſum teſpicientis: non tamen habuerunt manus libetas teſpectu prohibitionis vniuerſalis in noui fideicommiſſanj fauorem & conſetuationem totius lineæ facti. Ita cenſeo Catolus Molinæus Franciæ & Germaniæ iureconſultus ducalis conſiliarius & iurium profeſſor Tubingenſis pnmarius. Datum Tubingæ Calendis Auguſti, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo quarto.

EPITOME CONSIL. VI.

Pro eodem principe in cauſa de Myon.

1 *Tria capita defenſionum rei.*
2 *Subſtitutio aliunde fundata non reſtringit ad metas prohibitionis.*
3 *Subſtitutio gradualis impedit præſcriptionem. 4. 14. 15.*
5 *Concurſus iuris cum facto hominis fortiùs operatur.*
6 *Demonſtratio non reſtringit.*
7 *Prædilecta non præſumitur plus grauata vel prohibita.*
8 *Proximus quiſque priùs cenſetur inuitatus, etiam ſi omnes vocentur.*
9 *Præſcriptio non incipit antequam agi poſſit. 15. 16.*
10 *Libellus principi datus ſi inducat malam fidē, interrumpit.*
11 *Exempla non reſtringunt.*
12 *Clauſula pro infectis retro omnia ipſo iure abolet.*
13 *Verba vniuerſalia non patiuntur reſtrictionem.*
17 *Nondum natis non currit tempus petendi fideicommiſſi.*
18 *Præſcriptio currit pendente conditione, quæ pendet à voluntate eius, contra quem præſcribitur.*

CONSILIVM VI.

Iſo teſtamento illuſtris memoriæ Stephani comitis Montbelligardenſis, intellecta actione illuſtriſſimi principis Chriſtofori ducis Vvirtembergenſis & Teckzenſis, & Comitis Montisbelligardi, ratione tertiæ & dominij de Myon: viſis etiam defenſionibus datis per dominum claudium Requarte equitem.

1 ¶ Omiſſis friuolis & fugitiuis allegationibus rei, tria potiſſimùm allegat, & tertio principaliter nititur. Primum quòd domina Ioanna non fuit prohibita alienare, niſi in caſum quo decederet ſine liberis, & adhuc probandum eſſe, quòd ea fuiſſet de ſecundò genitis, vt artic. 18. ſuarum defenſionum. Secundum, quòd non valet probibitio facta filiis Ioannæ. artic. 2. Tertium, quod quadraginta vel quinquaginta annis præſcripſit, artic. 14. & 27. ſuarum defenſionum.

2 ¶ Quantum ad primum, illud nimis friuolum eſt: quia non ſolùm Ioanna fuit perſonaliter & nominatim prohibita alienare: ſed etiam grauata reſtituere ſororibus ſuperſtitibus, ſi decederet ſine liberis, & in caſum liberorum eſt grauata reſtituere filiis ſuis, & filij nepotibus, & deinceps: & illi deficientes grauati reſtituere proximioribus lineæ, vnde venerunt & deſcenderunt ea hæredia, & in clauſula præfati teſtamenti facta de omnibus deſcendentibus dictarum quatuor filiarum, ita ſucceſſiue grauatis, & ad hunc finem alienare prohibitis. Quare non eſt amplius diſputandum de limitatione prohibitionis, cùm ſufficiat ſubſtitutio, quæ ex verbis & mente clarè colligitur. *l. gallus. §. quidam rectè vt ex eo caſu valeat, qui ex verbis concipi poſſit. ff. de liber. & poſth.* deinde non contendit reus domi. Ioannam alienaſſe, ſed eius liberos. artic. 24.

3 ¶ Tertiò, etiam ſi diceretur dominam Ioannam alienaſſe (id quod non) adhuc ſufficeret præfata ſubſtitutio, quæ gradualis eſt & talis, de certis antiquis familiæ hæredibus, iuxta not. per Bal. *in l. precibus. C. de impube. & aliis ſubſtit. in l. ab eo. C. de fideic. commiſſ.*

4 ¶ Cùm accedit prohibitio legis ipſo iure reuocans, & titulum etiam iuſtiſſimum reducens ad non titulum & non cauſam nulla obſtante temporis præſcriptione. *l. vlt. ad fin. C. com. de legat.* Quin etiam huic prohibitioni legis accedit etiam expreſſa prohibitio hominis nemp. teſtatoris.

5 ¶ Et ſic concurſus iuris cum facto hominis longè fortius operantur, vt tradit Alex. *in l. quidam ita. §. vel. col. 1. ad Trebellianam. & in conſil. 93. num. 8. lib. 7.* Philip. Deci. in *l. 1. C. quæ admitti. in c. paſtoralis. col. 5. Extra. de except.* Et in materia rei ſubiectæ reſtitutioni ex teſtamento. *Et authen. ſiſque. C. comm. de legat.* Tenet Iaſ. *l. filius fam. §. diui. colum. 5. num. 34 num. 66. in lectura prima. Et num. 100. in lectura 2. de legat. 1. Et in l. cum quid lectura 2. colum. 1. ff. ſi cert. peta.* Franciſcus Curtius ſeniot *Conſil. 45. in fi.* Guido Papæ in deciſ. Delphi. *q. 7. & conſil. 140. col. vlt.*

6 ¶ Nec eſt verum, prohibitionem eſſe aliquo caſu limitatam cùm tam dom. Ioanna, quam eius liberi omnes ſint prohibiti. Nec obſtat quod prohibitio facta filiabus minoribus natu, habet hanc adiectionem decedens ſine hæredibus, quia illa adiectio non reſpicit prohibitionem ipſam, ſed demonſtrationem perſonæ, ſeu caſus, cuius contemplatione fit illa prima perſonalis prohibitio, videlicet ſubſtitutionem reciprocam & compendioſam filiarum adinuicem. Et eſt ſenſus, quod altera filiarum decedens ſine liberis, tunc demum eſt prohibita, quando ſuperſunt perſonæ ſubſtitutæ & limitatæ, ſecus illis deficientibus: quia tunc habet liberas manus. Non autem eſt ſenſus, quòd vna filiarum moriens cum liberis poſſit liberè diſponere: quia hoc non ſolùm eſt contra mentem illius primæ clauſulæ prohibitionis, ſiue etiam contra mentem & verba aperta generalis prohibitionis & diſpoſitionis, Vt ſemper dictæ tertæ debeant venire & reuerti ad magis proximiores:

7 ¶ Quinetiam eſt contra mentem alterius ſpecialis prohibitionis factæ dominæ Henrietæ primogenitæ, ne poſſit diſponere per quemcunque modum. Si igitur etiam primogenita magis dilecta & præhonorata per idem teſtamentum, nihilominus eſt generaliter & indiſtinctè prohibita: igitur multò magis ſecundò genitæ intelliguntur eodem modo prohibitæ. Non enim fuit primogenita magis vel grauata, vel prohibita reliquis: imò in omnibus dictis filiabus vnum & idem conſilium fuit teſtatoris, ne vlli earum liceret in extraneos transferre, ſed vt in ſua poſteritate bona conſeruarent.

8 ¶ Ad ſecundum, error eſt in iure aperto vti longiori confutatione, vtpote contra textum in *l. peto. §. vltim. de legat. 2.* vbi res poteſt prohiberi alienari extra familiam, non ſolùm primis inſtitutis, ſed omnibus ſequentibus: & tunc vt proximus quiſque eſt, ita primo loco cenſetur inuitatus, vt ibi text. & in *l. cùm*

124. § *in fideicommiſſo de legat. 2. in l. cum pater libertus. §. hereditatem. eodem. tit. in l filias fam §. dui. § cum pacer. ff. de legat.* 1.

9 ¶ Ad tertium quod in effectu eſt vnicum rei effugium, prompta eſt ſolutio multiplex. Prima, quia non poteſt incipere curſus temporis vllius præſcriptionis antequam cum effectu agi poſſit. *l. 1. in princip. & §. vlt. C. de annal. excep l. pure. §. vltim. ff. de dolis mali excepr. glo Cyn. l. vlt. §. ſed quia. C. cõm. de legat.* Bald. *conſ* 38. *in fin. nu* 7. *lib.* 1. *conſ.* 4. *in fi. lib.* 4. ſecundum nouam impreſſionem. Et latè Stephan. Bertran. *conſil.* 15. *ex themate col.* 10. *cum ſequent. lib.* 1. Sed certum eſt quòd quãdio Renatus princeps Vraniæ & ſui deceſſores in linea præfatæ Ioannæ viuebant, præfatus princeps & illuſtris memoriæ Vlricus patet eius agere non poterant. Non enim fit tranſitus de linea vnius dictarum ſororum ad alteram, quandiu deſcendentes ſupereſſunt ex linea à qua, vt patet per idem teſtamentum. Cùm igitur præfatus Renatus fuerit vltimus poſterorum Ioannæ non potuit incipere præſcriptio, niſi poſt obitum illius, qui fuit circiter à decem annis.

10 ¶ Adhuc nullo modo potuit incipere, quia præfatus illuſtriſſ. Vlricus mox imperatorem adiit, & ius ſibi tedi poſtulauit etiam inſtrumentis editis cum libello imperatori dato: quæ in notitiam tei peruenerunt, eúmque in mala fide conſtituerunt. Cúmque intra decennium lis de facto mota ſit, nulla eſſe poteſt difficultas, nulla quæſtio, cùm ſit caſus legis *l. vlt. §. ſin autem ſub conditione. ſub incerta die. C comm. delegat.* vbi conditione vel die impleta addit lex, Sciat (ſcilicet venditor, emptor, aut quuis alius) quòd ab initio cauſa in irritum deuocetur, quaſi nec ſcripta, nec penitus fuerit celebrata, vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio procedat, ſiue his omnibus caſibus legatario, vel fideicommiſſario omnis liceotia pateat rem vendicare & ſibi aſſignare, nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo.

11 ¶ Cùm igitur ſit caſus legis, nulla poteſt eſſe quæſtio. *l. ancill. C. de furtis.* Minus obſtat ſi dicatur, quòd lex non loquitur de præſcriptione longiſſimi, ſed longi temporis tantum: quia quod lex in medio meminit vſucapionis & longi temporis præſcriptionis, clarum eſt, quòd hoc facit non cauſa reſtringendi tuam diſpoſitionem, ſed potiùs cauſa amplandi & gratia exempli. Et ſic dicta ad augmentum non operantur reſtrictionem *l. legato inuiſiliter. de legat.* 1. nec etiã exempla *l. damni infecti. de damno infecto. cum vulgaribus.* Propterea dicta lex non remanet in ſimplicibus terminis tollendæ vſucapionis, vel longæ præſcriptionis: ſed vltra procedit habendo omnia retro pro infectis, & pro non ſcriptis nec celebratis.

12 ¶ Quæ clauſula, de qua paritet in *l. non dubium. in fin. C. de legibus* in *l.* 1. *C. qui pro ſua inriſdictione iudices dare, dariue poſſunt. in l. vltim. in fin. de decurio. lib.* 10. *C.* ita retro omnia ipſo iure reſcindit & abolet, vt non ſit opus vlla reſtitutione in integrum, vel alio auxilio contra præſcriptionem, vel aliud quoduis obſtaculum: omnes alienationes medio tempore factæ annullantur. Philip Dec. *conſ.* 252. *ad fin.* Hiero. Gratus *conſil.* 21. *col.* 4. *lib.* 1. qui ambo loquuntur & decidunt etiam in præiudicium tertij in hac de qua agitur fideicommiſſorum materia. Ad hoc de eadem clauſula pro infectis. *gloſ. in elem.* 1 & ibi Card Floreu. Panor. *de immunitat. eccleſiarum.*

13 ¶ Adhuc eadem lex vltra procedit ſubiiciendo clauſulam vniuerſalem duplicem, ibi, Omnis licentia pateat, & ibi, Nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo. Vniuerſalis autem non patitur reſtrictionem, cùm falſa in vno, ſit falſa in totum. *l ſi is qui decem. §. verum. de reb. dub.* imò facis vt comprehendatur caſus, qui etiam non videbatur ex mente comprehendi. Alexand. *conſil.* 167. *lib.* 7. Philip. Dec. *conſil.* 358. Franciſc. Cutt iunior *d.* 2. *col.* 9 *num.* 50. *ff. de iuriſd omni. iudic.* & vt caſus etiam maiores expreſſis contineantur, Iaſon. *conſil* 96. *lib.* 3. *conſil.* 147. *lib.* 4. quanto magis vbi clauſulæ voluerſales geminatæ ſunt, vt hìc?

14 ¶ Minùs etiam obſtat ſi datur longiſſimi temporis præſcriptionem non tolli, eò quòd abſque titulo currit. Tum quia ſi nominatim tollitur præſcriptio longi temporis, quæ eſt fauorabilis, vt per *gloſſ. & doct. in l. more. C. de rei vendica.* multò magis intelligitur excludi exceptio longiſſimi temporis, quæ eſt odioſa. *l. qui exceptionem. in princ. ff. de condict indeb.* Tum non ſolùm tacitè, ſiue etiam expreſſè verbis generalibus, vniuerſalibus, & geminatis dictæ legis eſt ſublata: tum tertiò fortiùs retorquetur argumentum; quia ſi longiſſimi temporis præſcriptio abſque titulo currit ex ſola negligentia non petentis, ergo nunquam in hoc caſu currere cœpit: quia numquam præfatus illuſtris princeps fuit negligens, nunquam ſibi fuit aperta via, nec quæſitum ios agendi, quin ſtatim perere & proſequi cœperit,

15 ¶ Et in propriis terminis noſtris, & vendicandi antiqui fideicommiſſi, quòd etiam longiſſimi temporis præſcriptio non poſſit opponi agenti, nec incœperit niſi ex quo die idem actor agere potuit, decidit Paulus Caſtren. in *d. l. vlt. in fin. C. comm. de legat. & omnes ſequuntur.* Idem Alex. *conſil.* 59. *Attentis verbis teſtamenti. num.* 11. *lib.* 3. Attio. Rubeus *conſil.* 98. Steph. Bertran. *conſil.* 15 *column.* 9. *conſil.* 23. *colum.* 16. *lib.* 1. Andr. Alciat. *l. alienationis verbum. de verbor. ſignific.* Hinc eſt, quòd etiam ſtante communi opinione, quòd curtat præſcriptio longiſſimi temporis, deduci debet tempus, quo alienatus vixit: tum quia quæ tunc contingerunt, habentur pro infectis. *d.* § *ſin autem.* Tum quia venditor poterat vendere ius ſuum, ſiue vſumfructum temporis ſui: & ſubſtitutus non deboit diuinare quòd vendiderit abſolutè, niſi poſtquam, eo mortuo, emptor poſſidere cœperit: & tunc venditor, qui mala fide ſine onere vendidit, tenetur ad damna & intereſſe, quia ſatis promiſerat non contrauenire.

16 ¶ Vnde dato & non conceſſo quòd probetur venditionem vel aliam alienationem a filiis vel nepotibus dom. Ioannæ aute triginta vel quadraginta annos factam, tamen nunquam incœpit nec longi, nec longiſſimi temporis præſcripno contra præfactum principem, quandiu vixerunt & ſuperfuerunt aliqui eorum hæredes vel ſucceſſores de linea domin. Ioannæ: quia ante eorum obitum vel defectum non extitit condmo fideicommiſſi facti aliis proximioribus de linea dominæ Henricæ. Sed nulla poteſt incipere præſcriptio, antequam actio competat Bartol. in *l. Senatus. ff. de officio præſid.* Emptor autem bene puteſt retinere ad vitam venditoris vel eius hæredis, qui poſt illum vocatur *l pen. §. prædium. de legat.* 1. non autem poſt mortẽ eorum. *d.* §. *prædium in fin. & d. l. vlt. §. penult. C cõm. de legat.* Et interim ſequentibus in gradu. qui tantùm poſt priores vocati ſunt. *l. cùm ita legatum. §. in fideicommiſſo de legat.* 2. nulla interim poteſt incipere præſcriptio.

17 ¶ Vnde illud exploratum eſt ſecundum omnes, quod nondum natis nunquam currit, nec incipit tempus petendi fideicommiſſi. Alexandr. *conſilio* 101. *columna penultima. libr.* 7. Paulus *conſilio.* 247. *columna* 3. *libr* 1. *in nouis* Philip. Dec. *conſil.* 468. *ad fin conſ.* 498. *colum. penult.* & latè Hiero. Gratus *conſil.* 101. *colum. ante penult. cum ſequent. lib.* 2. imò etiam nec iam natis currere incipit ſi agere non poſſint. text. *l.* 1. § *vlt. C. de annal. excep.* Bald. *in Authen. niſi triennale verſic ſen quid duces. C. de bonis maternis.*

18 ¶ Et quamuis aliquando pendente conditione currat præſcriptio, id tunc demum verum eſt, quando implementum talis conditionis de-

pendet à facto, poteſtate, & voluntate eius cui præſcriptio opponitur, *vt in l. 1. §. qui ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam.* vt ibi Guilhelmus Cuneus, & Bald. notant. Idem Baldus *l. eum qui. C. eodem titul.* Ludouicus Romanus, *conſi. 84. col. 2.* Franciſc. Bald. *de præſcriptionibus. in 3. queſtione principali quarta partis.* Alias & nominatim fideicommiſſi conditionalis nunquam poteſt incipere currere vlla præſcriptio, antequam exiſtat conditio, & ius apertum & delatum ſit. Baldus *conſil. 351.* Item *ad illud. lib. 3.* Bartol. *l. ſi cui legetur. in fine principij.* & ibi Baldus, Angelus, Alexand. Iaſon & omnes *de legat. 1.* latè Ioannes de Monteferrato in *reper. §. diui. in l. filius familiæ, charta 15. de legat. 1.* Etiam ſi interim fundus pluries vœnierit, & per plures manus ambulauerit, vt expreſſim decidit Hieronymus Gratus *conſil. 21. num. 37. volum. 4. lib. 2.* quibus clarum eſt nullum reo ſupereſſe fundamentum, & præfatum principem iure optimo fundatum, & obtinere debere. Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus Franciæ & Germaniæ iureconſultus, ducalis conſiliarius, & iurium profeſſor Tubingenſis primarius. Datum Tubingæ 23. Septembris.

EPITOME CONSILII VII.

1 *Totius cauſæ cardo in tribus conſiſtit.*
2 *Alienatio prohibita ad tempus, videtur poſt tempus permiſſa.*
3 *Prohibitio eſt ſtricti iuris, nec extenditur de perſona, ad perſonam, nec de gradu ad gradum 4.*
4 *Vniuerſalis Nunquam eſt fortius vniuerſali Semper.*
5 *Voluntas teſtatoris verba prohibitionis extendit 9. 11.*
6 *Argumentum à contrario ſenſu eſt tantùm coniectura, nec valet contra veriſimilem mentem.*
7 *Nec procedit, niſi quando ſumitur à cauſa finali.*
8 *Minus dilecta non cenſentur minùs prohibita. 9.*
10 *Semper faciendа interpretatio, per quam magis dilectus non eſt deterioris conditionis minus dilecto.*
12 *Quicquid eſt in termino relato, eſt in termino referente etiam propriè & ſpecificè.*
13 *Negatiua præpoſita verbo poteſt, tollit omnem potentiam iuris & facti.*
14 *Prohibitio legis accedens prohibitioni hominis fortiùs operatur. 15.*
16 *Omnes dicuntur ſecundo geniti reſpectu primi.*
17 *Intellectus. §. fundum* Titianum in l. pater filium de legat. 3. 19. 20.
18 *Appellatione diſpoſitionis ſiue permiſſa ſiue prohibitæ, venit vltima voluntas.*
19 *Vt in contractibus aliud dictum, aliud promiſſum: aliud enuntiatum vel deſtinatum, aliud diſpoſitum: ita in vltimis voluntatibus.*
20 *Refert inter verba enuntiatiua cuiuſdam futuri euentus quæ non diſponunt, & inter verba prolata per modum rationis quæ diſponunt. 42.*
21 *Filij videntur in dubio potiùs in conditione quàm in diſpoſitione poſiti.*
22 *Niſi ex legis coniectura. 28. 29. 30.*
23 *Vel ex prohibitione alienationis. 27.*
24 *Honoratus maximo honore non poteſt grauari, niſi ſit honoratus commodo pecuniario.*
25 *Qui vult conſequens, vult antecedens.*
26 *Legatarij eiuſdem fundi faciunt partes ab initio, non per concurſum.*
28 *Quando ſunt plures prohibiti, videntur vocati.*
29 *Vel quando concurrunt verba tendentia ad fideicommiſſum.*
31 *Poſiti in conditione & grauati videntur ſubſtituti.*
32 *Prohibitio alienãdi cum grauamine de toto reſtituendo inducit ſubſtitutionem inter prohibitos.*
33 *Quod in fideicommiſſaria ſubſtitutione omnes doctores tenent.*
34 *Maximè quando debet reſtitui proximioribus eiuſdem lineæ. 41.*
35 *Qui non ſunt honorati, non poſſunt prohiberi nec grauari.*
36 *Quod minores coniecturæ ad fideicommiſſum ſufficiunt.*
37 *Prohibitus teſtari fauore alicuius, videtur gratus eidem reſtituere.*
38 *Etiam fauore tacito.*
39 *Prohibitio expreſſè facta, vt bona remaneant in familia, operatur fideicommiſſum graduale etiam citra contrauentionem.*
40 *Fideicommiſſum inducitur per tacitam voluntatem, quæ ex coniecturis colligitur: 41.*
43 *Sed ſtat continuatiuè.*
44 *Qualitas rerum facit præſumi fideicommiſſum. 45. 47.*
45 *Et conſuetudo regionis. 46.*
47 *Membra de facilis ad caput reuertuntur.*
48 *Prædia fiunt gentilitia conſuetudine Francorum per Carolum Magnum ad Saxones extenſa.*
49 *Præſcriptio non incipit antequam cum effectu agi poſſit. 50.*
51 *Extraneus poſſeſſor lucratur fructus pro tempore eius qui ceſſat vendicare.*
52 *Fideicommiſſarius non ſuccedit grauato, ſed teſtatori.*
53 *Pro inficetis habentur contra fideicommiſſum attentata eo extante.*
54 *Negligentia eorum qui priore loco vocabantur non nocet ſequentibus.*
55 *Non eſt locus Trebellianicæ in fideicommiſſo certarum terrarum: quia vim legati ſeu fideicommiſſi particularis habet.*
56 *Non prodeſt allegare ius tertij non conſequẽtis.*
57 *Trebellianica prohiberi poteſt per verba aquipollentia.*
58 *Etiam in filiis primi gradus.*
59 *Legitima & Trebellianica perduntur propter non confectum inuentarium.*
60 *Subſtitutio reciproca fauore deſcendentium facta non continet grauamen, ſed fauorem, nec locus eſt querelæ nec detractionis alicuius quartæ.*
61 *Poſtquam filij ſimpliciter approbauerunt teſtamentum, & in ea voluntate deceſſerunt, non poſſunt eorum deſcendentes quicquam cauſificari de legitima.*

62 *Filius non poteſt rem certam eligere pro ſua legitima, ſed cauſa cognita.*

63 *Limitatio quatuor graduum, non habet locum in ſubſtitutione graduali*

CONSILIVM VII.

Viſo & examinato proceſſu pendente in ampliſſimo Senatu ſupremæ Dolani Parlamenti curiæ, illuſtriſ. Principem & doctiſſimum Chriſtoforum ducem Vvirtembergenſem & Teckenſem, & Comitem Montbelgardenſem filium & hæredem vniuerſalem & in ſolidum laudabilis memoriæ quondam ducis Vlrici Vvirtembergenſis dum viueret Ducis Vvirtembergenſis & Teckenſis & Comitis Montbelgardenſis, actorem in petitorio ditionis & terræ de Vvillaſſans le vieux & pertinentiarum, ex vna parte: & dominum Gitardum de Rie equitem, dominum de Balançoo, & dominam Ludouicam de Longy eius vxorem, & quemque eorum, tam conjunctim quàm diuiſim, & eorum adiunctos reos, & ex aliena parte teſtamento illuſtris memoriæ Stephani, dum viueret Comitis Montbelligardenſis ſolenniter facto Montbelligardi vltima Octobris, anno ſalutis 1397. petitionibus, defenſionibus, replicis, duplicis, triplicis, partium concluſione, atticulorum, ſeu allegationis factorum & exceptionum à partibus facta Dolæ, die 23. Nouembr. anno. 1555. ſuper quibus quæritur, quid iuris. Et omnibus diligenter expenſis, præſuppoſito themate reſultante ex teſtamento & proceſſu non reperendo, nec transcribendo, ego ſubſcriptus iuris vtriuſque doctor inuenio, ¶ 1 totius cauſæ cardinem in duobus, aut ad ſummum in tribus conſiſtere. Primò, an prædicta Ioanna neptis teſtatoris prohibita fuerit alienare, etiam ſi haberet filios? Secundò, an filij naturales & legitimi Ioannæ fuerint immediatè vocati ad ditiones & tertas matri ſuæ per idem teſtamentum aſſignatas & diſtributas? Tertiò, an etiam hodie actor fuerit & ſit admiſſibilis, atque huic teo competat, non obſtantibus factis ſiue allegationibus reorum tam iuris quam facti?

2 ¶ Ad primum, prima facie videtur dominam Ioannam nullo modo fuiſſe per auum ſuum paternum & eius teſtamentum prohibitam de prædis ſibi per auum ſunm diuiſim aſſignatis diſponere, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate. Et hoc primò: quia non legitur nominatim & expreſſim prohibita, ſed tantùm vna Henrieta nominatim, deinde in genere ipſæ poſterùs genitæ certo caſu prohibitæ ſunt ergo Ioanna non eſt prohibita, nec in ſpecie (quia hoc de Henrieta duntaxat inuenitur) nec etiam in genere, quia Ioanna non eſt de poſteriotibus, ſed de priùs genitis, cùm eſſent quatuor neptes, Henrieta & Ioanna ſeniores & priùs genitæ: Margareta vetò & Agnes poſterius, vt reì obtenunt, artic. 38. ſuarum defenſionum, & deinceps in ſuis allegationibus. Secundò, quia etiam ſi Ioanna computetur inter poſterùs genitas, tamen ſecundò genitæ non ſunt prohibitæ generaliter & abſolutè: ſed ſolùm caſu quo decederent ſine liberis: ſed Ioanna reliquit liberos, ergo non fuit prohibita, Tertiò: quia etiam in terminis prohibitæ alienationis in teſtamento prohibitus poſt tempus, non ſolùm non videtur eſſe prohibitus poſt tempus: ſed etiam videtur ei alienatio poſt tempus permiſſa. *text. in l. pater filium. §. fundum Titianum.* & ibi Bar. & omnes *de leget 1°* Et prohibitus alienare per actus inter viuos, non cenſetur prohibitus per teſtamentum. *text. in d. §. fundum Titianum.* ergo Ioanna prohibita alienare ſi deceſſerit ſine liberis, non eſt prohibita ſi reliquit liberos, prout ſtante actore reliquit: ergo in caſum liberorum fuit ei permiſſa alienatio.

A 3 ¶ Nec obſtat quòd liberi dictarum neptum ſucceſſiuè poſteà prohibeantur: quia prohibitio eſt ſtricti iuris, nec extenditur de perſona ad perſonam, nec de gradu ad gradum: vnde prohibitio facta filiis non extenditur ad nepotes, qui habent liberas manus. text. in auth. de reſtitutio. fideicommiſ. § nos igitur, ibi, neque longiore à filiorum vita, & ibi Bartolus, Angelus, Alex. *conſil. 37. numer. 5. (vbi in annotat. dixi) lib. vi* Philip. Deci. *conſil. 377. num. 5.* Vbi etiam in annotat. dixi: Igitur multo minùs de filiis extenditur ad parentes.

4 ¶ Nec etiam obſtat quod in eodem teſtamento eſt clauſula generalis, quod dictæ terræ debeant venire & tedire ſemper ad proximiores de linea, vnde venerunt & deſcendetunt: quia illa verba generalia non videtur extendere prohibitionem ſemel limitatam extra caſum ſuum, vt eſt text. *in d. § fundum Titianum*, ibi: Ita enim fiet. & fundus Titianus de nomine veſtro nunquam exeat. Verba enim De nomine veſtro, totam poſteritatem agnationis comprehendunt: & aduerbium Nunquam, non minùs eſt vniuerſale, quàm aduerbium Semper, imò potentius quia negatiua poſitius & amplius negat, quam affirmatio affirmet. *l hoc genus* & ibi *gl. vlt.* Bal Paul. & omnes *de condition. & demonſtra.* Clar. *q. 16.* Alberic *l. vlt col. 5 C. de ſponſalibus. Iaſ. l. decem. col. 4 l ſi fic. col. 1. de verb. obligat.* Ergo per dicta verba generalia teſtamenti, prohibitio limitata non extenditur: ſed remanet intra cancellos ſuæ limitationis, ſiue reſpectu prohibitionis factæ Ioannæ ſi decederent ſine liberis, vt non extendatur ad caſum liberorum, propter dictam clauſulam generalem nec prohibitio facta liberis extendatur ad matrem per eadem verba generalia per tex in ſimili in *d. § fundum Titianũ.*

C 5 ¶ Sed his non obſtantibus, quantumuis vigere videantur, veritas eſt dom. Ioannam in effectu prohibitam fuiſſe, non ſolùm fauore ſororum ſuarum, ſi non relinqueret liberos: ſed etiam fauore liberorum ſuorum, caſu quo ipſa relinqueret liberos: ſed etiam fauore proximorum in gradu qui per teſtamentum ſucceſſiuè & gradatim vocati ſunt. Idque multifariam oſtenditur. Primò: quia certum eſt. & hoc totius teſtamenti tenor vniformiter oſtendit, principalem imò vnicam fuiſſe teſtatoris voluntatem & intentionem finalem, vt hæredia ſua conſeruatet in ſita poſtentate iuxta diuiſionem, ſeu diſtributionem à ſe factam: nec minorem habuit affectionem eam conſeruandi liberis ſuarum neptum, quàm neptibus ſuis: ſed liberos earum abſolutè & indiſtinctè prohibuit. ergo eodem modo prohibuiſſe intelligitur ipſas neptes.

D 6 ¶ Et quamuis quandoque prohibendo neptes addat verba, Sine liberis decedentes: tunc demum hoc facit & addit, quando fauore mutuo eas prohibet. Vnde prohibitio, quæ fit ſororibus in fauorem ſororum, intelligitur in caſu quo non habeant liberos: quia teſtator intendit, quòd ſorores ſuperſtites per liberos ſororum præmorientium excludantur: ideò tunc dicit ſine liberis. non quòd intendat dare libertatem diſponendi ſtantibus liberis in prædicium liberorum: ſed quòd non intendit ſorores præferri liberis defunctæ, & alioquin eſſet arguere è contrario ſenſu contra mentem & intentionem diſponentis Sed ſi quis ex ea clauſula, *Et qu'autrement ne puiſſe ordonner de diſpoſer celle des moins née, qui treſpaſſeroit ſans hoirs:* vellet arguere, daram vel teſtatum liberam diſponendi facultatem in caſum teſtatorum

liberorum legitimorum & naturalium, vbi (prout rei argumentum nunquam valet contra mentem, etiam verisimilem, cùm non sit nisi coniectura. l. apud antiquos. Et ibi Iacobus Butr. Baldus. C. de furt. Et sic multò minùs contra mentem apertam, imò etiam expressam ad calcem principalis partis testamenti, ibi, Item *veux & ordonne que les hoirs d'icelles*, & ibi, *Mais disent venir & retourner toutesfois icelles terres.*

7 ¶ Quinimò istud argumentum non procedit, nisi quando sumitur à causa finali, vt Alexand. & Iason, Philip. Deci. & omnes in l. 1. *de officio eius cui mand. est iurisd.* Baldus *consil.* 190. *primo statuto, consil.* 145. *lib.* 2. Hieron. Gratus *consil* 104 *col* 1. *lib* 2 *dixi in annot.* ad Philip. Decium *consil.* 231. *colum. vlt. & in l. si pecuniam. nu* 3. *si cert. petat.* ergo minùs procedit cessante finali intentione, & adhuc minus contra finalem intentionem quæ erat conseruare hæredia in sua linea. B

8 ¶ Secundò: quia etiam ipsæ neptes, maximè & nominatim Henrieta ipsa primogenita, & prædilecta vt per totum testamentum apparet, nihilominus nominatim prohibentur & absolutè, siue habeat liberos, siue non, imò etiam per verba vniuersalia, Quonis modo, prohibetur, ibi, *N'en puisse ordonner, disposer par quelque maniere.* Igitur reliquæ neptes secundò genitæ non minùs censentur prohibitæ, nec in maiore libertate relictæ. *Authent. multò magis. C. de sacrosan. eccles. l. Publius Mœvius.* §. 1. *de condit. & demonst.* Si enim minùs liganda & astringenda videbatur magis dilecta, & tamen absolutè omni casu & quocunq; modo prohibetur: igitur multò magis secundo genitæ & minùs dilectæ eodem modo & non minùs ligatæ videntur. C

9 ¶ Et etiam ad hoc concurrit mens testatoris, quæ ex serie & verbis totius testamenti colligitur, iuxta *l. Gallus* §. 1 *ibi, quod ex verbis concipi possit, de liberis & posthumis. l. ab omnibus, in fin. princip. delegat.* c. ibi cùm & significatio verborum nun repugnet huic sententiæ, & voluntas testatoris congruat. Arqui hic non solum congruit voluntas, non solum verba non repugnant prohibitioni generali: imo etiam vtrisque & voluntas &. series. seu verba totius testamenti vrgent. 10 ¶ tum, vt tradit Barth. *in l. gallus.* §. *etiam si à parente, de liberis & posthumis. tu l. si mater.* §. 1. *de vulgari & pupill.* semper facienda est interpretatio, per quam magis dilectus non est detentionis conditionis, quàm D minùs dilectus, *per text. d l. Publius.* §. 1 *& l. si vina matre. C. de bonis materni. Roma. consil.* 32 *col. penult.* Alexand. *consil.* 56. *lib.* 5. *vbi in annotatio. dixi*, & omnes vbique sequuntur. Sed hoc inconuenientes non solùm respectu sororum cuniungeret, sed etiam respectu liberorum: quia secundum distortam & affectatam interpretationem teorum, sequeretur quòd liberi primi gradus essent deteriotis conditionis neporibus: quia certum est per testamentum, quòd nepotes dictarum sororum non possunt priuari in aliquo per filios Ioannæ, qui sunt dilectè prohibiti per testamentum, & tamen filij Ioannæ possent priuari per matrem, & consequenter liberi deteriotis essent conditionis neporibus vel filij sui: quod est absurdum, & contra textum *in d. l. si* E *vina matre, vers. item. luct.* Et sic interpretatio teorum prorsus reiicienda, & intelligendum filius quoq; prouisum, prout & neporibus prouisum, esse nedum constat, sed etiam in confesso est.

11 ¶ Tertiò, etiam in specie de ipsa Ioanna, quòd sit eodem modo absolutè & quocunque modo prohibita, eodem testamento nominatim cauetur: ibi, *Et veux que ceste ordonnance soit tenuë de l'aisnée à ladite Ioanne*, hoc est, quòd ordinatio facta in primogenita sit repetita, teneat, & locum habeat in Ioanna. Sed istam clausulam præcedunt immediatè duæ ordinationes testamentariæ, prima ibi, *Et que ladite Henriette autrement ne puisse*, &c. Quæ ordinatio nototiè & tantùm loquitur de ipsa Henrieta, quæ per illam ordinatio- A nem absolutè & indistinctè disponere prohibetur, etiam quouis modo. Secunda ordinatio ibi, *Et que ledit partage de ladite Ioanne*, &c. Quæ ordinatio nullo modo loquitur nec disponit de Henrieta, nec de bonis seu partagio ipsius Henrietæ: sed tantùm loquitur de aliis neptibus, & de bonis aliis quàm Henrietæ assignatis. Et sic clausa de qua nunc agitur, quæ est personalis, & extendit dispositionem factam in persona primogenita ad personam Ioannæ, non potest intelligi de ordinatione incipiente, *Et que ledit partage.* quia hoc nullo modo congruit Henrietæ, nec potest adaptari, nec quadrare. Et sic necessario hæc clausula referenda est ad ordinationem immediatè præcedentem, quæ etiam est proximior ordinatio disponeos nominatim de ipsa Henrieta, ibi, *Et que ladite Henriete.* &c. Nec potest ad aliud, nec ad propinquius, nec aliter congruens fieri relatio: ergo tenore expressu testamenti Ioanna est prohibita disponere de suo partagio, vel tertis sibi assignatis, eodem modo quo Henrieta, videlicet indistinctè, & per quencunque modum.

12 ¶ Ergo Ioanna quemadmodum Hentieta prohibita fuit, etiam si haberet liberos, idq; nominatim & specificè, quemadmodum Hentieta nominatim prohibita: quicquid est in terminu relato, est in termino referente. *l. assensio. ff. de hered. instituend. l. institutio talis de condit. inst. si ita scripsero de condit. & demonst. l. vbi autem non apparet* § *illud. de verbor. oblig.* etiam verè, propriè & specificè vt tradit Baldus *in l. si defensor.* § *qui interrogatus, versic nisi forte, per illum textum de interrogat actu.* Idem Bald. *consil.* 212 *lib* 3 Aymo Cravetta. *consil.* 35. *nume.* 4. Ergo Ioanna prohibita nominatim & specificè vi dictæ relationis, quæ vehementer specifica n operatur.

13 ¶ Et per negatiuam præmissam verbo Potest, ibi, *N'en puisse*, quæ inducit necessitatem absolutam, & tollit omnem potentiam iuris & facti, vt not. per Bart. Ias. & alios. *in l. gallus in princip. de liberis & posthumis.* Alexan. *in consil.* 77. *lib.* 3. *glosa* & omnes canonistæ. *in cap. 1. ver. non potest. de reg. iuris. in sexto.* Et æque specificè per illa verba generalia & neganna Cuiuscunq; modi, quæ restrictionem non patiuntur, sed falsa in vno, essent falsa in omnibus *l. si is qui decem.* §. *verum, de reb. dub.* & maximè negativa, vt hic *l. hoc genus. de condit. & demonst.*

Nec munus vigiliarum & portarum vrbis quod eſt commune laicis & clericis.

CONSILIVM XII.

In quæſtione dependente à conſilio præcedente de contributione ad reparationem murorum aduertendum.

1 ¶ Longè aliud eſſe quando clerici conueniuntur non ex aliquo munere patrimoniali, nec ex debito legati: ſed ex obligatione facta ex propria voluntate, ſeu liberali oblatione clerici quia tunc verum eſt quod debent coram propriis eccleſiaſticis iudicibus conueniri, & ab illis compelli: Secùs quando agitur de moneribus patrimonialibus, à quibus nec eccleſiæ, nec clerici ſunt exempti, vel de alia obligatione legati, à quâ etiam non ſunt exempti, quia tunc nullum habent priuilegium fori: ſed coram magiſtratibus ad illa onera vel munera deputatis debent conueniri, & ab illis compelli. *text. in l. vlt. §. patrimoniorum. verſ. ab huiuſmodi.* Ibi nec pontifex excuſatur de muneribus & honor. quæ lex loquitur indiſtinctè, & ſi nec à ſolutione, nec à foro: quia in his nullam, neque non ſoluendi, neque fori habent exceptionem. *Idem text. expreſſatur in l. de his clericis. C. de epiſcopis & clericis.* vbi per præfectum prætorio debent clerici perurgeri

ad ſoluenda munera patrimonialia, alioqui tranſlationes pati, id eſt, venditiones bonorum ſuorum vel eccleſiæ.

2 ¶ Tertiò probatur *per text. in l. ad portus. & in l. omnes prouinciarum. C. de oper. pub.* vbi iubentur omnes non obſtante cuiuſcunque dignitatis priuilegio, conferre ad portum, aquæductum, & murorum inſtaurationem ſiue extructionem. Et *in d. l. omnes* ſtatuitur vt rectores prouinciarum literis ſeu mandatis præfecti prætorio, moneantur, vt cogant omnes ordines atque incolas vrbium ſingulatim, muros, vel nouos facere, vel veteres firmiùs renouare pro vitibus & facultatibus ſingulorum. Ergo non ſolùm clerici tenentur (quod eſt liquidum) ſed etiam per iudicem ſæcularem loci compelluntur quia in huiuſmodi onenbus patrimonialibus nullam habet exemptionem.

3 ¶ Quartò, quia alioqnin inſtantia iudicij atque huios diſtribnnæ inſtnæ diuiderentur contra ſanctionem vtriuſque iuris *in l. nullo. C. de iud. 3. q. 8. c. cuius in agendo. c. 1. de matrim. perit.* Et alioquin confunderentur libri, cenſus, & tationes publicæ de huiuſmodi muneribus patrimonialibus. Quinrò ita nominatim tenent Guilid Cuneus, Bald. & alij *in l. de hus. C. de epiſcopis & cler.* videlicet, quod in cenſibus, ttibutis, & alus muneribus patrimonialibus clerici debent & poſſunt cotam iudice ſæculari conueniri, nec habent priuilegium fori. Et ita etiam ſeruatur Pariſiis, & in toto tegno Franciæ.

4 ¶ Sexta ratio manifeſta eſt: quia clerici non vrgentur ad hoc, quia clerici ſed quia ciues & pars corpons reipub. & agitur de onere communi vel vniformi ciuibus. Et tutpis eſt pars quæ non congruit cum ſuo vniuerſali. *8 diſtinct. c. prime. c. an non liceat. de præſcript. c. vlt. de ſpon. duo.* Quod autem clerici ſint in vniuerſitate populi & pars ciuitatis, ſicut & magiſtratus, *text in l. 1. §. 1. verſ. ius publicum. ff. de iuſti. & iure.* & tener Oldta *q. 31. queſt. 74* Bald. *c. 1. de milit. vaſſal. qui arma bellic depoſ. in vſibus feudo.* Paul. *conſil. 292 calum. 2. num. 3. lib. 1. conſil 1. conſil. 151. in prine. lib. 2. in nouis.* Alex. *conſil. 41. lib. 7.* vbi in annot. dixi. Philippus Decius *c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. c. 1. de prabend.* & conſequenter in his quæ ſpectant ad ciues vt ciues. Et ſic ad clericos tanquam ciues, vt ſunt muneta patrimonialia nullum habent priuilegium fori, ſed debent procedere & cogi, vt teteliqui ciues.

5 ¶ Sic etiam Palatini Anlici ipſius imperatoris qui habent priuilegium foti, coram illuſtribus comitibus aulæ, non poſſunt vti illo priuilegio, vbi agitur de ædificatione domotum aliis monenbus ciuilibus. *l. vnus. C. de palatin. ſacra. larg. lib. 12.* ſicut nec veterani, aut alii quouis priuilegio ſubnixi. *§. patrimoniorum. in d. l. vltim ff. de numero & honor.*

6 ¶ Septimò, eadem tatione in matetia feudali nullum habent clerici priuilegium fori quanquam non ſolùm de te immobili agatur, vel officio infeudato, ſed etiam quandoque de ſeruitio perſonali, & iuramento fidelitatis. Et quia hîc non tanquam clerici, ſed tanquam vaſſalli conueniuntur, nec poſſunt vti priuilegio, niſi velint tenunciate feudo. *c. cæterum. de iudicis. cap. ex tranſmiſſa. c. verum. extra. de foro competent.*

7 ¶ Igitur multò fortiùs cum hîc non agatur de ſeruno perſonali, nec de diſtrictione perſonæ. ſed de tebus & boois quæ poſſident in ciuitate, ſi tanquam ciues conueniuntur ad functiones publicas, vel munera patrimonalia, ad quæ ciues tenentur, non poſſunt declinate fotum, niſi velint tenuntiare, non ſolum ciuitati, ſed etiam bonis quæ habent in illa ciuitate vel tepublica, vt etiam eſt text. in c. quo iure. 5. diſtinct.

8 ¶ Octauò, quia in actione reali certum eſt, quòd clerici debent procedere cotam iudice ſæculari, idem in onetibus realibus vel inde dependentibus, vel de teliquus cenſuum, vt tenet Ioannes Fabri *Inſtitut. de ſatiſdat* §. vltim. Guillelmus Cuneus Baldus *authentic. Clericus C. de epiſcopis & clericis.* Et ita notoriè ſeruatur in tegno Franciæ. Potrò iudices fæculates Germaniæ non minotem habent poteſtatem, quàm iudices fæculates Galliæ monera autem patrimonalia ſunt realia, & tatione patrimonii vel rerum præſtantur. *l. reſcripto. l. vltim. de muneribus & honoribus.* Batt. *in l. vnica. C. de multetibus in quo loco. lib. 10. l. placet. C. de ſacroſanctis eccleſiis.*

9 ¶ Nonò pariter in materia depoſiti clericus poteſt compelli per iudicem fæculatem Bald. & Salic. *in l. acceptam. C. de vſuris.* Iaſon *in l. 1. §. qui mandatam. col. vlt. de officio eius cui mand. eſt iuriſ. l. ſi fideiuſſor §. vlt. col. 3. qui ſatiſdare cogantur.* etiam ſi ſit res mobilis, quia tatione rei agitur.

10 ¶ Quod autem hoc onus conttibuendi pto inſtaotatione & fortificatione murorum vrbis ſit munus patrimoniale ciuile non ſordidum, *textus eſt in d. l. ad portus. in l. omnes prouinciarum. C. de operis pub. in l. vlt. de quibus muneribus nemini licet ſe excuſare. lib. 10. C.* ſicut nec munus vigiliarum & cuſtodiendarum portarum ciuitatis. *c. peruenit. tex. de immunit. eccleſ.* idem conſequenter in his quæ proponuntur de defenſione & protectione communi ipſius ciuitatis, in qua vetſatur periculum commune laicis & cleticis, tum quia eadem & communis omnium cauſa eſt, & idem pto omnibus libet rationum, idem receptot & compulſor. Et ita de iure & ptaxi cenſeo ego Carolus Molinæus Franciæ & Germaniæ iuriſconſultus, Ducalis conſiliarius, & Tulingenſis Academiæ iutium profeſſor primarius. Datum Tubingæ, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo quarto, 21. Iulij.

EPITOME CONSIL. XIII.

1 *Aliud mercem extare, aliud in creditum abitſe. 3.*
2 *Aliud pecunia, aliud merx.*
3 *Simile conſuetudinis præſtat ſimili legis.*
4 *Menſa. officina, peculium, taberna, ſunt quid vniuerſale. 7. 9 10. 11. 13.*
5 *Conſuetudo tantum habet de effectu, quàm de vſu.*
6 *Nec requiritur modum vtendi eſſe præſcriptum.*
7 *Modica varietas facti facit magnam varietatem iuris.*
8 *Aliud ſunt res ſingulæ, aliud res certo corpori deſtinatæ. 9. 10. 12.*
9 *Merces inuectæ, domui conductæ non hypothecantur in ſpecie, ſed in genere.*
10 *Interpretatio conſuetudinis Argentinenſis. 11.*
14 *Contractus ante concluſionem poteſt pro infecto haberi, etiam in præiudicium tertij.*

Thema

Thema ex Argentina tranſmiſſum.

Argentinæ ea huc vſque fuit, & hodie conſuetudo, & iure municipali ita ſtatutum eſt, quando quis cum aliqua matrimonium contraxerit, quod omnia bona quæ maritus ad vxorem attulerit ſiue in cenſibus, reditibus, mobilibus & immobilibus, item ea quæ hæreditario iure ſtante matrimonio ad eum deuoluta forent eo durante non fuerint vendita, permutata, vel alienata tunc vxore mortua manebunt marito inalterata & illæſa, adeò vt nihil teneatur vxoris hæredibus ex illis dare. Sed ſi ſtante matrimonio fuerint vendita vel alterata, tunc ex illis venditis & alteratis ira bonis vxoris hæredibus tertiam partem tenetur marirus præſtare. Alterare autem dicitur hîc ſi vendidero domum, cenſum, reditum, ſupellectilia, vel vaſa argentea, & id generis alia, vbi ex pecunia illa emero alias ædes, cenſus, reditus, ſupellectilia vel vaſa argentea, & alias res, ſiue mobiles ſiue immobiles. Hæc omnia dicuntur res alteratæ, de quibus marito duæ, & vxoris hæredibus tertia pars debentur. Item ſi argenteum ſcyphium quis liquefecerit & ex illo argento alium nouum per aurifabrum facere curauerit, ſic & omnia quæ in aliam formam vel materiam, quàm anteà fuêre, tranſmutata erunt, dicitur alterare. Sic etiam in aliis rebus quæ deſtructæ & iterum reſtauratæ fuerint, obſeruatur. Pari ratione cum omnibus vxoris ad maritum delatis bonis eo mortuo cum matrimonio durante alteratæ fuerunt, ſeruatur: & de illis duas partes mariti hæredibus tenetur vxor reddere, quæ tertiam tantum partem retinebit præterea omnia quæ ſtante matrimonio coniuges per eorum induſtriam, operas ſuas, vel artificia mechanica, negotiationes, ſiue mercantias, ea omnia dicuntur alterata. Si autem quis vxoris ædes quas ante contractum matrimonium habuit eo durante non fundum vſque deſtrueret, nec funditus totas nouas redderet, ſed tantummodò altiùs tolleret vel ædificaret, aut in illis expenſas aliquas vtiles ſiue neceſſarias ampliandi vel reſtaurandi ad voluntatis ſuæ libitum gratis impenderet per hoc iure municipali non dicuntor alteratæ ædes, ſed vxore mortua marito tantùm duæ partes ex pecunia illa expoſita ab vxoris hæredibus dantur, & proprietas earum ædium tota vxoris hæredibus in alterata manet, & ita ædificium cedit ſolo.

Seius mercator antequàm Argentorati duxerit vxorem habuit publicam officinam ſiue negotium emendi & vẽdendi in valore 1200. florenorum, Deinde cum Berta matrimonium contraxit, eo durante nihil ad hanc ſummam 1200. florenorum ſui mercimonij, nec ab vxore aduentitiis paraphernalibus, nec ex aliis ſuis acquiſitis bonis adiecit, nec accumulauit. Poſteà annis duobus elapſis Berta mortua, cuius hæredes à ſuperſtite marito tertiam partem dictorum 1200 florenorum ſui mercimonij petunt ea ratione, quod ſtante matrimonio iſta ſumma ſit alterata. Nam cùm illa negotiauerit ſiue mercimonium exercuerit, iam illas, iam alias res comparauerit, eas res ſuas vendiderit, pecuniam illam exinde acceptam nunc in aurum, nunc in argentum huius aut alterius monetæ generis & ſpeciei mutauerit, mutuò etiam dederit, vtcunque res aut temporis commoditas expoſtulauerit.

E diuerſo autem maritus Seius prædictam ſui mercimonij ſummam, quia inalteratam, propriam & illæſam atque ad eum ſolum ſpectantem eſſe iure conatur defendere, & quòd ab vxoris demortuæ bonis, durante matrimonio nihil penitus ad talem ſummam ſui mercimonij collocatum ſit, ſed hæc ſumma & mercimonium eo ipſo ſtatu adhuc eſſe quo priùs fuerit, antequam cum vxore mortua matrimonium contraxerit.

Alter caſus.

SEius eo tempore quo matrimonium cum Berta contraxit, habuit ædes proprias: quas ſtante matrimonio vendidit pro trecentis florenis, hoc pacto, vt ea reſeruata conditione, ſi emptor aut eius hæredes in poſterum eas iterum vellent vendere, quod tunc licitum ſit Seio & ſuis hæredibus, quando ianum quantum alius quiſpiam pro illis ædibus dare vellet, præſtare velint, banc optionem præ cæteris acceptare & reſeruare, & hoc caſu ius congruum obtinere. Cùm autem poſt initum contractum Berta morte diſcedens, prædictus emptor hoc venditionis reſeruatum pactum negare volebat. E contrario autem Seius venditor emptori nullum emptionis titulum, neque ſuper hoc inſtrumentum dare voluit, imò propter emptoris inconſtantiam ſibi ſuas ædes retinere, & eas inemptas eſſe voluit: ſic venditio Berta viuente inita ſuum effectum non eſt ſortita, & ædes priùs venditæ redditæ ſunt inemptæ, donec poſt aliquot menſes, & id venditoris vxore iam mortua, is qui prædicta retractatæ venditioni & emptioni interfuit, tandem ſuo ſtudio, interceſſione & opera emptorem eò impulerit, & emptorem precibus rogauit ædes in modum vt priùs erant venditæ (reſeruata ſibi reẽmptione & præexhibitione) emptori reſtitueret. Ex hoc elicitur ſuprà allegatam venditionem viuente Berta nullam fuiſſe, ſed poſt eius mortem tandem tranſactionis via ad effectum productam eſſe. Quæritur an illa venditio, quæ ante vxoris obitum verbis tantum modò celebrata & propter abnegatum pactum reemptionis non fuit firmata, poſſit dici venditio, an non potius illa quæ poſt vxoris mortem tranſactionis via approbata, & ad effectum perducta in iure vera poſſit appellari venditio & priorem tollere?

CONSILIVM XIII. IN CAVSA ISRAELIS MINKEL CIVIS ARGENTINENSIS.

DOMINI Iesu Christi redemptoris nostri vnici nomine inuocato, Lecto & considerato themate, & quæstionibus.

1 ¶ Ad primam, quamuis sit admodum disputabilis, facti tamen magis, quàm iuris est quæstio. Vtcunque vero species facti plenè sit comprehensa, tamen tota consuetudinis Argentinensis ἐπιχεία non ex explicata. Cuius consuetudinis ratio, quæ χρῆσις est interpretationis, non ex aliquot particularibus tantùm articulis, sed ex toto complexo seu corpore integro, & obseruantia communi quærenda est. *l. in ciuile. de legibus. l. bona. fides. depositi.* Sed vt fontes argumentorum aperiantur, proassirmatiua, videlicet summam alteratam, & hæredibus vxoris tertiam dictæ summæ deberi, facit primò, quòd etiam in materia huiusmodi mercium, & mercantiarum, non est idem, etiam si summa maneat eadem: sed merce mutata aliud est, *textus in l. procuratoris § plane. verticulo, sed & si dedi. de tributoria actione.* vbi aliud est mercem datam vel allatam extare, aliud venditam esse, & in pecuniam vel alias merces conuersam, ita quòd, quamuis primo casu competeret actio rei vendicationis prærogatæ, quæ omnes vincit, & omnibus præfertur: tamen secundo casu, non habetur ratio prioris dominij, quod abiit in etcditum, & sic translatum & pretituum est nec priorisactionis & vendicationis, quæ amissa est, sed isti qui mercem suam dedit etiam si pretium non tecepit, tamen non præfertur: sed æqualis est, omnibus etiam posterioribus creditoribus, & cum illis vocatur in tributum ad æs & libram, hoc est pro tata sui cuiuscunque debiti non habita ratione prioris status, qui mutatus est. Et quod ibi dicitur in mercibus mutatis, idem in pecunia.

2 ¶ Nec obstat quod pecunia natura sua non est destinata vt maneat & seruetur, sed vt illa cæteræ res æstimentur & comparentur. *l. 1. de contrahenda emptione & venditione.* tamen aliud est pecunia numerata, aliud merx inde comparata. *l. 1. & per totum. ff. de conditione triticaria.* Tum hoc probat text. *in dicto § plane. in princ.* vbi creditor qui numerauit pecuniam suam, non habet prærogatiuam in merce ex ea immediatè empta, quam habetet in sua pecunia si extaret. igitur non solùm alteratio, sed totius rei & substantiæ mutatio est. quod etiam probat textus *in l. quidam fundum. ff. de in rem verso.* vbi seruos habens mandatom etiam speciale boues arationi minùs idoneos vendendi, & ex nummis, qui inde recepti essent, alios comparandi: si hoc fecerit deinde conturbauerit: tamen non censetur in tem domini versum quanti boues vltimi redempti sunt, sed quanti priores veoierunt, & sic alij sunt priores, alij posteriores, quantumuis ex speciali mandato & destinatione priorum loco subrogati. Et ita etiam tenent omnes doctores *in l. si cum decem. in fine. soluto matrimonio.* videlicet res ex aliis comparatas non esse easdem sed alias & aliusmodi & alterius iuris, etiam alioqui homogenas, vt pecuniam pro pecunia, pannum pro panno. Dynus, Philippus Decius, Andræas Alciatus *in l si eum seruum. ff. si certum petatur* Iason *in l. creditor. eodem titulo. & in consilio centesimo vndecimo, columna 1. lib. 4.* Et hinc est quod fideiussor acceptus in pretium, vel æstimationem rei principalis, non obligatur tanquam in aliam tem intercessetit: quia aliud est tes, aliud pretium vel æstimatio. A *l. Græce § si quis stichum. de fideiussoribus.* & contra fideiussor acceptus in mercem cùm pecuniam principalis debeat, non tenetur, quia in aliam rem interceſſit *l si ita fideiussorem. de fideiussoribus.*

3 ¶ Rursus probatur per eandem consuetudinem. idque etiam per locum à fortioti: quia quamuis de iure eadem domus, eadem nauis sit, si animo reficiendi funditus demolita fuerit, & rursus constructa. *l. qui res. §. aream. ff. de solutionibus.* tamen vt narratur, aliud est secundum hanc consuetudinem, quia non obstante animo reficiendi, censetur alia res, siue alterata non solùm in domo, sed etiam in scipho & quouis vasculo: igitur multò magis in mercibus, quatum incerta erat conuersio & repatatio, nec animus & destinatio impedit rem subrogatam aliam esse. Tom valet argumentum à simili consuetudinis, & præfertur simili iuris in eadem tamen eiusdem B consuetudinis materia. *vt hic d. l. de quibus.* Confirmo, quia fieri non potuit, quin vxoris diligentia & industria aliquid in conseruando, saltem ne merx diminueretur, adiecerit aut saltem in aliis maritum releuauerit. Tum è contra eadem esset lex, si vxor non communis in bonis, antequam mercaturam suam per se ipsam admiuistrasset.

4 ¶ In contrarium pro negatiua arguitur *per l. cum pater. §. mensæ de leg. secundo.* vbi mensa numularia censetur vnum quoddam vniuersale, vt ibi notant Bartolus, Imola, & alij. Paulus Castrensis *consilio ducentesimo octuagesimo quinto, lib. 2.* Petrus Ancharanus *consilio centesimo octuagesimoquarto.* Philippus Decius *consilio 255. num. secundo*, vbi in annotationibus tetigi. Igitur idem videtur de mensa vel officina mercarii, saltem cùm maneat semper intra fines eiusdem summæ. Confirmatur quia peculium serui mercaturæ vel C cuiusvis rei quæstuariæ præpositi, semper vnum & idem dicitur, siue augeatur, siue diminuatur. *l. peculium nascitur. ff. de peculio.* igitur per locum à fortiori, si intra eandem summam maneat eadem res dicitur, nec mutata nec alterata. Rursus pro prima parte replicatur hanc esse fictionem quæ non debet ad alios casus, & multò minus contra alias personas extendi, & vt tradit Socynus *consilio ducentesimo quinquagesimo quarto in fin. lib. 2.* ea fictio non procedit nisi in his, quæ seruando seruari possunt, sed merces mercatiles negotiationi quæstuariæ destinatæ, non sunt huiusmodi, sed subiode mutantur, & alterantur, non solùm per hominis industriam, sed etiam per sui destinationem.

5 ¶ Pro solutione ego Catolus Molinæus multa, imò plurima si cuiquam doctorum offundere possem, sed quia longissimo vsu exercitatus sum, dico consuetudinem tantum habere de viribus & effectu, quantum de vsu vnde oritur, & à quo interpretatur *l. de quibus ff. de legibus.* Baldus *in l. illud. C. communia vtriusque iudic.* Albet. Brunus *in tractatu de augmento. columna centesima decima quarta.* atque ideo, si de certa vniformi obseruantia constet, in simili quæstione, quæ sepissimè vsu venire potuit, illi standum erit, nec vlterius disputandum. D

6 ¶ Nec illam interpretationem, aut modum vtendi, tequiritur esse præscriptum, quia est simplex declaratio. Paulus Castrens. *cons. trigesimoquarto, Quia circa. columna vltima lib. 4.* Alexander *consilio octauo, numero septimo. lib. 6.* Franciscus Arennus

cons. 11.

conſil. 11. *col.* 3. Philippus Cotoeus *conſil.* 188. *col. vlt. lib.* 4. Socynus, *con.* 111. *col. vlt. lib.* 1. Philip. Decius *c. cùm Martinus Ferrarienſis. col* 2. *de conſtitut. in l. ex liberis, nu.* 19. *C. de collatio.* Aymo Ctauet. *conſ.* 118. *nu.* 2. Quòd ſi ceſſet certus vniformis vtendi modus vel dubium ſit: ¶ ante omnia diligenter conſideranda & perſpicienda ſunt ſubſtantia, natura, definitio, limites ipſius rei controuerſæ quando quæritur vt ſciatur an ad terminos dictæ conſuetudinis tranſitū fecerit, an vero ſub terminis iuris communis & antiqua diſpoſitione ſua remanſerit. hîc enim verſatur cardo totius & quæſtionis & deciſionis in quo modica vnius circunſtantiæ varietas totum plerumque ius immutat. *l. ſi ex plagis §. in cluo.* vbi Albericus. ff. *ad leg. Aquil.* At hic non egitur de ſimplici mercatore habente certam publicam officinam, ſiue menſam, ſiue tabernam. Nec quæritur de omnibus bonis, nec de quibuſuis vel indifferentibus eiuſdem mercatoris, ſiue de bonis in confuſo promiſcuè vel in genere: ſed de certo fundo ſeu ſumma capitali certæ menſæ ſeu tabernæ inſtitoriæ & mercatilis, cui ea ſumma velut pro ſorte principali & fundo limitato deſtinata eſt.

8 ¶ Aliud ergo ſunt bona in genere ſeu promiſcua & indifferentia, id eſt nulli certæ menſæ vel tabernæ deſtinata, & tunc quia per ſe ſingula cenſentur, ſeu ſingularim ſecundum propriam cuiuſque naturam & qualitatem conſiderantur, *vt eſt textus. in l. hac edictali. §. is illud. C. de ſecund. nupt. & in authentic. de nupt. §. ſi vero promixt. e. conſtitut.* 22. Angel. Peruſ. *in l.* 2. *in princip. de verbor. obliga.* ideo in ſingulis per ſe vel ſeorſum inquiritur & conſideratur an mutata vel alienata fuerint. Aliud verò ſunt bona ſepoſita, & velut in ſeparatum à reliquo communi patrimonio peculium collata & deſtinata, & præſertim ad certam ſummam vice fundi ſeu capitalis limitata. hæc enim non conſiderantur ſingule per ſe: ſed totum corpus ſeu peculium ſic deſtinatum, vel menſa, aut taberna quæ vicem vnius totius corporis integralis vel etiam vnius vniuerſalis, *habet textus dict. §. menſa. dicta l. comparatur de legatis ſecundo.*

9 ¶ Et in his non attenduntur ſingula corpora vel res per ſe, ſed totum corpus integrale, vel vniuerſale quod non cenſetur recipere mutationem vel alterationem: ſed idem ipſum & actu & ſubſtantiæ, & re & nomine manere & perſeuerare, etiam ſi ſingula corpora mutentur & quotidie varientur, vt eſt textus in dicta *l. peculium naſcitur. & per totū. ff. de peculio. & textus in l. proponebatur de iudicis. l.* 1. *in fi. de rei vendicatione. in l. ſi grege.* & ibi Iaſon *de legatis primo. in l. grege. l. cum tabernam.* & ibi Bartolus *de pignoribus. & alibi paſſim in iure.* Vnde Vdalricus Zaſius. §. *item ſeruum. inſtitut. de actionibus.* concludit quòd merces venales inuectæ per inquilinum, obligatur non in ſpecie, vel in particulari quo ad individua: ſed in genere & vniuerſaliter quod ſatis eſt vt non mutate, ſed eadem dicatur manere officina mercium. Sed hic plus eſt, quia non de mercibus promiſcuis agitur, ſed de certo fundo, menſa, ſeu capitali limitato & deſtinato, quod minus mutatur quàm vniuerſitas rerum adiectionibus, vel detractionibus corporum, to ¶ nec iſtud (videlicet de capitali vel menſa) procedit ex fictione, nec ex ſola diſpoſitione legis, ſed lege approbante ex diſpoſitione & deſtinatione hominis ſeu patris familiàs, qua certi etiam fundi & domus non fictè, ſed verè conſtituuntur & definiuntur. *l. quod in rerum natura. de legatis primo.* In reliquis ergo bonis matrimonialibus, etiam in mercibus & rebus promercalibus confuſè & promiſcuè habitis, poteſt habere locum dicta conſuetudo in ſingulis corporibus, prout quodque eorum mutatum vel alteratum fuerit: ſed non in bonis certo vni corpori deſtinatis, niſi corpus ipſum vniuerſale deſtruatur mo-

A

B

C

D

E

tetur vel alteretur. In primo verò & indiſcreto genere bonorum loquuntur & procedunt allegata pro parte affirmatiua, *vt patet. in d. §. plane & in d. l. quidam fundū* vbi non de fundo, nec de parte fundi menſæ, vel tabernæ inſtitoriæ agitur, ſed tantum de certis ſingularibus rebus per ſe venditis, non dependentibus à certo corpore integrali vel vniuerſo vnius menſæ vel tabernæ, de quo nullum verbum in legibus pro affirmatiua allegatis.

11 ¶ In his etiam promiſcuis bonis procedit tacita & veriſimilis ratio dictæ conſuetudinis, quod vxor vel coniux ſua ſaltem diligentia & induſtria aliquid conſeruando vel augendo contulit, & quod liberum erat, à nouo negotio inſtituendo vel mutando abſtinere: ſecus in bonis, de quibus agitur, in quibus vxor nihil contulit, nec operata fuit, & circaquæ nullum nouum negotium fuit inſtitutum, nec mutatum nec variatum conſtante matrimonio: ſed tantū ſpecialis illa mercatura, mercimoniū, & inſtitoria exercitatio dictæ officinæ, menſæ vel tabernæ, ante matrimonium, inſtituta cœpta & deſtinata, imò eoam certo fundo ſeu ſorte vel ſumma capitali concluſa & limitata. Illa, inquam, deinceps tantùm fuit in ſtatu ſuo veteri continuata & exercitata, fundo non deſtructo, vel ad aliud negotium tranſlato: ſed nec ſecto nec diuiſo nec aucto nec diminuto. Et ſic idem corpus integrale ſemper in ſtatu ſuo prius inſtituto & deſtinato permanſit, ergo non cecidit nec cadere potuit in terminos & diſpoſitionem conſuetudinis, ſed in veteribus ſuis & inris communis terminis permanſit. 12 ¶ Et conſequente in caſu de quo agitur, vera eſt & indubitata pars negatiua, videlicet defunctæ vxoris hæredes nihil in eo fundo, menſa, & officina petere poſſe. eſt enim qui ab aliis bonis ſeparatum *l. hinc quæritur verſic.* an verò ſeparamus cauſas, quaſi in duobus peculiis. ff. de pecul.

13 ¶ Confirmatur vel palpabili paradigmate: fec fundum illum fuiſſe ſocietatē particularē coitam cum vno vel pluribus mercatoribus ſociis in ea ſpecie mercantiæ, certum eſt quòd vnus ſociorū ducendo poſteà vxorem nihil mutat nec variat ex eo ſolo de illo fundo vel illa ſocietate ſemel contracta, quæ remanet in ſtatu ſuo prout ſine conſenſu ſociorum non recipit mutationem, nec alteratiōnem. Idem ergo ſi mercator in ea menſa vel officine non contraxerit ſocietatem, nec alios ſocios aſciuerit, ſed per proprium ſuum inſtitorem illam nomine ſuo ſolo exercuerit & continuauerit: quia conſuetum ſubſequens per ſe nihil ea in re mutat, variat, nec alterat; niſi dominus ipſe fundum ſuum diſiunxerit, vel mutarit, vt non amplios ſit eadem menſa vel officina. 14 ¶ Quantum ad ſecundam quæſtionem, illa eſt indubitata: multa enim tractantur, quæ non perficiuntur *l. ſi ex cauſa §. nunc videndū de minoribus.* & tota vis in concluſione cōſiſtit. *l. contractus. C. de fide inſtrumentorū l. ſi voluntate.* & ibi Baldus *C de reſcindend. empt. & vendit.* quæ re integra, pro infecta haberi poteſt, etiā in præiudicium tertij *l.* 1. *& per totum. C. quando licetat ab empt. diſc.* & ibi Io. Faber. *& in l.* 2. *C. communia de legat.* ſed hic ſumus in fortioti: quia emptor viua Berta non habuit venditionem pro concluſe quæ in individua eſt. *l. cum ex cauſa de verb. obligat.* & hoc propter diſſenſum clauſulæ, & ſic omnia fuerunt in fieri, & in ſuo antiquo immutato & libero ſtatu, donec poſteà contractus concluſus fuit, quod non contingit, niſi poſt mortem Bertæ. Quare eius hæredes nihil in dicta domo habent. Et ita conſulo & cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D. Franciæ & Germaniæ Iureconſultus, Ducalis conſilianus, iurium profeſſor Tubingenſis primarius. In quorum fidem & teſtimoniom manu hæc ſubſcripſi, & inſigniorum meorum ſigillum adpoſui. Datum Tobingæ, Nonis Auguſti, M. D. LIIII.

EPITOME CONSIL. XIV. DE TRAIECTV RHENI.

1 *Epiſtola, Thema & quæſtionem continens.*
2. *Iure gentium flumina & vſus eorum publica ſunt.*
3. *Inſuper iure priuato ſpectat ad dominum ripæ, pro modo latitudinis.*
4. *Conſuetudo antiqua dat ius liberè traiiciendi.*
5. *Odioſa ſunt & vetuſta noua fluminum vectigalia. 6.*
7. *Pro ſimplici facultate traiiciendi impedita, poteſt agi iniuriam, ſed pro iure vel quaſi poſſeſſione, vendicationibus & interdictis.*
8. *Et nihilominus poſſeſſionem iure & facto tueri 9.*
10. *Iuramentum extortum non valet, ſed condici poteſt. 12.*
11. *Iuramentum contra ius ſuperioris non valet.*

CONSILIVM XIV. DE TRAIECTV RHENI.

AD. præſtantiſſimum. 1 ¶ Iureconſultum Carolum Molinæum, Comes de Vvirtemberg ſuperioribus diebus iuſſit, vt quidam ex miniſtris ſuis vnà cum ſupellectili & familia ſua apud arcem Sponeck, iuxta Rhenum poſitam ibidem tranſmitteretent flumen, ea ratione quòd eiuſdem arcis poſſeſſores multis iam ante annis in eodem illo loco pro ſe & ſua familia vſi ſunt traiectu, excepto eo tempore, vbi Rex Germanorum Ferdinandus & eandem arcem propter Ducis Vlrici malè nauatam operam in bello Germanico nuper confecto * occupauit, & detinuit. Superiori anno Rex Ferdinandus reſtituit dicto Duci Chriſtophoro prædictam arcem vnà cum pertinentiis ſuis, à quo iam nunc poſſider dictus princeps noſter. Cùm verò ille miniſter Comitis ſuam ſupellectilem, ita vt iuſſerat dominus curru veheret, & peruenirent in pratum prope arcem Spoeeck ad ipſam dominij iure pertinens, adorti ſunt illum ciues Burckheimenſes iuſſu magiſtratus eorundem, & reduxerunt hominem vinctum in oppidum Burckheim: ibique in vinculis detinuerunt in quartum vſque diem, quaſi iniquè feciſſet & quodammodo vectigal commiſiſſet, quòd apud ipſos Burckheimenſes Rhenum non traiecerit. Quo cogoito, dictus Comes literis petit à Burckheimenſibus, vt ſuum miniſtrum à vinculis miſſum facerent, neque eundem in itinere quod ad ſe inſtituerat, impedirent. At illi detentum quidem vinculis ſoluerunt, eò tamen adegerunt hominem, vt iureiurando & ſanctè pollicitus ſit ſe non tantum eam, quæ ſibi illata eſt iniuriam & captutam (vt moris eſt) non vindicaturum ſed etiam expenſas in eam rem factas laturum, nec apud dictam arcem Sponeck, ſed apud ipſos Burckheimenſes traiecturum eſſe Rhenũ. Quia verò iſta res forſaſſe. Principi noſtro prætudicio eſſe poteſt, eò quòd ille qui iurauit in famulitio eiuſdem ſit, hactenus ille iuſſu principis neque expenſas refundere, neq; apud ipſos Burckheimenſes etiamnom tranſmittere flumẽ voluit: obtulit tamẽ ſe apud iudicem regiũ * in Enſisheim tanquã ordinarium ciuiũ Burckheimenſium eaſdem depoſiturum. Iudex ille depoſitum quidem recipere vult, ei tamẽ relaxationem iuramenti præſtare etiam ad effectũ agendi non vult, imò inſtat vt ille miniſtet principis ſuis promiſſis & iuramento fidemtis ſatisfaciat: quod ſatis diuũ eſſe videtur. Proinde quæ tua hac in re ſit ſententia, & quod opus facto putes, velim vt paucis ſignifices. Vale bene. Tuus ad quæuis paratiſſimus Chaſparus ad Campam. cancellarius. Quo ad primum ius Comitis.

2 ¶ Primò eſt ius gentium perpetuum & immutabile vbique locorum, quo flumina omnia publica ſunt id eſt, in publico vſu, *vt eſt text. in § flumina cum §. ſequenti. ibi, vſus publicus iuris gentium eſt ſecus ipſius fluminis.* Ergo vſus quoq; fluminum publicus eſt. *inſtit. de rerum diuiſio. l. quædam. l. riparum ff. de rerum diuiſio.* Licet ergo iure gentium omnibus nauigare & tranſmittere, & flumine iure gentium omnibus communiter vti, non impediendo nauigationem aliorum. 3 ¶ Secundò, non ſolum habet ius gentium commune: ſed etiam ius priuatum proprium & peculiare propter dominium ripæ eiuſdem fluminis, cuius proprietas & arbores, ſi quæ ſint ibi natę, ſpectant ad proprietatem prædictæ arcis Sponeck, quibus ripæ fluminis adhærent, *l. riparum quoq; ff. de rerum diuiſio. l. inſula eſt nata. l. adeò. §. inſula ff. de acquir. rerum dominio.* Etiam ſi via publica eſſet inter ripam fluminis & prædia principis. *glo. & doct. in d. §. riparum. inſtit. de rerum diuiſio.* Cùm igitur ſit dominus & proprietarius etiam ripæ ad locum quò traiicere conſueuit, tantò magis eò per ſe & ſuos traiicere poteſt.

4 ¶ Tertiò, quaſi poſſeſſio & conſuetudo antiqua, quæ etiã per ſe ſola ſufficit ad ius confetẽdum. *l. 1. §. vlt. ibi vetuſtatem vicem legis tenere l. 2. in prin. l. vlt ff. de aqua plu. arcend. l. apparet. § ſi quis de itinere actuque priuato. l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Quarũ cõſirmatio ſiue approbatio regis *, qui relictam arcem vnà cum omnibus ſuis iuribus & pertinentiis præfato principi reſtituit, prout ab antiquo cum ſuis deceſſoribus poſſedit, & vſus eſt, & deinceps poſſedit & poſſidet. Cùm ergo notiſſimũ ſit præfatũ principẽ ſuamq; familiã & miniſtros ad locum & frontẽ dictæ arcis ſolitos ab omni ævo liberè cũ tebus ſuis flumẽ traiicere: nõ eſt dubiũ quin hoc ei & ſuis liceat, non ſolum iure communi, ſed etiam iure priuato, & ſpeciali ratione dictę arcis & proprietatis ripæ pro fronte prædiorum eiuſdem arcis. Tum ratione poſſeſſionis, etiã ſi poſſeſſio vel eiur antiquitas non probaretur. 5 ¶ Quod autẽ ad ius dictorum ciuium Burckheimenſium, certum eſt non eſſe ius cõmune, imò iure communi veritum & prohibitum per leges & ſanctiones imperiales, *pet iura prædicta, & C. nova vectigalia impuni non poſſe, per totum.* Eſt ergo ius priuatum, imò etiam ius odioſum: vtpote contra publicam libertatẽ, & ad locũ eis deſtinatum limitatũ, quod nullam recipit extenſionem. *l. an agris ff. de acquir. rerũ dominio.* imò potiùs debet reſtringi *l. commodiſſimè. de liberis & poſthumis. c. odia. de reg. in. in 6.* Quanquam princeps nõ vult ius eorum tollere, ſed illud intra fines & limites ſuos ſolitos conſeruari & manere, nihil agit nec intendit quã vt cuique ius ſuum & poſſeſſio ſua conſernetur.

6 ¶ Quòd ſi prætenderet nouũ ius traiecti quæſtuarij exigere ad frontem præfatæ arcis ſuæ, & vectigal à traiicientibus aut vectoribus exigere: eſſet equidẽ quod præfati ciues, imò potiùs præfatus Rex, camera imperialis, & eius procuratot generalis conqueri poſſent. Sed cùm hoc minimè prætendat, nihil contra ius commune gentiũ, & impetj faciat, imò intentionẽ fundatam in iure gentium & legibus imperialibus habeat, nec ius priuatum præfatorum ciuium impediat, ſed illud liberum illis relinquat, nec metas iuris ſui & poſſeſſionis ſuæ pro ſe & familia & domeſticis ſuis egredi velit: ſequitur quòd præfati ciues indebitè conqueruntur & inmiſtè, ac de nouo turbare moliuntur præfatum principẽ. 7 ¶ Porrò ſi idem Comes haberet ius ſimplicis facultatis dontaxat, *de quo in cap. 1. diſtinct.* 1. tantùm agere poſſet iniuriarum, vel actione in factum ad damna & intereſſe: ſed quoniã habet etiã ius proprium & priuatũ ratione dominij & poſſeſſionis dictæ ſuæ arcis & ripæ fluminis pro latitudine prædiorum ſuorum: habet etiam iudicium tam confeſſuriæ quàm negatoriæ prædiorum ſuorum ego, & interdictum vti poſſidetis pro ſoa poſſeſſione vel quaſi aſſerenda & conſeruanda, & pro omnibus damnis intereſſe & expẽſis. Quare inſta annum turbationis factæ præfato miniſtro ſuo poteſt contra prædictos ciues vel contra particulares ex eis turbatores, ſi ciuitas

* Confiſio) quia 1519. Vlricus ob occupatam Rutelingam vrbem imperialem ditionibus ſuis vt perduellio ſpoliatus fuerat quod Carol. Molinæũ latebat donec Cancellarius Montbelgardenſis ſtrochi ſeu obtinuit. hunc enabis aubicus ringentibus eourbanis vt poſt finem huius conãlij

* Sollicet Ferdinandi regis Romanorum

* Regis. ſcilicet Ferdinandi Cæſaris, & Romanorum Regis.

tarum non habeat nec eos defendere velit, intentare interdictum vti possidetis, pro speciali turbatione facta præfato ministro suo, & recoperate omnia damna hac occasione incursa vel incurrenda, cum omnibus expensis, & cum cautione de non turbando nec impediendo in futurum.

8 ¶ Et nihilominos primò hac speciali turbatione neglecta, poterit pro quibuscunque aliis demeeps de nouo agere, si quæ aliæ turbationes fiant. Secundò, debet interea etiam lite non mota (quam mouere non tenetur) vel etiam ea mota à se, siue ab aliis illata possessionem suam interim semper tam de iure, quàm de facto conseruare. *cap.* 2. & ibi Panorm. & omnes canonistæ *extra. vt lite pendente.* Compostel. *in cap. Cùm Martinus Ferrariensis. de constit. Innocent. in c.* 2. *in verb. inhibentes. extra de restitut. in integr.* Ioan. Fabri. *in l. appellatione. colum.* 1. *C. de appellat.* Floria. de sancto Petro *in l. alienationis. num* 4. *versic. adde etiam. ff. familiæ erciscund.*

9 ¶ Et ad hoc poterunt in cancellaria comitis literæ expediri, quibus audito si opus sit procuratore generali principis, præcipietur eidem præfecto, vt illam supellectilem, & alias principis vel ministrorum suorum transmitti curet ius & possessionem principis conseruando, vtque in eis conseruandis proinde & fideliter vigilet, vt debet. Pro reliquo Comes quando voluerit, si opus sit, agere poterit, & si in ius imperatur iustissimam defensionis causam habebit. Quod autem attinet ad ministrum impeditum & carceratum, non solùm ipse nomine suo, sed etiam principis nomine proprio, quia sua principaliter interest, agere poterit.

10 ¶ Et illo quidem priuato ministro agente nullo modo oberit iuramentum extortum, quia non est liberum & spontaneum. Et sic non nocet cap. quamuis. & ibi glos. Petr. Anchar. Geminian. de pact. in sexto. imò laborat duplici vitio. Primò violentiæ, quia à captiuo non aliter relaxando. Secundò, doli quia fraudulenter extortum in fraudem iuris, & recursus ad superiorem. Et vltra tertiò quia turpiter exactum, & sic eius remissio per conditionem ob turpem causam condici potest. *l. 1. & per totum. ff. & C. de condict. ob turpē causam.* Felin. *in cap. debitores extra. de iureiur.*

11 ¶ Prætereà & quartò iuramentum in fraudem ioris communis vel in præiudicium iuris superioris non valet, cap. venientes, cap. eam te. extra. de iureiurando. in capitulo constitutus, & ibi Felinus *colum.* 3. *extra. de rescript.* Ioannes Firmia. *in tractat. de gabellis colum.* 38. Oldra. *q.* 97. Et sic iuramentum præfati ministri carcerati, quod est contra ius superioris & præfati principis, est ipso iure nullum. Et inquantum concernit ius vel interesse priuatum ipsius ministri capti & incarcerati, præfatum iuramentum pro nullo habetur respectu illorum qui extorserunt, vel quorum nomine extortum fuit: quia illis agentibus vel excipientibus de huiusmodi iuramento, excipi vel replicari potest de vi, metu, vel dolo. Et quòd ipsi relaxare tenentur, vt tradit Felinus *in cap. debitores, extra. de iureiur.* Nec sunt admissibiles ad commodum capiendum die iuramento taliter à se extorto, nec ad vtendum illo ad sœ iniquitatis vinculum *cap. inter cætera* 22. *q.* 4. *s. quanto. versus falsam extra. de iureiur.* Et ita censeo ego Carolus Molinæus, I. V. D. Franciæ & Germaniæ Iureconsultus, illustris. Ducis Vvirtemberg. consiliarius. Datum Montisbelgardi, sub signo & sigillo meo. 3. nonas Decembris. M. D. LIIII.

B

EPITOME CONSIL. XV.

1 *Decem quæstiones ex specie facti resultantes, quarum duæ κύριαι*

2 *Quæstionis prima cardinalis ratio dubitandi.*

3 *Altera ratio dubitandi ex sententia & authoritate doctorum.*

4 *Pactum ne succedatur cùm sit vniuersale in totum vitiatur.*

5 *Nullo iure est prohibitum pactum renuntiationis futuræ, nisi in legitimis descendentibus.*

6 *Non iurit eò facilius valet renuntiatio, si per eam fiat recursus ad pristinum.*

7 *Ius quo mater liberis succedit strictum est, ergo nec extendendum.*

8 *Cur in hac specie valeat pactum ne succedatur.*

9 *Pacta nuptialia rescindi iudex non patietur, qua mali vel iniqui exempli forent.*

10 *Nam magni sunt fauoris & specialem præ cæteris habent firmitatem.*

11 *Et ex doctorum sententia ignobilis renuntiatio in fauorem nobilioris valet, etiam perfecto & constante matrimonio.*

12 *Minor filia etiam sine curatore potest renuntiare. Habilis enim ad nuptias, est habilis ad omnia pacta congrua & solita.*

13 *Quæ ex vtriusque iuris doctorum sententia iuramente omninò confirmantur, adeò vt in praxi, nec si læsio quidem in legitima posteà appareat, eius habeatur ratio, eo quòd futura successio incerta sit.*

14 *Qui enim iure scripto reguntur, ex communi sententia huiusmodi pacti negatiui iurati irrenuocabilitatem obseruant.*

15 *Quæstionis secunda explicatio.*

16 *Et ex Germanorum consuetudine etiam sine iuramento valet pactum, ne secunda vxor etiam honesta succedat stantibus filiis prioris matrimonij: ergo multo magis in concubina id obtinebit.*

17 *Quæstionis secunda cardinalis rationis dubitandi.*

18 *Leosthenes hìc contrahendo præcipuè agebat, ne sua bona à concubina dirriperentur.*

19 *Et ne in aliam familiā haredia & bona paterna deuentrent. Ex qua clausula videtur dispositisse non de ipsa hæreditate, sed de eius parte & quota, quæ maximam inter se habent differentiam.*

20 *Iure enim communi approbatur conuentio certa rei vel certi generis bonorum, & de eis in contractibus possunt fieri substitutiones conuentionales & graduales, sicut in testamentis tam directa, quàm obliqua vniuersales de ipsa hæreditate vel eius quota fiunt.*

21 *Cum à mente verborum intellectus sumatur, nil merum si verba etiam vniuersalia restringantur ad mentem & verisimilitudinem.*

22 *Consuetudo efficere potest vt valeat pactum de futura hæreditate vniuersali liberorum. Licet minui non possit legitima, nec ladi etiam dispositione lucratiua inter viuos.*

23 *Tamen lex, statutum, vel consuetudo hoc potest: imò etiam ex communi sententia eam in totum tollere.*

24 *De facili ſit reditus ad ius antiquum.*
25 *Quando habeat locum auth. res quæ.*
26 *Quæſtionis quintæ ſolutio, monaſterium non habetur pro filio, maximè ſi reſtituendum ſit filius vel poſteritati teſtatoris.*
Filiorum enim fauorabilior eſt cauſa, quàm Eccleſiæ & pauperum.
27 §. Sed & hoc præſenti. *non habet locum niſi in dubio.*
Nec monaſterium excludit, ſed excluditur.
28 *Dictus §. non habet locum quando hæc qualitas adiicitur legitimis & naturalibus. Appellatione enim ſimplicis non venit qualificatum. Item nec habet locum in contractibus dictus §.*
29 *Quæſtionis ſextæ ratio dubitandi diſſoluitur ex contraria conſuetudine.*
Item, eò quòd moniales debent carere omni ſpe lucri & bonorum.
30 *Quæſtionis ſeptimæ & octauæ ſolutio.*
Nam monaſterium quod priuatur lucro bonorum quæſitorum, multò magis quærendorum fruitione priuabitur.
31 *Monaſterium ſuccedens cauere debet de reſtituendo extante conditione.*
32 *Quæſtionis nonæ ſolutio.*
Et qui ſe contractu ſuo, vel per factum ſuum inhabilem fecit à ſucceſſione, non debetur ei legitima, etiam ſi eſſet de liberis.
33 *Quibus ea magis debetur, quàm aſcendentibus.*
34 *Dos non compenſatur: ſed alia lucra compenſantur.*

Thema Conſilij XV.

LEOSTENES concubinam nomine Reginam vxorem duxit ſub pacto, ne ſuccederet liberis, & aliis pactis breuitatis cauſa hîc omiſſis. In tertio principali pactorum dotalium articulo conuentum fuit, vt ſoluto matrimonio protinus dos cum paraphernis (quæ nulla vel modica erant) ad Reginam redeat. Dein Leoſthenes eidem Reginæ pro munere nuptiali, ſiue largitate centum aureos Rhenenſes, ex ſuis bonis cum duodecim poculis argenteis, de quibus liberam diſponendi pro moribus Germaniæ poteſtatem dedit, & reditum annuum 40. aureorum & ſex medimnorum tritici, & totidem vini in ſingulos annos ſolu. matri. quoad ipſa vixiſſet: hoc adiecto, vt poſt mortem Reginæ huiuſmodi reditus annui ad liberos ex ſe & Regina natos deuoluantur. Quæ omnia Regina non ſolum mortuo Leoſthene mariro in familia erciſcunda accepit, & redditibus annuis vtitur, fruitur: ſed & eiuſdem verbis ſibi præterea quædam à marito (quæ valorem 500. aureorum excedunt) donata affirmantis, à tutoribus Leuconis & Aretiæ iam mortuæ liberorum, fides habita eſt, & quod affirmauit, recepit, vt in ſumma, Leoſthenis bonis ad Reginam (vel in ſola ſorte) ſupra 1500. aureos Rhenenſes peruenitſſe certum ſit, &c.

CONSILIVM XV.

DEI omnipotentis, per Chriſtum mediatorem vnicum, nomine inuocato, Viſo & diligenter examinato themate.

1 ¶ Decem inde reſultant quæſtiones. Prima, an pactum illud negatiuum de futura ſucceſſione iure communi valeat? Secunda, an vigore conſuetudinis? Tertia, an pactum affirmatiuum futuræ ſucceſſionis liberorum inter eos valeat? & an fideicommiſſum reſultet? Item, an etiam nepotes grauati ſint? Quarta, ſi ſic: quatenus filij Reginæ teſtati vel deducere de paternis poſſunt? Quinta, an monaſterium faciat ceſſare illud fideicommiſſum, vel onus in perſona dictæ profeſſæ? Sexta, ſi ceſſare non facit? an ſtatim bona, ſeu portio profeſſæ, ſint reſtituenda, Septima, an profeſſa ſeu monaſterium pro ea ſororî defunctæ ſuccedat cum Leucone? Octaua, ſi ſic, an monaſterium interim de reſtituenda portione dictæ infantis, poſt mortem profeſſæ tenere debeat? Nona, an liberi Aretiæ ſint ſubſtituti in omnibus bonis paternis poſt obitum omnium ex Regina natorum? Decima, ſi ſic, an Regina legitimam, vel aliud detrahere poſſit? Sed duæ ſunt cardinales ἀκέφαλοι quæſtiones, à quibus reliquæ omnes dependent. Prima: an matris renuntiatio futuræ liberorum ſucceſſioni valeat? Secunda, an ſit ſubſtitutio, vel fideicommiſſum inter liberos?

a ¶ Ad primam, Prima facie videretur renuntiationem nullam eſſe, nec pactionem ſubſiſtere, vtpote pactis ſuper futuris ſucceſſionibus deuoluendis reprobatis. Hæreditates enim lege propinquis, extraneis verò teſtamento dantur, non pactu, etiam nuptialibus & fauore matrimonij contractis. *text. l. hereditas, C. de pa-*
A *ctis conuentis.* vbi amplatur etiam ſi fieret fauore ipſorum nubentium, vel alterutrius eorum. Igitur multò minùs valent fauore aliorum, quàm ipſorummet contrahentium. Quando quidem aliorum fauore difficiliùs admittantur, etiam quæ aliàs legitimæ eſſent pactiones. *l. 1. in fin. de pactis dotalibus.* Ad hoc *l. ex eo. C. de inutilibus ſtipulationibus. pact. C. de collat. l. pact. l. licet. l vlt. C. de pact.*

3 ¶ Secundò, quia huiuſmodi pactum valde exorbitans eſt & generale, & (vt ita loquar) vniuerſaliſſimum: non enim eſt limitatum ad certa bona, vel res certas, nec ad partem quidem hæreditatis. Quibus caſibus vel altero eorum ſolent doctores huiuſmodi pacta tolerare, quæ nunc demum valida eſſe intelligunt, & contrarias iuris cõmunis regulas limitãt, & ita intelligunt, reſtringunt, & ſaluant praxim & conſuetudinem
B multorum, præſertim nobilium, quæ alioquin præfatis legibus in bonis moribus fundatis, & contrarias pactiones tanquam etiam improbas, & bonis moribus obuiantes reprobantibus, repugnare videtur, vt per Philip. Dec. *in l. pactum dotali. C. de collatio.* Oldra. *q.* 139. Angel Peruſ *conſ* 179. Alex. *conſ.* 84 *lib.* 2. *conſ.* 20. *col.* 2. *lib.* 3. Egidius Bellennella *conſ.* 17. Philip. Dec *conſ.* 516. *nu* 3. 5. 8. *nu.* 9. *cum ſeq. conſ* 613. Steph. Bertãd. *conſ* 4. *Viſis in* 2. *dubio. conſ.* 78. *lib.* 3. Caro. Rui. *conſ.* 126 *Viſis prædictis in inſtrumentis. lib.* 1. latè Ludo. de Gozadinis *conſ* 8. Aymo Craueta *conſ* 19. *nu.* 7. dixi *in annotat* ad Alex *conſ.* 26. *ad fin. lib.* 3. *& in annot.* ad Philip. Dec *conſ.* 215. *col* 3. *conſ.* 236 *nu.* 19. *cum ſeq.* 4 ¶ Sed ex hypotheſi huiuſmodi pactũ omnia cõprehendit: eſt enim factũ præcisè in omnibus bonis, vt in prima clauſula, & in ſecũda ibi tũ omnia, ſeu vniuerſa mortuorum bona, & ſic nõ poteſt eſſe

magis

magis vniuerſale vel exorbitans, nec reſtrictionem recipit. Quoniam vniuerſalis falſa in vno, falſa eſt in totum. *l. ſi is qui decenta. § verum. de verb. dub.* Hinc in huiuſmodi pactis ſecundum communem doctorum ſententiam, non fit reſtrictio ad tem ſeu portionem, aut genus bonorum in quo valere poſſent: ſed cum ſint vniuerſalia in totum vitiantur. Bart. Alex. & omnes *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. obligat. & in l. vlt. C. de pact.* Bart. *conſ.* 76. Ang Peruſ. *conſ.* 360. Quædam domina magna Philippus Corneus *conſ.* 176 *lib.* 2. *conſ.* 252 *lib* 3. reprobata communiter opinione Matth. Margeſil. *in ſingu.* 137. vt expreſſè per Franciſcum Purpur. *in l. vlt. nu.* 238. *nu.* 242. *nu.* 247. *C. de pact.* & Hieron. Cagnol *num.* 205 Ludouicus Roma. *conſ.* 171. *in princ.* Panor *conſ.* 48. *lib.* 1. Petrus Ancha. *conſ.* 231. vbi ampliat. communem ſententiam etiam ſi in fauorem ecclesiæ pactum eſſet. Tertiò quia dicta Regina tempore contractus, erat minor viginquinque annis.

5 ¶ Quibus non obſtantibus, contranum cenſeo, huiuſcemodi conuentionem, & renuntiationem legitimam & validam fuiſſe, & eſſe ſeruandam: quia nullo iure prohibitum inuenitur pactum negatiuum, ſeu abſolutæ renuntiatioois futuræ ſucceſſionis, niſi in filia legitima. *d l. pactum dotali & in filio legitimo. l. ſi quando § illud. C de inofic. teſtamento.* & conſequenter in omnibus legitimis deſcendentibus, quibus hæreditas non ſolum à l. defertur, ſed etiam debetur. *l. vlt.* §. 1. *C. de curato. furio.* In cæteris autem cum non ſit eadem, ſaltem non tanta ratio, ſtandum eſt regulæ iuris communis. pactis ſtandum præſertim nuptialibus quæ maiori ſolennitate, magiſque ſeriò fiunt, & ſpecialì fauore pollent.

6 ¶ Secundo, quia de facili ſunt recurſus ad ſtatum & ius priſtinum. *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. de pactis. c. ſtatuimus de prebendis in ſexto. vbi gloſ. & omnes doctores* notant eam diſpoſitionem etiam correctoriam, eſſe fauorabilem. Sed olim iure communi mater non ſuccedebat filiis, ſed nono iure poſteà introductum fuit tempore Adriani imperatoris, Inſtit. de ſenatuſcon. Tertul. in princ. ergo ſi mater huic nouo iuri renuntiet, ſaltem renuntiatione contenta, de facili admitti debet non ſolum quòd iure communi non prohiberur hæc renuntiatio, ſed etiam per eam ſit recurſus ad ius priſtinum, ita vt etiam fauorabilis videatur conuentio per prædicta.

7 ¶ Confirmatur quia ius nouum quo mater ad ſucceſſionem filiorum vocata eſt, ſtrictum erat, nec extendendum, vt pote veteris iuris correctorium, ita quod non extendebatur ad auiam: ſed opus fuit ſpeciali noua conſtitutione ad illam extenſionem, vt eſt text. *& ibi gloſ in verb. auiæ. Inſtit. de ſenatuſconſ. Tertul in princip.* Non obſtant allegata ſuprà in contrarium, quia loquuntur in terminis conuentionis affirmatiuæ de futura ſucceſſione acquirenda, vel illius ſpe anticipanda. quæ ſunt contra bonos mores, vel de conuentione negatiua filiorum in ſucceſſionibus futuris ſuorum aſcendentium, ſiue præcedente vel futura iuſta ingratitudinis cauſa. Et ſic omnia illa & ſingula proceduntur præſuppoſita & ſtante prohibitione iuris communis, & in propria hypotheſi ipſius prohibitionis à iure introducta, quæ hic ceſſat.

8 ¶ Præterea iſta conuentio nullo modo eſt contra bonos mores, in quibus intra in contrarium allegata fundantur: ſed conformis bonis moribus, & vtilis in politia & republica, & valde fauorabilis. Inſpicienda enim eſt veritas, æquitas, & qualitas ipſius hypotheſis, quæ eſt totius cauſæ fundamentum, ex qua reſultat. Primò fuiſſe actum magnæ miſericordiæ, & valde fauorabilem. c. inter corporalia extra deſponſalibus. nempe vt concubina fieret vxor, atque vilis & abiecta, imò vilior omni ancilla, vt pote etiam turpis (quæ iure ciuili nubere honoraris prohibentur. *l. humilem. § humiles verò. C. de inceſtis & inutilib. nupt.*) fieret honeſta mater familias, & de illicito & probroſo concubinatu transiret ad ſtatum legitimæ coniugis. Hæc miſericors metamorphoſis tanti momenti eſt, vt etiam ſolo titulo coniugij eidem ibi Reginæ, & magnificè & honorificè cõſulrum dicatur etiam ſi nulla erfacta eſſet donatio propter nuptias, & nihilominus ſpes ſucceſſioois filiorum eidem adempta eſſet, cùm alioqoin nihil prorſus latura eſſet, ſed in dedecore & paupertate concubinæ manſura, nec filiis ſucceſſura, niſi inopibos, & quorum alioquin nihil habentium, nec patri ſuccedenti capacium (præſertim ſtantibus aliis legitimis (hæreditas nullius commodi fuiſſet.

9 ¶ Quam igitur pium fuit hanc vilem & pauperem concubinam in tantum honorare, tam impium & nepbarium eadem ipſa pacta nuptialia, ſine quibos in peccato, dedecore & inopia manſiſſet, velle reſcindere. Hoc ergo boni & æqui iodices admittere oon debent, prout paſſim in iure prohibentur admittere, quæ mali vel iniqui forent exempli. *l. obſeruandum. de iudicis l. 1. ad Macedonianum, cum ſimilibus.* Quis autem vellet deinceps, præſertim legitimos habens filios ex hooeſta prædefuncta vxore vilem & inopem concubinam in vxorem aſſumere, ſi pactis nuptialibus (præſertim in fauorem filiorum legitimè ex priore vxore natorum) poſteà contrauenire liceret? Si bom ſaltem admiſſibilis exempli eſt etiam prolem legitimam habenti, ſuper inductam, poſtea vilem concubinam ad prolem eius ſpuriam legitimandam in vxorem ſub certis (vti decet) reſtrictuis conditionibos: quam mali imò nefarij, & prorſus inadmiſſibilis exempli eſt nuptialum pactorum contrauentionem admittere?

10 ¶ Confirmatur quia conuentiones factæ in contractu matrimonij magni ſunt fuoris, & ſpecialem præ cæteris habent firmitatem, vt tradunt Ioannes Faber, Baldus, Salicerus. *l. 1. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum, ne proſtituat.* Guilielmus Benedict. *in reper. cap.* Raynutius. verbo, duas habens filias, & vxorem nomine Adelaſ. *num.* 160. Iacobus de ſancto Georgio. *l. vlt num.* 44. C. *de pactis.* & in Franciſc. Purpura. *num.* 221. Panorm. *cap. nulla. de conceſſiq; præbenda*, Bald. § *filij nati. ſi feuda defunctis contentio ſit inter dominum & agnatos. & vſibus feudorum.* Raph. Fulg *conſilio.* 33. *columna* 3.

11 ¶ Ritſus confirmatur communi doctorum ſententia *per gloſ. 1. & Bartolum.* quem omnes ſequuntur *in l. ſi voluntate. C. de dotis promiſſ.* Quòd ſi ignobilis ducat nobilem, vel contra, valent pacta, donationes, remiſſiones, confeſſiooes, renuntiationes in fauorem perſonæ nobiliioris factæ per ignobilem, non ſolùm tempore contracti matrimonij re integra, ſed etiam poſteà, noo obſtante prohibitione iuris communis de donationibus inter virum & vxorem. Quia ignobilis non dicitur lædi, nec pauperior fieri, etiam ſi de iure ſuo dimittat: quia compenſatur cum honore ſplendidioris coniugij aſſequendo vel aſſequuto. & ſequitur Iaſon. *l. ſi diuortio. de verbor. obligatio. l. vlt. colum. 3. C. de verbor. ſignificat.* Guid. Pap. *deciſio. Delphinatis. 363. & conſil. 112.* Alexand. *conſil. 209. nu 7. lib. 6.* Ftaociſc. Cuttius. ſenior *conſil. 54. col. 3.* Matthæus Afflic. *deciſ. Neapol. lit. 61.* Franciſc. Purpura. *l. 2. § vlt. num. 36 ſi cert. petat. & omnes vbique.* Quantò magis quòd illa Regina omni reſpectu tam vitæ, ſaluris, hooos, quàm bonorum, & liberorum, meliorem ſuam conditionem fecit ſic contrahendo, & quòd huiuſmodi pacta facta ſunt inino, rebus integris, & in ipſis ſolemnibus & inſtrumentis dotalibus? Et præterea cùm amplam fuerit aſſecuta, & receperit propter ouptias donanonem, de qua liberè diſponere poteſt. Et quæ etiam ſine vlla donaoone multùm honorabatur, vt dictum eſt.

12 ¶ Et eiſdem rationibus non obſtat minor ætas Reginæ, cum quia nihil amiſit, ſed magis acquiſiuit quòd aliàs nunquam acquiſiuiſſet, tom in fortioribus terminis minor ætas oon impedit renuntiationem filiæ, de qua in c. quamuis. de pactis. in ſexto. Et otio-

ſa erat curatoris anthoritas, qui non potuiſſet vtilius conſulere: tum habilis ad nuptias eſt habilis ad omnia pacta congrua & ſolita. *l. quoties. ff. de pactis dotalibus. gloſ. pen. l. vlt.* & ibi Bald. Ioan. Faber. *C. de legitima cautela.* Bal. *l. vnic. §. 1. C de rei vxoriæ actione.* Lancelotus, Decius. *l. ſi conſtante. in princ. col. 7 & ibi Iaſon col. 31. ff. ſoluto matrimonio.*

13 ¶ Confirmatur ex communi omnium vtriuſq; iuris doctorum ſententia, qui tenent in fortioribus terminis huiuſmodi pacta negatiua futurarum ſucceſſionum iuramento omnino confirmari, etiam in filia legitimè nata ipſi paternæ ſucceſſioni renũtiantii. De quo *textus in c. quamuis de pact. in ſexto.* & in filio. Bald Iaſon. *l. ſi quando § illud.* (quem §. limitant interueniente iuramento.) *C de inofficioſo teſtam.* Alexan. *l. in ratione 2. ad legem Falcid.* Iaſ. *l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbor. obligat. in.* Nicolaus Boerius *deciſ. Burdegalenſ. 14.* Quantò magis in matre (etiam ſi prædicta omnia ceſſarent) cùm ipſa ſolenniter iuraverit, & hæc communis ſententia vbique in praxi obſeruetur, vſque adeò, vt nec læſionis ratio etiam in filia renuntiante habeatur, cum futura ſucceſſio ſit incerta, vt etiam ſi poſteà appareat, tũ tempore contractus matrimonij filiæ, quam obitus patris ipſam læſam fuiſſe eriã in legitima, vt in tota ferè Francia iudiciis ſupremorum tribunalium practicatur & obſeruatur, *vt dixi in annotat. ad Alexand. conſil 29. lib. 3.*

14 ¶ Prætereà communis illa ſententia de validitate & irreuocabilitate huiuſmodi pacti negatiui iurati obſeruatur quoque in praxi, etiam in Italia, Germania, Prouincia, & regionibus Galliæ, quæ iure ſcripto (hoc eſt communi & imperiali) vtuntur, vt patet per deciſiones & conſilia Guidonis Papæ, & recentiorum conſilia numeroſiſſima Philipp. Deci. & Stephan. Bertrand. vt etiam Vldaricus Zazius in conſiliis ſequitur. quantò magis validum eſt in matre, quæ de concubina facta eſt vxor, & valde ampla, reſpectu ſui, & indebita donatione propter nuptias locupletata? Confirmatur conſuetudine, qua in Germania huiuſmodi pactiones frequentantur, & in fortioribus terminis inconcuſsè obſeruantur. Et ſimul explico 13 ¶ quæſtionem ſecundam in qua nulla eſt difficultas, cùm nemini dubium ſit quin huiuſcemodi conſuetudini ſtandum ſit. *l. de quibus. l. diuturna. de legib. & longa conſuetudine* Bald. *l. cum Archimedoram. C. vt in poſſeſſionem legatorum.* etiam ſi aliàs iſta pactio & renuntiatio eſſet iure communi improbata: quod verum non eſt, etiam ſi non eſſet iuramento, nec aliis rationibus prædictis, quæ clarè concludunt, confirmata. Et ſufficeret conſtare talem eſſe communem obſeruantiam, cùm ſit rationalibus & regimini politico vtilis. Nec opus eſſet præcisè probare conſuetudinem introductam: communis enim obſeruantia eo ipſo fidem facit, de iudicio & omnium ſenſu & doctiorum & præcellentiorum totius prouinciæ, *vt not. in cap. prudentiam. in prin. extr. de offic. de legat.* & turpis eſt pars quæ non congruit ſuo vniuerſali. *cap. quæ contra mores. 8 diſtinct. c. vlt. extra de ſpon. duorum.* nec eſt à commoni ſtylo & obſeruantia recedendum *l. illud vſitatiſſimum.* & ibi Bald. *de excuſa. tuto.* dixi *in Conſuetud. Pariſi. §. 31. q. 3. in princ.*

16 ¶ Prætereà fuit Germanis præſertim Francis vetus conſuetudo in longè fortioribus terminis, quod habens filios ex priore nobili coniuge, ſi ducat non concubinam aut aliam vilem, ſed honeſtam, quamuis minùs nobilem, poterat paciſci ne ipſa & eius filij naſcituri ſuccederent in hæreditis, & prædiis antiquis, vel enam vt nullo modo ſuccederẽt ſtantibus filiis prioris matrimonij: ſed tantùm in aliqua certa ſumma in pactis ſponſalitiis comprehenſa: & valebat huiuſmodi conuentio etiam ſine iuramento, vel alia ſolemnitate de conſuetudine Germanorum, vt probat textus in *c. vnio. in princip. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticã cõtracto in vſib. feud.* Illi enim vſus & voces Latinis peregrinæ quæ ſunt in dicto libro, fuerunt à Longobardis in Inſubriam in- A uectæ. Longobardi verò à Germanis, apud quos diu verſati ſunt, & pars Germaniæ olim fuerunt, conſuetudines illas & voces acceperunt vt probat Paulus Diaconus ipſe Lõgobardus in princip de geſtis Longobardorum Franc. Irenicus *lib 1. cap. 31. Germaniæ exegeſeos.* Multò igitur magis viguerunt apud Germanos, vnde etiam Franci redeũtes in Gallias pleraſque ſimiles conſuetudines inuexerunt, quæ etiamnum ſeruantur, vt pleriſque manifeſtum eſt in Gallia. Si ergo conſuetodo etiam matrem ſecundam coniugem & filios ex ea excludere poteſt, multo magis ſolam ſecũdam coniugem filiis illius vocatis ad æqualitatem cum liberis prioris & ſplendidioris matrimonij. Et ſic iam probatum eſt conſuetudinem & conuentionem, de qua agitur antiquis moribus, & conſuetudinibus Francorum & Germanorũ conuenire, & hæc ſunt de prima cardinali quæſtione. B

17 ¶ Tranſeo ad alteram æquè principalem. Et prima facie videretur nullam eſſe aut inualidam omnem huiuſcemodi ſubſtitutionem, cùm nullum factum ſit teſtamentum. Deinde cùm omnes huiuſcemodi ſubſtitutiones ſint vniuerſales de omnibus bonis, & ſic de totis futuris ſucceſſionibus in vniuerſo, quæ pactis & conuentionibos deferri non poſſunt per iura prædicta, cumque hoc reſpectu non ſint pacta negantia, ſed affirmatiua diſertè legibus prohibita, vt nec iuramento firmari queant, etiam ſecundùm communem ſententiam, reprobantur enim à iure tanquam contra bonos mores *l. ex eo. C. de inutilibus ſtipulatis.* & ſic non videntur defendi per ſolutiones prædictas, nec elabi poſſe *per l. liter. vel. l. vlt. C. de pact.* aut alium ſpecialem limitationis caſum, cum non ſimus in terminis illarum exceptionum, vt pote nondum natis his de quorum ſucceſſione paſciſcebatur. Tertiò quia tolletur liberis iſtis libera teſtandi facultas contra *l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verborum obligationibus.* C

18 ¶ Quibus non obſtantibus, in præſenti themate ſtandum omnino conuentis cenſeo. Quia primò quantumuis prima facie conuentionis verba vniuerſalia videantur, tamẽ re vera non ſunt ſed particularia: vt enim phraſis & ſcopus totius contractus & thematis oſtendit, hoc ſolũ agebatur, ne bona ipſius Leoſthenis à concubina (per coniugium poſtmodo facta, & legitimorum primi matrimonij nouerca diriperentur, cùm certum eſſet de his quæ ad illam peruenirent, nihil vnquam reditunim ad filios prioi matrimonij: ideò diligenter cautum fuit, non vt filij concubinæ nati & naſciturideterioris eſſent in aliquo conditionis filius primi matrimonij nec vt aliquantum minus haberent: ſed ne filij prioris matrimonii præuarentur omnis ſpe ſucceſſionis virilis portionis bonorum paternorum: per hoc ſecundum coniugium præſertim cum veriſimile eſſet maiorẽ longè partem hæreditorum paternorum peruenturam ad filios concubinæ, quàm ad liberos Aceliæ legitimæ filiæ, vt euentus docuit. quia ſiue Aceria præmortua, ſiue ſuperuixerit patri non tollit niſi vnilem, ſcilicet trientem tantùm cum in vniuerſum fuiſſet ſucceſſura ceſſante ſecundo hoc coniugio. D

19 ¶ Cùm ergo id ſolum & præcipuè ageretur, ne hæredia & bona paterna ad extraneos & in alienam familiam deuenirent, ſed in poſteris conſeruarentur: clarum in hac clauſula non fuiſſe actum de omnibus bonis filiorum ſine liberis decedentium, ſed nec de eorum hæreditate vel ſucceſſione proprie ſumpta, ſed de portione bonorum paternorum eos contingente duntaxat & ſic de certis rebus, vel certo genere bonoiũ tantùm. Porrò longè aliud eſt diſponere de ipſa hæreditate, vel eius parte aut certa quota, vt in *l. ſi quis ſeruum. in fine. de legatis ſecundo. & toto tit. de hæredibus inſtituendis. & de vulgari & pupillari ſubſtitutione.* longè aliud diſponere de certis rebus, vel de parte tetum, vel de certo genere bonorum, putà de obuentis à patre tantùm, vel maternis tantum, aut obuentis à patruo, vel alia certa perſona. *l vlt.* & ibi Bartolus, Lancelotus, Decius E

de vſa & vſufructu legato Alexander *conſ.2.col.pen.vbi in annotationibus terigi*, *lib.* 2. Philip. Decius *conſ.* 337. *& conſ.*387. Iaſon. *conſ.*61. *lib.* 1. Priote quidem caſu, eſt diſponere propriè de ipſa hæreditate & ſucceſſione, & tũc demum, loquuntur, & proceduot intra in partem oppoſitam allegata. Secundo verò caſu non eſt diſponere de aliqua ſucceſſione futura, ſed de certis rebus, vel certo genere bonorum tantùm.

20 ¶ Quæ conuentio non ſolum non reprobatur, ſed approbatur etiam iure communi, *l. legem.* C. *de pactis.* C. *de donatio. quæ ſub modo per totum l. vt hæredib. ff. de legat. ſecundo. Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relictis. in princ.* Quemadmodum enim in teſtamentis ſolemoibus poſſunt fieri ſubſtitutiones tam directæ, quàm obliquæ vniuerſales, de ipſa hæreditate, vel eius quota ita in contractibus poſſunt fieri ſubſtituriones conuentionales, & graduales de certis rebus, de certo genere bonorum, *dicta l. vt hæredibus. cum ſimilibus* Paulus Caſtrenſis *conſilio trecentesimo quadrageſimoſeptimo. Quia circa col.1. conſil. quadringenteſimo octuageſimoquarto, ſi quæritur lib.*1. Baldus *conſilio ducẽteſimo quadrageſimo nono, Verba inueſtiturę, volu.*2 *lib.* 2. Aymo Crauetа *conſil. decimonono, num.* 8 ſed in eiuſmodi pactione non intelligitur actum de bonis obuentis à matre vel aliunde, ſed de bonis paternis: & conſequenter pactum valet, etiam ſute communi, & actio eſt vtilis, id eſt efficax, quæritent liberis ſiue natis, ſiue naſcituris, in quorum commodum factum eſt prout fieri potuit *l. parte pro filia. C. de pactis conuentis. l. Cum. ſoluto matrimonio. l. ſi quis operas. l. cum patronus.* § *ſi libertus de operis liberto.* 21 ¶ Nec obſtant verba genetalia, aut vniuerſalia iſtius ſubſtitutionis: quia intellectus verborum non ab eorum formula, ſed à mente ſumendus eſt *l.*3. *& ibi latè Iaſon C. de liberis præteritis vel exheredatis. c. intelligentia. de verborum ſignificatione.* Baldus. *conſilio quadrageſimoſexto, lib.* 1. & ad mentem, & vetiſimilitudinem verba quantumuis generalia & vniuerſalia reſtringuntur. Oldradus quæſtione centeſima quadrageſimaoctaua. in fine. Albericus *in prima parte ſtatutorum, quæſtione decima ſexta, in fine.* Ioannes Andreas *in Mercuriali c. in generali. de regulis iuris in ſexto* latè Iaſon *l.*1. *col.*3 *cum ſequenti.* de legatis primo. ſed mens non fuit comprehendere bona vndecunque, vel à matre obuenta, ſed paterna, & ſic certum genus bonorum tantùm. Quare valet pactum etiam iure communi.

22 ¶ Secundò, etiam ſi intelligeretur de omni ſpecie & genere bonorum, & de ipſa futura hæreditate vniuerſali liberorum etiam naſcituturum, adhuc valeret pactum in contractu matrimonij appoſitum in vim conſuetudinis, quæ poteſt date robur huiuſmodi pactis: quemadmodum etiam in Gallia ſunt quædam conſuetudines (vt in Auernia) vbi etiam certi hæredis inſtituito vniuerſalis facta in contractu matrimonij valet irreuocabiliter, & ita obſeruatur & indicatur in omnibus bonis mobilibus & nommibus vbicunq; ſitus, & in prædiis ſitis intra fines loci ipſius conſuetudinis. Non obſtat quod rollatur teſtandi facultas: quia primò ceſſante dicta conſuetudine, remanet libera in omnibus bonis aliis quàm paternis, & adhuc in paternis ad vſq; legitimam. Quę diſpoſitione hominis lucratiua etiã inter viuos lædi non poteſt. C. *de inofficioſis donationibus. & de inofficioſis dotibus. per totum. dixi in tractatu de donationibus, & inofficioſis.* Stante verò dicta conſuetudine non eſt incotueniens quòd tibil de proprietate & ſubſtantia bonorum diminuere aut deducere poſſint, & ſatis eſt quòd ad vitam frui poſſint, & de fructibus diſponere 123 ¶ quia tametſi patens non poſſit in aliquo mouere legitimam. *l. quoniam in prioribus.* C. *de inofficioſo teſtamento* tamen lex, ſtatutum, vel conſuetudo hoc poſſunt: & commnnis eſt ſententia quòd in totum tolli poteſt per ſtatutum vel conſuetudinem. Alexander *l. quod de bonis. in fine. ad legem Falcidiam. conſ.* 3. *num.*9. *conſil.*168. *num.*3. *lib.* 7. Guid. Papa *conſilio centeſimo, quadrageſimo, columna quarta. conſilio ducenteſimo quadrageſimoquarto, in fine.* Philippus Decius. *l cura ſanguinis. numero ſeptimo, cum ſequenti de regulis iuris. deciſio Tholoſa quadringenteſima trigeſima ſeptima,* & ibi latè Strebanus Auſtetius, *in additionibus.* Et quamuis multi tenent non poſſe in totum tolli, ſed bene minui, vt Angelus Aretinus *tractatu de teſtamentis. verbo, nolens decedere inteſtatus. colum. vltima.* Alexander *cõſilio ſeptuageſimo quinto, num.* 11. *lib.* 1. *vbi in annot. dixi*: tamen horum opinio militat pro ſententia noſtra. Tenent enim ſufficere tectum eſſe ad alimenta. Bald. *l. vlt.* §. *ipſum. C. de bonis qua libe. Alb. d.l quoniam in prioribus. & alij.* Cùm ergo intacta relinquatur fruino ad vitam ſufficiens ad alimenta, & libera facultas diſponendi de fructibus, nihil poſſunt diſponete, nec minuere de ſubſtantia & proptietate bonorum ſtante dicta conſuetudine.

24 ¶ Præterea de facili fit redirut ad ius antiquum, quo etiam tempore primæ editionis Codicis hoc reciprocum fideicommiſſum vel onus æquale nullum dicitur continere granamen, etiam in filius nullam læſionem, nullam inofficioſitatem. *l ſi pater puellæ C. de inoffic. teſta.* nec eſt dubium quin poſſit reduci per conſuetudinem id quod fuit iure primo C. 25 ¶ *Caterum d. Authent. res quæ.* non habet locum in diſpoſitione inter vinos, ſiue per viam contractus, vt hic Bald. *nulla, ad fin. C. de iure do.* Iaſon *l. filius familias. §. diui. col.* 9 *de legat.*1. Alexand. *conſil.* 103. *colu* 5. *lib.* 2. Socynus. *conſil.* 75. *colum.* 3. *lib.* 1. & multò minus concurrente vineulo, & diſpoſitione conſuetudinis 1 quia d. Authen. loquitur in ſimplici diſpoſitione hominis, in teſtamento vel codicillis. Adhuc. communiter limitant dictam authen. ſtante prohibitione expreſſa teſtatoris: quod vlumum tanquam impertinens non eſt opus impræſentiarum attingere. Ex quibos concluditur, vlumum natomm Reginæ ſine liberis è legitimo mattimonio procreatis decedentem teneri, ſen in effectu grauatum omnia dicta bona reſtituere liberis Aretiæ, vt in ſimili *in l. Titia Seio §. Seia Libertus. de legat.* 2. & ſic ad tertiam, & quattam quæſtionem ſolutio patet.

26 ¶ Ad quintam reſpondeo, monaſterium nullo modo haberi pro filio, etiam ſecundùm communem ſententiam canoniſtarum. Panor. Felini. Philip. Decij & aliorum *in c in præſentia. extra de probatio* Bar. *Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ* Bal. *l. filiũ. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* & nullo modo facit deficere hanc conditionem propter quinque. Primò, quia §. *ſed & hoc præſenti, in authent. de ſanctiſſ. epiſco* non habet locum quando eſt reſtituendum filius vel poſteritas teſtatoris, vt hîc, vt tenet Bald. *conſil.* 196 *lib.* 1. Socyn. *l.* 1. *col.* 3. *de rebus dub. & vt repeti. l. cum annus ſolum* 21. *de condit. & demonſtra.* & probatur *in c. vlt.* 17 *q.* 4. Cauſa autem filiorum non ſolùm monaſterio, ſed etiam eccleſiæ præferẽda eſt Philip. Decio *l. licet. col.* 2. C. *de pact. l. generaliter. col.* 4 C. *de inſtitutio. & ſubſtitutio. & in c.* 1. *nu* 19. *d. probatio. & conſil.* 191 Philip. Cornel. *conſil.* 31. *lib.* 2. Iaſo. *conſil.* 211. *lib.* 2. *conſil.* 141 *colum.* 5. *lib.* 4. & fauorabiliot quàm cauſa pauperum. Bald *repetitione legis* 2. *colum.* 3. C. *de ſacroſanct. eccleſ.*

27 ¶ Secundò quia verba conditionis neceſſariò excludunt monaſterium duplici modo: quia primò dicitur. Si ſine hæredibus in matrimonio: deinde. Procreatis ex ipſorum corpore: quæ duo reſiſtunt monaſterio, & ſic nullo modo impedit conditionis euentum, vt etiam tenent Ioan. Petr. de Ferrariis *in libello qua agitur ex ſubſtitutione, in verbo, Ex ſuo corpore*, eriã propter ſola verba. Ex ſuo corpore: ſed hic ſunt duo, videlicet matrimonialiter, & ex ipſorũ corpore. Tertiò quia *dictus* §. *ſed & hoc præſenti.* non loquitur nec habet locũ niſi in dubio: ſecus quãdo ex verbis apparet diſponentẽ etiã in teſt. voluiſſe excludere monaſterium, vt quando dixit nullum alium admittendum, quàm ſubſtitutum, vt

hic, ibi, nec quiſquam alius, quia monaſterium non excludit, ſed excluditur. Philip. Deci. *c in preſentia. colu. 30. nu. 58. extra de probatio. conſil 259. per totum conſil. 426.* Philip. Corne. *conſil. 18 colu. 5. conſil. 154. lib. 4* Laurentius Calneus *conſil. 20. colum 3. in fin. conſil. 69 col. 1 & 2.*

18 ¶ Quartò dictus §. eſt exorbitans, nec habet locum niſi in ſimplici eondioone defieienum liberorum: vnde non debet extendi ad conditionem qualificatam: quæ appellatione ſimplicis non venit. *l. vim paſſam. §. preſcriptione. de adulter. c. ſtatutum.* vbi Geminianus & omnes canoniſtæ *de electio in 6.* Bart. Alexand. & omnes *in l. 2. in princ. de verb. obligation* vnde non habet locum quando adiicitur qualitas legitimis & naturalibus, vt decidit Philip. Corne. *Anthent. niſi cogati. col. 2. C ad Trebel. conſ. 18. & conſ 53 lib. 4.* Præterea non habet locum in contractibus ſecundum Matth. Afflict. *deciſio. Neapolitana. 85. col. vlt.*

19 ¶ Ad ſextam videretur monaſterium non poſſe cogi ſtatum reſtituere portionem profeſſæ, ſed demum poſt mortem illius naturalem, vt eſt communis ſententia *in c. in preſentia extra de probatio.* Sed contrarium in hac ſpecie dicendum eſt, quod eſt indubitatum in locis quibus de conſuetudine per profeſſionem monaſticam non ſit tacita bonorum dedicatio, vt in tota Gallia. Ceſſante verò dicta conſuetudine, adhuc clarum eſt bona nullo modo tranſire ad monaſterium, ſed ſtatim debere reſtitui: quoniam puella quatuordecim annorum blanditiis & perſuaſionibus monialium, reclamante tota cognatione, allecta fuit & inducta ad profeſſionem, & ſic debent moniales carere omni ſpe lucri & bonorum quæ ſtatim debent hæredibus reſtitui. *16. q 7. c. pen. 20. q 3. c. vlt.* Antho Cotſet. *in ſingulari. in verb. religio.* Et ita diſertè fuit ſtatutum in Germania in Conſilio generali habito Moguntiæ. c. 13. authore Carolo Magno imperatore, qui etiam inter ſuas conſtitutiones ſeu capitularia. *lib. 1. c. 89. & c. 83.* diſtrictè prohibuit, ne clerici vel monachi reciperent aliquas oblationes bonorum in præiudicium hæredum, ad quos eadem bona peruenire debent. Probata autem perſuaſione vel illectatione blanditiarum, etiam ſtatim hæredibus reſtitui debent per præfatos textus. & talis etiam eſt omnium doctorum vtruſque iuris concors ſententia.

30 ¶ Et ſic patet ſolutio ad ſeptimam quæſtionem: quia ſi moniales propter dictas perſuaſiones & blanditias canonibus, & conſiliariis & imperialibus ſanctionibus vetitas, priuantur lucro ſeu fruitione bonorum iam qnæſitorum illi puellæ: igitur multo magis bonis qnæriendis priuantur & ſic non opus eſt recurrere ad conſuetudinem, quæ eſt ferè vbique, quod profeſſi in monaſteriis amplius non ſuccedant cognans vt incapaces, nec monaſterium pro eis. Tum clarum eſt ex phraſi totius contractus, quod contrahentes non ſenſerunt de talibus profeſſis qui familiam abdicauerunt: ſed dumraxat prouidere & conſulere voluerunt poſteris retinentibus & conſeruantibus familiam vel cognationem Leoſthenis. Et ſic euacuata eſt octaua quæſtio:

31 ¶ tamen caſu quo monaſterium ſuccederet, cautè deberet de reſtituendo, extante conditione per verba generalia. l. 1. in princ. vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur, ibi, Semper autem ſatiſdare cogitur cuiuſcunque ſit dignitatis vel facultatum quatumcunque & ibi, non ſolum autem omnibus legatariis ſatiſdare oportet, ſed & ſucceſſoribus legatarorum. Quæ iuta loquentia in legatis habent etiam locum in contractibus, in quibus eſſet eadem ratio, vt hic *per textum, l. de legato. de legat. 2. facit. l, in omnibus. de iudiciis.*

32 ¶ Ad nonam quæſtionem, iuris exploratiſſimi per prædicta eſt, omnia bona reſtituenda liberis, ſeu per legitimum matrimonium deſcendentibus Ateniæ poſt obitum omnium vel poſtemi omnium filiorum Reginæ: quæ cùm non ſit inſtituta à filio, nihil poteſt deducere ratione legitimæ vel alterius quartæ per prædicta, tum quod ei qui ſe contractu ſuo, vel per factum ſuum inhabilem fecit à ſucceſſione, non debetur legitima, etiam ſi eſſet de liberis. vt no. *in l. 1. de acquiren. vel amittent hæredita.* & expreſſè. Alex. *conſ. 3. num. 10. cum ſequent. conſil. 168. num. 3. lib. 7.* Socinus *conſ. 19. colum. vltim. lib 4.* Philippus Corneus. *conſ. 290. lib. 3.* Caro. Rumus *conſ. 17. num. 8. lib. 2. conſ. 17. lib 3.* Philippus Decius *conſ. 296. num. 2. conſ. 505. num. 3. conſ. 526. numero 4.* Aymo Crauetta *conſi. 11. num. 13.* Non obſtat, quòd fortè non ſit ſpecialiter renuntiatum legitimæ, *l. ſi quando. §. & generaliter. C. de moſſic. teſta.* quia ille tex. loquitur poſt legitimam debitam & acquiſitam, vt tradit Philip. Decius *conſ. 505. in fi.* & de ſimplici apocha eius quod in deductionem legitimæ darut & accipitur nec renuntiatur ſupplemento: loquitur enim in filio tacitè renuntiante poſt obitum patentis, & poſt legitimam quæſitam, 33 ¶ quæ magis debetur deſcendenti quàm aſcendenti, in quo magis locus eſſe debet regulæ, quod excluſus à ſucceſſione, cenſetur excluſus à legitima. Alex. *conſ. 3. num. 10. cum ſeq. conſ. 168. num. 4. lib. 7.* Philip Corn. *conſ. 290. lib. 3.* Socy. *conſ. 89. colum. vltim. conſ. 127. num. 2. lib. 4.* Carolus Rumus. *conſ. 17. num. 9. lib. 2.* Philipp. Decius *conſ. 296. num 2.* Aymo Crauet. *conſ. 11. num. 13.* Et ad ſummum deberet petius omnia præter dotem quam attulit imputare, & de datis eum in eodem contractu non eſt dubium eum ſint reciproca, ſed idem dicendum de datis poſteà: quia veriſimiliter non fuiſſent data vel relicta, ſi illa contraueniſſet pactis nuptialibus, & ſunt à bonis Leoſthenis profecta.

34 ¶ Tum extra caſum dotis quam recepit, ſtat regula & edictum Prætoris, quòd non debet vtrumque conſequi, ſed compenſare, *l. vnica. §. ſciendum itaque. C. de rei vxoriæ actione.* & Baldus *l. quoniam in prioribus. colum. vltim. C. de in offic. teſtamen.* Et ſic ſoluta ſunt omnia. Et ita in propoſita ſpecie concludendum & iudicandum cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D. Franciæ & Germaniæ iureconſul. ducis Virtembergenſis conſiliarius. In quorum fidem propria manu his ſubſcripſi, & gentilitorum inſignitorum ſigillum appoſui. Actum Montbelgardi menſe Decembri, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo quarto.

IVDICIVM

IVDICIVM ET COMPROBATIO CLARISSIMI ET ERVDITISSIMI IVRECONSVLTI DOMINI BONIFACII AMERBACHII BASILIENSIS, DE CONSILIO PRÆCEDENTI, EX eius αὐτογράφῳ ad authorem missō. S. P.

IN COMPARABILIS Molinæ, responsum iuris tuum nuper huc allatum est. Pro quo qualiter condignas tibi (quod meis intimis, cùm mei tum iustitiæ contemplatione gratificatus es) gratias agere debeam, vt calamo vel lingua exprimere non possum, ita animo saltem habere, atque adeò quadamtenus concipere mihi posse videor. Et si verò beneficium acceptum nulla pecunia dilnatur, aut paria accipiat: tamen vt saltem ex animi tui sententia præfiniendum honorarium velut grarirudinis specimen exbibeatur, pro virili curabo, quod proximo nuntio nobis indicare pro tua humanitate ne graueris, vehementer rogo. Si quæras quid de responso sentiam? Et quid respondebo, quàm hoc in tua officina procusum, hoc est doctum, elegans, æquitatis plenum: & quid plura Molinæi, boc est viri omnium integerrimi, prudentissimi, & experientissimi esse? Supereſt vir clarissime vt de honorario nos proximo nuntio certiores reddas, quamprimùm oblata istud occasione transmittendo. Christus conseruator tibi nobisque omnibus semper & vbique adsit, in quo perpetuum viue & vale. Basilæe, pridie Idus Februarij, anno M. D. L. V.

Tuus ex animo Bonifacius Amerbachius.

τὸ δὲ τῇ ἐπιγραφῇ scriptum est. Magnifico & incomparabili Iurisconsulto, D. Carolo Molinæo, Illustriss. Princip. Vvirtembergen. à consiliis, domino & amico honorando.

Montbelgardum.

EPITOME CONSIL. XVI.

1 *Qui nascuntur ciues, non serui nascuntur, & contra libertatem clarissima probatio exigitur.* 9. 11.
2 *Natum esse in loco manus mortuæ non probat ei conditionem obnoxium.*
3 *Reipublicæ magis quàm propriis parentibus nascimur.*
4 *Non loci, sed vteri materni seruitus seruum facit.* 6. 17.
5 *Tempus attenditur partui vtilius.*
7 *Non sufficit quasi possessio vel matris professio ad probandam seruitutem.*
8 *Præscriptio non est contra libertatem, sed bene pro libertate.*
9 *Iuramentum necessarium non defertur pro seruitute.*
10 *In terris imperij non sunt seruitutes personarum.* 12.
13 *Quæ sunt reliquiæ antiquæ barbariei & seruitutis, quæ in Christianismo cessant.*
14 *Domicilium constituens in loco libero Imperij liber fit à seruitute manus mortuæ.*
15 *Seruitus parentis ante quinque annos defuncti non obest filio in quasi possessione libertatis existenti.* 16.
18 *Prætensus adscriptitius qui potest agere præiudiciali vtilius facit agere ex l.* diffamari tanquamreus. 19.
20 *Fauor libertatis etiam agendo.*
21 *Causa fauorabilis probatio fauorabilis est.*
22 *Diffamator conueniendus est coram iudice vbi diffamatus debebat conueniri.*
23 *Causa status agi debet in domicilio rei.*

NOTA quòd thema sequens non fuit datum ex veris, quia Montbelgardum non est feudum Imperij, sed comitatus Burgundiæ, quod ante mortem Caroli Burgundi indubitatum erat & olim habitantes Montbelgardi, erant serui manus mortuæ, seu coloni & adscriptitij: sed anno 1283. per Reynauldum à Burgundia comitem Montbelgardensem & Guilielmam eius vxorem comitissam manumissi fuerunt, & ciuitate donati sub certis conditionibus, quarum ergo multæ lites erant inter ciues & comitem Georgium, quas idem Carolus Molinæus illic existens, confectis articulis æquabilibus concordiæ terminauit mense Martio, anno sesquimillesimo quinquagesimoquarto ante pascha more Gallico.

CONSILII XVI. THEMA TALE EST IN MATERIA MANVS MORTVÆ.

IOannes Carray natus Dolæ in prædio sito in quodam feudo Austriæ, quod ptædium dominus seu vassallus prærendit subiectum conditioni manus mortuæ: is (inquam) migrauit Montbelgardum loeum francum & feudum imperij, [a] & vltra triginta annos ibi moram traxit, domicilium habens, & iuribus eiuium & libertare vtens, vxotem inibi duxit liberam, ex qua filium superstitem & hæredem reliquit. Quæritur primò de statu Ioannis, an fuerit natus liber, vel conditioni adscriptitiæ obnoxius, & casu quo consuetudo & seruitus manus mortuæ loeum habere Dolæ (quod incertum est nec verisimile, cùm sit feudum immediatum Austriæ & subfeudum imperij) an ex eo solo Ioannes pater iudicandus sit homo manus mortuæ fuisse, an verò alia etiam probari debeant: & postremò an omnibus probatis exemptus sit ab ea seruitute, transmigrando ad loeum libetum imperij, & ibi in possessione liberratis stando per viginti annos iuxta l. 2. C. de long. temp. præscript. quæ pro libertate, an saltem spatio temporis plusquam longissimi? Secundò principaliter quæritur de statu filij. Tertiò, quam actionem habeat filius contra dictum vasallum, falsò iactantem dictum filium esse suum hominem manus mortuæ an plagij, an ex l. diffamati? an alias? Quartò, quomodo & quibus mediis experiri deber, vt libet eum sua posteritate declaretur. Quintò, si dictus vassallus conueniri queat coram illustrissi. comite vel suis consiliariis Montbelgardi, cuius ille filius iniuriam seu diffamationem passus est, subditus, & eiuis apud Montbelgardum, idque non obstante, quò antequàm hæredium prædecessorum suorum situm sit in feudo Austriæ, dictúsque vassallus domicilium habeat extra iurisdictionem dicti comitis, quanquàm eiusdem comitis vassallus sit ratione aliorum prædiorum quæ possidet Dolæ de feudo Blaemont.

[a] Imò comitatu Burgundiæ.

1. 2. 3. 4. 5.

CONSILIVM XVI.

CHristi Seruatoris nomine inuocato, ¶ Quod ad primam quæstionem attinet subscriptum consilium censet, nihil proponi quò minus Ioannes ille liber natus fuerit, & manserit, prout iure communi & imperiali in toto imperio siue orbe Romano omnes non solùm liberi, sed etiam ciues imperij nascuntur, & sunt. *l. in orbe Romano ff. de statu hominum.* Ad hoc sunt iura omnia etiam prorrita & vulgatia, quòd pro libertate præsumitur, & quisque liber censetur, nisi contrarium dilucidis probationibus ostendatur, quæ probationes in hac causa grauissima, quæ morti compararur, *l. seruitutem. ff. de reg. iuris.* luce meridiana clariores, & necessariò concludentes esse debent, *l. vltim. C. de probatio. l. non hoc. C. vnde legitimi.* Iason. *consil.* 167. *col.* 3. *lib.* 4. Philippus Decius. *consil.* 429

2 ¶ Porrò quem natum esse in loco vel prædio manus mortuæ non arguit, nec continuo probat esse seruituti vel conditioni manus mortuæ obnoxium. Loca enim non dominantur personis, sed personæ locis & rebus, quibus sunt & superiores & digniores, *l. iustissimè. & ibi glos.* 3. *ff. de ædilitio edicto l. Sanctimus. in fi. de sacrosanct. eccles.* Albericus *in prima parte statutorum. q.* 116.

3 ¶ Et quicunque nascuntur ipsi Reipublicæ & imperio nascuntur. *l.* 1. §. *& generaliter. ff. de ventre in poss. mitten.* Bald. *in lege Federici primo incipiente, hac edictali. §. primo. in principio. ff. de pace tenenda & iuram. firman. in vsibus feudorum* Imò nascitur magis Reipublicæ, quàm propriis patentibus, *dict.* § *& generaliter l. postliminium.* § *filius. ff. de cap. & postlimi reuersis. l. minimè. de religio. & sumptibus funerum.* Igitur multò minus nascitur vni priuato seu particulari domino loci.

4 ¶ Et in toto iure certum est natiuitatem loci nihil facere ad statum personæ, sed natiuitatem sanguinis videlicet vteri materni, si quis natus sit ex ea quam alicuius ancillam esse constet. *l. & seruarum. & per totum tit. de statu. hom.*

A 5 ¶ Imò non sufficit probari quem natum esse ex ancilla, si probetur quòd tempore concepționis vel aliquo momento, quo partus fuerit in vtero mater fuerit libera: quia si postea facta sit serua, & serua peperierit, calamitas matris nō debet nocere ei qui in vtero est, quia etiam si tempore seruitutis nascatur, nihilominus liber nascitur, & ingenuus. text. *in d. l. & seruarum.* §. *ingenui. de statu homin.* Qui enim in vtero est, fictum pro nato habetur quantum ad suum commodum. *l qui in vtero est. ff. de statu ho* Albertt *in prima parte statutor. quæst.* 133. Hippolitus Matsilius singulari 426. Et sic sufficit ad libertatem partus matrem liberam fuisse aliquo momento dum gerebat vterum & generaliter tempus illud vel momeotum inspicitur quod est partui vtilius. text. *in l. super legem. in fin. C. de naturalibus liberis.* Ioan. Faber. *Authent. Ex complexu. in prine. C. de incestis & inutilibus nuptiis*

6 ¶ Prius igitur ille vassallus probare deberet præfatum Ioannem natum esse ex ancilla vel serua, & illam fuisse seruituti suæ vel manui mortuæ suæ obnoxiam, illamque fuisse talem toto continuo tempore quo gessit vterum.

7 ¶ Et ad hoc non sufficeret probare matrem Ioannis seruilia exercuisse, vel in possessione seruitutis fuisse, etiam si simul hoc probaretur & fratribus parentibus illius. *l. ad probationem seruitutis. C. de probationib l.* 2. *C. de ingenuis manumis.* Imò nec ipsius matris professio siue recognitio sufficeret: quia patris vel matris factum nocere filiis non debet. *l.* 1. C. *de liberali causa etiam transactione solenne. l. transactione matris.* C. *de transactio. l. post. certi temporis* C. *de liberali causa.* Quinimò ipsiusmet Ioannis professio non præiudicaret, nec statim eius motasset, text. *in l. liberos.* C. *de liberali causa. etiam quantumcunque sponte vel etiam proprio motu facta sit. l. nec si volens.* C. *eodem. titul. etiam si in iudicio. & apud acta. l. interrogatam & professam.* C. *eod. tit.* sed requiritur clara & concludens ipsius veritatis probatio Nec sufficerent quæuis conuentiones priuatæ & actus administrationis seu quasi professioois. *l. liberos priuatis.* C. *de liberali causa.*

8 ¶ Nec cuiusuis lapsus temporis: quia nulla est præscriptio

præſcriptio contra libertatem, ſed bene pro libertate. *l. vltim. C vbi cauſa ſtat.* duo ergo clarè & concludenter ante omnia & de ipſa veritate, non de confeſſione, cognitione vel conuentione probare debet ille vaſſallus. Primùm ſe verè habere & habuiſſe ius manus mortuæ in eo ſcilicet prædio, in quo Ioannes natus eſt. Secundò ſtatutum & conditionem ſeruilem matris illius eámque ſuam ſeruam fuiſſe toto tempore quo in vtero geſtauit, & petebit dictum Ioannem in eo prædio, 9 ¶ & vno deficiente, vel vnica vnius circunſtantia requiſita deficiente nihil aget, nec etiam ſi pluſquàm ſemiplenè ea probaſſet deferri poſſet iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, quia non habet locum in cauſa graui, & præſertim in cauſa ſtatus, vt tradunt Bartolus, Alexander, & omnes *in l. admonendi. ff. de iureiurando.* Baldus, Salicetus & omnes *in l. bonæ fidei. C. de rebus tradit.*

10 ¶ Præterea attendo quod prædium illud eſt in feudo mouente ab Archiducatu Auſtriæ, quòd immediatè mouetur ab Imperio præſumpto, degenerat contra præfatum vaſſallum, quia in tertis (maximè in feudis Imperij) nullæ ſunt huiuſmodi ſeruitutes perſonarum ſeu manus mortuæ, ſed omnes naſcuntur liberi & ciues. *dicta leg. in orbe.* & dicta prætenſa conſuetudo ſeruituris manus mortuæ, non ſolum eſt exorbitans & odioſa, ſed etiam ſpeciatim contra conſtitutionem Diui Antonini, de qua in *dicta l. in orbe Romano.* & eſt contrahonorem & ſplendorem imperij.

11 ¶ Et ſic cùm ille vaſſallus non ſolum iura communia & leges imperiales contra ſe habeat, ſed etiam conſuetudinem generalem & præſumptionem Imperij, tanto durior & maior probatio ab illo exigeretur, ita vt non ſolum apertas, ſed etiam apertiſſimas prorſus indubitatas probationes adferre deberet. textus *in l. non eſt verſimile. in principio. & ibi Bartolus. ff. de eo quod metus cauſa. in capit. quia verſimile. & ibi Panormit.* Felinus *extra de præſumpt.* Franciſcus Curtius iunior *conſ. 32. colum. 2.* Hipp. Marſil. *ſingul. quingenteſimo vigeſimo octauo.* Aymo Cravetta *conſilio centeſimo vigeſimo nono in fine.*

12 ¶ Accedit (vt fertur) nouella Imperatoris Maximiliani, per quam etiamſi quæ iura vel conſuetudines manus mortuæ dictus vaſſallus habuiſſet, abolita & abrogata ſunt: igitur eùm ſit ſubditus imperij, & prædium illud de imperio, & (quod maius eſt feudale, & de feudo imperij: tantò magis eo nomine à ſordibus & barbarie huiuſmodi manus mortuæ mundum eſſe debet.

13 ¶ Sunt enim huiuſmodi ſeruitutes reliquiæ antiquæ barbariei perſonalis ſeruitutis, quæ in toto Chriſtianiſmo ceſſat vt tradit Bartolus in l. boſtes. de capt. & poſtlim. reuerſ. Nec amplius locum habent, niſi apud Turcas & Barbatos infideles, vt dixi *in conſuetudinib. Pariſ. §. 2. glo. 3. nu. 3.*

14 ¶ Quod ſi etiam ſunt in Gallia conſuetudines locales, vt omnes ad loca dictarum conſuetudinum accedentes liberi efficiantur perpetuò, & ab omni nexu manus mortuæ eximantur, & vim legis habeant in Gallia, vbi præcisè obſeruantur: quantò magis obſeruari debet generalis conſuetudo imperij, vt in loco libero & feudo imperiali habitans liber efficiatur, etiam ſi prius adſcriptitiæ conditioni manus mortuæ ſubditus eſſet: igitur tantò magis poſt domicilium in vrbe Montbelgardenſi (quæ imperiale feudum eſt) quæſitum & ibi liberè & pacificè vltra viginti annos continuatum, & multò magis poſt tempus triginta annorum & prolixius.

15 ¶ Vltimò cùm præfatus Ioannes vltra triginta annos in poſſeſſione libertatis in ciuitate libera & feudo imperij non ſolum manſerit, domicilium, migratione nulla facta ſit quetela ſtatus: ſequitur iam liberam coniugem, liberos habuerit ſine vlla ſtatus inquietatione, ſed etiam vltra quinque annos ab illius nullam ſtatus perſonæ dicti defuncti Ioannis querelam fieri poſſe, etiam per fiſcum eeu procuratorem generalem imperij, & multò minùs per quemuis alium text. *in l. ſi pater tuus. & in ipſa rubric. & per tot. C. ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.* Ex quibus reliquæ quæſtiooes ferè ſuperuacuæ ſunt.

16 ¶ Tamen ſpeciatim ad ſecundam principalem quæſtionem de ſtatu filij dicti Ioannis nulla prorſus quæſtio eſt, etiam ſi de bonæ, quæ fuerunt dicti Ioannis agatur, cùm exploratum ſit, præfatum Ioannem liberum fuiſſe & ciuem imperij vel ciuitatis imperialis, & in ea poſſeſſione mortuum eſſe: nec per quinquennium ab obitu ſequutum, ſtatum illius inquietatum aut controuerſum fuiſſe. Et conſequenter amplius controuerti non poteſt etiam ſi vxor fuiſſet conditionis manus mortuæ: quia etiam ſi dictus vaſſallus potuiſſet aut poſſet hoc clarè probare, nec dictum Ioannem ab illa conditione exemptum fuiſſe per dictam migrationem & ciuilitatem Montbelgardenſem: tamen non amplius eſſet admiſſibilis aut audiendus, etiam ſi iura regalia & ipſius fiſci imperialis ius haberet.

17 ¶ Adhuc etiam ſi omnia prædicta & ſingula ceſſarent, quæ ſunt pluſquàm concludentia: tamen liquet præfatum Ioannis filium eſſe liberum, nulli adſcriptitiæ colonariæ ſeu (quam manus mortuæ vocant) conditioni obnoxium, cùm ſit natus in loco franco, & ex matre libera, idque tam iure communi. *l. vltim. C. de agricol. & cenſit. libro vndecimo*, quàm per ipſaſmet conſuetudines, virtute quarum (ſi quæ ſint) ius manus mortuæ prætenditur. Et ſic dicti filij & ſuæ poſteritatis ſtatus integer eſt.

18 ¶ Ad tertiam quæſtionem, competeret vtilis præiudicialis, vt ait Ioannes Fab. quem Angel. Aret. Iaſon & omnes ſequuntur *in §. præiudiciales. Inſtit. de actio.* ſed minimè expedit ei vllam actionem mouere, cùm non ſolum libet ſit, ſed in poſſeſſione libertatis. non ſolùm propria, ſed etiam paterna. Tamen quia diffamatur, poteſt (ſi velit) eogere diffamantem ad agendum intra terminum in iudice præfigendum: quo lapſo perpetuum ſilentium ei imponatur iuxta factionem *l. diffamari. C. de ingenuis manumiſſ. l. vltim.* vbi Baldus, Salicet. *C. de vſuris pupil.*

19 ¶ Et ſic ſolutio patet ad quartam quæſtionem: quia ſi agendum ſit, non expedit vt tanquam actor, ſed tanquam reus futurus, vt videlicet diffamatus agat, quanquam enam ſi diffamatus tanquam actor ageret, haberet intentionem fundatam per omnia prædicta, & reo nihilominus incumberet onus probandi.

20 ¶ Quia tantus eſt fauor libertatis, vt non faueatur reo quia reus, eo actori incumbat probatio quia actor: ſed ei qui ſeruitutem prærendit, ſiue ſit actor, ſiue reus. *textus in l. lege Iunia. ff. de manumiſſio. l. Pomponius. l. inter pares ff. de re indic. in c. literis. in fi. extra de probat.* Libertas enim omnibus rebus fauorabilis eſt *l. libertas. ff. de reg. iuris.*

21 ¶ Et prout ea cauſa fauorabilis eſt, ita probationes quæ fiunt pro libertate, fauorabiliores & fortiores ſunt. Et in concurſu vel conflictu probationum vincunt probationes factas pro ſeruitute. *textus in dicta. l lege Iunia. Specul. in titul. de teſte. §. 1. numero vigeſimo primo, & § duodecimo, incipiente, poſtquam in fine.* Alexand. *conſilio centeſimo nonageſimo, lib. 6. Iaſon l. de die. in fine princip. ff. qui ſatisdare cogantur. in l. imperatoris. columna. 1. ff. de re iudica.* Philippus

Decius in *c. primo, columna vigesima quarta de probationib.*

22 ¶ Ad quintam quæstionem, veritas iuris est quod in terminis dictæ *l. diffamari. & d. l. vltima. C. de vsuris pupillaribus.* diffamatus conuenitur & trahitur coram iudice, vbi debetet reum diffamatum conuocare: tum quia prouocatur vt agat non autem vt reus sit: tum quia sua diffamatio non debet ei lucrum, & alij incommodum adferre.

23 ¶ Præterea specialis est prouisio legis, vt in causa status ille qui est in possessionem libertatis debeat conueniri in suo domicilio vbi est, non obstante etiam priuilegio fori prætendentis seruitutem, etiam si sit senator. *l. si in possessionem. C. vbi causa status agi debeat.* Sed oporteret hoc fieri remedio & literis superioris communis domini, alioquio cùm nullo modo subditus sit comiti Montbelgardensi, facilè citationem eius floccipenderet. Esset igitur obtinendum tescriptum Imperiale à curia vel cancellaria Spirensi, vel à cancellaria regis Ferdinandi, directum iudicibus Montbelgardensibus, quo secundum formam iuris communis *dicta l. diffamari*, iuberetur, vocato dicto vassallo diffamato terminum competentem illi præfigere, infra quam tanquam actor actionem suam instituere teneretur: alioquio perpetuum illi silentium imponeretur, tam virtute ioris communis, quàm virtute dicti rescripti in forma iuris communis impetrati, quod facilè concedi potest & debet in simplici cancellaria: quia sunt literæ iustitiæ & non gratiæ, vt dixi in lectione mea Tubingensi *C. in titulo de precibus Imper. offerendis.*

24 ¶ Sed si territorium Montbelgardi non esset magis liberum, quàm comitatus Burgundiæ, tunc bona paterna dicti filij perclitarentur. Si enim dictus Ioannes probaretur fuisse conditionis manus mortuæ, hæreditas eius spectaret ad dictum vassallum iuxta consuetudinem manus mortuæ, nec posset agnosci per filium, nisi cum onere & continuatione eiusdem seruitutis. Et ita sentio ego Carolus Molinæus, iuris vtriusque doctor, Franciæ & Germaniæ iureconsultus illustrissimorum principum consiliarius. Datum Montbelgardi, Ibidus Martijs, anno Domini sesquimillesimo quinquagesimo quinto.

EPITOME CONSIL. XVII.

1 *Remittentibus iura sua non datur recursus.*
2 *Libertatis fauor cæteris præcellit.*
3 *Declaratur consuetudo Burgundiæ.* 22. 24.
4 *Generalis dispositio non extenditur ad casus habentes specialem dispositionem.*
5 *Nouum ius restringitur vt minus corrigat vetus.* 11. 22.
6 *Consuetudo informat omnem actum* 25.
7 *Lex noua non extenditur ad præterita.* 8.
9 *Verba obliqua non operantur ipso iure.* 10. *fol.* 19.
13 *Limitata causa limitatum parit effectum, etiam si de libertate agitur.* 14. 15. 16.
17 *Verba executiua non ampliant principalem dispositionem.* 31.
18 *Iura declaratoria trahuntur retro nisi quando agitur de præiudicio tertij* 21.
19 *Verbum obliquum tendens ad conseruandum operatur ipso iure.*
20 *Resolutio pro reo.*
23 *Verba apposita ad ampliandum, non operantur restrictionem.*
24 *Liber homo acquirens prædia manus mortuæ, cogi potest vt intra annum reponat in homines eius conditionis.*
26 *Non est regressus ad iudicium possessorium amissum.*
27 *Possessio perditur etiam ex actu nullo.*
28 *Sententia etiam erronea habet titulum & causam vsucapiendi.*
29 *Pendente appellatione reus conseruandus est in possessione.*
30 *Sententia iure publico nititur.*
32 *Quo tempore & vbi orta seruitus manus mortuæ.*

Thema consilij xvij.

IN statutis ordinum comitatus Burgundiæ sancitis ab imperatore Carolo quinto Augustæ vigesima sexta Iulij, anno sesquimillesimo quadragesimo octauo, homologatis in curia parlamenti Dolani decima quinta Iulij, anno sesquimillesimo quadragesimo nono, cautum est inter cætera vt sequitur: *L'heritage main mortable qui sera acquis à l'aduenir par homme franc, retournera au seigneur de la main morte, si ledit homme franc decede sans delaisser hoirs de son corps, ou en commun auec ceux, qui par droict luy doiuent succeder.* Quidam Hubertus habitās sub Prioratu vallis de Omorto maoumissus fuit à priore anno 1545. & acquisitis in eodem loco prædiis manus mortuæ vsque ad valorem decem millium fraocorum, Burgundiæ obiit anno 1549. sine liberis aut aliis secum communibus io dictis prædiis. Fratres defuncti qui non erant communes cum eo bona occupant, & intercedunt literis manotentinnis à Priore impetratis Sed in dicta manumissione est clausula, quod dictus Hubertus, hæredes, successores vel causam habentes in certo mansu consioato liberè habitabunt perpetuo sine vllo onere manus mortuæ. &c.

CONSILIVM XVII.

DIligenter visis & examinatis instrumento solenni & authentico manumissionis, decreto, & approbatione superiorum executione iudicum præsidialium factis & executis io fauorem defuncti Huberti & suorum hæredum, causam habentium quotumcunque de consensu geminato conuentus Prioratus de Mortau, constitutione noua lata die octaua Iulij 1547. libello actionis & executionis possessorialis impetratæ à præfato Priore, oppositione facta per hæredes dicti Huberti, longa & exacta narratione facti & quæstionum, matura deliberatione habita, summum viderur ex multis non parum vrgentibus: nullum ius nec in petitorio: nec in possessorio, nullam actionem, nullum remedium præfato Priori in bonis de quibus agitur competere, sed reos absoluendos.

1 ¶ Primò propter generalem renuntiationem & abdicationem in contra & manumissionis: quia remittentibus iura sua non est dandus regressus. *l. quæritur. §. si vendiror. ff. de adili. edicto etiam prætextu errons iuris l. 2. & ibi* Paul. Castrensis Iason. C. *de iuris & facti ignorantia.* Sed hic nullus fuit error, sed certa scientia. inquisitio tractatus, causæ cognitio & omnia iuris solemnia superioris decretum, ita quòd validitate & solemnitate contractus dubitari nō potest.

2 ¶ Tum contractus est factus ex causa onerosa, datis & tradits per defunctum opimis prædiis, quæ sunt adhuc & manent in patrimonio ecclesiæ: tum faoor libertatis qui maior omnibus rebus. *l. 2. libertas. de reg. iuris. cum fauor iuris communis.* Secundò, per executionem, imò definitiuam manutensionem indicialiter per Præsidem prouinciæ factam consensu dicti Prioris & Conventus, per quam defunctus fuit manutentus & immunis declaratus specialiter & expressè in bonis sitis in territorio dicti Mortau, siue illa bona essent franca & libera, siue conditionis manus mortuæ, & cuiuscunque qualitatis, & speciei esse inuenirentur. Et sic apparet præsentem quæstionem iam in indiuiduo decisam ad commodum hæredum, quia bona. de quibus agitur, sunt expressè comprehensa in verbis dispositiuis dictæ sententiæ, à qua non est appellatum, neque reclamatum, sed & manet in rem iudicatam. Et sic præfato Priori obstat finis inadmissibilitatis, imò præiudicialis, etiam litis ingressum impediens. *l. vlt.* C *de re iudica. cap. 1. de litis contesta. lib. 6.*

3 ¶ Tertiò obstat consuetudo & antiqua observantia: quia certum est quod articulus sextus consuetudinum comitatus Burgund. sub tit. manus mort. non loquitur. nisi de seruo moriente, non autem de libero moriente etiam hæredia manus mortuæ possidente, & nunquam practicata fuit nisi in seruo & contra hæredes serui non autem in libero, nec contra hæredes liberi hominis, ita quod io hæredibus liberis etiam extraneis, nec communibus defuncto, nunquam fuit obseruatum ius manus mortuæ: sed in contrarium semper fuit practicatum, nullum ius dominis competere per mortem hominis liberi, etiam si constaret prædia esse conditionis manus mortuæ: igitur ius commone, contractus, res iudicata, consuetudo, antiquus vsus, libertatis prætogarus fauor, & omnia resistunt intentioni actoris, & fundant intentionem reorum.

4 ¶ Non obstat refugium vnicum actoris in nouo edicto, quatnor annis post illum solennem contractum & rem iudicatam, anno 1549. superuento, quia primò est dispositio generalis & indeterminata, & consequenter non refertur ad casus habentes certam suam specificam dispositionem. *l. dolo clausula. ff. de verb. oblig. l. coheredi. §. qui partem.* & ibi. Alex. Iason *de vulgar. & pupillari substit.* Albet. *in quarta parte stat. q. l. 8.* Paul. *cons.* 21. *col.* 1. *lib.* 1. Sed casus nostet habet specialem suam & specificam determinationem in dicto contractu & in dicta sententia: ergo ad hunc casum non traditur edictum illud generale.

5 ¶ Secundò, quia est nouum ius & exorbitans, & correctorium vsus & obseruantiæ prioris & satis & multum operatur in hominibus liberis, quia cum nihil fuit gestum, neque contractum per dominos, ergo hactenùs debet restringi, nec extendi ad homines liberps immunitatem habentes ex ipso contractu & negotio gesto cum domino. *l. 4. §. prætor air. ff. de damno infecto.* Alexand Iaf *l. si constante. in prine. col. 4. ff. soluto matrimonio.* Alexand. *cons. 43. in fi. lib. 1. vbi in annotat dixi.*

6 ¶ Tertiò quia consuetudo informat omnem actum, vt inquit Petrus Ancharanus, in tepeti. *c. quia propter. in fine quæstionis, de rescriptis in sexto.* etiam si non dictum. vel vt tradit idem Petrus Anchar. *cons. 433. Postquam colum. 1.* & omnis contractus intelligitur secundum consuetudinem, quæ est & viget tempore contractus. *l. quòd si nolit. §. quia autem. ff. de edilitio edicto. l. circa. C. de loca. cum similibus.* & inest contractui tanquam eius pars & natura. Bald. *l. contractus. C. de fide instru.*

7 ¶ Sed tempore quo defunctus ex causa onerosa

permutationis acquiſiuit ſuis hæredibus immunitatem perpetuam, & libetum ius ſucceſſionis vigebat conſuetudo & vſus, vt liberè ſuccederent etiam in bonis manus mortuæ defuncti liberi hominis, etiam domino excluſo igitur cenſetur emiſſe & acquiſiuiſſe ius ſecundum terminos & amplitudinem conſuetudinis vel obſeruantiæ, quæ tunc erat, imò inerat & ſciebatur vtroque contrahentium, & intelligebatur, & illius contemplatione defuncti verſimiliter maiora & meliora prædia dedit, quæ non fuiſſet vel minùs datutus: & ſic non debet nec poteſt condictio ſua vel hæredum ſuorum fieri deterior per edictum poſteà ſecutum, quam ſi nunquam ſecutum fuiſſet, ex quo illa conditio fuit taliter & ſub illa amplitudine legitimè acquiſita per contractum oneroſum, nec poteſt tolli nec diminui per edictum poſteà ſequens, vt pec text. Barto. Iaſ. & omnes *in l. quoties C. de precibus imper. offeren. canoniſt. in c. qua in eccleſia. extra de conſtitu.*

8 ¶ Quantò, quia legis eſt natura, vt futuros actus reſpiciat, non autem præteritos, vel ab illis dependentes. *l. leges C. de legibus.* præſertim quando dependent à viribus contractus immutabilis & irrevocabilis. Panor. Felin. *extra de conſtit. & text. in auth. vt cùm de appellatione cognoſcitur. in princ.* Quinrò, quia edictum expreſſim ſe reſtringit ad caſus futuros, ergo multò magis excludi caſus dependentes & debitos in vim contractus præterin, vel tei iudicatæ præteritæ.

9 ¶ Sextò, quia etiam ſi hoc edictum poſſet trahi ad actus factos in vim ſpe, & confidentia contractus præteriti, tamen non reciperet niſi petitorium & non poſſeſſorium, duplici tatione. Prima, quia non loquitur per verba directa, ſed per verbum obliquum Reuertatur, quod nunquam operatur ipſo iure, ſed per viam actionis, & in vim ferendæ & non latæ ſententiæ, cùm etiam ſit futuri temporis. Barba. *in c. vlt. col. penul verſic. tu adde. extra de donatio.*

10 ¶ Tum natura verbi obliqui eſt, vt quis non debeat à ſe vel ipſo iure capere, ſed alieno miniſterio & per manum alterius: & verbum Reuertatur eſt huiuſmodi, vt tradit Bartolus, quem omnes ſequuntur *in l. centurio. colum. penult. de vulgar. & pupillari ſubſtitut. & in l. eam quam ad fin. C. de fideicommiſ. Bald. in rubr. C. de impuberum & aliis ſubſtit.* latè Andreas Tiraquellus *in repetit. l. ſi vnquam. in verbo Reuertatur. nn. 5. C. de revocan. donat.*

11 ¶ Septimò, quia nouum ſtatutum ſemper intelligitur, vt minus corrigat ius commune, etiam in propriando, vt notant doctores *in l. vltima. § in computatione. C. de iure liberandi.* Salicetus & alii *in l. 2. C. de noxalibus Canoniſtæ in c. cum dilectus. extra de clericis non reſid.* Igitur in omnem euentum eo ipſo quod actor ſeſe fundat in huiuſmodi edicto loquente per verbum obliquum, ſeipſum excludit: quia agit poſſeſſorio, à quo per idem edictum excluditur: igitur prorſus inadmiſſibilis.

12 ¶ Rurſus & quattò principaliter alia ratione non poteſt eſſe admiſſibilis in poſſeſſorio, eriam ſi haberet ius in petitorio: quia iam rei habent rem iudicatam pro ſe in poſſeſſorio comprehendente manſum & prædia de quibus agitur, à qua nunquam fuit appellatum, nec prouocatum, & adhuc hodie actor non eſt appellans, nec reclamans à dicta ſententia: igitur etiam ſi quod ius haberet, neceſſe haberet, ſtante dicta ſententia (provt ſtat) agere petitorio, & non poſſeſſorio.

13 ¶ Sed quantumcunque hæc vigere videantur (provt plurimum vrgent) in contrarium dicendum videtur intentionem actoris fundatam etiam ex tenore contractus & manumiſſionis limitatæ: fuit enim data libertatis limitata ad perſonam defuncti & ſuorum ſucceſſorum reſpectu rerum ad certum manſum, domum, & locum confinatum in eodem contractu, ita quòd libertas & abolitio iuris manus mortuæ non fuit perita, neque data, niſi pro perſona defuncti, & ſucceſſorum, & pro certo loco confinato: igitur non extenditur ad alia loca vel prædia acquiſita vel acquirenda, quæ eſſent de iure manus mortuæ actoris, vt illa alia loca per defunctum quæſita vel quærenda, vt efficiantur libere conditionis? ſed remanent onerata ſeruitute & conſuetudine manus mortuæ dicto ſolo manſo confinato excepto duntaxat.

14 ¶ Contractus autem ab initio limitatus, poſteà non recipit extenſionem. *l. Rutilia Pola. ff. de contrahend. emptione & venditione.* & in agris limitatis non fit extenſio etiam per alluuionem. *l. in agris ff. de acquiren. rerum dominio.* & forma & voluntas tempore contractus impreſſa poſteà non ampliatur. Bald. *in l. cùm quid ff. ſi certum petatur. & conſil penult. lib. 1.* Socynos *conſil. 6 colum. 1. lib. 1.* Alexand. *conſil. 25. col. 1. lib. 7. vbi in annotat. dixi.*

15 ¶ Et ſic clauſula generalis de libera facultate ſuccedendi, acquitendi, diſponendi de omnibus bonis vbicunque ſitis, tam intra territorium de Mortau, quàm alibt, intelligitur de bonis liberæ conditionis, non autem de prædiis manus mortuæ: quia licet ſæpè loquatur de prædiis ſitis intra territorium de Mortau, tamen nunquam loquitur de ſitis intra idem territorium & ſimul exiſtentibus de manu mortua: & ſic non intelliginr de illis quæ ſunt de manu mortua eiuſdem actoris, quia per contractum liquet quòd nullum prædium voluit eximere à manu mortua niſi manſum illum confinatum, 16 ¶ vt pater per verba taxatiua exemptionis dicti manſi, & per aliam clauſulam reſeruatoriam, in qua dicitur quòd ſi defunctus manumiſſus, vel ſucceſſores dimiſſo manſo liberato: acquirant manſum manus mortuæ in eodem territorio, & ibi maneant vltra annum & diem ſine licentia Prioris, quod recident in ſeruitutem manus mortuæ: ergo prædia poſteà ibi qnæſita per defunctum (ſi erant de manu mortua) remanſerunt ſub eadem conditione, à quo non fuerunt exempta qua non fuit intentio eximendi, niſi dictum manſum confinatum.

17 ¶ Non obſtant verba generalia appoſita in executiois, & conſequentes ſententia executiua, & verba in ea contenta: quia verba executiua non addunt nec augent, nec ampliant principalem diſpoſitionem. *Cle. 1. in fine* vbi omnes canoniſtæ de præbend. Bario. *l hæreditas per illum text. hæredibus inſtitue. l.* Alex. *colum. 3.* & ibi Iaſon. Philippus Decius. *de iuriſdict. omnium iudic.*

18 ¶ Imo & dici poſſet actorem habere ius non ſolum in quæſitis à defuncto poſt edictum nouum, ſed etiam ante edictum: quia illud edictum videtur declaratorium, vt patet in ſupplicatione trium ſtatuum, qui ſupplicant fieri ſimplicem declarationem, & imperator tanquam Comes Burgundiæ remiſit ad ſuptemam curiam Dolanam, vt prouideret per formam declarationis, & eadem curia ſimpliciter reſpondit, ſibi videri dictam declarationem faciendam ergo articulus ille tibil aliud eſt, quam declaratio ex mente expreſſa tam ſupplicannum, quàm ſtatuentis quem etiam eenſuræ vel decreti ſenatus: iura autem declaratoria trahuntur retro ad prætenſa, vt not. per Innocen. & Panormita. *in c. vltimo. extra de conſtitutio.*

19 ¶ Et quamuis edictum loquatur per verbum obliquum tamen expreſiè ſe refert ad conſeruationem iurium dominorum, & ne aliquot incommoda incurrant: ergo ad conſeruationem poſſeſſionis in caſum deuolutiotus, cùm poſſeſſio ſit magnum commodum. § tenendæ. Inſt. de interdict. & conſuetudo in caſum

caſum deuolutionis manus mortuæ dat etiam poſ-
ſeſſionem : ergo etiam ius poſſeſſionis conſeruatur
per edictum : alias domini oon reddetentur indem-
nes.

10 ¶ Sed his non obſtantibns concluſiuè loquendo, dicendum eſt actorem nullum ius habere in quæ-
ſitis per defunctum ante nouum edictum : non eoim
eſt declaratorium, ſed noui iuris introductorium, & pro futuris acquiſitionibus duntaxat, vt patet *in textu edicto, ibi, pour l'aduenir.* Non obſtant nupet allega-
ta, quæ ſonant in declarationem : quia omnia illa præ-
cedunt concluſionem & inſtituoonem edicti, & licet
iudicare, ſed ſecundum ipſas & ipſam formam ioſtitu-
tionis, non attento eo quòd dnm lex eſſet io fieri tra-
ctabarur textus. *in c. in iſtis. diſtinct. quarta.* Et multa
tractantur quæ non vel alio modo perficiontur. *l. ſi* B
*ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de muneribus. l. ſi volen-
tate. C. de reſciden. empto & venditio.*

21 ¶ Adhuc etiam conſtitutio expreſſè declaratoria
noo tamen trahitur retro, quando agitur de præiudicio
iuris quæſiti tertin. Philippus Decius *cap. vlt. colum. 5. de conſtitutionib.* Alexander *conſilio vndecimo. num. 14. lib. 7.* & vtrobique in annotationibos dixi, præſertim
quando ios eſt qoæſitum ex ſpeciali titulo contractus
vel ſententiæ, vt hie pet edicta ſuptadicta in primo &
ſecundo argumento primæ partis : vnde prudenter ab-
ſtinet actor à prætetitis.

22 ¶ Quantum autem ad quæſita poſt edictum,
quæ ſola pent, nec in iſtis fundatam intenoonem
habet in ſpecie præſenti : ſed rei abſoluendi ſunt,
quia edictum non loqoitur neque intelligit de illis C
qui iure vel occaſione iuſti & ſpecialis otuli, pntà
contractus vel ſententiæ acquiſiuetunt, ſed taotùm
loquitur de illis qui aequiſiueruot domino manos
mottuæ ignorante, vel ſine aliqoo titulo ab illo vel
cum illo obtento : non etgo extenditur ad acquiſioones
factas per defunctum, qui faeultatem illam generalem
habebat per contractum iuſtum & oueroſum, & ad-
huc per ſententiam contra eundem priotem ptonun-
tatam.

23 ¶ Præterea edictum non intendit date plns,
quam conſuerudo comitatus Burgundiæ ſcripta : ſed
ea conſuetudo expreſſè excipit habentes titulum va-
lidum : ergo defunctus ille & ſui ſucceſſores ſunt
exempti a nouo edicto, nec comprehenſi io illo, quod D
etiam noo intendit tollere, nec tollit ius ſpecialiter
quæſitum, vt dictum eſt. Nec obſtat quòd contractus
fuit limitatus ad certum manſum in eo conſitmatum :
quia verum eſt, quantum ad exemptionem fundi ab
omni iure & ſeruitute manus mortuæ, & ab omni
alio iure & præſtatione, etiam cenſus & laudemio-
rum, provt in omnibus & per omnia eximitur ille
manſus confinatus, vt pater in exemplo contractus,
pagina decima in princip. Sed quantum ad alia, videlicet
facultatem acquirendi, ſuccedendi, diſponendi, non
eſt limitatus : ſed generaliſſimè loquitur tam in per-
ſonis commonibus, vel non habitantibus in dicto E
territorio de Morto, vel alibi ſiue in loco Franco &
libero vel in loco manus mortuæ, provt bis expreſsè &
ſpecialiter caoetur in dicto contractu.

24 ¶ Nec illa verba reſtringuntur per alia gene-
ralia adiecta videlicet faciendi & habendi omnia qnæ
homines liberi & liberæ conditionis nati habitantes
in principalibus vrbibus comitatus Burgundiæ, &
alus locis francis poſſunt & ſoliti ſunt facere : tum
primò, quia ex ipſo contextu apparet clauſulas illas
appoſitas eſſe ad ampliandum, & ſic non poſſunt ope-
rati reſtrictionem vel diminutiooem. *l. legata inutili-
ter. ff. de legatis primo l. legata inutiliter & ibi Bart. ff.
de adimendis legatis.* & eſſe appoſita in fauotem ma-

nimiſſi & ſuotum, & ſic non poſſunt retorqueri & A
interpetari in eorum odium vel incommodum.
l. nulla iuris ratio ff. de legibus l. quod. fauore. C. *eodem
titu.*

25 ¶ Prætetea conſtabat quod tempore dicti coo-
tractus, nou erat locus deuoluooni ſeu commiſſo præ-
diorum manus mortuæ quæſitorum per homines libe-
ros, nec cedebaur lucro domini nec dominus hoc iu-
re commiſſi poterat vti contra libetos : ſed tantum con-
tra ſeruos proprios. Et adhue cõtra liberos ſolam viam
actionis habebat, vt eos cogerer intra annum vel aliud
coogruum tempos eadem prædia in homines eiuſdem
conditionis transferte, ne perderent prætium vel æſti-
marionem rei acquiſitæ, vt in ſimili tradit Spec. *in
tit. de loca. §. nunc aliquo verſ.* 117. Henricus Bohic.
in c. ex literis. col. 2. do conſuet. & dixi in Conſu. Pariſi. B
§. 41. *q.* 12.

26 ¶ Hæc autem libertas & facultas, quæ gene-
raliter inerat tempote cootractuš informauit illum,
& fuit acquiſita & radicata perpetuò in vim contra-
ctus, & rei iudicatæ : & ſic nullo modo tolli nec di-
minui potuit per edictum ſequens, etiam pro tem-
pore futuro. Prætereà etiam ſi actor haberet hoc
ius deoolutionis & lucri ſeu commiſſi per obitum,
ſaltem in vim edicti noui, & in acquiſitionibus fa-
ctis poſt edictum (id quod eſt impoſſibile pet præ-
dicta.

27 ¶ Tamen etiam in omnem euentum non poſſet
actot agere poſſeſſorio, ſed tei ab hoc iudicio ab-
ſoluendi facit quia defunctos oon ſolum aequiſiuit
illam generalem facultatem acquirendi & ſuccedeu- C
di in vim coofuerudinis & obſeruantiæ generalis
tunc vigentis, ſicut quilibet ex liberis hominibus :
ſed eam ſpecialiter acquiſiuit ex contractu onetoſo
& ex ſententia diffininua pro ſe & ſuis in petpetuum,
& per eundem contractum ae per prædictam ſentren-
tiam nominatim & expreſſim fuit conſtitutos & ma-
nutentus in poſſeſſione vel quaſi taliter liberè acqui-
rendi, & ad ſuos ſueceſſores transferendi ſine onere vel
periculo dictæ vel deuolutionis vel commiſſi : ergo im-
poſſibile eſt actorem eſſe in poſſeſſione cõtratia, quam
prætendit, ſed ſi quam habuit, perdidit illam facto
ſuo : & ſic non eſt amplius regreſſus ad poſſeſſionem,
ſiue ioſtè ſiue iniuſtè perdiram : quia facti eſt. *l. a. §. vtt
poſſeſſ.*

28 ¶ Quinimò ſiue titulus ſiue contractus ſit va-
lidus, ſiue inualidus, nihilominus tamen perditer
poſſeſſio. *l. 1. §. ſi uxori.* & ibi Bartol. & omnes *ff. de
acquirenda vel amittenda poſſeſſione.* etiam per pupillum
vel eccleſiam. *l. poſſeſſionem pupillum.* & ibi omnes do-
ctores. *ff. eod. titu.* Et vltenus etiam quando ptiot
ille nihil feciſſet circa poſſeſſionem amittendam, ta-
men ſatis eſſet quòd eſt amiſſa per illam ſententiam,
à qua non eſt appellarum, & quæ tranſiot in rem
iudicaram.

29 ¶ Quia pet ſententiam etiam erroneam & iniu-
ſtam datur iuſtus titulus, & etiam vſucapiendi con-
dióo. *l. ſi per errorem.* & ibi Barto. *ff. de vſucapio.* ergo
& ioſta poſſeſſio, & maximè quando per ſententiam
declaratus eſt poſſeſſot : igitur res eſt abſque dubio
pro teis, cùm actot ab illa ſententia appellare noo
poſſit.

30. ¶ Imò etiam ſi hodie poſſet appellate, &
appellaret : tamen rei deberent manere in poſſeſ-
ſione per defunctum quæſita & in eo tranſmiſſa, per
text. [illegible] *laudabilem. vt lite pen. nihil innouo.* & in Pa-
norm. & omnes Canoniſtæ. Iono. *in c. 2. verſic. in-
hibentes. extra de reſtit. in integrum.* Compoſtella *in c.
cùm Martinus. extra de conſtit.* Florianus de ſancto
Petro. *in l. alienationes. numero 4. ff. familiæ erciſcun.*
Ioan. Fab. *l. appellatione. colum. 1. de appellatio.* Alex:
conſil. 99. lib. 5. num. 5.

31 ¶ Nec obſtant quæ ſupra dicta ſunt, quòd poſita in verbis executiuis nun ampliant: quia rei non fundantur in verbis executiuis, ſed in verbis diſpoſitiuis duntaxat, tam contractus, quàm ſententiæ: & ſententia licet ſit executoria, tamen eſt diſpoſitio per ſe ſtans, & publica non priuata authoritate ſubnixa, & clauſula illa ſententiæ: *Tant en biens aſſis riere le territoire dudict Mortau: qu'aucun ſoit franc ou mainmortable de quelque qualité & eſpece que leſdits biens ſe trouueront*, eſt poſita in verbis diſpoſitiuis ipſius ſententiæ.

31 ¶ Et notandum, quod ſeruitus iſta manus mortuæ differt à veteri poſteriorum Romanorum colonaria & adſcriptitia conditione Poſteriores vocu à tempore imperij in Græciam per Conſtantinum Magnum tranſlati, quo tempore Græci Romanos ſeſe in publicis etiam programmatis vocare cœperunt, anno Domini trecenteſimo trigeſimo quo etiam tempore, inſtar quodammodo herorum Lac edemonienſium frequentari cœperunt colonatij illi & adſcriptitij glebæ, de quibus *lib.* 11. *C. de agricolis & cenſitis per totum.* Seruitus autem manus mortuæ ſub Francis eodem ferè tempore inuenta, non ſempet à barbarie vel hellica & hoſtili captiuitate cœpit, ſed quandoque ab humanitate, vt ſub Franciſco primo, & Henrico ſecundo magoa multitudo Gallorum (Francos vocare pudet) præſertim è Picardia & Neuſtria ingentibus illis infinitarum collectarum exactionibus oppreſſa & explicata in cumitatum Burgundiæ, quem comitatum Francum à tempore Hugonis Capeti vocare cœperunt, ſenſim demigrans, vltra decem millia hoſpitio ſuſcepti ſunt in ſyluis ad culturam redocendis ſub cõditione manus mortuæ. Cæterum comitatus ille Fratici nomen retinet, ab immanium illarum collectarum immunitate, quanim metu nunquam ſubdi voluit ſucceſſoribus exoletæ ſtirpis Caroli Magni. Sed ex ſupradictis liquet reos in omnem euentum à iudicio poſſeſſorio abſoluendos. Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus V. I. D. Franciæ & Germaniæ I C. Datum Montbelgardi, pridie Nonas Maij. 1555.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

DO. VVILHELMO PRIMOGENITO

CLARISSIMI HEROIS DOM. PHILIPP. LANDGRAVII Hassiæ, Comitis in Katzenelnbogen, &c. Carolus Molinæus Iureconſ. Pariſien. εὖ πράττειν.

ILLVSTRISSIME Princeps, dum hoc libello in mundum (excludendi gratia) redacto, tibique dicato, nuncupatoriam epiſtolam adſcribere vellem, εὐκαιρότατος aduenit vnus è tuis Heſſis è Caſellis miſſus, qui mihi tuo nomine vxorique & liberis ſalutem diceret. Deum bonum quanto gaudio affectus ſum: quàm obnixè Chriſto noſtro gratias egi: quòd tu tantus Princeps, tantiſque, tam arduis moliminibus totius Germaniæ, nedum patriæ, illuſtriſſimique patris tui liberationis implicitus, humillimi tamen mei, tamque procul diſtantis, non ſolùm meminesis, ſed etiam μνημόσυνον τοῦτο, quod tibi ignoranti interea dicabatur, anteruerteris. Næ tu, generoſiſſime princeps, digniſſimus es, quem omnes boni ſtudioſique celebrent, cuique coniunctis votis faueant. At nunc quàm bene cecidit, quòd eo maximè tempore, quo diuina vindicis Dei operante virgula: oppellis meis minimè indiges, prodeant tamen illæ, & ſub illuſtriſſimi nominis tui ſplendore publicum accipiant: vt quæ hactenus colendiſſimo patri tuo, tibique, non earum defectu, ſed aduerſariorum in Camera illa potentia, iniquoque fauore fuerunt inutiles, deincepſque tyrannide illa Deo μόνῳ σωτῆρι καὶ ἀλεξικάκῳ authore diſcuſſa, inutiliores futuræ erant, eo ſaltem vſui ſint, vt paternæ, tuæque cauſæ iuſtitiam & æquitatem ſe clariſſimam, Deique beneficio enictam cunctis teſtentur. Nec hoc ſolum, ſed ſimul optimi & Chriſtianiſſimi Principis mei Henrici ſecundi tum æquitatem teſtentur, quámque bona & iuſta cauſa, & quàm iuſtè & piè vindices & auxiliatrices dexteras ſuas laboranti Germaniæ ſuę hoc eſt: antiquiſſimis & deuinctiſſimis fratribus ſuis, nempe, vel Strabone teſte, Germanis olim tanquam Gallorum fratribus vocatis feliciter & fraterno affectu porrigat. Ita enim decet, & iura Conſanguinitatis, & antiquorum fœderum inter vtramque & Orientalem, & Occidentalem, Franciam & Germanos, & Gallos exigunt: quod benè proſperet & fortunet optimus maximus Deus exercituum Dominus. Rurſuſque gaudeo eodem opere & principi meo, illuſtriſſimis ſuis Confederatis (tu generoſſime Princeps cum illuſtriſſimo patre tuo) obſequium hoc pręſtare. macte virtute ſumme & optime ſpei Princeps καὶ εὐτυχῶν διατέλει, Vale meque obſequentiſſimum tuum, vt facit, amare perge. Pariſiis 7. Calend. Maij 1552.

Sapientiæ 6.

Si ergo delectamini fedibus & ſceptris, ô reges populi, diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis; diligite lumen ſapientię omnes qui præeſtis populis.

Pſalm. 11.

Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram: ſeruite Domini in timore & exultate ei cum tremore: oſculamini filium: ne forte iraſcatur, & pereatis in via cùm exarſerit paululum furor eius.

PRÆFATIO DOMINI

CAROLI MOLINÆI IVRIS VTRIVSQVE

Professoris consuetudinúmque Parisio interpretis & in supremo Parisiorum Senatu aduocati consultissimi, in quatuor eiusdem consilia in causam Illustriss. Principis Landgrauij Hessiæ, Parisiis edita, tempore magni certaminis authoris mense Maio, anno sesquimillesimo quinquagesimo secundo, & denuo. Marpurgi in arce principis, anno 1553. mense Nouembri recognita & aucta.

EPITOME PRÆFATIONIS.

1 *Genealogia Landgrauiorum, & Comitum Katzenelnbogen.*
2 *Etymon Landgrauij, & descriptio Hessiæ.*
3. *Comitatus Katzenelnbogen quomodo venit in domum Landgrauiorum.* 7. 13.
4 *Laus Ludouici Landgrauij.*
5. *Transactio, & simultanea inuestitura.*
6 *Pacta dotalia.*
8 *Prima sententia.*
9 *Secunda Sententia anni* 1523.
11 *Conuentiones fraternitatum in Germania* 12.
14 *Dux Saxonia & Landgrauius ob libertatem Germania, & religionem in captiuitatem inciderunt.* 15.
16 *Qua arte Landgrauius apud Austrasium circumuentus.* 17. 18.
19 *Sententia tertia iniqua.*
20 *Reuisio.*

VT clarius consilij sequentis argumentum innotescat, primùm Landgrauiorum Hessiæ & Comitum Katzenelnbogensium, & actorum, & rei 1. ¶ genealogiam, quatenus ad rem facit duntaxat, oculis subiiciam: deinde clausulas inuestiturarum, & seriem facti quantum thematis & quæstionum perspicuitas exigit, vt sequitur.

A hunc laudant Aeneas Sylvius in Europa cap. 37 Franc. Irenic. German. exegesi. lib 3. cap. 111.

B hic duxit Annam filam magni Ducis Mecklelburgensis.

C hic anno. 1557. fraude captiuatus, litibus vrgitur in curia Austriaci.

D hic primogenitus cum sororis ad puerum & patrem liberandum in armis, 1552.



E hic duxit. Annam filiam Comitis, & mortuo fratre vxoris sine liberis, simul cum socero inuestitur, anno 1570.

F hic transigit & simultanea inuestitur cum Vuilhelmo 12. patruelis suo.

G igitur hi nati ex fœminis malè petunt fonda masculina, & alia bona masculis per fraternitates affecta.

H obiit ad S. Desiderii ictu. globi. mense Iulij, 1544. magno Reipublicæ Christianæ damno.

Vides duos ſtipites, prior ſeu dexter Landgraiorum Haſſiæ, finiſter Comitis Katzen-Elnbogenſis, à quo comitatus ille cum aliis feudis venit in domum & familiam Landgraiotorum Haſſiæ.

Etymon. Landgrauij.

Haſſia.

2 ¶ Germanorum lingua grauiot, comitem ſignificat, Land, regionem: vnde Landgrauij regionum comites ex Etymo. Cùm autem Landgrauij ſint quatuor, Landgrauius Haſſiæ potior & præcellenor eſt. Haſſia autem inter Vveſtphaliam, & Franciam Orientalem ſita, vt inquit Æneas Syluius in Europa c. 37. præter multa oppida duas habet precipuas vrbes, videlicet Caſellas, vbi curiam & reſidentiam habere ſolent Landgrauij & Martpurgum, vbi celebris Academia. Genealogiam verò Landgraiorum latiùs deſcribit Sebaſtianus Munſterus Coſmograph. lib 3. pag. 701. cum ſeq. Sed hîc ea tantùm adſcripto quæ ad rem: quare in ſiniſtro ſtipite non excedam Philippum. Omiſſo ergo Ioannes eius patre & aliis ſuperioribus.

3 ¶ Iſte Philippus Comes Katzen-Elnbogenſis tenens illum Comitatum Dietz, Darmſtat, Biſing, Clappach, Eſebelburg cum pertinentiis, titulo beneficij, ſeu feudi maſculini, pro ſe, & liberis maſculis ab Epiſcopo Vvirtzburgenſi, vulgò Herbipolenſi, habuit filium Philippum, & Annam filiam, quam nuptum dedit Hentico Landgranio: deinde, filio ſuo ſine liberis defuncto, ne per obitum ſuum ſine maſculis Comitatus & reliqua feuda rediret ad eccleſiam, egit cum Epiſcopo, & eccleſia Vvirtzburgenſi, vt Henricus genet ſuus inueſtiretur de dicto Comitatu, & reliquis feudis pro ſe, & maſculis ex corpore ſuo beneficiariis heredibus, quod anno 1440. factum eſt, adiecta clauſula, quòd ſi dictus Henricus ſine filiis maſculis feudalibus hæredibus deceſſerit, hæredéſque ſuos prædicta feuda poſſidere contingat, eccleſia redimere poterit decem millibus florenorum Rhenenſium. Hæc eſt prima inueſtitura ad deciſionem faciens.

Inueſtitura.

Laus Ludouici Landgrauij.

4 ¶ Præterite tamen nolo Iudes Ludo. 1. quem celebrat Æneas Syluius in Europa c. 37. quòd ſuis temporibus ad Imperium vocatus imparem ſe eſſe dicit, qui tantæ rei molem ſuſtinere poſſet: maluitque paruo Imperio à patentibus ſibi relicto vtiliter præeſſe, quam magnum accipiens diſſipare: id quoque ſibi obſtare, quod literas ignoraret: fuit tamen legum cultor quas ſibi patrio ſermone exponi iuſſit. Addit Franc. Irenicus Germaniæ exeget. *lib.* 1. c. 11 t. eum tanta animi præſtantia fuiſſe, vt omnes principum fluctus ſolus compeſcuerit.

5 ¶ Ludouicus 2. reliquit Vvilhelmum 2. (ſeu medium ad differentiam Vvilhelmi primi, ſeu ſenioris, de quo non eſt quæſtio) filium impuberem ſub tutela Henrici, qui poſteà deceſſit, relicto Vvilhelmo 3. & duabus filiabus, videlicet Mechtildi, & Elizabetha. Vvilhelmus 3. tanquam heres patris conuentus fuit ab Vvilhelmo 2. patruele ſuo, tutelæ actione ad redditionem rationum, & reliqua adminiſtrationis paternæ: ſed conſenſu & interuentu conſanguineorum, & illuſtrium Principum Hermani Archiepiſcopi Colonienſis, & Eberhardi comitis in Vvirtembergk & in Monte Beliardi, ſenioris, qui poſteà à Maximiliano rege dux creatus eſt, ita tranſegerunt, anno 1495. vt ambo iure ſimultaneæ inueſtiturę de d. Comitatu, & reliquis feudis ab Epiſcopo inueſtirentur, hoc eſt, vt Vvilhelmo 3. ſeu iuniore moriente ſine liberis maſculis, Vvilhelmus 2. vel medius illa iure inueſtituræ obtineret: quod factum eſt conſenſu & approbatione Herbipolenſis Epiſcopi directi feudalis domini, & confirmanone Imperatoris Maximiliani. Et hoc modo Vvilhelmus 3. ſe, & coheredes ſuos liberauit à dicta actione tutelari, quam Vvilhelmus 2. hac contemplatione remiſit.

Simultanea inueſtitura.

6 ¶ Deinde Vvilhelmus 3. ſeu iunior anno 1498. duxit Elizabetam filiam Philippi Comitis Palatini Electoris: & in dotem accepit duo & triginta millia florenorum Rhenenſium, & donationem propter nuptias viciſſim eiuſdem ſummæ fecit: ſponſalitium quoque largitatem, quam Germani vocant Morgengab decem millium florenorum, adiecta eiusm alia clauſula in fauorem ſponſæ, quod caſu contingente, quod per obitum ſponſi ſine liberis maſculis prædicta feuda redimi vel recuperari poſſent ab Epiſcopo Herbipolenſi ſoluendo decem millia florenorum Rhenenſium heredibus defuncti, quòd ea ſumma non ſolueretur heredib. Vvilhelmi iuniotis, ſed Elizabethæ futuræ coniugi, vel heredibus eius, in computationem tamen ſeu deductionem dotis & ſponſalitiæ largitatis, & horum hypothecæ conſenſit Epiſcopus Herbipolenſis. Tandem Vvilhelmus iunior ſine liberis obiit anno 1500. relictis duabus prædictis ſororibus, & Palatina vidua, quæ poſſeſſionem Darmſtad, & reliquorum iure dotis adepta, nupſit Philippo Marchioni Badenſi, à quo Vvilhelmus medius iuxta tenorem præfatæ ſimultaneæ inueſtituræ ab Epiſcopo inueſtitus poſſeſſionem recuperauit, luendo hypothecas, & ſoluendo Palatinæ omnia quæ ei ratione dotis & ſponſalitiæ largitatis debebantur. Exemplaria præfatarum inueſtiturarum tranſactionis & confirmationum Imperialium vidi, ex quibus præfatas clauſulas excerpſi.

Morgengab.

7 ¶ Liquet ergo præfatum Comitatum, & feoda militaria iure prædictæ primæ inueſtituræ peruenisſe ad Henricum Landgrauium, & per eius obitum ad Vvilhelmum iuniorem eius filium, exclusis Mechtildi, & Elizabetha filiabus, quæ propter ſtatutam feudi & tenorem inueſtituræ inhabiles erant. Deinde per obitum Vvilhelmi iunioris ſine liberis peruenisſe ad Vvilhelmum medium ex lege dictæ tranſactionis, & poſteriutis ac ſimultaneæ inueſtituræ, conſenſu immediati domini directi, & authoritate Imperiali confirmatæ: prædictas autem Mechtildin & Elizabetham nihil in his vendicare poſſe, ſed Landgranium ab eis, vel heredibus earum condicere poſſe, quod patet eius, præfatæ Palatinæ pro reſtitutione dotis ſuæ, & ſponſalitiæ largitatis ſoluit, diſſoluendo æs alienum hæredum Vvilhelmi tertij qui tenebantur luere eius hypothecas: quinetiam Vvilhelmus III. bona, de quibus agitur, hypothecare non potuerat in præiudicium præfatæ ſimultaneæ inueſtituræ, & ſubſtitutionis gradualis præfati Vvilhelmi II. quin eueniente conditione ſubſtitutionis hypothecæ reſolutæ fuerint per prædicta.

Iura Landgraiorum.

8 ¶ Mechtildis autem, quæ Cleuenſi Duci nupſit, nullam vnquam litem mouit: ſed Elizabetha, quæ Comiti Ioanni à Naſſau nupſerat, petiit primò paternam & maternam hæreditatem ab Vvilhelmo medio, qui abſolutus fuit, & meritò, cum nihil de illis hæreditatibus attigiſſet, nec ad eum deuolutæ fuiſſent. Et ſic Philip. Decius conſ. 586. n. 17. incautè dicit Elizabetham per Vvilhelmū fratrem ſuū à ſucceſſione patris ſui excluſum: quia imò non fuit excluſa à ſucceſſione, ſed à dicto Comitatu, & certis aliis feudis: quia non erant hereditaria ſed iure contractus, & inueſtituræ deuoluebantur. Fuit tamen Elizabetha declarata heres Philippi primi aui ſui materni pro ſemiſſe: & benè, nempe mediante matre, deinde fratre ſine liberis mortuo.

Primo ſententia.

9 ¶ Poſteà Elizabetha ab eodem Vvilhelmo medio perit fraternam hereditatem, & obiit pendente lite: quia reſumpta per Vvilhelmum Comitem à Naſſau eius filium, & heredem, per ſententiam Epiſcopi Auguſtani, & Epiſcopi Conſtantienſis à Cæſare delegatorum Tubingæ nunc à Ferdinando Auſtrisco occupatæ, anno ſeſquimilleſimo viceſimo tertio, nona Maij pronunciatum eſt, Elizabetham (excepris feudis maſculinis, & illis bonis, quorum fœminæ non ſunt capaces) heredem eſſe fratris ſui, ſcilicet pro dimidia: & benè, vt etiam teſert Philippus Decius.

Secunda ſententia.

Philippus Decius.

Digitized by Google

Dux Saxoniæ. Goſlariæ ciuitatis iniquo cameræ ſuæ iodicio editam ſuſpendiſſet, illuſtriſſimi Principes, Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ, Romani imperij Elector, Landgrauius Duringiæ, Marchio Miſniæ, & Burggrauius Magdeburgenſis, & Philippus Landgrauius Haſſiæ, Comes in Katzenelbogen, Dietz, Ziegenhaim, & Nidda, anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſecundo defenſionem ſuſcepiſſent, & anno ſeſquimilleſimo quadrageſimnquinto præfatus Dux Brunſuicenſis cum filio ſuo à Philippo Landgrauio captus, & carceratus fuiſſet.

15 ¶ Anoo ſequenti Catolus Auſtrius, diſſimulatione detecta, bellum præfatis Principibus, & eorum fœdetatis indixit, & anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſexto, præfato Saxoniæ Duce captiuato, tandem parum vi, partim arte ſatis nota, Landgrauium Philippus Landgrauius. B qooque coegit arma ponere, & ſupplicem ad ſe venite ſpe venit, præfatúmque Brunſuicenſem Ducem liberum dimittere: ſed artieulos deditionis tam callidè compegit, vous literulæ apice variato, ſcilicet tertia litera verbi Eimige, vbi loco, n, ſuppoſuit, u, vt dum Landgrauius putaret ſe liberum & ſine cuſtodia abitorum, ſcriptum eſſe, poſtquam ſubſcripſiſſet, inoentum eſt illum ſub cuſtodia detinendum, ſcriptum eſſe. Sic enim lingua Germanica ſecundum conuenta (& vt Frons plaquam Paul a Landgrauius intelligebat) ſcribendum erat, *ohn einige gefengnuß*, id eſt, ſine vlla captiuitate.

16 ¶ Imò ita iam ſcriptuoi erat in chatta fœderis conuenta, & à Landgrauio lecta prius quam ad præſentiam Cæſaris accederet, & ſub illius fœderis fiducia ſupplex ad eum acceſſiſſet, quod alias nunquam C feciſſet: ſed interim dum ſopplex eotam Auſtriaco indictas ceremonias peragit, vnus interim ex potioribus arcani conſilij Auſtrafij de dicto, n, facit u, videlicet de Eimige Euige. Cúmque Auſtriacus dixiſſet ſe io gratiam recipere iuxta fœdus contentum in eadem charta, quæ tunc ſubcriptionis cauſa oblata fuit Landgrauio: qui videns eandem eſſe chartam, quam nupet legerat, & minimè gentium ſuſpicatus fraudem interim (præſertim in publicis, & Cæſareis fœderibus, atque in præſentia ipſius Cæſaris, & tam breui momento) irrepſiſſe, & multò, minùs falſitatem, quæ etiam tam ſubtilis erat, licet maximi momenti vnius apiculi inuerſione, vt vix Argus, niſi maximè attentus percepiſſet, quantò minùs graui mœrore perturD batus? ſubcripſit.

17 ¶ En artem, de qua, licet nudenda, multum (ô facinus!) glotiatur ſcriptor illius hiſtoriæ, Auſtriaci faotor egregius libro ſecundo ad finem, nempe iuxta illud Virgilianum, Dolus an virtus, quis in hoſte requirat? Dum ergo conſideret Landgrauius ſaltem ſe liberum, mox eadem die videns ſe plus quàm quingentis militibus, carceris vice, circundari, exclamat contra fœdera fieri: profertur chatta fœderis ab eo tecens ſubſcripta, vbi ſic ſcriptum apparet, *ohn einige gefengnuß*, id eſt, ſine perpetua cuſtodia, & ſic nihil contra fœdera fieri, ſi ad tempus cuſtodiatur. Et hoc modo citeunuentus Laodgrauius, eogitur miſeram & inopinatam captioitatem pati: quod ſi futurum cogitaſſet E nunquam ſupplex Auſtriacum adiiſſet.

18 ¶ Sed alius miſerius aeceſſit, quòd dum vtcunque lenitur ea ſpe, quam verba etiam flagitioſè variata ſonant, vt temporaria dontaxat & leuis eſſet captiuitas, paulò poſt tam ioſeſtè cum eo agitur, vt non ſolum dura & inopinata militari cuſtodia etiam ſuis impenſis ciogatur, ſed etiam Mechliniam vſq; centum circiter Gallicis leucis à terris ſuis perpetuæ deportationis vice tranſferatur, vt nullum cum ſuis habere poſſit eommercium, & quæ ad ſummom temporaria dontaxat eſſe poterat captiuitas, fiat & perpetua, & in locis remotiſſimis: quaſi ſic illuſo, & capto ſarcaſmos ille hoſtilis exprobretur. Quid niſi victis dolor?

19 ¶ Túmque Naſſauuienſes præfati Auſtriaci perpetui miniſtri tam calamitoſam Laodgrauij conditionem in opportunitatem rei ſuæ getendæ rapientes, prodeunt nunc in aulam Cæſaris, nunc in ordinarium Spirenſe iudicium, nunc io extraotdinarias commiſſariorum notiones, & omnem io captiuum & abſentem mouentes lapidem nihil aptins ſuis affectibus inueniunt, quàm executionem, ſeu liquidationem dictæ ſententiæ anni milleſimi quingenteſimi vigeſimitertij vrgere, & ita in longè abſentem, & captiuum tem præcipitate, falſo contendendo præfatum Comitatum, & alia feuda proaui materni non fuiſſe feuda militaria, ſed mera allodia, vt ſpretis antiquis inueſtituris, & conuentionibus fraternitatum, per ſententiam ſuper dicta liquidatiooe infra annum dictæ captiuitatis videlicet anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſeptimo Anguſtæ Vindelicorum, ſeu potius Rheticæ in Tertia inſtacuria Auſtriacæa præcipitatam, adiudicata fuerint hæ- tia. reditibus Elizabethæ eriam cum fructibus quadraginta-ſeptem anoorum, videlicet ab obitu Vvilhelmi tertij, fratris Elizabethæ, quæ anno ſeſquimilleſimo obierat, idque non pro ſeoiſſe dictæ Elizabethæ, ſed in aſſem: quia Naſſauuienſes videntes & tempos, & iudices ſibi, vt pote perpetuis Auſtriaci miniſtris, propitios, cauſæ verò Landgrauij quantumuis iuſtè infeſtos: tedemerùt alterum prætenſum ſemiſſem ab hæredibus Mechtildis, qui ſemper tacuerant.

20 ¶ Aduetſos hanc ſententiam coneeſſa eſt reui- Reuiſio. ſio, quæ etiam denegari non poterat, eum de his non fuiſſet actum niſi ſemel, non autem in alia priore inſtantia. In hac autem cauſa reuiſionis, quæ horum booorum reſpectu erat ſecunda tantum inſtantia, illuſtris & generoſus Princeps Vvilhelmus Landgrauius ſupra vires ætatis curam agens patris captiui, tranſmiſit ad me menſe Nouembri anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo exemplaria præfatarum inueſtiturarum, & coofirmatiooum Imperialium, ſiue elaoſilaium pertioentium, & conſilio omnium ferè iuridicarum Academiarum Germaniæ, & locorum vicinorum, videlicet Louanienſium, Friburgi in Briſgoia, Thubingenſium, Ingolſtadienſium, Calonienſium, Heidelbergenſium, Lipſienſiom, neenon And. Alciati, Petri Amici, & aliorum concorditer ſenoentium malè fuiſſe iudicatum per illam ſententiam anni milleſimi quingenteſimi qoadrageſimi octaui & Landgrauium omnino abſoluendum, togans ad aduerſariorum petuieatiam & iactationem retuodeodam aliquot Inſignium Senatus Pariſienſis adoocatorom eenſuram, nec non taoooes iuris ad diffindendum iudicium cateeris, ſeu coſtodiæ militatis ergo.

21 ¶ Com igitur præſentia nuntij præfati Principis totius rei ſeriem & ſingula puncta inde reſultantia expoſuiſſem conſultiſſimo illi, totúſque togati noſtri ordinis corypbæo domino Matthæo Quadrigario, & inelytæ memotiæ domino Gabrieli Matillaco, fiſci patrono doctiſſimo conſilio à me per puncta deciſiua, nec ſequendo ordinem, & multiplicitatem quæſtionum ad me tranſmiſſarum, ſed breuiter & dilucidè κ̓ατὰ συντυχίαν more meo eompoſito idem omnino cenſentes ſubſcripſerunt. Cæterum de exceptione earceris mecum eenſerunt ſuperuacuum quicquam ſcribere, cùm ex prædictis inueſtituris res eſſet clara & expedita, & in vado diffinitiuæ abſolutioois præfati Principis. Quare ſoper hoc nihil tunc ſcribere volui, ſed duntaxat conſilium in principali ſubſcriptum tranſmiſi, cuius tenor ſequitor.

EPITOME CONSILII SEQ.

1 *Inueſtitura ſimultanea quatenus iure contractus.* 3. 4. 5. 6.
7 *Hæredes alij communes ſeu vulgares, alij feudales.* 8.
9 *Poſſidens iura contractus non poteſt conuenirì petitione hæreditatis.*
10 *Sententia anni milleſimi quingenteſimi vigeſimi tertij.*
11 *Sententia anni ſeſquimilleſimi quadrageſimi octaui. Etronca.* 12. *nulla.* 23.
13 *Feuda non veniunt in petitione hæreditatis.*
14 *Niſi contra ſimplicem detentorem ſine titulo.*
15 *Sententia priori contraria non valet.*
16 *Feuda hæreditaria fiunt militaria per nouam inueſtituram.* 17.
18 *Sororibus non competit querela inofficioſi.*
19 *Hæres non venit contra factum defuncti, etiam ſi non tenetur de euictione.* 20.
21 *Ius retentionis.* 22. 25.
24 *Nullitas euidens impedit executionem etiam triplicis ſententiæ.*
20 *Tranſactione reſciſſa reſtitutio æqualis fieri debet.*
17 Auth. res quæ. C. communia delegat. *non habet locum in contractibus,*
28 *Præſcriptio quadraginta annorum parit pleniſſimam ſecuritatem.*
29 *Concluſio.*

CONSILIVM PRIMVM ANALYTICVM DOMINI CAROLI MOLINÆI

iuris vtriuſque profeſſoris, conſuetudinúmque Pariſi interpretis, & in ſupremo Pariſiorum Senatu aduocati conſultiſſimi in cauſam illuſtriſſ. Principis Landgrauij Haſſiæ, à clariſſimis & doctiſſimis Iureconſultis Dom. Matthæo Quadrigario totius togaci ordinis coriphæo, & inclyta memoriæ Gabriele Marillaco Regio patrono probatum, & ſubſcriptum.

CONSILIVM XVIII.

VIſis & diligenter excuſſis elauſulis inueſtiturarum, tráſactionis, literarum dotalium, ſententiarum, in cauſa apud Cæſaream maieſtatem pendente inter Vvilhelmum ſeniorem à Naſſau, & cutatores Vvilhelmi principis Autiaci, & Comitis à Naſſau iunioris actores: & illuſtrem Philippum Landgrauium Haſſiæ Principem reum conuentum: Medus reuiſionis à dicta maieſtate per eundem Principem obtentæ, exceptionibus dilatoris cuſtodiæ militaris ergo, plurium doctorum, & iuridicorum collegiorum conſiliis io fauorem præfati Principis emanatis, & audita relatione Caroli Molinæi Iuriſconſulti ſubſcripti. B

1 ¶ Viſum eſt Iuriſconſultis Pariſienſibus infrà ſcriptis, videlicet Gabrielr de Marillac regio in ſupremo Pariſienſi Senatu aduocato, & Matthæo Quadrigario, & præfato Carolo in eodem Senatu aduocatis, ciuitates, caſtra, & feuda Comitatus Katzenelbogenſis, de quibus 10 literis reuerſalibus Comitis Ioannis anni milleſimi quadringenteſimi tertij, & in inueſtitura Rudolphi Epiſcopi Vvirtzburgenſis, ſiue Herbipolenſis, facta Philippo filio præfati Ioannis, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo: & io literis ſimoltaneæ inueſtituræ eorundem feudorum, per eundem Rodolphum 4000 milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo factæ, inter illuſtres Principes, videlicet præfatum Philippum Comitem in Katzenelbogen, & Dietz, & Henricum Landgrauium Haſſiæ generum dicti Philippi: & in inueſtitura Vvilhelmi tertij ſeu iunioris, filij dicti Hentici facta, C anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo per Lautentium Vvirtzburgenſem Epiſcopum, Fraconiæ Ducem: & in tranſactione anni milleſimi quadringenteſimi nonageſimi quinti, fuiſſe & eſſe vera feuda maſculina, ad ſolos maſculos (quos hæredes beneficiarios A ſeu feudales vocant) iore inueſtituræ tranſmiſſoria, deficientibúſque maſculis ex maſculis deſcententibus, ad eccleſiam (à qua in feudum rectum & immediatum dependent) reuertibilia: filias autem, deſcendentéſque ex eis nullo modo vocari ad dicta feuda, partémve eorum iure inueſtituræ.

Inueſtitura. Epiſcopus Herbipolen. Franconiæ Dux.

2 ¶ Quamuis in dictis inueſtitoris tam Hentici quàm Vvilhelmi tertij prædictorum, exprefsè dicatur, quod ſi iouenum ſine filius maſculis feudalibus hæredibus de corpore ſuo natis deceſſerit, & alios hæredes, vt in prima, ſiue ſimpliciter hæredes ſuos, vt in ſecunda inueſtitura, prædicta feuda poſſidete, & detinere contingat: quod ex tunc præfatus Epiſcopus, ſucceſſoréſque ſui, & eccleſia Herbipolenſis facultatem habebuot prædicta feuda ab hæredibus redimere pro decem millibus florenorum Rhenenſium: & licet fœminæ ſiue deſcendentes, ſiue collaterales, appellatione dictorum aliorum, vel ſimplicium hæredum veniant: tamen primò non vocantur vllo modo iure inueſtituræ, ſed vt quicunque hæredes vniuerſales ab inteſtato. Secundò, non vocantur ad ipſa feuda, nec eorum dominium: ſed tantùm ad ſummam derem milliom ſemel ſoluendam, vtqoe interim fructus ſuos facere poſſint. Nec adhuc iſtud habent iure inueſtituræ, ſed mero iure hæreditario. Hæredes feudales.

3 ¶ Quemadmodum ſi feudum, vel emphyteuſis conceſſa ſit alicui, & filiis, & neporibus: & illis deficientibus, vel linea finita, vſque ad quinquaginta nouem annos, vel, vt dominus recuperare poſſit, certam ſummam hæredibus vltimò morientis ſoluendo, ſinguli quidem de linea veniunt ſucceſſiuè iure contractus, & ex lege inueſtituræ, etiam ſi aliter non ſint hæredes primi recipientis: text. *in c. vnico.* ibi per inueſtituram patris, & aui. vbi text. illum ad hoc not. And. Sernia. Iac. de bell. Bald. & omnes de feudo Marchiæ Duca. & Comita. text. *in c. vnico.* & ibi Bal. Alonro. Præpo. *de grad ſucceſſ. in feudo. c. 5. 1. hoc quoque & ibi gl. in verb. inueſtire. de ſucceſſ. feuds. c. vnico.* & ibi Pald. Aluaro. *de ſucceſſ.*

de ſucceſſ. feudi. in vſib. feud. Bartol *in l. ſi mihi & Titio* & ibi Alex. *colum. 5. de verbor. obligat.* Sed poſt illos de linea, hæredes ſequentes non veniunt iure contractus, ſed mero iure hæreditario: ideo vltimus de illa linea, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate de illo iure bæredibus reſeruato diſponere poteſt.

4 ¶ Et conſequenter per mortem Philippi Comitis Katzen Elnbogenſis ſine maſculis, dicta feuda teditura erant ad Epiſcopum, excluſa Anna filia Comitis, & deſcendentibus ex ea, niſi reuerſioni obuiatom fuiſſet per ſimultaneam inueſtituram eioſdem Comiós, & Henrici generi ſui. Eodem modo ſi Henricus obiiſſet ſine maſculis, teditura erant ad Epiſcopum, excluſis filiabus Henrici, & deſcendentibus ex eis. Et quamnis per inueſtituram Henrici reſeruatum B ſit eius hæredibus ita fruendi vſq; ad refuſionem decem millium: tamen Henricus de hoc iure diſponere poterat in præiudicium filiarum propriarum, ſalua tamen legitimæ eis debita, & abſolutè in præiudicium bæredum collateralium, quibus non debetor legióma.

5 ¶ Eodem modo Vvilhelmus tertius qui nullos reliquit liberos, poterat de illo iure diſpooere liberè & abſolutè in præiudicium ſororum, & hætedum ſuorum, quibus nulla debetur legitima, & quibus nulla compent querela inofficioſi teſtamenti. Et ſic, etiam ceſſante ſimultanea inueſtitura Vvilhelmi tertij & Vvilhelmi ſecundi patruelis ſui, poterat in præiudicium ſororum etiam in teſtamento de illo iure hæredibus reſeruato diſponere, & multò ſortiùs iotet viuos: & nihilominus dicta feuda ad Epiſcopum erant C rediturа.

6 ¶ Ex eo autem quòd Vvilhelmus tertius inter viuos diſpoſuit tranſigendo ex cauſa oneroſa, ex qua per eandem tranſactionem permiſit Vvilhelmum ſecundum ſimultaneè inueſtiri, cuius inueſtituræ caſus euenir ad cummodum Vvilhelmi ſecundi, ſeqounzut duo. Primoio, quod eadem feuda iure contractus, & inueſtituræ immediatè deuoluta ſunt ad Vvilhelmum ſecundum, eíq; acquiſita. Secundum, quòd bæredibus Vvilhelmi tertij, videlicet ſotoribus eios non debentur illa decem millia, nec ius fruendi, donec ea refundantur, etiam ſi aliter ſpecificè dictus Vilbelmus tertius inter viuos non diſpoſuiſſet, prour diſpoſuit: tum quia ſatis inter viuos diſpoſuit per dictam traoſactionem, & ſimultaneam inueſtituram, quæ eſt facta liberè & ſine ooere reſtituendi hæredibus Vvilhelmi tertij dicta decem millia. D

Hæredes omnes ſeu vulgares.

7 ¶ Tom quia non eſt caotum bæredibus communibus de illa ſumma decem millium, & fruitione vſq; ad eius tefuſionem, niſi ſub duplici conditione: Ptima, ſi vltimò mortuus ſine maſculis deceſſerit: Secunda, ſi alios hæredes ſuos prædicta feuda poſſidere, & detinere conóngat, id eſt, ſi ea reliquerit in vniuerſitate bonorum aliter de illis non diſponendo. Cuius contrariuoi enenit: quia Vvilhelmos tertius obirum ſuum præuenit, & inter viuos conſenſu domini directi diſpoſuit in fanorem patruelis ſui, & per eios obitum dictæ ſorores, & hæredes non poſſederunt, nec detinuerunt dicta feuda: & ſic tanquam deficiente conditione nullom ius haboetunt in ſruitione temporaria dictorum feudotum, nec in dicta ſumma decem millium. E

8 ¶ Quantòminùs vbi Vvilhelmus 3. ſpecificè de illa ſumma decem millium diſpoſuit in commodum Palaónæ vxoris ſuæ. Sotores autem hæredes contra factum defuncti venire noo poſſunt, cùm ſint bæredes communes, oec aliud, nec plus iuris habeant quàm ſimplices bæredes ab inteſtato, quos Germani apto verborum diſcrimine, vocant hæredes vulgares ſeu proprietarios, ad differentiam feudalium, qui iure ioueſtituræ, & non iure hæreditatio, veniunt. Cùm autem Vvilhelmus 2. ooo exceſſerit terminos tranſactio A nis, & inueſtituræ ſuæ, nec acceperit alia bona per mortem Vvilhelmi 3. niſi ad quæ vocabatur iure contractus per dictam tranſactionem, & inueſtituram ſibi factam.

9 ¶ Sequintr quòd malè & ineptè conuentus fuit petióone hæreditatis per dictam Elizabetham, & non ſolum à dicta petitione abſolui debuit reſpectu dictarum ſucceſſionum, à quibus abſolotus fuit, ſed etiam pari ratione à ſucceſſione fraterna & collaterali dictæ Elizabethæ. Tum quia non erat eius coliæres, tum quia nihil poſſidebat iure hæreditario Vvilhelmi tertij, ſed iure & otulo particulari contractus, & inueſtituræ. Vnde nullo modo conueniti poterat petióone hæreditaós, ſed ab inioo litis abſoluendos erat, ſaluis aliis competenóbus actionibus, ſi quas Elizabetha haberet iuxta *l. Bebius Martellus. in fin. de pactis dotalib.* Et ſic, ſi dictus Princeps in prima inſtantia non aſſeruit, nec contendit ſe eſſe bæredem vniuerſalem patrui ſui, ſed tantum (vt tes eſt) iura ſibi competeotia iure contractus, & inueſtituræ paternæ deduxit.

Sententia diuitis.

10 ¶ Malè iudicatum fuit per primam ſententiam anni ſeſquimilleſimi vigeſimtertij: Primò in hoc, quòd Elizabetha actrix non fuit repulſa à petitione iniuſta. Secundò in hoc, quòd reus fuit condemoatus reſtituere hæreditatem Vvilhelmi tertij, cuios ooo erat hæres, nec vt hæres quicquam poſſidebat, nec vt hæres liti ſe obtulerat. Tertiò in hoc, quod condemnatus eſt reſtituere fructus eadem ratione. Quartò in hoc, quòd damnatus eſt cos teſtituere à tempore mortis Vvilhelmi tertij, licet iuſtum titulum particnlarem & bonam fidem haberet. Quintò in boc, quòd temeraria actrix non fuit condemnata in expenſis. Tamen in effectu prior illa ſententia, licet parum æqua, non nocebat præfato Principi, niſi in amiſſiooe expeoſarum: qoia in execuione cùm per ſententiam ſint excepta feuda maſculina, & alia bona, quorum fœminæ non ſint capaces, neceſſe erit actoribus oſtendere qnænam bona ex ſucceſſione vniuerſali Vvilhelmi tertij, tempore mortis eius relicta poſſidebantur per præfatum principem. Id quod oſtendere ooo potuerunt, quia princeps nihil poſſidet de feudis, & tertis, quæ fuerunt Vvilhelmi tertij, niſi titulo particulari tranſactionis, & inueſtitutæ, de quo docet: & ſic ſententia executiooe carebit contra dictum principem.

Sententia ad. ni 1555.

11 ¶ Sed inexcuſabilis eſt ſententia vltima ſuper execuione prioris lata, tertia Auguſti, anno ſeſquimilleſimo quadrageſimooctauo, & nimis apertè fuit malè & iniquè iudicatum. Primò, in quantum coodemnatur pro dimidia teſtituere caſtrum Datmſtad, & ciuitatem eum acceſſoriis, item Biſſingen Arheilgem, & alia eccleſiæ Vvirtzburgenſis feuda, & bona, cum eorum pertinentiis, nec non regeſta & libros rationom cum fructibus. Secundò in hoc, quòd tantùm teſeruata fuit actio præfato Laudgrauio ſolutæ dotis dotalioj, & ſponſaliriæ largitatis: & conſequenter in eo, quòd actores non fuerunt condemnati in expenſis.

cautio. & in l. ab eo. columna ſecunda, verſicul. quæro A *vtrum abſens. C. quomodo, & quando iudex text. in l. vltima. C. de procurator. in cap. ſi pro authoritate. & ibi gloſ. de offic. de legis in ſexto.* idem Bald. in *l. ab eo. C. quomodo & quando iudex.* Imo. & Alexand. in *l. recuſare. §. vltimo ad Trebellianum.* Imol. in *l quæſitum, ad Trebellianum.* Bart. in *l. Idem qui reſt ff. pro ſocio.* Aretin. *conſil.* 16. Pert. Paul. Pariſ. *conſ.* 102. *lib. 4. etiam filius erat cæpta.* Iaſ. in *d. §. ſi quis in iudicio nu.* 12. etiam nec ad vnum quidem articulum, vt ibi Iaſon *ad fin text. in cap quærelam. extra de procurat.* vbi Imol Ioan. Andr. *in nouell.* Nicola. Tudiſc. & omnes canoniſtæ. Matthæus Affli&. *deciſ. Neapolitana. 50. incipien. Indices magne curiæ numero quinto.* Matianus Socinus *in tractatu de curatione, articu.* 18 *q. 5. num. 6.* vbi proinde 24 ¶ infert quòd in cauſa ardua locus debet eſſe tutus vtrique, videlicet tam domino quam procu- B ratori. Idem Ioan. Imol in *d. c. querelam. & in l. an eſtum. de re iudica.* nec obſtat quod Iaſ. in *d. §. ſi quis in iudicio. num* 13. in contrarium citat *c. cum olim. de teſtis.* quia Iaſ. ad apparatum & copiam id fecit: cæterum ſtat cum communi omnium ſententia: & etiam dictum c. cum olim. non eſt ad propoſitum: quia in toto d. c. cùm olim. nullum verbum de impedimento vel detentione alterutrius partium: & nihilominus ibi text. vult locum eſſe pariter tam vtriſque partibus, quàm eorum procuratoribus ſecurum, & idoneum.

25 ¶ Arduum autem dicitur negotium, ſi agatur de magnis dignitatibus, prout hìc agitur de dignitatibus, & impetis, regalibus, caſtris, oppidis, Comitatibus, &c. quinetiam inter priuatos dicitur ardua cauſa ſi agitur de toto patrimonio, vel maiori parte l. C propter litem. de excuſ. tut. c. frequens. de reſtitut. ſpoliat. in ſexto. Hoſt. Ioan. Andr. in d. c. querelam. Tertio dicitur arduum & graue negotium, quod eſt intricatum ſecundum Innocen. & Ioan. Aud. in d. c. quetelam, vel cauſæ ita intricatæ & involutæ, quòd de facili per procuratorem expediri non poſſunt, vt tradit gloſ. magna ad fin. in cap. ſi ægrotans. 5 q. 3. vel inquit Bald. in d §. ſi quis in iudicio. col. 2. quando non plenè cadit in notitiam procuratoris.

26 ¶ His autem caſibus vel aliquo eorum nunquam tenetur quis comparere per procuratorem, etiam vbi aliàs tenetur: nec impedimentum ſufficiens eſt ad prorſus excuſandum: quantò magis in impedimento de quo agitur? quod tale eſt, vt quis indiſtinctè non teneatur mittere procuratorem, vt decidit gloſ. Bartol. Imol. & omnes in l. quæſitum. de te iudic. & in locis prædictis: & adhuc multò minus concurrente non vna grauitans litis cauſa, ſed omnibus cauſis grauitatis, periculi, & inuolutionis litis ſimul concurrentibus, vt non ſolum prædictus Princeps non poſſit pro dignitate ſua, qualitate & ſecuritate cauſæ procuratorem conſtituere, iuxta l. nepos Ptoculo. de verborum ſignifica. quod ſufficetet, etiam vbi aliàs teneretur: ſed nullo modo poteſt idoneum & ſufficienter inſtructum procuratorem inſtituere, etiam ſi maximè velit.

27 ¶ Nou euim ſufficeret poſſe conſtituere procuratorem, niſi poſſet æquè idoneus & commodus E inſtitui, & vltra hoc niſi æquè liberè, & ad ſingulos actus & terminos litis plenè inſtrui, *text. in l. rectiſſimè.* ibi, qui non vltro inſtruxit. de liberali cauſa. & adhuc conſtituturus procuratorem debet priùs poni in plena libertate, in qua liber exiſtens procuratorem liberè ordinate, hoc eſt, delegate, & inſtituere valeat, qui ſuam iuſtitiam proſequatur, text. in c. accedens, de procura.

28 ¶ Cùm igitur deſit libertas & facultas plenè inſtruendi, & multò minùs ad ſingulos actus & terminos plenè inſtruendi, & æquè tutò, æquè ſecurè, ſicut in libertate & præſentia in loco iudicij: ſequitur neceſſariò nullam eſſe copiam defenſionis in eo ſtatu, & tam graui impedimento, quod, etiam ſi per ſe non ſufficetet ad excuſandum de vadimonio, prout per ſe ſufficit per iura prædicta, etſi nihilominùs teneretur præfatus Princeps per procuratores litigare: nihilominus, cùm tam grauis, tam ardua, inuiſiceps & implicita cauſa ſit, támq; longinqua abſentia, tam arcta, & prædura cuſtodia, vt non ſolùm nequeant æquè idonei defenſores conſtitui, ſed nec plenè inſtrui, ſequitur locum eſſe præfatæ exceptioni in præſentiarum notoriæ & peremptoriæ. Quare nullo modo diffidendum eſt impetialem maieſtatem, cui clementia & humanitas ipſa præcipuè peculiaris eſt. *l. imperialis. C. de nuptiis. l ſi. in fi. C. de donatio. inter virum & vxorem.* hanc exceptionem admiſſuram, nec aliter facturos exiſtimandum eſt iudices ab ea commiſſos, *l. vnic. in fin. de offic præfect. prætor.* nec paſſurus aliquid contra minùs defenſum decerni, præſertim in ſua Germania, & aduerſus Principem illuſtrem imperij. & in regalibus & imperialibus dignitatibus, in queis quantò maius eſt periculum, tanto cautius agendum, *l. 1. §. ſed etſi quis de Carbonia. edicto verſi nam vel magis conſulendum eſt his,* quibus maius periculum intenditur, qualis eſt noto, riè præfatus Princeps, quem omnibus dignitatibus, oppidis, & ditionibus paternis ſpoliare moliuntur: nam ſi aliter obſeruetur, inuenta ent tatio (inquit ille textus appoſitiſſimus) quemadmodum audaciſſimus quiſq; (videlicet actores pro conditione temporis ſuperiores) hac occaſione abutentes, iniuria captiuum nullo modo, aut ſaltem minùs defenſum afficiant contra omnia iura diuina, naturalia, & humana: 29 ¶ & præſertim contra leges ipſas imperiales, quæ in controuerſiis iudicialibus diſtrictè ſanxerunt æqualitatem litigatoribus ſeruari. *l in ſacris §. & quoniam de proximis ſacror. ſcrinio. lib.* 12. C. Spreta autem hac exceptione nulla eſſet æqualitas, ſed intolerabilis inæqualitas, cùm actores liberi non ſolùm plenè & liberè ſuos procuratores inſtruant, quibuſcum & quoties volunt, tutò & ſe. tetò conſultant, & producenda recognoſcunt: ſed etiam amicis ſtipati, iudicibus ipſis, & ad omnem occaſionem imminent, omnia expiſcantur, omnia captant, præuident, explorant, cauent & omnem inuadendi, inſidiandi, obrependi lapidem monere poſſunt, & aſſiduè mouent: quæ omnia & ſingula in reo longiſſimè & arctiſſimè detento deficiunt. Cùm igitur in re tam graui, & periculoſa non teneatur reus tam arctè & longè detentus procuratores conſtituere, nec in eorum fiducia tecumbere: cúmq; nec eos plenè poſſit inſtruere, non tenentur, nec poſſint idem procuratores vlterius in tam graui, & periculoſa cauſa, præſertim terum ſtatu tam in deterius mutato, procedere.

30 ¶ Ex noua enim cauſa ſuperueniente, præſertim ſtatu mutato in deterius, mandatum tacitè reuocatum cenſetur. *l. ſi hominem manda.* etiam ſi eſſet mandatum factum per viam contractus, & à contractu irreuocabili deſcendens, nec aliàs irreuocabile. *text in l. cùm quis in princip. de ſolutio.* ibi, tacitè enim hæc conuentio ineſſe ſtipulationi videmr, ſi in eadem cauſa maneat. Iaſon, Philippus Decius, & omnes in *l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. ſi certum petatur.* Franciſcus Ripatius, *in repetitione legis vltimæ. quæſtione quinquageſima. C. de reuocandis donationibus.* quantò magis mandatum ad lites ſui natura reuocabile, præſertim cùm procuratores ad lites non poſſint, nec debeant in cauſa procedere, niſi plenè, prout qualitas cauſæ poſcit, inſtructi: quia inſtructione deficiente, mandatum huiuſmodi ſui natura ceſſat: nec debent, aut poſſunt procuratores cogi anceps ſubite periculum. *l. videamus. de in litem iurando.* Tum etiam in dubio non præſumitur procurator idoneus & inſtructus in graui cauſa. Et impeditus etiam aliàs obligatus mittere procuratorem, vt in nouatuis, non præſumitur inuenire de facili procuratorem idoneum, ſed actor contumaciam accuſans tenetur hoc probare, vt decidit Bart. in *l. idémque erit,*

pro ſoco. Philippus Decius, *in conſilio quadringenteſimo trigeſimo, numero ſecundo,* quantò magis in arduis, & in tam arctè, & odioſè in remouiſſimo loco detento? Ex quibus clariſſimè coocluditur præfatæ exceptioni cæteris in præſentiarum locum eſſe, nec procuratores rei poſſe, aut debere vlterius in cauſa procedere, & multò minùs cogi poſſe, tali impedimento durante. C. M. I. P.

EPITOME CONSILII SEQVENTIS ſuper bona fide.

1 *Bona fides præſumitur in poſſeſſore, niſi contrarium probetur.*
2 *Etiam ſi lucratiuam cauſam habeat.*
3 *Etiam ſi errore iuſto.*
4 *Etiam ſi nec de titulo, nec de errore, appareat, ſi triginta annis poſſedit.*
5 *Præſumitur bona fides interuentu conſanguineorum.*
6 *Et in his, quæ fiunt palàm.*
7 *Et in his, quæ fiunt authoritate ſuperioris.*
8 *Et interueniente authoritate ſententiæ.*
6 *Tum propter opiniones & conſilia doctorum.*
10 *Tum in his, quæ ſolita ſunt fieri.*
11 *Valet pactum inter nobiles, quòd fœmina in certis eorum terris non ſuccedant.*

CONSILIVM XX.

VAMVS ſuperuacuum ſit iora & authoritates allegare pro adſerenda bona fide illuſtrium Principum Landgrauiotum, atteotis ſimultaneis inueſtituris Vvilhelmi ſecundi & Vvilgelmi iunioris tranſactione ex cauſa oneroſa, conſenſu & interuentu conſanguineotum, & illuſtrium Principum facta, rurſus conſenſu & apptobatione Herbipolenſis Epiſcopi directi, feudaliſq; domini, inueſtituta, & confitmatione ſtenuiſſimi imperatoris Maximiliani, & temporis pluſquàm longiſſimi continta poſſeſſione: tameo vt aduerſariorum proteruia retundatur, & quàm ſit tidicula nulli non liqueat iuxta *l. iam dubitari. in fin. de her. inſtit* prodeant vulgares, & probatæ iuris regolæ.

1 ¶ Prima, Boua fides præſumitut in poſſidente, niſi contraoum euidenter probetur: *text. in l. pen. C. de euict. l. ſuper ſeruis. C. qui militare poſſunt, vel non lib. 12. l. verius. de probatio. gloſ.* Imol. Panormit & omnes in *c. ſi diligenti, de præſcripto.* Alexao. *conſ. 200. Viſo & diſcuſſo, col. 3 lib. 2 conſ. 75. Viſis & ponderatis colu. pen. lib. 4.* Ftau. Cuttius ſeniot *conſ 82. colum. 2.*

2 ¶ Etiam ſi poſſeſſor lucratiuam cauſam habeat, & de ſola longi temporis ptæſcriptione agatur, text. ibi gloſ. & Docto in *l. ſuper longi. C. de præſcript. longi temp.* Etiam ſi verum titulum non habeat. ſed putatiuum tãtùm. Batt. & omnes in *l. Celſus. de vſu capio. gloſ.* Imol. & omnes caoooiſtæ in *d. c. ſi diligenti.*

3 ¶ Etiam ſi ex errore ioiuſto. *l. igitur §. poteſt de libera cauſa.* Bart. & alij. 10 *d. l. Celſus.* Felin. & alij in *d. c. ſi diligenti.* Bald in *l. 1. C. vbi cauſa ſtat.* Alexan. *conſ. 125. colu. 3 lib. 4.* Felin. *c. cùm contingat. colu. 5. de reſcript.* Iaſ. *l. ſi quis id quod nor. 7.* & ibi Philip. Decius *colum. 5. de iuriſ. omiud.*

4 ¶ Etiam ſi nec de veto, nec de putatiuo titulo appareat, oec de aliquo errore iuſto vel iniuſto: ſi tamen eſt poſſeſſio triginta annotum, ex ea ſola bona fides præſumitur, vt tradit Bart *in l. fin. C. vnde vi.* quem omnes ſequuutur limitando. *d. l. fin. lib. 7.* Iaſ. *conſ. 37. col. fin conſ. 2. col. 2. lib. 1. conſ. 109 lib 2.* Anto. Rube. *conſ. 75.* Matth. Affitt. *dec. Neapol. 40 n. 12.* Philip. Deci. *conſ. 26. in fin. conſ 5. 8. in fin.* Quantò fortius hìc vbi etiam de quadragenaria poſſeſſiooe, & vltra conſtat? & adhuc de otulo non putatiuo, ſed vero, & adhuc geminato, imò tergeminato? & adhuc non lucratiuo, ſed oneroſo? Nemo autem prædo eſt, qui pretium numerauit, inquit text. in *l. etiam §. ſi quis ſciens de petit. hæredita. in l. nemo prædo. de reg. iuris.*

5 ¶ Er adhuc cum interuentu conſanguineorum, amicorum & illuſtrium principum: vnde vel omnis ſuſpicionis cauſa ab initio ſublata eſt. *l. tranſactionem* & ibi Bald. Salic & omnes. C. *de tranſact.* Alexand. in *l. ſi cùm dotem §. ao autem tempore. colum. 3 ſoluto matri.* Batt. & alij in *l. frater à fratre colum. pen de condict. indeb.* Bald. Paul. Iaſ. io *l. Paul.* C. *de his quib. vt indig.* Bald. in *c. t. colum. 8. quis feud. dare poſſunt.* Curtius ſenior *conſil. 43. colu. 4.*

6 ¶ Et adhuc palàm & ſub vexillis? quod autem palàm factum eſt, præſumitur bona fide & licite factum, etiam ſi geſtum ſit à perſona prohibita. *l. cum ipſe. C. de contrab. emptio. & vendit.* Bat. *l. pen. de cõdic. indeb.* Bald. *l quod autem. de dona. inter vir. & uxor.* Ioan. Andt. *in addit. ones ſpeculat. de inſtru. edito. §. nunc verò aliqua in ver. §. 1 nu. 77. in fin.* Ioan. Imol. *l. 2. §. tutor. de vſucap. pro empto.* Philip. Deci. *l. ſingularia. num 8. cum ſeq. ſi. cert. peta.* quanto fortius inrer non prohibitos, vt hìc?

7 ¶ Et adhuc fotiùs concuttente authoritate & apptobatione tum patroni dominiq; directi, tum ſnpremi iudicij & imperialis maieſtatis, adeò vt etiam ſi eſſet actus recens, & poſſeſſio etiam vnius diei, tamen bona fides non ſolùm præſumeretur, ſed etiam probata eſſet ex parte Landgrauiorum: ita quòd non eſſemus in terminis ſimplicis præſumptionis bonæ fidei, ſed in terminis veræ, & probatæ bonæ fidei.

8 ¶ Quæ etiam multò magis præſumitut, imò probatur interueniente authotitate tei iudicatæ, pro qua non ſolum ptæſumitur, ſed etiam eſt præſumptio iuris, & de iure, quæ etiam diſpoſitionem & titulum inducit. vt tradit Alca. & omnes in *l. Ponponius. §. ſi tuſſu iudicis de acquir. vel amit. poſſeſſ.* habetut enim pro veritate. *l. res iudicata. de reg. iuris l. ingenuum de ſtatu. hom. l. 1. cum l. ſeq. de lib. agnoſ.* Sed per ſententiam anni ſeſquimilleſimi viceſimitertij, à quo non eſt prouocatum, ſed partes conueniunt in illis verbis diſpoſitiuis, Exceptis feudis maſculinis, & illis bonis, quorum fœminæ non ſunt capaces. Terræ de quibus agitur, fuerunt adiudicatæ Landgrauio, excluſis aduerſariis, ſiue ſint feuda maſculina, vt eſſe conſtat per inueſtituras, ſiue etiam eſſent allodia, ſed per inueſtituras ſimultaneas, vel conuentiones fraternitatum maſculis domus Landgrauiorum affecta.

9 ¶ Cum autem ea exceptio appoſita ſit in verbis diſpoſitiuis, diſponit: & ſicut Elizabetha vocatur ad bona communia & merè hæreditaria fratris ſui, ita excluditur ab aliis bonis, ſiue fœminæ ſint incapaces iure communi ob qualitatem feudi, ſiue iure contractus: non ſolum enim à feudis excluditur, ſed etiam ab aliis bonis quoquo modo maſculis affectis. Ibi, & illis, vbi copula, & iuncta telaouo vel demouſtratiuo, illis, auget, & [illegible] *adiect. de legat.* Lãcel.

Deci.

Deci, *l. omnes populi, col. 2. de iuſtit. & iure.* Alexan. *conſ.* 80. *col. vlt. conſ.* 120. *colum. 1. lib. 1. conſ. 14. num. 1. lib. 7.*

10 ¶ Accedit quòd cùm etiam vnius doctoris inſignis opinio iuſtam cauſam bonæ fidei inducat, vt tradit. Imol. in *Clem. 2. de reb. eccleſ. non alienan.* Philip. Cornel. *conſ.* 148. *in præſenti, colum. vltr. lib. 2.* multò fortius opinio vnius collegij, vt tradit Parnom. in *c. prudentiam, in princ. not. 3. de offic. deleg.* Lancel. Galiaula in *rep. centurio, col. 1. de vulg. & pupil.* Curtius ſeniot *conſ.* 56. Philip. Deci. 615. *colum. 2.* ſed non vnus ſolus And. Alciat. & Petrus Ameus, & quàm plures celeberrimi: non vnicum collegium, ſed omnia fere totius Europæ iuridica collegia cenſuerunt præfatum illuſtriſſimum Landgrauium, non ſolum bonam fidem ſed etiam iuſtiſſimam cauſam habere.

Simultanea inueſtitura.

11 ¶ Prætereà dicta ſimultanea inueſtitura non fuit exemplum recens & inſolens, ſed ab antiquo ſolitum, & vſitatum inter principes & magnates Germaniæ quinetiam in eadem domo & familia Henrici Landgrauij & ſoceri ſui. Quod autem ſolitum eſt fieri, non ſolam malam fidem, dolum vel delictum excludit, vt per gloſ. Panor. & alios in *c. cùm venerabilis, de conſuetud.* Bald. in *c. 1. ad fin. de feudis cognition. in vſib. feudo, & in rubr. extr. de fide inſtr. col. 4.* Alexand. *conſil. 39. lib. 3.* Iaſ. *l. 1 in princ. quod quiſque iuris.* Hier. Gratus *conſil. 49. colum. 2. num. 16 lib 2.* ſed etiam omnem culpam excludit. Bar *l. ſi pignore, § fin. per illum text. de pignoras. actio.* Bald. Scilicet, *in l. pignus C. eod. imo etiam actum ab initio validum facit, l. vel vniuerſorum. de pignor. actio* Ludouicus Romanus *conſ. 94. Viſis his, colu. fin.* Philip. Decius in *l pactum curatoris. in fi. C. de pact.* quinetiam conſuetudo familiæ obligat. Iaſ. *l. ſi quis a filio, §. fin. de legat. 1. conſ. 46. col. 2. lib. 1.* & facit actum validare. Ioan. Andr. in *additio. ad Specul. de inſtru. editio, §. compendioſè, verſic. ſed nunquid* Angel. Imol. in *l. 3. de teſtam.* Guido Papæ *conſ. 131. colum. 8.* Carol. Ruinus *conſ. 38. num. 8. lib. 1.* Albert. Brunus in *tertio vol. ſtatuto. in verſic. parentela.* Franc. Curtius in *tract. feudo. par. 3. num. 10.* Et in terminis, quòd non ſolùm conſuetudo.

Conſuetudo familiæ.

12 ¶ Sed etiam pactum nobilium quòd fœminæ non ſuccedant in eorum terris, non ſolùm introducat bonam fiuem, ſed etiam ſtatim valeat, & liget, tradit latè Bartol in *conſil. 72.* Ex facto proponitur. Carolus Ruinus *conſi. 40. lib. 1.* Phil. Dec. in *l. pactum*, quod dotali, *C. de pact. conſil. 184. conſil. 225 col. 3.* Oldra, *q. 119.* Angel. Petuſin. *conſ. 179. Viſis præditis inſtrumentis, colum. 2.* vbi loquitur de mutua huiuſmodi conuentione fraternitatis inter milites Germanos: Egidi. Bellemere *conſ. 17.* & latè Ludouicus de Gozadi *conſ. 87.* Do. And. Tiraquel. *de iure primogenio, q. 6. num. 13.* Hactenus ſcripſi & ſub ſigno & ſigillo meo tranſmiſi.

13 ¶ Sed paulò poſt renuntiatum mihi præfatum principem rurſus cauſa cecidiſſe in eadem curia Auſtriacæa Auguſtæ, & etiam ad reſtitutionem fructuum ab anno ſeſquimilleſimo condemnatum, Auguſtę Rheticæ die 14. Martij, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimoprimo, incipiendo à Natiuitate Domini. At optimus maximus Deus opem feret, & verſiculo Pſal. 82. reſpondebit verſiculus penult. eiuſdem Pſalmi, & fraude partam captiuitatem, gloria maiore commutabit. vt interim præteream quæ Leo I. & Anthemius ſanxerunt in *l. decernimus*, C. *de ſacroſanct. eccleſ.* illuſtriſſimum quoque illum heroa Ioannem Fridericum Saxoniæ Ducem dignitati, ditionique ſuæ, vnde religionis & libertatis Germanicæ cauſa ad tempus (vt probaretur) cecidit, reſtituet. Ecquis tantum, fortitudinis, patientiæ, & conſtantiæ in eius pectore ſediſſe, qui mortem ponùs, & ignominiam, & quiduis (quàm verbum Dei vel tantillum relinquere, vel prodere) ſubire voluit, exiſtimaſſet, niſi in calamitoſa illa captiuitate tam vrgens tentatio toties victa docuiſſet? Tantus eſt ſplendor virtutis, vt inimici etiamnum ſummis eum laudibus vehant, vt præteream quàm heroicis encomiis patrem eius proſequatur (quanquam de Carolo Auſtriaco nimis meritum teſtetur) Magnus Eraſmus Epiſtolarum *lib. 3 Epiſt. 4. incip.* eximit. Rurſus cùm paulò pòſt prædicta tranſmiſſa, quidam amicus præfati Principis, eius vicem erga me auctus, dixiſſet Naſſauienſes iam de tribus ſententiis conformibus gloriari, videlicet de ſeotentia anni ſeſquimilleſimi vigeſimi tertij, lata rebus integris, & ante captiuitatem Principis, quam (velut exceptione per liquidationes captiuitatis tempore factas non congruente) computant ſibi pro prima, quamuis expreſsè contra eos militet, vt patet etiam per conſilia Philip. Decij, & Carol. Ruini, & aliorum, de quibus in *præfat. numer. 8.* ſecunda verò anni 1548. de qua in *præfat. num. 19. & conſil. 1. num. 11.* Tertia verò etiam Auguſtæ, in eadem curia Auſtriaci lata decimaquarta Martij, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo primo, incipiendo à Ianuario, quamuis ſecunda illa ſit prima per nos. ſupra in præfat. num. 20. illico vocato amanuenſi ſequentia ex tempore ἀ ſ ἐπὶ ἐπὶ dictaui, & tradidi, ſi fors aduerſus imminentem iniuriam vſui eſſe poſſet, vt ſequitur.

Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ.

EPITOMÉ CONSILII. SEQ.
de ſuſtinenda executione.

1 *Sublata appellatione, non eſt ſublata reſtitutio in integrum.*
2 *Etiam per tres diffinitiuas conformes.*
3 *Et earum executionem, ſi liquida eſt, impedit.*
4 *Præſertim ſi executio non eſt reparabilis.*
5 *Etiam poſt tres diffinitiuas de nullitate excipi poteſt.*
6 *Nullitas euidens eſt ſine ex actis, ſine ex aliis indubitatis.*
7 *Manifeſta iniquitas nullitatem inducit.*
8 *Iudex ſciens impedimentum rei nulliter procedit.*
9 *Sententia lata contra vaſſallum non nocet agnatis, vel aliis iure contractus ſuccedentibus.*
10 *Idem de tranſactione.*

CONSILIVM XXI.
De ſuſtinenda executione.

TIAMSI (vt fertur) tres ſint ſententiæ conformes, à quibus non licet appellare: tamen hæ in re ex materiæ ſubiectæ circunſtantiis pluta ſuperſunt legitima remedia:

Reſtitutio in integrum.

1 ¶ Primum reſtitutionis in integrum, quoniam licet appellario ſublata ſit, etiam non ſpeciali reſcripto, ſed iure communi, putà propter tres ſententias conformes: tamen non eſt ſublatum remedium reſtitutionis in integrum, quod etiam nunquam auferri cenſetur, vt tenent Iaſ. Philip. Deci Alciat. *in l. poſtquam lit: ſuper gloſ. fin. C. de paſt.* Ludouic. Roma. *conſil.* 315. quo ad primum *colum. fin.* Socin, *l. qui duos colum. 6. de reb. dub* Iaſ. *l ſi infanti, in fin. C. de iure deliber. l. 1. colum. 6. numer. 10. de iuriſd. omn. iudic.*

2 ¶ Et nominatim, quòd non ſit ſublata propter tres diffinitiuas, tenent Bald. Salice. & alii *in l. vnica. C. ne liceat in vna eádémque cauſa tertiò prouoc.* vbi tenent, quòd ſi cauſæ reſtitutionis in integrum ſint liquidæ, vel promptè probari queant, executionem ſententiarum impediri. Idem tenent Imol. Catdin. Pauor. & alii *in Cle. 1. de re iudica.* Portò cauſa reſtitutionis in integrum eſt detentio catceris tei minùs ob id defenſi, & hæc in corpore iuris continetur, & apptobatur ſpecificè *in l. ſuccurritur, cum l. ſeq. ex quib. cauſ. maio. & alias turibus & rationibus contentis ſuprà conſ. xxx. ſuper exceptione carceris.*

3 ¶ Et quòd huiuſmodi reſtitutio ex hac cauſa impediat executionem rei iudicatæ, text. eſt rotundus. *in l. ſi Prætor, in fi. de iudici.* Ita etiam tenent omnes doctores in locis præfaris, & vbique. Atqui non ſolum ex hac cauſa reſtitutio competit, ſed etiam ex multis aliis ſimul concurrentibus, quæ in præfaris eonſilns: ita vt in præſenti non ſolum dicatur, ſi qua aliqua mihi iuſta cauſa videbitur, in integrum teſtituam (quòd tamen Prætori ipſi, & omnibus Iuriſconſultis, & ſummo legum latori Iuſtiniano Imperator ſufficiebat) ſed etiam dici poteſt, multæ ſimul concurrunt iuſtæ cauſæ, ita vt æquitas non ſolum ſuggerat, ſed etiam exigat reſtitutionem.

4 ¶ Præſertim cum periculum ſubſit ne executio ſit irreparabilis propter caſtra & loca muniſſima: igitur per no. in fortioribus terminis per Paul. & Alex. in *l. naturaliter, §. nihil, commune, col. 11. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ.* Cæpola cauſis criminalibus *conſil.* 60. Anton. Rube. *in repet. §. morte, l. non ſolum, numer. 478. de operib. noui nuntiato, & conſ. 13. col. vlti.* Albet Brun. *conſ. 12. col. 11. conſ. 22. in fin.* Caro Rui. *conſ. 38. lib. iij. tetigi in conſuet. Pariſ. tit. 13 in rub. num. 20. & ſuper ſtylo curiæ parlamenti, c. 18 §. 10.* Nicol. Boeti. *deciſio. Burdeg. 238. col. vlt.* Et in ſuſtinenda executione rei iudicatæ Vldaricus Zazius, *l. iuſ. §. condemnatum, ff. de re iudica.*

Nullitas.

5 ¶ Secundum remedium nollitatis: quia de nullitate excipi vel etiam agi poteſt, etiam poſt tres diffinitinas, vt eſt text. apertus *in d. cle. 1. de re iudica*, & nullitas euidens, vel quæ in continenti probati offertur, impedit executionem, vt decidunt omnes doctores, *in d. l. vnic. C. an liceat vna eademque cauſa tertiò prouoc. & in d. Cle. 1.*

Euidens.

6 ¶ Nullitas autem euidens eſt primum quando ex actis reſultat: ſecundò quando ex aliis indubitatis oſtenditur. Sed hic etiam ex actis, & tenore inueſtiturarum liquet: & ſic non eſt dubium etiam executionem impediri poſſe, vt nominatim tenent Ioan. Imol. *in l. depupillo, §. quæ opus de op. no. nunt.* Oldra. *conſ.* 108. Gemunia. *conſ. 14. colum. iij. conſ. 75. colum. 1.* Phili. Corne. *conſ. 204. lib. ij.* Alex. *lib. iiij. § condemnatum col. ij.* & ibi Iaſ. & alii *de re iudica.* Fran. Curtius *in l. ſub prætextu, C. de tranſac.* Iaſ. *conſ. 44. col. 1. lib. iii.* Philip. Franc. *in c. dilecte. q. l. ii in fi. de appellatio.* Alcia. *de verbor. ſignificat. lib. 1. pag. 11.* Hieron. Gtat. *conſ. 80. conſ. 85. lib. ii.*

7 ¶ Præter nullitatem ex actis, & inueſtituris, quæ manifeſtam iniquitatem arguunt, eu qua inſurgit nullitas, vt eſt text. in c. inter eætetas, de re iudica. vbi omnes canoniſtæ, & Franc. Curtius ſenior *conſ. 59. col. 6.* Ioan. Ami. *conſ. 124.* eſt aliena nullitas notoria.

8 ¶ Sciebant enim iudices impedimentum pluſquam ſonnenm rei: & ramen eo ſpreto preceſſerunt, & ſic nullitet, text. *in l. quæſitum*, ibi, tes non videtur iudicata, de re iudica, & ita tenent omnes glo. & Doctores vbique, & dixi ſuprà *conſ. 19. ſuper exceptione carceris, num* 2. Et vltra ibi citata ita tenet Robert. Ma-Maranta Hiſpanus *in tractatu de ordine iudici, part. ſexta numero* 107. *numero* 114.

Intercelſio.

9 ¶ Tertium remedium interceſſionis illuſtris domini Vvihelmi, & aliorum filiorum maſculorum Principis. Feuda enim militaria & maſculina ſunt & ſic filij vocantur vt filij maſculi: quod ſi fors excluderentur vt filij condemnati, tamen admittuntur de integro, vt agnati, quibus ſententia lata contra vaſſallum non nocet: quoniam non habeat poteſtatem alienandi, nec diſponendi, cum non eſſent feuda hæreditaria, ſed iure contractus & inueſtituræ deferantur, textus in capitulo vnico. de feudo Marchiæ, vel Ducatus, vel Comitatus. Ibi per inueſtituram patris vel filij, quem noiant omnes Feudiſtæ ibi, quod non vt hæres, nec iure hæreditario, ſed iure contractus & inueſtituræ filius ſuccedit. Igitur ſententia lata contra patrem, filis non nocet. Franciſcus Curtius ſenior *conſilio* 48. *colu. tertia.* Alexander *conſ. 29. numero tertio, conſ 44 numero tertio, libro primo, dixi etiam ſuper conſuetud. Pariſienſ. §. 22. q. 25. numero* 83. Meritò igitur poſſunt intercedere, ne ea feuda, præſertim regalia, occupentur.

10 ¶ Quid quod etiam ſuo iure vindicare poſſunt? Cùm igitur actionem habeant ad vindicandum multò fortius exceptionem, *l. 1. de ſuperficiebus*, cum etiam vno patre domini eſſe, & poſſidere cenſeantur, *vt glo. fi. & omnes Feudiſtæ, in c. vnico de feuds cognitione, in vſibus feudorum*, & quòd nec agnatis quidem ſententia, vel tranſactio præiudicet tradunt Andreas de Iſerna, & Aluarotus in *§. ſi vaſſallus*, ſi de feudo contentio fuerit inter dominum & agnatos vaſſalli Iacobus de ſancto Georgio in *inueſtitura feudali, ver. & cum pacto.* Hactenus duntaxat, & adhuc nimium ſcripſi: quia non fauore aduerſariorum rationes meæ quamtumuis concludentes & apertè, non ſuerunt exauditæ: ſed mox alia ſolàque potenti & efficaci, nempe virgula ſua diuina, Deus ſuccurrit, Landgrauij duntaxat domum, ſed vniuerſalem Germaniam diutumo iam tytannidis iugo liberaturus, priſtinæque politiæ libertatem longe auguſtius vnà cum eccleſiæ ſuæ amplificatione & *miſeus ανακεφαλα* teſtituturus.

Regi autem ſæcolorum immortali, inuiſibili, ſoli ſapienti Deo honor, gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Iſque exercituum Dominus det Chriſtianiſſimo Francorum regi Henrico ſecundo, ſuiſque illuſtriſſimis conſœdetatis, gratiam, & pacem, ſuæque Franciæ, & Germaniæ ſanctiſſimis & antiquiſſimis amicitiæ cognationiſque nexibus inuicem deuinctis pacem fœlicitatémque perpetuam.

Θεῷ δόξα.

EPITOME CONSILII XXII.

2 *Copula, & addit &, auget æquè principaliter aliud de dictione, cum.*
3 *Copula & non ſtat expoſitiuè, ſed copulatiuè.*
5 *Plus eſt facti quàm verbis dicere.*
6 *Res clara non ſit dubia negatione aut ſophiſticatione friuola.*
7 *Sententia intelligenda eſt ſecundum acta probataria.*
8 *Qui de innocentia confidit, feſtinat vt veritas inquiratur.*
9 *Verba ſententiæ ſecundum ius intelliguntur,* 10.
11 *Et maximè ne ea quæ ſunt iuris publici lædantur.*
12 *Dignitates imperij non ſunt in commercio niſi per inueſtituras.*
14 *Vulgare notoriorum Italiæ dubium Latinè exponendum eſt.*
15 *Phraſis linguæ in quam & non ex qua ſeruanda eſt in verſione.*
16 *Sorori non debetur legitima, nec competit querela inofficioſi, niſi contra turpem perſonam.*
17 *Non requiritur confignatio, niſi ad finem liberationis ipſo iure.*
18 *Feuda non ſunt hæreditaria, nec veniunt in petitione hæreditatis.*
19 *Filius qui non poteſt capere feudum niſi adeat hæreditatem, tamen non habet feudum tanquam hæres nec pro portione hæreditaria, ſed viriliter iure feudorum.*
20 *Hæredes militares & patrimonij differunt.*
21 *Feuda dignitatum imperij non tranſeunt ad fœminas nec ea quæ data ſunt generi vel poſteris.*
22 *In quibus patre remoto de medio ſtatim fuit locus filio.*
23 *Alienatio feudi non tenet ad vitam vaſſalli ſed ſtatim redit ad dominum vel ad agnatos.*

CONSILIVM XXII.

VIſis & diligenter examinatis prolixis allegationibus actorum, & defenſionum, cedentibus actoribus quòd ad feuda maſculina nulla ſupereſt controuerſia, niſi de feudis, comitatibus, domuiis, & tertis quæ iure publicarum conuentionum, fraternitatum, conſuetudinis, tranſactionum, confirmationum, & inueſtiturarum imperialium adfecta ſunt agnatis & maſculis domus Heſicæ, quas conuentiones, fraternitates, conſuetudines, &c. dicunt actores abolitas & reſecatas eſſe per ſententiam.

1 ¶ Non impugnant dictas conoendones, fraternitates, &c. ex defectu poteſtatis aut voluntatis diſponentium, nec ex defectu materiæ vel formæ, nec ex alio vitio intrinſeco vel extrinſeco: ſed dumtaxat per ſuperuentum iudicium ſententiæ, in qua ſola nituntur. Atqui nullum fundamentum habent in ſententia, quæ planè, propriè & ſimpliciter ſine ſophiſticatione lecta & inſpecta, etiam dictas publicas conuentiones fraternitates, &c. approbat, & ab omnibus ditionibus in eis contentis, nedum a feudis maſculis eos excludit, ibi, Exceptis feudis maſculis, & bonis quorum fœminæ non ſunt capaces: quæ ſola eſt clauſula controuerſa.

2 ¶ Atqui clarum eſt quòd copula, Et, addit & auget, idque æquè principaliter. Et, quamuis coniunctio. Cùm, non ſemper æquè principaliter, ſed ſæpius acceſſoriè coniungat: tamen coniunctio, Et, ſemper æquè principaliter, vt traduor Bar. Bal. & alij *in l. Titiæ textores. § nihil intereſt. in l. ſi cui legetur. de leg.* 1. Ergo neceſſe eſt eſſe duo capita æquè principalia, ſiue duo membra, vel duo genera bonorum æquè principaliter excepta.

Copula, Et. 3 ¶ Confirmo: quia natura, proprietas & ἐνέργεια copulæ, Et, eſt vt non ſtet declaratiuè ſeu expoſituè, ſed copulatiuè, tanquam inter diuerſa gl. Bar. Albe. in *rub. de iur. & facti ignor. tex. in l. ſi in quo quadringenta. in princ.* & ibi Bar. *de reb. dub.* Cepol. *conſ.* 17. *col.* 4. Nicol. Euerar. in *locis leg. in loco a natura copulæ. col. pe.* And. Alc. in *l. ſæpe. ver. coniuncta de ver. ſig.* mera ergo & palpabilis ſophiſtia eſt, velle hìc exponere, &, per id eſt, id eſt corrumpere partem ſententiæ, & verba ſuperflua facere. Sunt ergo neceſſariò duo genera bonorum à quibus actores excluſi ſuot per dictam ſententiam, vt eis neceſſe eſſet in executione probare quænam bona ex ſucceſſione vniuerſali Vvilhelmi tertij tempore motus eius relicta poſſidebantur per Philippum Landgrauium, id quod oſtendere non potuerunt, quia princeps nihil poſſidet de feudis & tertis, quæ fuerunt Vvilhelmi tertij, niſi titulo particulari tranſactionis, & inueſtituræ, de quo docet. Docere ergo debent actores vel oſtendere bona ex dicta ſucceſſione vniuerſali prærenſa ibi gl. & doc. in §. *curare. Inſtit de actio. gl. l.* 1. *verſ. & perinde. ver. in prima.* & ibi Bart. Bald. Sali. Alex. Iaſ. *ff. de eden.* Pe. Iac. in *prac. tit. de petit. hær. col* 4. *text l.* 1. § *ſi quo tempore. de pet. hared. l.* 1. § *vlt. ſi pars hæred. pet.* Bal. *l* 2. *col.* 1. *C. de ſentent. quæ ſine cert quant. profer. gloſ.* Panor. in *c. ſignificantibus. de lib oblat.* vt ergo actores non poſſuot niti in inſtrumentis dictarum contentionum, &c nec io meritis cauſæ: multò minùs fundari poſſunt in dicta ſententia, quæ contra eos & pro reo clariſſima eſt.

4 ¶ Et tamen iam victi authenticorum inſtrumentorum documentis & metiis cauſæ, & ipſa plena luce veritatis & iuris quod ſuberat ante ſententiam, ſolam ſententiam attrectant, imò vnicum verbulum & mooſyllabum, Et, quòd è ſententia etadere oitontur, & hac arte clariſſimum eius ſenſum inuertere. Ad quod duplici arte vtuntur Primò operoſa & affectata prolixitate, vt ſenſus iudicum partim aliorſum tracti, partim nimio faſtidio obruti, tenebris inuoluantur, ſepulta vel ſaltem in diſcrimen abrepta vetitate. Sciunt enim actores ſuperflua altercatione veritatem amitti, aut his tenebris offuſis minùs cerni.

5 ¶ Secundò, ſubdolis & accerſitis cauillis, hiſque non à rei veritate, nec àmerito cauſæ tractis, ſed à ſola captatione verborum ſententiæ, imò vnius monoſyllabi· Atqui ſcopum recte & apertè petendo, aut ex

clauſula ſententiæ clara eſt pro intentione actorum, aut eſt clara pro intentione tei, aut eſt dubia. Primum dici non poteſt, vt tes ipſa & veritas ſeſe oſtendit, idque etiam actores ſi non verbis, tamen factis ipſis prolixè, operosè, & luculentiſſimè fatentur, quod plus eſt, quàm verbis dicere. *l. ſi tamen §. ei qui. de addil. edict.* Bald. *l. non ignora. colum. 1. C. qui accuſa. non poſſ.* Quorſum enim quatuordecim præſuppoſitiones, deinde tam operoſa & affectata verborum, cauillorum, & formalitatum funditatio & redundantia, ſi res pro eis clara eſſet? Sufficeret enim nudum textum ſententiæ, vel dictæ clauſulæ proponere. Clara enim veritas ſeſe oſtendit, nec vllo verborum adminiculo indiget. *l. 1. C. ſi minor ab hærede, ſe abſtinuerit. l. 1. de minori.*

6 ¶ Quòd autem ſecundum dicti poſſit & debeat, res ipſa clamat. Legatur textus dictæ clauſulæ, & ſufficit ad intentionem tei: non enim texrus tam clarus & apertus ſit dubius aut curuus negatione vel ſophiſticatione friuola actorum. gloſ. & doctores. *l. plures apochas. C. de fide inſtrument. glo. in l. pater. de dol. exceptio.* Bald. *l. vnic. colu. 2. C. de ſententiis quæ pro eo quod ante reſt.* & appoſitiſſimè ait Salicetus in *l. cum te. C. de probatio.* quòd per ſophiſticationes verborum non immutatur diſpoſitio iuris. Ioannes Andreas in *c. inſamibus. de regul. iuris. in ſexto. in mercuria.* Tertio caſu non ad ſophiſticationes, improprianiones, & inuetſiones verborum (vt actores hoc tantùm faciunt) recurrendum.

7 ¶ Sed ad ipſam tei veritatem, id eſt ad ipſum ius quod erat ante ſententiam, ad inſtrumenta & documenta meritum cauſæ continentia & oſtendentia, quantumuis ab aliis actores ſibi malè conſcij, velut à ſeuero, recto & bene inſtructo iudice noxij refugiant. Sententia enim intelligenda eſt ſecundum acta ſcilicet probatoria. text & gloſ. in *l. ſi quis ad exhibitionem. de except. rei iudicat. in l. quoniam in princ. de ſuſpect. tutor. & meritum concernentia.*

8 ¶ Tum qui de innocentia confidit, feſtinat vt per ea veritas inquiratur, vt inquit Baldus *de crimine. C. de adulter. & in c. licet canſam. col. vltim. extra de probatio.* Non autem confugit ad alia emendicata ſuffragia, nec è campo cognoſcendæ veritatis & æquitatis ad aucupia verborum refugit, vt per hæc aucupia actores præcluſam eſſe volunt cognitionem veritatis dictarum conuentionum, fraternitatum, &c. & nihil eſſe ex illis legendum, audiendum, ſed nec admittendum quidem.

9 ¶ Atqui verba ſententiæ debent intelligi ſecundum ius, & ne iuſtitia lædatur. Bal. Paul. *l. nota. 3 Cod. de negotiis geſtis.* vt etiam ipſi actores expreſſim fatentur, addentes legem 1. & ibi Bald. *C. de furtis.* & Philippus Decius *conſ. 43. ad finem. quæ contra eos retorquentur.* Quæ autem eſſet iuſtitia vel æquitas abolere dictas publicas conuentiones, tranſactiones, confirmationes imperiales, & ius inde domui Heſſicæ quæſitum, tollere? Ergo non debet ſententia intelligi, vt tollere voluerit, ſed conſeruare. Omnia enim iura dicunt eas conuentiones tranſactiones, &c. ſeruandas: Ergo ſententia debet ita intelligi vt excipiantur & conſeruentur.

10 ¶ Item flagitioſum eſt ſententiam velle detorquere ad iniquitatem, ſiue ad tollendum ius alteri quæſitum quod actores facere noluiſſent ſola verborum ſententiæ captatione, vt amplius nihil audiatur, nihil admittatur de illo iure, ex dictis conuentionibus, tranſactionibus, & confirmationibus imperialibus. Hoc autem non eſt tolerandum. *l. ex facto. ad ſ. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutio.* Sed quòd benignius eſt (videlicet ius quæſitum conſeruatum non ablatum eſſe) præferendum. *l. ſemper in dubiis. de reg. iuris.*

11 ¶ Quæ vera ſint etiam ſi tantum de iure cuiuſquis priuati ageretur: quantò magis hic, vbi de iure publico concernente ſtatum imperij & eius integritatem, quæ principaliter conſiſtit in conſeruatione ducatuum Landgrauiatuum, comitatuum, marchionum, & huiuſmodi membrorum integrorum imperij, quæ propriè ſunt iuris publici imperialis. §. *vltim. inſtit. de iuſti. & iure. l. 1. §. 1. ff. eod. titu. l. cum aus vetligal. de verbor. ſignific.*

12 ¶ Hæc autem membra quæ iura regalia & impenalia habent annexa, non competunt niſi per inueſtituras imperiales, nec ſunt in commercio, niſi per eaſdem inueſtituras ſolennes ſub vexillis imperij factas: ergo ad limites eatundem inueſtiturarum, quæ conſequenter ſunt iuris publici, & non iuris priuati: igitur nullo modo poſſunt infringi per ſententiam inter priuatos latam, ſicut nec pactis priuatorum. *l. ius publicum. ff. de pact.* Cùm autem inueſtituræ imperiales de membris imperij ſeu dignitatibus regalibus habeant vim legis publicæ. *l. pen. Cod. de donatio. inter virum & vxorem* Bald. *in fortioribus terminis l. ea lege. Cod. de condict.* ex lege ſententia contra illas lata, ipſo iure nulla eſt, vtpote lata non contra ius priuati, ſed contra ius legis ſeu conſtitutionis publicæ. *l. 1. §. Item cum contra ſacras. ff. quæ ſentent. ſine appellat. reſcindunt, l. 2. Cod. quando prouocare non eſt neceſſe.*

13 ¶ Rurſus allegant actores repugnantias, ſed quas ſolo verbotum tectorio pingunt. Nihil enim magis inter ſe & cum ipſa veritate & merito cauſæ conſentaneum quàm reum abſolutum in feudis maſculinis, & in reliqnis immobilibus Heſſicæ domui affectis per dictas conuentiones, fraternitates, &c. Elizabetham verò hæredem in dimidia teſtidui, cuius capax eſſe poteſt, & in legitima in mobilibus, & in pecunia, vt reus ſemper obtulit. Et ſic nulla repugnantia: ſed repugnantia eſſet & contorſio in verbis dictæ ſententiæ ſecundum ſenſum ſeu peruerſionem, quam actores verborum profluuio & captione inducere nituntur. Pariter allegant & cumulant abſurditates, ſed verbales & ineptè confictas. Atqui nulla maior abſurditas, quàm ſic interpretari ſententiam, vt contineat iniquum non ſolum contra veritatem & iuſtitiam facti & iuris, ſed etiam contra veritatem actorum & productorum, vt actores faciunt.

14 ¶ Nimis abſurdum eſt quod ad ſuam contorſionem colorandam dicunt ex Bald. in *l. de quib. col. 3 de legibus.* quod vbi ſermo in vulgari eſt dubius, debet transferri in Latinum, & tunc habebitur ſignificatum vulgare: quia primò verba dictæ clauſulæ non ſunt dubia, ſed clara. Secundò Baldus loquitur de vulgari notariorum Italiæ: quod à Latino depender, & magnum haber ſymbolum, quia de Latino transferunt in groſſum vulgare, & conita ſic vnum per aliud intelligitur. ſecus de Germanica dialecto, quæ nullam habet in communionem cum Latina vel altera lingua.

15 ¶ Tertiò, etiam ſi dictum Baldi hic poſſet adaptari (quod non) tamen non ſequitur quod in eodem genitiuo caſu transferri debeat in Latinum: ſed ſeruanda phraſis eſt linguæ in quam, & non è qua transfertur, ne è bono Germano malum Latinum fiat: quòd etiam pueri deriderent, & ſic noua & diſtorta tranſactio agentium rencienda eſt, retenta antiqua, propria & quæ hactenus cnam inter vtramque partem obtinuit tranſlatione dictæ clauſulæ.

16 ¶ Fruſtra verò dicunt fraternitates, & conſequenter infeudationes illarum gratia factas non debere attendi: id enim nullo modo probant. Sed idem eſt ac ſi dicerent legitimas conuentiones & tranſactiones etiam iuramento & multis Imperialibus decretis confirmatas, non debere ſeruari, & ſic plus licere ſorori collaterali quàm filiæ ipſius Vvilhelmi iunioris, quæ non poſſet deducere niſi nudam legitimam. Hæc autem Elizabetha vult totum auferre, cum nihil penitus de bonis fraternis (de quibus tantum contendit) petere poſſit. Quatenus frater ſiue in re, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, non in turpem perſonam diſpoſuit, cùm ſororibus nulla debeatur

tur legitima nec ſupplementum nullâque competat A inofficioſi querela, nec ad ſupplementum actio. *l. fratres. C. de inoffic. teſta. dixi in tract. de inoffic. nu. 3.*

17 ¶ Magis ineptè cauſificantur Vvilhelmum ſecundum non conſignaſſe, quia nullo iure conſignatio requiratur niſi ad finem conſequendæ liberationis ipſo iure a re depoſita vel conſignata, & transferendi cuſtodiam & periculum in aduerſarium, vt plenè dixi *in contractu commercio. & vſura nume 297 g. 39.* Cæterùm qui offert etiam ſi recuſante aduerſario retineat, impleuiſſe dicitur. *l. Iulianus. §. auferre. de actio. empti. l. iure emit. de conditio & demonſtrationib.* etiam ad finem implendæ conditionis de certa quantitate ſoluenda, quæ tamen debet in forma ſpecifica impleri. *l. Meuius. de* B *cond. & demonſt.* imò eo ipſo quod actores fatentur Vvilhelmum ſecundum liberatum fuiſſe pro iure ſi conſignaſſet, neceſſariò fatentur illum ſaltem ope exceptionis & in effectu liberatum, congrua oblatione, cuius etiam effectus eſt vt aduerſarium recuſantem in mora conſtituat, & tunc omnem omnium vſuratum vel penſionum vel redituum curſum, & omne intereſſe & incrementum ceſſare faciat, vt latè habent in dicto tractatu vſurar. *q. quadrageſima quinta, cum ſeq*

18 ¶ Satis etiam audacter & impudenter contra iura imperii loquuntur actores, dum aſſerunt comitatum Katzenelnbogenſem eſſe hæreditatium. Cùm enim ſit in confeſſo feudum eſſe, ergo non eſt hæreditarium: quia feuda, etiam priuata ſua natura non ſunt hæreditaria, ſed deuoluuntur inter ſuæ inueſti turæ. *text. in c. vnico.* & ibi Baldus, Aluaro. Præpo. *de* C *gradib. ſucc. in feud. c. 1. § hoc quoque.* & ibi gl. *in verb. Inueſtire. de ſucceſſ. feud. c. vnico.* & ibi Baldus, Aluarotus, *de nat. ſucceſſ. feud. in vſib. feud.* nec veniunt in petitione hæreditatis: ſunt enim ſeparata à trunco hæreditario. Bartolus *in l. item veniunt. § nunc videamus. de petitio. hæredita* Ioannes Baptiſta de Caccialub. *in rep. c. t. de feudi cognito.* Bald. *conſil. quadringenteſimo trigeſimoſeptimo, lib. 1* Franc. Zabarel. *conſ. ſexageſimoquarto.* Iaſ. *l. ſi poſt mortem in princ. de legat. 1. conſ. octuageſimoſeptimo, col 1. conſil. ccxteſimo quinquageſimo ſecundo, col. 3. conſil. ducenteſimoſeptimo, col. 3. lib. 2. Philip.* Deci. *l. 1. num. quadrageſimoſeptimo, ſi certum peta. conſ. ducenteſimo ſexageſimonone, num. decimoquarto.* nec veniunt in alienanone vel hypotheca bonorum vel hæreditaris, vt D in locis prædictis, & latè Matth. Afflictus § *in generali. ſi de feudo, defunct. conten. ſit inter do. & agna. in vſib. feudo.*

19 ¶ Et quamuis quandoque filius non poſſit habere feudum priuatum, niſi ſit hæres tamen non habet illud tanquam hæres, ſed iure feudorum ſeu inueſtituræ. Vnde quamuis non ſit hæres niſi in quota inæquali, vel in re certa, tamen capiet totum feudum, ſi eſt ſolus maſculus: vel capiet æqualiter cum fratribus etiam in maiori parte inſtitutis, idque ſororibus & extraneis hæredibus excluſis. Barth. Alex. Iaſon *l. ſi non ſortem. §. libertus. de conditio. indebiti.* Bart. *in l. iuſiurandum. § ſi liberi. de operis liberto.* Baldus E *in c. vnico, col. 3.* an agnatus vel filius defuncti. in vſib. feudo. & ſiue filius ſit hæres patris ex teſtamento, vel ab inteſtato, non dicitur ſuccedere in feudo ex teſtamento nec ab inteſtato, ſed iure feudorum. Bald. & omnes feudiſtæ *in c. 1. in prin. col. 2. verſ. quæro ergo quo iure. de ſucceſſ. feud. in vſib. feud.*

20 ¶ Quantò magis feuda regalia & imperialia, quæ non ſunt priuatorum, ſed principum imperij, & membra eiuſdem, & quæ non ſunt in commercio, niſi iuxta formam & teootem inueſtituræ Imperialis ſub vexillis publicè & Imperialiter factæ: & quæ ſunt iuris publici (vt dictum eſt) non poſſunt absque modo eſſe nec cenſeri hæreditaria.

21 ¶ Niſi prout dicuntur aliqui hæredes ſanguinis vel hæredes militares ad differentiam hæredum patrimonij, quibus deamerralitet opponuntur. Sunt enim huiuſmodi principes di talibus dignitatibus inueſtiti, conſiliarij imperatoris, tanquam ſenatores Imperij vt *in l. Imperialem. circa principium.* ibi conſilio ducum, marchionum, & comitum de prohibita feudi aliena. per Fridericum. *in vſibus feude. & in l Imperialis. § hortatu itaque & conſilio. de prohibita feudi aliena. per Lotharium. in vſib. feud.* Quod ſi feuda inferiora & priuata prohibentur alienari, & aliter quàm per fotmam ſuæ inueſtituræ deuolui, vt in dictis legibus.

22 ¶ Quantò magis feuda dignitatum Imperij, quæ ſunt præcipua & immediata eius membra, & ex quorum alienatione ſequeretur non ſimplex attenuatio virium Imperij, vt in dicta *l. Imperialis.* dicitur de feudis priuatis, ſed ruina & deſtructio Imperij, nullo modo poſſunt tranſire ad fœminas, nec ad alios quàm ad maſculos in inueſtitura Imperiali comprehenſos, & in conuentionibus publicis fraternitatum ab Imperatore ſolenniter approbatis: & ſic nec ſunt de hæreditate, nec de patrimonio propriè loquendo: ſed ſunt de his quæ generi vel poſteris data ſunt, quæ ad eos qui ex fœminis nati ſunt non pertinent, inquit text. *in l. 1. in fine de iure immunit. & in l. 3.* vbi latè Bart. de interdictis & relegatis. ideo nec in fiſcum quidem tranſeunt, ſed generi ipſi manent incolumia, *dicta l. 3. Oldrad. q. nonageſimaquarta.*

23 ¶ Ita vt patre cedente vel naturaliter aut civiliter motiente, filius eius locum ingrediatur, non ſolùm iure communi, vt in l. ſiqua plena. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris: ſed etiam iure prærogato & principali, hoc eſt, lege Imperiali ſeu inueſtituræ, publico Imperij iure & authoritate factæ, quæ vim legis Imperialis habet (vt ſatis dictum eſt, adeò vt ſententia contra huiuſmodi conſiaternitates & inueſtituras lata contra aliquem noceat ſequenti in gradu, ſed ſtatim locum ei apetiat.

24 ¶ Non eſt enim ſimile de legatis & fideicommiſſis priuatorum alienare prohibitis, quorum ad vitam alienantis tener alienatio. *l. peto. §. prædium. de legatis 2. l. vlt. C. communia de legatis.* Sed quemadmodum in feudis priuatorum, alienatio facta contra leges feudorum non tenet, etiam ad vitam alienantis, nec momento quidem, ſed vel ſtatim ad dominum reuertitur in feudo nono, vt in *c. vnico. de vaſſal. qui contra conſtitutionem Lotharij feudum aliena. & in l. Imperialis de prohibita feudi aliena. per Lotharium, & in l. Imperialem. § callidus. de prohibita feudi alien. per Fredericum in vſibus feuderum, vel in feud.* paterno auto vel antiquo, vt hîc ſtatim teuertitur ad agnatos omnibus alus excluſis, text. in *c. 1. §. hoc quoque,* & ibi gloſſa magna Iacob. Beluſi. Andte. de Iſernia in *§. ſi vaſſallus. ſi de feudo controuer. fuerit inter do & agnatos.* Baldus in *c. t. § denique quæ fuit prima cauſa beneficij ami in vſibus feudorum.* Alexand *conſ 2. lib. 5.* Carolus Ruinus *conſ 166 num. 5 lib. 1.* Hæc *alioquin* dictabat Carolus Molinæus Franciæ & Germaniæ Inriſconſultus, Vvormaciæ ptoptet inſidias aduerſariorum aliquot dies domi ſe continete à Vvilhelmo Landgranio inſſus, menſe Iunio, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo quinto, quo tempore idem princeps diffinitinam quatuor principum arbitrorum iudicio obtinuit contra Comtes à Naſſau, & principes Auriaci, & totam fere cametam Spitenſem, aolicos, & conſiliarios Catoli quinti Imperatoris qui illuc ad areſta ſua defendanda magna pompa confluxerunt.

THEMA CONSILII XXIII.

LAndgrauius Haſſiæ conceſſit duobus fratribus pratum ſub penſione annua, poſteà diuiſerunt: deinde alter fratrum obiit relicta filia nupta Petro, quæ mortua eſt relicto impubere, qui paulo poſt obiit, pater ei ſuccedit, ſed cognati attinentes auo materno & auunculo magno defuncti volunt ſuccedere in illa dimidia parte prati Quæritur quid iuris? Iacob Larſenerus vir bonus & doctus Landgrauij Haſſiæ fidelis conſiliarius teſtabatur conſuetudinem eſſe Haſſiæ, quod ſi coniunx moritur ſine liberis, ſuperſtes ei ſccedit, exceptis bonis auitis in quibus deſcendentes ab auo præferuntur, ſed quod aliàs nihil cautum de conſuetudine Haſſiæ, nec ſcitur hac in re vlla conſuetudo.

EPITOME CONSILII. XXIII.

Paterna paternis, auitna auitnis, quomodo intelligantur?

CONSILIVM XXIII.

VIſo præcedenti themate, & inquiſito quantum colligi poteſt de minoribus & conſuetudine loci videlicet illius vrbis Caſſellarum.

1 ¶ Soluto facilis eſt, partem præferendum. Is enim proculdubiò ſolus & in ſolidum vocatur iure communi & Imperiali, & in quo habet intentionem clariſſimè fundatam: nec eſt verum cognatos impuberis defuncti eſſe de familia primi acquirentis reſpectu partis, de qua agitur. Duo enim fuerunt acquirentes, nec agitur de parte pacificè poſſeſſa ab actoribus, quæ ſpectauit ad eorum ſtipitem, de cuius familia ſunt: ſed de parte alterius fratris: qui non eſt ſtipes actorum, qui etiam non ſunt nec fuerunt de illius familia, quia nec deſcenderunt ab illo, nec fuerunt in illius poteſtate: igitur ei ſiue quantum ad illum fuerunt ſunt extranei. *l. pronuntiatio. §. familiæ. l. familiæ appellatione de verborum ſignificatione. l. vlt. C. eodem titulo*, ita quod etiam ſi allegaretur & probaretur hic eſſe conſuetudinem paterna paternis, materna maternis, etiam vltra fratres fratrúmque filios. ita quod hæredia deberent reuerti ad eos etiam remotiores qui ſunt de linea, adhuc actores nullum ius haberent. quia non ſunt de linea illius alterius fratris, qui erat auus defuncti.

2 ¶ Cum enim ab initio fuerunt duo fratres acquirentes, vnuſquiſque fuit principium ſuæ lineæ, & duas diuerſas lineas fecerunt, & ſic nulla conſuetudo nullus vſus etiam Francorum poteſt actoribus patrocinari: ſed nec vſus quo coniunx ſuccedit coniungi liberis carenti, exceptis bonis anitis, in quibus deſcendentes è linea aui præferuntur: quia præter id quod ea particularis conſuetudo non recipit extenſionem ad correctionem iuris communis, iſti actores non ſunt de linea aui ipſius defuncti, nec ab illo deſcenderunt, & illa conſuetudo intelligatur ſecundum rationem iuris. *Can l. de emancipatis. ad finem. de legitimis hæredib. in l. quod ſcitis. & l. ſequenti. C. de bonis quæ liberis vt planè dixi in conſuetu. Pariſien.*

3 ¶ Minus iuuantur ex forma vel tenore contractus, quia non eſt feudum cum deficiat iuramentum fidelitatis, & homagij quod eſt de ſubſtantia: & ſi eſſet feudum, adhuc non prodeſſet eis, per eap. *1. de duobus fratribus de beneficio inueſtitur. in vſibus feudor. nec etiã eſt emphyteuſis.* ſed ſimplex conceſſio ad reditum, prout in dubio præſumitur, vt dixi in *conſuetudinibus Pariſienſibus. §. decimotertio. gloſſa & titulo ſecundo, in rubrica. Si eſſet emphyteuſis eis non prodeſſet per not.* Baldi, Alexandri Iaſonis. in *l. ſi mihi & Titio. de verb. oblig.*

4 ¶ Quod in contractibus non eſt locus iuri accreſcendi, & ſic ſoluta ſunt omnia contraria, & res remanet clara pro parte, & caſu quod dubia eſſet (quod non) adhuc in dubio iudicandum eſt pro eo pro quo facit ius commune. Et ita de iure cenſeo & concludo ego Carolus Molinæus, I. V. D Franciæ & Germaniæ Iureconſultus. Actum Caſſellis ſeptimo idus Auguſti, anno Domini ſeſquimilleſimo quinquageſimoquinto.

EPITOME CONSILII XXIV.

1 *Caſus contingens ex parte eius cui debetur, impedit pœnam & moram.*
2 *Vaſſallus non perdit feudum ſine culpa.*
3 *Et poteſt reſtitui in integrum.*
4 *Et actionem habet contra dominum ad inueſtituram.*
5 *Et fructuum reſtitutionem.*

CONSILIVM

CONSILIVM XXIV.

Pro principe Landgrauij Haſſiæ.

VIſo & examinato themate, ad primam quæſtionem iuxta ea quæ proponuntur, reſpondeo vaſſallum non eſſe priuarum nec priuandum feudo.

1 ¶ Diligentia enim ſua cum excuſat à pœna commiſſi tam ipſius feudi, quam fructuum, idque etiam mero iure. In omnibus enim pro implero habetur quoties per eum non ſtat qui facere debet, ſed per caſum contiogentem ex parte vel ex perſona eius cui impleri debetur, etiam in obligationibus dandis. *l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſt.* & multò fortiùs in obligationibus faciendis, vt hîc: in quibus impedimentum etiam ex parte & in perſona ſolios debitoris contingens excuſat non ſolùm à pœna (de qua nemo dubitat) ſed etiam à ſimplici mora, & ab omnibus effectibus moræ, *l. continuus §. illud, & ibi Bartolus de verbo oblig.*

2 ¶ Hîc autem conſtat de diligentia vaſſalli, & inſuper de domini ſiue abſentia ſiue impedimento: quanquam poſſit ipſi domino obiici culpa, quod abfuit non relicto procuratore idoneo in loco dominanti ad renouationes inueſtiturarum faciendas, vel offerentibus dandum inducias, aut congruum reſponſum. *l. cum quidam §. ſi pupillo. de vſur.* verùm non opus eſt de culpa domini inquirere, cùm ſufficiat vaſſallum non fuiſſe in culpa, per regulam feudalem in *rub. & per tot. de feudis ſine culpa non amitten. in vſibus feudorum.* non enim ſufficit lapſus temporis petendæ inueſtituræ vt vaſſallus feudo priuetur, ſed oportet lapſum eſſe culpa vaſſalli: vnde non curnit contra pupillum, *c. t. quæ ſunt prima cauſa beneficij amit. in vſibus feudorum*, & ſic nec contra illum qui diligentiam fecit, aut iuſtum impedimentum habuit.

3 ¶ Etiam nulla diligentia facta, & ceſſante impedimento iuris, ſed dato aliquo impedimento facti poſſet reſtitui in integrum. *l. & Atilicinus. ff. de ſeruitut. ruſtico. prædio.* quia certat de damno vitando, vt dixi in *conſuetudine Pariſ. §. 1. glo. 7. & §. 21. in fin.* Sed hîc propter præfatam diligentiam mero iure tutus eſt, nec indiget reſtitutione in integrum.

4 ¶ At ſecundam quæſtionem, primùm debet vaſſallus adire dominum, fidem & hoomagium conſuetum offerre, & inueſtituram petere iuxta notata per Bartol & omnes in *l. quidam Hyberus. D. de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.* idque teſtator faciat: quo recuſante vel differente, libellum dabit iudici, vt dominus teneatur eum inueſtire etiam præcisè *c. 1. in fine.* qui ſucceſſores feudo. dare teneantur in vſibus feudorum, & ad non ſolùm vtilem, ſed etiam directam actionem habet, videlicet condictionem ex lege vel conſuetudine feudali. Quòd ſi dominus occupauerit feudum, petet ſibi reſtitui, etiam eum fructibus à tempore occupationis.

5 ¶ Et ſi dominus non fuerit in dolo nec in culpa lata tenebitur reſtituere fructus ſub æſtimatione communi deductis impenſis. Sed ſi appareat dominum ſe ſtudioſè ſubduxiſſe, vel captaſſe occaſionem ad vaſſallum intercipiendum, tenebitur teſtitoere fructus non ſolùm perceptos, ſed etiam percipiendos ſub æſtimatione quanti plurimi nullis deductis impenſis, niſi gratia fructuum factis, qui etiam prædoni deducerentur. *l. fundus. ff. familia erciſcunde.* Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D. Franciæ & Germaniæ Iuriſconſultus. Datum Ricqueuillæ ſecunda Septembris, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimoquinto.

EPITOME CONSILII XXV.

1 *Sententia ſtricti iuris eſt.*
2 *Omnes actiones cedi poſſunt, etiam officium iudicis & executionis ſententiæ.*
3 *Emptor etiam ſine noua ceſſione habet actiones etiam ſuperuentas venditori.*
4 *Ceſſio non transfert poſſeſſionem.*
5 *Sententia lata contra vaſſallum non præiudicat domino, etiam ſcienti.*
6 *Sententia lata contra authorem nocet habenti cauſam ſcienti.*
7 *Sententia poteſt ſtatim exequi contra eum qui emit pendente lite.*
8 *Actio iudicati durat quadraginta annis.*
9 *Non ſolum perſonales actiones lite conteſtata perpetuantur ad quadraginta annos, ſed omnes quæcunque actiones.*
10 *Declaratur conſuetudo comitatus Burgundiæ.* 11.
11 *Perempta inſtantia adhuc ſupereſt actio.*

CONSILIVM XXV.

VISIS dubitationibus & obiectionibus do. Claudij Belini fiſcalis & imperialis in ſuperiore Sequanorum præfectura aduocati, & aliorum doctorum & aduocatorum è conſilijs ducis Vvirtembergenſis & comitis Montbelgardenſis.

1 ¶ Ad primum, quòd ſententia eſt ſtricti iuris reſpondeo, verum eſt, vt ſatis tetigi in annot. ad Alexand. *conſ.* 46. *col.* 1. *lib.* 1. *conſil.* 164. *num.* 2. *lib.* 12. & ad Philip. Deci *conſ.* 41. *num.* 4 Sed nullo modo obſtat, quia non agitur de vnico quidem apice addendo rebus iudicatis, ſed duntaxat de expreſſis non excedendo in aliquo. Secundò, non obſtat præfatum ducem nnn eſſe nominatum in areſto, hoc enim concluderet, ſi ex capite proprio executionem peteret: ſed cum veniat iure ceſſo, ſat eſt docere de ceſſione victoris.

2 ¶ Omnes enim actiones & perſecutiones tam reales quàm perſonales & aliæ cedi poſſunt, & conſequenter actio vel officium iuris, & ius executionis ſententiæ. *l. vlt. C. de hæred. vel actione vendita.* Quin etiam iura futura & actiones competitutæ cedi poſſunt, gl magna. Bald. Io. Fabet, Salic & omnes in *d. l. vlt.*

3 ¶ Hinc ſi venditor qui euictionem promiſit perſequitur iura vendita, & obtinet ſententiam, certum eſt emptorem ſine noua ceſſione executionem ipſo iure vendere poſſe, enam nomine ſuo habet enim omnes vtiles omnium directarum actionum authoris ſine noua ceſſione, *l. empter. C. de hæred. vel act. vend. l.* 2. *C. de act. & oblig. l. ſi cum emptor ff. de pactis.* Quod autem in dictis iuribus habetur de emptore, idem de ceſſionario, maximè quando pretium numetauis, vt præfatus dux vel Vlricus pater eius fecit: tunc enim verua eſt emptor, vt formula ceſſionis non indigeat: præterea clauſulæ generales quæ ſunt in dicto contractu ceſſionis omnia comptehendunt. Bat. in *l. ſi ager. ff. de rei vendic*

4 ¶ Minùs obſtat vulgare dictum pragmaticorum, quòd ceſſio vel contractus non ſaiſiunat, quia verum eſt: ſed hîc non agitur de poſſeſſione retinenda tanquam per dictum contractum quæſita, ſed adipiſcenda per executionem areſti, in quo proculdubio ceſſio ſufficit, cuius virtute habet nomine proprio omnia iora vtilia: quantum verò ad directa procurator eſt in rem ſuam irreuocabilis. text. *l. illam. C. de donationibus.*

5 ¶ Ad quartum non obſtant quæ ex commentariis meis in *conſuet. Pariſ* §. 30. *num.* 18. allegantur tria requiſita, quorum hic primum deficit, quia non agebatur de petitorio, ſed poſſeſſorio. Quoniam quæ ibi allegaui tendunt ad reprobandam opinionem Vldatici Zaſij, qui tenebat quòd ſententia lata contra vaſſallum, præiudicat domino feudi ſcienti per dictum §. *ſed ſcientibus.* Quod egu reprobaui per eundem textum ponderando ſingula in eodem textu contenta: ſed non ſequitur quòd omnia omni caſu ſint requiſita.

6 ¶ Quòd enim in dicto §. agebatur de reivendicatione, eſt contingentia facti, & exemplum quod non teſtringit, imò eſt exemplum in fortiori & indubitabiliori quòd fortius ampliatin iudiciis. Si ergo ſententia lata contra authorem, ſciente illo qui acquiſiuit ab illo, præiudicat etiam in petitorio: multò magis præiudicat in momentaneo poſſeſſorio, vel alio minus præiudiciali iudicio. Et ſic ſufficiunt duo videlicet ſcientia & iudicatum eſſe contra authorem, vt noceat habenti cauſam & ſcienti, etiam ſi habeas ius ante omnem litem: iſta verò hic concurrunt, etgo extra omnem dubitationis aleam

7 ¶ Imò ſumus in longè fortioribus terminis, quia non eſt opus via actionis, nec remedio *dictæ l. ſæpe* §. *ſed ſcientibus.* Quia aduerſarius non emit bona fide ante omnem litem, ſed mala fide, & poſt litem conteſtatam, ad eludendnm iudicium. & ſic recta via poteſt & debet areſtum contra eum vel hætedem eius exequi.

8 ¶ Minus obſtat triginta annos à ſecundo areſto lapſos eſſe, qnia reſpondetur primò quod actio iudicati (quando ſententia lata eſt poſt litem ſolemniter conteſtatam) durat quadraginta annis à tempore ſententiæ: vel vltimi actus poſt illam computandis, per ea quæ dixi in conſilia, non repeto Secundo, quod interuenit perſecutio & inſtantia ſuper executione per ſecundum areſtum, & ſic noua interruptio perpetuana ad alios 40 annos. & alia perpetuatio ante duodecim annos facta coram arbitris.

9 ¶ Minus obſtat quod l. vlt. C. de præſcipt. triginta vel quadraginta annorum non habet locum niſi in actione perſonali, vt tenet Philippus Corneus in *conſ.* 111. *num.* 12. *num.* 13. *lib.* 1. quia magis ſtandum eſt gloſſæ ordinariæ in *l. vlt. in verb. Extendimus.* quam Cyn. Bartol. Ioan. Fab Bald ibi ſequitur & Iaſon §. *penales. num.* 112. *Inſtitu. de actio.* quòd d l. vltima habet locum etiam in alis actionibus. Nec ſunt allegandi doctores ſed duntaxat vertatur ſolium, & inuenietur pagina ſequenti textius rotundus in *l.* 1. §. *ad hæc in fin. C. de annali except.* decidens quòd omnes actiones etiam ſi ſint perſonales in iudicium deductæ, & quæ cogninonalia acceperunt certamina, & poſteà ſilentio traditæ ſunt non 30. ſed 40. anni expectandi, ſunt computandi à tempore quo nouiſſimè litigatores tacuerunt. Igitue non eſt amplius locus vlli diſputationi, vel dubitationi etiamſi ſolus Sal in *d. l. vlt C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. & in l. cum notiſſimi.* §. *illud. col. vlt. cod. tit.* aliter ſenſerit non aduertens ad tex. ſequentem, *d. l.* 1 §. *in fin. de anna. except.* Quòd ſi Ferdinandus vel eius hætes teſumere poterat inſtantiam executionis ſententiæ, vt eſt in confeſſo: igitur & dux ceſſionarius, vtpote procurator in rem ſuam irreuocabilis per prædicta

10 ¶ Nec obſtat conſuetudo allegata per do. Chappuis *in conſuetudine comitatus Burgundiæ.* §. 52. *qui eſt.* §. 2. *tit. de præſcriptio.* quod inſtantia non perimitur, niſi 30. annis: quoniam d. conſuetudo non tendit ad coarctandum, ſed ad ptorogandum tempus præſcriptionis in fauorem iurium deductorum in iudicium: alinquin inſtantia triennio periniereetur. *l. properandum. C. de iudiciis,* Quod triennium per dictam conſuetudinem de cuplo & ad triginta annos extenditur, ergo militat pro nobis.

11 ¶ Præterea multum refert inter inſtantiam & actionem, quia peremptа inſtantia, adhuc ipſa actio durat annos quadraginta, ſi fuerat lis conteſtata, vt tenent gloſ. & doctores in *dicta d. probandum.* & eſt communis, imò concors & vniformis omnium legiſtarum & canoniſtarum ſententia. Tum quod fornus eſt, dicta conſuetudo loquitur & intelligitur de inſtantia propriè ſumpta, quæ currit à lite conteſtata vſque ad ſententiam diſinitiuam, non autem de inſtantia ſuper executione ſententiæ diſinitiuæ, quia in executione rei iudicatæ non eſt proptiè inſtantia, nec habet locum *in d. lege properandum.* nec conſequenter dicta conſuetudo, ſed petpetuo durat inſtantia vel quadraginta annis à die vltimi ſilentij. Iaſ. *in d. l. properandum in Princ.* Bald. *in l.* 1. *C. de execut. rei iudicatæ, l. conſentaneum. in fin.* C. *quomodo & quando iudex.* Alexand. *conſ.* 181 *in fin. lib* 6. & in omnem euentum ſemper ſupereſt actio, &c. Datum Planemonti, menſe Aprili. M. D. LVI.

THEMA

THEMA CONSILII XXVI.

Le cas eſt tel.

Eſtienne filz Bourgundoverat, & hæc omnia Burgundiæ dotionis quæ vocant la Franche Comté dont à pieces ancun ceux de Virtemberg s'efforcent diſtraire le Comté de Montbeliard, & le faire reſſortir à Spire, chambre Imperiale.

FEu d'illuſtre memoire Eſtienne* Comte & Seigneor de Montbeliard, & de Montfalcoo, &c. l'an mille trois cens nonante ſept par teſtament inſtitua ſes quatre filles ou filles de 100 fils mort eo Hongrie contre les Turcs eo ſes ſeigneuries & boiries, c'eſt aſſauoir, chacune en ſa propre portioo & part.

2 Leſquelles filles apres le decés de leur dit pere, qui fut l'an immediatemeot ſuinant accepterenr ledit teſtament & ioſtitutioo.

3 Tourefois leurdit pere ſubſtituendo & pronidendo, ordonna à ſeſdites filles auec les modifications & clauſules teſtamentaires, meſmemeot à ſa fille aiſnée Henriete, comme s'eo-ſuit, c'eſt aſſauoir.

4 La dire Henriete en la comté, chaſtel, ville, & forteresſe, rentes, appartenances, ſeigneuries, nobleſſes, & droicts de Montbeliard, ou chaſtel, ville, & forteresſe de Porrentruy, ou chaſtel, ville, & forteresſe de Granges, oo chaſtel, forteresſe Deſtobon, en la ville & chaſtel de Saulnot: ou chaſtel, ville & forteresſe de Clereu aux ſur Doubs: ou chaſtel, ville & forteresſe de Paſſauanr, & en toutes les rerres, chaſtellenies, villages, fieds, rierefieds, nobleſſes, ſeigneuries, & toutes appartenances, appendices & droicts quelconques deſdites villes, chaſtels, & forteresſes de Montbelyard, de Porrentroy, de Granges, Deſtodon, de Saulnot, de Clereuaulx & de Paſſauaot: & veut que le fied de la Roiche ſoit dudit Montbelyard.

5 Semblablement à chacone des autres trois filles, & entre antres propos eo l'inſtitution de la ſeconde, quant à la ſeigneurie de Verſel, dit-il, au chaſtel, bourg, & forteresſe de Verſel, ſi de droict & de raiſoo, il m'appartient & non autremeot.

6 Leſquelles ſeigneuries ainſi delaiſſées à ſeſdites filles notoirement oot appartenu andit ſeigneur teſtateur, ſoient comme franc allos oo fieds, Doot ſeloo les couſtumes du comté de Bourgongne faction de teſtament a lieu.

7 E apres les inſtitutions ſingulieres à chacune deſdites filles faictes, adionſte par clauſule expreſſe ce que s'enſuit.

8 Item veut & ordonne que les hoirs d'icelles filles ſucceſſiuemeot ne puiſſent par teſtameot ou ordonoaoce donner, charger, ordonner leſdites terres, & droicts deſdits partages à autres perſonnes, ne d'autre ligne qui ne ſoot venus oe deſceodus deſdits heritages & droicts: mais doiuent venir & retouroer tooſiours icelles terres, rentes, heritages, & droicts és plus prochains de la ligne, dont ils ſont veous & deſcendus.

9 Or eſt que deuaor cent ans ou couiroo, la fille aiſoée contre la diſpoſitioo & prohibition mentionnée au precedenr article, a tranſporté la ſeigneurie de Porrentrny à l'Eueſque, chapitre, ou Egliſe de Baſle, de laquelle ils ont iouy pacifiquemeut iuſqnes à preſeot.

10 Mainteoant, apres ledit temps paſſé, les deſcendans en ligne directe de ladite Henriete en vertu dudit teſtament & clauſule prohibitiue, ſubſtitution & fideicommis, &c. pour le recouurement de ladite ſeigneurie preteodeot actioo contre les detenteurs d'icelle.

Duquel cas poſé reſultent les queſtions ſuinantes.

1. PRemierement, ſi vne telle ou ſemblable ſubſtitution, fideicommis, & prohibition s'eſtend in infinitum.

2 Secundò, ſi oon io infioitum, iuſques au qnantieme degré.

3 Tertiò par quelle raiſoo & allegation du droict ciuil & canon.

4 Quarrò, ſinon à chacun des deſcendans d'vne meſme ligne ſon droict ſeparément ſoit reſerué & d'entier ſans auoir ancun eſgard, Combien il auoit des precedens, tout ainſi comme s'il eſtoit le premier ou ſecond apres la premiere née, attendu les mots de la ſubſtitotion & fideicommis.

5 Quintò, quid iuris, ſi ledit deſceodant par ligne directe eſtoit heritier de ſes predeceſſeurs, & reneretur ad præſtandum factum defuncti, vel defunctorum.

6 Sextò, mais s'il o'eſtoit pas heritier, ains auoit renoncé, ou pour le moins non accepté les hoiries de ſes predeceſſeurs, ſi iceluy ſe peuraider de ſes fideicommis, ſubſtitution & prohibition, comme choſe d'autres biens & alieos de ceux de ſes predeceſſeurs, attendu les mots declarez en ladite ſubſtitution.

7 Et finalement, depnis que notoirement oo tient, qne les ſeigoeories en ladite ſubſtitution mentioonées, ont eſté audit ſeigneur teſtatenr, & meſmemeot que ladite dame Henriette premiere née a donné à ceux de la ville & terre de Porrentruy leurs franchiſes, doot ils

en ont iouy iuſques au preſent. Veu auſſi la qualité du teſtateur, des teſmoings, & notaires pour lors preſens, ayans bonne cognoiſſance de tout l'affaire, ſinon parce il appert de preuue ſuffiſante, ou pour le moins ſempleine, que ledit teſtateur du temps de ſon treſpas fut ſeigneur proprietaire & immediat de ladite ſeigneurie de Porrentruy.

EPITOME CONSILII XXVI.

1 *Quæſtiones ſeptem ad quatuor puncta reducuntur.*
2 *Emptor non per hoc fatetur rem venditoris fallit ſi docet ſe aliunde habere ius.*
3 *Verba enuntiatiua probant inter contrahentes & cauſam habentes ab eis.*
4 *Teſtamentum debet omnibus edi, idem in codicillis etiam ſi publicata non ſint.*
5 *Non ſolùm negans poſſeſſionem, ſed etiam qualitatem poſſeſſionis, ſi conuincatur poſſeſſio debet in aduerſarium transferri.*
6 *Dominium per indicia probatur in antiquis.*
7 *Etiam per famam etiam ſecundum omnes quando agitur de dominio ante memoriã hominum.* 8.
10 *Verba quòd res debeant ſemper venire ad proximiores lineæ, important ſubſtitutionem realem.*
11 *Prohibitio alienandi cauſata inducit fideicommiſſum etiam tacitus fauor, vt quando deſcendentes ab aliqua ſucceſsiuè alienare prohibentur.* 12. 39.
13 *Vulgata authentica authoritate præſtant noua editione Haloandri.*
14 *Limitatio dicta auth. ad quartum gradum non habet locum quando ceſtator expreſsit ſe velle bona perpetuò manere in ſua ſtirpe.*
15 *Filius non poteſt rem certam eligere pro ſua legitima etiam alienando.* 16. li. 44.
17 *Quæ vendicari poſſunt non confundantur in aliquo facto inuentario.*
18 *Præſcripcio non incipit currere ante ſingularum ſubſtitutionum euentum.*
19 *Adhuc contra ſingulos ſubſtitutos non currit longi ſed longiſsimi temporis præſcriptio quadraginta annorum à tempore minoris ætatis.* 20.
21 *Nec incipit contra nondum natos.*
22 *Vera eſt diſtinctio Pauli in* l. vlt. § ſin autem. ff. communia de legatis.
23 *Contra valentes agere ad declarationem currit præſcriptio.* 31. 38.
24 *Præſcriptio centum annorum ſeu immemorialis habet vim conſtituti.*
25 *Et nunquam cenſetur excludi, & habet vim tituli non hominis ſed legis.* 25. 28. 32.
27 *Et omnes prohibitiones, & omnia impedimenta antecedit.* 30.
29 *Præſcriptio quadraginta annorum eſt vniuerſalis.*
31 *Poſt centum annos omnia vacillant.*
32 *Heres grauatus non præſcribit longo tempore ora fideicommiſſarium, ſecus in tertio poſſeſſore.* 34.
35 *Creditor etiam hypothecarius poteſt cautionem exigere.*
36 *Etiam in contractu iuris.*
37 *Et etiam pendente conditione legati vel fideicommiſſi.*
39 *Declaratur.* § fratre in l. peto. delegat s 2. 40.
41 *Infinitas reprobatur.*
42 *Grauatus fideicommiſſi poteſt alienare vſque ad legitimam, quæ tempore mortis ceſtatoris attenditur.* 43.
44 *Et rem certam alienando videtur eam eligere pro legitima, ſi non habet ſocium.* 45.
46 *Et ſi non poſſet eligere, niſi vocato fideicommiſſario per longiſsimum tempus confirmatur electio.*
47 *Ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.*

CONSILIVM XXVI.

Iso & diligenter examinato themate ad me tranſmiſſo per comitem Georgium comitem Vvirtembergenſem & Montbelgardenſem, ſuper oppido, arce, & ditione de Pourrentraco.

1 § Præſuppoſita ſpecie facti in eo themate contenta & ſeptem quæſtionibus: cauſa certè grauis eſt, vtque Chriſti Redemptoris vnici nomine priùs inuocato, ad diſcuſſionem & reſolutionem analyticam multiloquio omiſſo, me accingam, totius cauſæ & litis futuræ cardo ad quatuor puncta, ex his quæ in præſentiarum ptoponuntur, reducitur: ad quæ ſeptem illæ quæſtiones in effectu reducuntur. Primum ſi poſſeſſores ſeu rei futuri negent ſe habere titulum, poſſeſſione immemoriali duntaxat nitentes (vt facere ſolent qui de iure diffidunt, & longiſſimam poſſeſſionem prætexunt) an tam per teſtamentum Stephani quondam comitis Montbelgardi, & Domini Montisfalconis, quàm per immunitates ſeu libertates ſubditis Poorrentraci datas à Do. Henrieta præfati Stephani nepte præfati comitis, Georgij ptoauia, & per famam ſufficienter probetur dictum Stephanum teſtatorem fuiſſe, dominum & poſſeſſorem dictæ tertæ & ditionis de Pourrentraco. Secundum an in dicto teſtamento ſit ſubſtitutio gradualis io infinitum extenſa, & in ea comprehendatur & vocetur præfatus comes Georgius. Tertium, an hæres vniuerſalis mediatus vel immediatus dictæ D. Henrietæ ab hac ſubſtitutione, & à vendicando excluditur? Quartum, ſi actor non ſit hæres, an' præſcriptioue temporis immemotialis excludatur? cum rei futuri, iam (vt in themate dicitur) vltra centum annos pacificè poſſederint. Secundum punctum. Tertium punctum. Quartum punctum.

2 § Ad primum certum eſt quòd ſi conſtet de prætenſa donatioue vel legato per dictam dominam Henrietam facto epiſcopo, capitulo, & eccleſiæ Baſilienſi ſatis probatum erit (etiam in præſenti grauiſſima cauſa) de dominio & iure præfati Stephani teſtatoris, & multò magis ſi rei titulum illum allegent, & producant, quaoquam enim alias *gl. 4. in princ.* & expreſſius ibi Ang. Peruſ. in *l. 1. ff. de publiciana in rē actione*, teneant quod etiam emens ab aliquo non videtur ſatis tem eſſe venditoris, & ſequitur Alex. *conſ. 92. Perſpectis hu nume.* 1. vbi in annot. tetigi *lib. 1. conſ. 43, nu. 9. lib.*

lib. 4 conſ. 185. numero 3. lib. 5 conſ. 115. lib. 6. Franc. Purpura. *l. 2. numero 103, C. de edendo.* & dixi & limitaui *in conſu. Pariſi. §. 3. gl. 6. nu 5.* tamen hoc ſanè intelligendum eſt, quatenus habens cauſam ab aliquo dicere poteſt non de iure authoris, ſed ſe aliunde ius habere, vel ad alium ſpectare.

3 ¶ Aliàs interim & in dubio certum eſt quod verba etiam enunciatiua in contractu vel alia diſpoſitione poſita fidem plenam faciunt inter ipſas eaſdem partes, earumve ſucceſſores, vel cauſam habentes, text. in l. optimam. C. de cuntrahenda & committenda ſtipula. & dixi *in conſuet. Pariſi. §. 60. q. 2. & in annot. ad Alex. conſ. 11. nu. 1. lib. 6. ad hoc quod fortiùs tradit* Sal. *in l. cum res. C. de probat.* quantò magis diſpoſitiua verba, vel diſpoſitioni neceſſario vel immediatè coniuncta, plenam fidem facient? Quam primum ergo de dicta dooatione vel legato conſtabit, ſatis furdata erit intentio domini Comitis quantum ad illum primum punctum,

4 ¶ Quod ſi rei non edant titulum, ſed vtantur cautela Inn. qui ait in e. dudum. extra de decimis melius eſſe non edere titulom, quam edere, ſed nullum reſolutum vel terorquendum. Dico primò quòd ſi eſt teſtamentum, tenebuntur rei exhibere teſtamentum dominæ Henrietæ, etiam ſi dominus comes non dicat ſe illius hæredem. *text l. 1. ff quemadmodum teſtamenta aperiantur.* omnibus (inquit) quicunque deſiderant, tabulas teſtamenti inſpicere, vel etiam deſcribere, deſpiciendi deſcribendique poteſtatem facturum ſe prætor pollicetur, ſine ſuo, ſiue alieno nomine perant, vt ibi, & ſiue teſtamentum valeat, ſiue non, ſiue ab inirio, ſiue poſtea ruptum, ſiue etiam falſum vel ab inhabili conditum dicatur, & indiſtinctè *l. 1. §. ſiue autem. §. proinde ff. de tabu. exib.* Idque ſpeciale eſt in teſtamentis vel codicillis, etiam ſi publicata non ſint quia de publicatis non eſt dubium cùm in publica acta & monumenta tranſierint: *l. publicati. C. de teſtam.* & dixi *in l. 1 C. de edendo. in lectura Tubingenſi.* tenebuntur ergo edere, vel ſe intamento purgare.

5 ¶ Secundò dico quòd ſi iuraverint ſe non habere, nec dolo deſiſſe, ſi dominus comes poſſit aliunde probare, & bene vtiliter faciet, nec ſibi præiudicabit quaſi approber contenta: quia non facit adhuc finem, ſed ad finem probandi de iure primi teſtatoris, & de contrauentione facta per Hentietam. Tertiò dico quòd ſi rei negauerint ſe habere teſtamentum, donationem, vel alium titulum, ſiue ſe accepiſſe & poſſediſſe, illo titulo, & poſtea conuincantur illo tantum titulo accepiſſe: poſſeſſio transferenda erit penes dictum comitem *l. vlt. ff. de rei ven.* quæ quamuis loquatur in poſſeſſore negante ſe poſſeſſorem, tamen idem in negante qualitatem poſſeſſionis de qua agitur, & quæ eſt pertinens & deciſoria, ſi tamen reus dolo vel lata culpa negaſſe conuincatur, quia deciſio & æquitas d. l. vlt. principaliter fundatur in dolo, & in odium tergiuerſationis & illuſionis iudicialis. Ad hoc Bald. in *c. 1. ſi de feud. fuc. controuer. inter domi. & agnat. col. 1. in vſib. feud.* Lud. Rom. *conſ. 70.* Guid. Papæ *conſ. 3.* Ial. *Inſt. de actio. §. omnium. numer 86.* Hyppol. Marſil. *ſing. 242.* Matth. de Afflictis *deciſ. Neap. 18.*

6 ¶ His autem ceſſantibus nihilominus puro tam per teſtamentum illuſtris Henrici, quàm per dictas immunitates datas ciuibus & incolis dicti loci, quàm per famam publicam, ſatis probatum iri de iure & poſſeſſione tam primi teſtatoris domini pleni, & indubitati, quàm dictæ Henrietæ dominæ temporalis, ad onus fideicommiſſi: quæ enim non proſunt ſingula, multa iuuant. Tum in antiquis dominium per huiuſmodi indicia ſimul iuncta etiam plenè probatur. Bal. Sal. & alij in *l. indicia. C. de rei vend.*

7 ¶ Imò etiam quòd per ſolam famam plenè & conA eludentet probetur dominium in antiquis tradit Ang. in *l atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt* Bald. in *l. proprietatis.* & ibi An. *C. de proba. in l. conuenticulam. co. pe C. de epiſc. & cle. in auth quas actiones. ad fin. de ſacroſanct. eccleſ. in l. cum ſuper. C. de rei vendic. in l. bonæ fidei. in vltima columna. C. de rebus creditis & eſt communis ſententia doctorum, vt tradit* Alexand. *conſ. 6. num. 22. conſ. 24. num. 11. conſ. 116. col. 2. lib. 5. conſ. 139. num. 11. cum ſequen. lib. 6. & in l. rem quæ nobis. colum. vltim. de acquir. poſſeſſ.* Franciſ. Areti. *con. 37. in princip.* Franc. Curtius ſeniot *conſil. 69. numero 5.*

B 8 ¶ Imò etiam eſt opinio omnium quando duo concurrunt. Primum quòd non agatur de probando dominio præſenti actoris, ſed tantùm de probandi dominio antiquo. Secundò quando agitur de tempore excedente memoriam huiuſmodi, vt centum annorum. Hæc autem duo ſimul concurrunt, & ſic ſtat præiudicata opinio omnium doctorum etiam ſolam famam & communem opinionem plenam fidem facere in hoc puncto. Alexan. *conſ. 139. num. 11. 12. 13. lib. 6. & conſil. 24. num. 12. conſ. 108. num. 17. lib. 7.* Philip. Deci. in *c. dilecti. colu. 4. de appellat. & in conſ. 418.* Cùm autem præter id concurrat, & ſecundò teſtamentum præfati Stephani, & tertiò qualitas perſonæ, qui erat princeps optimæ famæ & optimæ opinionis, bonæ & timoratæ conſcientiæ, vt etiam apparet per idem teſtamentum, vbi circa caſtrum & oppidum de Verſel opC ponit clauſulam & limitationem bonæ & innocentis conſcientiæ teſtem, dicendo ſi de iure & de ratione ad me pertinet, & non aliàs: quam clauſulam non appoſuit circa arcem & dirionem de Pourrentraco.

9 ¶ Quartò concurſus amoris & honoris quem ferebat Henrietæ oepti ſuæ primogenitæ, quam pei honoratam voluit: & omnino certum eſt quòd illam & ſuos ab ea deſcendentes, & conſequenter præfatum comitem Georgium pronepotem illius deceptum iri noluit, & omnino multò minùs decipi, quàm ſecundò genitas, in quibus religiosè & ex ſimplici ſuſpicione dictam clauſulam appoſuit: quam proculdubio, & multò magis appoſuiſſet circa dictam tettam de Pourrentraco pornoni primogenitæ affignatam, niſi certum habuiſſet illam ad ſe pleno iure pertinere. Quiotò coocurſus immonitatum ciuibus, & habitantibus dicti loci per dictam Henrietam poſteà conceſſatum, D quod eſt antiquum publicum monimeotum & notorium tabellione non ſolum publico, ſed etiam populari & permanenti. Sextò concurſus aliorum contractuum vel actuum dictæ Henrietæ de eadem terra vel pertinentiis. Septimò concurſus aliorum inſtrumentorum quibus apparet dictam Henrietam fuiſſe neptem in linea directa dicti Stephani & primogenitam ex Henrico patre Stephani filio, ex quibus primus iſte articulus eſt indubitatus.

10 ¶ Ad ſecundum principale punctum non eſt dubium quin clauſula illa teſtamenti, ibi, item volo & ordino quòd hæredes dictarum filiarum ſucceſſiuè, &c. iuncta clauſula, ſed debeant venire & teuerti ſemper ad proximiores lineæ, vnde proceſſerunt, importent ſubſtitutionem, eámque gradualem & tealem, E in infinitum, per iura & rationes quas in aliis conſiliis, ſuper eodem teſtamento, ſed in aliis canſis dedi, non tranſcribendo, ſed breuitatis cauſa (cùm etiam idem comes vel dux nepos eius ea penes ſe habeat) pro tepetitis hîc habendo.

11 ¶ Præterea per aliam clauſulam eiuſdem teſtamenti Henrieta eſt nominatim, ſpecificè, ſpecialiter, & abſolutè prohibita alienare, nec eſt prohibitio nuda, ſed cauſata vt bona maneant in linea, quæ importat fideicommiſſum ſecundum Bartol. Alexandr. & omnes in *l. filiusfamil. §. duo. de legat. 1. & omnes vbique.* Item, liquet quod ea prohibitio ſic facta eſt, non ſolùm fauore ſororum (ſi Henrieta

prædecederet ſine liberis) ſed etiam fauore liberorum & deſcendentium ex Hentrieta gradatim & ſucceſſiuè, ſi quos relinqueret, vel per relictos ab ea relinqueretur: ſed prohibitio facta fauore alicuius, etiam ſi fauor ille ſit tacitus, tamen eo ipſo ea prohibitio importat fideicommmiſſum & grauamen de reſtituendo perſonæ vel perſonis, quorum fauore vel contemplatione ea prohibito etiam tacitè & verſimiliter facta eſt. texti rotundus in *l. qui filium & filiam.* & ibi Bart. *ff. ad Trebellian.* Et ita iudicatum fuit ſententia imperiali, vt ibi refert iuriſconſultus, vt ſic etiam ex eo ſolo probata eſt ſubſtitutio.

12 ¶ Quæ etiam probatur ex eo quòd deſcendentes ab ea ſucceſſiuè alienare prohibentur, idque ex B cauſa honeſta & perpetua: ergo neceſſariò vocati cenſentur, & eidem Hentrietæ ſubſtituti, etiam ſi Henrieta non fuiſſet nominatim & ſimpliciter prohibita, *l. ab eo, de fideicom. l. planè*, 2. *in fin. cum l. ſequent. de legat.* 1. *l deasque*, §. *interdum de peculi. legat. l. Titio Seio*, §. *Seia, de legat.* 2 *l. alio de aliment. leg. l. ſi ita ſtipulatio, de oper. liber. cum vulgaribus.* quantò magis triplici vinculo ſimul concurrente: Primò prohibitione expreſſa & abſoluta Hentrietæ factæ: Secundò prohibitione deſcendentium illius ſucceſſiuè: Tertiò diſpoſitione & affectatione expreſſa & reali ipſorum hæreditorum, ad proximiores lineæ ſucceſſiuè per relationem ſpecificatam, ibi, *ſcelles terres*, affectatione expreſſa & reali ipſius tertiæ de Pourrentraco, relatum eoim eſt io referente etiam propriè, *l. ſi defenſor*, §. *qui interrogatus.* & ibi Bald. *ff. de interrog. act* Igitur certum & eſt indubitatum præfatum comitem Georgium pronepotem Hentrietæ proximio- C rem de linea illios eſſe ſubſtitutum & vocatum ad omnia hæredia, terras, ditiones, in quibus dicta Hentrieta fuit inſtituta, & nominatim ad dictam tertiam de Pourrentraco.

13 ¶ Nec obſtat nouella 159. de reſtitu. fideicom. quæ in tit. habet *μέχρι ἐνὸς βαθμοῦ*, id eſt. vſque ad vnum gradum, vt vertit Gregor Haloand. quia dico non eſſe in hoc ſtandum literæ nouæ editionis Haloandri, quæ eſt apocrypha, non prototypus nouellarū, ſed rhapſodia corrupta cuiuſdam ſcholaſtici: ſed in ſubſtantialibus ſtandum authenticis noſtris communibus, quæ ſunt veræ authenticæ, & ab antiquo tempore Inſtiniani ex ipſo archetypo *κειμένου* (iuxta præceptum Iuſtiniani in *l.* 2. *colum pen. C. de veter. iur. enucl.*) tranſ- D latæ partim etiam Latinæ ab ipſo Iuſtiniano editæ, vt nouè docui in *tract. commer. & uſura, q.* 1. *num.* 67. & pleniùs nupet interpretando, *l. Lucius Titius, de vulga. & pupilla in academia Dolana, & in meo commentario in nouellas.* Standum ergo literæ vulgatæ & communi & in vſum receptæ, quæ habet quòd vſque ad quartum gradum, vt etiam antiquam hanc tranſlationem probat Andr. Alciat & reprehendit Haloander, *lib.* 4. *μεϊζονες* c. 2. *in fin. dicens quòd liber nouella.* Haloand. corruptus fuit in tit. vbi pro *μέχρι ἐνὸς βαθμοῦ*, legendum erat *ἐνὸς βαθμοῦ*, id eſt in quarto gradu. Præfatus autem comes Georgius qui eſt pronepos Henrietæ directò inſtitutæ, & ſic tertius ab illa, non ſolùm eſt infra quar- E tum, ſed etiam infra tertium gradum, quia eſt tertius ab ipſa primariò inſtituta & primò grauata, quæ non debet computari, vt decidunt Iacob. de Beluſio & Angel. in *d. authent. de reſtit fideicom.* §. *nos autem* Alexand. *conſil. 56. in prine. lib.* 1.

Supra conſ. 57. in fin.

14 ¶ Præterea limitatio d. authent. locum habet in caſu ſuo & ſuis circonſtantiis, vt in alio conſilio nuper in carcere Blancmontano in alia materia reddito dixi non autem quando reſtator expreſſit ſe velle bona perpetuò manere in ſua linea, vt hic diſpoſuit quod debeant ſemper venire & redire ad proximiores lineæ, quo caſu fi commiſſum in infinitum extenditur, vt decidit Iacob. de Beluſio in *d. authen. de reſtitut. fideicommiſſ.* Alexand. *conſil. 56.* Andreas Barbat. in *l. cum acutiſſimi columna 68. C. de fideicommiſſ. dicens ita con-* A *ſuluum per collegium Bononienſe.* Idem Alexand. *conſil. 59. numero 4. libr. 4.* Iaſ. *l. vltim. columna. 2. C. de hæredit. inſtit. & conſil. 4. numero 3. libro primo, l filiusfamil.* § *diui lectu.* 1. *in fin. de legat.* 1. Philip. Decii. *conſil. 481. numero 9. conſil. 516. num. 16.* Ioan. de Montefertato in *repet. d.* §. *duo. chart 6. columna* 1. Hieron. Gratus *conſil. 31. numero. 24. conſil. 133. ad fin. lib.* 2. Iaſon. *conſil. 4 numero, 3. lib.* 1.

15 ¶ Nec prædictis obſtat ſi dicatur, quòd dicta ditio de Pourrentraco non excedebat legitimam dictæ Hentrietæ, vt magnitudo ditionum (quæ in themate artic. quarto, & plenius in teſtamento d. Srephani narrantur) ſatis oſtendit, quia filius non poteſt rem certam eligere pro ſua legitima. Bartol. in *l. ſuus quisque in princ. ff. de hæredit. inſtituend.* Bald. in *l. iubemus. C. ad Trebell. latè.* Alex. *conſil.* 127. *numero* 21. *vbi in annotat. dixi lib.* 6. & vltra ea quæ, ibi dixi, ita tenet Rimin. *conſil.* 57. *numero. 25. lib.* 2. Catol. Rnin. *conſil. 57. columna vltim. lib* 2. Petr. Paul Parſienſ *conſil* 52. *num.* 32. *lib.* 2. quamvis pater ſeu teſtator hoc poſſit. Alexand *conſ* 2. *lib.* 5. vbi in annotar dixi, Carol. Rui. *conſ. 5. nu.* 24. *lib.* 2.

16 ¶ Ita vt etiam alienando de facto non videatur nec poſſit filius eligere rem alienatam pro legitima, vt tenet Baldus *conſ.* 217. *lib.* 1. Paulus Caſtrenſis *conſil.* 247. *numer.* 4. *libr.* 1. Bulgari *conſil.* 1. *colum.* 1. Guido Papæ *deciſio.* Delphin, 606. Philip. Cornel. 182 *colum.* 1. *lib.* 1. Philippus Dec. *conſ.* 23 *nu* 15. vbi in annot. tetigi.

17 ¶ Ad tertium nulla difficultas eſt iuris, ſed facti, quia ſi præfatus princeps eſt hæres, non dico ſanguinis) ſed ipſius hæreditatiæ ſucceſſionis, mediatè vniuerſalis, in totum excluditur, tuſi eſſet hæres per beneficium inuentarij, quia tunc non excluderetur in aliquo: quia ea quæ ſunt in vendicando non confunduntur, facto legitimè inuentario, vt nota. in *l. debitori, C. de pactis, l. vlt. de iure deliber.* ſed vſque ad vires inuentarij teneretur in id quod interest Quod ſi eſſet hæres in parte, idem dicendum pro rata illius partis, *l. cum à matre. C. de rei vendica, l. venditrici, C. de rebus alienis non alienandis.*

18 ¶ Ad quartum communis ſententia eſt, in ſingulis ſubſtitutis vel ſingulis gradibus, ſingulas & nouas requiri præſcriptiones, prout in ſingulis nouum ius quæritur ex noua conditione & commiſſione ſubſtitutionis ſuperueniente, quia ante illam ſuperuenientis conditionis exiſtentiam, nec ius nec actio oritur, *l. cedere diem. de verb. ſig. ff. & C quando dies legat. vel fideicom cedat. per totum.* Et ſic non poteſt præſcriptio incipere contra quemlibet, ante ſubſtitutionem ſibi apertam, & antequam cum effectu agere poſſit. *l. cum notiſſimi.* §. *illud. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum l.* 1 *in princ. &* § *vlt. C. de annal except. l. puer.* §. *vlt. ff. de dol. mali excepe. cum vulgarib.*

19 ¶ Adhuc aperta ſubſtitutione non currit ſubſtitutio (qui iam agere poteſt) longi temporis præſcriptio, quia illa in hac materia ſublata eſt, vtpote deficiente titulo, & eo ipſo iure reſoluto & decreto irritanti legis pro infecto & non-ſcripto habito. *l. vltim.* §. *ſin autem. C. communia de legatis.* Saltem quando, vt hic poſſeſſor non habet titulum oiſi à perſona prohibita, vt per Bald. in *l.* 2. *C. de uſucapio. pro empt.* Et ſic tantum relinquitur præſcriptio longiſſimi temporis, vt in *d.* §. *ſin autem.* expreſſè decidit Paul. Caſtrenſis & Alexand. *conſ. 59. lib.* 5. Socy. *conſ.* 251, *col. penul lib.* 2. Philippus Corneus *conſ.* 38. *Placet col.* 4. *lib.* 1. *conſ.* 304. *rem arduam col.* 4. *lib.* 3 Iaſ. in *l. filiusfa.* §. *duo lectu.* 1. *col. vlt. de legat.* 1. Quæ contra quemliber ſubſtitutum incipit demum à tempore ſubſtitutionis ei apertæ, vt dictum eſt & ſic præfatus comes non poteſt excludi niſi longiſſimo tempore à die ſubſtitutionis ſibi apertæ

20 ¶ In quo non ringima tantum anni ſunt computandi, ſed quadraginta anni propter concurſum hypothecariæ *l.* 1. *C. communia de legatis.* de quo tempore

quadragenatio deducenda eſt pupillatis ætas eiuſdem principis ipſo iure, & reliquum tempus minoris ætatis per beneficium reſtitutionis in integrum. *l. vlt. C. in quib. eau. in integ. reſt. non eſt neceſſ. l. ſicne. §. pen. C. de præſcript. triginta vel quadraginta an.* 21 ¶ Vnde contra nondum natos nunquam incipere poteſt vlla præſcriptio. Alexand. *conſ.* 101. *col. pen lib.* 7. Paulus *conſ.* 247. *colu* 3. *lib.* 1. *in nouis*. Philip. Decius *conſ.* 368. *ad fin. conſ.* 498. *col. penul.* & latè Hieron. Gratus *conſ.* 103. *colum. antepenult. cum ſequent. lib.* 2. imò etiam nec contra iam natos concurrere incipit, ſi agere non poſſint. Pald. *in authen. vt ſi cercennale. verſic. ſed quid dices. C. de bon. matern.*

22 ¶ Non obſtat quod Bart. in *l. filiusfam. §. diui. ead. vlt. de leg.* 1. tenet rem etiam per teſtamentum alienari prohibitam præſcribi poſſe, vt etiam ibi firmat Alex. *col. vlt. & Iaſon in lect.* 2. Idem Bald. *l.* 1. *C. de ſeruis fugitiuis, & ſequieur* Franciſc. Bald. *tract. de præſcript. in quinta parte quinta partis principal. q.* 4. *nu.* 4. dicens eſſe vetiorem & magis communem ſententiam, vt etiam longo tempore cum titulo & bona fide præſcribi poſſit reiecta diſtinctione Paul in *d. §. fin autem.* quia imò veriot & communior eſt opinio & diſtinctio Pauli quia quamuis teſtator ipſe non poſſit annullare titulum & præſcriptionem ſequentem, tamen. *lex poteſt, vt l. ap ertè facit in d. §. fin autem.* Et hæc vehementer intentionem comitis Mortebelgardenſis iuuant & confirmant.

23 ¶ Sed in contrarium vrget. Primb quod interea temporis etiam ſi ſubſtitui non poterant petere vel vendicare, tamen poterant agere ad declarationem, videlicet vt bona per extraneos poſſeſſa declarareotur ſubiecta & hypothecata fideicommiſſo in caſum & euentum dictarum ſubſtitutionum, & ſic interrumpere omnem præſcriptionem: quod ſi neglexerint in negligentia fuerint, & ſic ſaltem longiſſimo tempore triginta, vel ad ſummum quadraginta annorum ſpatio excluſi ſunt etiam à futura ſucceſſione. Ita decidit Philippus Cornens *conſilio* 304. *colum.* 11. *lib* 3 *facit text. in l. ſi contendat*, vbi Bart. & alij *de fideiuſſo.* vt hãc ſententiam refert Aymo Crauetta *conſil.* 67. *in fin.* vbi non audet firmare, nec ego (etiam ſi meminero aliàs ita in ſupremo ſenatu iudicatum Pariſiis) niſi prout inſtrà dixi.

24 ¶ Secundò ſortiùs vrget, quia hic non ſolùm eſt tempus longiſſimum, ſed etiam immemoriale pluſquàm centum annorum, quòd ſecundum communem doctrinam dicimur tempus immemoriale, vt tradit Cyn. Bald. in *l* 2. C. *de ſeruit. & aqua. Cepol. in d. tract. de ſeruitu. verba. prædior. c.* 119. Franc. Bald. *in tractatu de præſcrip in ſecunda part.* 3. *q.* 6. *nu.* 24. & dixi *in conſuet Pariſ. §.* 5. *num.* 6. huiuſmodi verò tempus habet vim conſtituti *l. hoc iure §. ductus aquæ. de aqua quot. & æſti* Nec dicitur præſcriptio, ſed titulus, qui quidem titulus non eſt abolitus, nec reſolutus per *dictam l. vlt. §. ſin autem. C. communia de legatis.* nec per aliam legem, 25 ¶ quia huiuſmodi exceptio temporis immemorialis nunquam cenſetur excluſa etiam per legem prohibitiuam, nec per quæcunque verba vtuerſalia, quamcunque præſcriptionem excludentia, vt tenent Panorm. Felyn. & alij *in rubr. extra de præſcrip texe. iunctis gloſ. & ibi Angel. in authenti.* vt de cæteto commutationes non fiant. Bald. Angel. in *l.* 1. C. *ne cui dominicæ, vel templorum. in l. omnes C. de præſcrip triginta vel quadraginta annorũ.* Bald. *d.* 1. *columna ſecunda.* C. *de annali excep.* Alex. *l. nemo poteſt. columna vltima. de lega primo.* Fran. Balb. *in tractatu præſcriptionum in quinta parte quinta partis. q. nona. dixi in conſuetud. Pariſ. §. ſeptimo, num.* 12. *& §.* 80.

26 ¶ Nec obſtat ſi dicatur quod licet tantum temporis habeat vim legitimi tituli, tamen non debet maior eſſe vitiaciti illius vel præſumpti tituli, quam expreſſi. Et quòd nulla præſcriptio temporis incipit antequàm agi poſſit, quia reſpondetur, quòd comparatio tituli tacit & expreſſi locum habet in titulis eiuſdem generis, puta ab homine vel præſumptione hominis, ſiue à præſumptione legis de titulo hominis: non autem in heterogeneis, vnde non valet argumentum ad titulum legis, ſiue expreſſum ſiue tacitum, Quippe lex longè præualentior eſt, vt notant doctores in l. non impoſſibile de pactis Alex. apud Bart. *in rub. de decretis decurio. libro decimo.* C. & ibi Lucas de Penna. Franc. Cuttios ſenior *in tract de ſequeſtris q.* 22. *in fin.* Alexand. *conſ.* 210. *in fin. libro ſexto.* Philippus Decius. *l. nec ex præterito. in fin. de rég iuris in c primo, lectu. ſecunda. num.* 6. *de conſtitut. extra.*

27 ¶ Præterea titulus iſte conſtituti, qui reſultat & datur à lege ex tempore immemoriali. *d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. c. ſuper quibuſdam. §. præterea extra. de verbor. ſignific.* non intelligitur de titulo prohibito vel à perſona prohibita, ſed de titulo legitimo & à perſona non prohibita, vel extra omnem caſum prohibitionis. Præterea titulus iſte legalis non teſtatur ad certam perſonam nec ad certam ſpeciem tituli, ſed ad illas perſonas & ad illas ſpecies tituli quæ fuiſſent legitimæ & validæ ſtatim in ſui initio, ſi de illis conſtitiſſet, & conſequentet habens ius ſiue conſtitutum legale ex tempore immemoriali, cenſetur habere ius vel titulum ab omnibus quæ potuerint conſtituere, ſequitur quòd iſtud ius conſtituti ſiue tituli legalis antecedit omnes prohibitiones & omnia impedimenta, nec inquiritur de origine, ſed præſumitur talis, qualis ad effectum debuit eſſe.

28 ¶ Et ſic clariſſimum eſt quòd iſte titulus à lege datus & conſtitutus nullo modo aboletur per dictam *l. vltimam. C. communia. de leg. at.* quæ etiam duntaxat loquitur de præſcriptione longi temporis, & de habente titulum à prohibito, aut etiam ſecundum quoſdam de præſcriptione longiſſimi temporis in eo qui nullum habet titulum neq; à lege, neque ab homine: ſed quando vtrumque concurrit, videlicet tempus immemoriale, de quo dicta lex vltima nunquam diſpoſuit nec cogitauit: deinde titulus conſtituti à lege datus, concurrente etiam præſumptione iuris & de iure pro tempore immemoriali, impoſſibile eſt dicere locum eſſe limitationi. *d. l. vltima. §. ſin autem.* 29 ¶ ſed primò locus eſt regulæ iuris communis de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, quæ eſt non ſolum geoeralis, ſed etiam vniuerſalis. text. in *l. omnes nocendi quoſlibnibet artes. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum, ibi, quicquid autem. & ibi, vel ſi qua actio. & ibi, quorundam tamen vel ex fortuita vel excogitata interpretatione. & ibi, huic ſalubernmæ noſtræ ſanctioni ſuccumbat, & quadraginta annorum curriculis proculdubio ſopiatur, nullúmque ius priuatum vel publicum in quacunque cauſa vel in quacunque perſona. & ibi, plenißima munitione ſecurus.* Quæ regula confirmatur per textum in dicto §. ſin autem. ibi, vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio. Hæ ſunt enim duæ exceptiones, quæ regulam in contrarium firmant *in authenti. de non alienand aut permut. § vt autem lex. d. quæſitum. §. denique Neratius, de fund. inſtruct. doctor. in rubr. de regulis iuris in ſexto. & in l. prima. ff. eodem.*

30 ¶ Secundò hoc ſpeciali caſu locus eſt præſcriptioni centum annorum, ſeu conſtituo legalis. Cùm igitur iſte caſus non ſit exceptus *in d. §. ſin autem.* & ſit prætogatus, imò præiudicatus in iure, nullo modo excipitur nec excluditur, ſed omnia excludit non ſolùm priuata, ſed etiam publica, per text. *à fortiori in d. l. omnes. C. de præſcrip. triginta vel quadraginta annorum.* 31 ¶ Facit quod inquit Bald. in *l. prima. C. de annali præſcriptione, in l. data opera. colum.* 10. C. *qui accuſa. non poſſ.* quòd poſt centum annos omnia vacillant. Atqui hic non ſolùm centum, ſed centum quinquaginta anni præteriere pacificæ poſſeſſionis ex titulo iuſto etiam inter præſentes, vel ita vicinos, vt in proſpectu cùm etiam in confeſſo ſit præfatum comitem & ſuos anteceſſores ſempet penes ſe dictum teſtamentum habuiſſe, &

ſæpiſſimè in variis cauſis verſaſſe in iudiciis & extra, Quibus argumentis teſtſtere nequeo, nec video reſponſum. Itaque concludo etiam ſi prætatus comes vel ſui anteceſſores ius habuerint, tamen poſt temput immemoriale deſuſſe habere, & in præſentiarum inadmiſſibiles eſſe.

31 ¶ Noo obſtat quòd ſuprà in quarto articulo dictum eſt ſingulis ſubſtitutis vel gradibus, ſingulas nouas requiri etiam longiſſimi temporis præſcripuones: quia ad hoc duplex eſt reſponſio. Prima, quòd hoc procederet in ſimplici præſcripoone ordinaria. At tempus immemoriale non eſt huiuſmodi, ſed eſt notiſtitutum, ſiue titulus legitimus præſumptione iutis & de iure, vt dictum eſt.

33 ¶ Secunda, quia illud procedit & intelligendum eſt contra ipſos hæredes & hæredum hæredes, in quos deſcendit obligatio ex teſtamento, & qui perſonaliuet tenentur ad implenda eonienta in teſtamento ſin deceſſotit, ſiue ſint obligati purè, ſiue in diem, ſiue ſub condiuone: quia pendenie die vel couditione nonquam incipiunt præſcribere. Et ita loquitur & intelligitur *l. 1. in fin. C. de annalis exceptione, & ſimilia iura.* Quæ adhue limitantur ſi hætes etiam vniuerſalis haberet titulum particularem à ſingulari ſuceeſſore. *l. an vitium in fine. ff. de diuerſis & temporal. præſcripto* 34 ¶ Secus ci undo agitur contra tertium botiæ fidei poſſeſſorem in quem non deſcendit obligatio, & qui non tenetur actione ex teſtamento, nec alia actione vel obligatiooe perſonali: ſed ſola hypothecaria vel teali. tex. in *l. 1. & 2. C. ſi aduerſus creditorem. lib. 7.* quæ indiſtinctè loquuntur, ſiue illa hypotheca eſſet puta, ſine in die ſiue etiam conditionalis. Prout etiam indiſtinctè loquitur & intelligitur *l. ſi eo tempore. C. de remiſſio. pignoris & l. vltima. C. de cenſibus, libro vndecimo,* de quo tenigi ad Alexandrum *conſ. 106. columna prima. libro quinto.* & plenè dixi in *conſuet. Pariſien* §. 189. 3 ¶ quod etiam euidenti demonſtratione & legibus probo, quia pendenie die vel etiam conditioue conditionalis hypothecæ, agi poteſt ad cautionem ſeu ſanſdationem interponendam. tertius eſt rotundus 10 *l. grege. §. ſi ſub conditione. ff. de pignor.* vbi certum eſt quòd lex in primo teſponſo indiſtinctè loquitur & intelligitur, ſiue contra principalem debitorem, ſiue contra tertium poſſeſſorem agitur, loquitur enim de actione hypothecaria: igitur clarum eſt, quod ſi verſiculus, ſed ſi præſens immedratè continuatus in eodem textu loquitur tam de tertio poſſeſſore, quam ſi de ipſo debitore vt interim peti & exigi poſſit eauno, ſi conditio extiterit, tiec pecutia ſoluatur teſtimi hypothecam: Igitur creditor hypothecarius etiam hypothecæ conditionalis & pendentis, poteſt non ſolum contra principalem: ſed etiam contra poſſeſſorem agere ad ſanſdationem, & ſie multò fortius ad ſimplicem eaotionem, & conſequenter ad omnis præſcriptionis interropuotiem. *l. cum notiſſimi. § imò. verſiculo, ſed & ſi quis. C. de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum,* 36 ¶ quamuit enim ſanſdatio non ſemper exigatur, ſed ex iuſta cauſa iudicis arbitrio. *dicto § ſi ſub conditione.* Ibi, *ideoque arbitrio iudicis. ff. de pignoribus & hypothecis. l. in omnibus ibi ex iuſta cauſa. ff. de iudiciis.* vbi Bartolus & Angelus tenent non eſſe differentiam inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris. Idem Baldus *conſ. quadringenteſimo decimotertio. libro tertio.* Iaſon *l. ſi conſtante. in principio, columna tertia, nume. quingenteſimo octauo ſoluto matrimonio.* Matthæus Afflictus *deciſio. Neapolita. centeſima octaua,* tamen ſimplex eauno ſeu recognitio, ſiue poſſeſſor ſit ſuſpectus, ſiue non, indiſtinctè poteſt exigi: quæ tamen æque ad interrumpendam præſcriptionem ſufficit Bartolus in *l ſi prius. § 1. de aqua pluuia arcenda* Franciſcus Aretinus *l. ſecunda. §. ex his. columna prima, de verborum obligationibus.*

37 ¶ Probo ſecundo, quia iti legatit & fideicommiſſis indiſtinctè pendente condiuone peti poteſt etiam ſariſdatio noti ſolum ab hætede grauato ſed etiam ab eius quouis ſucceſſore, & conſequenter à quouit tertio cauſam habente, vt iſti poſteſſores eauſam habèbant à grauata, idq; ex dicto perpetuo prætoiit, vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur. *l. 1. §. non ſolum eodem titulo.*

1 ¶ Eſt d'aduis que les parties ſont en danger de tomber en vne grande, longue, & dommageable ſuuolution de procez, s'ils ſuiuent la voye qui eſt commencée de l'execution de complainte, & garda generale, en laquelle le demandeur a tort en partie quant à la forme touchant la donation du tiers, dont il n'eſt ſaiſi par le traicté du mariage de ſon pere, qui ne porte ſaiſine.

2 ¶ Et combien qu'il y euſt droict de ſaiſine és autres chefs mentionnez en ladite garde, il ne faut auoir eſgard auſdites formalitez & maniere de proceder: car meſmes ne faudra pas auoir eſgard a la forme & euenement du poſſeſſoire, mais au fonds & à la iuſtice du droict & proprieté: autrement aduiendroit que celuy qui gaigneroit au poſſeſſoire ne feroit que des deſpens, & en apres perdroit au petitoire. Parquoy ie trouue que le meilleur moyen eſt, de venir droict a la racine, & mettre fin és choſes par bonne paix & equité ſelon l'origine du droict.

3 ¶ Or il n'eſt plus ancienne origine, & plus vray droict en ce pays, que la couſtume generale & ancienne, laquelle baille & attribue aux enfans du premier lict la moitié, & aux enfans du ſecond, l'autre moitié. Cela nous doit ſembler auſſi bon & raiſonnable, comme il a ſemblé à nos bons predeceſſeurs. D'auantage ie trouue & cognois par leſdites pieces, que le defunct Iean du Bois, pere deſdites parties a eſté de meſme intention:

4 ¶ Car ſçachant, comme il eſtoit encores de boone memoire, qu'il auoit donné le tiers audit feu Claude, il a inſtitué ledit François ſon repreſentant dudit Claude en vn quart ſeulement, qui eſt auec ledit tiers la iuſte moitié: & les enfans de ſon ſecond lict, és autres trois quarts du reſidu, qui ſont auſſi la iuſte moitié contre ledit tiers, & vn quart du reſidu, tellement que l'on void, & en fin ſe trouuera que le pere commun des parties a enſuiuy l'intention de la couſtume ancienne & generale du pays: de ſorte que, quoy que faſſent les parties litigantes, ſi elles entrent en procez, & que l'vne perde ou gagne d'vn coſté, & l'autre d'vn autre, certainement les parties en fin viendront & deuront venir à ce but, de l'vnion & conformité de l'intention de ladite couſtume, & dudit defuoct teſtateur concurrents enſemble, & pendant leſdits procez ſe peuuent trouuer aucunes nullitez ou inconueniens qui ſeroient dommageables tant à l'vne qu'à l'autre deſdites parties.

5 ¶ Parquoy ſuis d'aduis, & leur conſeille, qu'ils partiſent par moitié ſelon l'intention de ladite ancienne couſtume, & auſſi de leurdit pere, comme dit eſt, tant la ſucceſſion & biens d'iceluy, que ce qui eſt depuis accreu par leurdite communauté, ſauf que ie ſuis d'aduis quant à ladite communauté,

6 ¶ Qu'attendu, que les enfans maſles du ſecond lit ſont trois, qui ont vray ſemblablement plus trauaillé & augmenté, qu'vn ſeul du premier lict) qu'à l'arbitrage de gens de bien cognoiſſans de leur eſtat, on adiuge certaine ſomme moderée par chacun an, ou pour vne fois depuis le decez dudit feu Iean du Bois pere commun, aux enfans du ſecond lict iuſques au partage & ſeparation de ladite communauté, ayant eſgard qu'ils ont eſté trois contre vn trauaillans à ladite communauté, on autre mediocre recompenſe ſelon la qualité des perſonnes, & l'aage d'icelles plus longue abſence ou preſence a l'exercice & augmentation d'icelle communauté, & du profit & augmentation qui en eſt aduenu en icelle.

7 ¶ Et à celuy qui voudroit ſuiure cet aduis, ie conſeille qu'il en faſſe offre à la partie qui en fera difficulté, & qu'il proteſte de tous deſpens, dommages & intereſts, aduenus, & qui aduiendront, pour n'auoir ſuiuy ladite offre conforme a raiſon & equité, & à l'intention tant de ladite couſtume, que dudit teſtateur, pere des parties. Et tel eſt l'aduis de moy ſoubſcript Charles du Moulin, Iunſconſulte de France & de Germanie, Docteur regent és loix en la noble vniuerſité de Dole. Et en teſmoignage de verité ay ſigné ces preſentes de ma main, & ſeellé de mes armes. Faict à Dole le premier iour d'Octobre 1536.

EPITOME

EPITOME CONSILII XXXVII.

1 *Commenda eſt temporalis commiſsio.*
2 *Intellectus. c. qui plures. 21. q. 1.*
3 *Corrupto veteribus canonibus cœpit papa commendare in fauorem perſonarum.*
4 *Commenda perpetua, eſt titulus diſpenſatorius.*
5 *Beneficium ſic commendatum poteſt ordinarius liberè per ceſſum aut deceſſum commendatarii conferre.*
6 *Etiam ſi tempore commendæ beneficium vacabat in curia.*
7 *Poteſt huiuſmodi commenda cum beneficio titulato permutari ab ordinario.*

CONSILIVM XXXVII.

VIſo eruditiſſimo conſilio plurium ſi- A bilia ſoler vnum ſtatui collatarij congruens dare in
pul ſubſcribentium doctorum pro do- omnium reliqua in commendam, vt ſi non te, ſaltem
mino Laurentio Saolee, profeſſo mo- verborum ſono reuerentia fiat annquis canonibus,
naſterii de Goile, rectore hoſpitalis diui & oſtendat ſe contra illorum prohibitionem eo diſpen-
Bernardi ad Salinas, actore ex poſſeſſo- ſare.
rio nouitatis contra dominum Ioannem de Blouuay,
dictum à ſancto Paulo, præpoſitum ſancti Anatolii
Salinarum, cutatum de Buſſy, & de Liele & alios
opponentes, paucis agam vt in re clara & exactiſſimè
& doctè diſcuſſa.

1 ¶ Et quia tota diſputatio ad duo puncta reducitur, videlicet, an commenda perpetua ſit titulus, & an ea per obitum, vel aliàs vacante, poſſit ordinarius conferre, in quibus totius litis cardo verſatur. Ad primum certum eſt, quòd commenda ab origine ſua tam ex etimo, & propria ſignificatione, quàm B ex communi vſu loquendi & vtendi veteris eccleſiæ, nihil aliud erat quàm commiſſio vel adminiſtratio temporalis, ad nutum reuocabilis, imò ipſo facto & ipſo iure reuocabatur repleto beneficio: tamiſper enim dum vacaret, & donec prouideretur, durabat commenda, etimologia vocabuli cum ſignificatione vulgari penitus concurrente. *l. condemnare. ff. de verb. ſign.*

2 ¶ Et ita loquitur & intelligitur *c. qui plures 21. q. 1* quod eſt Leonis Papæ Romani quarti, cuius tempore nondum penitus exoleuerant antiqua decreta, & diſciplinæ eccleſiaſticæ ſeueritas, ne quis in duabus eccleſiis conſcriberetur clericus: quod erat à conſuetudine eccleſiæ prorſus alienum. *c. 1. & 2 21 q. 2.* Ideo nolebat bonus ille Leo vt liceret retinere duos C epiſcopatos, vel duas parrochias, alteram titulatam alteram commendatam: ſed vt vacantis eccleſiæ cuſtodia vel adminiſtratio interea dum de idoneo prælato commendaretur, non in fauorem perſonæ commendatarij, ſed in fauorem eccleſiæ vacantis & futuri prælati.

3 ¶ Sed poſterioribus ſæculis ſenſim irrepente multiplicitate beneficiorum incompatibilium in faoorem perſonarum, cœperuot practicari commendæ perpetuæ, ſignificatione verbi alterata, & à ſua origine & etimo degenerante. Perpetua enim commenda verus eſt titulus, & nihil aliud eſt, quàm collatio diſpenſatoria. Cùm enim datur vt ſit perpetua, & cum plena diſpoſitione fructuum, idem eſt omnino quàm collatio & titulus collatorius: & meritò quando Papa diſpenſat cum aliquo ad plura incompati-

4 ¶ Quòd autem huiuſmodi commenda perpetua ſit titulus, tenent omnes ferè doctores vbique & eſt commonis & vera ſententia, vt copioſiſſimè in præfato conſilio allegatum fuit, & tenui *in annota. ad Alex. conſ. 95. num. 2. lib. 4. & ad Philippum Dec. conſ. 149. num. 5. & latius in tract. meo in regulas cancellariæ, in regula de publicand q 1.*

5 ¶ Hinc ad ſecundum punctum, quòd occurrente vacatione præbendæ per obitom commendatarij poſſit ordinarius liberè ſua poteſtate vti, & conferre B in titulum, tenent omnes allegati in præfato conſilio: quibus addo ita tenere Lud. Roma. *conſ. 350.* refert & ſequitur Socyn. *conſ. 31. col. 5. lib. 1.*

6 ¶ Quod eſt verum & indubitatum etſi tempore creationis commendæ beneficium vacabat in curia: quia illa vacatio repleta fuit per huiuſmodi commendam perpetuam, qui eſt verus titulus, & alioquin inueota eſſet via qua regentes cancellariæ Romanæ motatione vel abuſu vnius vocalæ omnium ordinariorum poteſtatem in perpetuom abſorberent, & impedirent vtendo verbo Commendæ loco Collationis: cùm tamen re vera eadem res eſſet, & idem effectus. Addo quod poteſt ordinarius reſignationem huiuſmodi commendatarij admittere & tam per ceſſum, quàm per deceſſum conferre.

7 ¶ Quod autem beneficium commendatum hoc genere commendæ poſſit cum titulato permutari, tenet Federicus de Senis *in tract permuta. q. 15.* Ioannes Imola *in c. vlt. extra de rer. permut.* quod eſt verum etiam ſolius ordinarij authoritate, dummodo conſtet de titulum, & habili, ſecundum ius commune, vel ritè & canonicè diſpenſato & habilitato per papam vel legatum in facultatibus habentem vt dixi *in d. reg. de publ. reſign. num. 233. cum ſeq.* ſiue ergo beneficium commendatum vacet per obitum, ſiue per ceſſum, ſiue per ptiationem canonis, vel hominis, & quouiſmodo, poteſt ordinarius liberè conferre, prout de collatis à papa in titulum. Et ita indubitati & explotatiſſimi iuris eſſe cenſeo ego Carolus Molinæus, Franciæ & Germaniæ iuriſconſultus, legum profeſſor Dolanus. Datum Dolæ idibus Iunij, Anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo ſexto.

EPITOME CONSILII XXXVIII.

1 *Tituli collatoris non electiui poſſunt cumulari.*
2 *Bulla faciunt notorium iuris & facti.*
3 *Materia obiectiua odioſa eſt.*
4 *Regula Cancellariæ de publicandis tria copulatiuè requirit.*
5 *Obiiciens contra notorium, notoriam probationem adferre debet.*
6 *Regulæ Cancellariæ non concernunt ius nec titulum ſed modum conficiendi bullas.* 13. 14.
7 *Nec de illis curatur, quando de titulo & iure beneficii iudicatur.*
8 *Solo verbo collatoris ius in beneficio quæritur.*
9 *Regulæ Cancellariæ non ſunt temporales & morte papæ expirant.* 11.
10 *Simplex exemplum contra producentem plenam fidem facit.*
12 *Prohibitum ad tempus: videtur poſt tempus admitti.*
16 *Et ſufficit pœna à lege expreſſa.* 18.
15 *Non eſt locus pœnæ niſi in caſibus ſcriptis à iure.*
17 *Defectus ſolemnitatis ex intervallo requiſitæ non vitiat actum.*
20 *Ex ſingulis clauſulis ſignaturæ poſſunt ſeorſim combulla.*
21 *Quibus ſtatur, niſi de falſo cum inſcriptione accuſentur.*

CONSILIVM XXXVIII.

VISIS Bullis ſub plombo in forma, rationi congruit de prouiſione canonicatus & præbendæ Biſuntinæ eccleſię facta à Pontifice Romano, domino Claudio Natutel per reſignationem defuncti Stephani Naturel in manus eiuſdem Pontificis factam. 5. Calendas Octobris, anno Incarnationis domini 1549. Inſtrumento publicationis prædictarum bullarum in forma rationi congruit in capit. Biſuntinæ eccleſiæ capitulariter congregato die 15. Iunij, anno Domini 1550. proceſſu executoris, & eius executione die 11. Iunij 1550. copia regulæ cancellariæ Pauli tertii Pontificatus ſui anno 1. in cancellaria Romana ediræ.

1 ¶ Ego ſubſcriptus I. V. D. & profeſſor cenſeo præfatum dominum Claudium reſignatarium verum ius habere in dictis canonicatu & præbenda præfatæ metropolitanæ eccleſiæ Biſuntinæ, & tam in petitorio, quam in poſſeſſorio obtinere debere, & non obſtante prouiſione per obitum defuncti Stephani Natorel reſignantis: qui infra ſex menſes dictæ reſignationis in curia Romana factæ obiit, ſiue dicta prouiſio per obitum facta fuerit per ordinarium, ſiue per nouum Pontificem ſucceſſorem Pauli tertii, Iulium tertium, etiam quouiſmodo, etiam ſi per vtrumque prout titulo collatorij, præſertim in poſſeſſorio poſſunt cumulari, vt per Lappum de Caſtelho alleg. vlt. Quamos aliud in verè electiuis. *c. vt qui duas. de elect. in ſexto* vbi Gemin. Philip. Franc. & omnes canoniſtæ.

2 ¶ Conſtat enim de reſignatione canonicè facta & admiſſa in manus papæ Pauli tertij, & per eum admiſſa, & de collatione & prouiſione per eundem etiam cum omnibus opportunis & conſuetis clauſulis facta dicto Claudio, & extant bullæ in forma quæ non ſolum plenam fidem, ſed etiam notorium iuris & facti faciunt, per no. *in c. veſtra. de iex habitatio. clericor. & mulier.* vt per Anto. But. *ibi columna* 20. *cum ſeq.* Itaque notorie conſtat ex tunc videlicet, a data dictarum bullarum 28. Septembris 1549. verum integrum, plenum, & canonicum ius, & titulum fuiſſe præfato Claudio ſtatim, & nulli alii adquiſitum, & ex ſolemni & authentico & opiſtographo earundem bullarum conſtat de conſenſu reſignantis vel procuratoris ſui ſpecialis reſignationi & expeditioni bullarum legitimè præſtito ſecundum antiquas regulas cancellariæ Romanæ Innocentij octaui, conſtat etiam de capacitate, & ſolidum ius dictæ præbendæ, & nulli alii ius quæſitum, & ex tunc deſiit vacare, & à quoquam poſſit impetrari: & hoc certum & indubitatum eſt.

3 ¶ Hoc autem ſolido notorio & indubitato fundamento iacto, dominos Ioannes de Lizonde nullum ius acquiſiuit, nec acquirere potuit in dictis canonicatu & præbenda impetrando poſteà per obitum præfati Stephani. Non enim vacauit per obitum, nec aliàs quouiſmodo, morte dicti Stephani: ſed priùs vacauerat in curia, & repletum erat de perſona dicti Claudii, ita quod neceſſe eſt præfato domino de Lizonde venire per viam obiectiuam, obiiciendo vel contra perſonam præfati Claudii, vel contra ius prouiſionem apoſtolicam: & ſumus in materia obiectiua, præſertim cùm notorie fundata ſit intentio præfati Claudii notorio iuris & facti, neceſſe eſt præfato dom. de Lizonde adferre probationes, eaſque æquè claras, dilucidas & notorias non de ſuo prætenſo titolo, qui nullus eſt nullum (præſertim tempore datæ ſuæ) locum vacuum reperiens, niſi prius prædicta notoria prouiſio papalis, vel capacitas perſonæ dicti Claudii deſtruantur per obiectiones dicti Ioannis quæ tam odioſæ ſunt, quam materia obiectiua odioſa eſt ſtricti iuris, vt not. *in c. 1. de elect. lib. 6.* præſertim veniens contra notorium & à Pontifice Romano factum.

4 ¶ Cæterum contra perſonam nihil obiicitur ac contra notorium prouiſionis papalis duo tantum obiiciuntur. Primò regula antiqua cancellariæ Romanæ 34. de pub. reſig. ſed illa intenuonem obiicientis diuerſit, quoniam præterquam tres conditiones, quarum vna, nec duæ ſufficerent, ſed omnes impletas eſſe & concurrere prius notorie probandum eſſet ab obiiciente. Prima conditio, quod reſignans mortuus fuerit. Secunda quod mortuus fuerit poſt ſex menſes à die reſignationis in curia Romana admiſſæ computandos. Tertia, quòd illud tempus deceſſerit in anoqua ſua poſſeſſione realı & effectuali beneficii reſignati. Quibus conditionibus vel aliqua earum deficiente, ſiue non clare & liquide extenta, non eſt locus clauſulæ pœnali & reſolutiuæ tituli dictæ reſignationis & prouiſionis papalis, vt tenent omnes ſcribentes tam ſuper præfata regula cancellariæ, quam alibi.

5 ¶ Atqui nulla dictarum conditionũ notoriè probatur extitiſſe, prout obiiciens cõtra notorium (vt præfatus dominus

dominus de Lizonde notoriam quoque probationem adferre debet. Prima eoim etiam ſi notoriè probata eſſet, tamen eadem probatione & pari notorietate probatum eſſet, mortem illam ſecutam fuiſſe infra ſex menſes à data dictæ prouiſionis papalis præfati Claudij: & ſic eadem probatio, imò illa ipſa eadem obiectio domini obiicientis eundem euertit, & ab omnibus aliis obiectionibus & conditionibus excludit. Debent enim omnes præfatæ conditiones ſimul concurrere probati nixta *leg. ſi hæredi plures. ff. de hæredibus inſtituendis.* Sed iam ex facto ſeu propoſito obiicientis ſecundam, & ſic omnia defeciſſe conſtat. Cum enim præfatus reſignans non fuerit poſtmodum & poſt illos ſex menſes mortuus, nec poſt idem tempus mortuus in poſſeſſione, nullus locus eſſe poteſt reſolutioni, prouiſioni, & iuris quæſiti, etiam ſi probetur reſignantem ante illod tempus mortuum eſſe in poſſeſſione, id quod ius & titulum reſignatarii magis confirmat & corroborat.

6 ¶ Secundò obiicitur ooua quædam prætenſa regula cancellariæ Pauli tertii. Sed primò, noua illa regula cancellariæ nullo modo concernit titulum, & ius inde ortum & acquiſitum, ſed duntaxat concernit modum ſcribendi, expediendi, conficiendi, & ſigillandi literas papiſticas, prout oatura eſt omnium regularum cancellariæ noo concedere ius nouum, nec ius perpetuum: ſed tantum formulas & modos obſeruandos à ſcriptoribus & bullatoribos, & aliis verſantibus in cancellaria Romana, circa confectionem bullarum & literatum papalium in forma probante ſob plumbo, vt tradunt Cardinales Flotent. *in capitul. paſtoralis, quæſt. vltim. extra de fide inſtrumentor.* Geminianos, Philippus Francus *in capit. duobus, calum. ſecunda de reſcript. in ſexto.* Philippus Decius *in l. 1. ff. ſi certum petat. & in cap. 1. numero 40. extra de poſtulatio. prælator.* Et ſic de hac dicta prætenſa regula, nihil ad rem: quia non ampliùs agitur de bullis cooficiendis in cancellaria, nec ſumus in cancellaria ad viſitandum & corrigendum officiales & miniſtros cancellariæ Romanæ, an ritè & diligenter functi fuerint officio.

7 ¶ Sed ſumus in iudicio ordinario inſignis curiæ metropolitanæ, & ibi de titulo ipſo, & inter partium agitur: & ſic de regulis illis cancellariæ dictas formulas concernentibus nihil ad rem: quia nec domini de Rota in coria Romana ſecundum illas iudicant quando de titolo partis, & oon de culpa, vel correctione officiatiorum dictæ cancellariæ aginit.

8 ¶ Aliud enim eſt ius partis ſtatim vitæ vocis oraculo Romani Pontificis eidem parti irreuocabiliter quæſitum, vt tradunt omoes canoniſtæ *in præmio libri ſexti, & Clement.* Baldos & alii *in l. humanum. C. de legibus*, & dixi ſuper regulam cancellariæ, aliud culpæ prætenſæ negligentia vel factum officialium cancellariæ, qood non poteſt alteti adferre præiudicium per regulas vtriuſque iuris. *capit. non debet. de regulis iuris. in ſexto.* Præſertim habenti ius à priocipe: decet enim coocеſſum à principe beneficium eſſe manſurum. *cap. decet. de regulis iuris, in 6.* & ius noſtrum non eſt poſteà ſine facto noſtro nobis auferendum. *l. ius noſtrum ff. de regulis iuris.*

9 ¶ Prætereà, dicta prætenſa regula temporalis eſt facta pro tempore præfati Pauli tertij, duntaxat prout natura eſt huiuſmodi regularum cancellariæ, vt ſint tempotales, & morte Papæ condenris expirent, vt tenent Ioannes Andreas, Felinus & alii *in cap. primo extra de conſtitutionib.* & ibi Philippus Decius *lectura ſecunda, in principio.* Felinus *in cap. ſecundo, columna penultima, in fine.* & ibi Franciſcus Ripa *columna vltima, de reſcriptis* Felinus *in cap. penult. columna ſeptima de re iudicata.* Iaſon *in l. 1. columna 4. ff. ſi certum petat.* & ibi Philippus Decius *in fin. d. l. 1. vbi in annotationibus dixi.* Sed bullæ & literæ præfati Claudij fuerunt ſcriptæ & confectæ poſt obitum Pauli tertij, & tempore Iulij tertij, & ſic non fuerunt faciendæ nec conficiendæ ſecundum regulas cancellariæ & formam præſtitutam à Paulo 3. ſed ſecundum veterem annquum ſtylom vel ſecundum ooiam formam à Iulio tertio, ſi quæ fuerit ab eo de nouo confecta. Et ſic de prætenſa regula Pauli 3. non eſt ad propoſitum, etiam ſi bullæ de quibus agitur non eſſent factæ ſed faciendæ, & adhuc in fieri.

10 ¶ Tertiò de hoc conſtat etiam allegaoone & facto ipſius domini obiicientis, etiam in ipſo capite & initio prætenſi tranſſumpti per eum producti, quod contra ipſum producentem, & non contra alium plenam fidem facit, vt dixi *in conſuetudi. Pariſienſi. §. 5. numero. 36* in quo qoidem tranſſumpto legitur & habetur vt ſeqoitur, cuiuſdam olim per felicis recordationis Paulum Papam tertium prædeceſſorem noſtrum editæ conſtitutioms, quam ſuo tempore obſeruati voluit hactenus è tranſſumpto.

11 ¶ Ergo ex eo contra producentem retorſo conſtat prætenſam illam regulam temporalem fuiſſe, vt pro vita tantum præfati Pauli tertij doraret, pro bullis & aliis literis conficiendis in ſua cancellaria a tempore ſuæ vitæ & Pontificatus tantum: ergo oihil pertinet ad bullas vel quaſcuoqoe literas papales poſteà conficiendum.

12 ¶ Quia quod de vno dicitur, de alio negatur *c. nonne benedictinus nos. extra de præſumptionibus. l. cum prætor ff. de iudicis.* & prohibitum ad tempus poſt tempus permiſſum eſt. Iaſ. *l. ita quis. ff. de vulg. & pupil. & conſ. 145. col. 6. conſ. 180. col. 1. lib 1.* & tex. *in l. ſi vnus. §. 1.* & ibi Bald. *& in l. epiſtol. §. vlti.* & ibi Paolus Caſtren. *ff. de pact. text. c. ad honorem.* & ibi Bald. *extra. de authori. & vſu pally: c. de cauſis. de officio delegati. c. quoniam frequenter. § ſi vero* & ibi Bald. *extra vt lite non conteſt.* & ſic tantum abeſt, vt dictæ bullæ per prætenſam regolam infirmentur, vt potius confirmentur, & in iure communi relinquantur.

13 ¶ Quartò etiam ſi præſentes bullæ non eſſent factæ à ſucceſſore in forma ratiopi congrait, ſed viuente præfato Paulo terdo, adhoc prætenſa regula non eſſet ad propoſitum: qoi nullo modo concernit ius, oec titulum, nec eius reſolunonem, ſed modum literas conficiendi, de qoo in iudicio ordinarij, in qoo ſumos, nec etiam in iudicio ſupremæ rotæ Romanæ curandum eſt, quando de titulo & iure parti quæſito taotum agitur, vt hic.

14 ¶ Prætereà dicta regula nec ipſum quidem conſenſum à reſignaore præſtandom vel præſtituoi concernit, ſed duntaxat ſimplicem annotatiouem prædicti conſenſus in regiſtro cancellariæ poſtea faciendam. Poſt conſenſum autem & eius præſtationem (quo ad partes attinet, & ius illis quæſitum) relinquitur in iure communi, & in antiquis regulis, vt liqoet etiam confeſſione iudiciali & productione ipſius obiicientis, ibi, *In annotatione conſenſus in cancellaria.* & ibi, *In libris cancellariæ* & ibi, *Debeat per eoſdem notarios.* & ibi, *Infra quindecim dies poſt miſſionem harum ſupplicationum ad regiſtrum vel ſummiſtam.* & ibi. *In ordinariis & authenticis libris ſcribi & annotari.* Et ſic nihil ad corpus ipſum bullarum: ſed tantum ad formam conficiendi regiſtra Et ſi quid iubeatur de data miſſæ, ſcribi in calce ſupplicationum, hoc neque ſupplicationem neque bullam inde conficiendam annullat, nec reuocat, nec eſt ibi clauſula annullatoria nec reuocatoria.

15 ¶ Ergo non eſt ſomnianda, quia pœna eſt: & pœnæ nunquàm locus eſſe debet, niſi quatenus ſcripta in iure apparet, vt decidit *gloſ. ordinaria in c. vlti. gloſſ. pen. in fin. extra de iure patrona.* & ibi Panor & omnes canoniſtæ ſequontur Iaſon. *l. quod te. columna decima ff. ſi certum petatur.* Philippus Decius *in cap. primo. columna ſexta de offic. delegat. & in rub. columna 1.*

extra de iudiciis. Alexand *conſil.* 103. *num.* 15. *lib. primo. vbi in annot. dixi, vt etiam duis ſuper conſuetud. Pariſien.* §. 54. *numero tertio, & præſertim quando ageretur de puniendo tertio ignorante & inſonte, & de iure illi anſcuendo, præſertim a principe conceſſo, quod ſtare debet d. c. decet. de regulis iuris. in ſexto.*

16 ¶ Prætereà io d. prætenſa regula cancellariæ expreſsè prouidetur de alia pœna quam ambitionis aut reſolutionis tituli vel iuris, & de ſola pœna ipſorum notariorum & miniſtrorum cancellariæ Romanæ, qui ſoli ibi puniuntur videlicet excommunicationis latæ ſententiæ in illos tantùm latę, prout illis tantùm præcipitur, & non partibus, illi ſoli, & non partes puniuntur certa quoque pœna deſignata. Et ſic non eſt recurrendum ad aliam pœnam iuxta not. *in l. non dubium. C. de legibus. l. ſi ita ſtipulatio. in fin. de verbo. obligat.* ita quod etiam ſi hoc eſſet præceptum impoſitum ipſis partibus reſignantibus & reſignatariis, tamen non incurrerent aliam pœnam, nec amitterent titulum, nec ius ſoum: quanto minùs hic cùm ea ſolemnitas non ſit impoſita partibus, ſed aliis, & nihil ad partes.

17 ¶ Tertiò illa ſolemnitas non eſt de faciendis ante impetrationem, & conceſſionem gratiæ, ſed de poſtea & ex intervallo faciendis: & hic etiam ſi non fierent, etiam ſi ſcientes negligerentur, non annulant gratiam factam, nec tolluot ius etiam gratiusè quæſitum Bar. Pao. & omnes *in l. vniuerſa C de precibus imperator offerend.* Panor *in c quoniam ſrequenter. col* . & ibi latè Felinus *col* 5. *extra vt lite non conteſtata.* Lodo. Rom. *con.* 303. Panor. *in c nomine domini. col.* 2. & ibi Philip. Decius. *num* 12. *vbi in annota. dixi extra de reſtitut.* & vltra etiam ſi illa ſolemnitas eſſet ipſis partibus impoſita (de quo etiam per productionem obtucientis notorium eſt quòd non) etiamſi conſtaret præfatum reſignatariom ſcienter omniſſe vel fuiſſe in culpa (de quo certum eſt quòd non.)

18 ¶ Adhuc ex qno prouiſum fuit de alia pœna, non habet locum alia, nec locus eſt priuationi aut reſolononi iuris quæſito, Felinus *in c venerabili. col.* 5. *extra de iudicis.* Philippus Decius *in c. de cauſis. colum.* 9. *de offi. de lega.* Geminianus, Philippus Francus *in c. ſtatuimus, de ſententiis excommunica in ſexto.* Matthæus Matheil. *ſingu.* 78. vbi etiam Theologos allegat. Cæpola *conſ Ciuil. conſ.* 13. *nu.* 4. Philip. Corniæus *conſil.* 89. *litera l. lib.* 4. Sed ibi de alia certa limitata pœna prouiſum eſt, ergo aliæ pœnæ non eſt locus. Plura alia occurrent, quæ tanquam ſuperuacua prætereo, eum manifeſtum ſit prætenſam regulam temporanam fuiſſe, nec extendi ad literas aut bullas poſteà tempore ſucceſſionis conficiendas, & multò minùs ad ius quæſitum tollendum. Et in fortioribus terminis iudicati vidi, & obtinui in ſupremo Senatu Pariſienſi. vt ſcripſi ſuper d. reg. *de publicandis num.* 206. cum multis ſequennbus.

19 ¶ Prætetea mors papæ collatoris poſt dictam collanonem ſuperuenies, turbatio curiæ & cancellariæ, & impedimenta electionis & coronationis noui papæ, ſuperuenientia ante dictas bullas confectas, ſatis ſunt etiam pluſquàm notorium & iuſtum impedimentum: de quo dhil ad rem, cùm prætenſa illa regula temporaria fuent, & cum authore ſuo expiraueut. Porrò minus ludicrum & puerile foret obiecete deformitatem bullæ, & prætenſæ ſignaturæ, ex eo quod in prætenſa ſignatura ſunt tria beneficia, ſed in bulla vnom, quia reſignationis non vult bullis vti, niſi pro dicto canonicatu de Polly.

20 ¶ Solent autem pro ſingulis articulis in ſignatura vel ſupplicatione contentis, ſingulæ bullæ etiam diuerſis temponbus confici, provt fieri poteſt cùm tot ſint gratiæ, quot beneficia, & ſic nulla deformitas. Quod etiam ſuperuacuum eſt confutare, cùm nec de prætenſa ſignatura, quæ priuata ſcriptura eſt, conſtet: nec illi ſigna deformitas eſſet, ſed ſolis bullis in forma ſub plumbo, quæ ſolæ authenticum ſunt inſtrumentum, fides adhibenda ſit, vt notant omnes *in proœmi. lib. ſexti. & clement.* Et ſic caſus eſt indubitatus pro domino reſignatario, maxiolè cum ex bullis authenticis & conſenſu reſignantis authentico notoriè conſtet verum & authenticum mandatum prætati reſignantis adhuc eo vioente, provt aliquot menſes ſuperuixit, & nunquàm reuocauit, fuiſſe tempore reſignationis, admiſſionis, & collationis eiuſdem canonicatus de Polly allatum, oſtenſum, & exhibitum in curia & cancellaria Romana, vbi beneficium vacauit, nec per alium nec alij conferri tunc potuit, quod dicto reſignatario vt legitimè factum fuit.

21 ¶ Et ſic quæcunque dominus obiiciens allegat, non concludunt, qui etiam deberet priùs de falſo ſub forma inſcriptionis & pœnæ talionis iudicè dictas bullas & inſcriptionem authenticam conſenſus arguere: quod cùm non faciat: inadmiſſibilis eſt: & vbi admiſſibilis eſſet, obiecta non ſunt admiſſibilia, vt pote nullo modo concludentia, & multo minus probata. Et ita præfatum dominum Clandium verum & canonicum ius habere, & ſioe in petitorio, ſioe in poſſeſſorio obtinere debere cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D Franciç & Germaniæ Iuriſconſultus, antiquus in ſopremo Pariſiorum ſenatu aduocatos, & in vniuerſitate Dolana legum profeſſor. Datum Dolæ xij. Octobris 1556.

EPITOME CONSIL. XXXVIII.

1 *Valet donatio facta futuris aliorum liberis.* 9. 10. 11.
2 *Qui ius capient à donatore, non à parente.*
3 *Facienda interpretatio contra fideicommiſſarium & donatarium.*
4 *Quãdo verba ſtent reſtrictiuè, vel ampliatiuè.* 6.
5 *Verba debent vniformiter determinari.*
7 *Argumentum à contrario ſenſu, locum habet in contractibus.*
8 *Inſinuatio quando & vbi requiritur.* 12.
10 *Poteſt quis l. apponere in traditione rei ſuæ etiam in fauorem abſentis.* 11.

THEMA CONSILII XXXIX.

IN contractu matrimonij Iodoci Daſuel & Iſabellæ de Mandres Philiberta amita ſponſæ dedit multa prædia futuris coniugibus, adiecta clauſula, quòd ſi habeant liberos communes, deinde alter prædecedat, quòd omnia illa prædia reuiendront & demeureront auſdits enfans, ſuppoſé que ledit Ioſſe & ladite Damoiſelle Izabel conuolent à autres nopces, & ayent autres enfans. Contigit Iodocum præmori, relictis communibus liberis & vidua Iſabella, quæ nec renupſit, nec habuit alios liberos. Sed dum bona Iodoci & Iſabellæ à creditoribus eorum venduntur, liberi intercedunt propter dictam clauſulam matrimonij, quam creditores defeciſſe dicunt, ex eo quod Iodocus nec Iſabella conuolauerunt ad alia vota, nec alios habuerunt liberos, & magna contentione res agitur.

EPITOME CONSILII XXXIX.

VANTVMVIS acti contentione diſceptent, mihi clatum videtur & expeditũ, filios iuſtam cauſam habere in prædijs a Philiberta donatis.

1 ¶ Quamuis enim primo loco parentibus eorum donatum ſuerit, tamen ſecundo loco datum eſt liberis communibus: nec eſt dubium quin futuris aliorum liberis ab extraneo dunati poſſit, nec text. citate opus eſt, cùm hæc donatio ſit gradualis, de qua caſus eſt totuodus *in l. quotues. C. de donatis, quæ ſub modo*, vbi ſecundo donatario, etiam qui noo contraxit, quæritur vtilis actio. Appatet etiam ex dicto contractu, non fuiſſe in effectu donatum futuris coniugibus niſi pro tempore cooſtantis matrimonij & vtroque viuẽte. & adhuc ſub præfato onere ſtatim conſtante matrimonio iniecto, & in actum prodeunte & executo in puncto ſoluti matrimonij, ita vt noo ſolùm res donatæ pro parte præmortientis, ſed etiam pro parte ſuperſtitis vel diuiſim ei donatæ, ab eodem auocentur, & ſtatim in ſolidum & pleno iure acquirantur filiis communibus iure proprio & titulo particulari dicti contractus matrimonij.

2 ¶ Etiam ſi non ſint vllo modo hæredes prædefuncti patentis, nec poſteà ſuperſtiti ſuccedaot: ſiquidem à neutro parente ius accipiunt, ſed à ſola Philiberta donatrice, vt ſimile not. doct. *in l. coheredi. §. cùm filiæ. in principio. de vulgar. & pupilla l. mortis cauſa capitur. de donat. cauſa mortis*. Et ibi Bartol. Franc. Aret. *c. in præſentia. colum. 7. de probatio. & conſil. 13*. Philipp. Corneus *conſil. 311 litera l conſil. 309. colum. penult. lib. 1*. item eſt datum liberis in perpetuum, & pleno iure ſine onere: ergo fuerunt & ſunt principales donatarij principaliter conſiderati, intenti, & honorati, quemadmodum magis dicitur principalis legatarius is ad quem totum emolumentum deuoluitur, licet ad alium primo loco verba dirigaotur *l. ſerno legato. §. ſi teſtator. de leg. 2. l. ſi ſeruus legatus. §. quis margaritam. eod. tit. l fideicommiſſa. §. interdum de leg. 3*.

3 ¶ Nunc tota epitaſis verſatur in illis verbis, *Suppoſé que ledit*, &c. quæ creditores vrgent. Et hoc tantùm volunt verbum illud Gallicum, *Suppoſé*, ſtare teſtrictiuè & conditionaliter, ac ſi dictum eſſet, prouiſo, vel dummodo, vel ſi. Et volunt dicere cenſum eſſe, vt ſi contingat Iodocum vel Iſabellam alios ex aliis nuptijs ſuſcipere liberos, quòd tunc illa prædia remanere debeant præcipua & donata filijs primi matrimonij: ſi verò dicti coniuges noo conuolent ad alias nuptias, vel ex futuris nuptijs noo ſuſcipiant alios liberos, tunc dicta prædia ſpectare poſſint ad liberos dicti matrimonij tanquam hæredes, vt relicta in ture communi. Et pro hac interpretatione facit quòd fideicommiſſum odioſum eſt, & fauorabilis eius reſtrictio & extinctio. Angel. Peruſi. *in l. qui Roma. §. duo fratres*. & ibi Alexand. *colum. 11. de verbor oblig*. Et quòd contra donatarium, qui ſe fundat in verbis facienda eſt interpretano. *l. de veteribus pactis*, Bartol. *in l. ſæpe. de verbo. ſignific. dixi in annot. ad Dinamc contra eum de reg. iu. in ſexto*. & ad Alex. *num. 204. colum. 3. col. vlt. li. 2*.

4 ¶ Breuiter reſoluendo dico quòd hæc interpretatio non ſolùm eſt fallacia principij, ſed etiam eſt mera peruerſio & contorſio Verbum enim Gallicum, *Suppoſé*, hîc non ſtat teſtrictiuè & coodtionaliter, ſed ampliatiuè, pro, Etiam poſito vel, etiam ſoppoſito. Et ſenſus eſt, quòd ſi ſuperſint filij dicti matrimonij, hæc prædia illis ſolis donantur, ita vt ſoli habeaot, etiam ſi alter coniugum ex aliis poſtea nuptijs alios liberos ſuſcipiat Hæc enim donatio vt incipit à fauore dicti matrimonij & liberorum ex eo: ita ad ſolos filios eiuſdem matrimonij limitatur, & in omnem euentum reſtringitur, conſequitur huiuſmodi filios vocari noo vt hæredes, ſed vt filios dicti matrimonij. Quòd autem verborum, magis quàm ſententiarum pondere contendunt creditores hos filios non vocari hoc caſu, niſi vt hæredes: non ſolùm alienum eſt à directo & plano ſenſu verborum, ſed etiam abſurdum, imò impoſſibile. Probo, quia verba illa Gallica, *Reuiendront & demeureront auſdits enfans*, id eſt reuertentur & remanebunt filijs dicti matrimonij.

5 ¶ Referuntur patiter & vniformitet ad omnia bona vtrique coniugum donata per dictam Philibertam, quamuis eſſet data pars ſponſo & pars ſponſæ diuiſim: ergo non debent difformitet, ſed vniformitet determinari, hoc eſt, eodem titulo & iure deferri ad dictos filios per teg. de qua in l. vlt. C. de ſententiis & interlo. omnium iudicum. in l. iam hoc iure. de vulga. & pupilla. diat in annota. ad Philip. Decl. eunſ. 456. Atqui certum eſt quòd præmortuo Iodoco prædia eiſdem ſeorſim donata, ſtatim adquiſita ſunt dictis liberis, etiam ſi non eſſet hæredes, non iure hæreditatio patris, ſed iure donationis amitæ matris. Ergo prædia dooata ſponſæ eodem iure donationis & non iure hæreditatio matris ſpectant ad eoſdem liberos, & ſtatim à morte Iodoci ſpectare debuerunt, quicquid poſteà ex parte matris contigerit, etiamſi alios ex ſecundo viro ſuſcipiat liberos.

6 ¶ Illud ergo contentioſum verbum, *Suppoſé*, à quo ea clauſula ampliatiua incipit, tantum valet quantum verbum Gallicum *Poſé ores*, vel *quant ores*, vel *ſuppoſé ores*. Nec poteſt ſtare teſtrictiuè: eſſet enim abſurdiſſimus ſenſus contrarius intentioni apertæ & omnibus aliis clauſulis dicti contractus, vt clauſulæ immediatè ſequenti, ibi, *Et ſi ledit Ioſſe, &c.* vbi ſtantibus liberis primi matrimonij ſuperſtes exclo ditur à dictis prædijs à Philiberta donatis indiſtinctè, ſiue neptis ſuperſtes iterum nubat ſiue non & alios filios

habeat, ſiue non: ergo liberi dicti primi matrimonij indiſtinctè vocantur, ſiue parens ſuperſtes alios poſteà liberos habeat ſiue non: Ergo dictum verbum *ſuppoſé* ſtat implicatiuè.

7 ¶ Item in ſequenti clauſula, vbi in caſum deficientium liberorum communium quædam ſingulis coniugibus eorúmque hæredibus vel cauſam habentibus remanent. Ergo per locum in contrario ſenſu, qui locum habet in contractibus. *l. pecuniam.* & ibi Iaſon *col. 1. de reb. creditis*, & maximè *in pactis nuptialibus, l. inter ſocerum*, §. *cum inter. de pactis dotalibus*, eo ipſo quod extant liberi dicti matrimonij omnes alij ſiue priorum ſiue poſteriorum nuptiarum ſunt excluſi: quoniam omnes alij hæredes vel cauſam habentes: ergo ſoli filij dicti matrimonij vocati ſunt, & ſic neceſſario inter contractus.

8 ¶ Tum primilli donatarij futuri coniuges prohibin erant alienare, quod non erat niſi fauore liberorum communium ſecundorum donatariorum: ergo indiſtinctè vocati ſunt iure contractus ad omnia dicta prædia vtrique coniugum à Philiberta donata teſolutis hypotheſis dictorum coniugum. *l. lex vectigali. de priuilegiis.* etiam ſi creditores dicta pacta matrimonialia ignorauerint, debuerunt enim ſcire eum quibus contraherent. *l. qui cum alio, ff. de re. iu.* verum eſt quod hodie in parte Galliæ, quæ patet Regi Franciæ, opus eſt inſinuatione in huiuſmodi donationibus, etiam matrimonialibus a tempore edicti ibi publicati anno ſeſquimilleſimo quadrageſimonono, quod non ligat Francos noſtros Sequanos, qui veteribus Francorum regibus parebant: ſed floriente ſtirpe Caroli Magni, noluerunt Capetis ſubiici, aliquid ſemper veteris Franeorum libertatis retinentes.

9 ¶ Sed quia creditores dictam ſecundariam donationem, vt nondum natis ab extraneo factam impugnant, quod ſit valida & efficax vltra vulgatia *l. Paulus, de bonis liberto.* textus eſt *in l. pater pro filia. Coll. de pact. connen.* vbi pactum lucri dotis ſeu donationis propter nuptias: collatum in futuros liberos dicti matrimonij valet, & eis poſtquam nati ſunt vtilis actio quæritur. Verum eſt quod gloſſa ibi valdè ſeſe intricat, quomodo pater idémque ſponſus poſſit promittere vel obligari filiis naſcituris, qui futuri ſunt in ſua poteſtate: ſed ea intricatio valdè pudenda eſt & frioola, quoniam d. l. recipit interpretationem paſſiuam à l. 1. C. de bo. mater. à l. eum alius. C. de ſecund. nupt. Et ab omnibus ll. quæ volunt in aduentitiis patriam poteſtatem non obſtare quò minus quæratur filius, Hęc autem bona non erant profectitia dicti Iodoci.

10 ¶ Sed à dicta Philiberta ſibi extranea, quæ legem quam voluit in datione rei ſuæ apponere potuit prout decidit text. rotundus & appoſinſſimus, loquens *in pactis dotalibus in l. legem. C. de pactis.* quæ eſt lex Alexandri Seueri, qui eentum ferè annis præceſſit Dioclerianom & Maximilianum authores d. l. patet pro filia & ſic etiam ante eos licebat quæuis pacta in nuptialibus apponere, & erant ſeruanda etiam in fauorem terriorum abſenniom vel nondom natorum: quia d. l. legem. non diſtinguit, ſed decidit indiſtinctè pacta ſeruanda. Præterea non eſt arguendum à tempore editionis originalis ſingularum legum, vel ab authoribus earum, quia fuerunt omnes ſimul & pariter editæ & tenouatæ in editione Codicis Iuſtiniani, & ſic eadem tenouatam onginem & inuicem recipiunt interpretationem paſſiuam, vt etiam declarat Iuſtinianus *in l 2. C. de veteri iure enucle.* & ſic dubitatio & intricatio glo. in d. l. patet pro filia valde eſt inepta & impertinens.

11 ¶ Rurſus fortius probatur per text. *in fortiriluo terminus in l. 3. C. de donatio. quæ ſub modo.* quæ loquitur in ſimplici donatione extra contractum, & io ſubſtitutione contractuali facta non in fauorem liberorum communiom, ſed in fauorem meri extranei abſentis, & qui nec ſtipulatus eſt nec pepigit, & tamen deciditur ibi ſubſtituto vel ſecundo donatario competere vtilem actionem ipſo iure ſine aliqua ceſſione: ergo iſtis filius comperit ios vtile, & actio ipſo iure ſine ceſſione & alio hominis miniſterio, idque tanto fortios, quanto pacta matrimonialia ſunt exteris actionibus fortiora & faoorabiliora, vt tradit Ioan. Fab. *in l vlt. C. de pact.* Bald. Aluarot. *in c. 1. de matrimo. ad contract. in vſib. feude. & maximè quando fiunt in fauorem filiorum dicti matrimony.*

12 ¶ Porrò de inſinuatione non eſt dubium quin ſit valdè & legitimè facta: quoniam fieri poteſt ad inſtantiam ſuius donatoris text. *in l. in hac. C. de donatio.* ſed facta eſt ad inſtantiam & donatricis & primi donatarij. nec obſtat quod donatrix renuit aliquid plus in modica ſomma, quia de hoc non agitur, & totum manet inſinuatum firmum & incommutabile: nec opus eſt noua inſinuatione pro filiis, nec eorum nomine inſinuari: tum quia hoc caſu vt filiis naſcitoris ſecundo loco quæratur non eſt opus aliquem pro his ſtipulari vel acceptare ſed ſufficit acceptatio vel ſtipulatio eios, cui primo loco ſub eo onere donator. *d. l. legem, d. l. pater pro filia. d. l. 3. Cod. de donat. quæ ſub modo.* & conſequenter ſufficit inſinuatio facta ei cui primo loco donatum eſt, quinimò ſufficeret inſinuario per ſolam donatricem factam. *d. l. in hac*, quia non fit niſi ad vitandum captiones terriorum creditorum vel contrahentium, vt apod acta ſcire poſſunt facultates eius qui contrahunt, & an hypothecæ tutæ ſint. Et ita cenſeo Carolus Molinæus, Franciæ, & Germaniæ iuriſconſul. legum profeſſor Dolanus. Dolæ poſtridie Idus Iunij. 1556.

THEMA ABBREVIATVM CONSILII XL.

PEtrus Bontemps Decanus Deherbois in comitatu Burgundiæ, 6. Maij 1528. teſtatus inſtituit hæredes vniuerſales Claudium & Guidonem fratres ſuos, prouiſo quod tenebuntur omnia debita ſoluere, & omnia in teſtamento conrenta complere, faciendo omnes fructus ſuos abſque eo quod vendere non poſſent nec alienare quæuis prædia, vt poſt eorum obitum remaneant eorum filiis maſculis in legitimo matrimonio procreatis, & non aliàs. Et ibi ſeqoitur immediatè hæc clauſula: Et au defaut deſdits enfans maſles, i'ordonne que meſdits biens à eux delaiſſez comme heritiers demeurent apres leurs decez (s'ils ont tant ſeulement des filles) que la moitié demeure à leurdictes filles, & l'autre moitié à plus prochains parens fils de feu mon frere Guillaume Bontemps, & au fils de ma ſœur Ieanne Bontemps nommé Pierre Boudran, Et ſi mon frere Guyod Bontemps n'a point d'enfans, que le tout qui luy ſera demeuré comme heritier pour la moitié demeure à mon nepueu Iean Bontemps fils de feu mondit frere Guillaume Bontemps. Mortuo teſtatore,

teſtatore, dicti Claudius & Guido adierunt hæreditatem ex teſtamento. Et tunc Claudius habebat filium qui mox ante patrem duobus filiis maſculis relictis obiit. Deinde Guido cohæredes obiit ſine liberis, ſed Ioannes filius prædefuncti Guilielmi dicto Guidoni ſubſtitutus obierat etiam ante teſtatorem. Verum ex dicto Guilielmo ſuperſunt duo alij maſculi, videlicet Alexander & Philibertus. Nouiſſimè moritur dictus Claudius, relictis duobus nepotibus, Ioanne & Claudio ex dicto filio ſuo prædefuncto. Sed dictus Guido teſtamentum fecerat, in quo multa legauit vxori ſuæ, & inſtituit hæredes dictos Ioannem & Claudium pronepotes ex Claudio fratre, & Petrum nepotem ex ſorore æqualiter. Quam inſtitutionem dicti Ioannes & Claudius repudiant, ideo Petrus Boudran totum acceptat ſub beneficio inuentarij, & poſſedit, pariter vidua dicti Guidonis ſua legata habuit & poſſedit, donec dictus Claudius teſtatorum frater, nomine dictorum nepotum ſuorum ex filio, in curia Dolana reſtitutionem bonorum petijt à dicta vidua, & à dicto Petro Boudran, qui tranſigendo reſtituerunt actori immobilia Guidoni obuenta ex teſtamento dicti decani retentis mobilibus & paucis prædiis in tranſactione deſignatis. Hinc multæ quæſtiones oriuntur.

EPITOME CONSILII XL.

1 *Vniuerſalis falſa in vno, falſa eſt in totum.*
2 *Sufficit fideicommiſſum vel animum diſponendi reſultare ex verbis teſtamenti.*
3 *Fideicommiſſum reſultat ex eo quod quis honoratur ad vitam ſuam tantùm.*
4 *Prædilectus cenſetur effectus vocari.*
5 *Prohibitio alienationis cauſata inducit fideicõmiſſum ad limites cauſæ expreſſæ.*
6 *Fideicommiſſum inducitur ex coniecturis.*
7 *Inſtitutio natorum ex tali vxore, non extenditur ad natos vel naſcendos ex alia.*
8 *Subſtitutiones odioſæ & reſtringendæ.*
9 *Subſtitutio plurium facta pluribus intelligitur diuiſim li. num. ta. 19.*
10 *Generalis ſubſtitutio non extenditur ad caſum in quo ſpecialiter prouiſum eſt.*
11 *Cauſa expreſſa ampliat ſubſtitutionem ad limites cauſæ.*
13 *Nepotes ingrediuntur locum & gradum filij prãmortui. t8.*
14 *Inſtitutus in vſufructu magis eſt fideicommiſſarius quam hæres.*
15 *Et vocati ad ſolidam preprittatem habent ius transmittendi, adcreſcendi & non decreſcendi.*
16 *Subſtitutio acceſſoria intelligitur ſecundum præcedentem.*
18 *Valet argum. à ratione finali vnica etiam tacita.*
20 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitatem.*
21 *Indefinita æquipollet vniuerſali ex propria verborum ſignificatione in negatiuis.*
22 *Qualitas maſculinitatis facit vt poſiti in conditione ſint in diſpoſitione.*
23 *Coniuncti verbis habent ius accreſcendi, niſi teſtator aliter diſponat 26.*
24 *Nepotes veniunt appellatione filiorum.*
25 *Subſtituti capiunt ius à ſolo teſtatore.*
27 *Pater poteſt ſine decreto prædia filioſa. vendere in caſibus à iure permiſſis, non aliàs, nec filius indiget reſtitutione in integrum.*
28 *Etiam ſi ſit hæres patris in quantum pater vt adminiſtrator contraxit. 29.*
29 *Et cum eo contrahentes ſunt malæ fidei.*
30 *Et omnes clauſulæ acceſſoriæ nullæ.*
31 *Inſtantia non tranſit in tertium, ſed vocari poteſt vt liti adſit.*

CONSILIVM XL.

Iste & diligenter examinatis exemplis teſtamenti dictæ tranſactionis factæ per dictum Claudium tam ſuo quam adminiſtratorio nepotum nomine Chriſti Redemptoris vnici nomine inuocato.

2 ¶ Ad primam quæſtionem, an dimidia hæreditaris dicti decani, in qua Claudius fuit inſtitutus per obitum vnici filij ſui maſculi liberè & ſine onere remanſerit Claudio, an verò tranſlata fuerit ad nepotes ex dicto filio prædefuncto. Omiſſa diſputationis pompa cum eâ propter lectionis ordinarias non vacat prolixè dictare aut ſcribere: cenſeo dictos nepotes maſculos ſubſtitutos & vocatos ſeptem rationibus ſimul concurrentibus ex verbis expreſſis & diſpoſitiuis teſtamenti primi reſultantibus. Prima quia Claudius & Guido fratres decani teſtatoris ſuos inſtituti ad onus implendi omnia contenta in teſtamento ſub ea clauſula vniuerſali, *Tout le contenu*, quæ nullam patitur exceptionem, ſed falſa in vno eſſet falſa in toto *l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubiis.* & conſequenter ad onus (quod eſt primum contentum in dicto teſtamento poſt inſtitutionem hæredum,) quod poſt obitum inſtitutorum omnia prædia & immobilia remanebunt filiis maſculis eorundem.

a ¶ Et ad onus ooo alienandi nec diſponendi aliquid in contrarium vt patet in prohibitione expreſſa, cui ratio & cauſa finalis immediatè ſubiicitur, videlicet vt poſt obitum inſtitutorum remaneant bona filiorum maſculis, & ſic non requiritur expreſſior formula ſubſtitutionis, vel fideicommiſſi, quod ſatis eſt reſultare ex verbis expreſſis & diſpoſitiuis teſtamenti. *l. gallus §. de liber. & poſthu. l. cum proponebatur. de leg 2. l. quamuis. l. cum virum. Cod. de fideicommiſſ.* Et quod in fortionibus terminis tradunt Paul. & alij in *d. l. cum proponebatur. & in l. licet Imperator. de lega. 1.* Et quæ reſultant ex verbis dicuntur propriè contineri. *l. omnis. §. verbum ex legibus. de verb. ſignif. l. tutela. in*

prior. de legit. tutor. Nimis ergo friuolum eſt quod obiicitur, non ſufficere teſtatorem velle, niſi diſponat. *l. quidam cum filium. de hæredi. inſtit.* quia tacita diſpoſitio ex verbis reſultans ſufficit. Sed hic adeſt expreſſa diſpoſitio: quia inſtituti nulli ſunt expreſſim implere omnia contenta in teſtamento, & ad hoc onus & non alias ſunt inſtituti. At in teſtamento continetur quòd bona perueniant ad eorum liberos maſculos: ergo ſi expreſſè ſubſtituti ſunt & hæredes expreſſe de reſtituendo eis grauati. Non ergo temeriſit teſtator in terminis ſimplicis expreſſionis voluntatis, quæ ſufficeret per prædicta, ſed reduxit eam in formam expreſſæ & obligatiuæ diſpoſitionis.

3 ¶ Confirmatur, quia expreſſè dixit ſe velle fratres inſtituros facere omnes vſufructus ſuos: igitur ad vitam ſuam tantùm, vnde fideicommiſſum reſultat. text. *in l. Titia.* §. *Titia cùm nuberet. de lega.* 2. Quin ex toto progreſſu teſtamenti teſtator aufert inſtitutis omnem facultatem non ſolùm diſponendi, ſed etiam relinquendi venientibus ab inteſtato: quia deficientibus liberis maſculis alios ſubrogat & ſubſtituit: igitur non poteſt intelligi quòd dicti maſculi venire debeant ab inteſtato, quia primò ſunt vocati tanquam maſculi priuatuè ad filias & quoſcunque alios hæredes. Secundò hæredes inſtituti ſunt limitati ad vitam. Tertiò prohibiti vendere vel alienare. Quartò totum hoc factum eſt principaliter in fauorem dictorum maſculorum, vt bona ad eos perueniant & remaneant. Quintò in defectum maſculorum teſtator de eiſdem bonis variis modis ſubordinatè diſponit, & nullam facultatem diſponendi relinquit inſtitutis hæredibus ſuis, niſi de fructibus in eorum vita.

4 ¶ Sextò nemo dubitat filias in defectum maſculorum vocari iure teſtamenti, ergo multò magis eodem iure vocantur maſculi, qui erant prædilecti. Quia teſtator in eadem diſpoſitione non poteſt cenſeri minùs validè aut minùs iurè, aut minùs firmiter diſpoſuiſſe pro perſonis magis & amplius, & priore & prærogatiuo loco dilectis, quàm pro minus dilectis. *l. Publius.* §. 1. *de conditionib. & demonſt.*

5 ¶ Septimò principaliter, quia prohibitio alienationis cauſata, maximè cauſa ſpecifica, inducit diſpoſitionem & fideicommiſſum ad limites cauſæ expreſſæ, vt notant omnes doctores *in l. filiusfam.* §. *dini. de lega* 1. Et eſt text. rotundus & appoſitiſſimus *in l. fideicommiſſa.* §. *hæc verba. de legat.* 3. vbi hæc verba, *Te fili rogo vt prædia quæ ad te peruenerunt pro tua diligentia diligas: & curam eorum agas, vt poſſint ad filios tuos peruenire*, decidit text. quòd habent vim fideicommiſſi, vt prædia nepotibus poſt mortem patris eorum debeantur. Quantò fortiùs in terminis noſtris, quia in d. §. hæc verba. non erat prohibitio expreſſa, nec dictum abſolutè quòd peruenirent ad filios: ſed vt poſſent peruenire ad filios. At hic eſt expreſſa prohibitio & præciſa ne alienent, deinde expreſſa cauſa & intentio finalis quod vult peruenire ad filios maſculos. Ergo indubitanter ſunt ſubſtitutæ & vocati per illum textum in ſortiotibus terminis.

6 ¶ Et inſuper quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria inducatur etiam ex coniecturis, tenent Paul. Caſtrenſis *in l. cum proponebatur. per illum text. de lega.* 2. Alexand. *conſil.* 14. *colum. vltim. lib.* 4. Franc. Curtius *ſenior. conſ.* 73. *numer.* 13. Ias. *conſ.* 33. *conſ.* 41. *conſil.* 104. *cum ſequentis libro primo.* Stephan. Bertrand. *conſ.* 222. *ad finem lib.* 2. Verùm hic non ſumus in coniecturis, ſed in euidenti voluntate, imò in aperta diſpoſitione per prædicta, & maximè poſtquam fideicommiſſum eſt introductum: tunc enim ſufficiunt coniecturæ ad illud ampliandum. & ſic vt cenſeantur vocati ad omnia, non ad portionem patris ſui tantùm, ſed etiam patrui vel patrui magni. Philipp. Decius. *l. 1. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditione factis. & conſ.* 15. Alexand. *conſ.* 52. *colum.* 6. *lib.* 4. Id quod ſecundam quæſtionem reſpicit.

7 ¶ Quantum ad ſecundam quæſtionem, ſi dicti pronepotes ſunt vocati non ſolùm ad portionem aui ſui paterni, ſed etiam ad portionem patrui magni, & ſic ad bona vtriuſque hæredis, & ad vniuerſalem ſucceſſionem. Prima facie videtur quòd non, multis rationibus. Prima, quia ſubſtitutio eorum poteſt in totum reuocari in dubium ex tenore teſtamenti, ibi, *Apres leur decez demeure à leurs enfans maſles procedez en loyal, mariage, & non autrement.* Cùm ergo loquatur de filiis procreatis ex matrimonio certatum perſonarum videlicet Claudij & Guidonis, ſequitur quòd ſubſtitutio non loquitur de filiis procreatis ex alio matrimonio aliarum perſonarum, quemadmodum inſtitutio natorum vel naſciturorum ex tali vxore non porrigitur ad natos vel naſcitutos ex alia text. *in l. filius à patre.* §. *ſiquis eo tempore de liberis & poſtlimus.* ad hoc *l. cum vir. de conditionib. & demonſtrat.* ſimile *in l. ſeruis legatis. de legatis. 1.* vbi nomen Vir vel Mulier adiectum alicui indiuiduo, reſtringitur per illud indiuiduum. & ita tenent Barthol. Alexand. & omnes *in l. placet de liber. & poſthum.* Sed certum eſt aliud eſſe matrimonium Claudij inſtituti, aliud matrimonium filij ſui: ergo de natis ex vno matrimonio fieri nequit extenſio ad natos poſteà ex alio matrimonio. Ergo quamuis filius procreatus ex matrimonio Claudij inſtituti, in parte fuerit ſubſtitutus: tamen nepotes procreati ex matrimonio filij non ſunt ſubſtituti nec vocati. Quod argumentum omnes quæſtiones abſorbet & ceſſare facit.

8 ¶ Secunda, quia etiam ſi dici poſſet appellatione filiorum procreatorum ex legitimo matrimonio hæredis, venire nepotes procreatos ex legitimo matrimonio filij, quod non eſt expeditum, cùm ſint diuerſa, & aliarum perſonarum matrimonia, & ſubſtitutiones ſint odioſæ, non extendendæ, ſed reſtringendæ. Angel. Peruſi. *in l. qui Roma.* §. *duo fratres.* & ibi Alexand. *colum.* 11. *de verbor. obligationib.* Rom, *conſil.* 864. *teſtator. in fin. in antiqu.* Socyn. *conſil.* 113. *colum.* 10. *lib.* 1. Aymo Cravetta. *conſil.* 180. *colum.* 1. Et multò minùs de perſona ad perſonam, quæ nunquam fit. *text. 6. ſanè. extra de priuileg. 11. c. petiſti 7. q. 1.* Rapha. Cuma. *in l commodiſſimè.* & ibi Ias. *numero* 8 *de liberis & poſthum.* Philippus Decius *conſil.* 81. *conſil.* 211. *vbi in annota. dixi. & ad Philipp. Decium in l. illam. columna ſecunda. Cod. de collationib.*

9 ¶ Tamen hoc non eſſet niſi pro parte Claudij aut paterni. non autem pro parte Guidonis. Tum quia ſubſtitutio indefinita, ibi, *Demeure à leurs enfans*, non adiecto ſigno vtriuſque intelligitur diuiſim & reſpectiuè, videlicet vt liberi maſculi vnius ſint reſpectu illius ſubſtituti, & pariter liberi maſculi alterius, reſpectu alterius: non autem quòd liberi alterius tantùm ad portionem vtriuſque ſint vocati, text. *in l. Lucius.* §. *Gayo. ad ſenatuſconſult. Trebellian. in l pen. Cod. de impub. & aliis ſubſtitut.* Alexand *conſil.* 38. *lib.* 1. *conſil.* 1. 5. *lib.* 5. *vbi in annot. dixi.* Et ſic dicti pronepotes nihil iuris habere poſſunt in portione quæ fuit Guidonis, qui deceſſit ſine liberis ex aliquo matrimonio procreatis: & ſic in perſona & portione Guidonis non congruit nec verificatur ſubſtitutio horum proneporum Claudij.

10 ¶ Tertia, quia in parte & portione Guidonis ſi decederet ſine liberis (prout contigit) eſt ſpecialis & particularis ſubſtitutio de perſonna Ioannis Bontemps nepotis teſtatoris ex Guilielmo eius ſtatie

tre prædefuncto, vt patet ex hypotheſi. Ergo clauſola generalis primæ ſubſtitutionis, ibi, *Et au deffaut deſdits enfans maſles*, non debet extendi ad portionem Guidonis, quæ habet ſpecialem ſuam ſubſtitutionem, & particularem diſpoſitionem text. *in l. coheredi. §. qui pater. ff. de vulg. & pupill. in l. cùm in teſtamento. in fin. ff. de hæred. inſtit.* Franc. Cortios ſenior *conſil. 63. col 8. Iaſ. conſ. 142. col. 6. conſ. 153. col. 3. lib. 1. conſ. 53. col. 1. lib. 3. Ad hoc l. dotis clauſula. ff. de verb. oblig.* Alexan. *conſ. 17. nume. 5. lib. 7.* Confirmatur, quia odioſa eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, & ſic ſans eſt illam intelligere reſpectiuè, vt liberi cuiuſque patenti ſuo ſint ſubſtituti, non autem liberi vnius extraneo.

11 ¶ Quibus non obſtantibus, quantuncunque vagere videantur, dicendum dictos pronepotes ſubſtitutos & vocatos ad nouam hæreditatem Decani patrui magni, non ſolùm ad portionem eorum aui patrui, ſed etiam ad portionem dicti Guidonis, idq; ex primo capite & gradu ſubſtitutionis, quo ambo inſtituti iubentur eſſe vſufructuarij, & prohibentur alienare, idque hac finali expreſſa cauſa, vt poſt eorum obitum perueniant bona (ſcilicet omoia dicti Decaoi) ad liberos maſculos dictorum inſtitutorum, procreatos in legitimo matrimonio: quæ cauſa operatur extenſionem ad limites cauſæ. Cùm ergo conſtet hanc primam ſubſtitutionem factam eſſe duntaxat fauore maſculorum nominis & agnationis teſtatoris, ſequitur primò quòd ſi vtriuſque ioſtituti ſupereſſent impari numero maſculi, vocarentur ordine ſucceſſiuo in ſtirpes, videlicet ad portionem ſui quiſque parentis, etiam ſi plures eſſent filij ex vno, quàm ex altero: idque iure ſubſtitutionis, etiam ſi non eſſent hæredes patrum. Sequitur ſecundò quòd ſi non ſuperfuerint maſculi niſi ex vno, quòd illi vocantur ad portionem vtriuſque, tum eadem cauſa & ratione expreſſa agnationis & maſculinitatis.

12 ¶ Tum quia verba, *A leurs enfans*, non intelliguntur diuiſim, niſi in caſu quo ſint maſculi ex vtroque hærede: aliàs verum eſt dicere, quòd maſculi ex alterutro ſint maſculi ex eis, & ſic in maſculis ex vno tantùm (deficientibus ex altero) verificantur verba primæ ſubſtitutionis in totum. Præterea duo ſequentes ſubſtitutionum gradus non habent locum niſi in defectum dictorum maſculorum, & conſequenter quamdiu ſuperſunt maſculi ſiue ex vtroque, ſiue ex altero tantùm, non eſt arguendum à ſequentibus ſubſtitutionum gradibus, quorum dies neque ceſſit neque venit.

13 ¶ Sequitur tertiò, quòd ſi maſculi primi gradus præmonantur, ſi tamen relinquant maſculos ex legitimo matrimonio procreatos, illi patentis locum & gradum ingrediuntur, per text. *in l.* 1. & ibi Bald. Salyc. Paul. Philip. Corn. & omnes. *Cod. de condit. infert.* per Alexand. *in conſil. 9. lib. 1. viſo in annot. dixi.* Et per hanc rationem diſſoluitur prima ratio in contrarium ioducta, tum quia verba, Ex legitimo matrimonio, vt non reſtringuntur ad certam vxorem vel perſonam, ita non reſtringunt ad certum matrimonium: ſed reſtringunt ad prolem per legitimum matrimonium continuatam.

14 ¶ Ad ſecundam verò contrariam rationem reſpondeo primò, quòd inquantum hæc prima ſubſtitutio facta eſt ſolo probabili fauore prolis legitimæ maſculinæ, hoc reſpectu fauorabilis eſt, & ſic hoc reſpectu non debet reſtringi ad ſenſum diuiſum. Plus dico, quòd eo ipſo quòd primi inſtituti iubentur eſſe vſufructuarij: filij verò eorum maſculi abſolutè, præciſè, & ſine aliquo onere vocantur, cenſentur priore loco in proprietate hæredes inſtituti ad onus vſufructus erga patres ſuos, qui magis videntur fideicommiſſarij, quàm hæredes. Et quamuis teſtator non fuerit vſus verbo Inſtitutionis circa dictos filios primo loco ſubſtitutos, hoc non curatur in linea collaterali, in qua non requiritur formula inſtitutionis. Sanè eſt ergo quòd voluit eos eſſe omnium bonorum ſuorum dominos & proprietarios abſolutè, perpetuò, & ſine onere, & ſic veros dominos, iuxta definitionem, dictos verò Claudium & Guidonem vſufructuarios, quod vero domino opponitur *l. 1. & 2. ff. de vſufruct. §. 1. Inſtit. eod* igitur filij maſculi, quos dominos vniuerſę hæreditatis eſſe iuſſit, ſont veri hæredes per not. Bal. Paul. Caſtren. Chriſtopho. de Caſtel. Iaſ. *in l. filius à patre. ff. de liberis & poſthum.* Bald. *in l. id quod pauperibus. q. 14. C. de epiſco. & cleri.* Philip. Corne. & Iaſ. *in l. extraneum. C. de hæred. inſtituen.*

15 ¶ Ita quòd illi maſculi habent ius adeundi & tranſmittendi, vt latè tenet Paulus Picus *in l. Titia. in rep. § Titia. cum nuberet. q. 26. & q. 50. charta. 20.* & anto eum item voluit Iaſ. *in l. deſt. 2. col. ſecunda cum ſeq. ff. ad Trebellia.* Ad hoc etiam Paul. Caſtren. *conſ. 239. cum ſeq. lib. primo.* Ita euam ferè in ſimili tenui in annotationibus ad Alexandrum. *conſ. 161. lib. 2. in addicio. 2. in fi.* Igitor ex conſequenti neceſſariò habent ius tam accreſcendi, quàm non decreſcendi, putà ſiue alterius patris non ſint maſculi, ſiue ſint, & nolint.

16 ¶ Minus obſtat tertia ratio in cootrarium allegata: quia particularis illa clauſula *Et ſi man frere Guiod Bontemps*, eſt appendix ſubſtitutionis factę in defectum maſculorum, tam Claudij, quàm Goidonis. Et caſu quo habeant filias, certo modo diſpoſuit, & diuidit: deinde ſubdit, quòd ſi Guido noo habeat filios neq; filias ſeu nullos peoitus libetos, quòd portio ſua remaneat Ioanni Bontemps filio defuncti Guilielmi: & ſic hæc appeodix intelligitur in caſum ſubſtitutionis præcedentis, cui accedit, videlicet in caſum quo nulli ſuperſint maſculi ex Claodio & Guidone: qui caſus defecit, & conſequenter illa appendix quia tegulatur à principali. *l. cùm principalis. ff. de regulis. iuris. l. coheredi §. qui diſſeretas. de vulgari & pupillari. l. vltimę. ad Trebellianum.* Alexand. *conſil. 24. col. tertia, lib. tertio, conſi. 284. numero 18. lib. 6.*

17 ¶ Rurſus ineluctabilius ſoluo quòd dicta appendix eſt caduca & nullius momenti, quia ex hypotheſi dictus Ioannes obiit, oou ſolùm ante Guidonem, ſed etiam ante teſtatorem, & conſequenter perinde eſt ac ſi nunquàm fuiſſet appoſita Couſitmatut, quia teſtatot ad nullam omnino ſubſtituoonem proceſſit, niſi in caſum deficientium dictorum maſculorum, quos dominos omnium bonorum in perpetuum liberè & ſine onere eſſe voluit.

18 ¶ Quod autem pronepotes maſculi ius & locum filij præmortui ſubintrent, & quòd ſufficiat illom vel hos ab altero fratrom de legitimo matrimonio progenitos, vt ad vniorſum vocentur, probatur vltra prædicta: quia ratio finalis vnica & expreſſa ſubſtitutionis primi gradus, æquè congruit & verificatur in filiis maſculis alterutrius dictorum fratrum inſtitutorum reſpectu vtriuſque inſtituti, ſicut in filiis vnius dictorum fratrum reſpectu patris ſui tantum. Quòd ſi in fideicommiſſis valet argumentum à ratione finali vnica & tacita, text. *in l. quamuis & ibi glo. magna. in fin.* vbi latè Philippus Corneus, Iaſ. & alij. C. *de fideicommiſſ.* Quantò fortius & iudubitaoter ſecundum omnes valet à tatione vnica & expreſſa, Alexan. *conſ. 124. in fin. libro ſecundo. conſ. 34. numero 8. libro quinto. conſ. 89. num. quarto, lib. ſexto.* Bartho. Cæpola *cauſa. ciui. conſ. 74.* Hinc neceſſariò ſequitur quòd ſi alter dictorum fratrum deceſſerit relictis liberis maſculis, alter verò ſine maſculis, vel ſine vllis liberis, quod iſte liberis carens non eſt melioris conditionis, nec habet manus liberiores præ illo qui reliquit maſculos. Sed quemadmodum pater relinquens maſculos, tenetur eius bona dicti teſtatoris integra relinquere, vel reſtituere, oec poteſt vllo modo, nec inter viuos, nec in vltima voluntate aliter diſponere: ita decedcos orbus tenetur eiuſdem generis bona (ſcilicet quæ à primo

teſtare habuit) dictis maſculis integra relinquere vel A teſtiruere, nec poteſt vllo modo, nec ioter viuos nec in vltima voluntate aliter diſponere.

19 ¶ Non enim à primo teſtatore vocantur filij maſculi vnius fratris tantum, ſed filij maſculi vtriuſque inſtituti, hoc eſt tam huius, quam alterius fratris: non enim poſſunt eſſe filij vtriuſque ſimul. Et tantum conſideravit teſtator quot eſſent maſculi & deſcendentes per legitimum matrimonium ab inſtitutis, vel ab altero eorum, ſi coniungeret vnum tantum ex dictis fratribus habere filios maſculos. Secundo probatur breui & euidenti demonſtratione: quia certum eſt teſtatorem noluiſſe alterum dictorum fratrum. maximè dictum Guidouem decedentem ſine maſculis, vel ſiue liberit, habere liberas manus, ſed ſubſtitutione ligatas & grauatas. Atqui primus ordo ſubſtitutorum & honotatorum, qui ante omnes eſt qui liberè & ſine onere vocatur, & quo ſtante nemo vocatur, ſuut filij maſculi dictorum duorum fratrum, ergo filij maſculi alterius ex eis neceſſariò ad totum & ante omnes vocantut, ſi ſoli ſint. B

20 ¶ Et in hoc articulo pluralitas illa, *Deſdits enfans maſles*, reſoluitur in hanc ſingulatitatem, id eſt, filij vnius dictorum fratrum, quia non poſſunt eſſe filij vtriuſque, ergo neceſſario filij maſculi vnius dictorum fratrum ſunt vocati & ſubſtituti in dictis bonis alteri fratrum patruo ſuo morienn ſine maſculis, & multò magis morienti ſine vllis liberis. Tertio hoc probat forma, conditio, limium, & progreſſus ſecundi gradus vel ordinis ſubſtitutionum dicti teſtamenti, ibi, *Et au deffaut deſdits enfans maſles*: vbi certiſſimum eſt quod illa verba *Deſdits enfans maſles*, tantum ſignificant, quantum verba, *De ceus leſdits enfans maſles*, vel quantum *Des enfans maſles de chacun deſdits freres*: ſtant enim vniuerſaliter. C

21 ¶ Et quamquam aliàs indefinita æquipolleat vniuerſali ex interpretatione etiam in teſtamentis, tradit Bartholus *in l. ſi pluribus de legatis 2. in l qui edificium. de ſeruitut. vrbanorum prædie.* Ialon *in l. 2. in fi. de liberis & poſthu.* tamen hìc æquipollet vniuerſali, non ex ſimplici interpretatione: ſed ex aperta neceſſitate, & vi propria verborum, quæ negatiuè ſiue defectiuè proponitur, ibi: *Et au deffaut*, &c. Negatiua enim fortius negat, quam affirmatio affirmat, nec reſtrictionem recipit: ſed vi proptia generaliter accipitur, & vim vniuerſalis habet. gloſſa, Bartholus, Paulus *l. hoc genus. de condirie. & demonſtratio.* Oldra. *quæſtione 16.* Albericus *l. vltr. col 5. C. de ſponſalibus.* Philippus Decius *l. 1. num. 13. vbi in annotatomib. dixi. C. de paſtis.* Quamdiu ergo ſuperſunt maſculi ex vno frattrum inſtitutorum, ſiue ſuperſtite, ſiue præmortuo, ſi alter inſtirutus moriatut ſine maſculis & relictis fœminis, non eſt locus ſecundo gradui vel ordini ſubſtitutionis, ſed primo gradui tantum, quo ſoli maſculi ſubſtituuntur, & omnibut præferuntur: ergo maſculi vnius fratrum inſtitutorum excludunt fœminas alterius fratris, & omnes alios eiſdem fœminis per teſtamentum coniunctos, & multò magis deficientibus liberis excludunt omnes alios. Et partem illam defuncti à primo teſtatote oboentam contra omnes & ab omnibus vendicant, vt eſt planus & apertiſſimus ſenſus teſtamenti. D E

22 ¶ Quartò etiam ex abundanti: quia qualitas maſculuiratit propter peculiarem vim maſculos includendi, & alios excludendi: tantæ eſt efficaciæ, vt operetur verba poſita in conditione, diſpoſitionem, & veram ſubſtitutionem eorundem maſculorum inducere ad limitationem gloſſæ & communis tegulæ de qua *in l. Lucius. 2. de hæred. inſtit.* Albericut *l. 1. C. de conditionibus inſertis.* Philipp. Corneus *l. ab eo. C. de fideicommiſſis. & conſ. 14. columna 2. libro 2.* Franc. Curtius iunior. *l. 1. n. 14. dicens ſæpè conſuluiſſe.* & ita iudicatum & ſententiam per conſilium Venetorum confirmatã.

Sed de hoc vide nunc plenius ſcriptum conſ. pro dom. Vrſ. Iebermoſe Hiſpano

C. de paſtis. & ibi Philip. Deci. *nu. 16. & conſ. 230. conſ. 318.* Guido papæ Deciſio. Delphinatus *q. 124.* Iaſon *conſ. 232. libro 2.* Socyn. *conſ. 33. lib. 4.* Aymo Ctaueta *conſ. 130. nu. 2.* Ergo omnes maſculi cuiuſlibet fratris ſunt priùs & ante omnet vocati & ſubſtituti.

23 ¶ Plus dico, quod dicta clauſula poſt duos ordines ſubſtitutionum appoſita ſub his verbis Gallicis: *Et ſi mon frere Guyod Bontemps n'a point d'enfans, que le tout qui luy ſera demeuré comme heritier de la moitié demeure à mon nepuen Iean Bontemps*, non eſt alius tertius ordo ſubſtitutionis, ſed limitatio ſecundi ordinis dictarum ſubſtitutionum, in quo dictum erat quod ſi Claudiut & Guido decederent ſine maſculis, & tantum reliquerent filias, quòd media pars hæreditatis ſpectaret ad eorum filias, & altera dimidia ad filiot Guilielmi Bontemps frattis prædefuncti, & ad Petrum Boudran filium ſororis teſtatoris. Hæc diſpoſitio ſecundi ordinis ſubſtitutiouum limitatut reſpectu Guidonis, ad hoc vt ſi nullos relinquat liberos, neq; maſculos, neq; fœminas, portio eius ſpectet Ioanni Bontẽps nepoti ex Guilielmo fratre prædefuncto. Hoc autem non eſt factum ſine miniſterio: quia certum eſt quòd in terminis ſecundi ordinis ſubſtitutionum deficientibus maſculis, & ſtantibus filiabus, ſeu neptibus, illæ coniunctæ erãt pro media cum filiis dicti Guilielmi Bontemps, & cum dicto Petro filio ſororis pro altera dimidia in quo omnes ſunt coniuncti non re, ſed verbis. *l. re coniuncti, verſi. item verbis. de lega. 3.* Et conſequenter deficiente primo ordine ſubſtitutionum, videlicet maſculis Claudij & Guidonis, & loco aperto ſecundo ordini, certum eſt quòd ſi dimidia filiarum ſeu nepotum quoquomodo defeciſſet, illa dimidia accreuiſſet filiis Guilielmi & filio ſororis vt cõiunctis verbis. *d. l. re coniunctis.* Quod animaduertens teſtator volent præferre filium frattis Guilielmi filio ſororis in portione Guidonis, quam videbat carere liberis, addidit illam appendicem, vt filius frattis filio ſororis præferretur, ſaus oſtendent quàm mallet maſculos è maſculis filiabus præferti, natis ex eis, & ſic dicto Petr. Boudran: tantum abeſt vt dicta clauſula actoribus noceat, quæ etiam duplici ratione vacat. Prima, quia ſtantibus maſculis è dicto Claudio deficit. Secunda, quia præmortuo Ioanne Bontemps, caduca eſt, vt ex ea nullum poſſit argumentum duci contra actores. 24 ¶ Quantum ad tertiam quæſtionem, ſi pronepotes ex Claudio vocati ſint, & alios excludant? Hæc quæſtio iam ſoluta eſt ex præcedentibus: quoniam appellatione filiorum veniunt nepotes, quando habent qualitatem contemplatam in teſtamento, vt quia ſuut maſculi legiimè deſcendentes ex maſculis, & ſic nihil impedit quin teneant locum patris, quando in proximo gradu inueniuntut extante conditione ſubſtitutonit, vt hìc l. iuſta. l. liberorum. de verborum ſignificatione. Et ita in propriit terminis tenet Alexander in conſilio nono, libto primo. Et generaliter quòd appellatione filiorum veniant nepotes ad eorum commodum in teſtamentis & ſubſtitutionibut, tenet Ludouicus Romanus *conſilio 219. Alexand. conſil. 5. conſil. 26. (vbi in annotat. dixi) lib. 3. conſilio 56. lib. 5. conſi. 37. lib. ſexto.* & maximè quando filij in nomine plutali ſunt vocati vt hìc Bald. *conſilio 186. quidam magni. libro quarto.* & plenè docui in annotatio. ad Alexand. conſilio primo, libto primo. Et ſic non eſt dubium quin omnes alios excludaut, quemadmodum patet eorum excluderet, & perinde atque eſſent filij primi gradus Claudij inſtituti: ſemper enim tam morientе Guidone quàm Claudio, ſoli primum locum filiorum maſculorum tenuerunt.

25 ¶ Et ſic tam ad partem dicti Guidonis, quàm ad partem dicti Claudij ſubſtituti ſunt, & omnia liberè vendicare poſſunt, etiam ſi neutrut hæredes ſint: quoniam in iſtis bonis dicti teſtatoris ab illo ſolo cauſam & ius immediatè capiunt, & non à patre nec ab auo paterno, nec à patruo magno *l. cohæredi. §. cum filia* &

ibi

ibi Barthu. Alexand. & omnes. *ff. de vulgari & pupillari ſubſtituti ne. l. vltima, C. communia de leg.* Alexand *conſilio.* 30. *numero* 5. *libro ſecundo. conſilio* 100. *numero* 4 *libro tertio.* Anton. Rub. *conſil.* 36. Philippus Decius *conſ.* 1.

26 ¶ Quantum ad quartam quæſtionem, an Guido liberè teſtari poterit, ex eo quòd Ioannes Bontemps ſubſtitutus ſine liberis prædeceſſit, ſuprà teſpondimus eſt. Et inſuper ſi dicti maſculi defeciſſent, defectus caducæ ſubſtitutionis Ioannis filij Guillelmi contingens per obitum dicti Ioannis fecit locum iuri accreſcendi aliis ſubſtitutis verbis coniunctis. Et conſequenter dictus Guido non poterat aliter diſponere, nec hæredem habere ex teſtamento, vel ab inteſtato.

27 ¶ Quantum ad quintam quæſtionem, an dictus Claudius potuerit facere dictam tranſactionem cum dicta vidua & Petro Boudram, eiſque quædam prædia Guidoni ex teſtamento dicti Decani obuenta relinquere, & an ea ſine in integrum reſtitutione vendicare poſſint nepotes Claudij tranſigentis? Reſpondeo tranſactionem nullam, vtpote de prædiis nomine minotum ſine decreto factam & tectè vendicari poſſe *l. non ſolùm C. de prad. minorum.* præſertim cùm ſit facta ab auo habente vſumfructum dictorum aduentitiorum, vt ſecundum ius obſeruatur in comitatu Burgundiæ. & cui ſpecialiter omnis alienatio & hypotheca prohibetur. *l. cùm oportet. §. non autem. C. de bonis quæ liberis l.* 1. *&* 2. *C. de bonis maternis.* Non enim facta eſt tranſactio propter æs alienum, nec propter alimenta nepotum, quibus ex cauſis tantùm permittitur patri mobilibus non ſufficientibus, prædia filiorumfam. vendere. *l. cum non ſolum. §. ſin autem at alienum. C. de bonis quæ liberis.* etiam ſine decreto, ſecundùm Bald. ibi. Azo. *in ſumma eo. tit.* Andreas Alciat. *in l. præſes. C. de tranſ.* Philipp. Deci. *in l. pactum ad finem C. de collatio. vbi in annotatis, tetigi.* Carol. Rui. *conſilio* 101. *colum.* 2. *libro* 5. Decius *conſi.* 209. *lib.* 3. Andr. Tiraq. *de legib. connubia. gloſ.* 3. *num.* 34. Sed cùm nulla cauſa permiſſa ſubſit, nec expreſſa ſit in tranſactione, remanet funditus nulla. Quamuis enim pater vel auus paternus haberet leginimam adminiſtrationem liberam à teddimone tationum & cautione fructuaria, *d. l. cùm non ſolum § ſin autem.* & in iudicio agere, tamen non potuit tranſigere niſi retinendo totum. *l. nulli ff. de tranſact.* non autem relinqoendo partem etiam modicam prædiorum: & tantum abeſt neceſſariam eſſe reſtitutionem in integrum, vt nec ſub rege quidem Franciæ, cuius cancellaria valde quæſtoria eſt, opus eſſet litteris regiis, cùm conſtet de nollitate, nec agatur de actorum tacto, vt in Senatu Pariſienſi præſens *ὑπομνήστης* bonæ memoriæ domi. Ioanne Selua præſide primo iudicati vidi.

28 ¶ Ampho prædicta, etiam ſi hi nepotes ſint hęredes aui tranſigentis, & qui tam ſuo proprio, quàm nepotum nomine ſe obligauit: quia inquantum auus nomine ſuo contraxit, videlicet ratione vſusfructus ad ſe pertinentis, non poſſunt nec debent nepotes contrauenire, nec aliquid petere de fructibus temporis vitæ aui collectis, & hoc modo ſatisfaciunt tranſactioni inquantum auus nomine proprio contraxit: non enim intelligitur proprio nomine ſe obligaſſe, nec fidem ſuam adhibuiſſe, niſi inquantum negotium ad ſe pertinebat, ex quo pertinebat in parte, videlicet ratione vſusfructus: in reliquo verò nil cenſetur feciſſe, niſi tanquam adminiſtrator, & ſic nulliter quod ad prædia, de quibus agitur.

29 ¶ Et ſic non obſtante dicta tranſactione poſſont nepotes liberè vendicare cum fructibus à die mortis aoi, propter malam fidem viduæ & Petri, qui contraxerunt cum legitimo adminiſtratore extra caſus a iure permiſſos, & ſic nulliter & mala fide. *l. t. C. de inſtrumento, & iure haſtæ fiſcal. lib.* 10. *c. qui contra iura. de regulis iuris, in ſexto.* & propter nullitatem nulla deſcendit obligatio in hæredes. Bald. Saly. Paul. *in l. cum à matre. C. de rei vendic.*

30 ¶ Et conſequeuter omnes clauſulæ acceſſoriæ vt promiſſiones euictionis & ratificationis nepotum nullæ, qui etiam nunquam ratificarunt, vt non tenentur, quamuis eſſent hæredes. *gloſſ. l. ſi patronus. §. patronum. verbo Fauiane. ff. ſi quid. in fraud. patron. text. gloſſ. in capitulo ſecundo. extra de precariis.* Cynus *in l.* 2. *C. ſi quid in fraudi. patro.* Andre. de Iſernia *de prohibita feudi alienatione per Fatharinum. in vſib. feudo. conſilio* 31. *in princip. libro ſecundo. vbi in annotat. dixi.* Philippus Decius *conſ.* 488 *in fine.*

31 ¶ Poſſunt etiam hi nepotes reſumere litem cœptam ab auo contra dictam viduam & Petrum eorum hæredes, in ſtatu quo erat tempore dictæ tranſactionis: in totum tamen auus agebat eorum nomine, videlicet non pro fructibus collectis in vita aui, & gratiam habere peremptæ inſtantiæ pro ſtylo loci, Nec obſtat quod quidam cenſuerunt neceſſarium eſſe venire per viam nouæ actionis, ſaltem contra tertios emptores & poſſeſſores, qui à vidua & Petro emerunt, cum in ſingularem ſucceſſorem non tranſeat inſtantia. *l. ſi conſtante. in fin* ſoluto matrimonio, quia remedium eſt quod reſumatur vetus inſtantia contra viduam & Petrum & eorum hæredes, cui auus renunciare non potuit inquantum nomine nepotum agebat: & tunc citabuntur poſſeſſores vt cauſæ adſint, dicant & faciant quicquid voluerint, quominus ſententia quæ contra authores ferenit, ſit in eos executoria. Quæ praxis in iure optimo fundatur. Primò *in l. ſæpe. de rei vindica in l. cum filiusfam.* vbi latè Socinus *de verbo. obliga in l.* 2. vbi Philippus Deci. *numero* 44. *C. de edendo* Decius *conſ.* 187. *col. vlt.*

32 ¶ Ad ſeptimam quæſtionem de detractione leginimæ vel Trebellianicæ nullus eſt hic locus nec leginimæ, quia collateralibus non debetur, nec Trebellianicæ, quia prohiberi poteſt auth. *ſed cum teſtator. C. ad legem Falcidiam*, quæ ſatis expreſsè prohibita eſt, ex quo fratres tantum in vſufructu inſtituti fuerunt, imo non erant veri hæredes nec capaces Trebellianicæ, vt nuper dixi, tum propter alias præciſas clauſulas teſtamenti. Et ad ſummum Trebellianica illa abſorbetur fructibus per Guidonem & ſuos perceptis *l. mulier § ſi hæred. in fin. ff. ad Trebellia.* Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. Doctor, Franciæ & Germaniæ Iutiſconſ. legum profeſſor Dolanus, in quorum fidem propria manu ſubſcripſi, & gentilitiam *σφραγίδα* appoſui. Actum Dolæ Calend. Auguſt. anno ſaluti 1556.

EPITOME CONSILII XLI.

1 *Fructus pignoris debent in ſortem principalem imputari.*
2 *Non obſtante pacto quo vſurarium.*
3 *Omnia pœna appoſita dationi quantitatis eſt vſuraria.*
4 *Vſurarius nunquam præſcribit, nec creditor pignus mille annis.*
5 *Venditori re tradita currunt vſuræ pretij, etiam ſi res non ferat fructus.* 9.
6 *Quoties ſunt permiſſæ vſuræ valet pactum de fructibus non imputandis in ſortem.* 12.
7 *Contractus innominati regulantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur: valet pactum taxans vſuras dilatæ ſolutionis.*
8 *Valet pactum taxationis vſurarum dilatæ ſolutionis.*
10 *Princeps ligatur contractu etiam cum ſubdito ſuo facto.*
13 *Vſura quædam lucratoria, quædam recompenſatoria, & hæ non ſunt vſuræ.*
14 *In pacto oneroſo valet pœna acquiſita dationi quantitatis.*

CONSILIVM XLI.

ILLVSTRIS vtriuſque Siciliæ Rex Renatus & Prouinciæ comes luere cupiens caſtrum Raynardum, quod magnificus miles Ioannes Arlatam pro certa pecuniæ quantitate ſolpignoratum poſſidebat. Quod idem Rex proprer occurrentia diuerſarum impenſarum onera, nequiret aliter illud recuperare, tuſi magnificus Ludouicus de Bernam officium viſitationis gabellarum fluminis Rhodani ex iuſto & legitimo titulo & continuata poſſeſſione ad ſe pertinens putè & ſimpliciter deſignaret in manus eiuſdem regis conferendum, & datum præfato Ioanni Arlatam, pro tuitione & recuperatione dicti ſui caſtri: præfatus Ludouicus dictum ſuum officium ceſſit, & reſignauit: quod cum effectu factus eſt dictus Ioannes, & ſic caſtrum Regi reſtitutum Rex autem dedit, date & ſoluere promiſit præfato Ludouico & ſuis hæredibus ac ſucceſſoribus quibuſcunque, loco, & in compenſationem dicti officij, ſummam mille ducatorum auri boni & iuſti ponderis, quam ſummam exhauſto ærario præſentaliter ſoluere non valens, ne dictus Ludouicus damnum interim pateretur, idem rex dicto Ludouico, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque pignorauit, & loco pignoris pro dictis mille ducatis dedit, tradidit, & aſſignauit omnia ramagia, herbagia, & alia paſcua quæcunque territorij villæ Ariarum & eorum iura, ita quòd ipſe Ludouicus, & ſui hæredes & ſucceſſores ex tunc poſſent liberè ita tenere, poſſidere, vendere, locare, ac eorum ita fructus, prouentus, ad quamcunque pecuniæ ſummam annuatim aſcendant, recolligere, donec ipſi Ludouico aut ſuis hæredibus fuerit integra ſolutio facta dictorum mille ducatorum auri, cum clauſula & pacto expreſſis, quòd dicti fructus & prouentus non deberent deduci nec computari in ſorte principali, nec in totum, nec in parte, cum clauſulis ex certa ſcientia, & in verbo regali, & aliis derogationibus opportunis, vt conſtat authentico inſtrumento ſub ſigno & ſigillo præfati regis, die 17. Iunij anno 1418 vi cuius conceſſionis, pacti, & conuentionis, præfatus Ludouicus dictorum ramagiorum, herbagiorum & paſcuorum fructibus, iuribus, & commodis vſus eſt, & integrè, publicè & pacificè poſſedit ipſe & Carolus filius eius & hæres vniuerſalis per ſpatium 37. annorum, & donec idem Carolus in præſentia & de aſſenſu dicti regis, dictam impignorationem & omnia iura, & actiones reales & perſonales ceſſit & tranſtulit nobili viro Girardino Boucheno præfecto ærarij & ſecretario dicti recti regis, & eius hæredibus quibuſcunque, ſimili ſumma mille ducatorum auri, de qua amicabiliter concordatum & conuentum fuit. Et prædicta ceſſio fuit à præfato Rege ex certa ſcientia & deliberatione ſui conſilij acceptata & confirmata, vnà cum reiterata confirmatione & approbatione primæ ſolpignorationis, & conceſſionis, & pacti, de non imputandis fructibus in ſortem. Et vltra inquantum opus eſſet idem rex præfato Girardino de nouo, inquantum opus eſſet, dedit, ceſſit, & remiſit dicta ramagia, herbagia, & iura de certa ſcientia, motu proprio, & deliberatione ſui conſilij, volens quòd dictus Girardious vita ſua durante illa habeat, poſſideat, locet, & fructus colligat, ad quaotamcunque ſummam aſcendant: & de illis vt dominus de re ſua propria diſponat. caſſando ſubreptitiam conceſſionem cuidam alij factam, & derogando omnibus obſtare volentibus, promittendo nun contrauenire ſub verbo, honore, & fide regalibus, & ad hoc hæredem ſub benedictionis obtentu adſtringendo, vt de his conſtat authentico inſtrumento, ſub ſigno & ſigillo præfati Regis Renati, anno Domini 1475 die nona Decembris. Vi cuius conceſſionis & confirmationis dictus Girardinus publicè poſſedit, & vſus eſt dictis ramagiis & paſcuis, quandiu vixit, & poſt eum nobilis domicella Magdalena Boucher eius filia & hæres: quæ nunc & ab anno 1501. cœpit inquietari ab officialibus præpotentis Regis Francorum, hæredis dicti Renati regis & comitis Prouinciæ.

1 ¶ Quæritur an dicta Magdalena poſſit inquietari & priuari iure & poſſeſſione dictorum ramagiorum, & paſcuorum, non ſoluta ſorte principali dictorum mille ducatorum auri? Et prima facie videretur dicendum, quòd ſic: quia conſtat quòd conceſſio dictorum ramagiorum & paſcuorum fuit vera & mera pignoratio, pro ſumma mille ducatorum auri debita & promiſſa à dicto rege, dicto Ludouico de Bernam, & ſuis ſucceſſoribus. Sed iuris eſt indubitati, fructus rei pignoratæ nedum perceptos à creditore, ſed etiam qui ab eo percipi potuerunt, imputari ſorti principali, & ipſo iure illam extenuare, vt ſunt text. aperti *in l.* 1. *& 2. C. de pign. actio. in l ſi dominium. C. de pigno. in l.* 2. *C. de pact. pign. in l.* 1. *C. de diſtract. pign. text. in c cum cõtra extra. de pig. & conqueſtus de vſuris.* ergo dicta Magdalena nedum tenetur liberè reſtituere dicta ramagia & paſcua, ſed etiam eorum fructus & reditus tam ab ea, quàm à ſuis deceſſoribus perceptos, & qui percipi potuerunt, quatenus exceduot dictam ſummam ducatorum auri.

2 ¶ Non obſtat pactum de fructibus non computandis in ſortem: quia tale pactum eſt vſurarium, nec valet, vt tenet Bald *in l.* 2. *C. de diſtr. pign.* & in tantum

tum eſt reprobatum, quòd etiam non valeret conſuetudo & ſtatutum de lucrandis fructibus pignoris, tanquam contra ius diuinum, & in fraudem vſurarum, vt tenet Bart. *in l. ſi finita. §. Iulianus, colum. vlt.* & ibi ſequuntur Aug. Ioan. de Imol. *de damnis infecto.* Non obſtat confirmatio & reiteratio dictæ conceſſionis facta ab eodem Rege dicto Girardino poſt triginta annos: quia nihil aliud eſt, quàm pignorationis continuatio, & eodem vitio laboraret, quo primum pactum: ergo non potuit operari lucrum fructuum, quia hoc eſſet vſurarium.

3 ¶ Tum conſtat quòd principale debitum in certa quantitate pecuniæ conſiſtebat & conſiſtit, vt in mille ducatis auri. Ergo omnis pœna, ſeu omne pactum lucratiuum appoſitum in defectum vel dilationem dictæ quantitatis, eſt vſurarium & nullum: vt indiſtinctè tenent contra omnes doctores vtriuſque iuris, & omiſſit diffuſè concordantes. Ita latè decidit Alex. *conſ. 41. incip. Pauci vtar. lib. 4.* Ioan. Andr. *in addi. Specul. de oblig. & ſolut. in princ. nu. 4.* Salie *in l. cum allegas C. de vſur.*

4 ¶ Non obſtat lapſus temporis pluſquàm longiſſimi, & per idem tempus continuata poſſeſſio, tum quia in materia vſuraria nunquam vllo tempore currit præſcriptio, vt notat Alex. *conſ. 46. incip. Circa præſentis conſilii materiam. vol. 3. in 1. & col. 2 & in conſ. 14. vol. 6.* tum quia creditor poſſident pignus nullo vnquam tempore præſcribit contra debitorem. Ratio, quia oblatio debiti, vel illius cum fructibus compenſatio, & pignoris repetitio, eſt meræ facultatis, cum nunquam præſcribitur. text. vbi omnes notant *in l. cum notiſſimum. §. eodem iure. C. de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.* Et quòd poſſit debitor pignus vendicare, debito in fructibus compenſato, non obſtante lapſu temporis, eſt text. *in l. vlt. C. de pignor. actio.* Et quòd hoc poſſit etiam poſt tempus longiſſimum, & quandocunque, tenent gloſ. Bar. Ioan. Fab. *in dicto §. eodem iure.* Panor. *in c. quoniam frequenter. §. vlt. col. 27. vt lite non conteſt.* & ibi Bald. *col. vlt.* & Bald. *in rub. col. 4. extra de præſcrip.* Nec valent dicere quòd dictus Girardinus fuit tertius acquiſitor dictorum iurium, tum quia aequiſiuit ſub eadem qualitate pignoris & crediti, tum quia per prefatam confirmationem factus eſt creditor dicti Regis in dicta qualitate mille ducatorum: ergo contra eum, & contra dictam Magdalenam eius hæredem vendicaor ſibi locum omnia præfata iura pro nullo pacto, & nullo temporis lapſu, tenerot iura pignorata reſtituere, fructibus in ſorte compotaris. Ita etiam poſt canoniſtas tenet Philip. Deci. *conſ. 119. columna 3. in 2. diſputatione.* Quod etiam tenent Theologi, vt Gabriel Biel *in 4. Sent. diſtin. 15. queſt. 11. colu. 17.*

5 ¶ Sed tamen prædictis non obſtantibos contratium de iure & æquitate verius puto, quòd domina Magdalena fecerit & faciat fructus ſuos cum effectu, tam perceptos, quàm percipiendos in futurum de dictis camagiis & paſcuis, & quòd nec poſſit nec debeat expelli, nec turbari, nec reſtituere illa teneatur, niſi integra ſolura ſumma mille ducatorum auri, ſecundum formam & tenorem prædictarum conceſſionis, pacti & confirmationis regiarum. Quod probo: quia iuris eſt exploratiſſimi, quod quando quis vendit rem ſuam ex qua fructus & reditus annuos percipit, & illam tradit, ſi pretium ſibi non ſoluatur tunc abſque alia interpellatioone ſtatim quod rem tradidit, debentur ſibi vſuræ, pretij non ſoluti, & licitè poteſt eas exigere quandiu differtur ſolutio pretij. text. eſt *in l. curabit. C. de actio. empt. in l. fructus in fine. C. eod. tit. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eo. in l. vlt. ff. de peric. & commo. rei ven. l. emptis in ſi. ff. de vſuris. l. 2. C. eo.* Et huiſmodi vſuræ meto iure debentur eo ipſo, quod venditor impleuit ex parte ſua, etiam ſi emptor nullos fructus ex ſe perceperit, ſi hoc ſua culpa contigerit, ſiue

A caſu, aut natura rei peremptæ, aut ſterilis: quia debentur ratione implementi, & fidei præſtitæ, quod eſt ſtatim re tradita, vt expreſsè notat Bald. *in l. vſuras. C. de vſuris.* Et ſequitur Paul. *de caſt. in d. l. curabit.* Idem Petr. Ancha. *in reperi. cap. peccati venia. de reg. iuris in ſexto.* Ioan. de Ana. *in c. conqueſtus. extra de vſuris.* Alex. *in conſ. 147. numero 3. columna 5.*

6 ¶ Similiter expeditum eſt de iure, quod iſto caſu & aliis ſimilibus, quibus ſunt permiſſæ & debitæ vſuræ, valet pactum quod fructus rei pignoratæ pro pretio vel ſorte principali debita cedant & remancant creditori loco vſurarum. tex. eſt *in l. ſi ea lege. C. de vſuris.* Et in tantum eſt validum iſtud pactum, quòd non poteſt infringi, nec dici vſurarium vt eſt text. rotundus *in d. l. ſi ea lege.*: quia vt ibi dicunt gloſ. Bar. Bald. Salie & omnes, tempore pacti eſt incertum quantum futuri fructus pignoris debeant aſcendere. Et ſic ratione incertitudinis valet commentio de illis lucrādis pro vſuris: quia ſicut poterit lucrari creditor ſi fructus exceedant vſuras: ita poterit perdere, ſi fructus minus aſcendāt, & de incertis loctis & damnis videtur per huiuſmodi pactum eſſe tranſactum. Et iſto caſu limitatur, & non procedit. d. e. conqueſtus de vſuris. & ſimiliha iura, vt ſtatim latius dicetur. Quod autem dictum eſt in venditione, idem dicēdum eſt in permutatione.

7 ¶ Idem contractu, *do vt des*, & aliis contractibus innominatis, in quibus traderetur vel redderetur res ferent fructus annuos pro alia certa te vel quantitate. Et ſic quantum ad id de quo quæritur, habereut eandem ſimilitudinem & rationem cum contractu venditionis & emptionis. text ſunt *in l. 1. §. ſi quis ſuam. ff. depoſiti. in l. naturalis. §. at cum do. §. ſed ſi facio. ff. de præſcrip. verb.* & vtrobique nor Bart & omnes ſequuntur, quod contractus innominati regulantur & indicantur ſecondum naturam contractuum nominatorum quibus aſſimilantur. Cardo autem & punctus quæſtionis præſentis vertitur & conſiſtit in illis terminis, quia conſtat quòd dictus Lodouicus de Bernam reſignauit, dedit, ceſſit. & dimiſit officium ſuum viſitanonis gabellarum præfato Regi, ad ipſius Regis vtilitatem, pro dicta ſumma mille ducatorum auri, quam ſibi promiſit dare & ſoluere idem Rex. Itaque liquet quòd fuit veta vendirio officij pro prerio dictæ ſummæ, cum hic reperiantur omnia ſubſtantialia emptionis & venditionis, videlicet res, prerium certum in pecunia, & conſenſus. Aut ſaltem non poteſt abſque manifeſta tergiuerſatione negari quin ſit contractus *do vt des*, vel *facio vt des*, ſeu *do & facio vt des.* Quodcunque eorum ſit, non refert (vt dictum eſt) quia ex quo conſtat quod ex officio ceſſo, dato, & dimiſſo, fructus, reditus, honores, & ſtipendia annua, menſtrua, & quotidiana percipiebantur, ſequitur quod ſtatim vt præfatus Ludouicus pro parte ſua impleuit dando, & dimittendo de facto in manus Regis dictum officium, fuerunt ſibi debitæ, & cœperunt eo ipſo currere vſuræ, donec dicta ſumma mille ducatorum auri in locum & recompenſam dicti officij & iurium eius ſolueretur pet pura iura prædicta.

8 ¶ Super quo eſt notandum, quod valet pactum & taxatio vſurarum de illis quandiu differetur ſolutio pretij aut ſortis principalis, & ſoluendit & exigendis vſq; ad quantitatem, ad quam aſcendunt fructus, reditus, & emolumenta rei, ex cauſa venditionis, & alia ſimili onoroſa cauſa ceſſa & tradita, vt eleganter in termiuis oot. Pau. de Caſt. *in l. Iulianus §. ex vendito. ff. de actionib empt* Saly *in d. l. 2. C. de vſuris.* Alex. *conſ. 69. num. 14. lib. 5.* Cùm igitur ſimus in caſu in quo vſuræ ſunt debitæ & exigibiles ex dilatione ſolorionis ſortis: ſequitur quòd valuit & valet pactum de quo agitur, vt fructus rei pignoratæ cedant & remaneant penes creditorem in locum vſurarum debitarum; & ſic non poſſunt vllo modo imputari in ſortem principalem, ſed in ſolas vſuras imputantur. Et quamuis non

ſit certum an fructus rei pignoratæ æquiualeant fructibus officij ceſſi & traditi, & ſic legitimæ vſurarum quantitati, iſta dubietas & incertitudo nullo modo vitiat pactum iſtud, ſed illud iuſtificat, & per text. *in d. l. ſi ea lege C. de vſuris.* Ex his liquet quod de mera iuris diſpoſitione, & rigore fructus & reditus dictorum ramagiorum non poſſunt imputari in ſortem principalem, nec in totum, nec in partem.

9 ¶ Vlterius quod nec de æquitate rationis poſſint imputari oſtenditur: quia ratio propter quam contractum ex parte ſua implenti debentur vſuræ à non implente, eſt, quia implens non debet carere re, fructibus, & pretio: & is cui implementum eſt non debet retinere rem, & fructus percipere, & etiam retinere pretium abſque oncre vſurarum, aut alterius ſecompenſationis. Hoc enim eſſet valde inæquale, & ſic contrahentium æquitari, quæ æqualitatem deſiderat, ſic naturali rationi quæ vult neminem locupletari cum iactura aliena. *l. nam hoc natura. ff. de reg. iur.* Et hoc eſt quod dicit text. in terminis *in d.l. Iulianus. § ex vendito.* quòd cùm te emptor fruatur, æquiſſimum eſt eum vſuras pretij impendere. Igitur cum præfatus illuſtris Rex fruitus ſit dicto officio ad libitum, & mediante illo recuperauerit caſtrum ſuum Caſtri Renardi, aliàs nullo modo recuperandum, & eodem caſtro, eiuſque fructibus & reditibus liberè fruitus ſit, æquiſſimum fuit ipſum impendere vſuras pretij dictorum mille ducatorum, quandiu ſoluere differret: ergo æquiſſimum fuit dictum pactum de fructibus pignoris in vſuras impendendis: ergo illud reſcindere eſſet iniquiſſimum, & maieſtate regia indignum. Et hæc iuris, æquitatis, & æqualitatis ratio in cauſa fuit, quòd idem æquiſſimus Rex ex deliberatione matura ſui conſilij fecit, & repetita deliberatione renouauit & confirmauit prædictum pactum de fructibus pignoris in ſortem nullo modo imputandis. Et quòd hæc fuerit cauſa & ratio finalis patet ex tenore, & verbis expreſſis præfati Regis, in præfatione clauſulæ pacti de quo agitur: vbi expreſsè dicit ſe iſtod pactum facere ne dictus Ludouicus intuitu maieſtatis ipſius Regis patiatur damnum, propter retentiam teſignati officij, & pretij dictorum mille ducatorum.

10 ¶ Vltetius & tertiò quòd nec ſalua fide & honeſtate maieſtatis Regis poſſet iſtud pactum infringi, clarum eſt, quia princeps ſuo contractu ligatur, etiam inito cum ſubdito, & præcisè tenetur ad obſeruationem vt, *in c.1. de probat. in l. digna vox eſt. C. de legibus* & vtrobique notant doctores. Et nihil præclarius in principe, quàm fidem ſeruare text. *in auth. inter clarat. C. de ſum. trı. & fide cathe.* Sed præfatum pactum in fide & verbo regio bis firmarum eſt, ergo nullo modo violandum, etiam ſi ſecundum vigorem & ſubtilitatem iuris pactum non ſubſiſteret: quia pacta facta cum principibus ſunt lex, & habent vim & robur legis, text. *in l. pen & vlt. C. de don. inter vir. & vxo.* not. Barto. *in text. l. ceſſat. per illum text. ff. de publica.* Bal. poſt Cy. *in l. ea lege. C. de condic ob cauſam.* & elegantèr ait Bal. *in conſil. 418. incip. Petita venia. col. 1.* quòd non debet inter principes de apicibus iuris diſputari, nec verſuti iuris anguſtiæ trutinari: ſed ſola veritas, quam colit ius gentium.

11 ¶ Vlterius & quartò pro irreuocabili firmitate dicti pacti facit longinquitas temporis ferè centum annorum à dicto pacto, quod plus ſexaginta annis à præfato Rege & ſuis ſucceſſoribus & ſcienter abſque contradictione toleratum fuit, ex quo tam longo tempore facta, nunc commouere nimiæ eſſet tergiuerſationis, vt ioquit text. *in aut. de non alien. aut permutan. § non igitur. in fin.* Facit repetita confirmatio & approbatio dicti pacti ex ſcientia certa, & conſilij deliberatione facta poſt multum interuallum, videlicet 37. annorum, quæ quidem ſolemnis geminatio multum debet operari per doct. Barto. in *l. cùm ſimus. C. de agric. & cenſ. lib.* 11. Facit ſententia & arreſtum latum pro dicto Gitardino patre dictæ Magdalenæ, ad confirmationem dicti pacti: ex quibus dubio procul concludendum eſt, dictum pactum fuiſſe validum, & ratum eſſe debere. Supereſt ad allegata io contrarium reſpondere.

12 ¶ Ad primum videlicet ad regulam *lib. 1. & 12. Cod. de pign. actio. c. conqueſtus, de vſuris.* & ſimilium iurium reſpondetur, quòd illa vulgaris regula procedit regulariter, ſed limitatur in caſu præſenti in quo vſuræ ſunt licitæ & debitæ, & factum eſt pactum de fructibus pignoris retinendis pro vſuris: quia tunc nullo modo debent extenuare ſortem principalem, vt prolatum eſt per *d. l. ſi ea lege. C. de vſuris.* Et quòd tali caſu fructus non extenuant ſortem, tenent expreſsè glo. vlr. *in d. l. 1. C. de diſtrac. pignor.* & ibi Bald. dicens vſuras eſſe permiſſas in caſu noſtro, etiam de iure canonico: & quod quandocunque ſunt licitæ vſuræ de iure canonico, validum eſt tunc pactum de fructibus pignoris non computandis in ſortem, ſed retinendis pro vſuris. Et idem tenent expreſsè gloſ. Pan. Fely. & omnes canoniſtæ *in d. c. conqueſtus.* vbi ita limitant regulam dicti capituli. Et per hoc reſpondetur ad ſecundum, in quo dicebatur iſtud pactum eſſe vſurarium: quia falſum eſt, imò eſt iuſtum & legitimum omni iure in iſto caſu ſpeciali.

13 ¶ Et hic notandum ſecundum quod inquit Bald. & Saly. *in l 2. C. de vſur.* quod vſuræ quædam ſunt lucratiuæ, quædam recompenſatoriæ. Lucratiuæ ſunt illæ, quæ non habent aliam ſortem ſpecialem, cui commenſurentur, ſed in ſola & nuda temporis dilatione fundantur. Et iſtæ propriè vſuræ dicuntur, quia ſunt omnino vltra ſortem, & ſine ſorte, & ſunt omni iure reprobatæ & damnatæ, & in illis procedunt pro contraria parte ſuprà allegata. Recompenſatoriæ autem non dicuntur propriè nec ſimpliciter vſuræ, ſed ſolùm ſecundum quid videlicet reſpectu ſortis principalis, tamen non ſunt verè vſuræ, quia non ſunt ſine ſorte: ſed habent propriam & ſpecialem ſortem cui adæquantur, & commenſurantur, & in qua fundantur, vt pater in vſuris debitis venditori poſt rem traditam, quia illæ reſpiciunt vſum & fructus rei, quibus caret venditor, & habent pro ſorte intereſſe illius vſus & commodi, quod abeſt. Sic in caſu præcedenti lucrum fructuum dictorum ramagiorum & paſcuorum non fundantur in dilatione temporis, ſed in intereſſe & damno dimiſſi dicti officij, & reditruum, & ſtipendiorum eius: & ſic non poteſt dici vſura, nec lucrum, ſed onoroſa recompenſatio dicti intereſſe licita & debita. Et quòd huiuſmodi vſuræ recompenſatoriæ ſint omni iure, ciuili, canonico, & diuino permiſſæ, & approbatæ, tenet gl. *in l. 1. verbo, Petrum Apoſtolum.* & (ibi omnes doctores) C. *de ſum. trı. gloſ. in d. l. curabit. in verbo. Ratio.* & ibi Bald. Saly. Ioan. Fab. C. *de actio. empti. glo. in d. l. Iulianus.* § Papi. *in verb. Excedit in fin.* & ibi Bartol. *ff. eod. gloſ.* & omnes cano. *in d. c. conqueſtus.*

14 ¶ Ad id quod dicebatur omnem pœnam aut pactum appoſitum dationi quantitates eſſe vſurarum, vel in fraudem vſurarum: reſpondetur quòd hoc procedit in pacto lucratino, quod non reſpicit aliam ſortem, quàm principalem, & temporis dilationem: ſecus in pacto oneroſo, quod habet ſuam ſortem ſpecialem, & aliud debitum à principali cui commenſuratur, quia non eſt vſurarium, ſed legitimum. Et ſic ſatis liquet reſponſio ad omnia reliqua quæ obſtare videntur: quia loquuntur in materia vſuraria, & ſic non poſſunt militare in caſu præſenti: quia nullo modo in materia vſuraria. Itaque concludo præfatam dominam nullo modo debere inquietari, nec turbari, contra tenorem dicti pacti & confirmationis regiæ, de iuris vtriuſque rigore & diſpoſitione, tum de æquitatis naturalis ratione, tum ex

intuitu

intuitu fidei, & honeſtatis maieſtatis regiæ. Et hanc eſſe veritatem ſentio ergo Carolus Molinæus. I. V. D. & in ſupremo Pariſiorum ſenatu aduocatus. Datum Pariſiis viceſima octaua Decembris, anno Domini ſeſquimilleſimo trigeſimo primo.

CONSILIVM XLII. DATVM FLAGITANTE DOMINO Theocreno filiorum Franciſci primi Franciæ Regis pedagogo, Graſſenſi Epiſcopo, ad indicandum Niciam eſſe de comitatu Prouinciæ, & Regem Franciæ ſpectare.

acum hoc conſilio etiã diſcendum interpoſito;

EPITOME CONSILII XLII.

1 *Sex de ſubſtantia publici inſtrumenti.*
2 *Quod Nicia ſit de comitatu Prouinciæ.* 3. 8.
4 *Qualitas præſumitur ex nomine dignitatis expreſſa.* 5.
6 *Verbum mandamus, & præcipimus, idem ſunt.*
7 *Valet argum. ab eo quod vt plurimũ fieri ſolet.*
9 *Subiecta materia præpollet expreſſioni nominis proprij.*
10 *Qualitas accidentalis non attenditur.* 11. 12. 14. 15.
12 *Crimen læſæ maieſtatis non committitur niſi per ſubditum.*
16 *Subiecta materia præpollet propria verborum ſignificationi.*
17 *Communis modus loquendi & ſcribendi attenditur.*
18 *Iaſon donatione ſibi facta à Rege Franciæ per eius milites fruſtratus cancellario non opitulante.*
19 *Verba enuntiatiua pertinentia fidem faciunt.*
20 *Etiam in recenti actu ſemiplenè probant.*
21 *Et plenè in antiquis.*

CONSILIVM XLII.

STVD inſtrumentum factum anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio, pleniſſimam & integram deſe, & in ſe facit fidem vtpote authenticum, & in forma probante patet.

1 ¶ Quia primò ineſt data anni Domini, menſis, & diei. Secundò indictio. Tertiò locus celebrati actus, imò etiam locus loci. ibi, Actom Antipoli, ad portalem, vbi ſtat macellum. Id quod euacuat difficultatem, de qua *in deciſio. Thol. q.* 491. Quartò numerus & inſcriptio duorum teſtium rogatorum, Quintò ſubſcriptio notarii publici, & eius ſolemnia authenticario. Sextò notarij eiuſdem ſignum. Et ſic tale inſtrumentum eſt abſque dubio authenticum, & per gloſ. *in l. generali* (& ibi Bart. Ioan. de Platea) de tabola. *lib.* 10. *Specul. de inſtr. edi. in prin.* Pet. de Ferra. *in forma produc. inſtru. in verbo. Exhibens & producens.* & plenè probat text. *in c.* 1. & ibi gloſ. *verbo authentica. & in c.* 2. *& per totum de fide inſtrumen.*

2 ¶ Per dictum inſtrumentum directè & manifeſte probatur Niciam tunc fuiſſe & eſſe de comitatu Prouinciæ Narbonenſis, & de ſeneſchallia Prouinciæ, de dominio, iuriſdictione & diſtrictu comitis ſeu comitatus Prouinciæ, & ſubditam ſeneſchallo dicti comitis vel comitatus Prouinciæ, pater per diſcurſum & tenorem dicti inſtrumenti. Primò vbi agitur de diſpoſitione certorum prædiorum, inrium, & bonorum immobilium ſitorum in comitatu Prouinciæ, & de eorum poſſeſſione, de reſtitutione, & de mittendo vel reponendo in eorum poſſeſſionem vel non. Secundò inquiſitio & diligens indagatio ſuper certis factis & cauſis retinendæ vel reſtituendæ poſſeſſionis dictorum bonorum, & ipſa realis miſſio in poſſeſſionem & actualis reſtitutio dictorum bonorum, & executio fuit commiſſa ſubnicario ciuitatis Niciæ. Tertiò commiſſio dictæ inquiſitionis, informationis, & cauſæ cognitionis, & miſſionis in poſſeſſionem, & executionis realis fuit facta per ſeneſchallum Prouinciæ, & dicti comitatus Prouinciæ. Quartò dicta commiſſio non fuit rogatoria, ſed prætiua, & mandatum directum à domino & ſuperiore ſuo ſubdito & inferiori. Quintò dicta commiſſio plenum ſortita eſt effectum, & fuit adimpleta & miſſa reali exeeutioni per dictum ſubuicarium, & tanquam ſubditum obediendum mandato dicti ſeneſchalli ſui domini & ſuperioris, & tanquam commiſſio, præceptum, & mandatum emanans à ſeneſchallo Prouinciæ, & ſub iſtis qualitatibus.

3 ¶ Iſta quinque clarè & notoriè apparent per text. & tenorem dicti inſtrumenti: & ex illis neceſſariò concluditur, quod tunc Nicia erat de comitatu Prouinciæ, ſubdita comiti & ſeneſchallo dicti comitatus Prouinciæ, ſaltem quod comes Prouinciæ, ſuus ſeneſchallus, & ſui officiales erant in poſſeſſione ſuperioritatis, iuriſdictionis, territorij, & diſtrictus Niciæ. Primum & ſecundum patent per totum diſcurſum inſtrumenti, vbi agitur de temporalitate Epiſcopatus Graſſenſis, quæ conſiſtit in prædijs & bonis immobilibus ſitis in comitatu Prouinciæ, vt notoria facti permanentis euidentia oſtendit. Et in eodem inſtrumento inſeruntur verba diſpoſitiua dictæ commiſſionis, & mandati directi dicto ſubnicario Niciæ.

4 ¶ Tertium indubitanter patet, primò in illis verbis in prima linea, Angelus de Senis ſubuicarius ciuitaris, & cõmiſſarius magnifici domini Prouinciæ ſeneſchalli: ergo erat commiſſus à ſeneſchallo Prouinciæ, tanquam à tali, quia ſolum nomen dignitatis ſeneſchalli Prouinciæ, exprimuntur, & nulla alia qualitas adiicitur. Et ſic non poteſt eſſe dubium per text. & omnes doctores *in c. quoniam abbas, de officio delega.* Secundò in ſecunda linea, ibi, per prædictum dominum Prouinciæ ſeneſchallum, ergo in iſta, & in alia qualitate fuit facta commiſſio. Tertiò *in* 37. *linea*, ibi, *Et à præfato domino ſeneſchallo aliud contra hoc præceptum habuerunt in mandatis*, vbi fit mẽtio de iuriſdictionali prehenſione temporalitatis dicti Epiſcopi, & de præcepto facto per dictum ſubuicarium de non patendo nec reſpondendo ratione illius temporalitatis præfato Epiſcopo, vel ſuis vicarijs, donec idẽ Epiſcopus reſti-

tuerit quendam captiuum, vel donec à præfato domino ſeneſchallo aliud fuerit mandatum, vel ordinatum Et ſic liquet quod dictus ſubuicarius procedebat in vim mandati ſeneſchalli, & quod commiſſio emanauit à poteſtate & dignitate ſeneſchalli Prouinciæ.

5 ¶ Quartò *in 38. linea*, ibi, *Duo conſimilia inſtrumenta, quorum vnum deſtinetur ad præfatum dominum ſeneſchallum, vbi dictus ſubuicarius iubet fieri plura inſtrumenta ſuo proceſſus, quorum primum dirigatur præfato ſeneſchallo.* Et ſic procedebat virtute mandati ſeneſchalli Prouinciæ, quia ad illum in ea qualitate curauit relationem fieri ſui proceſſus. Quintò, *in 44. & 45. linea*, ibi, *Dictus ſubuicarius voluit obtemperare & obedire reuerenter, prout decet, & mandata dicti domini ſui, domini Prouinciæ ſeneſchalli iuxta ſeriem atque mentem dictarum literarum, per dictum dominum ſeneſchallum eidem Angelo deſtinatarum, & contenta in ipſis literis executioni mandare, &c.* Ex quibus neceſſariò apparet, quod quamuis ſubſcriptio dictarum literarum fuerit talis, videlicet, *Nicolaus Cancellarius regni Siciliæ, Prouinciæ ſeneſchallus, & rector Pedemontis:* tamen non ſcribebat, nec mandabat ſeu committebat tanquam cancellarius Siciliæ, nec tanquam rector Pedemontis, ſed ſolùm tanquam ſeneſchallus Prouinciæ. Et in hac ſola qualitate fuerunt receptæ & exequoni mandatæ literæ ſuæ commiſſionis.

6 ¶ Quartum patet in tenore dictæ commiſſionis *in 6. linea dicti inſtrumenti*, ibi, *Placet nobis, & mandamus:* quæ ſunt verba præcepriua, & ſuperioris ad inferiorem, *vt in authen. de manda. princip. colum. 3.* & ibi gloſ. *in verbo mandatu. c. 1. de officio deleg.* vbi mandatum appellatur præceptuum. Philippus Decius *in c. etiam ii conſil. 2. nota. 3. de reſcript.* Et *in linea 9.* ibi, *Obtulit ſe idem Angelus reuerenter obedire, & omnia alia & ſingula in ipſis literis adimplere.* Patet etiam in locis punctuatis, & maximè in dicta 44. linea, vbi dictus ſubuicarius vocat præfatum ſeneſchallum, dominum ſuum & dicit dictas literas eſſe mandata domini ſui, Prouinciæ ſeneſchalli, & ſe illis obtemperare, & obedire reuerenter. Ex quibus etiam neceſſariò infertur quintum, & hæc patent ex ipſo tenore & verbis diſpoſitiois inſtrumenti.

7 ¶ Ex quibus apparet Niciam fuiſſe & eſſe de comitatu Prouinciæ: tum quia alioquin ſeneſchallus Prouinciæ non potuiſſet dirigere talia mandata, ſubuicario Niciæ, nec dictus ſubuicarius paruiſſet & obediuiſſet mandatis præfati ſeneſchali, taoquam domini & ſuperioris ſui. *c. paſtoralis. in princip. de offic. deleg. c. 1. §. de foro competen. lib. ſexto.* tom quia alioquin talia mandata demittendo in poſſeſſionem bonorum ſitorum in dicto comitatu nunquàm fuiſſent directa dicto ſubuicario, ſi fuiſſet de diuerſo dominio, iuriſdictioue, vel diſtrictu: ſed fuiſſent directa iudicibus & officialibus eiuſdem comitatus Prouinciæ. *l. cùm vnus, § 1. ff. de bon. auth. iud. poſſid.* Petr. Anch. *in rep. c. poſtulaſti. colum. 3. de foro competen.* Et negotia vuius prouinciæ non ſolent, nec debent per officiales alterius prouinciæ tractari, nec illis expedienda committi, ſed officialibus eiuſdem prooinciæ. Et valet argumentum ab eo quod vt plurimum ſoler fieri. *l. certè. §. vlt. l. quotidie enim. ff. de precar. l. 2. §. merito. ibi & ita ſolet. ff ne quid in loco pub. l. ſi quis donaturus in fi.* & ibi latè Iaſ. *C. de coll. & in l. certs. cond. §. ſi nummos. ff. ſi certum pet.* gloſ. Bald. Saly. *l. neque natales. C. de probat.* Quanto fortiùs ab eo quod ſemper ſolet & debet ſic & non aliter fieri?

8 ¶ Vlterius apparet per tenorem alterius commiſſionis in dicto inſtrumento deſcriptæ, per quam præfatus Nicolaus tanquam ſeneſchallus comitatus Prouinciæ & Forcalquerij commiſit dictum ſubuicariom ad partes iuriſdictionis, diſtrictus, & loca dictorum comitatuum, ad arcendum latrones & malefactores à dictis comitanbus, & enumerando, ſpecificando diſtrictus & loca dictorum comitatuum, expreſsè deſignat & nominat Niciam: ergo Nicia fuit & eſt de diſtrictu comitatuum Prouinciæ & Forcalquerij, qui non ſunt niſi vnus Prouinciæ comitatus. Et cùm verba ſint aperta, nulla poteſt eſſe ambiguitas. *l. ille aut ille enim cum in verbis. ff. de leg. 3.*

9 ¶ Et ſic oullo modo obſtat quod in ſubſcriptione literarum dicti ſeneſchalli primò ponitur eius nomen proprium, deinde ſequitur expreſſio dignitatis Cancellatarius Siciliæ, antequam exprimatur dignitas ſeneſchalli Prouinciæ: tum quia materia ſubiecta quæ ſpectat ad officium ſeneſchalli, & non ad officium cancellarij, facit quòd intelligimr facta commiſſio & mandatum in qualitate Seneſchalli Prouinciæ: tum talis actus nullo modo poterat committi nec geri, niſi in qualitate ſeneſchalli Prouinciæ, vt conſtat ex prædictis. igitur per notata Cardinalis Panorm. Felin. Philipp Dec. in *d. c. quoniam abbas.* tum quia verba diſpoſitiua executioris dictæ commiſſionis ſe referunt ſolùm ad qualitatem & officium ſeneſchalli Prouinciæ, qualitatibus omiſſis. igitur, & cæteta.

10 ¶ Minus obſtat quòd in quibuſdam locis dicti inſtrumenti quandoque dicitur ſubuicarius regialis Niciæ, & quandoque reginalis curiæ Niciæ: & ſic videretur Niciam non eſſe de comitatu Prouinciæ, nec de eius pertinentiis, ſed de regno Siciliæ: alioquin ſi noo ſpectaſſet ad reginam Siciliæ in quantum regina, eſſet abuſus in dicto verbo reginalis. Reſpondetur hoc nullo modo eſſe in conſideratione, quia verbum Reginalis apponitur ibi non ad deſignandum ius, proprietatem, vel iuriſdictionem regiam, vel regineam, in dicto loco Niciæ, & illius officialibus, ſed ſolùm ad denotandum culmen & eminentiam dignitatis regiæ: quia domina dicti comitatus Prouinciæ & ſuarum pertinentiarum præfulgebat tunc temporis, quia erat regina Siciliæ.

11 ¶ Quod patet clatiſſimè ex diſcurſu & tenore dicti inſtromenti. Primò *in linea 15. ibi, harum tenore Reginali authoritate, qua fungimur, committimus, & mandamus, &c.* Et tamen notorium eſt, quòd illa commiſſio nullo modo poterat fieri authoritate Reginali: quia ibi mandatur inquitere & capere malefactores per loca & diſtrictus comitatus Prouinciæ, & eorum proceſſus facere, vſque ad ſententiam, etiam incluſiuè, ſi periculum ſuperueniat in mora, & præcipitur ſingulis officialibus & hominibus obedire, aſſiſtere, & auxilium dare: ſed fuiſſet impoſſibile hoc fieri authoritate Reginæ, in quantum Regina Siciliæ, ſed ſolùm inquantum erat comes & domina dicti comitatus. Et ſic illa verba, *Authoritate reginali*, intelliguntur, id eſt, authoritate dominæ & comitis Prouinciæ, quæ etiam reginali dignitate fulget.

12 ¶ Similiter *in linea 19.* ibi, *captos regnalibus carceribus mancipare:* & tamen certo certius eſt quod in dicto comitatu ad quem reſtringebatur dicta commiſſio, oulli erant, nec ſunt carceres ſpectantes ad reginam Siciliæ, inquantum regina, ſed ſolum inquantum comes Prouinciæ. Similiter *in linea 29.* ibi, *ſpiritu rebellionis aſſumpto contra ſacram reginalem maieſtatem:* quia certum eſt quod dictus Epiſcopus Graſſenſis, qui nihil poſſidebat in toto regno Siciliæ, nec erat vllo modo ſubditus dictæ reginæ inquantum regina, non poterat verè & propriè dici reus criminis læſæ maieſtatis: quia tale crimen numquam poteſt committi, niſi per ſubditum ſupremi principis non recognoſcentis ſuperiotem, & inquantum eſt ſubditos, vt tenent Cyn. Ang. in *l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſtat.* latè Soain. *conſil. 275 columna 2. & ſeq. lib 2.*

13 ¶ Similiter in *linea 35.* ibi *ſub fidelitatu, quo tenen-*

tur excellentia reginali. vbi pet præfatum ſobuicarium procedentem ad executionem literarum dicti ſeneſchalli, factum eſt præceptum hominibus, ſyndicis, & vniuerſitati de Antipoly, in eodem loco in pleno conſilio exiſtentibus ad pœnam perditionis æris & perſonæ, & ſub iuramento fidelitatis, quo tenebantur excellentiæ reginali, vt non parerent, nec reſponderent dicto epiſcopo ſuper ſua temporalitate ſaiſita (verba ſunt inſtrumenti.) Et tamen notorium eſt quòd homines, ſyndici, & vniuerſitas Antipoleos nullo modo ſubſunt, & nullo fidelitatis ioramento tenebantur, nec tenentur regi vel reginæ Siciliæ, ſed ſolum comiti Prouinciæ.

14 ¶ Patitet in linea 19. ibi, *ad curiã reginalem Aquenſem*. Sed ea res nec dubitationem habet nec voquam habuit, vt inquit iuriſconſ. in l. quæris. ff. de nata. reſtit. quin exploratiſſimum ſit curiam Aquenſem non eſſe, nec fuiſſe vnquam de ſe regiam nec reginalem, nec erat curia dictæ reginæ Siciliæ inquantum regina, ſed ſolum inquantum comes & domina Prouinciæ. Similiter *in linea* 41. ibi, *notary publici authoritate reginali, in comitatibus Prouincie, & Forcalquerij*. Et tamen æqoe exploratum eſt dictum notarium non fuiſſe notarium in dicto comitatu authoritate reginæ: inquantum regina, ſed inquantum comes prouinciæ, quia regina vel rex Siciliæ non poſſent eteare notarios nec aliqoid diſponere in comitatu Prouinciæ.

15 ¶ Ex quibus ſatis ſuperque liqoet dictum verbom reginalis, non facere quin præfatus ſubuicarios fuerit officialis comitatus Prouinciæ in Nicia, & ſubditus ſeoeſchalli Prouinciæ, & ab illo in illa qualitate commiſſus, & quin Nicia & curia Niciæ ſit & fuerit de comitatu Prouinciæ: quamuis fuerit vocata reginalis: non quod hæc fuerit ſua qualitas intrinſeca ſed propter accidens extrinſecum inhærens non rei, ſed perſonæ dominæ dicti comitatos, quæ erat regina, ad quam perſonalem, & accidentalem, & extrinſecam excellentiam denotandam, etiam ipſa curia Aquenſis (quæ eſt maior & ſuperior totius eomitatus Prouinciæ) vocabatur tunc temporis reginalis.

16 ¶ Et licet hoc ſit abuti terminis, tamen vt polchrè inquit iuriſconſultus in *l. cum de Iauoleno. §. 1. ff. de fundo inſtruct. l.* non ſempet conuenit propriam verborum ſignificationem ſcrutari: ſed imprimis quid loquens demonſtrare voloerit. Et ad ſciendom quid demonſtrare voluerit, ſubiecta materia attenditur, ſecundom quam verba debent intelligi etiam impropriando. *l. ſi vno. in prin. ff. locati. cum vulg.* Hinc dicit Bald. in *r. ad hoc. in fin. de poſthu. prela.* ſi materia dictat vnom expreſſè, & verbo eontrarium, non credam ſimplici verbo.

17 ¶ Et iſte eſt communis modus loquendi & ſcribendi ſub vno rege vel ſupremo principe, qui eſt dominus alicuius loci, tituli, & dignitatis ioferioris etiam à regno ſeparati, qood in his quæ concernunt dominum & regimen loci minus digni aſſumitur titulus & nomen dignitatis excellentiotis, non propter exigentiam materiæ ſubiectæ, quæ nihil habet commune: ſed ad maiorem reuerentiam & laudem dominantis perſonæ. Et in reliqoo talis eommemoratio dignitatis nihil operatur. Et honc eommunem & hoootificum modum loquendi obſeruauit Iaſon ſub Rege Ludoico doodecimo, qoi ducatum Mediolani iore & armis vindicauit ab illicita occoparione Sfortianorum: patet in lecturis dicti Iaſonis, qui dum ſub dicto rege & doce legeret infortiatum apud Ticinum in *l. ſumptus. in fi. ff. de legat.* 1. ſcribit quod magnus magiſter Franciæ anno ſuperiore quo legebat propter bellicos Germanorum motus, potuit non ſolum iure belli, ſed etiam de iure commum ponere cuſtodes & muniones in fortalitiis illius patriæ & in Liguſticis. Ibi Iaſon honoris gratia vocat defunctum dominum de Boyſy magnum magiſtrum Franciæ tantum, & non vocat eum locum renentem ducis Mediolani, qui erat Ludouicus duodecimus, Rex Franciæ, quamuis ille actus fieret ſolum in hac qualiare.

18 ¶ Idem Iaſon fetè eodem tempore, videlicet anoo 1500. meſme Ionio, in epiſtola quam dirigebat Guidoni de Rupe forti, cancellario Franciæ ſnpet recupetatione, & pacifica fruinone Caſtri Prioperæ in regione Tranſpadana ducatus Mediolanenſis: quod caſtrum fuerat ſibi datum à dicto rege tanquam à duce Mediolanenſi fauore ſtudij & lecturæ ions, nollam fecit meotionem de dignitate ducali, quæ ſola informabat actum, ſed tanquam illa offuſcata radiis lnminis maioris, fecit ſolum mentionem de rege Franciæ, & dignitate regia: patet in dicta epiſtola, quæ eſt inter conſilia Iaſonis, in *vol 3. conſil. 93*.

19 ¶ Ex his reſoltat mulnpliciter & elarè probatum pet dictum inſtrumentum Niciam eſſe de pertinennis eomitatus Prouinciæ. Nec obſtat ſi dicatur quod non probatur niſi pet verba enuntiatiua inſtrumenti: qoia in illo non agebatur principaliter an Nicia eſſet de dicto comitatu, vel non. Reſponderur enim verba enuntiatiua dicti inſtromenti, ex qoibus appatet, Niciam eſſe & fuiſſe de dicto comitatu, ſunt probata & deſcripta propter ſe, ſaltem ſunt pertinentia & facientia ad negotium quod principaliter gerebatur.

20 ¶ Et ſic ſi tale inſtrumentum eſſet nooum & de recenti, quamois non faceret plenam fidem, niſi ad effectum negotij principalis, *iuxta l. optimam. C. de contrab. & commit. ſtipul.* Mathe. Matheſilam. *nota.* 80. Philip. Deci. *conſ.* 348. *in fin. conſ.* 360. *col.* 3. Tamen eñ vbi ſeotſum de ipſis enuntiatis per ſe & principaliter ageretur, faceret ſaltem fidem ſemiplenam, vt not. doct. in *c. illud. de præſumpt.* Lud. Rom. in *nota.* 446. *numquid per inſtrumentum. in fi.* Alex. *conſ.* 21. *volum.* 1. Fely. *c. per tuas. col.* 3. *de probatio.* & ibi Philippus Decios *col.* 4.

at ¶ Sed agitur de inſtrumento nedum antiquo ſed antiquiſſimo & valde ſolenni, & quod excedit ſpatium eentum ſexaginta annorum: quo caſu verba enuntiatiua fidem plenam & probationem abſolutam facionr, vt tenet Antho. de Be. in *c. cùm dilectus. de ſucceſſ. ab inteſta. & in cle. ſi ſummus pontifex. per illum text. de ſenten. excommun.* Alex. *in conſ.* 75. *viſis & ponderatis narratis. volum.* 4. Alex. Iaſon. *l. cum aliquis. C. de iure deliber.* Franc. Aret. in *conſ.* 36. *caſus talis. col. vlt.* Guido Papæ 10 *conſ.* 88. *Attendant. col. 1. & conſ.* 241. *quadraginta annis. & in deciſio. Delph. q.* 375. Corne. in *conſ.* 333. *fol.* 1. Iaſ. *conſ.* 65. *col.* 2. *fol.* 3. Et quod fortius eſt propter magnam antiqoitatem etiam ſimplex exemplum probaret, vt tenet Franciſcus Aret. in *d. conſ.* 38. Rapha. Cuma in *conſ.* 158. *Viſis inſtrumentis. col* 3. Et latè Philip. Decius in *conſ.* 36. Ego verò nullom aliud inſtrumentum vidi, ideo ſubſiſto. C. M. Molta id genos conſilia quidam Aulici ſuo aſtu æruſcarunt, ſibi & laodem & præmia, tacito authore, attriboenres, ſed huic nouiſſimo conſilio ſobſcribere noloi, donec alius qooqoe inſtrumentis perſpectis, plenius deliberaſſem.

THEMA CONSILII XLIII.

ANno sesquimillesimo quadragesimo secundo, Francisco rege Perpinianum obsidente, sacrificuli quidam Parisiis concionantibus quibusdam coniuratis ad multorum familias euertendas, & bona fisci nomine in petitores eorum redigenda, suadebant, vrgebant mense Iulio, & censurarum fulminibus percitos quoslibet, etiam filios & filias in parentes, famulos & ancillas in dominos, de hæresi, vel minima suspitione deferendos, ita vt matres quædam superstitiosæ deferrent filios ob aquam lustralem minori pretio habitam, & deplorati quidam clam simplicibus affingerent & persuaderent errorem, vt haberent quos testimonio suo conuincerent. Dum autem multi etiam è bonis & grauibus, quibus non deerant inimici, aut inuidi, aut quorum optima prædia vel officia appetebantur, periclitarentur, ita vt vulgo iactaretur tempus aduenisse quo idoneum esset aduersarium creditorem aut inimicum vlcisci, Rex tam indignum facinus execratus, actibus & minacibus literis subitò compescuit initio Augusti, tranquillitatem publicam restituit, periculo etiam seditionis sublato. Interim autem dum graues aliquot & laudatiores senatus præceptorem meum consuluissent, an liceret simulatoribus indulgere, eorum testimonium recipere, rationes & authoritates sequentes ab eo impetrarunt.

EPITOME CONSILII XLIII.

1 *Simulatio Pauli semper illicita.* 7. 28.
2 *Regnum Dei non indiget mendaciis & simulationibus hominum.* 7.
3 *Prouocans ad iurandum falsum, grauiter peccat.*
4 *Laudare malum, corrumpere est.*
5 *Delatores lingua & capite plectendi* 6.
7 *Sanctus Petrus de simulatione reprehensus, & conuictus à sancto Paulo.*
8 *Simulatio facti & vocis, vel facti & iuris meritum deferunt.*
9 *Simulatio Petri erat de se indifferenti.*
10 *Et ad vitandum scandalum infirmorum.* 11.
12 *Petrus peculiaris minister Iudæorum.*
13 *Sed reprehensibilis erat propter circunstantias facti.* 15.
Scandalum actiuum & passiuum.
14 *Non tamen mortaliter peccauit, nec in fide errauit.* 15.
15 *Insidiari fingendo contra fidem, est proprium opus diaboli.*
16 *Paul. Act* 21. *non simulauit, sed docuit se non esse hostem legis.*
17 *Hostes Euangelij vtuntur calumniis & falsis testibus.*
18 *Huiusmodi impostores falsis testibus Christi, & Stephani similes.*
19 *Declaratur locus Lucæ* 24.
20 *Paulus non est mentitus, dicens se natum ciuem Romanum.*
21 *In eodem actu bonum à malo separandum.* 23.
22 *Solius scripturæ sacræ exempla non sunt trahenda in consequentiam & argumentum.*
25 *Delatorum & simulatorum testimonio non credendum, nec ei cui potest laus aut vituperium inde ascribi.*

CONSILIVM XLIII.

AMplissimi & optimi Senatores, quãdoquidem non sufficit vobis breue & conclusiuum responsum meum, simulationem illam planè impiam esse, & impostores illos (vtcunque religionis falso & præpostero zelo, & non à diabolo agitari sese putent) non minùs Dei & hominum hostes esse, quàm falsi illi fratres, de quibus præ cæteris quæritabatur beatus Paulus. 2 *Corinth.* 11. *ad finem*, & graui pœna dignos esse: sed insuper rationes & authoritates diuini & humani iuris super hoc à me flagitatis, non quòd de responso meo dubitetis, sed ἀπαιδεύτους πεπαιδευμένους quosdam stupidos & vecordes (quos beatus Paulus 2. *Thessal.* 3. *in princip.* ἀτόπους καὶ πονηροὺς, absurdos ac peruersos vocet) faciliùs doceatis, aut saltem terundatis, vt æquitati καὶ τῷ φιλανθρωπίᾳ vestris, Christiane pro virili satisfaciam, sequentia non tam in disputationis (vt in re satis clara) quàm in demonstrationis formam præscripsi.

1 ¶ Semper illicita est simulatio eius quod malum & peccatum est: quia simulator talis efficitur, quale est id quod simulat, & eodem peccati laqueo irretitur. Alexand de Ales. *secunda secundæ. titulo de hypocrisi.* Tum huiusmodi simulatio & mendacium, est vera inductio in tentationem: quod est verum & proprium opus diaboli, prorsus execrandum, & quod Dominus iubet a Deo Patre semper deprecari. Igitur necesse est prorsus fugere & execrari, nisi quis & doctrinam & præscriptum Christi abnegare velit.

2 ¶ Tum promouendæ religionis causa nulla superstitio inuehenda est, nullum mendacium dicendum, quod Deus, qui est lux & veritas, non vult his artibus regnum suum promoueri: & blasphemia est dicere, quod Dei veritas, aut vera religio indigeat vllo hominum mendacio. Hoc etiam est contra primam & secundam Decalogi tabulam & in fortioribus terminis ait Augustinus de verbis Apostoli, *Sermo* 29. Cùm humilitatis causa menuris, si non eras peccatur

cator antequam mentiteris, mentiendo efficeris quod A
timeras. Ego hinc infero duplici nomine fieri pec-
catorem, qui religionis nomine mentitur. Primò
enim mendax eſt deinde blaſphemus.

3 ¶ Tum prouocans ad iurandum falſum, peccat
pluſquam homicidia, quia occidit animam, imo duas,
c. ille. c. qui exigit. 22. q. 5. igitur & prouocans ad hæ-
reſim aſſerendam. Et cum non liceat etiam pro vita
hominis ſalnanda mentiri, *c. ne quis arbitretur. c. ſi quis
ad te. 22. q. 2.* multò minus in doctrina religionis, in
qua præ cæteris capitale & deterrimum eſt menda-
cium *c. primum 22. q. 2.*

4 ¶ Huiuſmodi ſimulatores non ſolum in crimen
delatorum, ſed etiam in crimen cutruptorum libero- B
rum hominum incidunt. Corrumpere enim eſt etiam
laudare: non enim oportet laudando augeri malitiam.
l. 1. § ſed vtrum. ff. de ſer. corrupt. Igitur maior corru-
ptio eſt etiam inſtigare & perſuadere, quod eſt plus
quam violentia & coactio ad malum, *d. l. 1. §. perſuadere
de ſerv. corrupt.* Nec illæ leges teſtimguntur ad corru-
ptionem ſeruorum: dicunt eum maius delictum eſſe
in cutmptione liberotum, *l. doli verbum. §. ſi quis, ff.
eodem tutulo.* Primo igitur corrumpunt, deinde inſi-
diantur, venantur, & captant quod deferant:

5 ¶ Igitur longè plus ſunt, quam delatotes: quod
crimen erat etiani ethnicis execrabile. *l. ex varia. C. de
delatori. lib. 10. C.* & vt inquit gloſſa vltima in *l. omnes.
C. eodem.* caput & lingua eis amputaotur, vt in Theo-
doſiano Codice habetur, vbi etiam extat ea conſtitu-
tio Conſtanti. *lib. 10 tit. 5. c. Theodoſiani.* quæ pœna C
non eſt ſublata: quia iubet text. in *d. l. C. de delato.*
contra delatores ſeuetitatem iudicum implorate ferto
diſtrictam: & ſic crimen fetto & morte puniendum
Quantò magis in iſtis delatonibus, in quibus, non eſt
ſimplex crimen in dilationibus, ſed eotruptio cum
mendaciu, perfidia, & inſidiis præmeditatis, reitera-
tis, & ſucceſſiuis

6 ¶ Illud tolerare nihil aliud eſt, quam permitte-
re alterum alteri, etiam cum maxima & deterrima per-
fidia inſidiari: quod iure diuino, naturali, & ciuili ne-
fas eſt *l. vt vim. ff. de iuſt & iure.* Et nihil aliud eſſet,
quam ſeminarium diſſenſionum ad enerſionem &
exitium reipubl. quæ amicitia & fidelitate maxima
continetur *l. ſi quis ingenuam. §. in cauſſiuis. ff. de capt.
& poſt. reuerſ.* quud maximè cohibendum eſt, vt ait
Bald. *d. l. §. quicquid quoque, ff. de offic. præſ. urb.* D

7 ¶ Petrus a pernicioſa ſimulatione à Paulo reuo-
catur, authore Auguſtino, *epiſtola 8. ad Hieronymum, de
loco Galat. 2.* Reſtio ei in faciem: quia reptehenſibilis
erat. Hæc autem Petri ſimulatio ſic teprehenditur,
ne (inquit Auguſtinus *lib. Contra mendacium, cap. 12.*)
tunc nocetet, & oe poſteris ad imitatiunem valeret.
Qui poteſt excuſari in Chriſtianu ſimulata impietas?
cum etiam ſimulata æquitas ſit duplex iniquitas, au-
thore eo, in *Pſal. 63 qui lib. de mendacio. cap. 14. & 21.
& lib.* Contra mendacium, dicit: In doctrina reli-
gionis nulla occaſione admittendum mendacium,
quod habetur 22. *queſt. 2. c. 1.* At hæreſis ſimulari
noo poteſt, niſi ea verbis exprimatur, quæ ta-
men mente uon concipitur. Quod quid quęſo, aliud E
eſt, quam in teligiune mendacium, nulla conditione
admitten dum?

8 ¶ Hisnon obeſt quod 22. q. 2 cap. vtilem, deſu-
mitur ex commentatiis Hieronymi in 2. Galat. cum
præter ſententiam Eccleſiæ ſolus Hieronymus excu-
ſet Petrum contra ſcripturam, in qoo illi non aſſen-
tiendum: deinde quod facti ſit ſimulatio Petri, quam
excuſat Hieronymus vtcunque excuſatione magis
digna eſt, quam ſimulatio hæreſis, quæ in religione
eſt mendacium: quia facta non tam ſunt conceptuum
indices, quam voces, ad id potiſſimum inſtitutæ, vt
illis mentis eooceptus aperiatur.

9 ¶ Sed preſſius aduertendum quod ſimulatio
Petri nun erat de re de ſe mala & illicita, ſed de re de
ſe indifferenti. Patet, quia ibi non ſimulabat ſe negare
Chriſtum, vel non credere Euangelio, nec alias verbo
aut facto negabat gratiam Chriſti & Eoangelij, quod
fuiſſet plane illicitum & impium: ſed ſimulabat ſe
non comediſſe cum Gentibus cibos communes. Hoc
autem, videlicet non edere cum aliquo, vel non edere
de tali cibo, non eſt malum de ſe, ſed eius malitia vel
bonitas pender à circunſtantiis, poteſt enim bene &
malè fieri. Et ſic habetur primò, quod ea ſimulano
non ferebatur ſupet malo & illicito, ſed ſuper re de ſe
indifferenti. Secundò, non ſolum ea ſimulatio habe-
bat ſubiectum, vel obiectum non illicitum, ſed etiam
non fiebat malo animo cuiquam nocendi.

10 ¶ Sed ex cauſa & motu cooſuetæ charitatis &
tolerationis infirmorum, videlicet ad vitandum ſcan-
dalum iofirmorum, iuxta doctrinam ipſiuſmet Pauli
Roma. 14 ibi, *Verum ſi propter cibum frater tuus contriſtetur,* (id eſt ad relinquendum Chriſtianiſmum, & ad
Paganiſmum vel cultum idolorum redeundum pro-
oocetur, vt ſeries text. indicat) *iam non ſecundum cha-
ritatem ambulas, &c.* Non eſt enim tegnum Dei cibus
aut potus: omnia quidem ſunt pura, ſed malum eſt
homini, qui per offendiculum veſcitur. *Et 1. Corin. 8.
in fin. Si eſca offendit fratrem meum, non eadem carnes in
æternum, ne fratri ſim offendiculo. Et 1. Corinth. 10.* ibi,
*Conſcientiam dico, non tuam, ſed illius alterius, ſcilicet,
infirmi: tales eſtote vt nullam prebeatis offendiculum, neque
Iudæis neque Græcis.*

11 ¶ Quod autem Petrus ad vitandum infirmo-
rum paſſiuum ſcandalum duntaxat, & an fide hoc
fecerit, pater ex contextu hiſtoriæ, & circunſtantiis fa-
cti: qui dum accumberet Antiochiæ cum Gentibus,
ex improuiſo ſuperuenerunt Iudæi miſſi à beato Ia-
cobo, Hierotolymorum Epiſcopo. Ideo ſubduxit ſe
Petrus fingens non odere cibos communes cum Gen-
tibus: quod ideo fecit ne ſcandaliſaret Iudæos ex ab-
rupto venientes, quos ſciebat infirmos, & quòd licet
fidem & doctrinam Chriſti ſuſciperent, tamen erant
adhuc æmulatores legis & legalium, vt patet *Actuum*
21. vbi Paulus ipſe ob eandem cauſam ſimilem, imò
maiutem & lungiotem ſimulationem fecit in tem-
plo conſilio Iacobi Hieruſolymorum Epiſcopi & ſe-
niorum.

12 ¶ Præterea Petrus erat generalis & peculiaris
miniſter ſiue doctor & Prædicator Iudæorum, vt ha-
betur *ad Galat. 2.* & ſic tantò maioreui Iudæorum in-
firmorum tationem habere debebat, nec dare offen-
dilicum ſuo miniſterio: & nihilominus ea ſimulatio
Petri quantumuis de re per ſe licita, & ex cauſa bona
& honeſta, tameu reteheoſibilis erat. Et merito re-
prehenſa fuit palam à Paulo.

13 ¶ Quia erat indiſcreta & intempeſtiua ob cir-
cunſtantias luci, temporis, & aliarum perſonarum.
Non enim malè faciebat Petrus inquantum ſatage-
bat vitare ſcandalum paſſiuum quorundam Iudæo-
rum infirmorum: ſed quia interim oon aduertebat
quùd maius ſcandalum iniurebat maiori & potiori
multitudini Græcorum & Gentium ad fidem conuer-
ſorum, inter quos tunc verſabatur Aooochiæ, vbi li-
bere florebat Eccleſia & Euangelium, præſertim præ-
ſente Paulo & ſocio, qui ibi palam prædicaoerant
abrogationem legalium, quorum prædicationem co-
ram Gentibus pudefaciebat Petrus hac ſua intempe-
ſtiua ſimulatione, in ſcandalum actiuum propter hanc
culpam degenerante: quem ideo meritò ibi reprehen-
dit Paulus, ptout & ipſum Iacobum ſi ibi fuiſſet, &
idem feciſſet, reprehendiſſet.

14 ¶ Quos tamen non reprehendiſſet Hieruſoly-
mis, ptout *Actuum 21.* Hieroſolymis exiſtens, acquie-
oit Iacobo diſſimulans in actibus heitis ſe abrogatio-
nem legalium docuiſſe, quam tamen inter Gentes la-
tè ducerat. Non eſt ergo dicendum quòd Petrus in

ea ſimil
dam
de

latione peccauerit, ſaltem mortaliter, vt qui-
uon minus iniuriosè, quam imperitè auſi ſunt
cere: ſed quòd ſua ſimulatio erat eò loci & tempo-
ris indiſcreta & intempeſtiua, quamquam aliàs eſſet
de te per ſe licita, ſed etiam quandoque (videlicet ſuo
tempore & loco) neceſſaria, & de præcepto, vt habe-
tur *Roma.* 14. *& Corint.* 11. *&* 10. Cæterum quæuis
ἀδιαφορα, iunctis opinione neceſſitatis & occaſione
impietatis fiunt ἀδιαφορα, & neceſſaria. Et ſic ni-
hil poteſt colligi ad defenſionem ſimulationis hæreſis,
vel alterius improbitatis, aut rei illicitæ, aut de ſe ma-
læ, quæ vt nunquã poteſt licitè fieri, ita nec licitè fingi.

15 ¶ Vt ergo turpiter & iniunosè errauerunt qui
docuerunt beatum Petrum in ea ſimulatione peccaſ-
ſe mortaliter, & ertaſſe in fide, vt fertur antiquus ar-
ticulus Sorbonæ: ita periculoſius errant, qui exem-
plo Petri ſibi licere putant fingere in materia fidei,
aſſerendo aliquid contra fidem, vel verbo, aut facto,
inducendo contra fidem, vel honos mores, quod
eſt proprium opus diaboli, qui hoc modo totum ge-
nus humanum occidit ab initio, *Geneſis* 3. Sed putabat
Petrus ſuperuenientibus Iudæis infirmis ſibi facien-
dum inter eos vt ſolitus erat, multa huiuſmodi con-
niuere Hieroſolymis, & ſic non errabat in iure, ſed in
circunſtantiis facti: qui errot propter circunſtantias
loci & temporis, perſonarum, & authoritatis Petri
valde pernicioſus promoriom Euangelij, atque ideo
reprehenſibilis erat. Quanto magis reprehenſibilior
& damnabilior impia illa & diabolica ſimulatio de
qua agitur.

16 ¶ Fruſtra verò impoſtores, imò plagiarij iſti cri-
men ſuum tegere nituntur ſimulatione (quam vo-
cant) beati Paul *Act.* 21. vbi conſilio beati Iacobi Hie-
roſolymorum Epiſcopi & ſeniorum cum quatuor Iu-
dæis forſan è ſecta Nazaræorum habentibus votum
nrationis & oblationis in templum ſumptus com-
munes faciendo ſe adiunxit, vt ſimile votum habens
& obſeruans dies purificationis ſecundum legem
Moſis, vt obſeruator legis appareret. Primò enim
Paulus non ſimulabat, ſed quod agebat verè agebat,
etiam ſi imperitis videretur plus agere, quàm ageret.
Secundò ita ſe ſubmittebat ad ceremoniam, non aliaa
neceſſariam, nec illicitam, vt infirmos ſupportaret, &
falſos de ſe per hoſtes Chriſti apud infimos iactatos
tumores eleuaret. Non enim oblatio illa erat de vi-
tulo, agno, vel alio ſacrificio venturi Chriſti, quod
iam erat illicitum & blaſphemum, & Paulus cum Ia-
cobo & ſuis centies potiùs mortui fuiſſent: ſed erat
ſimplex oblatio gratiarum actionis & orationis ad
Deum.

17 ¶ Vt enim contigit Chriſto docenti verum
vſum ceremoniarum legis, nec in illis finem & ſalu-
tem conſtituendum: quare ab hoſtibus Euangelij ca-
lumniabatur vt euerſor & corruptor legis, qua de re
palàm ſe purgauit edicens, *Non veni ſoluere legem, ſed
adimplere, Matt.* 5. ita & beato Stephano, qui quam-
uis non potuiſſet maiori honore afficere Moſem &
ceremonias legis, quàm docendo illum verè ſcripſiſſe,
& veritatem in Chriſto exhibitam eſſe, & ceremonias
illas externas Chriſto & veritati exhibitæ cedere de-
bere: tamen ab hoſtibus fidei tanquam blaſphemus
in Moſem & Deum accuſabatur, & hoſtibus Euange-
lij placebant huiuſmodi accuſationes: quas falſas &
calumnioſas eſſe ſciebant: ſed hoc flagitium idoneum
reputabãt ad dementandam imperitam plebem eam-
que contra fideles & moratos Chriſti miniſtros ar-
mandam. Quas calumnias cùm dimiſſet & larè pur-
gaſſet Stephanus in publico generali & ſummo to-
tius Iudaicæ Gentis conſilio, mox arcem ipſam cauſ-
æ fidei petiuit aperto marte, quia tum ſibi pro teſti-
monio Ieſu Chriſti gloriosè moriendum erat: *Act.* 6.
7. Paulo verò ſimiles & atrociores calumnias paſſo,
ſufficiebat in eo actu de quo *Act.* 21. oſtendere ſe per
publicam, non illicitam, nec Euangelio contrariam
cerẽmoniam, non eſſe blaſphemum in Moſem, & le-
gem: ſed uiri imperitam plebem à falſa de ſe vt execra-
toris Moſis & legis opinione (quæ plebs à coniuratis
hoſtibus imbuta erat) liberare, & ſimul nouitios &
rudes ex Iudæis conuerſos ſupportare.

18 ¶ Non ergo beato Paulo hac in re ſimiles ſunt
huiuſmodi impoſtores, ſed ſimiles ſut t falſis illis te-
ſtibus & delatoribus Chriſti & Stephani, quibus non
earuit Paulus, nec alij præcones Chriſti. Qui verò hu-
iuſmodi delationibus & teſtimoniis fidem adhibere
volunt, ſimiles ſunt Cayphæ & cæteris principibus
Iudæorum, qui Chriſtum, deinde Stephanum, Pau-
lum, & alios Apoſtolos huiuſmodi delationibus &
teſtimoniis vexarunt, & damnauerunt: vt valde demi-
ter patienter inter Chriſtianos audiri etiam in tanto
ſenatu quoſdam primores dicere & cenſere falſos &
pecunia corruptos teſtes, quorum falſo teſtimonio
innocentes vt hæretici damnati & combuſti ſunt, ta-
men etiam conuictos in tanto iudicio fauore fider di-
mittendos, vt quandoque dimiſerunt. Sed cuius fidei,
veræ, an fucatæ, res ipſa indicat, permittit etiam Chri-
ſtus ex operibus eorum eos cognoſcere & iudicare.
itanè ſeruiliter paucis indoctis ſeruiut?

19 ¶ Illud autem nimis ridiculum, & à propoſi-
to alienum, quod horum impoſtorum impij, ſalrem
impenti excuſatores, dicunt etiam Chriſtum ipſum
quandoque finxiſſe ſe longiùs ire, *Luc.* 24. vt enim
omittam Lucam Euangeliſtam ſcripſiſſe προσεποιειτο
id eſt ad verbum, præ ſe ferebat. non enim fingebat
nec ſimulabat Chriſtus, ſed aperte oſtendebat ſe mox
abiturum (vt omnino facturus erat & feciſſet, niſi
feruentioribus precibus eum adhuc retinuiſſent) vt
ninus ἀναισθησιαν ſint quæ recentiores theologi eò
loci de ſimulatione & fictione prolixè inuoluunt. Et
inexcuſabiliores ſunt huiuſmodi impoſtores (ſacrifi-
culi enim omnes fetè ſunt) qui nec horarij quidem
officij ſui meminerunt, aut de murmurando nimia
battalogia non intellexerunt, aut enim Gregorius ma-
gnus ſuper illud Lucæ vigeſimo quarto, & in eorum
breuiatis habetur, ſimplicem ventatem nihil hic du-
plicitatis habuiſſe: ſed talem ſe oſtendiſſe in corpore,
qualis erat in eorum mente, nempe peregrinus in fi-
de, ideo finxit, id eſt compoſuit ſe longius ire: fingere
enim componere eſt Vnde luti compoſitores, figu-
los vocamus. Ego verò vt hanc tropologiam laudo,
maximè in concionibus, quales homiliæ illæ Grego-
rij: ita vbi non de genere laudatiuo, aut ſuaſorio, ſed
de probationibus, & ſerio agitur, malo literam ipſam
pedetemtim ſequi.

20 ¶ Portò vt nec iſtud, quia iniuriam beati
Pauli perperam obiectum eſt omittam, iniurism fa-
ciunt beato Paulo, qui eum ad torturam iniuſtam &
flagra viranda mentitum blatterant, dum *Actuum* 22.
in fine, ſe natiuitate ciuem Romanum eſſe aſſerit,
cum nondum in Italia nedum Romæ fuiſſet, ne-
dum lata eſſet lex in orbe Romano. *ff. de ſtatu hominũ*
cuius conſtitutionis author Antonius Pius octogin-
ta quatuor annos valde moderate imperare cœpit
poſt illam afflictionem Pauli de qua *Act.* 22. quæ vlti-
mo anno Claudij Imperatoris corrigit, anno paſſio-
nis Chriſti viceſimo tertio, Paulus autem natus fuit
ex parte Iudæo quidem, ſed ciuitatem Romanam ad-
eptio, & in vrbe Tharcenſi, quæ Romani Imperij erat,
& ſic natiuitate ciuis Romanus: vnde etiam binomi-
tius, videlicet Saulus Iudæorum, & Paulus Romano-
rum mote.

21 ¶ Quod autem in tempote aſſerit Hieronymus aſſuoiendam ſimulationem exemplo Iehu Regis
Iſrael, qui ſimulans ſacrificia Baal, congregauit & oc-
cidit omnes ſacerdotes Baal, non tam grata Deo fuit
Iehu ſimulatio, quam idololatrarum ex edicto Do-
mini punitio quam præmio dignam Dominus arbi-

tratus,

fotrad doct. gus magiſtri & ciuſ Ro cuſdem au- theris.

tatus, eidem regi dedit filius ſedere in regno in quartam generationem Quare ſcripta Hieronymi ſunt ſanè & diligenter perpendenda. Illud enim exemplum ſimulationem non confirmat, ſed ſacerdotum Baal interemptionem Deus mendacio obſtetricum Ægyptiarum, & Raab, non habuit gratiam, ſed conſeruationem infantium Iudæorum, & nunciorum Iſrael tam gratam habuit, vt propter eam præmium reddiderit & obſtetricibus, & Raab. Vnde beatus Auguſtinus *in lib. Contra mendacium c. xv. Non eſt* (inquit) *in eis remunerata fallacia, ſed beneuolentia: benignitas mentis, & non iniquitas mentientis.* facit quod ſcribit Iu. Gerſon *in tract. de contractib. propoſitione 20. ad ſi. Compatiendum eſt* (inquit) *humanæ fragilitati, quæ rarò producit grauius vitioſa charitatis, ſine multiplici palea vanitatis.* Hæc autem, non illa petibit.

22 ¶ Cæterum vt poſt Alexand. de Ales & alius Theologus tectè ſcribit Io. de Imol. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. colum. 4. de verb. obligationib.* ſolius ſcripturæ exempla, præſertim veteris teſtamenti, non ſunt trahenda in conſequentiam, & in argumentum. Multa enim ibi hiſtoricè recenſentur, quæ ſunt prorſus mala & omnino fugienda, multa omnino bona & imitanda, quædam partim mala, partim bona, in quibus diſcernendum eſt malum reprobandum à bono approbando, vt in prædicto exemplo obſtetricum ſcitè ſeparauit Auguſtinus bonum à malo, quod multo magis faciendum in facto Iehu. De eo enim dicit apertè ſcriptura *ſecundi Reg. x. quod non ambulauit in lege Dei in corde ſuo, nec receſſit à peccatis Hieroboam*, & ſic in peccatis.

23 ¶ Separanda ergo fictio impia à facto pio. Quod enim ſimulauit ſe velle, etiam amplius quam Achab feciſſet, colere Baal, & ſolemnitatem idololatricam indixit, impiè fecit, quia erat ſimulario rei impiæ, ergo impia & mala. Quod autem poſteà idolorum ſacerdotes & idololatriæ authores occidit, factum iuſtum & debitum fuit. tenebatur enim tanquam princeps idololatriam publicam manifeſtè vetbo Dei repugnantem delere, & authores tantæ impietatis occidere, vt erat præceptum in lege. Quod autem dominus temporali beneficio factum iuſtum & debitum remunerauit, id nil habet commune eum impia rei malæ ſimulatione, nec eam vllo modo iuſtificat.

24 ¶ Confirmantur prædicta ex ſcriptis beati Auguſtini in libro Contra mendacium, vbi aſſerit non licere catholico ſimulare Priſcillianiſtam, vt Priſcillianiſtam deprehendat. Vt enim non licet adulterari vt adulterum deprehendas, ita nec mentiri, cum vnius Dei ſit eadem lex, quæ adulterium prohibet & mendacium, quod Auguſtinus *libro De mendacio, capitulo quinto & duodecimo* nomine falſi teſtimonij comprehendit. Cum igitur ſimulatio hæreſis mendacium ſit, quod malum eſt: ea ſimulanda non eſt, vt hæreſis deprehendatur, alioqui facienda eſſent mala contra doctrinam Apoſtolicam Pauli, *Roma. 3.* vt inde euenirent bona Sed quid prodeſt homini animæ detrimento vniuerſum mundum lucrari? cum etiam ad ſempiternam lucem nullus ducendus opitulante mendacio, authore Auguſti. *vltim. c. libro De mendacio.* Rurſus Auguſtinus contra mendacium. lib. vnico. c. 1. ait non minus illicitum fingere ſe hæreticum ad detegendum hæreticum, quam adulterium vel furtum committere ad detegendum adulterium vel contra mendacium. c. 7. ſoluuntur obiectiones eorum qui putant ſimulandam hæreſim, vt hæreticum deprehendant, vbi tandem concludit Auguſtinus peius factum ſimulantis, quàm hæretici. Peius enim eſt (inquit) quod ago, quàm quod capio: vt enim corde creditur ad iuſtitiam, ita oris confeſſio eſt ad ſalutem, alioqui licuiſſet martyribus ſuam fidem ementiri tyranuis.

25 ¶ Ex quibus etiam ſequitur nullam fidem adhibitam huiuſmodi delatonbus, nec eos capaces eſſe teſtimonij, tum quia delatores, tum quia affectati, tum quia per ſuum teſtimonium crimininoſi, & pœna digni, *l. vltima. C. de accuſatio.* tum quia voluntarij participes eiuſdem criminis *c. t. de teſtibus in ſexto.* tum quia laos vel opprobrium poteſt eis in idem aſcribi, igitur Ioanues And *in additione Spec. titu. de teſte* §. 1. Inuo. *in c. ex literis de tranſac.* Ant. Butr. *in c. cùm a nobis de teſtibus.* & in conſilio 8 Alexand. *conſ. 141 num. 9 libro 1.* Ias. *in l. ſanum mente. C. de tranſac. l. ſi duo patron. §. idem Iul. ſcribit. c. 3. de iureiuran. in l. ſenatus. in fin. col. 1. C. qui teſtam. fac. poſſunt.* tum quia res probroſa & peſſimi exempli, tum ex parte iudicum, nec incidant in ſententiam Chriſti *Ioan. 19. Maius peccatum habet qui me tradidit tibi.* Et in cenſuram Pauli *Actu. 23. Percutiet te Deus paries dealbate.* Hæc ſunt ſenatores ampliſſimi & æquiſſimi, túque in primis domine Guilhelme Abori cordatiſſime & iutegerrime, quæ abundè ſufficere reor, ſiue ad imperitos quoſdam reuocandos, ſiue ad proteruos veſtra potiſſimùm authoritate retundendos. Datum Pariſijs, idibus Iulij, Anno ſalutis ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſecundo, ſub propriæ manus ſubſcripnone. Car. Moh. I. V. D. & in eodem ampliſſimo ſenatu aduocatus.

CONSIL. XLIV. IN MATERIA VNIONIS PRO FRATRE Ioanne du Loux ſyndico Abbatiæ de Branthonne in diœceſi Petragoricenſi actore, contra Ioannem Cheſneau reum.

EPITOME CONSILII XLIV.

1 *Vnio ex ſpatio longiſſimi temporis ſolennis præſumitur.* 5. 6. 8.
2 *Etiamſi non ſit datus defenſor.*
3 *Etiam ſi non appareat de conſenſu capituli, contra quod epiſcopi præſcripſerunt.*
4 *Ex longo tempore præſumitur conſenſus capituli.*
7 *Ex lapſu triginta annorum omnia præſumuntur.* 11.
9 *Contra nullitatem vnionis quadraginta annis præſcribitur.*
10 *Titulus in iudicio producti ſunt vtrique parti communes.*
11 *Quando vnio abuſiua eſt, ceſſat etiam ſeptuaginta annorum præſcriptio.*

CONSILIVM XLIV.

COnſtat de vnione facta per Epiſcopum Petragoricenſem anno 1467. poſt informationem & cognitionem de cauſis vtilitatis & neceſſitatis vnionis Conſtat etiam de comnna & pacifica poſſeſſione rei vnitæ per 54. annos & vltrà ante impetrationem dicti opponentis. Igitur non eſt dubium vnionem eſſe validam, vtpote factam per Epiſcopum diœceſanum, ad quem de iure hoc ſpectat. *c. ſicut venire. de exceſſi. prel.* ſiltem nec poteſt poſt tam longum & pluſquam longiſſimum tempus reuocari.

2 ¶ Non obſtat quòd præpoſitatus de Capella tempore dictæ vnionis vacabat, nec fuit datus defenſor: quia hoc non erat requiſitum, imò etiamſi non vacaſſet, potuiſſet dicta vnio fieri rectore non vocato & non conſentiente. *tex. eſt in cle. ſi vna. de rebus eccl. non alienandis.*

3 ¶ Non obſtat quòd non appareat dictum Epiſcopum habuiſſe conſenſum ſui capituli faciendi dictam vnionem: tum primò, quia valet conſuetudo præſcripta, quòd Epiſcopus & cæteri prælati non teneantur in negotiis tam iudicialibus, quàm extraiudicialibus per eos gerendis requirere conſilium vel aſſenſum ſuorum capitulorum. tex eſt in *c. 3. de conſt. in 6 in cap ea naſcitur. in ſi de his quæ ſi. à præ. ſine conſen. cap.* & dicunt ibi Scrib. quòd prælati communiter iſtud præſcripſerunt quod eſt ſatis notorium in hoc regno.

4 ¶ Tum ſecundò, quia ex quo dicta vnio fuit per actualem incorporationem miſſa executioni, & realiter obſeruata, & ſortita effectum diutinum, nemine reclamante vel opponente, præſumitur conſenſus capituli dicti Epiſcopi ſi requiſitus fuit interueniſſe, niſi de negatiua in contrarium probetur, vt eſt caſus in d. c. ea naſcitur.

5 ¶ Et in ſortioribus terminis decidit Dominic. de S. Gemi. *in conſ 87. incip. Apparet quædam vnio*, quòd ex quo eccleſia per Epiſcopum vnita fuit ſic poſſeſſa per triginta annos pacificè, quòd præſumitur conſenſus ſui capituli interueniſſe, & omnia ſolennitet acta, ita quòd defectus dicti conſenſus aut alterius ſolennitatis non poteſt ampliùs opponi nec allegari per impetrantem apoſtolicum venientem poſt triginta annos. Idem Alexand. *conſ. 219. lib. 6.* tetigi etiam in *annot. ad Philippum Decium in l. 1. num. 8. C. qui admitt.* Sed dictus opponens venit poſt 54. annos: igitur nullo modo audiendus.

9 ¶ Hinc etiam in terminis de lapſu quinquaginta annorum decidit Soci. in conſil. 15. viſis. col. 2. quòd ex tanta diututnitate præſumitur conſenſus interueniſſe, & omnis ſolenpitas etiam extrinſeca, etiam non enuntiata in inſtrumento alienationis, & præſumitur plus eſſe geſtum quàm ſcriptum. Idem tenet. Franc. Aret. in *conſ. 36. caſus talis. col. 3.*

7 ¶ Et fortiùs, quòd per lapſum quinquaginta annorum cum comnna & quieta poſſeſſione purgatur omne vitium, & omnis defectus, etiam ſolemnitatis & cauſæ, vt nihil poſſit obiici, etiam contra diſmembrationem bonorum monaſterij monialium in penitus extraneum, tener Pett. de Aochar. in *conſ. 636.* ex conſiliis. & ſequitur Philip. Dec. in *conſ 39 col. vlt. & in conſil. 638.* Quantò fortiùs in ſimplici vnione, de qua eſt quæſtio, quæ longè facilius conceditur, quàm diſmembratio, vt patet in d. clem. ſi vna. & ibi notat Card. Fel. & per Pet. de Peru. in *tractatu vnio. c. 5.* & maximè quando non vnitur monaſterio extraneo, ſed ſuo capiti, à quo dependet, vt in caſu præſenti.

8 ¶ Non obſtat quod non apparet de veritate informationis & cauſæ inchoatæ in dicta vnione, niſi per aſſertionem Epiſcopi, & quod ſibi ſoli non eſt in hoc credendum: quia ſolum longum tempus ſufficeret ad probandum ſolennitatem enunciatam in inſtrumento, vt not. in locis præfatis: multo fortius poſt tempus pluſquam longiſſimum non eſt opus aliter probari.

9 ¶ Præterea etiam ſi dictus opponens clarè probatet vetum defectum ſolennitatis, & cauſæ dictæ vnionis, ita quod omnis locus præſumptionis excluderetur, & conſtaret de nullitate originali dictæ vnionis, quod non, adhuc nullo modo poſſet allegan: quia præſcriptum fuit ſpatio quadtaginta annorum, & plus. Et clatum eſt quod cum titulo ſufficiunt etiam ſolum quadraginta anni. text. *in c. t. de præſcript in ſexto.* Et ad præſcribendum ſufficit titulus de ſe inualidus & inſufficiens, vt not. *gloſ. in c. de quarta, de præſcrip. in gloſſ. x in fin & in c. ſi diligenti. in gloſſ. vlt. extra medium eod. tit.* glof & Io. And. in *c. 2. in verb. præſcribendi de reb. eccle non alie. in ſexto.* Ludo. Roma. *conſ. 25 conſ. 254. col. 1. quo ad primum.* Barthol. Brixien. in *q. dominicali.* Ancha. *conſ. 162.*

10 ¶ Igitur quocunque ſe vertat dictus opponens, non poteſt vllo modo impugnare, nec reuocare dictam vnionem tandiu obſeruatam: de qua vnione & eius

eius titulo ſatis apparet ex productione dicti opponentis: quia eo ipſo quod inſtrumenta & tituli producuntur, communes efficiuntur, vt per Inn. & alios in *c. cum in iure perſtus de offic. de leg. extra.* Ita cenſeo ego Catolus Molinæus. I.V.D. & in ſupremo Pariſiorum Senatu Aduocatus. Pariſiis 1534.

11 ¶ Et ita iudicatum fuit Arreſto Magni Conſilij regis Pariſiis die Lunæ 24. Maij, 1535. & beneficium actori adiudicatum, reus verò oppoſitione ſua tanquam iniuſta excluſus, & condemnatus ad reſtitutionem fructuum, & in ſumptus litis, relatore felicis memoriæ Do. Vido Breſlæo viro integerrimo in dicto Conſilio Conſiliario, deinde Præſide meritiſſimo, & digniſſimo. Et Paulò pòſt ad finem eiuſdem anni die Veneris 14. Martij, anno 1515. more Gallico.

12 ¶ Contra vnionem aliis cauſis concurrentibus iudicaui pro impetrante, non obſtante quod parochia de Seure in Sequanis Comitatus Burgundiæ vnita Capitulo Biſuntino per Papam Pium anno 1464. fuiſſet in proprietatem per dictum Capitulum poſſeſſa per ſeptuaginta annos, & hoc quia voto erat abuſiuè facta per Papam, quamuis deberet fieri per commiſſionem ad partes & ſine cauſæ cognitione cõtra conſilium Conſtantienſe, tum ex productione tituli vnionis apparebat de vitio & nullitate, & ſic non potuit ſolenitas, nec validus titulus præſumi, ceſſante etiam præſumptione, quia de contrario apparebat ex titulo, igitur vt dixi *in conſuet. Pari.* §. 5. *n.* 62.

EPITOME CONSIL. XLV.

1 *Rationes dubitandi.* 2.
3 *Heres non tenetur de his quæ in fraudem ſui facta ſunt à defuncto.*
4 *Peccant qui legitimos heredes defraudant.*
5 *Theoriæ generales non illuminant intellectum, nec concludunt.*
6 *Collateralibus non debetur hereditas nec legitima, nec competit querela inofficioſi, niſi turpi perſona inſtituta.* 7.
8 *Quando refert an inimicitia facto teſtatoris vel legatarij cauſetur.*

Thema Conſilij XLV.

CONSVETVDO loci vult ne quis vltra tertiam partem hereditorum donare poſſit, nec facere quin duæ partes ad heredes legitimos perueniant. Titius cæcus liberis, & qui præſumitur non ſuſcepturus, defertur prodigalitatis ab hærede præſumpto, & per ordinarium talis declaratur, appellat, & per Arreſtum noſtri Senatus vincit, & declaratur homo frugi, & decernitur, vt per proclamationes fiat notum. Poſteà Titius tertiam hereditorum partem donat Sempronio. vt tamen in caſum funitorum liberorum reſoluatur donatio. Poſt aliquot dies, putà viginti, aut triginta, quia Titius & eius pater plures reditus ad trecentas libras annui tenitus ſuper eorum bonis conſtituerant, Sempronius dictos reditus redemit à compluribus, & in eorum locum ſuffectus eſt, eoſque permutat cum Titio ad certam eius terram, ſub pacto quod Titius quandiu viuet, percipiet fructus tam redituum, quàm terræ, eoſque lucrabitur ſi decedat cum liberis: ſed ſi decedat ſine liberis, heredes fui tenebuntur reſtituere fructus dictæ terræ tantùm eidem Sempronio, qui eos ad vitam Titij, intendebat donare: vel remittere in caſum liberorum Titij, & non aliàs.

2 ¶ Hinc duæ quæſtiones oriuntur. Prima, An donatio valeat? Secunda an etiam dicta permutatio valeat? Quidam enim dicunt donationem non valere, quia in fraudem legitimi heredis, & in eius odium, quod præſumitur ob accuſationem prodigalitatis, tum quia Titius multis paſſim dixit, etiam ipſi donatario, quod dictus heres nihil haberet de ſucceſſione ſua, tum quia conſtat quòd extantibus liberis reſoluitur: ergo videtur in fraudem lateralis heredis. Tum redemptio reddituum, & permutatio poſt modicum tempus facta, addunt præſumptionem fraudis & odij. Tum attenta reſtitutione fructuum, non extantibus liberis, & ſic in necem legitimorum tantùm.

3 ¶ Alij etiam practici dicunt contractus valere. Primò, quia conſuetudo conſiderauit inimicitias, quæ vel ex leui cauſa oriri poſſunt erga heredes præſumptos, propter quas in totum priuaret odioſos, ideò cohibita eſt talis facultas, vt non poſſit niſi ad tertiã partem, & ſic donatio tertiæ partis non poteſt reſcindi prætextu odij etiam iniuſti heredum: quantò minùs hîc, vbi ſubeſt probabilis cauſa odij propter accuſationem prodigalitatis iniuſtam, quam ſi conſtaret dolo factam, poſſent heredes, vt indigni, in totum priuari, *arg. l. vl. C. de reuocand. dona.*

3 ¶ Viſo & conſiderato præfato themate, iſta quæſtio nullam mihi videtur habere difficultatem: quare omiſſa diſputatione, concludo pro parte affirmatiua, nec ignoto multa ex variis locis iuris pro negatiua colorate adduci poſſe, vt quod in fraudem heredum facta non tenent, nec illum obligant, quin contrauenire poſſit, quamuis alias tam de iure, quàm de conſuetudine, de factis & obligatione defuncti teneantur, per not. in *l. 1. & 2. C. ſi in fraudem patro.* Et ibi Cy. & Bald in *l. 1.* & ibi Sal. *9. 9. C. de inoff. donat. de quo dixi in conſuet. Pariſ.* §. 8. *gloſſ.* 3. *num.* 21.

4 ¶ Tum illud vulgatum, peccare parentes, & conſulentes modos fraudandi legitimos heredes bonis & ſucceſſione, de quo per Batt. in *l hereditariam ff. de bonis author. iud. poſſid.* per Alber. in *ſuo dicto. in verbo Teſtamentum* 2. ad hoc aduocat Thomam Aquinatem in quo liberis, ſeu in quæſtionibus problematicis, & comprobat Iaſon in *conſ.* 141. *col.* 5. *lib.* 4. Erroneè tamen allegant Thomam, quia in problematib. nil de hoc dicit, quamuis art. 12. ſexti problematis ad hoc faciat: ſed debuerunt allegare Thom. in *comment. ſuper* 4. *Sententiarum, diſt.* 15. vbi tractat de ordine caritatis. Plura alia à remotis deduci poſſent.

5 ¶ Sed ad deciſionem quæſtionum & caſuum particularium non ſum ſolitus adducere rationes ſeu Theorias generales, quæ, vt inquit Baldus in *c. cùm acceſſiſſent. column. 6. de conſtitut.* non illuminant intellectum practicum, qui conſiſtit in ſingulatibus, & multò minùs argumentari ſoleo à remotis, & his quæ non concludunt. Aſſumendo igitur ea quæ ſunt punctualia ad deciſionem, præſuppono quòd

6 ¶ De iure collateralibus non debetur hereditas & legitima l. vlt. & ibi gl. in *verbo Agnationis C. de iure codicillo.* quam gloſſ. omnes doctores ibi ſequuntur, reprobata opinione Placenti. Idem cum glo. & communi tenet Lud Roman. in conſil. 125. incip. *Mater*

ſi ſoror. Hinc eſt quod nullo iure reperitur collaterales etiam ſi ſint fratres debere exheredari vel inſtitui, intantum quod non ſolùm donationibus factis iuter viuos nulla competit eis querela inofficioſæ dnnationis: ſed etiam in teſtamento extraneis inſtitutis nulla competit fratribus querela inofficioſi teſtamenti, niſi in vno caſu, videlicet cùm turpis perſona fuerit inſtituta, vt *l. fratres. C. de inoff. teſt.* & adhuc hæc quetela non competit niſi ipſis fratribus vel ſororibus dumtaxat, non autem filiis frattum, vel ſororum, vel remotioribus, vt eſt text. in *l fratres. C de inoff.teſt.*

7 ¶ Et adhuc inter frattes ſi ſit ab altero turpis perſona inſtituta, ſi frater præteritus cummiſerit vnam de tribus cauſis ingratitudinis, de quibus in § *ingratitudinem. in authen. de nuptiis, colla.* 4. poterit inſtitutus, etiam ſi ſit turpis perſona, excludere frattem defuncti excipiendo & probando de cauſa ingratitudinis, quamois de ea nulla ſit facta mentio in teſtamento: quia in collateralibus ceſſat differentia exheredationis & præteritionis, nec requiritur ſolennitas exheredationis nec expreſſionis cauſæ io teſtamentu. vt not. doct. in *in dicta l.frattres.* vbi Salyc. in *q.* 2. *&* 3. & Iaſ. *in colum. vlt. verſic. decimo.*

8 ¶ Et ſic exploratiſſimi iutis eſt licere non ſolùm inter viuos per viam contractus, ſed etiam per viam teſtamenti, extraneum præferre in omnibus bonis etiam germano fratri, ſiue eum ex iuſta cauſa odioſa habeat, ſiué oon, tioo diſtinguendo ſiue inimiciria facto & culpa donatoris vel teſtatoris proceſſit, ſiue facto ant culpa illius qoi excluditur, prout alias in tacita ademptione legati diſtingnit Bartol. in *l. cum tabulis. §. quoniam. ff. de his quib. ve indi.* quem ſequitur Ludouic. Rom. in *ſing. 196. incipien.* Tn habes quod propter. Philip. Dec. in *c. 2. in lectur. 2. col.* 1n. *de indic.* Licet alij contraoertant, teneutes indiſtinctè reuocari legatum ex ſuperueniente inimicitia, etiam ſi ex tacto & culpa teſtatoris tantùm ſuperueniat, quod nunc non diſcuno, cùm de boc non ſit quæſtin.

EPITOME CONSIL. XLVI.

1 *Teſtamentum quando nullum defectiu præteritionis.*
3 *Interpretatio conſuetudinis Burgundiæ.* 8 9.11.
4 *Verba, veri heredes, intelliguntur de liberis.* 5 7.
5 *Collaterales non veniunt ad ſucceſſionem, niſi mero iure poſitiuo.*
6 *Fratribus non debetur legitimo de conſuet. Burgund. Contra Chaſſan.* 8. 9.
10 *Valet argumentum à coniunctione duarum legum.*
12 *Conſuetudo potiùs debet intelligi vt conformetur iure communi*
13 *Abſurdum eſt habentem liberos liberius teſtamenti poſſe, quàm carentem liberis.* 14.

Thema Conſilij XLVI.

CONSVETVDN Burgundiæ *titul. des ſucceſſions.* §. 3. ſic habet: *Vn chacun habile à faire teſtament & ordonnance de derniere volonté, eſt tenu de laiſſer à ſes vrais heritiers ladite legitime, c'eſt aſſauoir la tierce partie de tous ſes biens par droict d'inſtitution, ou autrement ledit teſtament eſt nul.* Dom. Franciſcus Viennenſis eques, catens liberis, habens duas ſorores, Annam primam, & Aunam ſecundam monaſterium ingreſſam, ſed non profeſſam, & duas neptes ex Franciſca ſorore prædefuncta, & tres nepotes ex Auna prima, inſtituit Antoniom de Bauſremont primogenitum ſororis Annæ primæ, beredem ſuom vniuerſalem: & ſunt verba, *Et tous ſes biens de quels il pouuoit diſpoſer de droict & de loy, & du ſurplus il inſtituoit ſes nepces filles de feuë Françoiſe auec les puiſnez de ſadite ſeur Anne premiere,* cui nil penitùs reliquit. Annæ verò ſecundæ legauit trecenta annua ad vitam vt ſe alat io monaſterio. Quæſitum eſt an teſtamentum valeat. Prima facie videtur teſtamentum nullum.

1 ¶ Ex defectu formæ ſubſtantialis à conſuetudine requiſitæ, cùm ſint duæ ſorores præteritæ: quia feminri nihil relictum, iuniori verò noo eſt relictum iure inſtituoonis. Conſuetudo verò duo copulaoua requirit. Primùm relinqui veris beredibus: ſecundùm relinqui iure inſtitutionis, tdque pro forma. Patet: quia conſuetudo vult teſtamentum aliter factum eſſe nullum: Non obſtat ſi dicatur, quòd ſutor ſeniot noo cooqueritur, ſed forſan expreſſom apptobat teſtamentum, quod cooſequenter remanet firmum, iuxta not. glo. & docto in *l. ſi præterito. de inoffo, rupto, & irrito teſt. in l. maximum. C. de liber. præterit. & exhered. in l. poſthumo.* C. *de bon. poſſ. cont tab.* Quia dato quòd hæc ſit æquior & crebrior ſententia, quam multi controuertunt.

2 ¶ Sopereſt alia nullitas euidens teſtamenti propter præteritionem iuniris, quæ concutitur, & ſic totum teſtamentum etiam reſpectu aliorum ad eaſam inteſtati reducit *l. poſthumus, § ſi quis ex his. ff. de inoff. teſt.* Miotis obſtat ſi dicatur, quod teſtator exiſtimabat iuniorem illam vtpote religioni monachiæ deſtinatam, incapacem ſucceſſionis: & ſic non ex contemptu, ſed bona fide ad alimenta tantùm illi reliquit quia hic errot nun adiuuat, ſed magis adnullat teſtamentum, quemadmodum præteritio filij, quem teſtatnt ignorabat, *l. Titius. ff. de liber. & poſthum.* quia multo fotrius vitiat ſi ſciebat.

3 ¶ Verùm te tota maturiùs perſpecta, dicendum dictum teſtamentum non nbſtante ptædicta præteritione validum eſſe. Et quia totius tei cardo verſatur ſnpet dicta cnnſuetudine, ptouocandum eſt ad verum, getmanum & æquabilem, eius iotellectum: qui eſt, quod oon loquitur de quibnſuis heredibus, putà extraneis, quibus noo debetur legitima, nec congruit querela inofficioſi, oec exheredatio, ſed de filiis, ſiue deſcendentibus legitimis, & naturalibus, qoi demùm veri hoc eſt, antonomaticè heredes & ſunt & dicuntur, quibus debetur legitima, quibus congruit querela & exheredatio. Et quod hic intellectus oon ſolùm conueniat verbis & mentis dictæ cnnſuetudinis, ſed etiam ſit neceſſarius, liquet;

4 ¶ Primò ibi, *vrais heritiers.* Et ſic iam liquet quod non loquitur de quibuſlibet beredibus, ſed de certis, quos per excellentiam vocat Veros beredes. Hi autem ſunt filij, ſiue deſcendentes, qui ſolùm per excellentiam tales meritò vocantur. Tum quia prima & excellentior & verior cauſa ſucceſſionis eſt filiorum, qui iure & diuino & naturali vocantur. Tum quia ſunt pluſquam beredes in iure, nec vocantur heredes ſimpliciter, ſed ſui beredes, quia magis ad tem ſuam eononuandam, quàm ad alienam acquirendam venite dicuntur. *§. ſui autem. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu.* Ita conſuetudo ibi, per veros beredes, intelligit filios.

5 ¶ Ad

5 ¶ Ad differentiam extraneorum, qui vt remotiores sunt à sanguine & naturali successione: neque enim iure diuino, nec iure naturali succedunt, sed meru iure positiuo, ideò respectu filiorum minus verè dicuntur heredes, & minùs participant de iure debiro & efficacia succedendi. Hinc in iure dicitur hereditas filiis debita, non solùm ciuiliter, sed etiam naturaliter. *l. pen. §. omnia, ibi naturalia debita. C. de adopt. l. vlt. §. 1. C. de curat. furio. l. vn. C. de impon. lucr. descript. lib. 10, l. cùm ratio naturalis. in prin. ff. de bonis damnatorum.* Hinc ex quocunque capite succedant, semper vocantur à iure sui heredes simpliciter, tex. *sing. in l. de bonis. §. hinc autem.* ibi quoniam sui sunt, vel ex illa quæ cognatis datur *ff. de Carb. edict.* A

6 ¶ Secus in extraneis, vel collateralibus, quibus hereditas nullo modo debita, nec quasi debita censetur, vt ita dicantur certare de lucro captando, filij autem de damno vitando, tex. *in l. vlt. ad fi. C. d. codicillis.* Quare non immeritò si dicta consuetudo per veros heredes non quoslibet: sed filios & descendentes tantùm intelligir, quamuis contrarium ibi dicat Chassaneus, qui putat extendi ad fratres, sed non vltrà. Atqui fratribus non debetur legitima, & sic nec verba, nec mens consuetudinis. Tum si consuetudo congrueret fratribus, pari ratione congrueter omnibus collateralibus saltem agnatis: & tamen inter agnatos & cognatos dicta consuetudo non facit differentiam, & sic congruerer omnibus cognatis siue proximioribus, siue remotissimis, prionbus repudianubus: quod esset absurdum: quia verbum *vrays* esset otiosum. B

7 ¶ Secundò ibi *vrays legitimes*, quæ verba non congruunt nisi filiis, quibus verè debetur legitima: extraneis autem non solùm non conueniunt, sed disconueniunt, quippe quibus nulla debetur legitima per prædicta, & in *l. fratres. C. de inoffi. test.* Ponderandum etiam est verbum, vera, quod auger & qualificat, & non modicam habet emphasim Quod si extraneis nulla debetur legitima, multò minùs vera, quæ solis filiis verè congruit, & debetur. C

8 ¶ Tertiò ibi, *sa*, hoc est sua. Et sic consuetudo manifestè præsupponit quod loquitur & intelligitur de his qui habent suam propriam & peculiarem legitimam sibi debitam, quales sunt filij, & non extranei, qui nullam habent Quartò ibi, La *tierce partie*, quæ taxatiu seu demonstratiu liberis congruit regulariter & communiter, *vt in auth. de triente & semiss. colla. 3.* quod non congruit collateralibus, quibus nunquam congruit triens etiam si sint institui: quia quarta non est aucta in extraneis, consequenter non potest consuetudo intelligi de extraneis: quia illis nulla quarta debetur, & si quando debetur, non debetur triens. Consuetudo verò loquitur de illis heredibus, quibus competit sua & propria legitima, non quælibet, sed quæ est triens. Et sic non potest verificari, nisi in solis liberis. D

9 ¶ Quintò ibi, *De tous ses biens, iunctis.* § 12. *tit. dictæ consuetudinis.* Ex quibus apparet quod in hoc § consuetudo non potest intelligi de collateralibus absolutè. Parer, quia consuetudo hic loquitur de heredibus quibus vniformiter debetur sua legitima vniformis, videlicet triens omnium bonorum: quod non potest vniformiter verificari in collateralibus, quia non succedunt vniformiter, sed differmiter videlicet ad heredia linearum suarum, vnde processerunt, ita quod aliqui habent multum, alij parum.

10 ¶ Et sic cùm non vocentur vniformiter ad omnia bona, non potest in eis inueniri illa vniformis legitima trientis omnium bonorum, quam consuetudo subesse præsupponit, quæ solis liberis vniformiter congruit, etiam si sint diuersorum matrimoniorũ, vt in eadem consuet. eod. tit §. 2. eiusdem tit qui est §. tonus. Est autem optimum argumentum à coniunctione duarum legum vel dispositionum, vt no. in *l. eum qui §. pen. in fi. ff. de iureiurando. in l. gallus. §. fi.* vbi Iaſ. *col. 2. ff. de liber. & posthu.*

11 ¶ Sextò probatur per consuetudinitatem §. præcedentis in ea consuet. cui iste §. immediatè connumeratur, vbi loquitur de exheredatione, & de causis exheredationis expressis in iure, quæ non congruunt collateralibus nec extraneis. Et sic sicut dictus præcedens §. per veros heredes intelligit filios, ita & iste §. ratione continuationis & materiæ subiectæ.

12 ¶ Septimò vt magis conformetur inter communi, ita debet consuetudo intelligi, vt suprà: contrarius verò intellectus, vt inducens iuris communis correctionem multiplicem, reiiciendus est per not. in *l. vlt. §. in computatione. C. de iure deliberandi in l. 4. § prætor ait. ff. de damno infect.*

13 ¶ Octauò per locum ab absurdo. Si enim etiam de collateralibus intelligeretur, sequerentur infinitua absurda quia nullus posset tutò testari, nisi omnes agnatus & cognatos cognosceret, & memoriter teneret, quo eos instituerer. Er adhuc non esset satis, sed necesse esset eum diuinare, & certò præuidere eis qui futuri essent in proxima casu successionis tempore mortis suæ. Quia inter testamentum & obitum multæ mutationes collateraliter attinentium accidere possunt, & soleut: & sic etiam in successione collaterali suscitandus esset vel ab inferis Gallus Aquilius, imò multi Aquilij, & multò plures Sceuolæ, qui noua quædam consilia & cautiones commiscerentur ad obuiandum nullitatibus testamentorum, & adhuc non sufficerent: quod est absurdissimum.

14 ¶ Item aliud absurdum, quòd eius qui caret liberis strictius esset & minùs liberum testandi arbitrium, quàm habentis liberos: quod est absurdum & iniustum per not. in *l. 1. C. de sacrosanct. eccle. in l. si quis ad declinandum. C de episcop & cleri. 17. q. 4. c. vlt.* Ex quibus remanet validitas testamenti indubitabilis. Et ita censeo ego Carolus Molinæus, &c. Datum Parisiis, mense Nouembri, Anno 1544.

EPITOME CONSIL. XLVII.

1 *Pœna compromiſſi non debetur ſi laudum ſit iniquum, & §. ſtari in l. diem proferri. de arbitris. non ſeruatur in Gallia.*
2 *Appellatio an ſuſpendat vel extinguat iudicatum.*
3 *Confirmare ſententiam ex nouiter factis & & produmis infirmare eſt. 5.*
4 *Liquido conſtare debet in pœnis.*
5 *Refert ſententiam confirmari ex cauſa de nouo orta vel ex antiqua de nouo detecta. 6. 7. 11. 13.*
8 *Fruſtratio facti citra dolum, facit locum pœnæ compromiſſi 9. 11. 12.*
10 *Æquitas veritatem non ſolennitatem reſpicit,*
14 *Præfecti libellorum palatij non agnoſcunt de appellatione etiam incidenti.*

Thema Conſilij XLVII.

GVLIELMVS & Ioannes litigabant coram præfectis libellorum ſupplicum palatio Pariſiis, & compromiſerunt in quatuor arbitros ſub pœna mille aureorum mediatim acquieſcenti, & mediatim fiſco applicanda. Gulielmus victus Curiam Parlamenti appellat, vbi appellatio recipitur, & in cauſa appellationis ab vtraque parte concluditur. Poſteà per Areſtum interlocutorium dicitur quòd priuſquàm iudicetur partes inquirant etiam per turbas ſeu confuſis teſtimoniis de modo vtendi conſuetudinum: quod factum fuit, poſtremò per definitiuum Areſtum in vim nouiter factorum & productorum dictum fuit vt Gallicè ſequitur, L'appellation au neant, & la ſentence deſdits arbitres ſortira à ſon effect. Nunc Ioannes victor petit pœnam ex compromiſſo, quæſitum fuit an debeatur,

CONSILIVM XLVII.

VIſo & conſiderato præſcripto themate, prima facie dicendum videretur.

1 ¶ Pœnam non deberi, quia pœna appoſita in compromiſſo implicitam habet conditionem, ſi rectè arbitratum fuerit: ſin ſecus & laudum ſiue arbitramentum reuocatum vel annullatum fuerit, non debetur pœna per not. in *l. qui Roma. §. vlt. ff. d. verbor. oblig.* Nec obſtat quòd ſententiæ ſtari arbitri debet, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit. *l. diem proferri. §. ſtari autem ff. d. arbitr.* quia diſpoſitio dicti §. ſtari autem. non habet locũ, nec obſeruatur in hoc Galliarum regno, vt eſt notorium. & ſatis conſtat ex conſtitut. Ludo. XII. promulgata anno 1512. art. 34. vbi nedum ab arbitratore, ſed etiam à vero arbitro in forma & figura iudicij procedente permittitur euicunque appellare, ſeu veritus ad iudicium prouocare, prout à præfata arbitrorum ſententia prouocatum fuit ad ſupremam Curiam parlamenteam, & prouocatio admiſſa. Et ſicuncto themate liquet quod præfata ſententia duplici modo fuit infirmata ſiue annullata.

2 ¶ Primò per appellationem legitimo tempore interpoſitam & admiſſam, quæ iudicatum extinguit. *l. 1. in fi. ff. ad ſenatuſ. Turp.* latè Ias. in *l. glo. 3. ff. de re iudica.* Iſto tamen primo modo potiùs eſt ſuſpenſio quàm extinctio: ſed ſecundo modo verè fuit teſciſſa, & peremta per areſtum dictæ Curiæ, per quod appellatio fuit annullata, & in vim nouiter factorum & productorum dictum quòd præfata ſententia ſuum ſortiretur effectum. Ex quo apparet primò non fuiſſe rectè iudicatum per dictos arbitros, qui tenebantur iudicare ſecundum allegata & probata coram eis. *l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid.* Sed ex allegatis & probatis coram eis non poterat ſic iudicari. Patet duplicitèr. Primò, quia alioquin Curia ſimili modo iudicaſſet, & ſimpliciter confirmaſſet, & nun ptotuliſſet dictũ primum areſtum interlocutorium. Secundò quia Curia definitiuè iudicando ſe fundauit in nouitet factis & productis, & non in antiquis, vt patet per vltimum definitiuum areſtum. Igitur peripetam & abſque debitæ cauſæ cognitione fuerat iudicatum per arbitros prout etiam eadem ſententia fuit in ſe reuocata & annullata per areſtum:

3 ¶ Quia iudex ſupremus idem iudicans, ſed in vim nouiter factorum & productorum, & ea cauſa expreſſa tacitè infirmat priorem ſententiã prout eam præſupponit malè latam, quare huiuſmodi areſtum non confirmat præcedens iudicium, imò illud infirmat, quamuis idem diſponat, ſed ex noua cauſa & tanquam per nouum & rectum iudicium, non autem per modum confirmationis, ſed potiùs per modum reprobationis priorie ſententiæ tanquam non rectè latæ Ex quibus patet primò malè, & minùs ritè iudicatum fuiſſe per arbitros, dictuoque Ioannem non obtinuiſſe victoriam per ſententiam arbitrorum, nec per areſtum illius confirmatorium, ſed per nouum iudicium infirmatorium ſententiæ arbitralis, & non iudicij ex noua cauſa inductiuum. Igitur non poteſt petere pœnam ex præfato compromiſſo & in vim ſententiæ arbitralis, quæ in ſe infirmata fuit, & eiuſ virtute non obtinet victoriam, quamuis ſortiatur effectum, non tanquam ſententia arbitralis per ſe, vel tanquam huiuſmodi ſententia areſto confirmata, ſed tanquam nouum areſtum, ex noua & iuſta cauſa nouiter factorum & productorum latum.

4 ¶ Confirmatur, quia in pœnis liquidò conſtare debet locum eſſa pœnæ, cui in dubio locus non eſt. tex. & ibi Bal *in l. teſtamento prima ibi. ſin autẽ voluntas eius ignoraretur pœnam quidem nullam vim habere. ff. de condit. & demonſtr. tex. in l. pe. ff. de pœnis.* Bald *in l. Titius. in fi. de lib. & poſth.* Ias. *in l. ſi is qui pro empt. col. 6. de vſucap.* Phil. Dec. *in l. facto. § in pœnalib. n. 2. de reg. iur. & conſ. 290.* Alex. *conſ. 33. col. 1. li. 2.* Cùm igitur

hic

hic ſic aneeps iudicium de pœna, non eſt pœnæ locus. Rurſus confirmatur, quia ſenatuſconſultum ſuſtulit pœnam publicam fiſcu debitam, annullando appellationem: igitur fortiùs tegere voluit pœnam priuatam & conuentionalem.

5 ¶ Sed quia hanc quæſtionem video magna vtrinque contentione agitari, placet velut ferro viam aperiendo, iuxta Bal. in *l. penult. col.* 1. 111 *C. de inoff. & aliis ſubſtit.* etiam pro parte affirmatiua fortiter argumentari, vt omnibus penitùs diſcuſſis, veritas lucidiùs appareat, *c. graue* 35. *q.* 9. Quod igitur pœna cumpromiſſa ſit, & cuptimo iure petatur, ſic oſtenditur. Primò, quia permultum intereſt ex qua noua cauſa præcedens iudicium, tametſi quadamtenus infirmatum ſortiatur effectum. Quædam enim eſt noua cauſa, de nouo & orta & probata, vt ſuperueniens iuris acquiſitio, de qua fit fides in ſecunda inſtantia. Quædam eſt cauſa antiqua, & orta ante primum iudicium in illo non probata, vel non plenè, cuius in ſecunda inſtantia ſuperuenit plenaria probatio. Primo caſu præcedens iudicium nullo modo confirmatur, nec confirmari debet: de quo hactenus, quia non ſunt termini noſtri. Secundo verò caſu præcedens iudicium in ſe eſt iuſtum, nec peccat, niſi quantum ad futoram imperfectæ cauſæ cognitionis & probationis.

6 ¶ Probatio autem ſuperueniens in ſecunda inſtantia nihil de nouo inducit, nec diſponit, ſed tantùm id quod ab initio ſuberat, declarat, & manifeſtat: vt per ducto. *in rubr. de probat. extra in definitione probationis.* Quare eo temperamento debet vti iudex ſuperior, vt non expreſſim & formaliter iudicatum confirmet, ne videatur eidem defectui in ſorma ſe confurmare, vel errorem formæ approbare, nec etiam debet expreſſe informare, ſed potiùs confirmare, ex quo ſententia erat in ſe iuſta & rationabilis: prout etiam noua probatio, vel cauſæ cognitio nullum detegit vitium in ſententia ipſa in ſe, ſed potiùs oſtendit & corroborat iuſtitiam & veritatem ſententiæ, licet arguat culpam iudicis, a quo in forma & modo procedendi ad diffinitiuam, nondum plenè & ſufficienter, vel non ſatis ſolemniter cognito quid eſſet diffinitendum: quaodoquidem vitium non eſt in ſententia, neque in iudicato, ſed in præpropero modo procedendi ad iudicandum, & iſtud vitium ſeparabile eſt a ſententia.

7 ¶ Et ſic inſpecta veritate & effectu, prior ſententia remanet confirmata, prout etiam ſunant verba Areſti in his ſuis verbis diſpoſitionis: *La ſentence des arbitres ſortira à ſon effect.* Si igitur per ſententiam arbitrorum iuſtè & rectè fuit iudicatum prout verum eſt, inſpecta ipſa veritate negotij & meritorum cauſæ, & inſpecta ſententia ipſa in ſe (quicquid ſit de ſeparatu errore in forma, de quo non eſt curandum) ſequitur pœnam eſſe debitam per appellantem, qui ſententiæ in ſe iuſtæ contrauenit, & acquieſcere noluit, donec ſequeretur Areſtum illi conforme.

8 ¶ Et omninò ſatis eſt, quod præfata ſententia in ſe & effectu ſuo in totum confirmatur, & iubetur plenum ſuum ſortiri effectum: nec in aliquo corrigitur vel emendatur, ad hoc vt ſit locus pœnæ: quia clarè verificantur verba ſtipulationis pœnalis, cùm non fuerit paritum ſententiæ arbitrali in ſe iuſtæ & omninò in effectu ſuo tandem poſt victorem noua lite vexatum confirmatæ. Tum appellans re vera ſine intereſſe appellauit, vt declaratum eſt per exitum Areſti, ergo iniuſtè appellauit, & pœna debetur.

9 ¶ Tum vt ſit locus pœnæ compromiſſi, non requiritur dolus in non parente, ſed ſufficit ſola ceſſatio, vel fruſtratio facti quæ hic intetuenit *d. § ſtatu autem. l. cum pœna. eod. tit.* Tum pœna apponitur, vt eius metu deſinat victus moleſtare, & in ius actorem trahere. Cùm ergo eum moleſtauerit, etiam ſine vero intereſſe, vt euentus docuit, pœna debetur, alias licet impunè fruſtrari.

10 ¶ Non obſtant ſupra in contrarium allegata, quia magis in meta & colluſata ſubtilitate conſiſtunt, quam in ratione ſiue vtilitate, & reali effectu, vt in ſimili inquit *gloſ. in l. ratione* 1. §. *ſi filio in verbo exiſtet, ff. ad leg. Falcid.* Quare huiuſmodi ſubtilitas & nimis ſcrupuloſa inter ſententiam arbitralem & Areſtum diffinitiuum differentia, non eſt a iudicibus admittenda *l. ſicut* §. *qui deb. tort. ff. quib. mod. p. g. vel hypothe. ſol.* qui æquitatem præ oculis habere debent. *l. quod ſi Epheſi. in fi. de eo quod cer. loco.* Bal. in *c. vlt. de tranſactio.* Æquitas autem circa merita, & veritatem negotij, & effectum rei verſatur, non autem circa formam verborum & ſimplicem procedendi modum, vt no. in *c. diuerſi. de iudic.* Igitur attento quod inſpectu effectu rectè & iuſtè fuit per arbitros iudicatum, & per Areſtum confirmatum, idque ex cauſa & veritate præexiſtenti, & antiqua, quamuis fortè nouiter plenius probata & cognita, non autem ex aliquo iure de nouo quæſito victori, ſequitur pœnam eſſe debitam. Quid dicendum?

11 ¶ Reſoluendo concludo pro affirmatiua pœnam deberi duplici ratione. Prima, quia in ſecunda inſtantia non fuit de nouo inquiſitum de aliquo nouo articulo, vel quæſtione facti, partes nihil articulauerunt de nouo, nec aliquid noui de ſe fecerunt aut produxerunt, ſed tantùm parendo Areſto interlocutorio ſupremi Senatus, cui non ſatis liquebat de modo vtendi dictatum conſuetudinum, vel fortan cauſa legis perpetuæ ſtatuendæ, placuit inquiti de vſu & interpretatione conſuetudinum, hoc tantùm de nouo factum fuit, ſed primò non proceſſit facto vel culpa victoris. Secundò, ea inquiſitione nihil euentum ſuit, quominùs rectè iudicatum eſſet per arbitros: igitur victus qui ſua fruſtratoria appellatione occaſionem dedit his nouis ſumptibus, damnum hoc dediſſe videtur. *l. qui occidit.* §. *in hac ad l. Aquil.* Cùm ergo damnum dederit victori, & eum fruſtratus fuerit, etiam ſubiciendo illum aleæ iudicij contentioſi, non debet hac ſua culpa & fruſtratione lucrari pœnam compromiſſi facti, ne victor teneretur ſubire ſumptus, labores, & aleam iudicij contentioſi, quos tamen ſubiit facto victi: ergo pœna debetur. Satis eſt enim contra rigorem iuris ciuilis pœnam remitti, quando inuenitur arbitros malè iudicaſſe: ſed non eſt toletandum quando inuenitur eos bene iudicaſſe.

12 ¶ Secunda, quia quatuor illi arbitri erant inſignes iuriſperiti, praxis & conſuetudinum callentiſſimi, præcipuè in hoc à partibus dilecti: quia longo vſu ſciebant conſuetudines, modúmque vtendi & practicandi, vt eorum præſidio non opus eſſet ſumptibus & laboribus conſulorum teſtimuniotum, quas tutbas vocant: & tamen victus contra fidem cumpromiſſi prouocauit, & ſubiecit aduerſarium ſumptibus, laboribus, & periculo dictatum turbarum, & nihilominùs inuentum eſt rectè iudicatum: ergo pœnam cunuentam debet: à petiſſimis enim & ſelectis arbitris voluntariè, & fruſtratoriè prouocant ad iunenes imperitos, pecuniis in Senatum allectos, quorum fortè ſtudium utiuſum fuit cornicum oculos configere. Quod ſi non potuerunt, ſi ſumptibus partium diſcere voluerunt, vt de iuuenibus medicis inquit Plinius ſeniut in præfatiune naturalis hiſtoriæ, quid ad victotem? Nonne hoc imputandum eſt victo, qui non contemns delecto prudentum arbitrio, experiri vuluit aleam iuoenum iudicum expertium, & pecunia ſordidè prumotorum?

13 ¶ Et ſic non obſtant allegata in contrarium, quæ procedere poſſent, ſi ex antiquis actis & piubatis fuiſſet malè iudicatum, & actor victuſſet in vim nouorum articulorum & nouarum probationum.

14 ¶ Quòd autem quidam dicebant præfectos libellorum ſupplicum debuiſſe de hac prouocatione cognoſcere, ſuperuacuum eſt, & ineptum. Quamuis enim hæc prouocatio non ſit propriè appellatio, ſed ſpectet ad iudicium ordinarium per not. in c. Quintauallis. extra de iurciur. tamen illi præfecti non ſunt iudices ordinarij, ſed iudices delegati ad certas cauſas mandau particularis, ſinæ euiuſque delegationis, & ſic nullæ prouocationes etiam incidentes ad eos ſpectant, Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D. & in ſupremo Pariſ. Senatu Aduocatus. Pariſius anno M. D. XXXVIII.

EPITOME CONSIL. XLVIII.

1 *Qualitates prolationis non conſiderantur in menſibus graduatorum ſimplicium, ſed tamen inter nominatos.*

2 *Si ordinarius infra ſemeſtre nulli gratificauerit, remanet requiſitio & impetratio primi requirentis valida* 3.

4 *Libera poteſtas conferendi aut præſentandi non tranſit ad capitulum: ſecùs quando non eſt libera, quia tunc etiam ſub generali mandato tranſit.*

6 *Declaratur conſtitutio Ludouici XII. in materia harum requiſitionum.* 7.

8 *Per quas præuentiones Papæ impediuntur.*

9 *Simplex graduatus non tenetur lapſum ſemeſtris expectare.*

Thema abbreuiatum Conſilij XLVIII.

VACANTE Abbatia, Conuentus conſtituit quatuor Vicarios de corpore eiuſdem Conuentus, videlicet, Priorem elauſtralem, Infirmarium, Armarium, & alium ad omnia bona, & iura, etiam ſpiritualia. Tum contingit vacare beneficium ad præſentationem Abbatis in menſe graduati, plures requirentes concurrunt, quorum vnus debitè qualificatus, prior, hoc eſt, ante alios, requiſiuit à duobus ex iſtis Vicariis, videlicet à Priore elauſtrali & Infirmario, à quibus non admiſſus eſt etiam prior in adeundo ſuperiore immediato, & in collatione ad refutationem. Cæteri verò deinceps per ſimilem refutationem collationes obtinent, quorum vnus reſignat in Curia Romana, vbi prouidetur Titio cum clauſula, quouiſmodo. Quæritur cui horum quatuor Beneficium adiudicandum?

CONSILIVM XLVIII.

PRIMA facie videretur vltimo adiudicandum, vt multi cenſent, propter maiorem authoritatem Papæ, & propter dubium priorum prouiſionum, quæ etiam ſeſe impediunt. Tum quia omnes illi requirentes ab inferiore prouiſi, præpropetè habuerunt recurſum ad ſuperiorem, vt pote intra ſemeſtre, & ſic ante refutationem: quia cùm ordinarius habeat ius gratificandi, non dicitur in mora, ergo nec refutator ante lapſum ſemeſtris, niſi pendente ſemeſtri præſentet nimis qualificatum, quod non eſt factum: igitur vincit prouiſio Papæ facta in omnem caſum per clauſulam quouiſmodo vacet. Sed his non obſtantibus.

1 ¶ Breuiter veritas eſt, verum ius, & canonicum titulum ſpectare ad eum qui eſt potior in dicta requiſitione, & collatione, etiam ſi poſteriores forſan ſint vel antiquiores, vel alioquin potioris gradus, putà doctores, aut θεολόγους, ſeu licentiati, etiam in vtroque: iſte verò ſimplex Bachalaureus in altero iotium. Ratio eſt euidens, quia antiquitas nominationis, vel gradus, vel potioritas gradus, & reliqua ſimilia non conſiderantur niſi inter nominatos, & in menſibus nominatorum. *c. ex.in concord. de collatio.* §. *quo verò ad beneficia in menſibus.* Vbi aduerſarius verò, oſtendit quòd qualitates pinguioris qualificationis non conſiderantur, niſi inter nominatos in menſibus eis deputatis duntaxat:

2 ¶ Non autem inter graduatos ſimplices vel etiam nominatos, ſed qui vt graduati veniunt in menſibus graduatorum ſimplicium, quia inter eos ſufficit eſſe idoneum & qualificatum, cætera locus eſt gratificationi. Cùm autem ordinarius nulli gratificauerit, remanet requiſitio primi requirentis valida præſertim cùm ſit prior in collatione, & conſequenter in gratificatione, ſi ſuperior ad quem ſit deuolutio gratificare potuit in defectum ordinarii eodem modo quo ordinarius poterat, iuxta clem. quia regulates. de ſupple. neglig. prælat. ſiue primo ordinatio ceſſante non ſit locus gratificationi in ſuperiore. ſequitur quòd collatio illius primi eſt tanto fortior, quia ſi ſuperior non poterat gratificare, ſequitur quod præcisè tenebatur ei conferre & ſic quod collatio tantò magis ſuit ei debita & neceſſaria, conſequenter tantò magis valida

3 ¶ Cùm igitur ſit in confeſſo ordinarium nemini habili gratificaſſe infra tempus debitum, ſequitur quod remanet collatio prima primi requirentis valida in omnem caſum, ſiue ſuperior potuerit gratificare (quod tunc fecit conferendo) ſiue non potuerit gratificare, quia tunc debuit primo requirenti & recurrenti conferre neceſſatio, prout fecit.

4 ¶ Supereſt vnicum obiectum videlicet, quod requiſitio illius primi nõ eſſet bona, nec ſufficiens, ex eo quod vel non eſſet facta, hoc eſt, petita ab habentibus poteſtatẽ, ſaltem nun eſſet facta in abſentia ordinarij, videlicet conuentus qui debebat cõgregari & requiri. Sed hoc nullo modo obſtat, quia certum eſt quod huiuſmodi collatio & præſentano in menſibus graduatorum eſt debita & neceſſaria, & conſequenter licèt alias libera poteſtas conferendi aut præſentandi non tranſeat ad Capitulum, Sede vacante *c.1 ne ſede vacante, vi 6. c. cùm olim. de maiorit. & obed.* tamen ſicut poteſtas inſtituendi, quia neceſſatia tranſit. *cap. ex frequentibus*, & ibi Panormitanus *de inſtitut. cap.* 2.

de inſtit. in ſexto, ita & poteſtas præſentandi in caſu quo eſt neceſſaria & debita. Et ita in his terminis nominatorum & graduatorum decidit *gloſſ. pragm. c. de collat. §. item voluit, in verb. Vacarum.* Ioan. de Selua *in tractatu de benef. parte 2. quæſt. 14.* Igitur tranſit ad vicarios conuentus, cùm ſint generales in ſpiritualibus & temporalibus.

5 ¶ Nec obſtat c. vlt. de offic. vicarij in ſexto, vbi etiam requiritur ſpeciale mandatum ad conferenda beneficia, quia verum eſt in collationibus liberis, quæ ſunt donationes, prout loquitur ille text. qui expreſsè fundator in hac ratione expreſſa, quod poteſtas donandi non tranſit ſo generali mandato: ſecùs ergo ſi collatio vel præſentatio ſit debita vel neceſſaria. Et ita decidit & limitat ibi Geminia. & Panor. in d. c. ex frequentibus gloſſa pragm. Ioan de Selua in locis prædallegatis.

6 ¶ Quapropter minùs obſtat ſi dicatur quod requiſitio non eſt facta in abſentia, ſed in præſentia conuentus: quo caſo conſtitutio Lud. XII. anno 1512. art. 4. non admittit requiſitiones factas ab officialibus. vel prioribus clauſtralibus: quia hoc eſt verum ſi tantùm eſſent officiales etiam generales ad iuriſdictionalia, quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ tantùm: vel ſi tantùm eſſent priores clauſtrales ad regularis diſciplinæ cuſtodiam, aut huiuſmodi quia non haberent poteſtatem in beneficijs, nec adminiſtrationem generalem: quia tunc licèt hi poſſint requiri in abſentia ad finem impediendi præuentiones Papæ, non tamen requiri poſſunt in præſentia, vbi ceſſat ea neceſſitas.

7 ¶ Sed longè aliud in vicarijs, vnde dicta conſtitutio dum loquitur de vicarijs, non exigit requiſitionem fieri abſente ordinario: ſed vniformiter approbat requiſitionem factam ab ordinario vel ſuo vicario, ſiue ordinarius ſit præſens, ſiue abſens indiſtinctè & meritò, quia poteſtas vicarij non reuocatur per præſentiam ordinarij: ſed hi qui fuerunt requiſiti non erant ſimplex prior clauſtralis, vel ſimplex infirmarius, ſed veri vicarij, prout de vero vicariatu conſtat; & de iure conſtat quod ille vicariatus generalis adminiſtrationis omnium bonorum & iuium etiam ſpiritualium extenditur ad hunc caſum, vtpote debitum & neceſſarium ſine alio vlio ſpeciali mandato per prædicta.

8 ¶ Conſequenter non ſolùm ſtatim ob illa requiſitione etiam circa abſentiam ordinarij, cœpit non eſſe locus amplius præuentioni Papæ: ſed etiam cœpit beneficium eſſe debitum & affectum primo requirenti, ex quo ordinarius non gratificauit alij idoneo in tantum quod etiam ſi iſte primus debitè requirens eſſet poſterior in collatione, vel prouiſione ſuperiotis, adhuc obtinere deberet. Cùm autem ſit prior, & in debita requiſitione, & in prouiſione, haberios indubitatum.

9 ¶ Ex prædictis etiam liquet non obeſſe quod primus ille requireos non expectauit lapſum ſemeſtris, quia vt feſtinando non poteſt præiudicare ordinare, quin vtatur iure ſuo, alij infra ſemeſtre gratificando: ita ſi ordinario non fierit validè vſus iure ſuo remanet requiſitio, diligentia, & collatio primi requirentis valida. Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus, &c. Hoc autem conſilium viſum fuit & confirmatum in ſupremo ampliſſimo Senatu Pariſiorum referendario domi. Bartholomæo Senatore grauiſſimo, & per Arreſtum pronunciatũ ad finem Nouembris anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo ſexto, non ſimplex fiduciaria profeſſio, quam recredentiam vocant, ſed plenum poſſeſſorium dicti beneficij dicto primo requirenti, pro quo conſului, adiudicatum fuit.

EPITOME CONSIL. XLIX.

1 *Verba contractus non debent eſſe ſuperflua. 4.*
2 *Cur & quoniam venditor qui non tenetur de euictione, tenetur ad reſtitutionem pretij.*
3 *Genus quod non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, pro ſpecie habetur.*
4 *Clauſula generalis non refertur ad habentia ſpecialem diſpoſitionem.*
5 *Venditor non tenetur inſtrumenta feudi dare emptori.*
6 *Emptor non habet actionem contra authores venditoris niſi ſibi ceſſa ſit.*
7 *Traditio perpetua inſtrumentorum importat ceſſionem actionum.*
8 *Emptor vendens alij ſuam, non tenetur ad reſtitutionem pretij.*
9 *Cedens nomen, non tenetur illud facere bonum. 13.*
11 *Refert inter primitiuum venditorem, & inter ſecundum, qui infra ſua eodem pretio tranſfert in alium.*
12 *Et inter ceſſionem quæ fit commodo cedentis vel ceſſionarij: hac enim videtur datio in ſolutum. 14.*
15 *Dicto*, pro, *denotat cauſam finalem.*

Thema Conſilij XLIX.

ANNO 1539. Quidam vendit nobili Petro Fedæo domino de Cluſors, domum ſitam Molinis pro 225. libris, nec ſolùm cauet, ſed etiam ſub idoneo fideiuſſore ſatisdat euictionis nomine. Deinde anno 1543. emptor vendit & cedit dictam domum eodem pretio Bibliopolæ Molinenſi, ſub hac clauſula: *Et a promis de luy garantir de ſon fait tant ſeulement. Et pour tout autre droict de garantage ledit Feideau a baillé & deliuré preſentement audit achepteur les lettres d'acquiſition qu'il a faicte de ladite maiſon de ſondit vendeur*, Anno 1536. mortuo primo venditore, vidua eius, quæ venditioni dictæ domus, quæ ſua erat, non conſenſerat communioni honorum mariti renuntians vendicat à ſecundo & vltimo emptore, qui ff. Ioannem Fedæum filium & heredem primi emptoris & venditoris ſui de euictione petit ad reſtitutionem pretij in euentum euictionis, heredes autem primi venditoris & ſui fideiuſſoris in totum. Quæritur an Fedæus in aliquo teneatur?

CONSILIVM XLIX.

VIso themate & inſtrumentis, Chriſti vnici redemptoris nomine inuocato, breuiter & reſolutiuè cenſeo actorem non eſſe contra Fedæum admiſſibilem, ſaltem in præſenti, eo modo quo abſolutè concludit ad reſtitutionem pretij in caſum euictionis.

1 ¶ Totum enim actoris fundamentum in duabus clauſulis vltimæ venditionis conſiſtit. Prima, qua Fedæus promiſit defenſionem & euictionem de facto ſuo duntaxat. Secunda, qua pro omni alio iure defenſionis & euictionis dedit & tradidit purè, & eodem præſenti actu, emptori ſuo literas & inſtrumenta acquiſitionis dictæ domus facta à ſuo vel primo venditore. Nec in alio poteſt actor fundari. Sed quamuis per primam clauſulam euictio ſeu reſtitutio pretij non ſit excluſa: tamen excluſa eſt per ſecundam, quæ alioquin prorſus inutilis eſſet ſine miniſterio quicquam operandi, contra naturam contractus & clauſularum diſpoſitiuarum, qualis eſt illa biceps Gallicè in themate tranſenpta, Bal *in Rub. C. de contrab. emp. § 9 in l. fal ut. col. 2. C. de furtis.* Prima clauſula eſt appoſita ad obligationem limitatam ſecundi venditoris. Secunda vero ad eius commodum & eius exonerationem: ergo neceſſariò debet operari nouum commodum. & nouam exonerationem eiuſdem.

2 ¶ Potrò certum eſt quòd in vim prioris clauſulæ ſi in ea ſtatum eſſet nec vltra proceſſum, reus non teneretur de hac euictione, quæ non eſt de facto ſuo, nec poſſet vllo modo teneri niſi ad reſtitutionem pretij, quæ ſola obligatio ſupereſſet per æquitatem. §. *qui autem in l. emptorem. de actio. empti.* quæ eſt æquitas de qua *in l. ſi & me & Titium. de reb. cred.* ne venditor lucrum retineat, & emptor damnum ferat, quæ æquitas in noſtra hypotheſi non congruit, quia reo quoque pretium abeſt, & in damno verſatur. Sed per ſecundam clauſulam reus ab omni onere & omni ſpecie euictionis eximitur & liberatur. Cùm igitur propter præcedentem clauſulam non ſupereſſet niſi obligatio reſtituendi pretium,

3 ¶ Sequitur quòd clauſula ſequens illam etiã ſpecialiter abolet: genus enim quod non poteſt verificari in vna ſpecie, pro ſpecie habetur tex. *in l. ſi duo, de lega. 1. in e. heres. de opt. lega. in c. ex part. 2. & ibi gl. vlt. Panorm. Fely. & omnes, de offic. de l. g.* Bart. *in l. quæſtum. de fun. inſtruct. & inſt.* lega. Bald. *auth. hoc inter liberos. C. de teſt.* Franc. Aret. *l. 1. col. 5. n. 8. de vulg. & pupil.* & ibi Iaſ. *col. 4* Iaſ. *l. 2. col. 1. de lib. & poſth. & in l. gallus. §. 1. dell. 1. dell. 2. col. 2. eod. tit.* Nec obſtat quod ſupererat obligatio ad euictionem præcedentem ex facto rei, quia clauſula ſecunda non ad hoc, ſed ad aliud refertur.

4 ¶ Clauſula enim generalis etiam ſimpliciter poſita non refertur ad caſus habẽtes ſpecialem diſpoſitionẽ. *l. dolo clauſula. de verbor. oblig. l. cohered. §. patrem. de vulg. & pupilla. ſubſtit.* maximè in eadẽ diſpoſitione. *l. nam ad ea. de cond. & demonſt* quantò minùs clauſula generalis non ſimpliciter, ſed excluſiuè ad præcedenta poſita, vt hìc: igitur non refertur niſi ad caſum euictionis contingentis abſque facto & culpa rei vt hic: & ſic vt nec de pretio quidem teneatur, aliàs nihil operaretur, cùm tamen ſit expreſsè adpoſita in fauorem, commodum, & exonerationem rei, ergo nouam exonerationẽ operan debet, ſaltem ampliorem quàm quæ iam acquiſita erat ex priori clauſula:

5 ¶ Præſertim cùm poſteriorem clauſulam ſtipulatus ſit Fedæus non gratis, ſed mediante tenli traditione & ceſſione inſtrumentorum, quam alioquin non tenebatur facere: poterat enim authoritates & inſtrumenta domus & acquiſitionis ſuæ retinere, nec tenebatur ea dare, nec cedere emptori. tex. *in l. Titius. 2. l. creditor. in prine. de actio. empt. l. inſtrum C. de fideicom.* & vtrobique per Bart Bald. Paul. & omnes.

6 ¶ Præterea de iure emptor nullam habet actionem contra authores venditoris ſui, niſi ſibi à ſuo venditore ceſſæ fuerint. text. in l. ſi tes quam de euictio. Cùm ergo ab initio ſecundus venditor ceſſerit actiones contra authores, & hanc ceſſionem ſecundus emptor aeceperit pro omni alio & reſidno iure euictionis: ſequitur neceſſariò quòd omne aliud ius & reſiduum euictionis contemplatione dictæ ceſſionis & inſtrumentorum traditionis remiſit.

7 ¶ Quòd autem in hac hypotheſi inſtrumentorum traditio ceſſionem actionum in illis contentarum eontineat. text. eſt *in l. nominis & rei. C. de actio, & obligat.* Hæc enim hypotheſis eſt de contractu venditionis, cuius appendix eſt dicta clauſula traditionis inſtrumentorom acquiſitioois: ergo ipſo iure in ſecundum emptorem tranſierunt actiones vtiles dictæ acquiſitionis, præſertim cùm hæc conditio inſtrumentorum non fieret ad tempus, ſed in perpetuum: non titulo præcarij vel locationis, vel commodati, ſen diſpoſiti, ſed titulo proprietatis: non in procuratorem & rationarium, ſed in proeuratorem in rem ſuam: & ſic implicat ceſſionem perpetuam vtilium actionum, & mandatum irreuocabile directarum. *l. 1. l. illam. C. de donatio.* Vt ergo ſecundus emptor acquiſiuit præter naturam venditionis, ita remiſit de iure ſuo præter naturam venditionis: & niſi aliquid remiſiſſet, ceſſionem illam non obtinuiſſet.

8 ¶ Imò etiam veritas eſt actorem nihil remiſiſſe de iure ſuo, quia non ſumus in quæſitis, ſed in quærendis, imò (vt iam tactum eſt) iſta non eſt venditio corporis, ſed iuris: non certæ rei: ſed alex, videlicet inris per Fedæum à venditore ſuo quæſiti, cuius loco ſecundum emptorem ſubroganit detracta omni obligatione & ſpecie euictionis, niſi quatenus ex facto ipſius Fedæi procederet. Tranſegit ergo de reſiduo euictionis futuræ, quod non erit niſi reſtitutio pretij, cum dicta ceſſione actionum & traditione inſtrumentorum, contra primum venditorem & eius fideiuſſorem, & heredes, & bona eorum.

9 ¶ Porrò certum eſt, eum qui cedit vel vendit nomen non teneri præſtare locupletem eſſe debitorem, ſed duntaxat debitorem eſſe, text. *in l. ſi nomen de heredit. vel actio vendita.* vbi Bald. vetus pragmancorum dictum citat, quod cedens non tenetur facere nomen bonum. Bal. *conſil.* 270. *lib.* 1. Paul. *conſ.* 170. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 243. *in fin. lib* 6. Vbi *in annot, dixi.* Imò text, ait *quòd ceſſionarius ipſe nomen bonum facit,* id eſt, pro tali ſuo periculo accipit, vt inquit text. *in l. inter cauſas, §. abeſſe. ff. mandati.* ibi quia nomen bonum facit creditor qui admittit debitorem delegatum, id eſt accipit in ſolutum pro bono qualecunque ſit.

10 ¶ Quanto fortiùs hic, vbi actor ceſſionarius vel eius heredes dicta ceſſione vſi ſuot, agendo contra heredes primi venditoris & fideiuſſoris contra quos iure ceſſo in vim dictorum inſtrumentorum traditorum litem conteſtati ſunt: nec illud nomen & eius ceſſio aut delegatio in dubium reuocatur: igitur ſaltem interim & de præſenti non ſunt admiſſibiles contra cedentem vel eius heredem, qui alioquin circumueniretur facto actoris, quia non facta dicta ceſſione, & originalium inſtrumentorum traditione reus & eius deceſſor vigilaſſent, quod non potuerunt, ſed hac ſollicitudine exonerati ſunt facto actorum & deceſſorum eius, qui dictam ceſſioneor & inſtrumenta acceptauerunt & poſſederunt.

11 ¶ Summa, multum differt inter venditorem primitiuum qui abſolutè vendit, & de euictione promittit

mittit ſine vlla exceptione : & inter ſecundum venditorem, qui tantùm quod acquiſiuit, eodem pretio reuendit, & ſecundum emptorem in ſuam acquiſitionem loco ſui ſubrogat, nec ſe de euictione obligat, niſi de facto ſuo tantùm, & pro omni alia defenſione vel euictione, & cedit ac transfert literas ſuæ acquiſitionis. Huiuſmodi enim ceſſio non fit in grariam,

12 ¶ Et commodum cedentis, nec vt ceſſionarius ei rationem reddat, ſed fit in ius & commodum perpetuum ceſſionarij: & conſequentet præſumitur eius periculo facta ceſſio, vt pulchrè diſtinguit Ang. Peruſ. *in l. 3. C. de nouat.* Egidius Bellemeranus *in t. mandato. vol. 4. n. 5. extra de procuratoribus.* Tunc enim ceſſio ad commodum cedentis, quando actum eſt, quicquid exigitur plus aut minùs, ſpectet ad lucrum & commodum cedentis: & tunc cedens tenetur de euictione ceſſionis, ſiue ex eo quod debitor non eſt ſoluendo, ſiue alias, quia tenetur facere nomen bonum: & ad hoc ceſſionarius habet actionem mandati: quia non tantùm ſuum, ſed etiam cedentis negotium gerit. Nec eſt delegatio, ſed ſimplex mandatum directarum vtilibus retentis per cedentem. text. rotundus *in l. ſi mandauero § interdum. ff. mandati.* Secùs quando ceſſio fit ad commodum ceſſionarij, vt hic :

13 ¶ Quia amplius non quæritur quid exigatur, ſed torum eſt lucro & pericolo ceſſionarij, etiam ſi cedens promiſerit de euictione huius ceſſionis: quia tunc teneretur facere nomen verum, ſed non bonum. *l. ſi nomen de heredit. vel actio. vendita.* Sed quando non promittit de euictione ceſſionis vt hic nullo modo cedens promiſit, ſed ceſſit iura qualia habet, & tradidit inſtrumenta qualia habebat, quæ ceſſionarius acceptauit, cenſetur ceſſio facta eius periculo, quia ſecutus eſt nomen ſibi ceſſum: ergo liberauit cedentem, vt inquit text. rotondos *in l. ſi mandatum. in fi. ff. mand.*

14 ¶ Tunc enim vera eſt delegatio, & datio in ſolutum. Ita etiam decidunt Iacobus de Arenis & Bart. *in l. ſi cum emptore. in prin.* & ibi Iaſon. *ff. de pactis.* Bald. *l. 1. q. 5.* & ibi Salicet. *q. 12. C. de actio. & obligatio.* & expreſsè Egid. Bellemera. *in d. c. mandato.* Anton. Negusantios *in tract. de pigno. par. 2. membro 3. n. 17.* Et iuniper enam ſi eſſet ſimplex ceſſio ad commodum cedentis, videlicet retenta proprietate iuris ceſſi, adhuc non eſſet actor admiſſibilis, niſi priùs diſcuſſis his contra quos ceſſionem & mandatum ſimplex habuit, quia non poteſt agere nih in eo quod minùs ſeruate vel conſequi poterit text. rotundus *in d. l. ſi mandauero. §. interdum in fine. ff. mandati.* Et adhuc minùs admiſſibilis lite iam per eum conteſtata & pendente, qui ius ipſum ceſſum non reuocauit in dubium. Priùs etiam deberet offerre & reſtituere iura & inſtrumenta ſibi ceſſa non deteriorata, ſed qualia erant tempore ceſſionis.

15 ¶ Quod adhuc non teneretur reus acceptare, cùoi dicta ceſſio ſit pars contractus nominati irreuocabilis, nec aliter primus emptor fuerat contractus, & gratis, hoc eſt, eiſdem conditionibus, nec aucto pretio, ſecundom emptorem ſubrogatus, niſi vrà ſua acquiſitione quam ceſſis indemnis abiret, ſine periculo nec pretij quidem (quod etiam ſibi aberat) reſtituendi, dando in ſolutum dicta iura & inſtrumenta. Dictio enim *pro*, à qoa incipit dicta ſecunda claoſula, cautam finalem denotat Bald. *in l. in arrhali. C. de actio. empt. in l. 1. col. pen. verſic. venio ad ſecundam. C. per quas perſonas. dixi in conſuet. Pariſ. §. 13. glo. 1. n. 27, §. 11. glo. 2. num. 9 & ad Philip. Dec. conſ. 46.* Et ita dico & conſolo ego Carolus Molinæus, &c. Pariſiis 5. Calend. Martij, Anno Domini 1557, more Gallico.

EPITOME CONSIL. L.

1 *Quando feudum dicatur hereditarium, vel ex pacto.*
2 *Quando præſumitur hereditarium.* 42.
3 *Quando debent eſſe filij & heredes.*
5 *Conſuetudo familiæ attenditur.* 6. 38.
7 *Ius feudorum non eſt ius primogenitura, ſed ſucceditur æqualiter.* 19. 21. 44. 45.
8 *Feuda iure Romano incognita.*
9 *Feudorum origo Francorum eſt, ſed Longobardi primi primi in Inſubria & Italia vſum inuexerunt.*
10 *Carolus Magnus regnum Longobardorum armis ſibi quæſiuit, & tunc cœperunt feuda ibi eſſe perpetua.*
11 *Lotharius primus Imperator, Caroli Magni nepos, magiſtratus inſtituit Romæ, & ibi coram Papa & vniuerſo populo multas leges ſanxit.*
12 *Imperium Francorum centum viginti fere annis duranit.*
13 *Et poſt ducentos annos Conradus ſecundus leges Principum Francorum de feudi tranſmiſſione redintegrauit.* 14 15.
16 *Fœmina nunquam ſuccedunt in feudo, niſi ex ſpeciali pacto, & deficientibus maſculis.*
17 *Pacta contra naturam feudorum appoſita non extenduntur.* 28.
18 *Vaſallus non poteſt teſtari nec diſponere de feudo, etiam ad commodum aliquorum de ſuis deſcendentibus.* 23. 34 36.
19 *Sed omnes debent æqualiter ſuccedere, ſalua repræſentatione.* 20. 21.
22 *Verba heredibus, & ſucceſſoribus de maſculis tantùm intelliguntur.* 27.
24 *Relatum, eſt in referente etiam propriè & ſpecificè.* 25. 26.
29 *Verba, ex ſuo corpore deſcendentibus, comprehendunt pronepotes & vlteriores.* 33.
30 *Feuda debent eſſe perpetua.* 31. 42.
31 *Inueſtitura prima non poteſt in præiudicium deſcendentium, vel agnatorum, etiam conſenſu principis derogari.* 34. 36.
35 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia.*
37 *Inueſtitura prima ſemper in feudis attenditur.*
38 *Talis præſumitur titulus præceſiſſe, qualis apparet vſus & poſſeſſio.*
39 *In regno Siciliæ vltra generalem feudorum conſuetudinem, eſt vna ſpecialis conſuetudo ſuccedendi more Francorum.*
40 *Conſuetudo familiæ non valet in his quæ ſpectant ad deciſionem cauſarum.*
41 *Diſpoſitiones feudi factæ à vaſallo non nocent in bis qui non conſenſerunt.*
42 *Allodium præſumitur, Feudum non præſumitur merè hereditarium.*
43 *Filius nō poteſt recuſare hereditatē patris abſ-*

que feudo, quod tamen non eſt hereditarium.

44 *Filius heres in re certa vel in uncia, nihilominùs ſuccedit æqualiter in feudo, nec locus eſt primogenituræ.* 45.

46 *Filius non ſuccedit in feudo iure teſtati vel inteſtati, ſed iure feudorum vel inueſtituræ.* 49 50.

47 *Niſi in feudo merè hereditario.*

48 *Feudum conceſſum pro ſe & liberis, nullo modo eſt hereditarium.*

50 *In feudis non eſt locus iuri accreſcendi ſed legi inueſtiturę.*

CONSILIVM L.

VIsis & examinatis exemplis donationum & inueſtiturarum ab illuſtr. Ludouico & Ioanna rege & regina Hieruſalem, & Siciliæ, Comitibus Prouinciæ, Forchalchenj, & Pedemontis, anno 1359. duodecima Octobris conceſſarum & factarum nobili & generoſo Franceſchino de Bolleris, de Caſtro & territorio Roſqueſpreuerie, & quinque aliis Caſtris Pedemontis, pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus in perpetuum, necnon alienus donationis & infeudationis anno 1376. factæ per eandem reginam, Prouinciæ & Pedemontis Comitem, eidem Franceſchino de Caſtro de monte, in Prouincia pro ſe, & ſuis heredibus vtriuſque ſexus, ex ſuo corpore & legitimè deſcendentibus, naris, & naſcituris, confirmationis Mariæ reginæ & Comitis, filiæ præfatæ reginæ, necnon donationis & infeudationis per eam anno 1380 factæ nobili Freyloni de Bolleris fratri dicti Franceſchini de Caſtro & territorio Cental, in Comitatu Pedemontis, pro ſe, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus ex ſuo corpore legitimè natis, & naſcituris, priuilegij a rege Renoto, anno 144 . dati Ludouico primo nepoti ex primogenito præfati Franceſchini, teſtamenti præfati Ludouici & Ioannis eius filij primogeniti, & Ludouici ſecundi, tranſactionibus & aliis in themate facti narratis, Domini Ieſu Chriſti vnici Dei & hominum mediatoris nomine inuocato, Omiſſa ſingularum quæſtionum prolixiori diſputatione, ſcopum ipſum reſolutiua noſtra analyſi petendo.

1 ¶ Ex tribus potiſſimùm viderentur hæ ditiones hæreditariæ, & conſequenter dominum Franciſcum de Boulieis, qui ſolus ex ſeptem filiis Ludouici ſecundi patris ſui ſupereſt, teneri ſtare teſtamento, & tranſactionibus deceſſorum ſuorum, & his quæ ſibi relicta ſunt à parte, ſaluo (ſi res exigat) ſupplemento legitimæ. Primò ex tenore dictarum conceſſionum & inueſtiturarum. Prima enim facta eſt dicto Franceſchino pro ſe, & ſuis heredibus & ſucceſſoribus in perpetuum. Hæc eſt forma inueſtituræ quoad perſonas ipſas attinet. Ergo quamuis dicta prima conceſſio facta ſit in feudum, tamen eſt feudum hereditarium. Quoties enim feudum eſt conceſſum pro ſe, & ſuis heredibus, dicitur hereditarium. Si verò ſit datum pro ſe, & pro liberis deſcendentibus, tunc non dicitur hereditarium, ſed appellatur feudum ex pacto, vel ex prouidentia conceſſentis. Ita declarat Andr. Iſern. *in cap.* 1. §. *& olim. col.* 1 *in fine. de ſucceſſ. feud. & in cap.* 1. *qui in ceſſ. feudum dare tenentur. in fin. & in cap.* 1. *de reſignatio. feudi paterni, & in cap.* 1. *an agnatum vel filium. in vſum feudorum.* Et ſequitur Alex. *in l. quædam* 5. 1. *col.* 1. *de edendo. in conſ.* 55. *col.* 4. *num.* 6. *lib.* 4. & ibi ſequitur Andreas Barbatus *col. penult. ſui conſilii ad conſilium Alexandri continuati.* Idem Alex. *conſ.* 26. *col.* 2. *lib.* 5. Philipp. Dec. *conſ* 445. *in fine.* Iacobus de S. Georgio *in inueſtitura feudali verſic.* Ita quod ipſi inueſtiti habeant. Franc. Cur. iunior. *in tractatu feudorum. part.* 1. 9. 8. *n.* 19. *verſi. quarto ſub hac. & in conſ.* 1. *n.* 12. *conſ.* 32. *conſ.* 78. Albertus Brunus inter conſilia feudalia, *conſ.* 10. *columna* 3. *conſ.* 11. *columna* 4. *conſ.* 24.

2 ¶ Imò etiam in dubio præſumitur feudum hereditarium, vt ait Alex. *conſ.* 26. *columna* 2. *lib.* 5. Carolus *conſ.* 11. *num.* 6. *conſ.* 17. *lib.* 1 Fraciſcus Curtius iuniot. *conſ.* 3. *num.* 4. Ex quibus in illa prima conceſſione videntur feuda planè hereditaria.

3 ¶ Quoad ſecundam verò & tertiam inueſtituram, quia addita ſunt verba, Ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, naris, & naſcituris, hæc quidem verba benè operantur vt feuda illa ſint affectata liberis primi gradus, ita tamen vt debeant eſſe filij & heredes. tunc enim propter illa verba requiritur concurſus vtriuſque qualitatis, ſecundum communem ſententiam, vt tradunt Alexand. *in dicta l. quædam.* §. 1. *col.* 2. *de edendo. in l. quod dicitur col.* 14. *de verbor. obligat.* Iaſon. *l* 2. *n.* 188. *C. de iure emphiteuteo. in l. ſi non ſortem.* §. *libertus de condict. indeb.* Bal. *conſ.* 70. *lib.* 1. *conſ.* 475. Bartholomeos *lib.* 5. Paul. Caſtenſis *conſ.* 461. *viſis. col. vlt. lib.* 1. Alex. *conſ.* 44. *vbi in annot. dixi lib.* 1. Philip. Corn *conſ.* 13. *lib.* 3. Philip. Dec. *conſ.* 185 *conſ.* 390. *col.* 3. *conſ.* 445. Franciſcus Curtius Iuniot. Albert. Brunus in locis nuper allegatis.

4 ¶ Sed tamen illa adiectio vtriuſque ſexus, vel deſcendentium, eſt limitata ad deſcendentes ex proprio corpore recipientis ſiue primi inueſtiti, & conſequenter in vlterioribus deſcendentibus remanent feuda planè hereditaria. Secundò principaliter propter priuilegium liberè diſponendi per Ludouicum primum, primi inueſtiti nepotem Rege Renato impetratum.

5 ¶ Tertiò principaliter propter conſuetudinem familiæ vltra ſexaginta annos continuatam & proſcriptam, qua dationes illæ ſemper iure teſtamentario & ſubſtitutionum ad vnum & primogenium tantùm deuolutæ ſunt, reliquis excluſis. Et ſic videtur Ioan. Ludouicus ex teſtamento auito, proauito, & abauito ſolus ad omnia vocatus, Franciſco excluſo, niſi in ſibi relictis à patre, & ſupplemento legitimæ. Ita enim in propriis, imò fortioribus terminis decidit Andreas Iſer. *in l. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum.* §. *præterea. donatus col.* 2. *in verſi feudorum* dicens quod ſi probetur, quod inter plures filios vaſalli primogenitus tenuit ſolus feudum per triginta annos, tanquam primogenitus, ſcientibus & patientibus aliis fratribus, quod inter plures filios eiuſdem primogenitus eodem iure vti poteſt. At hic ſunt plus quàm ſexaginta anni talis vſus & conſuetudinis de primogenito in primogenitum. Et illud dictum Iſerniæ refert & ſequitur Guido Papæ *conſ.* 131. circa proceſſum reuiſionis *col.* 1. vbi in propriis terminis decidit quòd iſtud iudum factum quatuor teſtibus probatum, quod prædeceſſores fratrum continentium de certo caſtro & terra feudali ſemper, ſaltem per quadraginta annos obſeruarunt, quod primo natus eorum ſolus obtineret illud feudum, ſufficere ad probandam efficacem huiuſmodi conſuetudinem introductam. Sed hic ſunt ſexaginta anni: & vltra illud factum procedit velut titulus, authoritas, & priuilegium Regis Renau liberè diſponendi

nendi de eiſdem feudis.

6 ¶ Quod cùm conſuetudo eius familiæ hoc faciat & ſit obſeruanda, tenent Ioan. Andr. *in additionibus Speculi titulo de inſtrumentorum editione. §. compendiosè. verſiculo, ſed numquam etiam in modo ſacerdotali.* Ias. *in l. omnes populi. col. 9. verſic. an autem vna progenies.* & ibi Ioannes Crotus *in repeti. col. 4. de inſtitu. & iure.* Ias. *in l. ſi quis à filio. § vltimo. de leg. 1. & conſ. 46. columna vlt. lib. 1. conſ. 192. columna 3. lib. 2.* Albertus Brunus *in tract. feudorum in verbo parentela. in ſi.* Philippus Dec. *conſil. 515. numero 18.* Et in terminis primogenituræ, de qua agitur, Socinus *conſ. 47. col. vlt. verſic. capio 4. q. l. 3.* Ioan. Spiritus *in tractatu de iure primogenituræ, lib. 3. q. vlt.* Petrus Paulus Pariſinus *conſil. 7. ad veram. col. 2. & 3. lib. 4.*

7 ¶ Sed his non obſtantibus, quantumuis vrgete videantur, contrarium cenſeo videlicet præfatum Franciſcum in prædictis ditionibus feudalibus æqualiter cum nobili & generoſo Ioanne Ludouico nepote ex fratre ſuccedere debere, deductis tamen portionibus fratrum, & ſi quas legitimè ab eis Antonius, & Ioannes Ludouicus pater & filius acquiſierunt. In ſumma, nec dictum priuilegium, nec dicta teſtamenta, & ſubſtitutiones obſtant quo minùs præfatus Franciſcus dictorum feudorum virilem ſuam partem iure conſuetudinis feudalium, & dictarum inueſtiturarum petere poſſit, & hoc nomine ad diuiſiones, cùm non ſint de regalibus, prouocare. Et moueor cùm ex natura & conſuetudine feudorum, tum ex tenore inueſtiturarum.

8 ¶ Feuda enim non reguntur iure communi Romano, cui prorſus fuerunt incognita, vt ſcripſi *in conſuetudine Pariſienſi, titulo, de feud. in rubrica num. 2. cum ſeq.* Andr. Iſern. *in proœmio feud. q. 4.* & ibi Iacobus Aluar. & alij *in quæſt. 7. & in tit. de contentione inueſtituræ inter dominum & vaſallum. col. 11. notabili 4.* Ioannes Bapt. Caccialupus *in repetitione capituli 1. de feud. cognitione.* Claudius Seiſel. *in ſpec. feud. in pr.* Sed proprio & peculiari iure & conſuetudine veterum Francorum & Longobardorum orto, qui in Inſubria 204. annis regnarunt, & dixi *in conſuetudine Pariſi uſi tit. 1. in tub. num. 26.*

9 ¶ Prima enim feudorum origo Francorum eſt, poſteà verò Longobardi vſum feudorum in Inſubriam & Italiam primi omnium inuexerunt. Et quamuis ante Longobardos feuda apud Francos eſſent perpetua, tamen noui reges & duces Longobardorum initio regni ſui in Inſubria prædia ab Imperio Romano, & à deuictis rapta non ſolebant inimo infeudare, niſi ad beneplacitum, reuocabilia ad nutum, deinde annuam dare firmitatem, deinde illam vſque ad vitam vaſalli producere, vt nec ad filios quidem tranſiret. Poſteà ſenſim extenſum in vnum filiorum vaſalli, quem dominus eligeret, tandem receptum vt ad omnes filios æqualiter deuolueretur, ſcilicet ad filios maſculos primi gradus tantùm, vt inquit text. *in capite 1. § & quia vidimus in princip. in vſib. feudorum.* Item ſub regno Longobardorum,

10 ¶ Quo per Catulum Magnum, hortatu & precibus Adriani I. Papæ, anno 776. ſuppreſſo vel potiùs ſibi acquiſito (cœpit enim ex tunc ſe imperatorem & Longobardorum regem dicere) receptum fuit in Inſubria, vt feuda ad omnes deſcendentes maſculos in infinitum deuolurentur, vt patet *in c ſi quis miles. in tit. conſtitutio. feud. domini Lotharii imperatoris*, vbi à dicto cap *ſi quis miles.* vſque ad cap. *ſi quis ſine filio*, incluſiuè recitantur plures conſtitutiones feudales,

11 ¶ Quas circa annum Dom. 825. Lotharius I. Imperator Ludouici Pij Francorum Regis & Romanorum Imperatoris filius in cõſortium imperij aſſumptus, Catuli Magni nepos, poſtquàm tempore Paſchalis primi Papæ Romam ingreſſus, & die Paſchæ coronatus, magiſtratus Romæ inſtituiſſet, qui populo Romano ius dicerent, mortuo Paſchali, & Eugenio ſecundo ſua authoritate à clero & populo Romano electo, & ab eodem Lothario confirmato: idem Lothatius in ciuitate Romana coram eodem Eugenio Papa, & vniuerſo populo, in ipſis valuis & ante fannas templi beati Petri multas leges ſanxit, è quibus nouem capitula rem feudalem concernentia recitantur ab Oberto de Orto inter dictos vſus feudorum, ſub titulo conſtitutiones feudales domini Lotharij, &c.

12 ¶ Sed quia poſt 80. annos deficiente ſtirpe, & imperio Caroli Magni, quod per decem imperatores, centum & ferè viginti annos dorauit, Berengarij à Longobardis oriundi regnum attauorum armis repetentes, Inſubriam occuparunt, & per quinquaginta annos, tacente imperio, Italiam vexarunt, vſque ad Othonem primum re & nomine Magnum, qui debellatis Berengariis in Roma & Italia, Imperij maieſtatem & ſplendorem teſtituit, & teſte Platina, & aliis Chronographis, tres Papas Romæ ob eorum ſcelera ſucceſſiuè depoſuit, & alios inſtituit.

13 ¶ Vacante verò in Italia ſub illa Berengariorum tyrannide imperio, leges quoque præſertim feudales, quæ militantibus magis inſeruiebant, præfati Lotharij primi imperatoris & aliorum Carolinæ ſtirpis imperatorum facilè (vt fit) exoleuerunt, ita vt renouatione indiguerint. Quo factum eſt dum Conradus ſecundus imperator electus circa annum ſalutis 1025. Romam (vbi à Ioanne Papa XX. coronatus fuit) proficiſceretur, rogatus fuit à vaſſallis qui eum comitabantur, vt lege promulgata non ſolùm ad filios ſuos, ſed etiam nepotes ex filius ſuis feuda tranſmitterent, vtque inter filios & nepotes per lineam maſculinam primi inueſtiti deſcendentes eſſet etiam collateralis ſucceſſio. Quod Conradus edixit, redintegrans hac in parte feudales leges ante ducentos annos latas & promulgatas Romæ à præfato Lothario primo, vt eſt text. *in vſibus feudorum. tit. 1. §. cùm verò Conradus.*

14 ¶ Quem textum impoſſibile eſt intelligi de Conrado primo nepote ex fratre Ludouici tertij imperatoris, cui in imperio ſucceſſit vltimus Carolinæ Francorum ſtirpis, poſt cuius obitum in duces Saxoniæ tranſlatum fuit imperium: quia is Conradus primus, vltimus Francorum imperator ſeptem tantùm annis vtcunque regnauit in Germania, nonnquam Betengariorum metu Italiam auſus eſt attingere. Non etiam poteſt intelligi de Conrado tertio & vltimo Saxoniæ duce, qui Lothario tertio Saxoniæ duci in imperio ſucceſſit anno 1038. & cum Ludouico nono Francorum rege in Saracenos arma duxit, quia etiam tempore Lotharij tertij deceſſoris ſui, qui multas leges feudales in Italia etiam Romæ ſanxit, vt *in l. imperialis. de prohibita feudo alienatione per Lotharium, & cap 1. in princ.* qualiter olim poterat feudum alienari in vſibus feudorum. ſuperuacuum fuiſſet quod iamdudum receptum erat & obtinebat à tali Conrado vltimo, qui etiam nunquam Romam profectus eſt, nec in Italia dominatus, precibus impetrare. Neceſſe eſt igitur intelligere dictum §. cùm verò Conradus, de præfato Conrado ſecundo: cuius etiam ſunt leges illæ & capitula Conradi, de quibus in dictis vſibus feudorum, vt clariſſimè docui in conſuetudine Pariſ. titulo 1. rubrica in ſecunda editione.

15. ¶ Stetit ergo & ſtat à plus mille annis perpetua lex & conſuetudo feudorum in Inſubria abſque vlla interpellatione, vt feuda deuoluantur in legitimè deſcendentes maſculos primi inueſtiti in infinitum, feminis, & deſcendentibus ex his, excluſis: ita vt pluribus maſculis concurrentibus, feudum ad omnes æqualiter pertineat: illis autem quandocumque deficientibus, ad dominum liberè reuertatur. Hæc eſt

perpetua lex & conſuetudo feudorum, præſertim in Inſubria incouculſim abſque vlla interruptione à plus mille annis noniſſimè obſeruata, vt etiam omues gloſſæ & doctores vniformiter, vno ore, vuoque calamo cenſent.

16 ¶ Niſi ſicubi ſpeciali pacto inueſtituræ aliter cautum appareat, putà fœminas admitti: quo quaſi intelligitur, vt nou niſi deficientibus maſculis admittantur, vtque ſemel excluſæ nunquam deinceps admittantur *capit.* 1. §. *quia etiam Epiſcop. vel abba. cap.* 2. §. *filia vero. de ſucceſſ. feud. cap.* 1. *de gradibus ſucc. deuoluti in feudo cap. vnico. de feudo fœmina. cap. in prin. de natura ſucceſſionis feudi. cap. vnico. de eo qui ſibi vel heredib. ſuis maſculis & fœminis inueſtitur, excep.* vbi in fine textus probat idem eſſe reſpectu ipſius domini directi, cuius maſculi, & non fœminæ debent recognoſci. adde text. *in c.* 1. § *ſimiliter. de capita. qui curiam vend. c.* 1. *in fin. in quibus cauſis feudum amittitur. in vſib. feudo.* pulchrè Paul. Caſt. *anth. Itaque. C. communia de ſucceſſ.*

17 ¶ Idem de cæteris pactis contra tegularem feudorum naturam appoſitis, vt quantum fieri poteſt, reſtringatur, quomuùs ab ordinaria feudorum natura & conſuetudine recedatur. vt notant omnes Feudiſtæ *in cap.* 1. *de feudo non habente propriam feudi naturam. in vſibus feudorum. Et text. in c.* 1. §. *feudum ea lege. ſi de feudo defuncti contentoſit inter domi. & agna. & in cap. vnico de feudo fœminæ.*

18 ¶ Prima ergo inueſtitura facta Franceſchino pro ſe, & ſuis heredibus & ſucceſſoribus, in perpetuum, non intelligitur de quibuſlibet heredibus & ſucceſſoribus, ſed de filiis legitimis, maſculis dicti Franceſchini, item & de maſculis ex his in infinitum, legitimè per lineam maſculinè deſcendentibus duntaxat: ita quod ſi non ſupereſſent niſi fœminæ, vel etiam maſculi deſcendentes ex his, finitum eſſet feudum, & ipſo iure ad dominum reuerſum, non obſtante quacunq; diſpoſitione, ſiue teſtamentaria, ſiue inter viuos præfati Franceſchini vel deſcendentiũ ex eo, & non obſtante quacunq; temporis præſcriptione, *c.* 1. §. *rurſus. quib. mod. feud. amitta. c.* 1. §. *præterea. d. capit.* Contradi ſalua tandem amplianone facta per priuilegium Regis Renati.

19 ¶ Præterea ea eſt vis & natura præfatæ inueſtituræ, & omnium feudorum ſub ea contentorũ, vt omnes filij æqualiter ſuccedant, & pariter inter deſcendentes maſculos & per ſexum maſculiuum primi inueſtiti, vt inter plures maſculos concurrenter ſiue in linea directa deſcendentes, ſiue in linea collaterali, ad omues æqualiter feudum pertineat. § 1. *in fin de his qui feud. dare poſſ. cap.* 1. *in prine de ſucceſſ. feud. c.* 1. §. *omnes filii. ſi de feudo defuncti contenti. ſit inter domi. & agna. cap.* 2. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* Catolus Ruinus *conſ.* 11. *lib.* 1.

20 ¶ Ita tamen vt nepotes ex filio illum in ſtirpem repræſentent *c.* 1. *in princ. de ſucceſſ. feudi capit. de gradib. ſucceſſ. in feudo.* Et vt qui ſunt diuerſarum linearũ veniant in ſtirpes, videlicet ſingulæ lineæ loco vnius. *cap. vnico. in fine de natura ſucceſſ. feud.* & ibi Iacobus Alua, & Præpoſitus Mediolanenſis, & latè Signorellus de Homedeis *conſ.* 93. *factum ſic ſe habet.* quem ſequitur Ioannes Campeoſis inter conſilia feudalia. Alberti Bruni *conſ.* 21. *columna penultima.*

21 ¶ Sequitur ergo quòd etiamſi non eſſet aliud in iſta prima inueſtitura, tamen dictus dominus Franciſcus debet æqualiter in dictis feudis cum domino Antonino fratre ſuo, & aliis fratribus ſuccedere, & tam ex capite ſuo, quàm ex capite fratrum ſine liberis defunctorum æqualiter diuidere cum domino Ioanne Ludouico dicti Antonini, idque tam ex lege, natura, & conſuetudine feudorum, quàm ex l. dictæ inueſtituræ:

22 ¶ In qua certum eſt quod verba heredibus & ſucceſſoribus, de maſculis duntaxat ex maſculis legitimè deſcendentibus ad omnium aliorum excluſionem intelliguntor. *cap.* 1. §. *ſed diuerſum. de alienatione feud. cap.* 1. §. *ſimiliter verſic. profitẽ de lege Conradi. in vſib. feudorum.* & omnes Feudiſtæ, Ioannes Caldetinus *conſ.* 8. *de feudis conſ.* 15. *de verbor. ſignif.* Franciſcus Curtius ſenior *conſ.* 25. *col.* 1. Ioau. Baptiſt. Caccia. *in repet. cap.* 1. *de regal.* 13 de feudi cognitio. *in vſib. feudor.* Iacobus de S. Georgio *in inueſtitura feudali in verſi & vnus ex dict. vaſal. refuta. feudum. columna* 2. Philip. Dec. *conſil.* 208. *columna* 3. *conſil.* 445. *columna* 3. *conſ.* 516. *columna* 2. *conſ.* 555. *num.* 3. Ialou. *conſ.* 151. *columna* 1. *lib.* 2.

23 ¶ Idque nou obſtantibus omnibus teſtamentis & ſubſtitutionibus, quæ ipſo iure nou valent in feudis *cap.* 1. *in prine. de ſucceſſ. feudi.* ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente. *in vſib. feudorum.* Nec obſtant etiam tranſactiones deceſſorum, quorum dictus Franceſchinus non eſt betes. Prædictis adde textum in cap. vnico, de duobus fratribus à capitaneo inueſtitis, vbi appellatione heredis veniunt deſcendentes tantùm etiam fœminæ, vel ex fœminis fide illis cauium ſit, & regula quod vnuſquiſq; ſibi ſuiſque heredibus videtur proſpexiſſe, non intelligitur de extraneis quibuſque, vt in patrimonialibus. *l. pactum de probationibus*, ſed iuteiligitur de legitimè deſcendentibus tantùm ſecundum naturam materiæ ſubiectæ feudorum. Ad obiectum verò de priuilegio regis Renati, & de conſuetudine familiæ infra reſpondebitur.

24 ¶ Sed eſt aliud longè fortius & ineluctabilius in eadem inueſtitora, quæ verbis diſertis in ipſis clauſulis diſpoſitiuis tefertur, limitatur, & reſtringitur ad prædictos antiquos feudalea vſus Inſubriæ, ibi, donamus, tradimus, &c. iuxta obſeruantiam, vſum & conſuetudinem dicti Comitatus Pedemontis obtentos, & in talibus obſeruatos. Et rurſus ibi, Seruire teneantur immediatè, & in capite de ſeruitio proprio conſueto, ſecundum obſeruantiam, & conſuetudinem patriæ memoratæ. Ecce quod etiam bis originalis, ipſa inueſtitura tefertur ad prædictos vſus feudorum Pedemontis, qui noniſſimè non ſunt alij quàm iura illa feudalia, quæ habentur in vſibus feudorum, quæ ad vnguem obſeruantur in tota Inſubria, in qua ſitus eſt Comitatus Pedemontis.

25. ¶ Igitur perinde eſt ac ſi eadem iura vſuum feudalium eſſent nominatim recitata in dicta inueſtitura, quia quicquid eſt in termino telato, eſt in termino referente. *l. inſtitutio talis. de condit. inſtitutio. l. aſſe toto. de heredib. inſtit. l. ſi ita ſcripſero. de condict. & demonſt.* Etiam propriè & ſpecificè Bald. *in l. ſi defenſor.* § *qui interrogatus. verſic. niſi forte per illum text. de interrogatoriis actionib.* Bald. *conſ.* 212. *eaque. l.* 5. Philip. Dec. *conſ.* 47. *& in cap. quoniam contra falſam. num.* 37. *extra de probationib. vbi in annot. dixi & ſcripſi in conſuet. Pariſ.* § 45. *num.* 18. *& in regula cancellariæ de infirmis reſignantib. num.* 413. Igitur virtute dictæ relationis etiam ſi eſſet ſimplex, perinde eſt ac ſi in eadē inueſtitura expreſſim & ſpecificè cautum eſſet, quod verbum heredibus intelligitur de maſculis & legitimis deſcendẽtibus ex eis tantùm, & quod non obſtante aliquo teſtamento vel alia diſpoſitione vaſalli, ſeu vaſallorum in vltima voluntate vel inter viuos venitẽt maſculi æqualiter & viriliter, ſaluo iure repræſentationis nepotum & liuearum, & ſupra eod. numero. Hæc enim omnia inſunt ex natura feudi, & ex prædictis vſibus feudalibus, ad quos fit expreſſa relatio.

26 ¶ Igitur perinde eſt ac ſi vſus illi relati ſpecificè deſcripti eſſent in inueſtitura, etiam in Gallia patriæ conſuetudinariæ facta, quantò magis quando facta eſt in Inſubria, ſeu ab habentibus domicilium vel dominationem in ea, & de feudis in ea ſins, quæ eſt taeita telano ad vſus eiuſdem loci. *l. ſi ſeruus plurium.*

rum, in fine. delegati. t. & insuper accedit gemina expreſſa telano, quæ tergemina est ex prædictis quæ iam nullam habent dubitationem.

27 ¶ Secunda verò inueſtitura eiſdem facta ab eadem regina anno ſaluris 1476. de Caſtro de Monte in Prouincia pro ſe, & ſuis beredibos vtriuſque ſexus ex ſuo corpore legitimè deſcendenubus nans & naſcituris, neceſſatio per prædicta eodem modo intelligatur quo & ptima, ſupra, eod. num. 22. hoc duntaxat excepto, qood in prima ceſſante alio ampliationis aoxilio, ſed maſculi legitimi & legitimè deſcendentes ex eis vocantur, quibus deficiennbus feudum ad dominum reuertetur: in hac verò ſecunda, etiam fœminæ vocantur, & deſcendentes ex fœminis: quod neceſſanò intelligitur deficiennbus maſculis ex lioea maſculina, & non aliàs, pet not. ſuprà. eod. num. 22. B tepetendo.

28 ¶ In reliquis autem etiam ſi non eſſet facta relatio ad dictos vſus feudorum, tamen intelliguntur teſeruati quatenus ex eis expreſſim in eadem inueſtitura non detogatur. *l. præcip. C. de appell. cum vulgaribus, & per notata ſupra eod. num.* cùm notiſſimum ſit eoſdem vſus feudotum in rebus feudalibns in eadem prouincia obſeruan. Idem dicendum de tertia inueſtitura Mariæ Reginæ facta Freylloni de Bollieris de Caſtro Cantali ſito in Comitatn Pedemontis, per prædicta.

29 ¶ Nec obſtat quod hæ duæ vltimæ inoeſtituræ videntur limitatæ ad liberos primi gradus inueſtitorum per illa verba in diſpoſitiuis appoſita, *Ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus*, quia filij filiorum nec C deſcendnnt nec naſcuntur ex corpore aui, ſed ex corpore proprij patris. Quoniam triplex eſt prompta reſponſio. Prima, quod argnmentum procedere poſſet in terminis vſuum feudalium, qui erant apud Inſubres inirio regni Longobardorum, qui tunc erant in perpetuo motu & ſtrepitu & periculo belli, propterea rarò inſeudabant niſi ad beneplacitum, vel ad vitam recipienns: & ſic dum concedebant etiam pro filio, intelligebatur de vno qnem dominus eligeret: & dum inſeudabant pro recipiente & eios filiis, intelligebatur de filiis primi gradus tantùm, vt ſuprà eod. num 4. quæ parcimonia pace per Carolum Magoum Italiæ data exoleuit, & cœperunt feuda ad deſcendentes maſculos in infinitum extendi, qnòd lege Lotharij primi firmatum, rurſus per Conradum primum D ante mille triginta annos redintegratum fuit, & abinde hactenùs inconcuſsè ſeruatum.

30 ¶ Itaque dictæ inueſtinitæ intelliguntur ſecundum receptam feudorum conſuetudinem, quæ eſt vt feuda ſint perpetua, cap. t. in fine. Ibi in perpetnum pertineant. in quibus cauſis feudum amittatur. Ioannes Baptiſta Caccialupns in repetitione *cap. t. in regalia 3 de feud. cognitione, in vſibus feudorum* Tum verba illa Vtriuſque ſexns, non ſunt apoſita ad reſtingendum, ſed ad ampliandam inueſtituram, videlicet, vt etiam fœminæ & deſcendentes ex illis inclndantur, deficiente tamen ſtirpe maſculina, vt ſuprà n. 22.

31 ¶ Secunda reſponſio per text. ipſum earumdem inueſtiturarum, quibus liquet eas non eſſe factas ad E vitam certarum perſonarum, vel graduum, ſed in perpetuum, vt in dicta ſecnnda inneſtitura, ibi *Vicem legis habere cenſeantur, & ſtabilitate perpetua ſint manſuræ*: & in tertia inueſtitura, ibi, *In perpetuum concedimus & donamus.* & ibi. *Et incommutabiliter perpetuo ſint reales.* Portò vt leges perpetuas eſſe decet, ita beneficia principum.

32 ¶ Minùs obſtant verba, *Ex ſuo corpore legitimè deſcend: utibus, vel natis*, quæ ſunt in ſecunda & tertia inueſtitura: quia illa verba ſunt appoſita ad excluſionem filiorum adoptiuorum, vel naturalium tantùm, & illegitimorum, quamquam legitimatorum qui dominum tion excludone, quin ad eum feudum liberè A reuertatur, non obſtante qualibet legitimatione vel deroganone, etiam ſupremi principis, ſine conſenſu domini feudalis appoſita, cui nullo modo præiudicat, vt nonè dixi *in conſuet. Pariſienſ. tit. de feudis* §. 8. *colum. numero 39. & in annotationibus ad Philippum Decium 365. num.* t.

33 ¶ Cæterùm verba, *De proprio corpore nati, vel deſcendentibus*, non excludunt nepotes, & pronepotes, quia propter continuationem ſanguinis dicuntur de eodem corpore, ſicut & in eodem ſanguine, vt tradit Bald. *in l.* t. *C. de condit. ob cauſ.* Ang. Peruſ. *in l. Lucius.* 2. *de hered. inſtituendis.* Stephanus Bertran. *conſ.* 23. *lib.* t. Andreas Alciatus. *in l. non eſt ſine liberis, & in l. liberorum nomine de verb. ſignif.* Etiam ad excluſionem eccleſiæ ſubſtitutæ. Socin. *conſ.* 17. *caſus ſuper quod. lib* 1 & in propriis noſtris terminis inueſtitutarum feudalium tradidit Bald. quòd poſteri dicuntur deſcendere ex corpore primi parentis, *in cap.* t. *de eo qui ſibi & heredi. ſuis col.* 1. *per illum text. in vſib. feudorum.*

34 ¶ His quæ diximus dominum Franciſcum non teneri teſtamentis & ſubſtitutionibus prædeceſſorum, non obſtat dictum priuilegium regis Renati: quia ptimò non eſt aliud quàm confirmatio, & inquantum opus eſſet noua donatio prædictarum trium inueſtiturarum necnon recouationis terriæ inueſtitutæ, quæ per obitum dicti Freylloni ſine maſculis legitimis extincta erat, & illuſtriſſimam reginam Mariam Comitem Prouinciæ, vel alium tunc quo tempore Comitem Proniuciæ reuerſa, & per eundem Comitem præfato Franceſcbino data & conceſſa, vt in ſecunda pagina dicti priuilegij recitatur: cui confitmationi ad ampliandas dictas conceſſiones & inueſtituras, idem Rex Renatus addit & concedit Ludouico primo, proauo domini Franceſchini, vt non ſupetſtite ſibi prole legitima, poſſit liberè tam per teſtamentum, quàm inter viuos de dictis feudis & dinionibus diſponere, dnmmodò in perſonas amicas, & nullatenus ſuſpectas concedenti & ſuis ſœderatis, & cum clauſula, Quòd ſi dictus Ludouicus non diſponeret, & abſque liberis decederet, feuda hoinſmodi ad concedentem & ſuam curiam reuertantur. Ex quibus liqnidò apparet priuilegium illud non eſſe conceſſum in aliquam diminutionem vel derogationem præd. ctarum inueſtiturarum, nec eorum qui per illas ad eadem feuda vocantur. Nulla enim ibi datur facultas diſponendi ſine inter viuos, ſiue in vltima voluntate, niſi in caſum deficientis ptolis legitimæ, videlicet maſculinæ, reſpectu feudorum contentorum in ptima & tertia inueſtitnra, vel etiam fœminæ reſpectu contentorum in ſecunda inueſtitura.

35 ¶ Verba enim, *Non ſuperſtite ſibi prole legitima*, quæ ſunt poſita in fine dictæ clauſulæ ampliatinæ, quæ incipit; *Concedimus*, referuntur ad omnia & ſingula in eadem ptæcedenti otatione contenta. Nihil ergo concedit, niſi in caſum deficientis prolis legitimæ, ſcilicet per eaſdem inueſtituras vocatæ. Clauſula enim in fine appoſita, refertur ad omnia ptæcedentia. *l. heres meus.* §. *vxori. de legat.* 3. Bartol. *in l. Plautius de auro & argento legato.* doctores *in l. peteus. C. de pactis.* Alexander *conſ.* 48. *in principio. lib. primo*, vbi in Annotationibus dixi.

35 ¶ Prætereà etiam ſi præfatus rex volniſſet prædictis deceſſorum inueſtituris derogare, etiam de conſenſu dicti Ludouici, ad quem, vt potè tunc vnicum maſculum è ſtirpe dicti Franceſchini aui ſui ſuperſtitem, omoia illa feuda deuenirent, non potuiſſet in præindicium agnatorum etiam collateraliunt, ſi qui tunc erant, nec in præiudicinm naſcituronm ex eis, & conſequentes in præindiciom deſcendentiom, vel naſcitnrorum ex dicto Ludouico, Imò etiam ſi vaſallus vellet inter filios diſponere, & vni eorum feudum prælegate vel donare: non poſſet, etiam conſenſu domini: niſi de conſenſu aliorom filiorum, ad eorum vitam

tantum: quia poſteris ſuis, nec agnatis quidem, præiudicate poſſunt Bald. *in l. imperialem. col. 2. verſic. quæro quid ſi vaſalli. & verſic. quæro ergo. & col 3. verſic. quæro vtrum pater. de prohibita feudi alienatione per Federicum.* vbi omnes Feudiſtæ ſequuntur in vſibus feudorum Ioan. Bapiſt. *pag 9. cod.*

37 ¶ Et hoc eſt perpetuum in feudis, quòd ſemper reſpiciunt primum ſtipitem, & primum conſenſum domini, cui non poteſt derogari. Bald. *in cap. vnic. col. 1. in prima oppoſitione, de eo qui ſibi & heredibus ſuis, &c. in vſibus feudorum.* Et prima inueſtitura tanquam radix ſempet attenditur, nec mutari poteſt in præiudicium tertij. Bald. *in conſ. 175. quando conſtat. lib. 2.* Bald. & alij *in cap. 1. de feudo guardiæ & caſtaldiæ. in vſib. feudorum.* Bald *in l 1. col. penult. C. quàdo non petentium partes.* Paul. *in conſ. 191. viſis & diligenter. col. 2. lib. 2.* Alexand. *conſ. 9 n. 12. col. 5.* Aluarotus *in conſ. 1. poſt lecturam ſuam feudorum.* Franc. Zabarel. *conſ. 92. facundo pupill.* Iacob. de ſancto Georgio *in inueſtitura in verb. dilecto que vaſalli promiſit recogn. dicti feud. col. 4. verſ. inſuper quæro* Matthæus de Afflictis *in deciſionib. Neapolit. 195. n. 5. & 6.* Franciſc. *conſ. 193 conſ. 26. conſ 185. col. 2.* ibi in annot. dixi. Albertus Bru. *in fine cauſ. 25. in fin. inter conſ. feudalia.* Et io propria ſerminis quòd non poſſit alteraci etiam per Principem. decidit Ludouicus Gozadinus *conſ. 84. num. 8.*

38 ¶ Noo obſtant quæ ſuprà numero 5. & 6. dicta ſunt de conſuetudine familiæ: quia Andreas Iſernia *in dicto §. præterea ducatus. col. 2.* non dicit nec intendit per conſuetudinem familiæ poſſe immutari naturam vel qualitatem primæ inueſtituræ, ſi de illa cõſtet: ſed tantùm dicit quòd quando de illa oon appatet, vel quatenus dubia eſt, declaratur, vel interpretatur per longæuum modum vtendi & conſuetudinem familiæ, iuxta tegulam communem, quòd talis præſumitur præceſſiſſe titulus, qualis apparet vſus & conceſſio. Bartol. Ioaones Plateanus *in l. litibus. Cod. de agricolis & cenſitis. lib. 11* Bald. *in l. 1. col. 5. C. de fideicommiſſ.* Ang Peruſ. *in l. qui alieno. § 1. de acquirenda hered.* Alexand. *conſ. 107. lib. 1.* Philip. Dec. *in l. ſi certus annis. n. 14. C. de pactis* Albertus Brun. *in tract. de augmento. col. 114. cum ſeq. & con'. 44. col. 1*

39 ¶ Hoc tantùm, nec aliud intendit Andreas Iſern. patet, quia loquitur in regno Siciliæ vbi Galli diu dominati, vſum feudorum Galliæ inuexerunt, ita quòd vbi vltra genetalem & tegularem conſuetudinem feudorum, qua omnes veniunt æqualiter, quædam ſpecialis conſuetudo Francorum, videlicet à Francis inuecta viget in pleriſque locis, qua ſucceditur in feudis more Francorum, & ſic primogenitus in feudo quandoque totum, quaodoque maiorem partem habet. Si ergo dubitetur de aliquo feudo, an generali feudorum. an verò ſpeciali Francorum conſuetudine regatur., dicit And. Iſern. & benè, quòd attenditur ſi illi de domo ſint in quaſi poſſeſſione ſic viuendi, id eſt, iure Fraocorum ſuccedendi, & non generali iure feudorum: ita enam neceſſariò intelligitur conſilium Guidonis Papæ 131. tum quia intelligitur ſecundum authorem quem citat, tom quia in Delphinatu Gallis contiguo non minùs degenerant feuda, quam in Sicilia. Quæ verò citantur ſuprà num. 6. *in Nic. ejus ſenc.* quia patrim loquuntur de interpretanone voluntatis patrisfamilias, *iuxta l ſi patrnus plurium. in fi. delegat.* 2. partim per alios Doctores reprobantur, vt per Angelum *in l. in vlt. col. 2. de teſtamentis.* Raphael Cuma. *in l. 3. in pandectis. cod. tit.* Alexander *in l ſi non ſpecialib. Cod. de teſtam. col. 2.*

40 ¶ Nec etiam procedit niſi illa familia haberet poteſtatem condendæ legis, vt per Iaſonem *in ſi quis à filio. in § vlt. n. 4.* & ibi Vldanc. Zazius *de legat. 1.* Per Carolum Ruinum *conſ. 18. Quoniam col 3. conſ. 40 pro evidentia. col 8. conſ. 228. præterminttendũ. col. 1. lib. 3. conſ. 108 colum. 4. lib. 7.* Ita etiam in terminis feudorum non valere conſuetudinem domus nubilium contrariam iuri, vel titulo, aut inueſtituræ Principis, decidit Bald. *in conſ. 247. Quæro quidam nobiles.* Quod conſilium nonnulli incautè pro contraria parte citant. Idem tenet Rochus Curt. *in repetitione cap. 1. quæſt. 8. extra de conſuetudine.* vt videlicet in his quæ pertinent ad deciſionem cauſarum, non valeat conſuetudo familiæ. Vnde infert, & benè, oon valere conſuetudinem familiæ, quòd fœminæ non ſuccedant. Ius enim publicum priuatorum pactis expreſſis tolli oon poteſt, ergo nec tacitis. *l. iuri publicum. de pactis.* ſed eos duntaxat, qui contraxerunt aut conſenſerunt, ligani. *l. ſi vnus. §. ante omnia de pactis.*

41 ¶ Præterea ex hypotheſi rectè inruendo nulla eſt conſuetudo familiæ: quia non ſunt niſi duo teſtamenta. Primum Ludouici primi, quod non habuit effectum, niſi de conſenſu filiorum. Secundum verò anno 1475. factom à Ioanne primogenito Ludouici, ſtanim controuerſum fuit à filus qui tranſegerunt anno ſeſquimilleſimo quioto, & ſic nihil valuit, niſi in vim tranſactionis & conſenſus in ea præſtiti, qui non poteſt alios ligare. *l. ſi vnus. §. ante omnia. da pactis. cap §. præterea. quibus mod. amit. §. Titius ſi de feuda defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos. in vſibus feudorum.* Porrò dominus Franciſcus non eſt heres eorum qui iura ſua tranſigendo ceſſerunt, nec aliter approbauit tertium illud teſtamentum Ludouici II. patris ſui filij primogeniti dicti Ioaonis: & ſic nulla conſuetudo familiæ, nullum teſtamennm, nulla ttaoſactio, nullum pactum officere poteſt domino Franciſco, quominùs virilem ſuam portionem feudorum à patre ſuo telictonim petat, iuxta communes leges feudorum, & primas inneſtituras.

42 ¶ Non obſtat quod ſuprà num. 2. dictum eſt in dubio præſumi feudum hereditarium: quia eſt idem ac ſi diceretur pooùs præſumi allodium, qoàm feudum, quod verbum eſt, vt dixi *in conſuet. Pariſ. §. 46. n. 5. & in annot. ad Alex. conſ. 126. lib. 1.* Cæterùm conſtito quòd ſit feudum, non præſumitur ſimpliciter vel merè hereditarium: quia idem eſſet quod præſumere allodium & patrimoniale, quod minùs eſſet abſurdum, ſed præſumitur feudum perpetuum pro ſe & heredibus, ſcilicet, illis ad quos de ſui natura feudum tranſit, videlicet ad maſculos tantùm, niſi oominatim cautum ſit de fœminis, per no. ſuprà num. 16.

43 ¶ Vique filius recuſare non poſſit hereditatem patris abſque feudo, agnatus autem poſſit. *§. filius. de capitaneo qui curiam vendidit. cap. vnico. an agnatus, vel filius defuncti poſſit retinere. in vſibus feudorum.* Hactenus feudum ſimpliciter vel pro ſe & heredibus conceſſum, dicitur hereditarium, tamen in veritate nõ eſt res hereditaria, vt pulchrè Franc. Zabarel. *in conſ. 64*, quòd dicta vera nec vemi in alienatione vel hypotheca bonorum, vel hereditaris, oec tranſit ad heredes.

44 ¶ Quin hoc caſu vt filius ad huiuſmodi feudum hereditarium admittatur, ſufficit quòd ſit heres in te certa, & ſic capiet huiuſmodi feudum in totum heerde extraneo vniuerſaliter inſtituto, vel etiam filia vniuerſaliter inſtituta penitùs à feudo etiam hereditario excluſa, vt per Iatt *in l. iuſiurandum. §. ſi liberi. de aperis liberto.* Alexand. *conſil. 19 numero 17. conſ. 51. num 5. lib. 5.* Paul. *in l. 1. C. de condit. inſertis.* Imola *conſ. 69. viſis. in fin.*

45 ¶ Quòd ſi primogenitus ſit ioſtitutus vniuerſaliter, ſecuodò genitus inſtitutus in ſextante, vel in te certa, nihilominùs æqualiter in feudo ſuccedit, & non pro quota hereditana. Bartol. Alexand. Iaſon. *in l ſi non ſortem. §. libertus. in fin. de condit. indebiti.* Bald. *in cap. vnico. col 3. an agnat. vel filius defuncti.* Alexaod. *conſil. 19. num. 17. lib. 5.* Item de filio exheredato vel præterito: qui non vult teſtamentu m dicere nullm Bald. *in dicto cap. vnico. col. 5.*

46 ¶ Quinetiam in huiuſmodi feudo filius vniuerſaliter

uerſaliter inſtitutus non dicitur ſuccedere ex teſtamento reſpectu feudi, ſed iure ſucceſſorio feudorum, & idem eſt ſi heres patris ab inteſtato. Ita expreſſim Baldus, quem omnes ſequuntur *in cap. 1. in principio, col. 2. verſi quæro ergo quo iure. de ſucceſſ. feud. in vſib. feud.*

47 ¶ Quòd ſi feudum eſſet merè hæreditarium (vt quod poteſt alienari, legari, & in quoſcunque hæredes transferti) tunc magis diceretur res patrimonialis, quàm feudum, vt in regno Franciæ, vbi feuda ſunt patrimonialia. Ioan. Fabri *inſtit. de legit. patronorum tutela circa fin. de rerum diu. in fin. pr. de empt. & vendit. col. 1. de actio. §. item Seruiana. col. 12. & in auth. ingreſſi. col. fi. C. de ſacroſanct. eccl.* Petrus Iacobinus *in ſumma de cauſ. e quib. feudum amit. col. 5. verſ. hodie verò.* Guido Papæ *in deciſionibus Delph. quæſt. 159. 133. & in conſ. 18. ſuper caſu col. 1. verſi. ſed nulla ſunt huiuſmodi exempla. in vſib. feudorum, de quibus agitur.*

48 ¶ Quòd ſi conſtaret feudum eſſe conceſſum pro ſe & liberis, tunc dictus §. filius non haberet locum, nec dictum caput an agnatus vel filius defuncti, vt ibi tradit Bald. *col. 3. verſic. ex quo colligo tres caſus.* ſed diceretur feudum ex pacto, vel prouidentia, vt filius etiam repudiata hæreditate patris teſtati, vel inteſtati poſſet feudum, vel vitilem ſuam portionem cum aliis filiis ſuccedentibus accipere.

49 ¶ Quando verò apparet conceſſum pro ſe & hæredibus vel ſimpliciter, tunc locum habet dictus §. filius. & hoc tantùm reſpectu dicitur feudum hæreditarium, eò quòd non eſt liberum filio illud capere, repudiata hæreditate: tamen in veritate hæreditarium non eſt, nec illud capit vt hæres, ſed iure feudorum, vel per inueſtituram patris, aut, vel prouui, primò inueſtiti, vt eſt textius *in cap. vnico. ibi, per inueſtituram patris & aui.* & ibi ad hoc notat Andreas Iſernia, Iacobus de Belmiſ. Bald. & omnes *de feud. Marcho. Ducatus & comit. text. in capitulo vnico.* & ibi Bald. Aluar. Præpo. *de gradib. ſucceſſionum in feudis. c. 1. §. hoc quoq;* & ibi glo. *in verſ. inueſtituræ de ſucceſſione feudi. c. vnico.* & ibi Bald. Alu. *de natura ſucceſſionis feudi, in vſib. feudorum.* Alexand. *conſil. 29. n. 3. vol. 44. nu. 3. lib. 1.* Fran. Curtius ſenior *conſ. 48. col. 3.*

50 ¶ Et hinc eſt quod in huiuſmodi feudis non eſt locus iuri accreſcendi, ſed dicitur ius ſucceſſorium virtute primæ inueſtituræ, imò non dicitur nouus vaſallus ſuccedere vltimo vaſallo, ſed primo inueſtito. & capere ius à domino concedente in vim primæ inueſtituræ. Bald. Aluar. & alij in *cap. 1. §. de his qui feudum dare poſſunt. & de feudo marchiæ, ducatus & comitatus.* Salicetus *in l. vni. qu. 12. C. quando non petentium partes.* Alex. *diſſ. con. 29. lib. primo.* And. Sicul. *c. 2. col. 6. extra de feudis.* Franciſ. Curt. ſenior *in tractatu feudorum, in ſecunda parte ſecundæ partis principalis, nu. 74.* cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D Franciæ & Germaniæ Iuriſconſultus, & in ſupremo Pariſiorum Senatu antiquus aduocatus, In quorum fidem propria manu ſubſcripſi, & gentilitio apoſphragiſmate ſigillaui. Pariſiis, Idibus Iulij, Anno ſalutis ſeſquimilleſimo quinquageſimo nono.

THEMA ABBREVIATVM CONSILII LI.



A Ambo teſtati ſunt anno 1517 die 21. Octobris

C Hic per obitum Regis vidit bona ataui & atauæ ex eorum teſtamento.

Ioannes Cabilonenſis Princeps Vraniæ dominus Arelati. 1 ¶ Inſtituit dictum Ludouicum primogenitum ſuum heredem vniuerſalem, & vbi decederet ſine liberis maſculis è ſuo proprio corpore matrimonio procrearis, vel eius maſculi ſine maſculis de proprio corpore in matrimonio procreatis, quocunque tempore ſubſtituit eidem Ludouico & eius maſculis, dictum Ioannem tertium filium, & eius liberos maſculos, & maſculorum liberos maſculos in omnibus quæ reliquit Ludouico ſine detractione alicuius quartæ.

2 ¶ Et ſi dictus Ludouicus, vel ſui maſculi, aut maſculorum eius maſculi reliquerint filias è legirimo matrimonio, reliquit ſingulis earum decem millia librarum pro omni iure & portione ſuæ ſucceſſionis, & in hoc eas inſtituit hæredes. Sequitur in eodem teſtamento.

3 ¶ Itẽ ſi le dit Iehan decede ſans maſles, ou les masles d'iceux ſans laiſſer masles en quelque tẽps que ce ſoit, nez de leur propre corps en loyal mariage, ie leur ſubſtitue ledit Hugues &

enfans maſles, & les enfans maſles d'iceux. Et lors le partage de Hugues retournera à Louys.

4 ¶ Et ou ledit Hugues decederoit ſans enfans maſles, ou les maſles d'ieeux ſans enfans maſles, en quelque temps que ce ſoit, ie ſubſtituë audit Hugues ledit Louys & ſes enfans maſles, & les enfans maſſes d'ieeux ſans derraction de quarte Et ou ledit Hugues ou ſes enfans maſles ou les enfans maſſes d'ieeux laiſſeroient vne ou pluſieurs filles, l'aiſnée aura dix mille florins, & chacune des autres huict cens florins, que ledit Louys, ou ſeſdits hoirs maſles ou hoirs maſles d'ieeux ſeront tenus de payer.

5 ¶ Et ou ladicte Marie ma fille deeederoit ſans laiſſer hoirs procreez en mariage de ſon propre corps, ie luy ſubſtituë ledit Louys & ſeſdits enfans maſles, & les enfans maſles d'iceux & leurs hoirs.

6 ¶ Et ſi leſdits Louys & Iean decedoient ſans laiſſer maſles, ou les enfans maſles d'ieeux enfans maſles procreez en loyal mariage, ie leur ſubſtituë ledit Hugues, les enfans maſles d'iceluy, & les enfans maſles de ſeſdits enfans proereéz en loyal mariage, ſans detraction de quarte, & marieront les filles comme deſſus.

7 ¶ Et ou ie decederois ſans enfans maſles ou mes enfans maſles ſans maſles ou leurſdits enfans ſans maſles procreéz de leur corps, en loyal mariage: i'ordonne mon heririere & ſubſtitue ladite Alix ma fille en tous mes biens de Franee, par telle condition, que ou meſdits enfans ou leurs enfans maſles, ou les enfans maſles d'iceux enfans maſles laiſſeroient aucunes filles, ladicte Alix en rapportant partagera eſgallement. Et au eas que meſdits enfans ne leurſdits enfans maſles ne laiſſeroient aucunes filles, i'ordonne que ladite Alix & ſeſdits hoirs procréez en mariage, ſueeedent en tons leſdits biens.

8 ¶ Item & en mes biens eſtans en l'Empire ie ſubſtituë Hugues de Chalõ fils de ſeu Louys Comte de Tonnerre, & au defaut de luy ſes enfans maſles, & au defaut de ſeſdits enfans maſles, Louys frere dudit Hugues, & apres luy ſes enfans maſles, c'eſt aſſauoir l'aiſné premierement, & en apres les autres enfans maſles du puiſné portans les armes de Chalon. Et eſt à ſçauoir que l'aiſné fils ſueeedera, & ſeront tenus porter mes armes, ſur peine de priuation de ladite hoirie, & apres luy le puiſné: Et ainſi ſueceſſiuement de laiſné & de ſeſdits enfans, tant du ſecond comme du tiers, & pareillement desaurres en gardant l'aiſneſſe.

9 ¶ Item & ou ie ou mes enfans maſles deeederoient ſans enfans maſles, & leſdits Hugues & Louys (collaterales erant) ſans maſles, en ee cas i'inſtituë & ſubſtituë leſdites Alix & Marie & leurs enfans maſles, voulant porter les armes de Chalon ſur peine de priuation. Et s'ils ne les vouloient porter, ou ſi meſdictes filles n'auoient enfans, ie ſubſtituë Ieanne de Montbeillard femme de mon aiſné, & ſes hoirs en loyal mariage, parmyce qu'elle, & ſes hoirs porteront mes armes, & nom de Chalon, autrement ie ſubſtituë celuy ou celle qui ſera Comte ou Comteſſe de Montbeillard, deſcendant de feu Henry de Montbeillard & portant le nom & armes de Chalon, & s'ils les refuſoient, ou differoient porter, ie ſubſtituë le plus prochain de mon lignage c'eſt aſſauoir celuy on eeux à qui il deura auenir par ligne. Et ſeront toutes leſdites ſubſtitutions de l'vne à l'autre ſi les cas y ad uiennent, ſans derraction de quarte.

10 ¶ Dicta verò Maria de Veaux inſtituit dictum dominum primogenitum ſuum hæredem vniuerſalem, & addit. Et où ledict Louys deeederoit ſans enfans maſles de ſon propre corps en loyal mariage ou ſes enfans maſles ſans laiſſer enfans maſles, & enſuitte pluſieurs d'enfans maſles en enfans maſles ie ſubſtituë audict Louys, & à ſesdicts enfans maſles, & aux enfans maſles d'iceux, & enſuite touſiours d'enfans maſles en enfãs maſles Iean mõFils, & ſes enfans maſles ou les enfans d'ieeux, & enſuite touſiours d'enfans maſles en enfans maſles ſans detraction de quarte, & ſi ledict Louys ou ſes enfans maſles on les enfans maſles d'iceux maſles laiſſoient filles ſeront doteés, &c.

11 ¶ Et ſi ledict Iean decedoit en quelque temps que ce ſoit ſans enfans maſles ou les enfans maſles d'içeux, & enſuite touſiours d'enfans maſles en enfans maſles ie ſubſtituë Hugues, & ſes enfans maſles, & les maſles d'ieeux, & enſuite touſiours d'enfans maſles en enfans maſles. Item & ou ledit, &c. Item ſi ie decede ſans maſles ou mes enfans maſles ſans laiſſer enfans, & enſuite touſiours d'enfans en enfans, ie ſubſtituë ladite Alix, & enſuit touſiours d'enfans en enfans *Ergo per obitum Philiberti ſine liberis, ſaltem per obitum Renati ſine liberis*, Longueuille eſt Prince Ourange, *vt in fine Conſily.*

EPITOME CONSILII LI.

1 *Subſtitutio recipitur vltra quartum gradum, in linea directa, quando de expreſſa diſpoſitione conſtat.*

2 *Subſtitutio non extenditur de vno caſu ad alium.*

3 *Niſi ad ſimilem, qui ſit de natura ſubſtitutionis.*

4 *Nunquàm a verbis receditur, niſi conſtet de mente teſtatoris.*

5 *Nomina graduum conſanguinitatis non extenduntur de gradu in gradum.*

6 *Ex præſumpta mente fit extenſio de caſu ad caſum, vel de perſona primi gradus.*

7 *Sed nunquam de gradu in gradum. 21.*

8 *Appellatione filij non venit nepos etiam conſeruandæ teſtamenti.*

9 Ne-

9 *Nepotis appellatione non venit pronepos.* 11.
10 *Verbum* familia *non vltra quartum gradum extenditur.*
12 *Descendentes per fœminam non sunt familia.*
13 *Substitutio non transmittitur.*
14 *Ethnicum est, nomen suum substitutionibus perpetuare.*
15 *Substitutiones coniunctæ debent pariter determinari.*
16 *Verbum* hoirs *intelligitur de descendentibus, vt verbum* heres. 17.
17 *Etiam in infinitum, licèt addatur procreatis ex proprio corpore.* 18.
19 *Inter descendentes verba intelliguntur ordine successiuo.*
20 *Filiorum appellatione veniunt omnes descendentes ad eorum commodum.*
21 *Verbum* filij, *&* liberi, *in quo differant, &* Gallico correspondeant. 30.
23 *Substitutio de liberis liberorum extenditur in infinitum.* 32.
24 *Natorum appellatione veniunt omnes descendentes.*
Græca lingua Gallicæ affinior, quàm Latinæ.
25 *Filiorum appellatione veniunt omnes descendentes, nisi vbi grauantur.* 26. 31.
27 *Conditione liberorum semel deficiente, perit substitutio, nisi testator ad euentum deficientis posteritatis respexerit.*
28 *Qualitas masculinitatis facit præsumi habitum respectum ad continuationem sanguinis* 29. 33.
34 *Onus nominis deferendi & stemmatum, facit substitutionem præsumi successiuam, non momentaneam.* 36.
35 *Coniecturæ ad extensionem fideicommissi sufficiunt.*

CONSILIVM LI.

ISTIS genealogia, themate, & testamentis prolixit, Christi tedemptoris vnici nomine inuocato, disputatione omissa, vbi non opus est.

1 ¶ Quantum ad testamentum atauiæ, clarum est actorem verbis substitutionis comprehensum & vocatum, & substitutioni suæ conditionem extitisse, & testatricem voluisse etiam vltra quartum gradum & in infinitum protendere, quod in linea directa vtu receptum est in Insobria & Gallia, quæ iure scripto regitur, vbi clarè de mente & verbis constat. Quantum autem ad testamentum ataui magni seges est vtrinque disputationis, sed necessaria tantùm resolutiuè attingendo, præsupponis nec reperiris clausulis testamenti, quæ sunt in themate multa contra actorem militant.

2 ¶ Primò, quòd substitutio concepta in vnum casum, non extenditur ad alium, sub verbis dispositionis non comprehensum: sed relinquitur in iure communi, *l. commodissimè. ff. de liberis & posth. l. pater Senerianum de condit. & demonst.* Maximè vbi de persona in aliam persona. Barthol. *in l. gallus in princip. vers. præterea illud de liberis & posth.* Alexand. *in l. 1. vers. itaque de vulg & pupill.* vel etiam quando agitur de extensione vnius temporis ad aliud Barthol. *in d. l. 1. vers. hoc præmisso quæro. & in l. si quis ita.* Imol. *in l. mater. §. 1. de vulg & pupill.*

3 ¶ Secùs, si tantùm quæstio esset de casibus similibus, qui essent de materia eiusdem substitutionis, vt substituat Titio si hetes esse noluerit, extenditur si non potuerit: quia pari sunt nolle & non posse. *l. 1. in fi. ff. de procurat.* Sic substitutus sub conditione, si posthumus non nascetur, venit si impubes moriatur. *l. vlt. Cod. de institut & substitut.* Vnde substitutio facta ad vnum specialem casum furoris, extenditur ad alium similem: Bald. *in l. humanitatis. q. 4. C. de institut. & substitut.* Iason. *in l. 1. ff. de vulg. & pupillar.* quia in his & similibus benè fit extensio ex præsumpta mente: sed non vbi agitur de extendendo de persona ad personam, quia non fit etiam ex tacita mente. Rapha. Cuma. *in l. commodissimè*, & ibi Iason *n. 8. ff. de liberis & posth* Franc. Aretin. *in d. gallus. §. & quid si eorum. col. 2. textus est in l. Titium. in princ. de liber. & posth. in c. sanè extra de priuileg. in cap. petitis 7. q. 1.* Ioan. Imol. *in l. si verò §. de vtro. ff. soluto matrim.* Panormit. *cons. 17. col. penult. lib. 3.* Philipp. Dec. *in l. illam.*

A *col. 2. (vbi in margin. dixi) Cod. de collat. & consil. 85. col 4. consil. 111.* Iason. *in l. cùm res. col 3. de leg. 1 & consil 210. col. 3. consil. 2 8. col 1. lib. 2. consil. 22. col. 2. consil. 56. col. 7. lib. 3.* quamuis contrarium dixerit consilio 154. colum. 4. lib. 4 vbi malè consuluit.

26 ¶ Benè verum eſt. quod inter ff. & C. (ante nouiſſimam Cod. editionem) illud intelligebatur in rei vxoriæ actione, videlicet, quando aliter actum non fuerat, vel ſi actum à patre, pater nndo tantùm pacto conuenerat. quod non ſufficit ad immutandum naturam prædictam rei vxoriæ actionis *l. auin C. de iure dotiu.* ſecùs interueniente expreſſa ſtipulatione patris facta re integra, videlicet ante nuptias, *vt in l. quotie. ff. ſoluto matrimonio.* quia tunc actio ex ſtipulatu non ſolùm non erat communis, ſed ſolius patris in exercitio. *d. l quoties.* ſed etiam ad heredes patris in viriles tranſmitti poterat. *l. ſi genero. C. de iure doti. l. vnica. §. videamus. §. & hoc. C. de rei vxor. actione. quod limita. in d. l. vnica.* quæ eſt vna de ſuis peculiaribus quinquaginta deciſionibus emendauit non in primo capite de exercitio actionis ſpectante ad patrem ſtipulatorem, & hoc propter reuerentiam patetnam, & onus dotandi patri incumbens: ſed in ſecundo capite, videlicet tranſmiſſionis ad heredes, & ſanxit quod non ſolùm actio legalis ſeu datiua rei vxoriæ, quando patet non fuit ſtipulatus, ſed etiam actio conuentionalis ex ſtipulatu, quando patet expreſsè ſibi ſtipulatus fuit, conſolidetur in filiam, etiam exheredatam morte patris, filia ſuperſtite. etiam

ſi pater

ſi pater cœperat agere ad teſtitutionem dotis, & litem conteſtatus fuerat text. *in d. §. videamus. & §. & hoc.* Ex quibus ſequitur quòd ad ſummom dicta clauſula debet intelligi reſpecto exercitij ipſius actionis dotis, ad hoc vt pater etiam ſine conſenſo filiæ poſſet agere & exigere beſſem, vel relinquere heredibus generi, quandiu pater ſtipulator viueret, etiam filia ſuperſtite: ita tamen vt ſiue exegiſſet, ſiue non, conſolideret motte ſua tota dos, vel actio in filiam ſuperſtitem.

27 ¶ Nec obſtat dictam ſtipulatiooem factam eſſe patris heredibus & habennibus cauſam ab eo, tum quia dicta verba, *Heritiers, & ayans cauſe*, quæ veniunt acceſſotiè & in conſequentiam ex ſtylo conſuero, non impediunt prædictam iuris communis interpretationem, præſertim iutis prætogati & ptohibitioi. Tum quia dicta verba *Heritiers, & ayans cauſe*, poſſunt verificati ſine offenſione natotæ dotis, & juris communis, videlicet in caſu à iure petmiſſo, vt filia præcedente patri, & ſic eo caſu debeot intelligi, ſcilicet vt demùm patre ſuperſtite bes dotis ad eum libetè, & beteedes ſuos & cauſam habentes ſpectet, etiam filia præmottua ptiùs teſtata fuiſſet, vel alitet legitimè diſpoſuiſſet de dote, eoius diſpoſitio eo caſu non valeret, niſi pto tertia parte in meto iure communi relicta, non autem quin patre præcedente ſuperſtite filia tota dos io eam cooſolideturſecundum ius.

28 ¶ Et maximè attento quòd filia habet actionem de dote ex capite proptio ſine vlla ſtipulatione vel pacto patris, videlicet iute antiquo actionem rei vxoriæ, ex conſtitutione Iuſtiniani actionem ex ſtipulatu tacitam vel legalem, ac inſtrumenta dotalia eſſent à prudentiſſimis viris commodo filiæ ſtudennbus confecta, quæ habet omnia priuilegia & faootes antiquæ actionis rei vxotiæ. *d. l. vnic.*

29 ¶ Et formùs attento quòd in præſenó filia habet dotem ex cauſa oneroſa, nempe eo quòd realiter & de facto renunciauit omni ſucceſſioni acquiſitæ & futuræ, & omni legitimæ, & ſupplemento in fauorem fratrum & ſororum eiuſdem patris, & ſic cedendo illis inta ſua iuxta not. *in l. ſi actionem. C. de pact.* Et quæ dixi *in conſuetudine Pariſienſi. §. 9. numero 4. & ad Alexand. conſ. 149. numero 5. lib. 7.* Ex quo ſequitur primò quòd dicta dos eeotum millium flotenorum non eſt profectitia à patre, quia non eſt ptoptiè de bonis & facto patris. vt *in l. profectitia. in princip. ff. de iure dotium.* ſed ex bonis ipſius filiæ ei iam quæſiti, & ex facto eiuſdem filiæ renuntiantis ſucceſſionibus quæſitis & quærendis, & omni legitimæ & ſupplemento io fauorem aliorum filiorum patris.

30 ¶ Secundò quòd dicta clauſula cootrouerſa non totelligitur niſi pro ſimplici exetcitio actioois, vt pater ſuperſtes poſſit vſque ad beſſem agere vel non, ſine conſenſo filiæ (vt dictum eſt) non autem vt pater lucretur, & ad hetedes, vel cauſam habentes ttanſmittat: quia hoc noo ſolùm eſſet contra ius eommune (vt dictum eſt) ſed etiam cootra claoſulam expreſſam dicti contractus mattimonij, qua cautom quòd dicta Anna habebit & auferet decem myriades pro omni dote & ſucceſſione, portione, legitima & ſupplemento. Quæ pactio non lucratiua, ſed oneroſa cortigetetur, ſi portio reſecaretor: & multò magis ſi maior pars vt bes auferretur Annæ, & adhuc durius etiam ea viueote & ſuperſtite. Sed in vna & eadem diſpoſitione nunquam cenſentur diſponentes velle ſeſe cortigere. *l. nam ad ea. ff. de condition. & demonſtr.* & ptæ cæteris euitandus eſt intellectus per qoem inducitur cortectio vel repugnantia in eadem diſpoſitione *l. nam ad ea. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.* Alex. *conſil. 141. numero 5. lib. 2. conſil. 59. n. 13. lib. 3.* Philippus Decios *conſil. 562 num. 5.*

31 ¶ Minùs obeſt ratificatio dictæ Annæ poſt dies nuptiarom facta, quia non magis oöeſt, quàm ratificatum, quod nullo modo obſtat per prædicta, tom quia ſimplex conſenſus filiæ poſt nuptias, & ſic poſt ius qoæſitum & radicatum in dote non ptæiudicat, etiam in ſimplici exercitio actioois dotis, niſi filia perſeuetet in conſenſu. Caſus eſt rotundus *in l. poſt dotem. ff. ſoluto matrim.* Minùs etiam obſtat quòd cauſificantur iuſtum eſſe diminuendi vel compenſandi partem dotis ratione donarij mytiadis annuæ flotenorom, & tatione communionis mobilium & quæſtuom datæ, vel quartæ partis acquirendorum mobilium & actiooum actiuarum, ad electiooem dictæ Annæ.

32 ¶ Quia quantum ad donarium, qoamuis non ſit de iure in forma ſpecifica qua vtimur, tamen eſt de iure in genere ſuo: quia eſt ſpecies donationis ptnpter nuptias, qoæ de ture debetur. *in l. ex marite C. de pactis conuentis. in authen. dos data donationem propter nuptias mteretur. C. de donatio. ante nuptias.* Tum vt dixi *in conſuetud. Pariſ. tit. 11. in rub. donarium huiuſmodi eſt vera antipherna, hoc eſt, contraria dos, ſeu donatio propter nuptias.* Tum oon eſt niſi ad vitam viduæ. Prætereà de conſuetodioe locorum vltra reſtitutionem dotis ſtatum viduæ competit donarium conſuetudioarum, niſi de certo præſcripto donario ſpecialiter eoooentum fuetit. At in præſenti ſpecie donarium præfixum minus eſt conſuetudinario, quod pioguius & vtilius fuiſſet, & ſic ea conuentione oun fuit datum, ſed demptum dictæ Annæ.

33 ¶ Quòd autem ad communionem mobilium & acquirendorum mobilium, id vxori compeut de conſuetudine locorum æqualiter & pto dimidia: & ſic ea conuentione non fuit aliquid datum, ſed demptum dictæ Annæ, tantum abeſt vt aliquid ſubſit quod cum dmioutione dotis compenſate poſſit præter id quod dos compenſatiooem oon recipit. *l. vnic. §. ſoendum. Cod. de rei vxoriæ actio.* Et hæc ſatis ſuperque etiam ad curiofos explendos, & petuicaces retundendos ſufficiont.

34 ¶ Quantum ad donum quoddam gtatioſum, Getmanicè *Morgengab*, ſi commuois obſetuaoua regionis & domicilij mariti ſaltem inter nobiles ita habeat, non eſt temiſſum per clauſulam generalem ad finam dicti coottractus mattimonij, qnamuis æſtimatio vel taxatio ad bonam voluntatem ſponſi remiſſa fuerit, & ſic debet æſtimari arbitrio boni viri, qua verba dictæ clauſulæ nooimportant liberam & abſoloram libertatem. igitur per not. Bart. *in vltim. ff. de præto. ſtipul. in extraoag. ad reprimend. quo modum in læſe maieſtat. crim. proce. in verbo* ptout. Morgengab.

35 ¶ Quantum ad legatum per dictum ptincipem Vtaniæ vxoti fiæ factum ſupra, ad finem thematis, validum eſt & vnle. Et quamuis adſit clauſula, Soluendo omnia debita teſtatoris, & capiendo omnes actiones actiuas, tamen dicta Anna legataria non tenetur ſoluere debita defuncti de ſuo proprio, & multò minùs dotem ſuam confundere cum dicto vſufructu motte vel ſecundis nuptiis finituro: debet enim legatum intelligi vt adſetat vóhtatem legatario: cæteroquin nullum eſſet, & maximè quando fit coniunctæ & dilectæ perſonæ, in qua magis præſumuntur animus honorandi & minùs grauandi legatarium. *l. cum alienam. C. de leg.* Et maximè cùm teſtator exptetsè voluerit quòd ſi aliquid nobat, nihilominùs habeat omnia iura ei attnbuta in dicto ttactatu mattimonij: igitur non intendebat quòd acceptando dictum legatum illa quereretur, & ptætet dotem ſuam quartam mobilium actionum & alia iure contractus mattimonij ad eam ſpectantia.

36 ¶ Prætereà diſpoſitione intis expteſſa *in l. imperator. §. ſi centum. cum. § ſeq. l. cum patet. §. Titio.*

ff. de lega. 2. Quando legatarius non grauatur de aliquo certo corpore, ſed in quantitate, ſiue certa & limitata, vt *in d.* 2. *ſi centum. ſiue incerta*, & *in* §. *ſequenti.* §. *Titio*, non tenetur legatarius ad onus indictum niſi vſque ad vires legati, etiam ſi ſimpliciter agnouit legatum: tum quod legatum à marito factum, vxori non cenſeatur factum animo compenſandi cum dote, ſed vt vtrumque conſequi debeat. textus eſt in §. *ſciendum. in l. vnico. C. de rei vxor. actio.* Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D. & in ſupremo Pariſiorum Senatu Aduocatus. Pariſiis anno 1546.

EPITOME CONSIL. LIII.

1 *Tria puncta totius conſilij.*
2 *Societas ſimel contracta, complectitur bona vbique ſita.*
3 *Non in vim conſuetudinis localis, ſed in vim taciti pacti quod ineſt.*
4 *In dependentibus à voluntate partium non dicitur oriri ius ex conſuetudine, ſed ex tacito pacto.*
5 *Conſuetudo quædam realis, quædam perſonalis.* 10. 11. 13.
6 *Pactis reciprocis ſocietas contrahitur.*
7 *Coniuges poſſunt de nouo contrahere ſocietatem bonorum inuicem.*
9 *Conſuetudo loci attenditur quo ad ſolennitatem actus ibi geſti.*
12 *Conſuetudines ſunt locales nec vi ſua extenduntur ad bona alibi ſita, ſed benè vi pacti ex facto hominis.* 13. 16.
14 *Filia propria renunciatione communiter approbata, excluſa excluditur vbique, ſed quatenus in vim conſuetudinis à ſucceſſione excluditur, non excluditur niſi in bonis ſuis ſub dicta conſuetudine* 15.
17 *Vniuerſitas falſa in vno, falſa eſt in totum.* 19.
18 *Clauſula expoſitoria non reſtringit.*
20 *Donatio mutua æqualis inter coniuges valet.*
21 *Stylus locorum iuris ſcripti.*
22 *Laus policiæ Bernenſis.*

Thema Conſilij LIII.

DOMINVS Ioannes de Ganey (qui poſteà Cancellarius Franciæ digniſſimus fuit) & domina Ioanna Boyleauë vxor eius, donationem mutuam inuicem fecerunt ſub hac forma: *Font grace mutuelle, & don eſgal de tous les biens meubles, & acqueſts immeubles, quelsconques qu'ils ont acquis & acquerront durant & conſtant leurdit mariage: dont & deſquels ils ſeront tenans & poſſedans au iour & heure du treſpas du premier mourant, voulans & expreſſément accordans & ordonnans chacun endroit ſoy, que par vertu de cette preſente grace mutuelle & don eſgal, le ſuruiuant iouyſſe & vſe, peut & puiſſe tenir, iouyr & poſſeder, c'eſt à ſçauoir de ceux eſtans en la Comté de Beaulmont, eſtant des anciens reſſorts du Bailliage de Senlis en proprieté & à touſiours, en enſuiuant la Couſtume dudict Bailliage, & des autres eſtans en la ville, Preuoſté & Vicomté de Paris, & Preuoſté d'Orleans, ou autre part, à vſufruict durant le cours de ſa vie, ainſi que la Couſtume deſdits lieux où leſdites choſes ſont aſſiſes, ſituées, & trouuées, le veut & permet, de toute ſa part & portion du premier mourant, ſauf & reſerué de cinq cens liures tournois pour faire teſtament, que le ſuruiuant ſera tenu faire & accomplir. Priuant leurs hertiers contrediſans de toute part de ſucceſſion deſdits meubles & acqueſts immeubles, qui ſera audit cas diſtribuée aux pauures.* Contrahentes autem habebant domicilium Pariſiis, & acquiſierunt prædia in prouincia Lugdunenſi patria iuris ſcripti. Præmortuus eſt Cancellarius, vidua poſſedit iure donationis, poſt cuius obitum heredes viri vendicant mediam prædiorum conſtante dicto matrimonio quæſitorum. Et non contenti parte ſitorum ſub Pariſienſi & ſimili conſuetudine, prætendunt ſita vbique & in patria iuris ſcripti, vtque negotiorum faceſſerent heredibus viduæ; ceſſerunt iura ſua cuidam Ioanni Petit eiui Bernenſi.

CONSILIVM LIII.

VIsis contracto, narratione facti, & quæſtionibus,

1 ¶ Tota diſputatio conſiſtit in tribus. Primùm, an ſocietas & communia mobilium & conquæſtuum immobilium tacitè contracta inter coniugales Pariſiis medio conſuetudinis Pariſienſis ita diſponentis articul. 110. habeat effectum etiam in bonis ſitis extra territorium Præſidiatus Pariſienſis, putà in prædiis acquiſitis per alterum coniugum in patria iuris ſcripti? Secundum, an donatio mutua de qua agitur facta Pariſiis per coniuges ibi domicilium habentes comprehendat etiam bona coniugum ſita quocunque loco extra Præſidiatum Pariſienſem, putà in patria iuris ſcripti? Tertiom, ſi ea comprehendat, an intellicatur per modum vſufructus, an vero iure proprietatis perpetuæ?

2 ¶ Primum in ſano intellectu, nullum habet dubium, quin ſocietas ſemel contracta complectatur bona vbicunque ſita, ſine vlla differentia territorij, quemadmodum quilibet contractus ſine tacitus ſiue expreſſus ligat perſonam & res diſponentis vbique. Non obſtat quòd huiuſmodi ſocietas non eſt expreſſa, ſed tacita, nec oritur ex contractu expreſſo partium, ſed ex tacito vel præſumpto contractu à conſuetudine locali introducto: igitur non debet egredi fines & limites conſuetudinis localis, nec potrigere effectum vltra locum conſuetudinis argum. *l. 1. §. Iulianus ait quoadusque. ff. de itin. actuque priuat.* Et quòd non poteſt eſſe plus efficaciæ & virtutis in cauſato, quàm in cauſa: igitur nou poteſt huiuſmodi ſocietas operari in rebus & locis in quibus conſuetudo à qua cauſatur nihil poteſt.

3 ¶ Reſpondetur, Primò hæc obiecta procederent ſi huiuſmodi ſocietas ab ipſa ſola conſuetudine per ſe cauſaretur, ſed non ita: quia cauſatur & introducitur ab ipſo vero partium conſenſu, qui enim ſimpliciter contrahunt in loco ſui domicilij, intelliguntur eo ipſo contrahere & paſciſci ſecundum mores & conſuetudinem notoriam illius loci, niſi aliter expreſsè caueant. *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de ædil. edict. l. ſi fundus. ff. de euict. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.* Et ſicut natura non ſeparatur à proprio ſubiecto, ita nec communis vſus & conſuetudo à contractu, cui natura ineſt, inquit Baldus *in l. contractus. columna 3. C. de fide inſtrumento.* & conſuetudo informat omnem diſpoſitionem, etiam ſi non fit dictum. *l. excepto. C. de loca.* Petr. Anchara. *in repet. cap. ſi propter tuo debita. in fin 4. oppo. de reſcript. in 6.*

4 ¶ Et aduertendum quòd quando conſuetudo ineſt contractui, non ineſt tanquam lex publica, ſiue tanquam ius ipſum conſuetudinarium, nec per modum legis, conſuetudinis, vel ſtatuti, iuris publici: ſed tanqoam pars contractus, & lex priuata & conuentionalis à contrahentibus volita, inducta, & diſpoſita. Patet, tum quia non ineſſet niſi contrahentibus placeret, quia poſſet aliter liberè diſponere: ſed ſolùm ideò ineſt, quia cenſentur contrahentes ita ad inuicem pepigiſſe & conueniſſe eo ipſo quod aliter non diſponunt, per text. oprimum *in l. adoptiuum §. t. de iure doti. fa.* Iaſon. *auten. ſi qua mulier. numero 11. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Tum quia ad illud conſuetum tacitè conuentum & inexiſtens non competit condictio ex ſtatuto & moribus nec alia actio datiua à lege vel conſuetudine, ſed competit ipſa actio datiua ex contractu tanquam ex negotio primatim ſic geſto & placito inter partes. text. eſt *in d. §. quia aſſidua. & in d. l. ex conducto. cum vulg.* Igitur neceſſariò fatendum eſt, quod iſta ſocietas quæ tanquam conſueta ineſt contractui matrimonij Pariſijs inter Pariſios commorantes celebrato oritur & cauſatur propriè per ſe & immediatè à vero & libero conſenſu & contractu partium, igitur tanquam contractus & lex priuata & conuentionalis debet habere effectum in perſonas & bona contrahentium vbicumque locorum ſita ſint.

5 ¶ Ad hoc pulchrè facit doctrina Petri Perticani Galli, *in repet. l. 1. Cod. de ſumma Trinitate.* vbi æquiparat conſuetudinem quod primogenitus habeat totum in Anglia, ſed alibi filij ſint æquales, & conſuetudinem Angliæ quòd vxor, mortuo viro, nihil capiat, ſed conſuetudine Galliæ capit dimidium bonorum. Et quòd ſi conningat aliquem relinquere bona in vtraque regione, quòd Gallicana diuidentur æqualiter inter filios & inter viduam & inter heredes mariti: in Anglia verò vidua nihil habet, ſed primogenitus totum ſecundum quoſdam, quos Petrus Perticanus ibi refert, & ſubdit: Adnertatis (inquit) iſtud, concedo verum vbi eſt conſuetudo realis: nam cùm ſit realis, tunc non inſpecta ligat res Gallicanas & Anglicanas, non perſonas cùm onera realia ligent res ſecundum conſuetudinem & ſtatutum loci, licèt perſonalia non reſpiciant res, ſed perſonas. *C. ne mulieribus & in quo loco lib.* to. Hactenus Petrus. Et ſic ſentit quòd iſta conſuetudo, quòd coniuges ſint communes in mobilibus & quæſitis, ſit perſonalis, quia reſpicit actum perſonæ & contractum.

6 ¶ Reſpondetur ſecundò ad obiectum ſuprà numero ſecundo, notorié conſtare per allegata & probata in proceſſu, quod præfati coniuges communicauerunt inuicem bona ſua mobilia & conquæſtus immobiles indifferenter, & ex tanquam communia poſſederunt, & tanquam in illis ſocij & communes promiſcuè ſe geſſerunt quandiu vixerunt, igitur non ſolùm tacita & legalis ſiue conſuetudinaria, ſed etiam factis ipſis expreſſa & conuentionalis contracta eſt inter eos ſocietas, quæ non minùs, imò magis factis reciprocis, quam ſimplicibus verbis contrahitur. *l. ſi tamen §. ei qui ff. de ædil. edict.* tradit Bartolus *in l. Titium & Mauium. §. altero. ff. de adminſtrat. tutor. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itinere actuque priuat. C.* Baldus Salic. *in l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iud.* Bart. *in tract. de duob. fratrib.* & Petrus Peruſ. *in eodem tractat.* Igitur cùm à vero contractu & conſenſu partium etiam circunſcripta conſuetudine ſit introducta & cauſata huiuſmodi communio & ſocietas, nemo ſanæ mentis dubitare poteſt quin æquè ad quæcunque loca potendat effectum.

7 ¶ Quod autem etiam inter iom coniugatos poſſit contrahi noua mutua ſocietas, etiam circumſcripta conſuetudine, & ceſſante communi & ſolito vſu, nulla eſt quæſtio, cùm ſit caſus legis *in l. cùm hoc ſtatuit. § ſi inter virum, ff. de donat. inter virum & vx. in l. alimenta. §. quo ſocietatem. ff. de alimentis. & cib. leg.* & Baldus. Ea bis plenè ſatis & firmiſſimè fundatur veritas huius partis, & radicitus euelluntur omnia argumenta & obiecta aduerſariorum, tamen clariùs liqueat quàm inepta ſint, & quàm nihil ad rhombum faciant.

8 ¶ Non obſtat quod voluit Ioan. Andr. *in additio. Spec. de inſtrum. edit. §. compendiosè. numero decimoſexto in verſicul. opponunt. in fin. de conſuetudine Gallicana*, qua vxor ſuperuiuens lucratur partem bonorum mariti, dicens quòd illa conſuetudo eſt directò ſuper bonis & rebus, & non ſuper actu & diſpoſitione hominis: ideò bona quæ ſunt extra locum conſuetudinis non includuntur, nam re ipſa reſponſio patet Ioannem Andre. non intelleXiſſe, nec habuiſſe notitiam conſuetudinis noſtræ, quæ non eſt directò ſuper bonis, ſed eſt primariò, & directò ſuper actu & diſpoſitione perſonarum contrahentium matrimonium, vt tali contractui & inter ipſos contrahentes inſit contractus ſocietatis mobilium & conquæſtuum, patet per textum conſuetudinis Pariſienſis in dicto articulo 110. & ſic principaliter, primariò & directò diſponit in perſonas ſubiectas, & in actum & inſormationem actus qui ab eis geritur. Vnde non eſt inconueniens, quod in conſequentiam & per indirectum habeat effectum vbique, etiam in bonis & rebus ſitis extra locum conſuetudinis & domicilij partium, prout in loco præfato expreſsè vult & decidit Ioannes Andr. cuius deciſio in aduerſarium velut ſagitta in oculos perperam argumentis reflectitur, vt inquit Baldus *in leg. vltim. columna 2. C. de fideicommiſſ. libert.*

9 ¶ Non obſtat conſilium Oldrad. 247. præ- ſuppoſita. tum quia malè, & in diuerſis terminis refert conſuetudinem Pariſienſem, tum quia loquuntur in extero alibi vxorato, & alibi habente domicilium: quia poſtcà cauſa ſimplicis negotiationis acceſſit Pariſios cum vxore animo remanendi venis domicilium, & adillud tedeundi: ſed ante quàm rediret, mortuus eſt Pariſiis, condito ibidem teſtamento: vade nun eſt mirum ſi in bonis illius non habeat locum conſuetudo Pariſienſis. & ſic illa deciſio nihil facit ad propoſitum. Inquantum tamen Oldrad. ibi in 2. quæſt tenet in prædicto teſtamento non ſufficere ſeruatam eſſe ſolennitatem conſuetudinis Pariſienſis, reprobatur per Bart. Bald. Paul. Iaſ. & omnes Legiſtas *in l. cunctos populos. C. de ſum. trt. & in l omnes populi. ff. de iuſt. & iure.* & per Anton. Panor Fel. & omnes Canoniſt. *in cap. t. de ſponſa.* & eſt omnium Doctorum ſententia, vbicumque conſuetudo vel ſtatutum locale diſponit de ſolennitate vel forma actus: ligari etiam exteros ibi actus illum gerentes, & geſtum eſſe validum, & efficacem vbique, etiam ſuper bonis ſolis extra territorium conſuetudinis vel ſtatuti.

10 ¶ Non obſtat quod Petr. Ancha. conſulit in conſ. 105. Viſis & diligenter. non deberi vigore huius conſuetudinis bona ſita extra illius locum, puta Florentiæ. tum quia Anch. ibi præſupponit hanc conſuetudinem principaliter concernere ipſa bona. Patet in columna 2. ibi, quandoque conſuetudo concernit principaliter bona, & ita conſuetudo de qua quæſtio loquitur in partibus Gallicanis, &c. Et ſic erant in facto, prout etiam ibi recitat nullam ſibi fuiſſe factam fidem de dicta conſuetudine. Et ſic patet quòd eam ignorauit: & ſi ſciuiſſet qualis eſt, & quòd principaliter in perſonas, & actum perſonarum diſponit, contranum conſuluiſſet. Tum quia ibi non dicit matrimonium Pariſiis fuiſſe contractum, nec quòd illi de quorum bonis agebatur, habuiſſent ibi domicilium, & fuiſſent ſubdin conſuetudini Pariſienſi. ſed potiùs loquitur in caſu oppoſito, videlicet in Florentinis habentibus domicilium Florentiæ, & non Pariſiis, & qui non erant Pariſis niſi cauſa mercaturarum, licet ibi cum vxore acceſſiſſent: & ſic non erant ſubditi ſtatutis & conſuetudinibus Pariſienſibus, patet per totum diſcurſum illius conſilij. At nos loquimur in caſu contrario, nempe in domiciliariis & ſubditis vrbis Pariſiis, & in contractu matrimonij ibi celebrato ſecundum mores & conſuetudinem eiuſdem vrbis.

11 ¶ Quòd ſi pertinaciùs inſtetur conſuetudinem hanc eſſe realem: vt falsò & malè informatus putauit Ancha. in d. conſ. quod apertiſſimè conuincitur per textum in d. artic. 120. vbi principaliter & primario diſponit in perſonas & actum à perſonis geſtum, non autem diſponit in res & bona, niſi ſaltem in conſequentiam: quod ex omnium Doctorum ſententia fieri poteſt: & eſt textus *in l. propter liter. §. licet. ff. de excuſ. tutor. in l. 2. C. eod. in l. magiſtratu. §. illud. quæro. ff. de rebus eorum qui tut. vel cura. in l. cùm vnus. §. is qui. cum glo. ff. de bo. auth. iud. poſſid. cum alleg.* per Lodo Roma. qui ita tenet in *conſ. 39. in propoſita, col. penult.* ſequitur Philip. Dec. *in l vlt. col. 3. ff. de iuriſdic omnium iudicum* Idem voluit expreſſim Bald. *in conſ. 167. in fin. lib. 5.* & omnes Scribentes *in d. l. cunctos populos. & locis prænallegatis.*

12 ¶ Non obſtat quòd per Areſta ſupremæ Curiæ conſuetudines ſint locales, & ſuis quibuſque locis claudantur, nec extra ea extendantur: quia verum eſt inquantum eſt mera conſuetudo, & in quantum aliquid meræ & immediatè, ab ipſa ſola conſuetudine producitor. Et vt clariùs loquar, ibi de mero iure conſuetudinario in ſe vi & poteſtate ipſius conſuetudinis agatur, tunc enim *per l. extra territorium. ff. de iuriſdic. omnium iudic.* &c. ſecùs quando non agitur de mera conſuetudine, ſed de contractu, vel qualitate contractus, mediante conſuetudine inter ibi commorantes & contrahentes introducto, & vbi ius agendi non fundatur immediatè & per ſe in conſuetudine vel ſtatuto in alterius loci, ſed in contractu, vel alio actu geſto in certo loco, & à conſuetudine illius loci informato, vt in caſu præſenti: tunc enim conſuetudo per indirectum & per quandam conſequentiam remotam habet effectum extra locum ſuum, tamen propriè loquendo non eſt verum quòd ipſa conſuetudo egrediatur locum ſuum, nec quòd diſponat de rebus alibi ſitis, ſed ſolùm quòd diſponat de actu à ſuis ſubditis intra locum ſuum celebrato, quòd poteſt: deinde verum eſt quòd ille actus ſic celebratus habet effectum vbique inter contrahentes, etiam quod ad bona alibi ſita, quòd etiam nemini prudenti fuit vnquam dubium.

13 ¶ Et hoc eſt quod voluit dicere Maſuerius anoquus & doctus practicus in titulo de ſucceſſion. ab inteſtat. quòd ſi agatur de actu qui dependet à vi conſuetudinis tantùm, & ſine facto aut mimiſterio hominis, vt quòd in Anglia primogenitus ſuccedat in ſolidum, ſecùs in Francia: tunc ſi defunctus habeat vtrobique bona, ſeruanda eſt quæque conſuetudo in his quæ ibi ſita ſunt: quia tunc conſuetudo adhæret rei, & nihil habet perſonalitatis. Si verò agatur de actu dependente à facto vel mimiſterio hominis, vt quando filia maritatur à parte in patria Aluerniæ, & ſic per conſuetudinem Aluerniæ à ſucceſſione excluditur. non ſolùm enim excludetur à ſucceſſione quo ad bona ſita in dicta patria Aluerniæ, & dictæ conſuetudinis, ſed etiam quo ad bona in patria iuris ſcripti, vel alibi vbicuoque ſita.

14 ¶ Quod eſt verum intercedente expreſſa renunciatione præſente, vel conſentiente & perſeuetante eo de cuius ſucceſſione agitur, iuxta *c. quamuis de pactis in ſexto. & l. vlt. C. de pactis.* quia extenditur ad bona vbicunque ſita: nec filia quæ ſic excluditur, vigore ſolius conſuetudinis nouum ius locale inducentis excloditur, ſed in vim pacti & iuris communis: ſecùs quatenus virtute ſolius conſuetudinis localis excluditur, vt à ſucceſſionibus fratrum abſentium vel aliorum, quia non conſenſerunt. Et ita in ſupremo Senatu Pariſiorum iudicatum fuit per Areſtum latum in ſucceſſione magiſtri Ludouici Doureille, eiuſdem Curiæ Senatoris & Canonici Pariſienſis.

15 ¶ Et idem in ſimili ſenſit & decidit Iacob. de Sancto Georgio *in tractat. fiud. in verbo Marchio. in fin* vbi dicit quòd filius primogenitus Matchionis vel Baronis, ſi ſuccedat ab inteſtato, non habebit ſolus omnia caſtra & feuda niſi ſita in locis, vbi viget talis conſuetudo: & hoc, quia non poteſt intentionem ſuam fundare niſi in ſola conſuetudine præciſè & immediatè, vnde non eſt dare aliud medium quàm vim & iuriſdictionem conſuetudinis quæ extra locum ſuum nullas vires habet: ſed ſi ſuccedat ex teſtamento, in quo ſolus in omnibus ſic inſtitutos, ſuccederet in caſtris & feudis vbicunque ſitis, etiam in locis quæ iure ſcripto & communi regantur, quamuis illud teſtamentum non fuerit factum ſecundum formam requiſitam de iure communi, ſed ſolum ſecundum ſolennitatem conſuetudinis loci in quo tunc erat teſtator. Et ratio, quia hîc non agitur immediatè de viribus & effectu teſtamenti, & intentio primogeniti principaliter in teſtamento, & non in conſuetudine fundatur ideò in bonis vbicunque ſitis obtinebit.

16 ¶ Secundum quæſitum ſup. numero primo per prædicta eſt prorſus omni dubio vacuatum. in quantum quæritur in genere, an donatio mutua Pariſiis à ciuibus Pariſienſibus facta, poſſit corrigi & habere effectum etiam in bonis in patria iuris ſcripti, & alibi vbicumque extra territorium Pariſienſe ſitis. Eſt enim clariſſimum quòd ſic, cùm non agatur de vi & iure conſuetudinis, ſed de vi & effectu & impletnento contractus celebrati. Inquantum autem quæritur in ſpecie, an donatio de qua agitur, ſecundum ſui formam & tenorem includat & comprehendat conquæſtus vbicunque etiam in patria iuris ſcripti ſitos? Duo tantùm diſcutienda ſunt, videlicet mens & intentio donantium, & tenor, & verba donationis: quorum vtrumque apertiſſimè omnes conquæſtus (etiam ſi qui in patria iuris ſcripti inueniantur) complectitur.

17 ¶ Patet per diſcurſum verborum diſpoſitiuorum dictæ donationis, vbi expreſsè donantes diſponunt de omnibus conquæſtibus communibus factis & faciendis, & hoc per verba vniuerſalia pluries reperita: igitur & verba & mens de omnibus eogunt intelligi, nec patiuntur excipi bona huius qualitatis ſita in patria iuris ſcripti, tum quia vniuerſalis affirmatiua in vno falſa, in totum falſificaretur. *l. ſi hic qui ducenta. §. verum. ff. de reb. dub.* tum quia lædereture mens & intentio donantium, qui expreſsè voluerunt totam partem omnium mobilium & conquæſtuum ſuperſtitis nulla re excepta ad ſuperſtitem deuenire.

18 ¶ Non obſtat quod in illa clauſula, *c'eſt aſſauoir*, &c. Non ſit aliqua ſpecificatio de bonis quæſitis vel acquirendis in patria iuris ſcripti, ſed ſolùm ſpecificantur quædam bona patriæ conſuetudinariæ, quoniam dicta clauſula eſt expoſitoria & declaratoria diſpoſitionis præcedentis: & ſic non teſtringit per iura vulga tum quia non eſt appoſita niſi ad declarandum modum, menſuram, & effectum donationis, vt debeat aſſumi & metiri prout patiuntur natura, ius, & conſuetudo cuiuſque loci, in quo bona reperientur. Et ſic non debet aliud operari, nec ius commune lædere, ergo *l. legare iuniſter. ff. de legat. quæ dubitationis. ff. de reg. iur.* Et ſic mera cauillatio eſt dicere quod per dictam clauſulam ſit principalis diſpoſitio reſtricta ad bona ſita in locis ibi ſpecificatis, vel aliis ſimilibus patriæ conſuetudinariæ.

19 Præterea impoſſibile eſt, ſaluis mente & verbis, reſtrictionem hanc fieri, quia nedum ante illam clauſulam eſt diſpoſitum vniuerſaliter de omnibus præſentibus, vel futuris communibus, ibi *De tous les biens*, &c. Sed etiam in fine dictæ clauſulæ idem diſpoſitiuè repetitur, ibi *De toute la part & portion du premier mourant:* igitur neceſſe eſt ſuperſtitem habere etiam partem conquæſtuum communium patriæ iuris ſcripti relictam per defunctum, alioquin non haberet totam partem & portionem relictam per defunctum. Quòd autem conquæſtus locorum iuris ſcripti includuntur in dicta communione & ſocietate, iam ſatis inexpugnabiliter oſtenſum eſt.

20 ¶ Ad tertium & vltimum ſuprà numero 3. dicendum quòd conquæſtus patriæ iuris ſcripti includantur in donatione pleno iure proprietatis perpetuæ, & non ſimplici iure vſusfructus, patet quia diſponentes voluerint donationem ſuam habere effectum in conquæſtibus quocunque ſitis, prout & in quantum locorum vbi ſita reperiuntur natura, ius & conſuetudo patitur, & permittit: ſed ius & conſuetudo Matiſconenſis patitur & concedit inter coniuges donationem mutuam æqualem, & reciprocam, qualis hæc de qua agitur, eſt, fieri iure plenæ proprietatis & in perpetuum, vt eſt notiſſimum, & de iure communi nullus contractus inter virum & vxorem eſt prohibitus, niſi qui in mortem & putam vnius donationem incidit. Et de donatione mutua iure plenæ & perpetuæ proprietatis inter coniuges permiſſa, text. eſt *in l quod autem. 6. ſi vir & vxo. ff. de dona. inter virum & vx.* latè tradunt omnes Scti. *in l ſi pater puellæ. per illum text. C. de inoff. teſt.* Io Ro. *conſ.* 146. *ipſa quæſt. col. 2. num. 17. in caſu propoſito. col penult.* And: Sicul *conſ. 60. illud in medium afferam. col. 17. ver. præterea quotieſcumque l. vlt.* Franc. Cur. ſenior. *conſ. 66. col. 66. col. 1.* Io. Lup. *in rep. ru. de donat. inter virum & vxorem. char 29. ver. limite ſecundo.* Steph. Bert. *conſ. 17. in fin. lit. prid. impreſſorum per Simonem Vincentium.* Et ita de iure & conſuetudine cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D. & in amplißimo Pariſiorum Senatu Aduocatus. Datum Pariſiis, menſe Iulio, anno ſalutis 1525.

21 ¶ Hoc conſilium tunc compoſui rogatus à domino Ioanne Brinon domino de Pontlauſt, Præfecto & Magiſtro Ratiociniorum Regis, nepote collaterali & hetede uduæ dicti Cancellarij, quæ deficientibus liberis remanſit, & obiit in poſſeſſione bonorum vigore dictæ donationis, & ius & poſſeſſionem tranſmiſit in dictum Brinon, qui quamuis ex conſuetudine generali ſaſiitus eſſet, tamen pro ſtylo regionis iuris ſcripti per ſemicinium Matiſconenſem ſe immitti & defendi fecit in poſſeſſione prædiorum dicti loci. Hetedes autem Cancellarij intereſſetunt, & fingenter ſe veteri litigare contra potentem Pariſius, quo dictus Brinon eos traxit, ſed tenetà diffidentia iutis ceſſerunt iura ciui Bernenſi, qui ſuccubuit per ſententiam Præfectorum Libellorum ſupplicum Palatij Pariſienſis latam anno 1523. & ſupra conſilium, confirmata fuit ſententia ſuptemi noſtri Senatus Ateſto lato anno 1527. & iuſtiſſimè: conſtat enim ex prædictis dictos hetedes Cancellarij, eorumque ceſſionarium nullum ius habere nec in poſſeſſorio, nec in petitorio. Tamen dictus Bernenſis pertinaciter inſtitit: ira vt poſt viginti annos (dum propter bella rex indigeret fauore Helueiorum) obtinuerit Ateſtuoi in petitorio latum per regem in Conſilio ſuo priuato die prima Ianuarij, anno 1548. ſuper ſola opinione quorumdam (vt fit in Aula quando quærendus eſt color) Commiſſariorum, deputatorum Rhotomagi, ſed tam iniquè quam prauo more, quia Bernenſis actor non probauerat prædia illa eſſe hetedia Cancellarij, quare reus abſoluendus erat, *l qui accuſare. C. de edend. & l. vlt. C. de rei vend.* Et inſuper in dubio præſumuntur, noua acquiſitio & non vetus hetedium, vt not. *in l. ſi defunctus. C. arb. tut. & in cap. 1 de duobus fratribus. de beneficio inueſt. in vſib. feud.* neceſſe fuit clariſſimo viro domino Ioanni Tilio primario Regis Notario & Secretario, & amplißimo Pariſiorum Senatus Actuario ſummo, ſupplicationem in forma propoſitionis errorum contra illud aulicum Ateſtum proponere.

22 ¶ Nihil imputo dominis Bernenſibus, quorum ego pulchertimum ordinem, & optimè in omni foro conſtituto *πολιτευόμενον* vidi, & magnis ſemper laudibus (vt meratus) proſecutus ſum.

EPITOME CONSIL. LIV.

1 *Regula, qui tacet non fatetur, nec negat.*
2 *Fallit in vocato ad conſentiendum vel diſſentiendum.*
3 *Et in vocato ad præſentationem.*
4 *Et in eo qui ſuos ad hoc accerſiuit. 6.*
5 *Tacitus conſenſus, pro expreſſo habetur in iudicialibus.*
6 *Facta verbis potiora.*

Thema Conſilij LIV.

QVIDAM furti conuictus erat, & ob id ad perpetuos carceres condemnatus. Eius frater pro liberatione Cæſari ſcilicet Ferdioaodo, io Curia ſua Alſatiæ, quæ eſt Gallia Belgica, ſupplicauit, & inter cætera falsè expoſuit iudices reum erroneè, & cootra ius coodemoaſſe, & confeſſiones criminis per vim & cruciatus fuiſſe extortas, &c. & exemplum porrectæ ſupplicationis rranſmittir. Iudices videntes ſe falſiſſimè apud Cæſaream Maieſtatem delatos, vocato ad ſe ſupplicante, qui cum magoa propinquorum & familiarium copia comparuit, in præſentia publici Notarij, & teſtium ad hæc vocatorum in pleno conſilio Colmarienſi, quod ex vigioti quatuor aut circiter perſonis conſtare ſolet, proponi fecerunt ſe à ſupplicante apud Cæſaream Maieſtatem falsò delatos fuiſſe, & ad ſingulos articulos, in quibus erant grauati expreſsè addiderunr, boc à ſupplicante non veraciter, ſed mendaciter fuiſſe expoſitum. Supplicaos verò, tum ne voo quidem verbo obiecta diluit, vel excuſauit, oeque etiam ad hoc vſque tempus, cùm quioque intereà anni & ampliùs effluxerint, quinimò eiuſdem frater furti condemnatus, illum iniuſſu ſuo Cæſari ſupplicaſſe reſpondit, ipſiuſque ſupplicaotis prædicti propioqui publicè io pleno confeſſo recitari fecerunt prædictum ſupplicantem io punctis præmiſſis iudices nolle ioiurisri. Et ſuper his omoibus petitum eſt à iudicibus publicum inſtrumeotum, & à Notario in forma cooſueta obtentum. Cootigit autem poſt quadriennium, vel quid rixarum inter vnum ex tali conſilio, & dictum olim ſupplicaotem fuerit ſubortum. Tunc ille prior prouocatus & iniuriatus coram Domino, ſiue Barone, cuius tunc ambo erant officiales, reſpondit ſe virum eſſe quàm ipſe ſupplicaos ſit, probiorem ſiue meliorem, & noodum recaotaſſe ſiue reuocaſſe, vt ipſe coram pleno Senatu Colmarienſi feciſſer. Ad hæc alter in hæc verba prorupit: *Si tu dicis me reuocaſſe, mentris tanquam deſperatus & infamis vir*, &c. Quæritur an hæc dicenda ſit reuocatio? ao reus bodie carceratus qui obiecit recantatiooem, benè obiecerit?

CONSILIVM LIV.

PRIMA facie dicendum videretur quòd non,

1 ¶ Ex regula vulgari, qui tacet, non fatetur quamuis verum ſit eum non negare l. qui tacet. ff de reg. iur. e. is qui tacet. eod. tit. in ſexto. Breuiter in præſenti ſpecie, præſertim in odioſis vt hic, veritas eſt in contrarium. Illa enim regula multas habet limitationes, quæ omnes ferè hic concurruot, quanquam vna illarum ſufficeret.

2 ¶ Et primò noo procedit in eo qoi vocatus eſt ad conſentiendum vel diſſentiendum: tunc enim omninò locum habet regula contraria, quòd qoi tacet, conſentire videtur, etiam in ſui præiudicium cap. qui tacet. de reg. iur. in ſexto. etiam ſi ſit vocatus ad actum extraiudicialem, vt expreſſim tenent Dinus, Io. Andr. Philip. Franc. *in d. c. qui tacet.* Hioc eſt quod verba infinitiua, vt nolo, vel volo adire, quæ alias non diſponvnt, tranſeunt in diſpoſitiua, vt in vocato ad adeundam vel repudiandam hereditatem, Bario. Paul. *pro bere de col. 3. de acquirenda vel omittend. hereditat.* Ang. Paul. *l. qui ſe patris. Cod. vnde liberi.*

3 ¶ Et in vocato ad conſentiendum præſentrationi ad ſacerdotium vel non. Roch. Curtius *in repet. rubr. extra de iure patron.* & in fortioribus terminis etiam ſi quis non ſit vocatus, ſed ſit ei ſeriò & teſtato denunciarum, ſi tacuerit, cenſetur in ſui præiudicium conſentire & agnoſcere, *l. 1. §. pena. de liber. agnoſcen.* Tertiò non procedit, cùm quis tacet in iodicio, vel in negotio dependente à iudicio *l. a. §. voluntatem*, ibi, *niſi euidenter contradicat, videri conſentire. ff. ſoluto matrim.* ſcilicet quando ad hoc aſſiſtit vel vocatus eſt, Anton. Rob. latè *in repetitione. §. morte. l. non ſolùm. num. 331. d. oper. no. nuntia.*

4 ¶ Quartò non procedit in eo qui venit amicis, cognatis, vel clientibus accerſitus: tunc enim verba infinitiua, quæ aliàs nihil operantur diſponunt. *l. Pamphil. §. propoſitum eſt. de leg. 3.* Socyn. *l. 1 §. ſi quis ita. colum.* 1. & ibi Franciſe. Ripa. *de verb. oblig.* Et qui ſic paratus & comitatus venit ad actum dum geritur, cenſetur non ſolùm conſentire, ſed etiam ſeriò conſentire, vt tradunt Doctores in locis præfatis, Canoniſtæ *in c. ea noſcetur. extra de his quæ fiunt à præl. ſine conſen. capituli.*

5 ¶ Quintò, quia in iudicialibus hoc plus eſt, quòd tacitus conſenſus habetur pro expreſſo, quando eſt præſens expreſsè vocatus & tacens, vt notant Canoniſtæ *in c. vlt. de confeſſ. in 6.* vbi tenent hoc procedere ipſo iure, nec aliam ſententiam requiri, vt tenent Dominic. de ſancto Gemin. & Phil. Franc. *in d. c. vlt. Felinus in c. Rodulphus colum. 24. extra de reſcri.* & eſt text. etiam in præiudicialibus & ad obligandum *in l. cum oſtendimus. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſ. tut.* vbi nominatus præſens & tacens non ſolùm cenſetur expreſsè loqui, ſed etiam per ſtipulationis ſolennis & iudicialis formulam ſeſe obligare.

6 ¶ Confirmatur ex abundanti per taciturnitatem tẽporis ſubſecuti: debuit enim prouocare ſi ſibi actus diſplicuiſſet. *l.1. C. ſi ſapiẽs in integ. reſt. poſtul. fuer.* Veriſſimè igitur dictum eſt iſtum recantaſſe ſiue reuocaſſe & ſic ceſſare iniuriam, quod eſt indubitatum, cùm non ſit obiectum eum expreſsè recantaſſe, vnde ſufficeret probari quod tacitè reuocauit: tamen etiam ſi obiectum eſſet eum expreſsè recantaſſe, adhuc idem eſt, cùm & vocatus, & ſciens, & ad actum ſerium, & accerſitis & adductis amicis & cognatis, & in iudicio venerit, & ad vltimam vſque periodum permanſerit, & non ſolùm non contradixerit euidenter.

7 ¶ Sed euidenter & ſolenniter conſenſerit factis ipſis, quæ ſunt potentiora verbis. *c. dilecti filii. 2.* & ibi gloſſ. Panorm, Philippus Dec. & omnes extra de appellation. & multò ampliùs ſit facere quàm pronuntiare. *l. ſi tamen. §. ei qui de edil. edict.* Bald. *l. non ignorat. col. 1. C. qui accuſare non poſ.* Iaſon. *l. ſi ita legatum. §. illeſi volet in princip. de leg. 1.* Philippus Dec. *l. non omnia col. 2. ſi certum peta.* Quanto magis factis ſolemnibus iiſque iudicialib. verb. ad eundem reum directis ſæpiùs repetitis & geminatis? Non eſt igitur deinde paſſus, ſed fecit iniuriam. Et ita cenſen ego Carolus Molinæus I. V. D. Franciæ & Germaniæ Iuriſconſult. in quocunq; fidem, &c. Datum Montbelgardi, decimo Calend. Ianuarij anno 1551. à Chriſto nato ad enixas precis L. Schrotiſen domino de Andincourt pro amico ſuo Colmarij carcerato.

EPITOME CONSIL. LV.

1 *Filia quæ renunciauit futuræ ſucceſſioni iuxta c. quamuis. de pact. in ſexto. an ex enormi læſione paſſit reſtitui?* 8.
2 *Talis renunciatio non ſit, niſi præſente & conſentiente ea de cuius ſucceſſione agitur.*
3 *Aliud renunciatio, aliud pactum de renunciando.*
4 *Tamen in materia d. c. quamuis idem ſunt.*
5 *Et refertur ad ſtatum & bona quæ erant tempore mortis.*
6 *Et non ſolùm per filias inſtitatos, ſed etiam per vententes ab inteſtato excluditur, ſed non per abſtinentes.*
8 *Sub Parlamenta Pariſienſi non curatur de læſione talis filiæ in legitima, quanda hæc ceſſit iudicio parentum aſcendentum.* 9.
10 *Nec curatur de iuramento, ſed de ratione publica.*

CONSILIVM LV.

ITem & conſiderato ſupraſcripto themate, prima facie dicendum videretur præfatam dominam Franciſcam de Clermont habilem eſſe ad ſuccedendum defunctæ dominæ Annæ de Thouart matri ſuæ.

1 ¶ Non obſtante renunciatione per eam facta in tractatu ſui matrimonij, attenta enormi læſione vltra dimidium iuſti pretij, quæ eſt iuſta cauſa vt iuramentum poſſit & debeat relaxari per Epiſcopum, vt decidit Guido Papæ *in deciſion. Delph. quæſt* 224. Philippus Dec. *in c. cauſam matrimonii. columna 2. de de offic. delegat. & in conſil.* 551. Petr. de Aochara, & communiter docto. *in c. quamuis. de pactis. in 6.* Et nouiſſimè ita conſuluit Stephanus Bertrand. *in conſ.* 337. *Viſo conſultationis lib. 2.* prioris impreſſionis per Vincentium factæ, ſed io præſenti adeſt diſpenſatio Papæ.

2 ¶ Præterea non videtur debitè facta renunciatio reſpectu ſucceſſionis ipſius matris de qua agitur. quantum ad validitatem & ſubſtantiam huius renunciationis requiritur præſentia, conſenſus, & acceptatio illius de cuius futura ſucceſſione renonciando agitur. Ita decidit Alexand. de Imol. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. columna 6. ff. de verbor. obligat.* Petr. de Anchar. Imo. Gemini. *in d. c. quamuis.* & ibi Georgius Natta. *in rep. columna. 15. verſic. denuo limita hanc decretalem.* Et iſta per plura Ateſta iudicatum fuit, vt in ſucceſſione defuncti Ludouici Doteil.

31 ¶ Sed quamuis mater fuerit præſens in tractatu matrimonij, tamen non fuit tunc facta illa renunciatio, ſed ſolùm promiſſum fuit renunciando, deinde ſecuta fuit renuntiatio in præſentia patris duntaxat & ſic non videtur excludi à ſucceſſione materna, nec per renunciationem: quia tunc non erat mater præſens nec conſentiens, nec per pactum da renuntiando, quia aliud eſt renuntiare, aliud facere pactum de renuntiando, ſicut promiſſio de vendendo, non eſt venditio, & nihilominùs remanet venditio in fieri, donec actualiter fiat, vt notatur per Iacob. Butr. Baldum, Angelum in *l. 1. C. de pact. pign.* & latè ſcripſi *in conſuet. Pariſien. § 51. gloſſ. 1. quæſt. 5.*

4 ¶ Sed his non obſtantibus, puro præfatam dominam excluſam eſſe nedum à ſucceſſione paterna, ſed etiam materna, quia dicta clauſula pacti de quitando vel renunciando in dicto tractatu matrimonij, implicat expreſſum pactum de non ſuccedendo patri & matri in præſentia illorum, & illis receptantibus. Et ſic cùm adiectum fuerit iuramentum, remanet excluſa per dict. cap. quamuis. quod obſeruatur in hoc regno contra diſpoſitionem iuris ciuilis, nec debet inſpici forma ſubſecutæ renunciationis, quæ nihil aliud eſt quàm executio & confirmatio præfati pacti de non ſuccedendo, quod per ſe ſufficit ad excluſionem, ita etiam nuper per duo Ateſta ſuprem noſtri Senatus indicari vidi circa annum Domini 1546. vno contra dominam Agnetem Dauegout pro dom. de Courtalin eius fratre, altero contra dominam Antoniam de Vrſinis.

5 ¶ Nec obſtat quod præfatum pactum de non ſuccedendo eſt factum fauore liberorum maſculorum & heredum inſtituendorum, nec in eo fit mentio de inſtituendis, nec de bonis futuris ſeu competituris, quia huiuſmodi pactum per hoc non reſtringitur ad bona tunc competenta patri vel matri, ſed refertur ad bona competentia patri vel matri tempore deuolutæ ſucceſſionis, & eorum mortis, ad quod tempus illud pactum refertur comprehendit.

6 ¶ Et tam maſculos tunc inſtituros, quam inſtituendos, quoniam inſtitutus propriè is eſt, qui tempore mortis inſtituentis talis inuenitur, cùm hæc voluntas ſit ambulatoria *l. 4. ff. de adi. legat.* imò illudi pactum non reſtringitur ad liberos maſculos inſtitutos: nec verbum, inſtituntis aut inſtituendis ibi ponitur ad hunc finem, vt debeant eſſe inſtituti ad

hoc, vt excludant ſororem renunciantem : ſed ad oſtendendum quod renuntians non erit excluſa per liberos maſculos exheredatos, prout eoam non excludirur per alias incapaces vel abſtinentes, vt tenent omnes Canoniſtæ in dicto capitulo quamuis. Paldus *in l. agnationis. ff. de pactis.* Cæpol. *cauſa ciuil. conſilio* 49. *numero* 11. Guido Papæ *deciſio. Delphi.* 192. Philippus Decius *conſilio* 370. *in fin. & conſil.* 196. vbi in annotat. dixi Alexand. *conſilio* 29. *numero nono. libro tertio*, vbi etiam *in annot. dixi & conſuetud. Pariſ.* §. 122. Et ſic non obſtat quòd matet deceſſit ab ioteſtato, ſed ſatis quòd non videtur mutaſſe volumtatem.

7 ¶ Non obſtat læſio vltra dimidiam iuſti pretij quia ſecundum communem non tempus mortis, ſed tempus pacti vel renuntiationis inſpicitur, vt per Franc. Curt. ſeniorem *in conſilio.* Alexand. *conſ.* 181. *lib.* 5, vbi in annotat. dixi. Philippos Cornel. *in conſ.* 1. *columna ſexta, libro quarto.* Iaſ. *in authen. nouiſſ. ma, numero* 10. *C. de inoffi. teſt.*

8 ¶ Et adhuc in hoc regno hoc non attenditur vt per plura Areſta iudicatum fuit : quoniam ex quo tempore renunciationis poſſunt parentes ditiores vel paupeniores multis caſibus fieri, non cenſetor filia læſa, quæ competenter ſecundum dignitatem domus & familiæ ſemel dotata fuit, & quæ alias & forſan nonquam nupta & dotata fuiſſet : plura Senatus noſtri Pariſienſis Areſta recitaui *in annot. ad Alexand. conſilio* 29. *lib.* 3. Addo aliud contra dictam Agnetem Dauogour, quæ probauerat læſionem etiam in legitima,

9 ¶ Quod receptum fuit ad conſeruationem familiarum accedente iudicio propriorum parentum : ſecùs ſi filiæ per colletetales elocarentur.

10 ¶ Nec curatur de iuramento expreſſo vel omiſſo quia non per dictum cap. quamuis. (quod non habet vim l. in hoc regno) ſed per rationem politicam. Ita obſeruatur ſub hoc Parlamento Pariſienſi, niſi ſicubi conſuetudo vult legitimam talis filiæ ſuppleri, vt conſuetudo Senonenſis & conſuetudo de Lorris. Et ita cenſui ego Carol. Molinæus I. V. D. & in ſupremo Pariſiorum Senatu Aduocatus, Pariſis anno 1548.

EPITOME CONSILII LVI.

1 *Subſtitutio facta pluribus, intelligitur poſtremo eorum deficiente.*
2 *Subſtitutio compendioſa comprehendit pupillarem expreſſam & vulgarem tacitam.*
3 *Relatio ad maſculos facit locum ſubſtitutioni etiam ſtantibus fœminis.*
4 *Verbum* heredibus *non refertur ad filiam in re certa inſtitutam.*
5 *Comparatio legitimæ & Trebellianicæ.*
6 *Subſtitutio pupillaris non continet niſi bona paterna, quando teſtator dixit de bonis ſuis tantùm.*
7 *Compendioſa ſubſtitutio non eſt quando fideicommiſſarium tantùm continet, ideò fieri non poteſt in codicillis.*
8 *Subſtitutio fideicommiſſaria nullam directam continere poteſt*
9 *In fideicommiſſis conditio debet impleri in forma ſpecifica, nec extenditur etiam ob veriſimilitudinem.*
10 *Fideicommiſſum eſt onus & reſtringendum.*
11 *Poſthumi appellatione venit poſthuma.*
12 *Verba ſi talis heres erit, intelliguntur & hereditatem adierit.*
13 *Filia inſtituta in re certa venit appellatione liberorum heredum. 24. 25. 26.*
14 *Pater non præſumitur fratrem filiæ præferre. 15.*
16 *Conditio collectiua debet verificari in perſona omnium.*
17 *Oratio diſiuncta conuertitur in coniunctam vt hereditas deſcendentibus conſeruetur.*
18 *Non fit tranſitus de vno caſu ad alium contra perſonam magis dilectam.*
19 *Subſtitutio cœpta caſu quo filia naſcetur, non porrigitur ad caſum quo filia non naſcitur.*
20 *Quando diſpoſitio teſtatoris non conuenit æquitati vel bonis moribus aut ſtatutis, non debet extendi.*
21 *Conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica.*
22 *Simplex vulgarit complectitur omnes caſus.*
23 *Subſtitutio inutilis nõ poteſt facere aliam vtilẽ.*
27 *Relatio, ſubſtitutionem interpretatur.*
28 *Mos loquendi Aquitaniæ.*
29 *Hoc conſilium Areſto confirmatum.*

Thema abbreuiatum Conſilij LVI.

CLAVSVLA teſtamenti. Ego Franciſcus Maudonier habitator villæ Yciodori, &c. heredes meos facio & inſtituo, ac ore proprio nomino, videlicet Annetum & Robertum Maudoniers chariſſimos filios meos impuberes, ac chariſſimæ Catharinæ du Mur coniugis meæ naturales & legitimos, necnon poſthumum ſeu poſthumam, de quo ſeu de qua credo eandem Catharinam coniugem meam ex me fore prægnantem.

1 ¶ Quæ ſit poſthuma, ſeu ſexus muliebris, eandem inſtituo heredem meam particulariter in quinque centum libris Turon. cum lecto munito, ac veſtibus honeſtis, ſecundum ſtatum ipſius poſthumæ, quæ eidem conſtituo in dotem & pro dote cùm apta fuerit matrimonio copulari, cùm & pro quibus quingentis libris Turon. lecto munito, & veſtibus eidem poſthumæ filiæ meæ per heredes meos vniuerſales ſemel ſoluendis, pro quibus volo & ordino ego præfatus teſtator eandem poſthumam contentari de rebus & bonis meis prædictis.

2 ¶ Si verò poſthumus, ſeu ſexus virilis, veniátque in rerum naturam, ac viuat, eundem cum

cum prædictis filiis meis Anneto & Roberto, volo & ordino quòd patiatur & ſuccedat mihi vniuerſaliter in hereditate mea. Ipſos enim Annetum, & Robertum, ac poſthumum (ſi virilis conditionis ſit) & eorum quemlibet æquis portionibus, necnon ſuperuiuentes ſeu ſuperuiuentem ipſorum pro toto ſeu in ſolidum, ſi & caſu quo vous vel duo ipſorum filiorum meorum & poſthumi in pupillari ætate, aut aliter & aliàs quouis modo ſine libero vel liberis, vno vel pluribus, ab eo vel abeis legitimo ex matrimonio progenitis decederet vel decederent ab humanis, heredes ſeu heredem mihi facio, inſtituo ac ordino, ac ipſis, ſeu ipſi (ſicut iam dictum eſt prædecedentibus) ipſos ſeu ipſum ſuperuiuentem ſubſtituo ac nomino vniuerſales ſeu vniuerſalem, & hoc in omnibus & ſingulis bonis, & rebus meis mobilibus & immobilibus, nominibus, debitis, iuribus, actionibus, & aliis quibuſcunque ſuprà declaratis; exceptis illis, de quibus aliter inferiùs dabo vel legabo, aut aliàs diſtraham ex eiſdem.

3 ¶ Inſuper volo & ordino ego ipſe teſtator, quòd ſi contingat me & dictos liberos meos ſimul vel ſucceſſiuè ab hoc mundo tranſire, nullis ex me aut dictis liberis & heredibus meis aut alterò ipſorum relictis liberis naturalibus & legitimis ex legitimo matrimonio progenitis, quod eo caſu contingente, liberi & heredes defunctæ ſororis meæ Ioannæ Maudonier vxoris dum viueret Roberti Marnac, habeant ſuper & de bonis & rebus meis prædictis 50. libras Turon. & cuilibet aliarum ſororum mearum Margaritæ & Gabrielæ Maudonier alteras, quinquaginta lib. Turon.

4 ¶ Clauſula codicilli eiuſdem poſteà facti, Ego Franciſcus Maudonier ad meam reducens memoriam teſtamentum, quo inſtitui filios & liberos meos. ſ. Annetum & Robertum Maudoniers naturales & legitimos, nec poſthumum, de quo credo meam coniugem à me ſore prægnantem, ſi virilis ſexus ſit, & in naturam veniat, & viuat, & quemlibet ipſorum ſcilicet Anneti & Roberti & poſthumi æquis portionibus, & ſuperuiuentem ſeu ſuperuiuentes ipſorum in ſolidum præmorienti ſeu præmorientibus eorumdem in pupillari ætate, vel aliàs quouis modo ſine liberis legitimis vno vel pluribus ſubſtituerim, mihi verò fecerim heredem ſeu heredes vniuerſales, & hoc in omnibus & ſingulis bonis, & rebus meis mobilibus & immobilibus, & aliis in litteris teſtamenti mei declaratis, illis exceptis, de quibus legata & ordinationes in dicto teſtamento declaratas feci.

5 ¶ Nullã aliam ſubſtitutionẽ facio eodo dictis liberis & heredibus meis, ſi omnes ſimul vel ſucceſſiuè, ſine quibuſcunq; aliis liberis ab hoc migrẽt ſæculo, prout per literas huiuſmodi teſtamenti mei plenius poteſt apparere: igitur codicillãdo, & meos codicillos hos faciendo.

Clauſula controuerſa.

6 ¶ Addo dicto teſtamento, quòd eo caſu contingente quòd omnes liberi ac poſthumi heredes mei in pupillari ætate, vel aliàs quouis modo ſine liberis legitimis, ex eis vel altero eorundem progenitis, vno vel pluribus, ſimul vel ſucceſſiuè deficerent, & hoc Franciſco & Antonio Maudoniers nepotibus meis filiis quondam fratris mei Pauli Maudonier ſuperuiuentibus, aut altero ipſorum nepotũ meorum ſuperuiuente, alio eorumdẽ præmortuo nullis ſibi liberis legitimis, in eo caſu volo & ordino ego ipſe teſtator, vt iam dicti nepotes mei, aut ſuperuiuens ipſorũ reliquo modo proximè tacto præmortuo dictis liberis & poſthumo meis, ſic vt præcauetur præcedentibus ſuccedãt ſiue ſuccedat in omnibus & ſingulis bonis & rebus meis vniuerſaliter. In hoc enim caſu eoſdem nepotes meos, aut ſuperuiuentẽ ipſorum eiſdem poſthumo & liberis ac heredibus ſubſtituo, mihi verò facio & nomino heredes ſeu heredẽ vniuerſales ſeu vniuerſalẽ in eiſdem rebus & bonis meis, illis exceptis, de quibus aliter in dicto teſtamento meo dedi, legaui, legabóque, & donabo per hos meos codicillos.

7 ¶ Demũ codicillando & his præſentibus codicillis addo, quòd ſi cõtingat caſus ſup. deſignatus, & omnes liberi & poſthumi mei ac heredes prefati ab hoc ſeculo migrẽr, dictis nepotibus meis, aut altero ipſorũ eis ſuccedentibus, in bonis prædictis, ſic quòd eadẽ bona ipſi nepotes mei teneant, aut alter eorum teneat, eo caſu ſtante, volo & ordino vltra legata, &c.

8 ¶ Contigit eadem die codicilli facti, teſtatore peſte mori, relictis dictis maſculis, & vxore prægnante, quæ poſt duos menſes peperit filiã Ioannam. Et poſt quinque annos obierunt filij maſculi ſine liberis, videlicet Robertus impubes, deinde Annetus iam adultus. Et paulò poſt dicti Franciſcos & Antonius Maudoniers ſubſtituti obierunt, vnus poſt alium, videlicet dictus Franciſcus relictis duabus filiabus Aſturga & Aotonia: Antonius verò relicta vnica filia Anoa: nouiſſimè obiit dicta Ioanna Maudonier filia teſtatoris: ſed ante eius obitum dictus Antonius ſubſtitutus & tutor filiarum Franciſci alterius ſubſtituti cœperunt vendicare bona à dicta Ioanoa filia & Steph. le Court eius marito, quaſi ſubſtitutione ſibi aperta per obitum duorum filiorum teſtatoris. Nuoc redintegratur ardua quæſtio inter filias & heredes ſubſtitutorũ collateralium actores, & maritum & heredẽ inſtitutum filiæ teſtatoris reũ.

9 ¶ Hactenùs ſumma thematis, quòd iudex, nondum eorum circumuallatus erat miſeris aſſeſſoribus aut præſidialibus pecunia ſordidè & infœliciter creatis vna cum proceſſu & actis ad me tranſmiſit, vt vnà cum peritioribus Iuriſconſultis noſtri ordinis cõſulerem, quẽnam eſſent partes eius in iudicando. Ego ceoſui reum abſoloeodum, cæteri verò omnes etiam primarij noſtri ordinis concluſiones actorum adiudicandas cenſuerunt. Ego ſolus in

ſententia mea perſtiti, & cum ſententiis aliorum conſilium meum ſeorſim conſcripſi, & ad iudicem cum proceſſu & actis remiſi, vt ſequitur.

CONSILIVM LVI.

VIſo & examinato proceſſu, &c. Chriſti redemptoris vnici nomine innocato, quoniam cauſa hæc valdè controuerſa fuit, pondores rationes vtriuſque partis breuiter perſtringã.

1 ¶ Pro parte actorum, ſeu filiarum dictorum ſubſtituendorum: quod locus fuerit præfatæ ſubſtitutionis facit quod quando ſubſtitutio fit pluribus etiam ſub nomine collectiuo, ſub hac conditione, ſi deceſſerint ſine liberis: poſtremo eorum ſine liberis deficiente ſuccedit ſubſtitutus. De hoc eſt textus ad literam *in l. hæredes mei. 8. cum ita ff. ad Trebellian.* Ergo in hoc caſu ſubſtituti vocati fuerunt ad ſubſtitutionem filiorum maſculorum, cùm dicti poſſunt poſtremi defeciſſe, cùm natus poſthumus maſculus eidem ſuperuixerit, ſed nec natus quidem fuerit.

2 ¶ Facit etiam quod ſubſtitutio facta pluribus filiis impuberibus per partem eorumdem ſub hac conditione, ſi in pupillari ætate vel alias deceſſerint (qualis eſt ea de qua contenditur) compendioſa eſt, quæ comprehendit pupillatem ex preſſam, & vulgarem tacitam, quæ tacita vulgaris habet in ſe condinonem ſubintellectam, ſi filius heres eſſe nolit, aut eſſe non poſſit *l. vltim. C. de inſtit. & ſub.* Et ſic ſubſtituti videntur poſſe venire ad ſubſtitutionem præfatam, tam maſculorum qui deceſſerunt ſine liberis, quàm poſthumi maſculi non nati. Item facit quod hæc loquutio pluralis numen, ſi omnes liberi, & poſthum &c. poteſt & debet reſolui in ſuas ſingularitates. *l falſa demonſtratio. §. vltimo. ff. de condit. & demonſt.* Rurſus facit quod hoc videtur voluiſſe teſtator ratione agnationis conſeruandæ, quàm in nepotibus ex fratre conſeruatam & continuatam iri putabat.

3 ¶ Tum in vim relationum, quæ ad maſculos tantùm fiunt tam in teſtamento, quam in codicillis, vt multi doctiſſimi viri cenſent, qui in hoc præcipuè [illegible] actoribus fundantur, vt in teſtameno. ſuprà in themate, numero 3. ibi, quod ſi contingat me & dictos liberos meos, &c. relationum *dictos*, non refert niſi duos filios, & poſthumum: & ſic poſthuma non ponitur in conditione nec facit deficere ſubſtitutionem nepotum ex fratre germano teſtatoris, qui ſunt de nomine & agnatione ſua, quam præcipuè conſiderauit. Et rurſus in codicillis ſuprà in themate, numero 5. ibi nullam aliam ſubſtitutionem faciendo dictis liberis & heredibus meis, &c. Vnde contendebant quod hæc verba referuntur ad dictos liberos inſtitutos, & nullo modo ad fœminam, & ſic quod tantùm voluit teſtator prouidere de ſubſtitutione dictis liberis maſculis quos compendioſè & reciprocè ſubſtituerat, & ſic quod verba ſequentia intelliguntur tantùm de liberis maſculis, ad quos refertur clauſula ſequens diſpoſitiua ſuprà in themate, numero 6. ibi, eo caſu contingente quod omnes liberi ac poſthumi heredes mei, &c. Et ſic ex quo refertur ad præcedentem caſum, videtur continere maſculos tantùm, tum quia dicit heredes mei: ſed dicta filia proprie non eſt nec fuit heres, vtpote inſtituta in re certa tantùm, & ſic pro legataria habetur *l. quoties. C. de hæredibus inſtituend* igitur hæc filia poſthuma non eſt comprehenſa in inſtitutione vniuerſali, nec in ſubſtitutione reciproca teſtamenti, nec in conditione ſubſtitutionis codicillaris: tum ſemper ab omnibus ſubſtitutionibus fuerunt filiæ excluſæ tum teſtator protulit nepotes ex fratre germano filiabus propriis & teſtator ſeriosè ſemper locutus eſt de poſthumo non de poſthuma, niſi ſemel eam particulariter tantum inſtituendo, & ad hoc limitando. Ex quibus videtur omninò pro actoribus iudicandum ſaluis detractionibus legitimæ & Trebellianicæ

5 ¶ Super quibus priùs erit inquirendum, an vterque filiorum maſculorum teſtatoris obierit poſt pubertatem: quo caſu Ioanna ſotor ſuperſtes, vel eius heres dimidium bonorum reſtitutioni ſubiectorum detrahere poterit iure legitimæ & Trebellianicæ fratrum dictæ Ioannæ Maudoniet, quæ non tenebitur in hoc compenſare nec deducere relicta ſibi à patre. Sed caſu alter fratrum prior in pupillari obierit, deinde alter poſt pupillaria, tunc dicta Ioanna vel eius heres nil legitimæ nomine deducet ex capite vel parte pupilli, ſed tantùm ex capite adulti, videlicet dimidiam portionis adulti, & inſuper ſimplicem Trebellianicam in portione pupilli, tanquam heres fratris, quæ pupillo ſuperſtes fuit.

6 ¶ Adhuc in dicta ſubſtitutione (quia limitata ad bona teſtatoris) non veniunt etiam ex capite pupillaris, bona filiorum maſculorum alias quàm ex ſucceſſione patris ad eos pertinentia, per id quod tenent Bald *in l. precibus. col. 2.* & ibi Salyc. *col. pen.* Philipp. Corn. *col. 13 C. de impub. & ali. ſubſtit.* Franc. Rip. *in l. centurio. n. 100. & 105. n. 120 ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. dixi in annot. ad Alex. conſ. 12. n. 17. lib. 3. & ad Philip. Dec. d. l. precibus. & conſ. 371. in fin. conſ. 642.*

7 ¶ Nunc pro parte rei heredis filiæ teſtatoris, videtur priùs eſſe conſiderandum quæ ſit ſubſtitutio de qua contenditur. Et quamuis fuerit concepta ſub verbis quibus compendioſa ſubſtitutio fit, attamen compendioſa dici non poteſt, cùm compendioſa ſubſtitutio ſit quæ ſub compendio verborum plures ſubſtitutiones apta eſt comprehendere, videlicet vulgarem tacitam, & pupillarem, & exemplarem expreſſas, nam etiam reciprocam. At hæc ſubſtitutio nullam in ſe continet præter fideicommiſſariam, non vulgarem, nec pupillarem, quia eſt in codicillis facta: ſed vulgaris & pupillaris ſubſtitutio quæ ſunt directæ ſubſtitutiones, in codicillis fieri non poſſunt, & ſi quæ fiant, obliquantur. *l. Scæuola. ff. ad Trebellian.*

8 ¶ Eſt igitur duntaxat fideicommiſſaria, quæ nec tacitam vulgarem comprehendit: nec præſupponit quod inſtitutus heres adeat, ita quòd herede non adeunte deficit fideicommiſſum. *l. ille à quo. §. ſi de teſtato. in fin. in his verbis, ne priùs heres decedens fideicommiſſarium decipiat. ff. ad Trebellian.* nec etiam continet pupillarem tacitam. nam hæc ſubſtitutio fideicommiſſaria ex obliqua tranſitet in directam, quod numquam fit: igitur nullum alium effectum quàm ſubſtitutionis meræ fideicommiſſariæ duntaxat habet.

9 ¶ Cùm ergo ſit tantùm fideicommiſſaria ſubſtitutio, attendenda eſt maximè illius conditio, nam in fideicommiſſis conditiones adimpleri debent in forma ſpecifica, nec aliter à ſignificatione verborum recedi oportet, quàm cùm manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem, & nemo æſtimandus eſt dixiſſe quod non mente cogitauerit l. Labeo. ff. de ſuppellectile legata intantum vt non ſufficiat veriſimilitudo vt recedatur à verbis quando per hoc locus eſſet fideicommiſſo: ſed benè quando per hoc perimitur fideicommiſſum, text. eſt ſingularis, qui ita per hanc rationem in qua fundatur debet intelligi *in l. hæredibus. in princ. ff. ad Trebell.* l. hæredibus ad Trebell.

10 ¶ Et meritò: quia ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt onus & odioſa, & cuius teſolutio fauorabilis eſt, & ad hoc fieri debet interpretatio, vt tenet Ang. Peruſ. *in l. quæ Romæ § duo fratres.* & ibi, Alexand. *col. 11 ff. de verbor. obligat. do. de Rota deciſio 864. teſtator in antiquis.* Socin. *conſ. 113. col. pen. lib. 1.* Aymo

Cravetta

Ctaueta *conſ.* 18. *col.* 1. Et hæc vera & punctualis ratio. *d. l. heredibus in principio.* quamuis Bartol. nouam aliam rationem affingat.

11 ¶ His præſuppoſitis, dicendum videtur pro parte heredis filiæ teſtatoris, quòd iſta ſubſtituitio fideicommiſſaria defecit. Primò, quia fuit facta ſub hac conditione, ſi omnes liberi & poſthumus heredes deceſſerint ſine liberis. Et ſic ſi vox *Poſthumus* hîc accipiatur, vt etiam comprehendat poſthumam, certum eſt conditionem defeciſſe, quia filia teſtatoris poſthuma ſubſtitutis ſuperuixit. Si verò accipiatur pro poſthumo maſculo tantùm, certum eſt conditionem non euenisse, quia maſculus natus non eſt, non venit in rerum naturam, nec vixit, & non fuit heres.

Verba, ſi talis homo erit.

12 ¶ Pro hoc facit quod dicit Alexand. *in conſil.* 1. *in primo volum.* Videmus (inquit) quòd illa verba prolata à teſtatore, Si talis heres erit, intelliguntur, id eſt, ſi talis adierit hereditatem: non autem intelliguntur, Si talis fuerit ſcriptus heres à teſtatore. text. eſt quem ad hoc notat & pondetat Bartol. Ioan. de Imol. *in l. ſeruus alienus.* quæ eſt lex 3. *§. ſi quis ita. ff. de hered. inſtit.* Et dicit hanc fuiſſe rationem dubitandi in illa lege. Et ad hoc facit quod not Bart *in l. geres. ff. de acquirenda hereditate. col.* 2. vbi vult quòd quando in diſpoſitione fit mentio etiam enuntiatiuè de herede, intelligitur de herede per additionem hereditatis. Bald. *in l. pen. C. de iure deliberan.* Ergo hæc verba, Si poſthumum heredem decedere contigerit intelliguntur de poſthumo herede per additionem hereditatis.

13 ¶ Item prædicta filia teſtatoris eſt comprehenſa in conditione, ſub hac dictione, ſi omnes liberi. Non enim eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vel vna filia ſupereſt. text. *in l. ſiue liberis. ff. de verbor. ſignif. & in l. agnoſcere. §. liberorum. eod. titul. & l.* 1. *C. de condit. inſert.* Et etiam ſub hac conditione, hetes ex re certa eſt verè heres. & eſt text. & ibi Bartol. *in l. ex facto. ff. de hered. inſtit.*

14 ¶ Rurſus facit, quòd ſi è ventre vxoris poſthumus maſculus natus fuiſſet, & non fœmina, & tandem mortuus fuiſſet eum prætatis duobus filiis maſculis, omnis linea deſcendentium teſtatoris defeciſſet. Et præfata conditio, ſi omnes liberi, &c. videtur facta fuiſſe in caſum quo omnes linea deſcendentium deficeret. Et hæc videtur fuiſſe mens teſtatoris, quæ colligi ex illa conditione poteſt. Et quod intellexerit nepotes ex fratre vocare ad ſuam ſucceſſionem in caſum duntaxat quo deſcendentium linea deficeret: quod tamen non euenit, quoniam ſuperuixit filia ſubſtitutis.

15 ¶ Confirmatut hæc ſententia ex mente teſtatoris, quæ non præſumitur talis, vt voluerit filiam propriam excludere contemplatione filiorum fratris. *l. cùm auus. ff. de cond. & demonſt. l. cùm acutiſſimus. C. de fideicomm.* ſiue detur id ex verbis fideicomm in quo apparet quod ſi liberi maſculi inſtituti deceſſiſſent relictis filiabus fœminis, fuiſſent ſubſtitutu excluſi. *l.* 2. *C. de cond. inſert.* Sicut etgo teſtatoc volut eos à nepotibus fœminis, multò fortiùs à propria filia, quamuis fœmina, quam ipſe teſtatot magis dilexiſſe præſumitur, quàm neptes ex filio, quæ remotiores ſunt in gradu. *l. ſi viua matre. C. de bon. mater.* Bartol. *in l. vlt. ff. ad Trebellian.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 77.

16 ¶ Item facit quòd præfata conditio eſt facta ſub nomine collectiuo, *omnes*: ſed quando conditio eſt facta ſub nomine collectiuo, debet verificari & adimpleri in perſona omnium, alias deficit. Et quòd vox *omnes*, ſit dictio collectiua, eſt gloſſ. & Bartol. *in l. ſi pluribus. ff. de legat.* 2. Et vltra hæc quòd præfati duo maſculi & poſthumus maſculus fuerunt coniuncti re & verbis, & per dictam dictionem copulatiuam *omnes*, fuerunt etiam coniuncti per reciprocam ſubſtitutionem factam inter eos in teſtamento. Quare omninò dicti duo filij maſculi & poſthumus maſculus fuerunt collectiuè comprehenſi: & quia fuerunt comprehenſi copulatiuè, debet conditio adimpleri in perſonis omnium.

17 ¶ Item facit pro hac parte *l. ſi is qui decente. §. item ſi pater. ff. de reb. dubus* Vbi oratio diſiuncta conuertitur in coniunctam, vt ſucceſſio patris filio vel filiæ conſeruetur. Et in vltimis verbis ſic inquit text. Sed procliuius eſt ſententiam teſtatoris ſic eſſe interpretandam, vt ſiue filius, ſiue filia nati fuerint, extraneus non admittatur, niſi ſpecialiter hoc teſtatoc expreſſerit. Sed hic non expreſſit, ſed omiſit. imò ſi interrogatus fuiſſet, quod de filia in caſum mortis filiorum fieri veller, verſimile eſt illum declaraſſe ſe nolle ius legitimarum ſucceſſionum filiæ ſuæ tollere, vel forſan etiam illam maſculis ſubſtituiſſet, aut ad minus doris argumentum ei feciſſet. Cùm autem nihil horum fecerit, putandum eſt illum caſum omiſiſſe: vt in diſpoſitione communis iuris remaneret.

18 ¶ Item facit quòd nata poſthuma filia, caſus eſt omninò omiſſus a teſtatore in ipſis ſubſtitutionum gradibus, & ad hoc quod ſubſtituti admittantur ad ſubſtitutionem, oportet quod fierer tranſitus de caſu expreſſo, videlicet (ſi poſthumus maſculus naſceretur) ad hunc caſum omiſſum. Sed tranſitus de vno caſu ad alium quantumcunque verſimilem, nunquam fit, quando eſt in medio perſona aliqua a teſtatore magis dilecta, quàm ſint ſubſtituti. Et ita ſaluat ſubtiliter Bartol. & gloſſ. in l. ſi mater. § vlt. ff. de vulg & pupilla ſubſtit. quem refert & ſequitur Alex. in conſ. 1. lib. 1. Sed hic filia teſtatoris fuit in medio, quæ fuit profectò magis dilecta à teſtatore (non eſt enim amor, qui vincat paternum) & illum ſuum amorem declarauit: nam in inſtitutionibus filiorum amplam dotem filiæ dedit, cùm nihil reliquerit ſubſtitutis. Et notabiliter & appoſitè dicit *l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſt.* Cui enim ferendus eſt intellectus, propter verborum anguſtias liberos fructu paterno defraudari, & tandem d. l. vocat eam viam nedum iniuſtam, ſed etiam impiam tanquam contra iura humana & diuina nitentem.

19 ¶ Item facit in fortiotibus terminis quod conſuluit Pet. Anch. *conſ.* 356. quem refert & ſequitur Guliel. Benedict. *in repet. c. Raynutius. in verſ. ſi abſque liberis. 2. numero 39. extra de teſta.* vbi ſic inquit: Teſtator inſtituit filios maſculos naſcituros & ſi eos ſine liberis mori contingeret, eo caſu vxorem ſuam ſubſtituit vulgariter & per fideicommiſſum, ſubdens quòd filios maſculos naſci non contingeret, ſed filiam vnicam vel plures: eo caſu dictam eius vxorem heredem vniuerſalem inſtituit filiabus pro dote iure inſtitutionis reliquit, id quod dicta eius vxor declarauerit, & cum hoc iuſſit eas tacitas & contentas. Fratri verò ſuo legauit quinque ſolidos. Contingit quod nec filij nec filiæ nati fuerint, ex quo quæſtio reſultabat non modica, an ea inſtitutio eo caſu concepta quo filiæ naſcerentur, potiretur ad caſum quo filiæ non naſcerentur, vt hic, vt ſic matet tanquam ſubſtituta vocetur: an verò fiater teſtatocis ab inteſtato admitatur quaſi ille caſus quo filiæ non naſceretenur à teſtatore omiſſus remanerit in diſpoſitione iuris communis, caduca facta ſubſtitutione ex defectu conditionis. Et poſt longam diſcuſionem concluſit matrem vt ſubſtitutam non admitti in caſu omiſſo, ſed fratrem teſtatoris ab inteſtato vocari.

20 ¶ Subdens quod quando teſtatoris ordinario non conuenit æquitati nec bonis moribus, nec legibus aut ſtatutis, vel conſuetudini, nullatenus extendi debet ſed ſolum includi intra eum caſum quo loquitur argum. *l. quidam ff. de liber & poſthum. in ca. odioſa. de reg. iur. in ſexto.* Et dicit etiam hoc probati

Extenſi non fit contra æquum aut ſolitum.

ex natura caſus omiſſi, quando relinquitur diſpoſitioni iuris communis, ſiue omittatur à contrahente. vt *in l. ſi cum dotem. ff ſoluto matrimonio.* ſiue omittatur à teſtante, vt *in l. commodiſſimè. ff. de liberis & poſthum.* ſiue a principe & reſcribente. vt *in c. ſuſceptum. de reſcript. lib. 6.* Et ſemper periculoſum eſt à verborum ſignificatione tecedere, niſi manifeſtum ſit aliter ſenſiſſe diſponentem.

21 ¶ Et addit Petr. Anchara quod ad præmiſſa facit optima ratio, quia dum quæreturan caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, concluditut quòd quando expreſſus eſt per modum conditionis voluntariæ, talis caſus expreſſus debet implen in forma ſpecifica. *l. qui heredi & l. Mevius. ff. de cond. & demonſt.* ſecundum Bart. & Bal. *in d l. Gallus. §. & quid ſi.* Sed caſus quo filiæ naſcerentur, fuit conditio ſubſtitutionis voluntaria ex mera teſtatoris voluntate adiecta, ergo impleri debet in forma ſpecifica ſcilicet ſi filiæ naſcantur.

22 ¶ Non obſtat *l. penultim ff de vent. inſpician. & l. 1 hæd. §. Spondophorus. ff. de fideicommiſſ. liber.* quia loquuntur in vulgari ſubſtitutione ſimpliciter concepta, quæ (vt dictum eſt) complectitur omnes caſus. Vel loquuntur in vulgari concepta in vnum caſum, cum non ſupereſt perſona cui lex magis faueat, aut æquitas, quàm ſubſtituto. Vt in noſtro caſu, (ſcilicet apud Petr. Anchata) ſupererat frater teſtatoris. Redeundo ad noſtrum caſum, ſi frater teſtatoris potuit impedire ne vnus caſus ad alium extendatur, quanto magis filia teſtatoris?

23 ¶ Inquit inſuper præfatus Benedictus in loco prælegato, quod congruè applicatur huic deciſioni alia quæ fuit, Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de teſtamen. §. imprimis. in fi.* vbi caſum nouiſſimè occurrentem ſic narrat & decidit: Teſtator ſanus teſtati volens ventrem vxoris, id eſt filium primò naſcituram inſtituit heredem, cui decedenti intra pobertatem ſubſtituit filium ex vxore ſecundò naſcituram, & huic ſi infra pubertatem vel poſt deceſſerit ſine prole, ſubſtituit Caium fratrem ſuum. Teſtatore mortuo natus eſt poſthumus, qui demum infra pubertatem deceſſit: maret & Caius de hereditate contendunt. Quæritur quid iuris? Decidit ſubſtitutionem de filia naſcituro factam inutilem ipſo nou nato, *ff. de reb. dub. l. Verum. in princ. & de legat. 1. l. ſi duabus. § vltim. & ff. vnde cogna. l.* t. §. *ſi proximior.* Ipſa ergo inutilis ſubſtiturio, alium vtilem facere non poteſt argum. *l. nullus. C. de Decurio. libr. 10. & l. ſi in venditione. ff. de periculo & commo. rei vendit.* Præterea d. Caius non fuit ſubſtitutus filio teſtatoris primo naſcituro Cùm ergo ſecundus natus non fuerit, & ſic nunquam hereditatem habuerit, d. Caius eidem ſuccedere non potuit. Et hæc deciſio fuit prùs Oldra *conſ.* 17~, *incipi. Teſtator in ſuo teſtamento.*

24 ¶ Ad hoc enam pulchrè facit deciſio Alexand. conſ. 17. lib. 7, vbi etiam in fortioribus terminis patet inſtituerat duos filios maſculos vniuerſaliter, & inuicem vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum, ſubſtituerat. eis verò quandocunque decedentibus ſine liberis, nullo ipſorum filiorum teſtatoris ſupereſtite: rune & eo caſu ſorores ſuas ſubſtituit in vſufructu omnium bonorum ſuorum. Poſt mortem verò eatum, in vſufructu & proprietate dictorum omnium bonorum, ſubſtituit proximiores agnatos, vel cognatos, & in hac voluntate obiit, relictis dictis filiis & filia particulariter inſtituta. Deinde omnes filij maſculi deceſſerunt ſine liberis, ſuperſtito ſorore & annis. Amitæ ſorores teſtatoris petunt vſumfructum omnium bouorum, deducta legitima filiorum, Conſultus Alexand. per ſex pulchra fundamenta decidit filiam abſoluendam & fratrum ſuorum in omnibus heredem, quia amitæ non ſunt vocatæ, niſi nullo filiorum teſtatoris ſuperſtite: ſed hic ſupereſt filia, quæ venit appellatione filiorum: & conſequentet quòd reſpectu omnium aliorum ſubſtitutorum defecit fidicommiſſum: igitur moltò magis defecit in caſu præſenti.

25 ¶ Et adhuc in fortioribus termitis facit conſilium Carol. Rum. quod eſt conſil. 140. Viſo & benè intellecto. vbi teſtator habens duos filios maſculos, & vxotem prægnantem, inſtituit primogenitum vniuerſalem, ſecundogenitum in duobus mille florenis: & caſu quo vxor pareret maſculum, deſtinauit illum militiæ Rhodienſium: & ſi pareret fœminam, volut ei dare mille florenos pro dote & omni iure. Si verò primogenitus in pupillari vel poſt quandocunque ſine prole decederet, ſubſtituit ſecundogenitum, eóque pariter ſine prole decedente, ſubſtituit dictum poſthumum. Quòd ſi omnes filij & poſthumus in pupillari, vel quandocunque ſine prole decederent, voluit omuia bona deuenire ad Antonium de Villanoua fratrem teſtatoris. Mortuo teſtatore, nata eſt poſthuma, dein deceſſerunt dicti duo maſculi ſine liberis. Concludit Rumus eam vocatam in defectum poſthomi maſculi. Ego verò dico quòd venit liberè ad ſucceſſionem ab inteſtato, tanquam deficiente conditione grauamini: quia non eſt verum omnes filios deſeciſſe quandiu ſupereſt filia. Et ita dico & concludo in propoſito dicti Ioannam fuiſſe fratrum ſuorum liberè heredem ab inteſtato, & ſubſtitutionem dictorum Franciſci & Antonij defeciſſe, eóſque nihil ad beredes ſuos transmittere potuiſſe,

26 ¶ Noo obſtant allegata in contrarium, quia tota vis obiectorum conſiſtit in relatiuo *dictos* liberos, ſuprà numero 3. Ad quod reſpoodeo primò quòd quamuis relatiuum *Dictis* vel *Dictos*, ſit in clauſulis præcedennbus & ſequentibus ſubſtitutionem, de qua agitur: tamen non eſt io clauſula controuerſa ſubſtiturionis de qua agitur, quæ talis eſt (vt in themate numero 6) Caſu cootingente quo omnes liberi ac poſthumi heredes mei, &c. tion dicit *Dicti liberi*, ſed indefinitè, imò vniuerſaliter *Omnes liberi.* Atqui etiam ſine ſigno vniuerſalt, appellatione liberorum ac poſthumoruo heredum venit filia vel poſthuma etiam particulariter tantùm inſtituta, ſaltem quando agitur de fauore deſcendentium teſtatoris ad excluſionem collateralium vel extraneotum ſubſtitutorum, vt hic, & per Petr. Anchara, & Alexand. *in locis allegatis, ſuprà numero* 19. *numero* 24.

27 ¶ Tum (& iſtud eſt ineluctabile) clauſula controuerſia, in qua ſola fundantur actores expreſsè refertur ad clauſulam vltimam teſtamenti, in qua teſtator nullam aliam ſubſtitutionem fecerat dictis liberis & heredibus ſuis, ſi omnes ſimul vel ſucceſſiuè ſine quibuſcunqoe aliis liberis, &c. Hæc relano eſt in themate, numero 5. relatum verò eſt in themate numero 3. ihi quod ſi conningat me & dictos liberos meos ſimul vel ſucceſſiuè decedere, nullis ex me aut dictis liberis & heredibus meis aut altero ipſorum relictis liberis. Atqui illud relatum continet omnes quoſcunque alios liberos ipſius teſtatoris, ibi, *Nullis ex me*: ergo non ſufficit filios & poſthomum vniuerſaliter inſtitutos decedere ſine quibuſcumque liberis: ſed neceſſe eſt omnes alios libetos teſtatoris decedere ſine quibuſcunque liberis, prioſquàm locus ſit vlli collateralium ſubſtitutioni. Et certè quicquid omnes alij dixerint iſtud eſt ineluctabile

28 ¶ Niſi fortè dicant quòd in Aluetnia appellatione liberorum non veniunt fœminæ, quæ non computantur ſub vulgari *Enfans*, vt in Aquitania apud Vaſcones, & etiam Lemouicos: igitur per *l. ſi ſeruus plurium. in fin. de legato.* t. Sed dico primò quòd illod eſt factum, non allegatum in proceſſu, & minùt probatum. Secundo, quòd

enam

etiam ſi eſſet allegatum & probatum, tamen teſtamentum & codicilli non ſunt facti Gallicè, ſed Latinè. Quum ergo teſtator non ſit vſus Gallico *Enfans*, ſed Latino *Liberi*, debet propriè intelligi, quia poterat dicere liberos maſculos, ſi voluiſſet reſtringere ad maſculos. Et quamuis in veritate teſtator loquutus ſit Gallicè, ſeu Aluernicè, & notarius imperitus ſcripſerit Lannè: tamen notarius ille ſatis erat peritus Gallicè, & ſi cognouiſſet teſtatorem intelligere de liberis maſculis tantùm, addidiſſet filios maſculos. Dico tertiò, quòd etiam per ipſos codicillos appareat teſtatorem ſenſiſſe de quibuſcunque legitimis & naturalibus liberis, & ſic etiam de fœminis, ſupra in themate, ibi, ſiue quibuſcunque alijs liberis.

29 ¶ Reus verò articulauit in proceſſu, quòd tempore dicti codicilli teſtator laborabat peſte, qua mox obiit, & vrgebatur à ſubſtitutis, qui curarunt per notarium ſacrificulum ſcribi in Latino, cùm teſtator Latinè non intelligeret. Sed omnibus perſpectis cenſeo minimè opus eſſe interloqui an inquirendum de veritate huius facti, ſed rem definiuè abſoluendum. In quorum fidem ego Carolus Molinæus I. V. D. & in ſupremo Pariſiorum ſenatu Aduocatus his ſubſcripſi. Datum Pariſiis menſe Decembris Anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo primo. Cæteri omnes contrariam ſententiam ſuam & ſubſcriptionem eidem iudici tranſmiſerunt at iudex ſecundùm conſilium meum iudicauit. Actores appellauerunt, & tandem cauſa in hoc ſenatu pleuè cognita ſententia confirmata fuit Areſto lato, domino Potierio viro integerrimo relatore, præſidente verò domino Nicolao Clerico tanquam eius claſſis antiquiore, & pronuntiatum fuit die Sabbati, menſe Aprilli, Anno ſeſquimilleſimo quadrageſimoquinto. Areſtum

EPITOME CONSILII LVII.

1 *Sed, effectus oblationis.*
2 *Conſignatio non requiritur ad purgandam moram: ſed bene ad impediendum curſum vſurarum inchoatum ſecundum communem.* 3.
4 *Sola oblatio ſufficit ad vitandam pœnam, & ad pignoris liberationem in iudicio, ſed non extra.* §. 9.
6 *Sola oblatio ſufficit ad transferendum periculum.*
7 *Differentia inter obligationem generis & ſpeciei ſecundum communem.*
8 *Ad liberationem requiritur conſignatio.*
9 *Oblatio ſufficit in immobilibus.*
10 *Quid abſente creditore.*
11 *Oblatio nocturna vel incongrua non valet.*
12 *Oblatio vel compenſatio impedit curſum vſurarum inchoatum, vel reditus redimibilis, niſi creditor iuſtam habeat ignorantiam facti.* 13.
14 *Facultas redimendi reditum non præſcribitur.*
14 *Intellect.* l. ſi reſiduum C. de diſtract. pign.

CONSILIVM LVII.

Ad interrogationem noui Senatoris.

OBlatio 1 ¶ fit ad moræ purgationem. Vel ſecundo ad vſurarum prohibitionem. Aut tertiò ad euitandam pœnæ commiſſionem. Aut quartò fit ad pignoris liberationem, vel ad agendum pignoratitia. Aut quintò ad transferendum periculum in aduerſarium. Aut ſextò fit ad debiti liberationem.

2 ¶ Primò caſu quando fit oblatio ad moræ purgationem, tunc ſola ſufficit abſque depoſitione ſeu conſignatione *l. illud. ff. de periculo & commode rei vendi. l. ſi ſeruum. §. vlti. ff. de verbor. obligat.* Ideo datur temedium ad hoc, ne creditor conſtituatur in mora. Bartol. *in l. penultima circa fin. ff. de diſtract. pignor.* quia quando debitor dicit, Sum paratus ſoluere, debet creditur reſpondere, Sum paratus recipere. Quod remedium pro ſingulari commendat Iaſ. *in l. ij lxij. col. C. de iure emphy.* Alexand. *in l. ſi mora. v. columna. ff. ſoluto matrimonio. verſicu. omnes.*

3 ¶ Secundò, quando fit oblatio ad vſurarum prohibitionem, tunc aut quæritur de prohibendo curſu earum incipiendo, aut de iam incœpto. Si de iam incipiendo, tunc ſola oblatio impedit. *l. ſi per te. & l. ex prædiis. C. de vſur.* Sed de curſu iam incœpto, tunc ſola oblatio non prohibet, ſed requiritur conſignatio & depoſitio. *l. ſi creditori. C. de vſur.* Paul. *in d. l acceptum. 3. columna. poſt.* Bald. ibidem, cuius dicta ad hoc multum commendat.

4 ¶ Tertio caſu, quando fit oblatio ad euitandam pœnæ commiſſionem, tunc ſola oblatio ſufficit. *l. Celſus in fin. ff. de arbit. l. traiectitia. ff. de actio. & obligationibus.* Et ſic in quolibet debito conditionali. *l. ſi poſt diem §. item ſi qua. ff. quando dies legati cedat.*

5 ¶ Quartò caſu, quando fit ad pignoris liberationem. Tunc aut fit in iudicio, & tunc ſola oblatio operatur, itaque naſcitur pignoratitia actio. *l. ſi rem. §. vlt. cum l. ſequen. ff. de pigne. actio.* Aut fit extra iudicium, & tunc aut quæritur nunquid operetur quantum ad ius actionis pignoratitiæ, aut quantum ad ius excipiendi. Si quantum ad actionem, tunc ſola oblatio non operatur abſque conſignatione & depoſitione. *d. l. acceptam. l. nec creditores. in fin. C. de pignor. actio. l inimicem. C. de compenſa. l. ſi reſiduum. C. de diſtract pig.* Quantum ad exceptionem opponendam contra hypothecariam, tunc ſufficit. *l. item liberatur.* § *qui patitur. ff. quid. mod pign. vel hyp. ſol.*

6 ¶ Quintò, quatido fit ad transferendum periculum in aduerſarium, tunc ſola oblatio congruo loco & tempore facta, *vt in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutio.* ſufficit non ſolum ad eximendum à periculo: ſed etiam ad transferendum illud ſi creditor recuſauerit vel aliàs in mora conſtitutus fuerit, etiam ſi prius offerens fuerat in mora, quia vlima attenditur, text. *in l. illud. ff. de peri. comm. rei. vend. text. in l. qui decem. in prin. ff. de ſolutio. l ſi debitor. eodem tit. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligationib.*

7 ¶ Et ſecundum cõmunem gl. Barto. & omnium doctrinã *in d. l qui decem.* debitor generis ſumma oblata peremptæ liberatur ope exceptionis, debitor verò ſpeciei ipſo iure. Idem in debitore generis ex cauſa

dotis. & sequi. Philippos Decius, *l. quod te.numer.56. lectura. vlt. ff. si certum pet.*

8 ¶ Sexto & vltimo casu, quando fit ad debiti liberationem, tunc sola oblatio non sufficit, sed requiritur depositio & consignatio *l. si debitor offerat. tunc la glo. ff. de solutio. & l. obsignatione. C eo tit.* Petr. Aochara. *cons. 331. in cap. Visis diligenter. columna 2. in prin.* Bart io *l. prætor. ait. §. si quis paratus ff. de ope. nou nunt. Rom. cons 163 incip. constitutio curiæ. in fi. & cons. 204 incip. Pro discutienda. 2 columna. Bal. in Lucet. in tit. si de feud. fuc. cont.*

9 ¶ Sed quid si debitor non offert neqoe deponit, sed se dicit paratum soluere, & solo verbo offert? Dicit Bart. *in d. l. acceptam.* quod 10 rebus quæ offerri non possunt realiter vt in immobilibus, dicta verba habere vim validæ oblationis. *s. in aut. dos data. C. de donatio. ante nup* aliàs nullum haberent effectum, nisi post talia verba non acceptata creditor vendat pignus, quia tunc potest debitor petere venditionem rescindi *l. si residuum. C. de distrac. pig. l. penul. ff. de rescind. vend.* Bart. *in d. l prætor ait. §. si quis paratus.*

10 ¶ Sed quid si dominus vel creditor noo est præsens, nec aliquis pro eo an valeat consignatio & depositio sioe oblatione? Pau. de Castr. *in d. l. acceptam columna 4. in fin* dicit quod debet adire iudicem, & ibi protestari quod est paratus soluere. *d. l §. creditori. in fin. & expressis in l. vlt. ff. de lege commissor.* Et talis protestatio habet vim realis oblationis secundum eundem Paul. *in l 2. ff. de naut fœnor. l. pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff de oper. no. nun* aliàs autem non sufficeret debitori propria authoritate facere depositum, licet creditor abesset, nec propterea purgaret moram. Et sic secundum eundem Paul. debet intelligi *text. l. pecuniam in fi. & l. cum quidam §. si pupillo. ff. de vsur.* Et si non potest habere copiam iudicis, deberet secundum eum facere istam protestationem coram honestis personis & rogare notarium super eo *d. l. fin. C. de his qui propter met. iud. non appell. & d. §. si quis ipsi prætori.*

11 ¶ Est etiam sciendom, qood ad hoc vt sit obligatio valida, debet fieri loco & tempore congruis. *l. si soluturus. ff. de soluto. glo. in d. l. obsignatione. C. eo tit. l. mora ff. de vsur. l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. cum ibidem not. per scrib.* ideo fieri debet de die, & non de nocte, vt dicit Pet. de Bella Pertica *in repetit. d. l. acceptam.* Hæc ipse scripsi anno 1554 rogatos à iuuene senatore resolutionem huius materiæ dare secundum communem doctrinam quod feci.

11 ¶ Sed posteà maturius cogitans, distinctione facta inueni communem illâ sententiam, de qua. sup. A nu. 2. inueteratum esse errorem, quem plenè confutaui *in tract. com. & vsur. q. 39. cum duabus sequentibus in Lat. & in lib. Gallico q. 51. nu. 276. cum seq.* si enim compensatio ipso iure impedit cursum vsurarum, quæ inceperunt currere, etiamsi compensatio noo opponatur ab homine *l. cum alter. cum. l. seq ff. de compen. l. si constat. l. etiam. C. eo. ti. & tenent glo. Bar. Bal.* Ang. Paul. Fulg. & omnes *in d. l. si constat.* & generaliter vbicunqoe defectus solutionis posset afferre præiudicium vel damoom debitori. Ale. *con. 45. nu. 4. li. 3. cons 74. nu. 4. lib. 5.* Socin. *con 130. ad fi. lib. 4.* Franc. Curt. sen. *consil. 70. col. vlt.* Ias. *§. in bona fidei. Instit. de actio.* Soc. *in l. Iulianus. col 2. nu 9 de con. & demon. vbi ampliat.* Quanto fortiùs oblatio congrua facta ab homine, quæ plus est quàm compensatio non oblata ab homine.

13 ¶ Et ad iura in contrarium ab omnibus allegata solotionem dedi cum multis nouis intellectibus *in d. tract. vsur. Lat. q. xxxix.* vbi ampliaui etiam ad reditus redimibiles, quæ ampliatio debet intelligi quando liquidum est reditum esse redimibilem: secus si creditor habet iustum errorem facti & putaodi reditum non esse redimibilem, quia non tenetur dimittere ius indiscussom, oec propterea subire periculum, *in l illud. ff. de per. harr.* ergo tuec perdere interim reliqua nisi facta coosignatione per debitorem, vocato creditore, *iuxta. d. l. acceptam. C. de vsuris. l. obsignatione. C. de soluto.*

14 ¶ Sed errot iuris huiusmodi creditorem non excusaret, secundum oouam nostram & veram sententiam, putà si creditot putaret 30. vel 40. annis præscriptam facultatem huiusmodi reditus redimendi, contra ea quæ nouè scripsi *in d. trac. vsur. Latino. q. 17. Galli. q. 3.*

15 ¶ Pariter qood sup. nu. 1. secundum communem sententiam, de ea tantùm à mox fututo Consiliano rogatus respondi solam oblationem extra iudicium non sufficere ad pignoris liberationem ad agẽdum pignoratiua: falsum & ineptum est, quia libellus pignoratitiæ oblationem eriam iudicialem cootinet, tum sine actione, & extra iudicium sola realis & congrua oblatio impedit ipso iure pignorum venditionem. text. *in l. si residuum in 2. respons. ibi, sine oblato superflue. C. de dist. pign.* quod intelligitur etiam extra iudicium, prout indistinctè loquitur, quamuis *prin. d. l. si residuum.* loquatur de oblatione iudiciali, etiam non reali. Et ita debet d. l. rectè intelligi, & in vtroque responso distingui, quamuis nemo ante nos animaduerterit.

EPITOME

EPITOME CONSILII LVIII.

1 *Gesta per procuratorem reuocatum, etiam ignorantem nulla sunt.* 49.
2 *Mandatum non obstante pacto vel iuramento, reuocari potest.*
3 *Sed in beneficijs ecclesiasticis reuocatio procuratori vel superiori notificanda est.*
5 *Sufficit alterutri etiam clàm notificatum.*
6 *Et sine notificatione sufficit perueniens ad notitiam.*
7 *In mandato ad resignandum in fauorem Titij sufficit notificare notificationem Titio.* 8.
9 *Cle 1. de renuntia. non habet locum in xenodochiis, leprosariis, & similibus quæ non sunt propriè beneficia.* 10.
11 *Patronus laicus non potest variare nisi accumulando.*
12 *Rex non habet nominationem ad monasteria jure patronatus, sed indulti temporalis.*
13 *In electiuis & collegiatis non est locus iuri patronatus.*
14 *Sed hæc nominatio est tantùm quoddam præparamentum, nec vllũ ius spirituale tribuit.*
15 *Patronus liberè reuocare potest, & alium præsentare ante præsentationem primi admissam.*
16 *Quia non est præsentatio nisi postquam peruenerit, & admissa fuerit ab eo cui fit.*
17 *Aliàs dicitur tantùm quædam destinatio.*

THEMA CONSILII LVIII.

LVdouica de Felins Abbatissa monialiũ thesauri in Neustria ordinis Cistercienſis diœcesis Rothomagensis, cupiens resignare io fauorem Claudiæ de Felins neptis suæ, impetrat breue voluntatis Regiæ.

1 ¶ Quod Aulici vocant *le placet*, eò qnòd huiusmodi ambitionis seruus seruáve supplicat Regi, vt sibi placeat autborem esse huiusmodi corruptelæ, id est, vt præsentet vel nominet Papæ, vel ei supplicet resignationem admittere, & prouidere supplicaoti. Quod cùm Rex concessit, Secretarius eius breuiculum placiti regis conficit, super quo expedinotur posteà literæ regiæ sub sigillo præsentationis, nominatioois, vel supplicationis regis ad Papam, vel inuenta breuiori praxi, breue illud Romam mittitur ad legatum regium, qui mox vt taoquam vero breui subscripserit: Papa non minorem fidem adhibet quàm literis parentibus Regiis, eius sigillo munitis.

2 ¶ Breue autem illud factum Anoo 1532. sed post octo annos 1540. Rex illud reuoeauit, & reuocario significata dictæ Ludouicæ, nibilominus illa in vim dicti breuis resignauit die vicesima Februarij anno 1542. in manus Papæ: qui admisit & contulit dictæ Claudiæ anno 1542. deinde duodecima Martij 1542 fit edictum regis generale publicatum & registratum in magno Cõsilio regis, huiusmodi placita seu breuia pro mooasteriis vel prioratibus virorum vel mulierũ si declarantur nulla, nisi sint iofra semestre datæ expedita, hoc est admissa, & prouisio facta per Papam: in quo edicto fit mentio præcedentis declarationis factæ suo legato apud Papam, qua legato suo prohibuit expedire vel expediri curare aliquas bullas vel prouisiones super huiusmodi breuibus vel nominationibus Regiis annum excedentibus.

3 ¶ Item edictis Regiis prohibitum est possessionem capere alicuius monasterij vel beneficij ad nominationem Regis spectantis nisi prius bullæ papales consilio Regio exhibeaotur, & tunc si non displiceat, permittitur & expediuntur literæ commissionis sub sigillo Cancellariæ Regiæ ad iudicem regium loci, vel alium delegatum ad exequendum dictas bullas, & mittendum impetrantem in possessiooem, aliàs per procuratorem regium in magno Consilio tanquam ab abusu appellatur ab executione bullarum, seu qua uis alia fulminatione & possessionis apprehensione.

4 ¶ Preterea buiusmodi breuia non possunt per Papam retenta pensione ipsi resignati expediri, nisi in eodem breui mentio facta sit de dicta retentione pensionis, & consensu Regis, alioquin bullæ papales pro nullis & abusiuis habentur.

5 ¶ Per obitum dictæ Ludouicæ Ioannes Gaignæus famosus Sorbooicus, primarius Regis Franciſci Eleemosynarius impetrauit breue huiusmodi à Rege pro sorore sua, quod statim Romam transmisit Ruthenorum Episcopo regio apud Papam Legato, qui ei rescripsit decima Aprilis 1544. Papam nolle amplius, vt solitus erat, coocedere monasteria mooialium ad huiusmodi breuia, eo quòd monasteria mooialium non comprehendantur in concordatis. Ideo non vult signaturæ buiusmodi negotiationis subscribere prætextu clausulæ pro qua scripsit Rex Christianissimus, sed loco illius clausulæ ponenda est clausula de eoosensu maioris patris conuentus dicti monasterij, seu de consensu medietatis.

6 ¶ Et quod mediaote hac clausula exhibitis etiam literis dicti breuis Regij manu dicti Legati subscriptis, expediuotur omnes prouisiones huiusmodi Romæ alio non requisito nisi bullarum pretio. Nunc anno 1545. lis pendet in magno Consilio regis super dicto monasterio inter dictam Claudiam de Felins resigoatoriam & sororem dicti Gaignæi Sorbonici prouisam per obitum.

CONSILIVM LVIII.

VIsis bullis vtriuſque partis edictis, themate, factis & quæſtionibus, breuiter reſoluendo dico potiores eſſe partes vltimæ prouiſæ per obitum, vtpote reſignatione non ſubſiſtente.

5 ¶ Nec obſtat breue illud & nominationem Claudiæ præſentatam fuiſſe Papæ & quod ſuperueniens reuocatio & mutatio voluntatis Regis non fuit notificata Papæ nec dictæ Claudiæ de Felins, quia etiam ſi breue illud mandato comparetur, certum eſt in iure quod geſta per procuratorem reuocatum, etiam ſi ignorauit reuocationem, ſunt nulla. *text. in l. ſi pater. in pr. ff. de manumiſſ. vindict.*

2 ¶ Ratio in promptu eſt, quia mandatum non dependet à voluntate duorum, ſed à voluotate ſolius mandantis, in tantum quod non valet pactum, nec iuramentum, nec reuocari poſſit, ſed hoc non obſtante reuocari poteſt. text. in l cum præcario. ff. de præcario. Et vſque adeò dependet à ſola voluntate mandatis, vt ea finita, puta morte ciuili vel naturali mandantis, finitur vel reuocatur l. mandatum. C. mandati. cum vulgaribus.

3 ¶ Verum eſt quod in beneficiis & perſonis Eccleſiaſticis dicta regula ſingulariter limitatur per cle. de renuntia. vt non valeat reuocatio mandati niſi notificata procuratori, vel ſuperiori, apud quem mandatum reſignationis exequendum eſt, nec requiritur notificari vtrique, ſufficit alteri. Sed hîc notificatio facta erat dictæ Ludouicæ, cui breue illud datum erat: igitur aliud non requiritur, etiamſi eſſet verum mandatum ad reſignandum. Atqui breue illud non eſt mandatum de quo in d. cle. vnica. ſed ſimplex permiſſio facta dictæ Ludouicæ: igitur reuocari poteſt, prout de iure communi ſine forma d. clementinæ vnicæ.

4 ¶ Confirmatur, quia dicta reuocatio notificata fuit dictæ Ludouicæ rebus omnino integris, imò biennio & ſeſquimenſe ante vllam executionem: igitur perinde eſt ac ſi dicta Ludouica nullum vnquam breue, nullam permiſſionem habuiſſet, & conſequenter nulla reſignatio, nulla admiſſio, nulla prouiſio dictæ Claudiæ ex tanto interuallo facta.

5 ¶ Præterea etiam in terminis ſpecialibus. d. cle. de renuntia. ſufficit reuocationis notificationem fieri ſoli procuratori, etiam clàm, vt decidit Felynus in capitulo, capitulum ſanctæ crucis. *in ampliat. 2. extra de reſcripe.* & probatur per text. in d. cle. quæ contentatur notificatione facta ſoli procuratori, qui poteſtatem recipit duntaxat, nec diſtinguit: igitur indiſtinctè debet accipi ſiue clàm ſiue palàm reuocetur & notificetur, alioquin non eſſet verum ſatis eſſe notificari ipſi ſoli procuratori, vt vul. text. *in dicta clementina vni.* tum de facili fit recurſus ad dictam regulam & iuris commune. *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.* vtque minus corrigatur ius commune *c. ſtatutum, & ibi glo. Geminia. Philip. Franc. de præb. in ſexto.*

6 ¶ Fortius confirmatur, quia per d. cle. limitantem regulam iuris communis non requiritur reuocantem ipſum nomine ſuo, vel per certum nuntium aut epiſtolam procuratori deſtinatam reuocare, ſed ſufficit reuocationem quoquo modo peruenire ad notitiam procuratoris reuocati, vt patet per text. de cle. per quam relinquitur locus regulæ & iure communi à tempore dicti ſimplicis notitiæ, ſine alia notificatione, quamuis iure communi notificatio nec notitia quidem requireretur, vt per gloſ. & doct. in d. ele. ſed hîc non ſolum dicta reuocatio peruenit ad notitiam dictæ Ludouicæ, ſed etiam ipſimet notificata fuit nomine Regis, idque nõ clàm, ſed palam in præſentia monialium dicti monaſterij ad hoc congregatarum: igitur non dubium quin valuerit reuocatio.

7 ¶ Præterea cum illud breue datum fuerit dictæ Ludouicæ, non ad reſignandum ſimpliciter, ſed ad reſignandum in fauorem dictæ Claudiæ, ſequitur non fuiſſe neceſſarium dictam reuocationem notificare dictæ Ludouicæ: ſed ſatis eſſe notificari dictæ Claodiæ tantum, vel dictæ Ludouicæ tantum, vel quod aliàs ſine notificatione dicta reuocatio peruenitet ad notitiam alterius earum. Et quod in mandato reſignandi in fauorem, ſufficiat notificatio reuocationis alterutri facta, vel etiam ſimplex notitia alterutrius, tenent expreſſim Ioannes Monachus *in rubr. de renuntiat. lib. 6.* Dominicus de ſancto Geminiano *in c. vlt. in fi. de procurat. in ſexto.* Socyn. *in conſilio 564. colum. 2. lib. 2.* Io. de Selua *in tractat. de benefi. parte 3. q. 56.*

8 ¶ Et ita, videlicet ſufficere reuocationem peruenisse hoc caſu ad notitiam alterutrius, ſæpius iudicatum fuit, & maximè ſolenni Areſto ſupremi huius Senatus, lato relatore Do. Petro Matthæo, antiquo Conſiliario, ſolenniter in purpura pronuntiato die decima octaua Maij Veneris ante Pentecoſten, anno ſeſquimilleſimo vigeſimo ſexto. Atqui huiuſmodi reuocatio non ſolùm peruenit ad notitiam vtriuſque, videlicet Ludouicæ & Claudiæ, ſed etiam nomine regio notificata ipſi Ludouicæ, præſentibus & ad hoc vocatis & congregatis omnibus monialibus dicti monaſterij publicè & te omnino integra, tam reſpectu dictæ Ludouicæ, quàm reſpectu Claudiæ. Areſtum.

9 ¶ Rurſus confirmantur prædicta quia d. clem. 1. de renuntia. ſecundum glo. & omnes doct. ibi continet ius ſingulare, quod non debet extendi. *l. ius ſingulare. ff.* Hinc decidit Cardinalis Florent. *in d. cle. vnica.* quòd eius deciſio non habet locum in procuratore conſtituto ad reſignandum hoſpitale, leproſariam, vel xenodochium, ſed quod tunc ſimplex reuocatio abſentis & ignorantis ſine notitia procuratoris vel ſuperioris impedit actum, & reddit reſignationem nullam, & mouetur quia dicta clementina exigens notitiam vltra ſimplicem reuocationem exorbitat in hoc à regula iuris communis, & ſic ſtrictè debet accipi. Cùm igitur loquatur expreſsè de beneficio, tenet Franc. Zabarel. quòd non debet extendi ad reſignationes hoſpitalium, leproſariarum, vel xenodochiorum.

10 ¶ Quia non ſunt propriè beneficia, cùm non conferantur in titulum. Clem. literas de præb. Et eadem ratione non deberet habere locum in beneficiis monialium, quia non loquitur de beneficiis virorum. igitur cùm ſit exorbitans non debet extendi. Facit c. *indemnitatibus. de elect. in vi.*

11 ¶ Minùs obſtat ſi diceretur quod ſaltem eſſet variatio, & quod Rex tanquam patronus laicus non potuit variare, niſi ſaltem accumulando, iuxta notata *in c. quod autem. in c. cum autem. de iure patro.*

12 ¶ Tum quia rex hoc non facit tanquam patronus: ſed in vùn alterius indulti vel bullæ extenſiuæ concordati, quæ bulla vel indultum morte Regis vel Papæ finiuntur.

13 ¶ Tum in electiuis non poteſt eſſe locus iuris patronatus quoad præſentationem, ſed hæc repugnarent. Tum præſentatio non habet locum in Eccleſiis Collegiatis. Panor. *c. ſacroſancta. extra de elect. & in c. nobis. extr. de iure patr.* Rochus Curt. *in rep. rubr. de iure patronatus. in verbo, in eccleſia. num. 4.*

14 ¶ Hæc ergo nominatio, quæ de ſe merè ſpiritualis eſt, non eſt ius patronatus, nec præſentatio.

Quòd

Quòd ſi dicas, quomodo ergo hæc nominatio cadit in laico contra dictum *c. ſacroſanctæ. de elect. & c. decernimus. extra de iudic. & omnia iura pontificia?* Quidam auſus eſt dicere, quod Rex & Papa ſunt ſupra omnia illa iura vt poſtmodum *ſ. innotuit. de elect. c. propoſuit. de conſtit. prab.* Sic ergo eſſent ſupra Concilia totius Eccleſiæ, quod omnis abſurdum eſt. Ego verò dico, quòd hæc nominatio non eſt niſi quoddam præparamentum, nec vllum ſpirituale tribuit. A

15 ¶ Tum etiam in termioia ſimplicia beneficij patronati, obiectum illud non poteſt procedere niſi poſt præſentationem actualem, & ius ſemel quæſitum ſuperioti per præſentationem ſibi factam, quam acceptauit & admiſit, ſeu pro benè præſentato habuit, qnamuis oondum prouiderit vt in terminis *d. c. quod autem. & d. c. cum autem.* ſecus eſt ante præſentationem factam ſuperiori, & per eum admiſſam noo repulſam: quia tunc certum eſt quòd patronus poteſt mandatum liberè reuocare, iuxta regulam iuris communis, ſaltem iuxta prædicta, vt hìc factum fuit.

16 ¶ Et in iure certum eſt & peraulgatum quòd præſentatio non dicitur præſentatio, niſi pulſauerit aures ſuperioris ſeu ordinarij, imò non eſt ſatis quòd eius aures pulſauerit, niſi admiſerit præſentatum, ſeu habuerit pro ritè præſentato. Præſentatio enim de neceſſitate requirit exhibitionem fieri ſenſibus coopoteis eius cui fit præſentatio. *glan cle. dudum. in verbo Præſentari. de ſepul.* Io. Imol. Panorm. *in c. ex noſtitur. in 2. puta. de iis qua fiunt à prælat. ſi conſ. cap. in c. comparari. col. 1. de appel.* Rochus Curtius *in rep. rub. extra. de iure patro. in princ. num. 6. cum ſeq.* Et tunc demum & non priùa dicitur eſſe facta præſentatio, dummodò is cui fit acceptet, ſaltem habeat pro præſentato, ſecus ſi refutet: quia tunc in eius præiudicium non impeditur etiam patronus laicus variare, per nor. *in c. cum veniſſent extra de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſa res ſeruan. & ibi glaſ. in verbo obtulit.*

17 ¶ Sed ante præſentationem factam, exhibitam & executam ſenſibus illius cui fit, non dicitur aliqua præſentario facta: ſed tantùm quædam deſtinatio. *l. qui abſenti. in prin. ff. de acquirenda vel amittend. poſſ.* & ſic noo dicitur nec dici poteſt eſſe aliqua variauo, vt notant doctores in locis prætatis. patet, quia is qui reuocatione facta de priori oondum ſuperiori præſentato, & per eum admiſſo præſentatur ſuperiori, dicitur ſolus præſentatus & nominatus, nec dicitur habere concurrentem, cùm ſit primus & ſolus præſentatus, quia prior præſentatio non erat præſentatio nec oominatio: ſed ſimplex deſtinatio ante actualem præſentationem, & ſic prorſus reuocabilis & reſolubilis, vt etiam rebus integris reuocata fuit. Ita cenſeo ego Carolus Molinæus I. V. D. & io ampliſſimo ſenatu Aduocatus. Pariſiis. Anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo quarto. B

EPITOME CONSILII LIX.

1 *Aliud dare in anticipationem ſucceſſionis, aliud iure præcipuè præcipui, primum, non ſecundum cenſetur.*

2 *Collatio tacitè prohiberi poteſt: tamen dicitur ſpecialiter expreſſa per relationē ad aliud.* 3.

4 *Aliàs donatio ſimplex vel non indiſtinctè conferenda eſt.* 5. 6.

7 *Mentio ſeruitiorum vel immeritorum in genere, non facit donationem ob cauſam.*

8 *Renuntians ſucceſſioni non donatum ſub quota ſucceſſionis.*

9 *Legata fieri poſſunt in codicillis.*

10 *Dos indiſtinctè confertur.*

CONSILIVM LIX.

VIſo & conſiderato themate, & ſeptem quæſtionibus in eo cootentis, exemplis tractatus matrimonij Baltazaris de Cuieens, & Margaritæ de Sylli, contracti die 7. Februarij, anno 1541. & donationis eidem Baltazari eadem die per patrem factæ, literis originalibus tractatus matrimooij Antoniæ de Cuicens, facti die 1. Iunij, anno 1544. & donationis die ſequenti eidem Antoniæ per patrem factæ, & exemplo teſtamenti Ioaoo. de Cuicens & conſuetudine Comitatus Burgundiæ.

1 ¶ Quantum ad primam quæſtionem ego ſubſcriptus Iuris vtriuſque doctor cenſeo ceſſare collationem & dictum Baltazarem vel eius hæredes minimè teneri conferre prædia vel res in tractatu matrimonij donatas Baltazari, duplici ratione. Prima, quia apparet per ipſum tractatum matrimonij, donationem illam eſſe factam eo pacto, ne donatarius teneretur aliquando conferre, ibi, *Irreuocablement & en preuention.* Aliud eſt enim dicere. *En auancement ou anticipation*: aliud dicere, *En preuention*, quod importat vtiure præcipui vel præceptionis vltra partem virilem, velvltra alios habeatur, & ſic ne conferre teneatur.

2 ¶ Et dato quod aliam forſan vel dubiam recipere poſſet interpretationem, tamen verba teſtamenti diſerta & clara ſunt, quibus pater declarauit ſe nolle donata in eo tractatu matrimonij conferri: & quamus oominatim ſeu formaliter non voluerit Baltazarem conferre, vtendo verbo Collationis reſpectu ipſius Baltazatis: tamen ſatis eſt quod ex verbis ille ſenſus colligitur. *l. gallus. §. quidem relict. ff. de liberis & poſthumis.* Præterea etiam ſi formalis prohibitio requireretur (id quod verum oon eſt) tamen eſſet ſatisfactum, ex quo per latione ad collanonis prohibitionem in aliis perſonis præcedentem, apparet de collationis ſublatione in eo de quo agitur. A

3 ¶ Quod enim per relationem ad aliud exprimitur, cenſetur ſpeciatim exprimi, etiam vbi ſpecialis expreſſio pro forma requiritur de appell. & ibi Pet. Anchara. Card. Flor. *de appellat.* & quod per relationeoi ineſt, dicitur non ſolum ſpecificè, ſed etiam propriè & nun fictè ineſſe. Bald *in l. qui interrogatus. ff. de interro. actio ad hoc l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcripſero de cond. & demonſtr.* Philip Dec *conſil. 29 vbi in annotat. dixi*: Sed in eo teſtamento primò prohibet collationem dotis & mundi muliebris filiæ Barbaræ, deinda ſimilem prohibitionem facit Elizabetæ & Antoniæ filiabus ſuis, ne reneantur conferre pecunias eis datas in contractibus ſuorum matrimoniorum: deinde immediatè addit, *Comme le ſemblable demeurera le traicté de mariage de Baltaz ar.* Si ergo iuber tractatum matrimonij Baltazaris pariter & ſimiliter vt præcedentia B

ſtare: pariter ergo per relationem ad immediatè præcedentia prohibetur collatio de contentis in tractatu matrimonij Baltazari, idque clarum eſt.

4 ¶ Alias indiſtinctè conferendum eſſet ſiue donatio ſimplex vel non, ſiue emancipatio, vel non, *in auchen. ex teſtamento.* C. *de collato.* vbi dixi in annotat. ad Philipp. Dec. Ad ſecundam quæſtionem prima facie videretur idem dicendum, cum ſit donatio facta eodem die, & contemplatione euſdem matrimonij, cuius videtur appendix, & ſic eodem iure cenſenda, nec ſeparanda *l. inter ſocerum.* § *cum inter.* ff. *de pact. dot.*

5 ¶ Sed his non obſtantibus, dico hanc omnino conferendam eſſe: quia aliud eſt tractatus matrimonij, aliud donatio ſeorſim, quamuis eadem die & contemplatione facta, ſed præfata relatio ad tractatum matrimonij duntaxat ordinatur: ergo non eſt in teſtamento prohibita collatio donationis ſeorſim factæ, prout nec in ea donatione vllo modo prohibetur.

6 ¶ Ad tertiam quæſtionem dictus Ioannes pater non potuit Antoniæ donare niſi mediam partem dictæ manſionis & pertinentiarum, & hoc ſtante donatione dimidiæ bonorum factæ Baltazari prout ſtat, ſi nepotes nõ ſint hæredes aui, ſed ſi ſint hæredes, quoniam conferenda etit ſi ſuccedant, & ſic non ſtabit. Confirmabitur (vt ſtare poſſit) donatio manſionis facta Antoniæ, dummodò etiã abſtineat ab hæreditate, quia ſi ſuccedat omninò tenebitur illam donationem poſtridie tractatus matrimonij ſui factam conferre.

7 ¶ Ad quartam, ea donatio non obſtantibus illis conditionibus non eſt onoroſa donatariæ, ſed magis lucratoria, & ſic conferenda, & mentio bene meritorum vel ſeruitiorum in genere nihil relcuat, nec facit donationem ob cauſam. Oldra. *quæſt.* 5 & latè Socin. *conſ.* 295. *colum.* 3. *verſi. tertius caſus lib.* 2 & latè do. Andre. Tiraqoellus *in repet. l. ſi vnquam.* C. *de reuocandis dona. in verbo donatione largitus. num.* 85. *in prima editione, & in ſecunda editione num.* 93. *num.* 97. vbi reprobat contrarium conſilium Philippi Decij. *conſi.* 10. *vbi etiam in annota. reprobaui.*

8 ¶ Ad ſextam, hæc à præcedentibus dependet, quia pars futuræ ſucceſſionis in dotem data, non eſt aliud quam quota ſucceſſionis, quæ haberi nequit niſi ſuccedat. *l. ſi prior.* ff. *ſoluto matrimonio.* Et ſic ſi renunciet hæreditati, non retinebit illam quotam bonorum, ſed duntaxat donationem particularem dictæ manſionis & pertinentiarum, & dotem mille centum librarum, nec non ſupplementum legitimæ ſi fors opus ſit.

9 ¶ Ad ſeptimam, nihil vltra neque titulo legatariæ, neque titulo donatariæ, quia legatum non fit niſi in teſtamento, vel etiam in codicillis, vt dixi *in l.* 1. §. *ſi quis ita. de verbor obligat. in lect. Tubingenſi, non autem in contractu.*

10 ¶ Donatio verò futuræ portioois ſucceſſionis nihil aliud eſt quàm pactum quod ſuccedet pro ſua virili, & ſic tanquam hæres confetendo & confundendo in ſucceſſione ſiue hæreditatio iure, & in ſumma nihil aliud quam quod portio futura & hæreditaria legitima caderet in dotem, dos autem indiſtinctè confertur. *l. quum nouella.* C. *de inoffic teſt.* Et ſic nulla hic prodeſt ſubtilitas. & ita cenſeo & reſpondeo ego Carol. Molinæus I. V. D. Franciæ & Germaniæ Iuriſcõſul. Vvirtembergenſis Ducis & Comitis Montbelgardenſis Conſiliarius, in quorum fidem manu propria his ſubſcripſi Dolæ die 18. Nouemb. Anno 1555.

EPITOME CONSILII LX.

1 *Donatio facta abſenti & ignoranti non valet.*
2 *Notarius non poteſt acceptare pro abſente & ignorante & non ratificante.*
3 *Nec etiam iudex.*
4 *Ratificatio fieri non poteſt poſt obitum donatoris.* 8.
5 *Mortuo diſponente non perſeuerat eius conſenſus.*
6 *Quando in donatione reſeruatur poteſtas reuocandi, non poteſt dici donatio inter viuos.*
7 *Reſeruatio teſtandi & legandi & ad pias cauſas, generalis eſt, nec ad pia reſtringitur.*
9 *Tabellio vt ſeruus publicus poteſt aliq ſtipulari tam in iudicialibus quàm extraiudicialibus.*
10 *Et eſt vetus practica totius mundi.*
11 *Sed priuatus nomine alterius ſtipulando nihil agit, niſi ſecuta ratificatione infra tempus quo actus geri poteſt.*
12 *Sed notarius acquirit abſenti & ignoranti ſtatim ſine ceſsione.*
13 *Etiam dominium & poſſeſsionem nedum obligationem perſonalem.*
14 *Nec contrahens poteſt ante ſcientiam, & ratificationem abſentis pœnitere.*
15 *Reſeruatio teſtandi ſuper rebus donatis intelligitur de parte vt non vitiet donationem.*
16 *Clauſula per ſe ſtans refertur ad omnia præcedentia.*
17 *Intellectus.* l. ea tamẽ adiectio. ff. de legat 3.
18 *Reſeruatio facultatis teſtandi, non de omnibus, ſed ſecundum dignitatem perſone intelligitur.*
19 *Valet donatio inter viuos cum pacto reuocandi in certo caſu vel euentu tantùm.*
20 *Secundus donatarius non poteſt vendicare, ſed agere condictione ex donatione vel* l. quoties. C. de donatio. quæ ſub mod.
21 *Non curatur de formula & nomine actionis.*
22 *Multa Areſta lata contra opinionem Philipp. Dec in conſil.* 226.
23 *Reſolutio in iure & praxi.*

CONSILIVM LX.

VOD præfata donatio non valeat & ſic inefficax, probatur multis rationibus.

1 ¶ Primò, quia dicta Ioanna de Ancedina ſecunda donataria, in defectum Ioannis primi donatarij, erat abſens, & non fuit certificata per nuntium vel epiſtolam, nec alias per Ludouicum de Nauis donatorem, imò ſemper ignorauit quandiu vixit donator, & nunquã acceptauit illo viuẽte, & ſic donatio temãſit nulla & in fieri, ex defectu concurſus ſimultanei cõſenſus, in quo cõſiſtit ſubſtãtia donatio-

nis, & cuiuſlibet contractus. *l.* 1. ff. *de pact. l. conſenſio. ff. de actio. & oblig.*

2 ¶ Non obſtat quòd notarius expreſsè receepit, acceptauit & ſtipulatus eſt pro dicta Ioanna: quia acceptatio & ſtipulatio notarij non facit quod abſenti ius vel actio acquiratur, niſi demum ſecuta ratificatione, qua ſecuta actio acquiritur abſenti ſine alia ceſſione, vt decidit Paulus de Caſtro *in conſil.* 196. *viſis his quæ narrantur. lib.* 2. Steph. Bertr. *in conſ.* 116. *in fin. lib.* 2. *& in conſ.* 304. *incipiun. donatio. lib.* 3. *prius impreſſorum per Simonem Vincentium.*

3 ¶ Facit quòd idem in ſortitionibus terminis vult Bart. videlicet in iudice *in l.* 4. §. *hoc autem iudicium. colum.* 2. *verſic. credo tamen.* ff. *de dam. infecto.* vbi dicit quòd ſi iudex officium ſuum interpoſuerit pro abſente, non habet effectum niſi ſecuta eo habitrione.

4 ¶ Ratificatio autem ſemper debet fieri iotra tempus quo actus debet & poteſt fieri. *l. bonorum poſſeſſionem.* & ibi Angel. *ff. rem ratam haberi. glo. in verb. quem ſit in fin. de electio. in* 6. Alex. *in conſ.* 135. *lib.* 2. Et ſic huiuſmodi ratificatio debet fieri viuo donatore, & non poteſt fieri poſt illius obitum, quia tunc non poſſet amplius actus geri. Et ita in terminis donationis non obſtante acceptatione notarij, vt non poſſit ratificari poſt obitum donatoris vel ius tempore medio alteri quæſitum, decidit Philipp. Dec. *in l.* 1. *volum.* 6. *nu.* 22. *C. de pactis. & in l. contractus. nume.* 16. 17. ff. *de reg. iur. & conſ.* 226 *mag.* Ioan. de Albineo *conſ.* 146. *& in conſ.* 247. *in cauſa magnifici Baronis. & in conſ.* 242. *in fin. & in conſ.* 464. *& in conſ.* 131. *in fin. in conſ.* 598. *in fin.*

5 ¶ Et quòd non poſſit acceptari nec ratificari conceſſio vel diſpoſitio alicuius etiam Imperatoris poſt illius mortem, decidit Alex. *in conſ.* 24. *ponderatis his. vol.* 3. *lib.* 5. Vbi reddit rationem, quia mortuo diſponente vel ſcribente, non poteſt dici quòd eius diſpoſitio vel ſcriptura loquatur, ſiue quia perſeueret eius conſenſus, prout etiam decidit Anton. de Butri. quem ibi ſequitur Ioan. de Imo. *in c. vlt. de conſeſ.*

6 ¶ Secundò, quia dicta donatio reuocata fuit per ſubſequens teſtamentum dicti Ludouici, prout haberet expreſſam clauſulam reuocabilitatis in hunc euentum. Nec obſtat quòd præfata donatio intitulatur inter viuos & irreuocabilis. Tum quia illi titulo derogatur per clauſulam reuocabilitatis ſequentem. *l. pacta noniſſima. C. de pact.* Tum quia ille titulus intelligitur excepto caſu in quo in eadem donatione reſeruatur expreſſa poteſtas reuocandi, videlicet teſtandn vel legando.

7 ¶ Nec obſtat quòd ſi dicatur quòd d. clauſula debet intelligi de diſpoſitione teſtamentaria facta ad pias cauſas duntaxat, quia io dicta clauſula verbum Legare ad pias cauſas, non ponitur ſimpliciter, ſed cum copula: & ſic ſtat augmentatiuè. *l. ea tamen adiectio. ff. de legat.* 3. vnde non poteſt inducere teſtrictionem reſeruationis teſtandi præcedentis per regulam *l. legata inutiliter. ff. de leg.* 1.

8 ¶ Et quòd donatio non poſſit acceptari poſt obitū donantis nec valeat, nondum octo anni per Arreſtum huius ſenatus obtinui in hac ſpecie, Ioannes Morbiet contra notario, & teſtibus terram de Villiers le Moyer in Præſidiatu Carnotenſi ſitam donauit vni filiorum Ludouico Moyet, qui poſt obitum patris volebat dictam terram ſibi donatam accipere, & ab hereditate abſtinere, ſed quia viuente patre non acceptauerat, dictum fuit per Arreſtum pronuntiatū die 16. Maij, anno ſeſquimilleſimo quinquageſimo trigeſimo primo, quod terra dicta tertia inter alios filios (pro quibus ſcripſi) vt hereditaria diuidereture, ſaluo quod ſi donatarius ſuccedendo poſſet in diuiſione hereditatis concurrere.

9 ¶ Quibus non obſtantibus contrarium dicendum eſt præfatam donationem validam eſſe: quia licet priuatus non poſſit alteri ſtipulari directo, ſed poſſit ſibi ſtipulari nomine alterius, quo caſu requiritur ceſſio & ratificatio tempore debito, vt per Bartol. & communiter docto. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbor. oblig. Inſt. in l. huiuſmodi. in princ. col.* 4. *ff. de leg.* 1. Tamē iſtud fallit in tabellione, quem notarium vocant, qui ratione officij, & quia eſt ſeruus publicus ad hoc deputatus, poteſt alteri abſenti & ignoranti ſtipulari, & acquiritur ius & actio ſine ceſſione vt docet Bartol. & omnes *in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. per l. non aliter. ff. de adopt. l.* 1. §. *eligere. ff. de magiſtrati. conue. l.* 2. *C. de magiſtra. conuen.* & latè Alex. *in dicto §. ſi ſtipuler. colum.* 3. *idem concludit Bart. in l. nec ei. §. nec eorum. verſ. quæro nunquid tabellio.* ff. *de adoptio. in l.* 2. *ff. rem pupilli. ſal. fore.* idem tenet Bald. *in l. Caius Seius. ff. de vſur. verſic. vlt. per illum text. ſine in iudicialibus, ſiue in extraiudicialibus*: & idem decidit *in conſil. incip. verba Cyn. quod eſt conſil.* 63. *lib.* 1. *in veteri. Brixie, & conſil.* 200. *lib.* 2. *in noua Lugdunenſi impreſſione.*

10 ¶ Addit Bald. in d. l. Caius Seius. quod iſtud approbatur per practicam totius mundi, & ante eum hoc ſcripſit Albericus *in l. non enim aliter. in princip. ff. de adoptio.* quod totus mundus ſeruat, quod tabellio poſſit alteri ſtipulari: & citat gl. Accurſij vbique, & Bal. *conſil.* 146. *Præmiſſis verbu. in fin.* dicit quod hæc conſuetudo ſeruatur quaſi per totā Italiam. Bald. *in l.* 1. §. *exigere. in verbo ſeruus. ff de magiſtra. conuenien.* idē Salycet. *in l.* 2. *C. de adopt.* & notarium poſſe alteri ſtipulari latè tenet Baldus *in l. non enim aliter. de adoptio. in l.* 1. *col. penult. C. per quas perſ.* Ludouic. Roma. *in conſ.* 513. *incipiē. in caſu propoſitæ. verſic. item erit & ſi notarius.* Steph. Bertrand. *in conſil.* 12. *incip. quilibet. lib.* 1. & eſt ratio, quia inquantum eſt ſeruus publicus cenſetur habere mandatum à lege vel ab ipſa vniuerſitate acceptandum & ſtipulandum pro quolibet de vniuerſitate. Idem tenet Carolus Ruinus *conſ.* 119. *primo per ordinem. nume.* 6. *cum ſeq. lib.* 1. *conſ.* 12. *primo videndum eſt. nu.* 10. *conſi.* 172. *non eſt dubium. nu.* 16. 17. *lib.* 1. *conſ.* 41. *nu.* 5. *& conſ.* 47. *lib.* 9. vbi oppoſitum dicit eſſe ſomnium: loquitur autem de opinione Philippi Decij. id quod Ioannes Fab. Gallus conſuetudinum & praxis Franciæ callentiſſimus teſtatur quod hæc opinio, notarium poſſe cuiuis ſtipulari, ſemper practicabatur. *Inſtitu. de ſatisda. §. ſi vero aliquis in princ.*

11 ¶ Et ſic non requiritur vera & propria ratificatio, quæ debet fieri infra tempus quo actus geri poſſit, ſed ſimplex approbatio inris acquiſiti, quæ poteſt fieri quandocunque: quia hic non agitur de iure acquirendo per ratificationem prout agitur in ſtipolatione nomine alterius facta per priuatum, ſed agitur de iure acquiſito conſeruando. & ſic ſufficit non repudiare, & poteſt approbari quandocunque.

12 ¶ Idem & in propriis terminis de donatione recepta per notarium decidit Bald. *in l. cum ſi ſocer. C. de iure dotium.* quod ſtatim ſine ceſſione acquiritur ius abſenti & ignoranti in tantum quod non licet diſponere pœnitere in præiudicium eius quo notarius acceptauit & ſtipulatus eſt.

13 ¶ In tantum quòd nedum perſonalis actio, ſed etiam dominium mediante conſtituto vel ſimili etiam acquiritur & transfertur in donatarium abſentem ignorantem vt decidit Guido Papæ *in deciſio. Delph.* 49. quod procedit etiam ante ſcientiam & ratificationem.

14 ¶ Ita vt non poſſit interim ante hanc ratificationem pœniteri, nec res alteri dari vel vendi, vt decidit latè philip. Corne. *in conſ.* 60. *videtur in hac colum.* 3. 4. 5. *lib.* 1. *& in conſ.* 2. *columna* 1. *lib.* 4. Et hæc eſt communis & vera opinio, vnde non eſt curandum de præfata contraria opinione Philippi Decij. quæ tanquam contra communem & minus benè fundatam reiicienda eſt per not. *in c.* 1. *extra de conſtit.* Et per hæc, eſt fundata intentio dictæ Ioannæ cum reſponſione ad primum obiectum.

15 ¶ Non obſtat ſecundum, quia dicta teſeruatio A teſtandi, non eſt facta de omnibus bonis donaois, ſed ſuper bonis donatis, & adhuc non ſimpliciter, ſub certo modo videlicet & inquantum teſtaretur vel legaretur ad pias cauſas, qui quidem caſus, non contingit, & ſic remanet donatio non reuocata, quod ptobarut rectè ponderando verba dictæ clauſulæ, in qua non fit reſeruatio diſponendi de omnibus bonis donatis, ſed ſuper eiſdem bonis donatis & verbum ſuper bonis æquè, imò procliuiùs ſe habet ad partem quam ad totum, & ſic aſſumendo partem ſecundum quam actus principalis valet, & non vitiatur, prout fieri debet *l. in ambigua.* ff. *de legib. l. quoties.* ff. *de regul. iur.* Illa verba *Super bonis*, debent intelligi de parte bonorum donatorum, & non de toto.

16 ¶ Tamen in hoc non facio vim, ſed in illa patticula Ad pias cauſas, quæ per ſe ſtatim eadem oratione & conceptione verborum, & ſic ad omnia prætedenna debet teferti & conſequenter nedum ad verbum legate, ſed etiam ad verbum teſtari *l.3. §. 1. ff. de liber. & poſthum. in c. ſecundo requiris. in fin. principij. extra de appellat. l. heres meus. §. uxori ff. de legat. 3.* Et ſic verus ſenſus huius clauſulæ eſt, quod donator reſeruat ſibi poteſtatem teſtandi & legandi ſuper bonis donatis ad pias tamen cauſas, & non aliter.

17 ¶ Noo obſtat copula & *l. ea tamen adiectio.* ff *de legat.3.* quia ille tex. non loquitur de copula, ſed de relaouo ſtanti cum copula vel ſine. Et ſic non facit ad propoſitum, ſed ſumus in tetminis quòd qualitas vel determinano ſequens ad plura verba, tefertur ad C omnia.

18 ¶ Non obſtat quod donatio per d. clauſulam habebat facultatem omnia donata per teſtamentum legandi eccleſiæ, tum quia non eſt verum, ſed intelligitur non de omnibus, ſed de portione ſecundum qualitatem & digoitatem perſonæ, & conſuetudioem tegionis iuata *l. quaro. ff. de iure dot.* Et talis & vetiſimilis eſt mens & modus loquendi & intelligendi. qui in omnibus prædominatur. *l. Labeo.* & ibi Batt. ff. *de ſupellect. legat.*

19 ¶ Tum dato & non conceſſo, qnòd illud obiectum ſit verum, tamen donatio non vitiatur niſi caſu euemente, nec propterea tecidit in donationem cauſa mortis, ſed remanet vera donatio inter viuos, D ſaltem in dictis locis qui iure ſcripto teguntur: quia de iure poteſt fieti donatio inter viuos cum pacto reuocandi in certum taſum vel euentum duntaxat, & tunc remaner donatio inter viuos, & fortitur effectum ceſſante caſu teſeruato, argum. *l. ſi alienum. §. ſi alienam.* ff. *de dona. cauſa mortis.* Igitur attento quòd conſter per diſpoſitiua verba in principio & fine dictę donationis actum eſſe quod eſſet donatio irreuocabilis & inter viuos, temanet donatio inter viuos, dato quòd aliquando certo caſu tetenta ſit poteſtas reuocandi. Et illo caſu ceſſante, ptout hìc ceeſſat, quoniam ſupponitur non eſſe teſtatum vel legatum ad pias cauſas, donatio plenum ſuum & irteuocabilem ſortiretur effectum.

20 ¶ Supereſt videre qua actione poſſit dicta Ioanna agere, in quo dicendum, quòd ſi in perſona Ioannis valuerit donatio, eo quòd fuerit debitè legitimatus, tuoc poſt obitum dicti Ioannis ſine liberis dicta Ioanna non poteſt venire via rei vendicationis, ſed ſolùm condictione ex donatione inxta not. *in l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo.* Si verò donatio non valuit in perſona dicti Ioannis tanquam non debitè legitimati, & ſic incepit valere donatio in perſona Ioannæ, competit illi rei vendicatio, ſicut competiſſet Ioanni ſi fuiſſet babilis.

21 ¶ Tamen quia non curatur de fotmula & nomine actionis, debet concludere ad fines quòd poſſeſſores teneantur ſe deſiſtere ab occupatione & detentione rerum & bonorum comprehenſorum in d. donatione, & pacì dictam Ioannam poſſidere & frui in vim dictæ ſuæ donationis: & ſic omittendo in concluſionibus bæc verba, tanquam de re, ad ſe pertinente, idque ex cauſa, vtque poſſit valere libellus in vtroque capite, tam perſonalis, quàm realis actionis, prout in fine litis à iudicibus inuenietur.

22 ¶ Non obſtat noua opinio Philipp. Dec. *in l. contracta. nu. 22. de reg. iur. in l. 1. nu. 22. C. de pact. & in conſil. 226.* quia idem Philip. Dec. *in l. quo tutela. in fine.* ff. *de regul. iur.* tenet veterem communem, & vſitatá ſententiam, pro qua etiam conſuluit *in conſil. 239. nu. 5. & conſil. 293. colum. 2.* nec ſibi contradicit in d. conſ. 216. magiſter Ioannes de Albanco quia in d. conſil. ſecundus donatarius erat prior in poſſeſſione teali & naturali ante ſcientiam & ratificationē primi, vt ibi in annotat. dixi. Et ſic non obeſt in caſu præſenti, vt dixi ad Philip. Dec. *in l. 1. in penult. annot. in fin. C. de pactis*, vbi de hoc conſilio mentionem feci.

23 ¶ Et pro communi veteri ſententia iudicatum fuit in hoc ſenatu in cauſa do. de Harlus, & deinde anno ſeſquimilleſimo trigeſimo octauo, die Mercurij ante Paſcha pronuntiatum fuit per Areſtum pro Areſta. quodam Taboue ſuper domo ſita in vico Cytharæ huius vrbis, & approbata donaoo facta per maritum nepti ſuæ vxoris abſenti notariis ſtipulannbus, & rurſus pro oepte do de Vé, vbi curator ſtipulatus erat pto nepte abſente, & pariter notarij, nec curatum fuit de ſtipulatione curatoris, quia etat curator ad lites inter tutorem & pupillam, & non ad alia: ſed facta fuit vis in ſtipulatione notariorum & donatio confirmata.

24 ¶ Quæ Areſta non ſunt contraria conſtitutioni publicatæ poſtea in eodem ſenatu anno ſeſquimilleſimo trigeſimo nono, articulo centeſimotrigeſimo tertio, quia illa conſtitutio non loquitur de minotibus qui ſibi ſtipulari non poſſunt, hoc eſt omnodè non poſſunt, etiam ſi ſint puberes, quorum minorum teſpectu ſeruatur antiqua conſiuetudo & praxis, ſed teſpectu maiorum, ſeruatur dicta conſtitutio & noua opinio Phi. Dec. & merito, quia vtilitatis cauſa, & ſic via cuiuſdam diſpenſationis receptum eſt fauore pupillorum, vt ſeruus publicus pro eis ſtipulari poſſit, & vtilem actionem eis quærere. *l. non aliter. cum l. ſequen.* ff. *de adopto. l. 2.* cum duabus *ll. ſequent. ff. rem pupilli ſal. fore. l. quoties. in princ.* ff. *de adminiſt. tutor.*

25 ¶ Quod adhuc intelligendum eſt dummodo actus fiat ſerio, & relinquitur inſtrumentum penes notarios publicos, vel penes amicum donatarij, extra donantis poteſtatem, ſecus ſi donator omnes ſchedas, etiam protocolla penes ſe ttahat in ſua poteſtate: quia tunc appatet, quòd donaoo non eſt cooclusa, ſed vult donator eam pendere à ſua poteſtate, quod eſt repugnans, & ſic donatio non valet etiam E in terminis iuris. nec opinio communis procederet, vt de facto conſului, & obtinui de patre, qui filio abſenti notariis ſtipulanobus dedit quinquagiota iugera, retento vſufructu: ſed matricem a notariis acceptam penes ſe ſeruauit, non valet donatio, etiam ſi donatarius nobt eſſe heres: quia buiuſmodi donatio clandeſtinitate affectata ſuſpecta eſt, & multò magis ſtante conſuetudine quod donare & remere tion valeat, vt dixi *in conſuet. Pariſienſi. §. 160.* Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus iuris vtriuſque Doctor, & in ſupremo Pariſiorum Senatu Aduocatus. Datum Pariſiis, anno ſeſquimilleſimo trigeſimo nono.

CONS.

CONSILIA DVO ANALYTICA.

CONSILIVM PRIMVM ANALYTICVM EIVSDEM AVTHORIS, IN CAVSA ILLVSTRISSIMI DOMINI Martini ab Aragonia, Ducis Villæ Hermoſæ, Comitis Riparcurciæ. cum ſubſcriptione plurium doctiſſimorum Iuriſconſultorum ampliſſimi togatorum ordinis Curiæ Parlament. Pariſienſ.

EPITOME.

1. *Tres articuli totius cauſæ.*
2. *Prohibitio alienationis in rem.* 25. 36.
3. *Relatio fieri debet ad proxima.* 4. 5. 32.
6. *A vulgari ſubſtitutione poteſt incipere teſtamentum.* 50. 87.
7. *Aliud fideicommiſſum in cauſa contrauentionis, aliud fideicommiſſum graduale.* 8. 12. 13. 90. 91.
9. *Prohibitio alienandi res, inducit fideicommiſſum, niſi in caſum conuentionis.* 68. 83. 99.
10. *Intellectus* §. dulciſſimis. *in l.* cùm pater. de legatis ſecundo. 11.
13. *In fideicommiſſo graduali tenet alienatio ad vitam gradati pleno iure domini.*
14. *An requiratur fideicommiſſarium eſſe conceptum tempore alienationis.* 23. 24. 26. 27. 29. 30. 31
15. *Relatum eſt in referente cum omnibus conditionib. ſuis.*
16. *Expreſſio maſculorum inducit ſubſtitutionem aut fideicommiſſum graduale.*
17. *Verbum Maſculos, facit, vt poſiti in conditione, ſint in diſpoſitione.* 46. *Contrà*, 93. 94. 65. 96. 97. 98. 101. 106. 107.
18. *Et eſt communis ſententia datis alijs coniecturis, vt quando poſiti in conditione grauantur.*
19. *Vel proceditur ad plures gradus.* 20. *Vel vocantur maſculi remotiores.* 22.
23. *Fideicommiſſum poteſt dari naſcituris.* 24. 25. 28.
25. *Cautio non debetur, niſi petatur.*
34. *Perpetua excluſio fœminarum, eſt perpetua incluſio maſculorum.* 35.
36. *Onus deferendi vel habendi nomen & arma, facit fideicommiſſum reale. Fallit*, 115.
38. *Non ſufficit teſtatorem velle, niſi diſponat.* 16. *Fallit, quando voluntas ex verbis colligi poteſt.*

39. *Pro ſcripto habetur, quod teſtator interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet.*
40. *Fideicommiſſa in rem, non reſtringuntur, ad quartum gradum, ſed extenduntur in infinitum.* 51.
41. *Qualitas rei facit extendi fideicommiſſum.* 42. 43. 44. *Quædam feuda nobilitant.*
44. *Vaſallorum intereſt, non mutari dominum antiquum.*
45. *Qualitas perſonarum facit extendi fideicommiſſum.* 49.
47. *Sic conſuetudo nobilium.*
48. *An in fideicommiſſis particularibus poſiti in conditione, ſint in diſpoſitione.* 116. 117.
53. *Statuta excludentia fœminas, quando fauorabilia.*
54. *Nepos cenſetur procreatus de proprio ſanguine aui.*
55. *Reſolutio.* 70. 127.
57. *Non rationibus, ſed verberibus erudiendi ſunt dubitantes in ſenſu.*
58. *Legatum ſtatim quæritur ignoranti.*
59. *Ordo intellectus.*
60. *Qui non eſt conceptus tempore ſubſtitutionis extantes, non facit gradum.* 61. 79. 80. 81.
62. *Fideicommiſſum finitur in quarto gradu.* 63. 64. 71. 119.
72. *Proximitas attenditur reſpectu vltimi.* 73. 74. 75. 76. 77. 98.
82. *Verbum*, Peruenias, *rem conſummatam ſignificat.*
84. *Qualitas iuncta verbo, vel euentui, debet adeſſe tempore verbi vel euentus. Adpoſita ad reſtringendum, non ampliant.*
85. *Relatiuum*, Qui, *iunctum verbo futuri temporis, inducit conditionem. Conditio, non eſt leuis ſolennitas, ſed for-*

mâ inducit, qua non impletur per aquipollens.
86. *Subſtitutus debet eſſe in rerum natura, ſaltem tempore extantis conditionis.* 108.
88. *Alia ſunt conditiones, quæ imponantur inſtituto vel ſubſtituto, & alia ſub quib. quis inſtituitur vel ſubſtituitur.*
100. *Poſiti in conditione, non ſunt in diſpoſitione, etiam ſi ad plures gradus ſubſtitutionum proceſſum ſit.* 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107.
109. *Argumentum à conſeruanda agnatione, non extenditur vltra gradum & perſonas expreſſas.* 110. 113. 114.
111. *Prohibitio alienandi, fauore maſculorum facta, non impedit relinquere filiabus ab inteſtato.* 112.
114. *Vnica & expreſſa ratio non ſufficit ad extendendum contra ius commune.*
Diſpoſitio hominis, facilius reſtringitur, quàm ſpoſitio legis.
118. *In nouell.* de reſtitutio. fideicommiſſ. *quatuor gradus computantur ex parte grauati, & non fideicommiſſarij.*
121. *In odioſis appellatione hæredis, non venit hæres hæredis.*
122. *Vulgata authen. ſunt antiqua verſio, temporis ſpatio corrupta.*
123. *Vera hypotheſis authen.* de reſtitut. fideicommiſſi. 124.
Antiochia, cur Theopolis dicta.
152. *Collatio noſtræ hypotheſis cum illa.*

FACTVM, SVPER QVO CONSILIVM PETITVR, TALE EST.

IOANNES Franciſcus de Arinyo, dominus de Cabanas & Figueruelas, in regno Aragonum exiſten. habens vxorem Cathannam de Mur, prægnantem, condidit in extremis teſtamentum. in quo poſt quædam legata, inſtituit hæredem vniuerſalem poſthumum naſciturum, ſub his verbis patriâ ſua linguâ:

» TOdos los otros bienes mios, ſitios mobles & ſe
» mouientes. drechos, vozes, & actiones à mi per-
» te neſçientes & perteneſçer podientes por qualquie-
» re cauſa, via, o raſon, lexo al poſthumo que mi muger
» tiene enel vientre, ſi empero maſclo ſera, el qualquie-
» to, ordeno y mando ſia heredero mio vniuerſal, con
» las condiciones empero & vinclos infraſcriptos. A ſa-
» ber es, qne aquel, o qualquiere otro heredero, o ſuc-
» ceſſor mio, no pueda vender, alienar, o tranſportar
» los dichos lugares, o alguno dellos: & ſi lo fara, tal
» venditron, alienation, o tranſportacion ſea ipſo facto
» nulla & inualida, & no reſmeno ſpierda la dicha he-
» rençia, la qual peruenga al mas çercano pariente de
» mi nombre, & de mis armas, qne en aquel caſo ſe tro-
» bara. el qual con la meſma conditron haya de acce-
» ptar la dicha herençia mia, & aquel qniero è ordeno
» ſea mi heredero vniuerſal. Et ſi el dicho poſthnmo no
» ſera mi hüo, o ſi ſera huo, è morra ſinſe filios legitimos
» maſclos, & de legirimo matrimonio procreados, en
» cada vno de los dichos caſos ſubſtituеſcho & à mi
» hæredero vniuerſal inſtituеſco el dicho Galçeran de
» Annyo mi hermano, con las conditiones ſuſo dichas.

Hoc eſt latinè, *vt vidue & ruditer*:

» Omnia autem reliqua bona mea mobilia & immobi-
» lia, ac ſe mouentia, iura & actiones mihi pertinentia,
» ac pertinere valentia, ex quacunque cauſa, via aut ra-
» tione, relinquo poſthumo, quem vxor mea habet in
» ventre, ſeu de quo eſt prægnans, ſi dictus poſthumus
» maſculus erit: quem ordino & mando eſſe hæredem
» meum vniuerſalem, cum conditionibus tamen & vin-
» culis infraſcriptis. Videlicet, quòd dictus poſtbumus
» aut quicunq; alius hæres aut ſucceſſor meus, non poſ-
» ſit vendere, alienare, aut tranſportare dicta loca, aut
» aliquem illorum: & ſi facier talis venditio, alienatio,
» aut tranſpntatio ſit ipſo facto nnla & inualida, & ni-
» hilominus amittat dictam hærentiam & ſucceſſionem,
» quæ peruenias ad propinquiorem conſanguineum de
» meo nomine, & de meis armis, qui in tali caſu repe-
» rietur: quidem cum eadem conditione teneatur ac-
» ceptare dictam meam hærentiam. Et illum volo & ordino eſſe meum hæredem vniuerſalem. Et ſi dictus « poſthumus non etit filius, aut ſi ent filius, & morie- « tur ſine filis legitimis maſculis, & de legitimo matri- « monio procreaos, in quolibet dictorum caſuum ſub- « ſtituo, & mihi hæredem vniuerſalem inſtituo D. Gal- « ceerandum de Arinyo fratiem meum, cum conditioni- « bu- ſupradictis. «

Mortuo teſtatore vidua peperit filiam, vocatam « Guiomatam quare Galceraudus frater teſtatoris ex « ſubſtitutione ſucceſſit poſteà vendidit dicta caſtra Don Petro de Vacca, & propinquiores agnati, qui tunc erant, videlicet Petrus, Ioannes, & Franciſcus de Arinyo, conſenſerunt dictæ venditioni. Emptor per multos annos poſſedit. Dictus autem Galeerandus poſt dictam venditionem genuit Don Manuelem, qui dicta caſtra vendicare cœpit à filiis emptoris, tanquam propinquior conſanguineus venditoris & teſtatorit, & de eins nomine & armis, excipientibus reis, Manuelem non fuiſſe conceptum tempore dictæ venditionis & contrauentionis, nec tempore quidem landationis factæ per dictos Petrum, Ioannem & Franciſcum: & quòd verba teſtamenti vocant dnrtaxat ptopinquiorem qui in tali caſu reperietur, id eſt, tempore contrauentionis in rerum natura etit. Tandem tranſactione, amicis interuenientibus, facta, Manuel renuntiauit in fauorem Don Alphonſi ab Aragnnia, qui iura reorum emerat, eiq. Manuel omnia iura & actiones ſuas ceſſit. Et diu pòſt, Don Manuel genuit Franciſcum de Atinyo, qui mortuo patre eandem litem moner illuſtriſſimo Don Mattino ab Aragonia dicti Alphonſi filio, tanquam vocatus ad eadem caſtra ex capite rennntionis & ceſſiotis factæ per Manuelem patrem ſuum, quaſi ex noua alienatione ſeu contranentione, dicens patrem ſunm, deinde ſe vocatos fuiſſe quandocunq; naſceretntu. Paul. Caſtr. conſil. 247. lib. 1 Fran Ripa, *in l. Filiusfam. §. diui num. 17. de legat.* 1. Soci. iunior, conſ. 172. lib. 2. Phili. Dec. conſ. 38. Contrà Martinus eandem exceptionem in vtrunque caſum repetit, videlicet nec Manuelem, nec Franciſcum actotem fuiſſe natos nec conceptos tempote prætenſarum alienationum & contranentionum. Et inſuper, quòd ſi Manuel fuit vocatns ex contranentione Galcerandi patris ſui, & laudatione facta per dictos Ioannem, Petrum & Franciſcum: tamen tempore contrauentionis factæ per Manuelem viuebant alij agnati dicti teſtatoris & Manuelis de nomine & armis dicti teſtatoris, qui fuerunt vocati ex contranentione Manuelis, & non actoi diu pòſt natus & conceptus.

Replicat

Replicat actor, quòd ſtatim vt natus, vocatus fuit, licèt non eſſet conceptus tempore dictæ renunciationis: præcipuè quia omnes agnati teſtatoris & maſculi de ſuo nomine & armis ſunt mortui, & nullus maſculus de nomine & armis prædictorum in rerum natura ſupereſt, niſi dictus Don Franciſcus de Arinyo actor. Et verum eſt: tamen nullus contrauenit niſi dictus Galcerandus de Arinyo ante natiuitatem dicti Don Manuelis, & Manuel de Arinyo ante natiuitatem dicti Don Franciſci, & præfati Ioannes Franciſcus & Petrus de Arinyo, qui laudauerunt venditionem Galcerandi, & ſic diu ante natiuitatem Manuelis.

Punctus eſſe videtur, an oportuiſſet dictos Don Manuelem & Don Franciſcum de Arinyo reſpectiuè ſingula ſingulis referendo, fuiſſe natos aut concepros tempore contrauentionis per eos prætenſæ ſtantibus verbis dictæ prohibitionis, & verbis vocationis conſanguineorum, qui in euentum contrauentionis eſſent in rerum natura: & an verba illa, Tali caſu, idem importent ac ſi dictum fuiſſet, Tali tempore.

Ex ſupradicta facti narratione ad elucidandam iuſtitiam Illuſtriſſimi Ducis Villæ Hermoſæ, & Comitis Ripacurciæ, ſequentia dubia oriuntur.

Primùm, an actor ius habeat ex perſona patris Manuelis ex clauſula prohibitionis alienationis contenta in dicto teſtamento, propter alienationem factam à Galcerando?

Secundum, eſto quòd ex perſona patris non habeat (prout non habet) ius petendi dicta loca & caſtra, an illa vendicare poſſit ex perſona propria?

Iam, quò res ſit dilucidior, Genealogiæ figura hîc ſubiicitur.





Quàm ardua & argumentoſiſſima hæc conſultatio, tam vtilis eſt eius diſcutio & reſolutio lanſſimè quidem patens, ſed αὐτοπτῶν peculiari more noſtro neceſſaria tantùm & vtilia deciſionis puncto veritatis & iuſtitiæ tum inquirendæ, tum propugnandæ cauſa, vt litteris ad me cum themate & genealogia è Cæſarea Auguſta miſſis rogatus ſum, perſequar: præmiſſo in gratiam iuriſprudentiæ noſtræ candidatorum, themate à me ſuprà habeſtur abbreuiato,

1 INVOCATO nomine Dei, patris luminum, & Spiritus ſancti grata, per Ieſum Chriſtum vnicum redemptorem & mediatorem noſtrum,

Trecenticull. Totius huiuſce diſputationis cardo, in tribus articulis conſiſtit.

Primus, an dictus Franciſcus de Arinyo, actor, ius habeat ex perſonas Manuelis patris ſui?

Secundus, an ex perſona propria?

Tertius, an ex perſonis patruorum Galcerandi aui ſui paterni aut remotiorum agnatorum in figura genealogiæ deſignatorum, vel cuiuſuis aut vltimi eorum, ſine iure tranſmiſſo, ſine per euentum conditionis fideicommiſſi ab ipſomet teſtatore quæſito? Sed breuitatis ergò, oeve doctoribus ſcrupuloſa curioſitate ſingula non tam diſtinguere quàm froſtulatim ſecare videar, omnes articulos ſub eodem diſputationis tractatu (facilè ab attentis oculo mentis diſcernendos) includam.

2 ¶ Primùm ergo pro actore militant & verba & mens teſtameoti. De verbis liquet ibi: Poſthumus, aut quicunque alius heres aut ſucceſſor meus non poſſit vendere &c ibi: Et ſi faceret, amittat dictam hæreotiam: quæ perueniat ad propinquiorem, &c. Liquet ergo ex ipſa vi & tenore verborum, quod non ſolùm primo loco inſtitutus, non ſolùm ſubſtitutus, ſed etiam quicunque ſucceſſor prohibitus eſt alienare, & ſi faceret, prætet nullitatem actus, grauatus eſt fideicommiſſo, & propinquior conſanguineus de nomine & armis vocatus. Sed conditio fideicommiſſi extitit primò in perſona Galcerandi, qui primus extraneo vendidit, & iterùm extitit in perſona Manuelis eius filij, qui in effectu idem fecit. Ergo actor vocatus eſt, quia eſt proximior de nomine & armis, vtpote filius naturalis & legitimus Manuelis filij primi venditoris, qui erat frater & immediatus heres teſtatoris.

3 ¶ Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ſi actor videatur per dicta verba teſtamenti vocatus: tamen apparet per alia verba eiuſdem teſtamenti excluſus ibi, Qui in tali caſu reperietur, quæ ſunt verba teſtrictiua, quæ ſubſtitutioeem diſpoſitoriam limitant ad propinquiorem, qui tempore dictæ contrauentionis vel extantis fideicommiſſi reperietur. hoc eſt, in rerum natura erit, quia triplex ſolutio datur.

Prima, quòd verba, *in tali caſu*, non referuntur præciſè ad

cisè ad tempus contrauentionis, quia esset facere relationem ad magis remota: sed referuntur ad verba proxima & immediata dilationis nominis & armorum: vt verba, *In tali casu*, idem sint quod verba, In tali casu, vt scilicet is demum sit vocatus qui repetenti in ea causa, conditione vel statu deferendi nomen & arma. Quæ verba & qualitas proculdubio verificantur in persona actoris, qui hodie repetitur, & est propinquior, imò etiam solus consanguineus deferens nomen & arma testatoris. Illud autem explotandissimi iuris est, quòd relatio fieri debet ad proxima regulanter, & non ad remota. De quo remitto ad ea quæ scripsi in Consuetu. Parisiens. §. 37. glossa 1. numero 9.

4 ¶ Secunda solutio, quòd talem verba, *Tali casu*, non debent referri ad verba orationis præcedentis nimis remota, sed ad verbum eiusdem orationis incipientis, quæ peroeniat ad propinquiorem &c. vt non præcisè tempus extantis conditionis ibi ponderetur, sed tempus executionis, & quo res de facto & cum effectu peruenire debet ad propinquiorem, & per eum vendicari, sed hoc tempore inspecto in confesso est ea verba verificari in persona actoris. Quia hoc tempore quo vendicat, vt res ad se perueniant, est propinquior, imò solus reperitur de nomine & armis.

5 ¶ Tertia solutio, quòd hæc verba restrictiua, *Qui in tali casu reperietur*, sunt posita & stant (vt phrasis verborum ostendit) quandiu sunt plures consanguinei, ad designandum, quòd is qui proximior in ea qualitate repererit, præferendus est cæteris. Et sic clausula illa vacat, quando accidit totam stirpem & agnationem testatoris ad vnum solum deuenisse, vt hodie ad solum actorem deuenit. tunc enim cessat ratio delectus & prælationis & consequenter dicta clausula restrictiua vacat, cùm vnus solus de agnatione superfit, & sic non potest fieri restrictio ad vnum ex consanguineis, nec electio, cùm vnicus superfit: & sic ille necessariò vocatus est.

6 ¶ Rursus & secundò, principaliter actorem esse vocatum ex verbis eiusdem testamenti probatur, quia non solùm in vim clausulæ prohibitæ alienationis & in contrauentionis euentum vocatur, vt dictum est: sed etiam in vim fideicommissi gradualis, etiam alienatione & contrauentione cessantibus. Patet, quia masculi cuiusq; instituti, sunt, per fideicommissum successiuè vocati. Sunt enim in ipso tenore & verbis formalibus, & dispositionis testamenti duo instituti, videlicet posthumus masculus primo loco, siue primo gradu, & Galcerandus vulgariter expressè, & pupillanter tacitè, & compendiosè & fideicommissariè expressè substitutus. Et à vulgari, quæ verè & propriè est secunda & directa substitutio, *instit. de vulgar. substitu. in prin. l. mulier. §. vlt. de condit. instit. instituto. l. Gallus in princip.* & ibi gl. *3. de liber. & posthum.* (vtpote deficiente posthumo) incepit testamentum. Sed vt posthumus masculus, si nasceretur & supertwueret, grauatus erat ergo filios suos masculos successiuè, si quos relinqueret, ita & Galcerandus pater ibi, *instituo Galcerandum fratrem meum, cum conditionibus suprà scriptis*, id est, cum omnibus qualitatibus & oneribus adiectis primæ institutioni, & posthumo priore loco instituto.

7 ¶ Quæ sunt in duplici specie & differentia. Prima species onerum, est probibitio alienationis & onus fideicommissi in casum contrauentionis. Secunda species est fideicommissi gradualis in fauorem masculorum descendentium, etiam citra alienationem, quæ duæ species multùm differunt.

8 ¶ Quia prima, si sola sit, id est, per se & vi sua non concurrentib. aliis sufficiennb. ad inducendum fideicommissum graduale, non inducit fideicommissum, nisi in casum & euentum alienationis, seu contrauentionis. Aliàs & interim res iure intestati, non autem iure substitutionis deuoluitur, & grauatus potest in testamento & inter viuos quomodo voluerit, dummodo non contra prohibitionem (videlicet in extraneos) disponere. *l. filius famil. §. cùm pater.* versic. *Sed si omnes filij. de legat. 1. voluntas. C. de fideicommiss.*

9 ¶ Etiam si testator in ea prohibitione adiecerit causam expressam & finalem sonantem in fideicommissum, putà si dixerit, quia volebat posteris consulere. tex. in *d. l. Filiusfam. §. diui.* versic. *quòd si liberis. de lega. 1.* vel si adiecerit hæc verba: *ita enim fiet vt fundus de meo nomine, vel de nomine vestro nunquam exeat.* text in *l. pater filium. §. fundum. de lega. 3.* in l. *cùm pater. §. cum inter.* (secundum verum intellectum.) *de lega. 2.*

Per quos tex. tenent communiter omnes docto. vbique, & est vera & communis sententia, quòd prohibito alienationis quantumcunque causta, etiã causa sonante in perpetuum, & graduale fideicommissum, non tamen ioduxit fideicommissum nisi in casum contrauentionis, id est, non inducit fideicommissum successiuum de vno ad alium gradatim, sed fideicommissum casuale in euentum conditionis dictæ contrauentionis duntaxat. ita Alex. & alij communiter in *l. Filiusfamil. §. diui. de legat. 1.* & in *l. qui Romæ. §. coheredes col. 3.* vbi etiam Soci. *de verb. obliga.* Soci. in *l. si cognatis. de reb. dub.* Philip. Deci. consi. 118. nu. 14. col. 3. & col. vlt. cons. 177. nn. 6. & nu. seq consil. 422 nn. 7. consil. 613. Fran. Curt. Iunior cons 22. Iason consil. 94. lib. 4. etiam si testator addiderit expressam rationem, quia volebat semper remanere in masculos descendentes. Soci. consi. 227. col. 7. libro 2. Caro. Ruinus consil. 227. nu. 12. lib. 1. consil. 96. nu 14. consil. 190. nu. 20. consil. 134. no. 3. nn. 6. libro. 2. Decius. d. consil. 377. no. 7. col. pen.

10 ¶ Et quamvis Bar. in *d. l. pater filium. §. fundum. de legat. 3.* metu contrarij §. *dulcissimus, in l. pater. de legat. 2.* distinguat inter verba prolata per modum rationis, & inter verba prolata per modum enuntiationis cuiusdam euentus: vt priora verba disponant ampliando & inducendo fideicommissum: posteriora vero forma non disponat nec ampliet: tamen ea distinctio legem verbis imponens, contra *l. vlt. C. de vsur. l. 2. C. communia de legat.* non est vera. sed idem dicendum de priore verborum formula, nisi aliud vt dixi, concurrat. Quia verba etiam per modum rationis apposita, non augent nec extendunt fideicommissum: quia veniunt accessoriè, & sic non ampliant dictum: *Clem. 1. in fi. depraben.* Sed restringuntur ad casum dicti præcedentis. Deci. d. consil. 377. numero 6. Intellec. §. dulcissimus contra Bar.

11 ¶ Non obstat *d. §. dulcissimus.* facilis enim & vera solutio est quod ratio ibi apposita tendit ad restringendum legatum & onus, quod est fauorabile & præsumpnoni iuris conforme. *l. apud Iulianum. §. scio. de legat. 1.* Sed in *d. l. pater. §. fundum.* tendit ad augendom onus, quod est odiosum: & sic in dubio non auger nec disponit, sed ad limites dicti. cui accedit, restringitur. Et sic *d. §. dulcissimus.* nullo modo discordat, vt putauit Bar. sed concordat cum *d. §. fundum.* quia in vtroque §. dicitur, quod illa verba etiam per modum rationis adiecta, debent potius fauore liberationis, & ad restringendum onus, quàm ad illud ampliandum, intelligi.

12 ¶ Secunda verò species onerum adiectorum posthumo primò instituto, est verum fideicommissum graduale & successiuum, in quo non est expectãda condition vel euentus contrauentionis, vt sit locus fideicommisso, sed continuum grauamen inest, & sequenti in gradu debetur fideicommissum tanquam ex alienum, non inspecto tempore alienationis seu contrauentionis, de quo in hac specie *videre nihil inest*: quia huic gradiali fideicommisso non aperitur locus nisi

pet obitum præcedentis in gradu.

13 ¶ Ad priorem ſpeciem ſpectant. *l. Filiusfami. §. diui § cum pater. de lega. 1. l. pen. §. fratre. de lega. 1.* Quod etiam viuo alienante ſtatim non expectata eius morte deuoluitur ius ad proximiores, qui tunc reperiuntur, prout etiam loquitur & diſponit teſtator in ea clauſula teſtamenti, in qua de hac ptiori ſpecie loquitur. Ad ſecundam verò ſpeciem ſpectant. *l. vlt. §. fin autem. C. communia de legat.* & ſimiles, quòd interim tenet alienatio in via alienantis reſpectu ſequentis vel ſecuturi in gradu, quia extante conditione fideicommiſſi gradualis per obitum alienantis: tunc ſequens in gradu in rerum natura exiſtens ipſo iure vendicat, quantumuis interim reſpectu ſequentis in gradu emptor plenum ius & dominiom habeat. *l. non ideo minus. de rei vendic. l. generaliter. qui & à quib. manu. liberi non ſunt. l. 2. §. ſerus appellatione. D. ad Syllania.*

14 ¶ Quamuis ergo Manuel non eſſet in rerum natura nec conceptus quidem tempora alienationis factæ per Galcerandum patrem ſuum, & ſic allegari poſſit, quòd ex capite alienationis, & ex prima clauſula onerum teſtamenti non ſit vocatus: tamen ſatis eſt, quòd tempore obitus Galcerandi erat natus naturalis & legitimus filius, & ſic comprehenſus & vocatos ex ſecunda ſpecie, quæ eſt fideicommiſſi gradualis, & ex ſecunda clauſula onerum teſtamenti, quæ incipit, Et ſi dictus poſthumus. quæ etiam in Galcerando tepetitur ibi, *Cum conditionibus ſupradictis.* Et pariter quamuis Franciſcus de Arivyo actor non eſſet conceptus tempore renuntiationis & ceſſionis facta per Manuelem patrem ſuum: tamen ſatis eſt, quòd tempore obitus Manuelis erat eius naturalis & legitimus filius maſculus, & ſic in ſubſtitutione graduali maſculis, & de maſculis facta, comprehenſus & vocatus.

Pag. 7. lines 6.

Relatio relatum implicat.

15 ¶ Non eſt enim dubium, quin illa formalis & expreſſa relatio, ibi: *Cum conditionibus ſupradictis.* ex vi & proprietate verborum contineat & tepetat formaliter & ſpecificè quidquid eſt in termino relato, videlicet in omnibus condnionibus ſupraſcriptis in eodem teſtamento. *l. Si ita ſcripſero. l. Æſſe toco. de hæredib. inſtitu. l. Inſtituto talis. de conditio. & demonſtra. l. In ſumma. de re iudic. l. Vbi autem non apparet. §. illud. de verbor obliga.* decidit Bald. in *l. Si defenſor. §. qui interrogatus.* verſic. *niſi forte.* per illum text. *de interro. actio.* & in conſil 212. Ea quæ lib. 5. conſ. 138. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 47 vbi in annota. dixi. & in conſuetud. Pariſien. §. 45. num. 18.

16 ¶ Quòd autem clauſula illa teſtamenti: *Si erit filius & morietur ſine filiis legitimis maſculis.* importet fideicommiſſum graduale in fauorem filiorum maſculorum, probatur: quia incluſione maſculorum excluduntur fœminæ. Quod non poteſt eſſe, niſi maſculi vocati ſint, & ſic in diſpoſitione. Atque ita quamuis, aliàs ſecundùm crebriorem ſententiam liberi poſiti in conditione, non ſint in diſpoſitione, ſed relinquantur ab inteſtato. *l. Lucius Titius. 2.* & ibi gloſ. vlt. Bart. Imol. & alij. *de hæred. inſtituen.* Quamuis multi aduerſus illam communem ſententiam contrarium tencant multis rationibus, de quibus per Alex. conſi. 185. lib. 2. & per Anton. Corſet. In repertorio, in verbo, *ſubſtituto.*

Verbum maſculi.

17 ¶ Tamen quando liberi non ſunt ſimpliciter & indifferenter poſiti in conditione, ſed differenter & com expreſſa adiectione maſculinitatis, quòd tunc non ſint in ſimplici conditione, ſed etiam in diſpoſitione, nempe vocati & inſtituti, decidit Guido Papa, q. Delphi. 184. & mouetur per decſionem Bar. in *l. Liberorũ. col. pe. de verb. ſignif. & in l. 2. §. videndum. ad Tertylia* quod in terminis ſtatun dicẽtis, quòd filia extantibus maſculis nõ ſuccedat, maſculi vocati ſint & in diſpoſitione. & opinionem Guidonis Papæ refert, &

A ſequitur Philip. Deci. in l. 1. col. 3. nn. 16. & ibi Franciſ. Cur. iuniot, n 14. dicens ita fuiſſe iudicatum. *C. de pact.* Idem Curt. iuniot, conſil 43. col. 3. conſil. 48. col. 4. conſil. 69. col. 2. conſil. 87. in princ. conſil. 128. num. 16. Carol. Rui. conſil. 167. nu. 9. libro 3. Ludouic. de Gozadi. conſil. 26. nu. 12. conſil. 64. nu. 7. conſil. 87. col. 4. Iaſon conſi. 232. lib. 2. Hierony. Gratus conſil. 48. col. vlt libro. 1. conſil. 31. num. 19. lib. 2. Ayino Ctaueta conſil. 130. nn. 2. Anto. Rube. conſil. 120. col. 1. & ante omnes iſtos idem tenuit Philip. Corne. conſil. 146. col. 1. conſil. 174. lib. 2. conſil. 272. lib. 4. Philip. Deci. conſil. 170. conſil. 270. conſil. 318.

B 18 ¶ Et dato, quòd hæc opinio ſit controuerſa multis contrarium tenentibus, videlicet quòd vt filij poſiti in conditione, cenſeantur vocan & in diſpoſitione, non ſufficit quòd ſint poſiti in conditione ſub qualitate & contemplatione maſculinitatis: Tamen quando cum hoc aliæ coniecturæ ſimul concurrunt, tunc communis eſt ſententia quòd ſint vocati, & in diſpoſitione: per no. Pauli & Philip. Cor. in *l. ab eo.* C. *de fideicommiſ.* Petr. Anchar. in tepetitione c. ſi pater. in 12. notabili, de teſtam. in 6. & in conſilio 74. incipiente, Contra Philippum Alex. conſil. 64. lib. 5. Soci. in *l. cum filiofam. in primo notabili de lega. 1.* Caro. Rui. conſil. 167. col. 3. lib 3. & ita in ſubſtitutione facta decedenti ſine filiis maſculis, quòd datis aliis coniecturis illi maſculi ſunt vocati, decidit expreſsè Hierony. Gratus conſ 31. lib. 2. & inter potiores & ad hoc ſufficientes coniecturas tres inſignes à Doctoribus in variis locis dantur.

C 19 ¶ Prima, quando onus teſtitutionis eſt eis iunctum. Cùm enim ſint grauati, igitur bonorati. *l. ab eo* & ibi Philip. Cor. C. *de fideicommiſ.* Soci. in *l. cum filio. in not. 2. de lega. 1.* & in conſil 249. col. 4. conſi. 250. col. vlt. lib. 2. conſil. 11. num. 18. coll. vlt. lib. 3. Franc. Curt. ſenior, conſ. 51. colum. 7. cum ſequen. Ioan. Crotus in repetitione capit. Raynutius. ad fi. de teſtam. Vdalricus Zaſi. in tracta. ſubſtitu. In tub. Compendioſè. Philip. Deci. conſil. 242. col. vlt. vbi poſt Philipp. Corne. conſil 319 colum. penult. lib. 2. etiam leuem coniecturam admittit. Lancelot. Galiau. in repertno. *l. Centurio.* fol. 24. col. 4. *de vulgar. & pupil. ſubſti.* Stephan. Bertrand. conſil. 183. tota difficultas. lib. 3. in prima editione facta anno 1532. per Simonem Vincentium. Ludouic. de Gozadi. conſil. 26. nu. 23.

D 20 ¶ Secunda, quando teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum proceſſit. ita expreſsè Petr. Anchara. conſil. 74. Alex. conſil 64 lib. 5. Carol. Rui. conſil. 118. nu. 11. lib 2. Nicola. Boëri. in deciſi. Burdeg. 155. num. 13. num. 28.

21 ¶ Tertia, quando deficientibus prædictis maſculis in conditione poſitis vocantur maſculi remotiores, vti expreſsè vult Cato. Rui. conſi. 4. col. 3. lib. 1. Sed in præſentiarum omnes illæ coniecturæ ſimul copulatiuè concurrunt, etiam in ipſis verbis & tenore teſtamenti.

E 22 ¶ Poſthumus enim maſculus primo loco inſtitutus, nominatim granatus eſt, ſi ſine filiis maſculis legitimis deceſſerit, teſtituere Galcerando fratri teſtatoris & rurſus Galcerandus ſub eiſdem conditionibus grauatus eſt in fauorem propinquiorum conſanguineorum de nomine & armis teſtatoris, quiquidem proximior cum eadem conditione iubetur dicta caſtra acceptare. Ergo filii maſculi non in nuda conditione ſunt poſiti, ſed etiam grauati: idque non ſemel, ſed per plures gradus, ita vt etiam remotiores maſculi de agnatione vocentur, & ſint in diſpoſitione Ergo multò magis deſcendentes maſculi ex dicto poſthumo, & pariter deſcendentes maſculi ex Galcerando ſunt vocati, & in diſpoſitione, præremotioribus collateralibus vocatis, & in diſpoſitione poſitus. Igitur actor, vtpote maſculus, nepos ex filio maſculo Galcerandi, per obitum Manuelis patris, graduali &

ſucceſſiua ſubſtitutione vocatus eſt.

23 ¶ Tertiò principaliter probatur, quòd non ſolum ex hoc capite ſtatim ab obitu patris vocatus fuit, ſed etiam ex alio capite ſtatim quòd natus fuit, & in lucem productus, videlicet ex capite contrauentionis factæ per patrem ſuum. Quamuis enim tunc nec conceptus quidem eſſet: tamen ex capite contrauentionis omnibus de familia & agnatione quæſita fuit actio. *l. Filiusfa. §. duo. de legat. 1. Peto §. fratre de legat. 2.* Et quamuis proximior poſſet remotiores pro tempore ſino excludere, verum eſt, dando cautionem de reſtituendo ſequentibus de agnatione. text. in *d. §. fratre.* verſic. *Sed ita.* facit *l. unum ex familia. § ſed etſi fundum. in fi. de legat. 2.* Et quamuis tunc ille ſolus eſſet, nec ſupereſſet alius: nihilominus ad hanc cautionem tenetur. Et ſic etiam naſcituris & nondum conceptis fideicommiſſum debitum in poteſt. text. in *d. §. fratre.* in verſi. *cautionem autem.* & ſi cautio non fuerit interpoſita, quamuis ex cautione, quæ non eſt, actio dari non poſſit: tamen ex fideicommiſſo actio dabitur ei qui erit de familia. tex. in *d. §. fratre.* verſic. *quòd ſi cautio.*

24 ¶ Ex quibus liquidò apparet, quòd quamuis nemo alius vlterior ex familia illa ſupereſſit (verba ſunt *d. §. fratre*) *tamen non poteſt irreuocabiliter alienare.* Sed ei qui poſtea naſceretur & concipietur, actio & ius vendicandi acquireretur, ſiue ex cautione quam ille debuit præſtare, ſiue ex fideicommiſſo, etiam cautione omiſſa. Et quòd poſtea concepti & nati admittantur ad petitionem fideicommiſſi, probat ibi tex. apertus in verſie cautionem autem. & ita ibi tenergl in verbo, ex familia illa ſupereſt & expreſſim in propriis terminis Fran. Ripa, in *l. filiusfa. §. duo. nu. 17. de legat. 1.* Quamuis ergo Galcerandus non præſtiterit illam cautionem, ſed alienauerit: tamen facere non potuit, quin naſcituro, qui eſſet proximior, ius fideicommiſſi quæreretur, prout quæſitum fuit Manueli, qui poſtquam fuit in rerum natura, cùm eſſet proximior de nomine & armis, poterat vendicare ab emptoribus eorum vel hæredibus, prout vendicare cœpit.

25 ¶ Et quamuis non præſtiterit dictam cautionem, ſed contraueniendo ceſſerit liti, non potuit tollere ius naſciturorum. huiuſmodi enim fideicommiſſum non conſumitur per primam vendicationem, quia non eſt in perſonam, ſed in rem: & ſic perpetuò durat. Bart. in *d. l. Peto. §. fratre. verſic. venio ad 4. in fi. de legat. 2.* Et ſic Manuel non potuit facere quin Franciſco actori filio ſuo quam primùm natus fuit, ius vendicandi quæſitum fuerit ex fideicommiſſo, cùm ex tempore natiuitatis ſuæ proximior fuerit, & ſit de nomine & armis teſtatoris. Igitur non ſupereſt dubium, quin vendicare poſſit, nec apparet aliquid quod ei obuci queat, niſi defectus dictæ cautionis, quam præſtare non tenetur niſi petatur, iuata notper glo. & Docto. in *l. vniuerſa. C. de precib. imperat. offer.* Bart. & Paul. Caſtren. in propriis iſtis terminis in *d. l. Peto. §. fratre. de legat. 2.* Alex. conſi. 96. lib. 4. vbi in antiot. dixi. De qua cautione ſi obiiciatur, facilè illam præſtabit. Cæterùm nec patris nec aui qui alienauerunt, nec alicuius eorum qui alienationi conſenſerunt mediatè vel immediatè hæres eſt.

26 ¶ Quartò, principaliter probatur per textum in *l. Cum ita. § fideicommiſſo. de legat. 2.* vbi in fideicommiſſo relicto familiæ, vel agnationi vel cognationi, requiritur illos de familia, agnatione vel cognatione ſubſiſtere, & illam qualitatem habere tempore teſtamenti, aut ſaltem tempore mortis teſtatoris. text. in *l. ſi cognatis. in fi. de reb. dub.* & in *d. §. in fideicommiſſo. in prin.* niſi teſtator ſpecialiter cauerit ſe velle voluntatē ſuam & diſpoſitionem extendi ad vlteriores, vt inquit tex. in *d. §. in fideicommiſſo. in fi.* Et per vlteriores, intelliguntur poſteri, etiam poſt abitum teſtatoris nati, vt probat text. in *d. §. duo.* verſic. *quòd ſi liberis, aut poſteris,* & in *d. §. fratre.* vbi ſanciunt hanc voluntatem ſernandam, & etiam cautionibus renouandam. Sed hic conſtat teſtatorem ad vlteriores, etiam poſt obitum ſuum naſcituros volnntatem ſuam diſpoſitiuam catendiſſe, imò à naſcituris incepiſſe: & tandem ad alios naſcituros progreſſum eſſe. Si ergo natus & conceptus poſt obitum teſtatoris, non ob id minùs habet volnntatem diſpoſitoriam teſtatoris, ſi eſt proximior de ſanguine, nomine & armis: igitur non minus habebit, ſi concipiatur & naſcatur poſt contrauentionem proximi alienantis.

27 ¶ Et alioquin quilibet proximior exiſtens, maiorem haberet poteſtatem fraudandi voluntatem teſtatoris, & priuandi ſequentes in gradu inter viuos, quàm in vltima voluntate, quod eſt abſurdum. Si igitur Galecrandus & Manuel differendo contrauenire vſque ad mortem, non potuiſſent priuare poſteros ſuos maſculos & legitimos: igitur nec accelerando matutiùs contrauentionem ſuam in ſua vita.

28 ¶ Porrò non eſt dubium quin nondum nati ſubſtitui poſſint, & ciſdem ſubſtitui quandocunque naſcentur. *l. ſubſtitui. de vulga. & pupill. ſubſtit.* Vt & legari *l. qui filiabus. in princ.* & in *fi. de legat. 1.* Igitur de teſtatoris & poteſtate, & voluntate conſtat, quæ ſunt duo fundamenta omnium actionum humanarum. Quorum alterò deficiente nihil fit, & vtroque concurrente quilibet fit. *c. cùm ſuper abbatia. extrà. de offic. de legat. l. Si filio de donat. ante nup. l. omne verbum.* C. *communia de legat.* vbi Bald. hoc not. & in conſi. 326. col. 1. conſi. 436. col. 2. lib. 1. Alex. conſil. 51. nu. 30. conſil. 123. lib. 4. Stephan. Bertrand. conſil 3. in prim. lib. 1. editionis primæ Simonis Vincentij.

29 ¶ Et in propriis terminis, quòd etiam in ſimplicis fideicõmiſſo teſultante ex prohibitione alienationis expreſsè vel tacitè cauſata, admittantur concepti & nati poſt alienationem ſeu contrauentionem, tenent Raphael Fulgo. Philip. Corneus & Iaſon, nu. 2. in *l. Quoties ab omnibus. C. de fideicommiſſis.* per d. §. *fratre.* Idem ſentit Ioan. de Ananta conſil 47. Ratio manifeſta eſt: quia non eſt tanta, ſaltem non maior difficultas, ſubſtitutionis, quàm iuſtitutionis. Atqui nondum etiam extraneus poteſt hæres directò inſtitui. *Inſtitu. de hon. poſſeſ. in prin. §. poſthumus. Inſtitu. de legat.* vterque Imo. & alij in *l. Gallus. in prin. de liber. & poſthu.* Igitur poteſt directò ſubſtitui, & multò facilius per fideicommiſſum. quo fieri poſſunt quæ directò nec per legatum quidem fieri potetant. *Inſti. de fideicommiſſa. hereditatis princ.* Ergo multo magis per fideicommiſſum particulate, quale eſt id de quo nunc agitur.

30 ¶ Nec obſtat quod vulgò dicitur, ſubſtitutum debere viuere tempore quo aduenit conditio ſubſtitutionis: Quia illud verum eſt de ſubſtituto qui aliquando vixit, quia ſi pendente conditione ſubſtitutionis deceſſerit, ſubſtitutio prorſus expirat quo ad eum. *l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. toll.* Non ſolùm enim non eſt in rerum natura, non ſolùm non ſperatur amplius aliquando fore: ſed certum eſt illum nunquam futurum eſſe, nunquam rediturum in hoc ſeculum. Illa enim ethnica & prophana Pythagoricorum ſeu *μετεμψυχωσις* ſeu *μετενσωματωσις* nunquam in iure noſtro, nunquam in republica aut *παιδεια* eccleſiaſtica vel ciuili recepta fuit, meritò ſtatim reſpectu eius qui prædeceſſit, habet locum. *d. §. Sin autem ſub conditione.* & omnes regulæ, quòd iura conditionalia vltimatum voluntatum non tranſmittuntur.

31 ¶ Sed ſecus eſt in eo qui nunquam vixit nec natus eſt, ſperatur autem poſſe naſci & viuere: quia tametſi nondum ſit in rerum natura tempore extantis conditionis: non tamen ſubſtitutio, legatum vel fideicommiſſum fiunt caduca vel quaſi: ſed pendent donec ſubſtitutus, legatarius, vel fideicommiſſarius naſcatur: & interim res remanet penes grauatom vel eius ſucceſſorem, cum onere quandiu ſpes eſt

aliquem naſcituram. Ita in proprijs terminis decidit Srepha. Bertran. conſi. 201. viſis duobus teſtamentis. num. 2. lib. 2. editionis propriis factæ per Simo. Vincent. & exemplificat in ſortiotibus terminis, videlicet, in eo qui hæredem vxorem inſtituit: cui poſt eius mortẽ ſubſtituit filios naturales & legitimos ex Syluestro filio ſpurio teſtatoris. & decidit quòd quamuis vxor ſuperuixerit & hæres fuerit, poſtea obierit, nondum natis aliquibus filiis ex Syluestro, quod non extinguitur ſubſtituno, ſed pendet: & quandocunque naſcentur filij legiumi ex Syluestro, etiam ex matrimonio poſtea contracto, quòd ſtatim illis natis locus erit ſubſtitutioni, bonis interim cum illo onere manentibus penes hæredes dictæ vxoris, & hoc non habet dubium, quando per ſpem naſcituri teſtamentum non pendet, ſed ſemel confirmatum fuit, vt hic, vt not. omnes docto. in *l. Subſtit.* & in *l. Si pater filium.* B *de vulg. & pupill.*

32 ¶ Quintò probatur, quia certum eſt quòd teſtator in prohibitione facta poſthumo ſuo maſculo, & ſubſtitutione propinquioris magis, imò propriùs ſenſit de propinquioribus deſcendentibus ab eodem filio ſuo, quàm de aliis collateralibus aut remotioribus. Igitur in prohibitione, & ſimili ſubſtitutione repetita in perſona Galcerandi ſecundo loco inſtituti, & à quo teſtamentum incœpit, magis & per prius ſenſit de proximioribus maſculis legumè & per lineam maſculinam deſcendentibus ab eodem Calcerando, quàm de alijs agnatis remotioribus & collateralibus. Cùm ergo verba propinquioris competerint Manuelifilio Galcerandi, & nunc competant & naturaliter & legitimè Franciſco actori Manuelis filio, & ad C hoc mens ipſa teſtatoris (& priuatiuè ad alios) proteſta fuerit, ſequitur, Manuelem primo loco poſt patrem vocatum fuiſſe, deinde actorem poſt Manuelem.

33 ¶ Et actorem reſpectu teſtatoris eſſe in tertio gradu: quia Galcerandus, à quo teſtamentum incepit, non poteſt facere alium, quàm primũ gradum. Cùm ergo actor tum ex ipſa natura & veritate facti immutabili, tum ex verbis & mente teſtatoris ſit tantùm in tertio gradu, omnino vocatus eſt, & nihil eſt quod ei obſtet, vt fruſtrà obtrudi poſſet nouella 159 In auth. *de reſti. fideicommiſ.* vltra 4. gradum non porrigenda, cùm iſte ſit in tertio gradu.

34 ¶ Quòd mens ipſa teſtatoris pro actore militet, D iam ex prædictis ſatis liquet. Sed ex abundanti clarè oſtenditur. Primò, ex eo quòd idem teſtator proprias filias excluſit, & eis filios ſuos maſculos, & maſculos ex maſculis deſcendentes prætulit. Secundò, ex eo, quòd non ſolùm poſteritatem ſuam maſculinam filiabus ſuis prætulit: ſed etiam ſtattem ſuum & maſculos legitimè ex eo deſcendentes. Tertiò, ex eo quòd eiſdem filiabus ſuis in iſtis caſtris prætulit in defectum filij & poſteritatis ſuæ maſculinæ & in defectum fratris ſui quem vnicum habebat, & poſteritatis fraternæ maſculinæ, quoſuis temoriores collaterales qui reperiretur eſſe de agnatione ſua, nomine & armis. Quartò, ex eo quod ſicut filias proprias omnino etiam fauore remotiorum collateralium excluſit: ita proprias neptes ſiue ex filio ſuo, ſiue ex fratre E ſuo, paritet excluſit.

35 ¶ Portò tam præciſa, perpetua & continua excluſio fœminarum, nihil aliud eſt quàm preciſa & perpetua incluſio maſculorum, quorum fauore ſis illa excluſio Bar. in *l. liberorum. de verb. ſignifica.* & in *l.* 2. §. *videndum. ad Tertyllia.* Bal. in *l. Maximum vitium. col* 1. *C. de liber. præteris. vel exhered.* Sed hic filiæ, neptes & omnes fœminæ & deſcendentes ex eis, primùm fauore poſteritatis maſculinæ ipſius teſtatoris excluduntur. Secundò, fauore poſteritatis maſculinæ fratris teſtatoris. Tertiò, fauore aliorum quorumcunque remotiorum propinquiorum maſculorum de gentilitate teſtatoris. Ergo quandiu ſuperſunt de poſteritate maſculina fratris teſtatoris, illi ſoli vocantur, prout illis ſolis quamdiu ſuperſunt, competunt verba & mens teſtatoris. Ergo Manuel mox vt natus fuit, ſolus vocatus fuit, & ſecundum gradum ſecit, prout in primo gradu fuit patri, & conſequenter actor vocatus eſt, & in tertio tantùm gradu tum ex verbis, tum ex mente teſtatoris, quæ nunc in ſolo actore, & tanquam ſolo in tertio & propinquiori gradu exiſtente verificantur.

38 ¶ Secundò, principaliter colligitur mens etiam à ſonori: quia huiuſmodi prohibitio alienandi & ſubſtituio facta eſt ſub expreſſa commemoratione & onere non ſolùm deferendi, ſed etiam iure ſanguinis iam habenti nomen & arma, & ſic contemplatione familiæ & gentilitiæ dignitatis in omnibus de agnatione conſeruanda. Et conſequenter prohibitio & ſubſtitutio non eſt perſonalis, ſed in rem. Quo caſu, ſecundum communem doctorum ſententiam, non eſt perſonalis: ſed perpetua in rem, & maximè in præſenti caſu, in quo teſtator hanc ſuam voluntatem extendit expreſſè, non ſolùm ad poſteros filij ſui maſculi, non ſolùm ad poſtetos fratris ſui, ſed etiam ad alios quoſcunque de ſanguine, nomine & gentilitijs inſignis.

37 ¶ Ex quibus duo ad intentionem actoris fortiter decliua colliguntot. Primùm, quòd ea verba teſtamenti, Qui in tali caſu reperietur. non ſunt appoſita ad excludendum poſtea naſcituros, cùm fideicommiſſum ſit in rem, & non in perſonã: ſed tantùm adpoſita ſunt ad preferendum proximiorem qui tunc eſt. Cum ergo actor ſit nunc proximior & ſolus, non de tertio, ſed de ſecundo ordine: vtpote nepos fratris, non eſt dubium quin de voluntate & inteotione teſtatoris ſit vocatus, etiam de voluntate quæ ex verbis ipſius teſtamenti colligitur, iuxta *l. Gallus.* §. *quidam rectè. de libe. & poſthu.*

38 ¶ Quamnis enim non ſufficiat teſtatotem velle, niſi diſponat. *l. quidam cùm filium. de hæred. inſtit.* Fallit quando volunias ex verbis concipi poteſt, quia tunc ſatis cenſetur in diſpoſitionem deducta, vt expreſsè tradit Bal. in repeti. *l. Eſt ſi poſt tres.* col. 5. verſ. *ſed quid ſi tantum Si quis cautis.* & in *l. Etiam col.* 2. *C. de iure dot.* in *l. vnica. col. vlt. C. de his, qui ante apertas tabul.* in *l. Cùm virum. col. vlt. C. de fideic.* & in *c. ſecundò requiris. extrà. de appellatio.* & eſt tex. in *l. Ab omnibus. in prin. de leg.* 1. ibi *Cùm & ſignificatio verborum non repugnet huic ſententia, & voluntas teſtatoris congruat. de lega.* 1. & prlcher text. in *l. Vnum ex familia.* § *pen.* ibi, *Si omiſſa fideicommiſſi verba ſint, & c. qua legunt ur, cum iis quæ ſcribi debuere, congruant: rectè datum & minus ſcriptum, exemplo inſtitutionis, legatorumque intelligetur. de lega.* 2.

39 ¶ Ideo quamuis teſtator non expreſſetit tunc natos, vel poſtea naſcituros, tamen qnia hoc congruit cum mente & cum cæteris quæ in eodem teſtamento leguntur, ad vltetiores quoſcumque de ſangoine, nomine & armis protenſa, pro ſcripto habetut id de quo ſi teſtator interrogatus fuiſſet, veriſimilitet reſpondiſſet, prout veriſimiliter teſpondiſſet pro iſto maſculo nepote ex fratre ſi interrogatus fuiſſet, an vellet, eum vocati, etiam ſi poſt contrauentionem à patre ſuo factam ex legiumo matrimonio conciperetur & naſceteiut. ex. in *l. Cum teſtam. de reb. dub.* Alex. conſ. 130 lib. 2. vbi in annotat. dixi. Fran. Curſ. ſenior conſ. 29 col. 1. & latè conſ. 11. col. 2 col 10. & col. vlt. Iaſ in *l. Luci.* §. 1 *in prin. de lib. & poſth.* in *l. 1. col. 4. de vulg & pupil.* Math Affliet. deciſ. Neap. 141. Steph. Bertt. conſ. 134. ponitur in facto. col 2. cum ſeq. lib. 1. In prima editione per Simonem Vincentium facta. Facit *l. vlt.* vbi Saly. *ὁ ὑθηγητὴς C. de poſth. hæred. inſtit.* glo. & docto. in *le. tale pactum. in fi. de pactis.*

40 ¶ Secundum quod colligitur ex ſecunda ratione mentis ſupradictæ, nu 36. nu. 37. eſt, quòd cùm prohibitio & fideicommiſſum non ſint in perſonam, ſed

sed in tem, non limitantur ad quartum gradum: sed A protenduntur in infinitum, quamdiu teprimitur de dicto sanguine, nomine & armis testatorus, vt tenent omnes ferè Docto. in *l. filiusfa.* § *diui. de lega.* 1. & io *authen. de restitutio. filiscom.*

Qualitas reorum.

41 ¶ Tertiò principaliter colligitur eadem mens ex qualitate rerum quæ alienari prohibentur, & ad proximiores de nomine & armis deuolui iubentur: sunt enim castra antiqua & nobilia, & feuda dignitatum, quæ etiam suos possessores nobilitant: per rex. in c.1. *Quis dicatur, Dux, Comes, Marchio.* Et quæ de feudis nobilibus tradunt Andr. Iser. Bal. & alij Doct. Ibi, & in *c.1. in prine. col.1. de Capitaneo qui curs vendi. eu vsib. feud.* Guido Papa in decisio. Delphi. 385. & 386. Et quòd castrum habens iurisdictionem annexam cum territorio & subditis, sit nobile & nobiliter possessorem, decidunt Luc. Penna, doctor Parthenopeus, in *l. Mulieris, col. 2. in quarta causa nobilitatis. de dignita. lib.* 12. Bode Cutrin. in tract. nobili par. 3. nu. 200. cum seq. Chassa. in consue. Burgud. tit. de Feud. §. 7. col. 3. versi. inter alias. & in consi. 64. col. 4. & dixi in consuetud. Paris. §. 9. glo. 3. oum. 3.

Feuda quæ nobilitant.

42 ¶ Præterea, huiusmodi castra non solùm sunt per se nobilia & nobilitãr: sed etiam sunt antiqua hæredia nobilium de Arynio. Ex quibus apparet duplex affectionis ratio mista cum fauore eiusdem agnationis de Atinyo, cùm essent castra nobilia & antiqua hæredia nobilitatis antiquæ domus de Arinyo. Quæ nobilitas non nascitur in nictu oculi, vt inquit Bal. in Præludiis feudorum. in pe. diuisione, Iacobi de San. Geor. in iouest. feuda. ver. in feudum. in 8 diuisione: per *l. Stemmata*, alias Schemata. *de gradi. & affins.* quæ per dignitates & diuitias antiquas conseruatur Et sic non est verisimile, quòd testator voluerit hæc castra antiquæ dignitatis & nobilitatis domus suæ ad exteros vnquam peruenire: sed perpetuò in illis de sanguine, nomine & armis suis conseruati.

43 ¶ Et hoc modo in terminis multò debiliotibus arguit Phil. Dec. fideic. censeri in rem & perpetuum: & concludit ex qualitate rei præsumi fideicommissum in fauorem proximioris de familia: in cõsil. 23 col. pen. & in consi. 38. col. 2. vers. Quinto etiam ex qualitate rei. Bar. in d. §. *diui.* nu. 3. Bald. post Cyuum in *l. Voluntas* 1. C. *de fideicom.* Cyn. in *l. Ea lege. col.* 4 vers. *Et vt hæc omnia.* C. *de condict. ob cauf.* Bald. in *l. 2. ante fi.* C. *de vsucap. pro empto.* Cy. Bal. Raphaël Fulg. Philip. Cot. Iaf. in *l. quoties ab omnibus.* C. *de fideic.* Paul. in *l. filiusfa.* §. *diui. col.* 1. & ibi Alex. Iaf. num. 8. no. 2. & Ferdinandos Loazes, doctus Hispanos, col. 29. num. 58. vers. sexto & vlt. & col. seq. nu. 60. *de legat.* 1. Facit quod ex qualitate rei in qua est affectio (vt quia fuit maiorum) prohibitio facta hæredi, non restringitur ad hæredem scriptum: sed extenditur ad hæredem hæredis. Alex. in d. §. *diui.* col. 7 in fi. vers. quid autem. vt etiam sentit ibi Bar. no 3. Iaf. nu. 8. notabi. 2

44 ¶ Præterea, hæc castra antiqua & nobilia habent vasallos censuarios, seu alios non solùm ratione territorij & iurisdictionis: sed etiam ratione feudi vel census, vel alterius iuris fundarij seu clientelæ subditos aut clientes, & sic ex qualitate rei prohibitæ alienari, prohibitio semper valet, non solum ratione affectionis rei ipsius quæ ad hoc sufficit: sed etiam ratione clientelarum & subditorum inde dependentium. ita decidit Bar. in *d. l filiusfa. §. diui. col.* 1. nu. 3. exemplificans in vasallis. & addens, quòd ea prohibitio videtur etiam facta fauore vasallorum, & aliorum clientum: & ibi sequitur & commendat Iason in lectu. 1. col. 3. u 26. vbi addit & ampliat quod ex quo talis prohibitio censetur facta etiam fauore & commodo vasallorum, quorum interest non mutare dominum antiquum, quòd in casu alienationis & sic contrauentionis videtur relicta liberatio vasallis. Quia illi quorum fauore facta est prohibitio, sunt fideicommissarij: tamen Iason ibi, no. 27. non sequitur hanc suam ampliationem, sed confirmat & amplificat prædictam singularem illationem Bartoli, quòd ex qualitate rei & subditorum dependentium prohibitio alienandi semper valet & censetur perpetua.

Qualitas personarum.

45 ¶ Quarto principaliter eadem mens colligitur ex qualitate personæ instituentis, prohibentis, & fideicommittentis, qui erat nobilis: & ex qualitate institutorum, prohibitorum, & grauatorum, & substitutorum, qui omnes sunt de eadem nobilitate & de eisdem nomine & armis gentilitiis. Et sic ex qualitate huiusmodi personarum præsumuntur prohibitio, & fideicommissum perpetua in rem, vt est communis Doctorum sententia.

Qualitas masculinitatis.

46 ¶ Quinto, ex qualitate masculinitatis, sub qua B instituuntur, & substituuntur, & in fauorem masculorum tantùm facta est prohibitio & deuoluoo. Ex quo colligitur, testatorem voluisse non semel nec ad certos gradus tantùm, sed perpetuò conseruare in soa agnaoone, quandiu essent alicui masculi de eadem agnaoone, nomine & armis: per masculos enim conseruatur familia, quæ in fœminis finitur. *l. pronuntiatio. §. familiæ. de verb. significa. l. Iurisc. §. 1. de gradib. & affini. l. 1. §. penult.* ibi. *vt ordinum dignitas familiarumque salua sit. de ventre inspiciendo.* Philip. Dec. Consil. 352. nu. 6. versic. sexto & vltimo.

Consuetudo nobilium.

47 ¶ Sexto, principaliter colligitur ex consuetudine genetali omnium nobilium, præsertim Hispanorum, qui cupiunt nomen suum, insignia & arma immortalia fieri. Quod autem omnibus aut pluribus communiter rectum videtur vel appetitur, videtur etiam à singulis eiusdem conditionis rectum haberi & appetiri. *c. prudentiam, extrà de offic. delegat. l. Si seruus plusium in fi.* ibi *consuetudo patris famil. Deinde regionis, de legat.* 1. Confirmantur hæc, quia ferè semper & vbique etiam iuxtà bonos & moribus antiquis hæc affectio ad agnationem & nomen familiæ conseruandum & perpetuandum visa fuit honesta & vtilis, & moribus hominum conueniens, vt patet ex vetusta lege XII. tabularum, & *Institu. de hæredita. quæ ab intestato deferunt. §. item veteres, de legitima agna. succes.* in prin. & § *quo ad fœminas.*

48 ¶ Septimò colligitur ex eo quòd hic non agitur de restitutione directa in vniuersitate bonorum, & hæreditate propriè in terminis iuris sumpta, in quibus procedit glos. vlt. & communis sententia Doctorum in *l. Lucius, de hæredib. instit.* sed de certis hæredibus, nempe de certis antiquis castris. Et in effectu de certa re legata, & alienati fauore agnatorum prohibita, cum onere, vt mox alienaoone facta, ad proximiorem agnatom devoluatur. Quo casu posito in conditione, intelligontur substituti & vocati, & fideicommissum graduale ineste, prout ineste, & fieri potest in legaos particulatibus facilius quàm in vniuersalibus iuris successionibos. *l. vt hæred* ibi, *Quod magis est. de leg.* 2. & ita in materia huiusmodi prohibitionum alienandi, decidit Iaf. consi 4. lib. 1. col. pen. vers. quarto, ad idem lib. 1. vbi citat Ang. Perus. ad literam in *l. Ju legat. C. de legat.* In lectura Florentina.

49 ¶ Confirmantur prædicta per decisionem in fortionibus terminis Petri Anchata. consi. 27. oon seruato ordine. vbi in substitutione facta filiis decedentibus siue liberis, de duobus antiquioribus de domo & progenie de Calcagnis, decidit hanc substitutionem non esse testringendam ad duos antiquiores proximos, sed extendendam ad vlteriores sequentes antiquiores de dicta progenie: quia nomen agnationis fuit expressum, & suppressa nomina personarũ: prout hic actum fuit post Galcerandum. Igitur fideicommissum successiuum & perpetuum. quod consilium refert & valde celebrat Andr. Siculus. vulgò Barbatias, in consi. 18 lib. 2.

50 ¶ Iam vnum tantùm obstare posset, videlicet

nouella 159. in authen. *de reſtitu. fideicommiſſ. vt vſque ad quartum gradum tantùm.* Sed ex prædictis apparet duæ claræ ſolutiones. Prima, quòd hic actor non eſt vltra quartum, ſed in tertio gradu tantùm. Incepit enim teſtamentum à Galcerando: cuius actor eſt nepos ex maſculo in directa deſcendenti linea. & ſic in ſecundo gradu reſpectu aui ſui primi hæredis & alienatoris, & in tertio gradu reſpectu ipſius teſtatoris. Igitur per no. 3. nu. 33. 51 ¶ Secunda ſoluno, quòd etiam ſi actor eſſet vltra quartum gradum: tamen limitatio dictæ nouellæ non habet locum hoc caſu, quo prohibitio non ſolùm eſt in rem, ſed etiam facta fauore agnationis & familiæ, vtque res perpetuò manerent penes proximiores, etiam collaterales de ſanguine, nomine & armis teſtatoris, vt eſt communis ſententia Doctorum in locis præfatis per Iaco. Beluſium in *autem. de reſtit. fideic. §. nos igitur.* quem refert & ſequitur Alex conſi. 56. lib. 1 conſi. 59. col. 2. lib. 3. Ita etiam conſuluit Collegium Bononienſe, vt refert & ſequitur Andr. Siculus in *l. cùm acutiſſimi. col. 68. C. de fideicom.* Idem tenet Iaſ. in d. §. *diui.* in lectura 1. nu. 113. & in *l. vlt. col 2. nu. 5. C. de hared. inſtit.* Ioan. de Monte Ferrato, in repetitio. d. §. *diui.* chatta 6. & ibi Ferdinan. Loazes col. 3. numer. 187. Philip. Dec. con. 21. num. 4 conſ. 95. & conſi. 196. col. 4. nn. 16 Hieron. Gratus conſi. 31. nu. 24. conſi. 132. ad fi. lib. 2. & omnes vbique.

52 ¶ Et inſuper nonnulli, vt Alex. in d. conſ 56. col. 1. lib. 1. poſt Bar. (qui Iacob. de Arenis refert) in *l. Lucius §. Sempronio.* ſeu potiùs in prin. *d. l. de legat. 3.* Philip. Dec. in dictis locis ampliant, vt etiam porrigatur ad omnes ſucceſſores ex eo ſolo quòd teſtator non prohibuit hæredem nominatim, dicendo, Prohibeo re ne alienes, ſed prohibuit indefinitè, dicendo: Prohibeo hæredem ne alienet. Sed hic ſumus in formoribus terminis: quia non indefinitè, ſed vniuerſaliter omnem hæredem & ſucceſſorem prohibuit, addendo in dicto teſtamento, Aut quicunque alius hæres, aut ſucceſſor meus non poſſit vendere, &c. & adhuc ſunt magis prægnantia verba, vt dictum eſt.

53 ¶ Confitemur, quia huiuſmodi prohibitio in præſenti ſpecie, cùm ſit manifeſtè facta in fauorem & conſeruationem familiæ, fauorabilis eſt, prout etiam ſtatuta excludenna fœminas fauore agnationis conſeruandæ, ſunt fauorabilia. Ioan. Aud. in addi. Spec. in Rub. de ſucceſſio. ab inteſt. ſaltem (& tunc ſecùndùm omnes) quando non agitur de excluſione filiarum à teſtatore deſcendentium in linea directa: vt per Bal. in *l. Maximum vtilum. col. 1. C. de liber. prater. vel ex hared.* & in *l. 1. C. qui nè poſſunt ad liberta. peruenì.* Alex. latè in conſ 141. num. 9. num. 10. lib. 7. Franc. Curtius ſenior, conſi. 9. Curt. iunior conſil 9. Philip. Dec. in *l. 2. C. de in ius vocan. 57 in l. vlt. col 1. C. vnde legitimi.* & latè Albert. Brunus in tractatu de ſtatutis excludentibus fœminas, artic. 4. col. vlt. Sed iam hic ſumus in tranſuerſalibus, quos hic conſtat etiam vocatos, & ſic etiam ſecundum omnes fauorabilis eſt prohibitio, cum nullius deſcendentium odium veſerur: ſed meus fauor, & ſic tantò minùs debet hæc vniuerſalis prohibitio ad quartum gradum reſtringi: ſaltem non poteſt reſtringi in actore qui eſt nepos è maſculo lineæ directæ in ſecundo gradu primi hæredis.

Deſcendentium teſtatoris.

54 ¶ Et ſic quantò proximior, tantò fauorabiliot. Quia cauſa immediata, & quantò proximior, magis influit. Bal. in *l. ex placito. col. 1. C. de re permuta.* Imò nepos iſte cenſetur procreatus de proprio ſanguine & corpore ipſius primi hæredis. tex. in *l. 1.* & ibi per omnes Docto. *C. de conditio. inſe-t.* Igitur magis & præ cæteris participare debet de effectibus & fauoribus eiuſdem teſtamenti. Cuius non ſolùm verba & mens: ſed etiam totius iuris παραφρασις, & (vt de opere Dymi in regulas Iuris, dicebat Cynus) tota Iuris ciuilis ſynodus cauſæ actoris aſſiſtere videntur. Et hæc quidem non parum multis non ſolùm plauſibilia: ſed etiam veta fortaſſe videbuntur. Hactenus ſufficiat quæcunque pro actore induci poſſunt, diligenter, & bona fide in apertum eduxiſſe, & nihil inractum reliquiſſe, ne de tam ardua & argumentoſa quæſtione obiter, & non niſi te peniſſimè perſpecta & diſcuſſa, cenſuiſſe videamur.

55 ¶ At cùm tandem ad verum ventum eſt, prædictis quantumuis vrgeant, non obſtantibus, reum abſoluendum ſore cenſemus. Et quia, iuxta vetus prouerbium, breuis eſt veritatis oratio: inſinuatio enim, & prolixior diſputatio etiam Iuriſconſultis, nedùm oratoribus malam tantùm, vel ſuſpectam, non autem bonam cauſam decent, breuiter, perſpicuè & deciſiuè, à ſufficienti partium enumeratione, & quaquauerſum tes verti queat, actotem nullum ius habere oſtendam. Deinde ſyluam argumentorum pro actore conquiſitorum, velut ſecuri Phocionis prolixas, & artificioſas Demoſthenis orationes, concidam. Aſſumo ergo totius cauſæ cardines, nempe tres illos articulos 3. nu. 1. Reſolutio.

56 ¶ Et ad primum, quòd actor nullum ius habeat ex perſona Manuelis patris, Hypotheſis ipſa facti oſtendit: quia non eſt hæres patris ſui: & ſi eſſet hæres, ſeipſum etiam, ſi quod ius ex perſona ſua haberet, penitus & perpetuò excluderet, per regul. vulgatam *l. vendi autem de euictio.* Pater enim tenunnauit, trangegit, & ceſſit. Igitur. *l. Cum à matre. C. de rei vendico. l. venditrici. C. de reb. alien. non alie.* Cùm ergo nec patris, nec aui, nec mediatè, nec immediatè ſit hæres, nullum ius ex eorum perſonis vel iure tranſmiſſo habere poteſt, nec ex perſonis propatruorum vel aliorum remonorum, quorum etiam ſe hæredem eſſe non dicit. Agit enim iure proprio & ex perſona ſua. Et ſic de iure tranſmiſſo nihil amplius inquirendum, niſi quòd ad finem conſilij ad abundantiorem confirmationem aliquid dicam. Cùm ergo tantùm ſuperſit inquireudum, an actori quæſitum fuerit ius per euentum conditionis fideicommiſſi, ſiue ex perſona patris ſui, ſiue ex perſona ſua, ſiue ex perſona alterius: dico breuiter, & per ſingula luce clariùs oſtendo.

57 ¶ Primò, quòd ex euentu conditionis dicti fideicommiſſi in perſona Galcerandi, videlicet quando Galcerandus vendidit, nullum ius competit nec competere poteſt actori. Quia per euentum dictæ conditionis nullum ius fuit quæſitum nec quæri potuit Manueli, nec actori eius filio: cùm eo tempore neuter eorum eſſet in rerum natura, nec conceptus quidem. Sed ius fuit quæſitum, & fideicommiſſum deuolutum ad Petrum, Ioannem, & Franciſcum de Arinyo fratres, & patruus Galcerandi venditoris, qui erant proximiores de ſanguine, nomine & armis teſtatoris. Et ſic illi ſoli, & non alij ad illud fideicommiſſum ſecundo loco vel gradu vocati ſunt, vt ipſa rei euidentia tenore teſtamenti & genealogia inſpectis oculiuis & velut palpabiliter demonſtrat. Ita vt nec rarione quidem opus ſit, cùm ſenſus ſufficiat, & in eo quòd ſenſus ipſe demouſtrat dubitantes, non argumenus, ſed verberibus erudiendi eſſent, vt poſt Ariſtotelem paſſim ait Bald.

58 ¶ Nec obſtat quòd illi patrui non acceptauerunt fideicommiſſum ad ſe deuolutum, ſed repudiarunt conſentiendo venditioni Galcerandi: quia nihilominus fecerunt ſecundum gradum: legatum enim vel fideicommiſſum, etiam quu ad dominium, ſtatim extante conditione, transfertur, & ipſo iure vel ignoranti quæritur *l. Cùm pater. §. Surdo. de legat.* 2. l. vlt. §. vlt. *C. comm. de legat.* Non enim prædeceſſerunt Galcerando nepoti ex fratre, ſed ſuperſtites ei fuerunt: & ſic fideicommiſſum eis factum, non eſt factum caducum, vel quaſi: ſed eis vt tempore contrauentionis Galcetaodi ſuperſtitibus & proximioribus ipſo iure quæſitum. Non enim Galcerandum ad vendendum extraneo prouocauerunt, ſed cùm vendidiſſet, aut ſaltem illi vendenti & contrauenienti, ad ſecuritatem con-

tractus

tractus & emptoris conſenſerunt, approbauerunt, laudauerunt.

59 ¶ Hic autem conſenſus, hæc laudatio & approbatio neceſſariò ſequitur venditionem approbandam & laudandam, ſaltem ordine intellectus, qui ſufficit, vt vnus actus prior, alter poſterior dicatur. tex. in *l.2.in fi.* & ibi Alex. *de vulg. & pupil.* Bal. in *l. Arethuſa, ad fi. de ſtat. homin.* & in *l. exception. col. 4. C. de probatio.* & in proœmio Cod. col. vlt. quem ſequitur Panor. in *c.1. extrà de lit. conteſta.* Idem Ang. Peruſi. §.1 *col.* 1. verſic: *Et per hoc dicebam.* In authen. *de exhiben. reis.* Felin. in *c. Inter monaſterium. col 4. extrà, de re iudic.* Ergo dicti patrui laudando & approbando remiſerunt ius ſuum ſibi quæſitum in fauorem primi emptoris, & ſic ſecundum intereà fecerunt gradum, & in effectu fuere ſecundi venditores, ſen alienatores & contranenientes. Quare locum fecerunt tertio graduo dictæ ſubſtitutionis vel fideicommiſſi in perſona Gaſparis de Arinyo, qui tunc viuebat, & erat frater patruelis dictorum patruorum, & poſt eos proximior de nomine & armis teſtatoris.

60 ¶ Quibus temporibus Manuel pater actionis nec conceptus quidem erat, & ſic nihil illi deuolui potuit ex dicto fideicommiſſo, nullum penitus gradum facere potuit: quia ex non ente nihil fit, & non entis non ſunt qualitates nec differentiæ. *l. eues qui in prouincia.* & ibi Paul. Alex. *de reb. credi.* & multò minus impedire potuit quo ad alios de nomine & armis, qui tunc reperiebantur & ſuperſtites erant, fierent deuolutio, & quin illi gradus inter ſe facerent, prout dictus Gaſpar fecit tertium gradum, & deinde filij eius quartum gradum, & nepotes ex eo quintum, & tandem pronepos ex eo ſextum gradum, cuius perſona & cellula vltima fuit in exaratione genealogiæ, breuitatis cauſa omiſſa.

61 ¶ Conſtat ergo nullum vnquam ius quæſitum fuiſſe actori ex perſona Galcetandi, ſine ex eoentu conditionis in eius perſona, nec ſolùm non fuiſſe quæſitum: ſed impoſſibile eſſe quòd fuerit ius quæſitum actori, nec eius patri ex perſonis patruorum Galcerandi, vel ex euentu conditionis contingentis in perſonis eorum. Sed ios fideicommiſſi neceſſariò deuolutum fuit Gaſpari de Arinyo, qui tunc ſuperſtes erat, & propinquior de ſanguine, nomine & armis, & in tertio deuolutionis gradu. Et conſequenter multo minos actor prætendere poteſt ius ſibi apertum ex perſona dicti Gaſparis. Tum quia, ille non contrauenit. Et ſic quidquid iuris fuit vel eſſe potuit, tranſmiſit ad filios ſuos, qui ſunt in quarto gradu. Tum quia, ſi Gaſpar viuens contrauenilſet, fideicommiſſum fuiſſet ex ea contrauentione apertum, & quæſitum filiis naturalibus & legitimis dicti Gaſparis de Arinyo, qui eraor proximiores de ſanguine, nomine & armis de Arinyo, & in quibus, vtpote exiſtentibus in quarto gradu, tota virtus & omnis effectus dictæ prohibitionis, & omne ios prætenſi fideicommiſſi extinctum & reſolutum fuit, per tex. in fortiorib. terminis in auth. *de reſtit. fideicom.*

62 ¶ Et ſic quaquauerſum rotetur actoris intentio, nullum poteſt nec fundamentum nec locum inuenire, etiam ambulando per perſonas omninm fideliter in dicta figura deſcriptarum, etiam ſi vſque ad decimum gradum deſcenderetur, quod nimis eſſet ſupetuacuum, cùm ſufficiat diſcurrere vſque ad filios Gaſparis. Quos ex hypotheſi cõſtat, etiam antequam actor natus vel cõceptus eſſe, quatuor gradũ tenuiſſe & conſequentet ante natiuitatem & conceptionem actoris ad quartum gradum peruentum eſſe, atque ita omnem vim & ſpem dictæ prohibitionis & fideicommiſſi ſuppteſſam, extinctam & in perpetuum reſolutam fuiſſe din antequam actor in terum natura eſſet.

63 ¶ Minùs obſtat, ſi diceretur quòd Manuel actonis, pater viuebat tempore quo vinebant filij Gaſparis, & fortè quòd natus, vel conceptus erat tempore mortis dicti Gaſparis. Tum quia, dictus Gaſpar non contrauenit, & ſic in eius perſona nec io vita, nec in morte eatitit caſus prætenſi fideicommiſſi: & conſequentet tranſmiſit ad filios ſuos, in quibus tanquam in quarto gradu, prohibito, & fideicommiſſum extincta fuut. Tum quia, ſi condino extitiſſet in perſona Gaſparis, non fuiſſet apertum nec deuolutum ius Manueli, qui dictabar a Gaſpate filio propatrui ſui ſex gradibus: ſed apertum & deuolutum fuiſſet filius Gaſparis vno tantum gradu ab eo diſtantibus, vt proximiores eſſe nõ potuiſſent. Tum quia, ſi quod ius apertum fuiſſet Manueli, actor non poſſet ex eo nüi, cùm noo ſit eius hæres: & ſi hæres eſſet, adhuc alia ratione fortiùs exrluderetur, vt dictum eſt, per *d. l. vendicantem.* Tum, quia Manuel de facto contrauenit antequã actor eſſet natus vel conceptus, & ſic, ſi quod ius habuit, reſolutum fuit, & delatum, tam ex lege legis communis, quàm ex lege expreſſa & ſpeciali teſtamẽti ad dictum Gaſparem, vel filios eius, qui viuentes & proximiores etant tempote renuntiationis & ceſſionis factæ per Manuelem.

64 ¶ Nec obſtate poteſt, ſi dicatur, quòd ius, quod competerat Manueli, fuit delatum actori poſtea nato, vtpote tempote natiuitatis ſuæ proximiori alienanti, quamuis poſt alienationem natus & conceptus fuerit, per no. 3. nu. 13 24. & 25. Quia multiplex ſolutio prompta eſt. Prima, quia antequam concipereretur Manuel, ius omne fideicommiſſi deuolutum fuerat patruis primi venditoris, deinde ab illis auulſum & deuolutum prædicto Gaſpari. & conſequenter Manuel nullum vnquam ius habuit: ita quòd nihil vendidit, nihil renuntiauit, nihil ceſſit, niſi ius prætenſum. Nunquam enim fideicommiſſarius fuit, quia alij vocati erant: ad quos vſque ad Gaſparem, qui non rõtranenit ius fideicommiſſi, deuolutũ fuit: à quo, etiam ſi contraneniſſet, nihil apertum, nihil deuolutum fuiſſet Manueli, ſed filiis Gaſparis in quarto gradu exiſtentibus, in qno totum iſtud fideicommiſſum ſuppreſſum & extinctum fuit. Secunda ſolutio, quòd in terminis teſtamenti & fideicommiſſi quo de agitur, non ſufficit aliquem eſſe nunc & ex poſtfacto proximiorem, ſi tempore condirionis exiſtentis non erat in rerum natura, ſaltem ſi tunc aliqui de ſanguine, nomine & armis ſuberant, quorum ptoximiores, ſoli vocati ſunt, & eis ſolis ius fideicommiſſi ex lege teſtamenti qnæſitum fuit, vt clariùs demonſtrabitur in dilutionibus allegatorum pro actore.

65 ¶ Tertia, quia etiam ſi actor fuiſſet natus & conceptus tempore renuntiationis & ceſſionis factæ per Manuelem patrem ſuum, tamen nullum ius fuiſſet apertum nec quæſitum actori, nec cuicunque alij ex hac contrauentione: quia Mannel non etat fideicommiſſarius, nullum ius habebat, nihil tenuntiabat, nihil cedebat, niſi de facto. Quia din anteqnam fuiſſet in rerum natura, ius fideicommiſſi fuerat ad alios deuolutum, apud quos remanebat. Et ſic contranentio Manuelis non fuit contrauentio, nec fecit aliquam conditionem fideicommiſſi exiſtere. Teſtamentum enim loquitur de contrauentione hæredis inſtituti vel ſubſtituti, ſeu veri fideicommiſſarij habentis ius ex teſtamento. & verè prohibiti & grauati duntaxat, nec poſſunt verba nec diſpoſitio teſtamenti aliæ perſonæ adaptari, nec in alio verificari.

66 ¶ Sed Manuel non erat nec fuit vnquam hæres, nec ſubſtitutus, nec ſucceſſor teſtatoris, oec mediatè, nec immediatè, nec Galcerandi quidem patris ſui. Quia ſi fuiſſet eius hæres, non potuiſſet litem monere, & dato etiam quòd fuiſſet hæres patris ſui, tamen non potuit eſſe hæres teſtatoris nec mediatè quidem quia ex hypotheſi conſtat quòd diu antequam Manuel eſſet natus vel conceptus, dictus Galcerandus

patet eius erat priuatus omni hærentia & hæreditate testatoris & nominatim eastris, & rebus, de quibus agitur, quæ omnia erant ad alios deuoluta & acquisita. Ergo siue postea Manuel fuerit hæres patris sui, siue non, nihil ad rem: quia nunquam fuit hæres, neu successor testatoris, nec filius aut hæres hæredis: quia antequam conceptus esset pater eius, dicta hæreditate in alios statim ipso jure translata, penitus & irreuocabiliter priuatus fuerat.

67 ¶ Et consequenter etiam si actor fuisset natus & conceptus tempore dictæ renuntiationis, & sessionis factæ per Manuelem patrem suum, nihil ad rem: quia nec hoc quidem casu dici posset aut censeri hæres aut successor, mediatè vel immediatè ipsius testatoris, nec ab eo vocatus aut cognitus: cum iamdudum, etiam ante patrem suum conceptum, hæreditas esset in alios translata.

68 ¶ Quarta solutio, quia post fideicommissum semel propter contrauentionem commissum, & proximiori qui tunc repertus fuit, acquisitum, nunquam rursus hoc fideicōmissum aperiri potest, nisi per nouam contrauēntionem: quia post substitutionem Galcerādi, nullum est fideicommissum in toto illo testamento, nisi in consequentiam prohibitæ alienationis & in casum contrauentionis eidem prohibitioni, per ipsum prohibitum factæ duntaxat. Sed post primam contrauentionem Galcerandi instituti & nominatim prohibiti, & post secundam contrauentionē patruorum eius, qui erant proximiores vocati & prohibiti, nulla facta est contrauentio, nec per dictum Gasparem, ad quem per contrauennonem dictorum patruorum, tanquam ad proximiorem tunc existentem, ius deuolutum fuit, nec per alium. Igitur non fuit, nec est amplius locus vlli fideicommisso.

69 ¶ Et sic liquet actorem prorsus inadmissibilem esse. Non enim potest admitti ex dictis duabus contrauentionibus Galcerandi & patruorum eius: Tum quia, tunc non erat in rerum natura: Tum quia alij vocati fuerunt quibus ius quæsitum fuit, & in quibus fideicommissa ex dictis duabus contrauentionibus orta, fortuta sunt suum effectum, & semel consumpta fuerunt. Nec etiam admitti potest ex aliquibus aliis contrauentionibus, quæ non fuerunt, nec sequutæ sunt. Contrauentio, enim Manuelis patris actoris non fuit contrauentio pertinens, vt demonstratum est: & si fuisset pertinens contrauentio, fideicōmissum fuisset deuolutum, tadicatum, & consumptum in personis dicti Gasparis, vel filiorum eius. Et sic quaquauersum se vertat actor, admissibilis esse nequit.

70 ¶ Quinta solutio, quia fideicommissum semel apertum, & ei qui tunc proximior erat, quæsitū, non potest resolui, nisi de contrauentione eius appareat. Et sic ex nouo conditionis euentu, & nouo fideicommisso infra quartum gradū contingenti auferri, etiam in fauorem alterius nunc proximioris, de nomine & armis testatoris, sed concepti & nati post euentum conditionis, & ius semel alij quæsitum. Quia primo ex forma & tenore ipsius testamenti solus ille vocatur, qui tempore extantis conditionis proximior reperitur. Secundò, quia semel vocatus nunquam grauatur, nec testator vult ab eo vllo modo auelli, nisi in casu contrauentionis, non autem vult auelli propter superuenientem natiuitatem alicuius proximioris, qui postquam natus est, proximus quidem apparet. Sed ex postfacto post fideicommissum iam cōmissum & deuolutum ad alium, à quo non est auferendum nisi contrauenat, vt dictum est. Et hæc est ipsa veritas tam clara & aperta, vt verborum adminiculo non indigeat. l. 1. *C. si ma. facil. hær. se abstinue.* Quid enim argumentis opus est stante euidenti demonstratione.

71 ¶ Nihilominus adhuc & ex abundanti sextam do solutionem & inadmissibilitatem actoris: quia etiam si poneretur in facto, & verum esset (suppositi- A uè loquendo) quòd dictus Gaspar post fideicommissum sibi apertum contrauenisset, & quòd tempore suæ contrauentionis, & sic noui fideicommissi existentis, dictus actor fuisset natus, aut saltem conceptus, adhuc nullum ius haberet, nihil petere posset, quia nullo modo vocatus esset ex contrauentione Gasparis, vtpote excluſus à filiis naturalibus & legitimis, eiusdem Gasparis, tempore dictæ contrauentionis patris sui propinquioribus de nomine & armis, & in quibus tanquam in quarto gradu existentibus prohibitio illa & omne fideicommissum inde dependens suppressum fuit, & finem accepit: vt in authen. *de restitutio. fideicommiss.*

72 ¶ Non enim attenditur proximitas respectu ipsius testatoris, sed respectu vltimi contrauenientis, B seu grauati, vel personæ vltimo ad fideicommissum admissæ. Quod quanquam superuacuum sit discutere tamen ad maiorem actoris conuictionem, & veritatis & iustitiæ propugnationem ostendere non grauabor. Primò, per text. in *l. cum ita. §. in fideicommisso. de legat.* 1. ibi. *Et qui ex his proximo gradu procreati sunt*, vt legit Accur. in gloss. ordinaria, & est communis lectio. vel, Et qui ex his primo gradu procreati sunt, vt legitur in Pandectis Florentinis, quod idem est: & sic est ibi text. totundus quòd in fideicommisso relicto familiæ, vel fauore familiæ testatoris, post nominatos à testatore, & post illos, qui de nomine & familia testatoris fuerunt eo tempore quo testator moreretur, veniunt & vocātur proximi, quique procreati ex istis vltimo loco de medio sublatis & grauatis. Et sic proximitas attenditur, respectu vltimi grauati, vel vltimi fideicommisso excluſi. & ita decidit ibi Bal. in 2. notab. Ioan. Imol. in *l. hæredes mei §. cùm ita. ad Trebl.* C

73 ¶ Et sic quemadmodum per contrauentionem & priuationem Galcerandi vocati sunt eius patrui, & per contrauentionem & priuationem eorum vocatus est dictus Gaspar, vt clarissimè & necessariò demonstratum est: Ita si contigisset Gasparem contrauenire vel priuari, acquisitum fuisset fideicōmissum filiis eius naturalibus & legitimis ab eo procreatis, & non aliis, nec actori quidem, etiam si actor post fideicommissum deuolutum Gaspari, & eo contrauenente inuentus fuisset in tetum natura, stantibus filiis dicti Gasparis, à quibus excluſus fuisset, per illum text. ibi, Et qui ex his (scilicet nouissimè grauatis, & de medio sublatis) primo gradu procreati sunt. Et non modo semel fuit excluſus actor per filios Gasparis: sed etiam in perpetuum, remota & perempta in illis (vtpote in quarto gradu existentibus) omni virtute, spe, & effectu dictæ prohibitionis & fideicommissi. D

74 ¶ Et ita quod hoc casu debeat attendi proximitas respectu vltimo grauati, à quo fideicommissum euellitur, & non proximior respectu testatoris, post seriam & exactam discutionem, decidit Bartholo. Socinus. in *l. si cognatis.* col. vlt. nu. 40. vers. *sexta & vltima conclusio. de reb. dub.* Quamuis enim in substitutione vulgari debeant præferri proximiores testaturis, & non eius cui facta est substitutio, & etiam in fideicommissis & legatis, quando capiuntur immediatè de manu testatoris, antequam alij acquirantur: E tamen post primam illam acquisitionem, attenditur proximitas per respectum, non ad testatorem, sed ad personam illius, de cuius manu accipitur, videlicet vltimi grauati, vt est de mente Bartoli, in *l. re communis*, col. pe. q. 3. *de lega.* 3.

75 ¶ Et subdit Soc. in *d. l. si cognatis. in fi.* se ita pluries consuluisse Senis, Pisis, & in curia Romana, & in regno Maioricarum, seu apud Baleares insulas, & testatur idem consuluisse Alexan. Imol. & Ioannem Baptistam de sancto Seuerino præceptores suos, & sibi etiam subscripsisse Bal. de Bartolinis, & Philip. Corneum. Et addit ita per doctissimum Aduocatum cui causa commissa fuit, iudicatum Florentiæ,

rentiæ. citat etiam conſ. Pau. Caſtr. non impreſſum. Ita etiam rurſus decidit Soc. in *l. hæredes mei.* §. *Cum ita.* col 7. nu. 16. in *fi. ad Trebel.*

76 ¶ Ita etiam latè conſuluit idem Socin. conſ. 149. col. 13. cum trib. col. ſeq. lib. 2. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet contra deſcendentem ab ipſo teſtatore, & proximiorem in gradu ipſi teſtatori: Cui tamen ſenſit præferri remotiorem reſpectu teſtatoris, qui eſt proximior vltimo grauato. Quantò fortius hic, vbi actor non eſt de deſcendentibus, ſed de collateralibus teſtatoris. Et inſuper vbi Gaſpar de Arinyo & eius filij non ſolùm ſunt proximiores vltimis grauatis: ſed etiam ſunt multò proximiores ſtipiti communi domus & agnationis de Arinyo: à qua caſtra & loca de quibus agitur, proceſſerunt, ita etiam latè conſuluit idem Soci. conſil. 86. col. 4. num. 11. cum. ſeq. & in conſil. 73. col. 3. nu. 14. cum ſequentib. lib. 4.

77 ¶ Ita etiam decidit Anton. Rubeus in *l. Gallus.* §. *quidem recte*, *col.* 35. *de liber. & poſthu.* & in conſ. 36. eximij col 2. col. vlt. nn. 6. 7. 8. & conſi. 36. Memini. col. vlt. nu. 4. & conſil. 40. circa dubium, col. 2. nu. 4. num. 5, & conſ. 82. viſo eleganti. nu. 1. & nn. 5. idem Ludoui. Gozadinus conſil. 4. col. 5. nu. 17. vbi dicit ſe habere multa in eam rem conſilia non impreſſa. & ante eos idem voluit Philip. Corneus conſi. 22. col. 6. lib. 2. & expreſsè in materia ſubſtitutionum, Carol. Ruinus, conſil. 191. num. 7. lib. 2. Ita etiam Stepb. Bertran. (qui fuit vir magnæ eruditionis & recti iudicij, vt dixi in tracta. de donatio. fact. vel confirma. in tracta. matri. num. 67.) decidit in conſi. 300. col. 2. nn. 2. lib. 3. in prius impreſſis per Simonem Vincentium. Faciunt no. in c. 1. & ibi Andr. Iſer. de natura ſucceſſionis feudi, in vſib. feudo. vbi quamuis aliàs in feudis ſemper reſpiciamus primum ſtipitem. Bal. in c. 1. col. 1. ad fi. & ibi Marti. Laud. col. 2. de eo qui ſibi & ſuis hæredibus, & in c. 1. §. vlt. col. 2. *de ſucceſſione fratrum*, *vel gradibus ſuccedentium in feudo*, *in vſib. feudo.* tamen etiam inter deſcendentes ab illo inſpicitur proximitas vltimi vaſalli, & non primi acquirentis. Philip. Corneus conſi. 37. col. 2. conſ. 190. lib. 3. Philip. Deci. conſi. 445. num. 19. Et quanquam aliqui contrarium teneant: tamen hæc eſt crebrior eſt & fundatior Sed vt dixi, hæc ſexta, quanquam iuridica, ſolutio ſuperuacua eſt, ſufficientibus, imò ſuperabundantibus dictis quinque ſolutionibus, & aliis prædictis mediis ineluctabilibus, & quæ neminem contradicentem habent.

78 ¶ Adhuc, pauci illi qui tenent in ſubſtitutionibus proximitatem reſpectu teſtatoris attendi, loquuntur in aliis quàm huius teſtamenti terminis, videlicet quando teſtator diſpoſuit deſcendentibus ſuis tantùm, vt quãdo vocauit proximiorem è deſcendentibus ſuis, vel poſteritate ſua. vel ſi vocauit, etiam collaterales, quando reſtrinxit ad ſuum, vel ſibi proximiorem: & ſic referendo ad ſe, ſiue ad proximiores ſui ipſius, prout certum eſt quòd pronomen Suus, vel Meus, reſtringit. *l. Stichum qui meus erit, de lega.* 1. *l. Si ita legatum, de auro & arg. lega. l. vlti. in princ. eo. titu. l. ſuper. de legat.* 3. imò etiam quando incerto corpori additur, vt hic, facit taxationem, vt decidit Bar. in *d. l. ſuper.* Alexand. conſ. 76. lib. 1. Ita loquitur Franciſc. Ripal. in *l. Ex facto. in prin. num. 6. ad Trebel.* Quod eſt longè diuerſum à terminis huius teſtamenti: vbi teſtator in caſum contrauentionis non vocauit propinquiorem poſterorum ſuorum, nec propinquiorem ſuum, reſtringendo ad proximos reſpectu ſui ipſius: ſed in genere vocauit propinquiorem conſanguineum, de ſuo nomine, & ſuis armis. Et conſequenter, etiam alio non expreſſo, intelligitur de propinquiore qui tũc eſt reſpectu vltimi fideicommiſſarij vel grauati. Quantò fortius, vbi teſtator addidit. Qui in tali caſu reperietur: & ſic expreſsè reſtrinxit ad proximiorem tunc exiſtentem, & ad illum ſolum & non ad alium, & voluntarem ſuam, & verba direxit: ergo actor & verbis & volnntate teſtatoris deſtituitur & excluditur.

79 ¶ Imò etiam non ſolùm communi, ſed etiam concordi omnium Doctorum de hac re ſcribentium ſententia excluditur. Quia etiam ex illis paucis, qui volunt in ſubſtitutionibus proximitatem reſpecto teſtatoris attendi, nullus eſt qui loquatur in fauorẽ proximioris nondum nati vel concepti tempore conditionis fideicommiſſi extantis: Sed omnes loquuntur de proximioribus tunc iam natis, quorum vnus eſt proximior reſpectu teſtatoris, alter proximior reſpectu grauati, ſeu perſonæ vltimò admiſſæ. Sed quando proximior reſpectu teſtatoris nondum natus eſt nec conceptus, omnes vbique tenent nullam penitus de illo rationem habendam, etiam ſi teſtator diſpoſinonem ſuam non limitaſſet ad propinquiorem tunc exiſtentem, prout hic expreſsè reſtrinxit. Multò plura adducere poſſem pro Illuſtriſſ. Duce, niſi temporis & aliorum vrgentium negotiorum anguſtiæ vela contrahere cogerent.

80 ¶ Nunc igitur breuiter & ſuccinctè diluendo obiecta, ad primum. Quòd actor ſit ex verbis teſtamenti vocatus, ſup. nn. 2. ſoluio ex verbis eiuſdem teſtamenti apparet. Quia non eſt inſtitutus, nec ſubſtitutus, nec in diſpoſitione nec in conditione quidem poſitus. Quid quòd nec patris quidem proprij, nec aui ſui & multo minus teſtatoris hæres eſt? Fideicommiſſum autem in caſum contrauentionis, quo ſolo nititur actor, ei non congruit nec adaptari poteſt. Vult enim teſtator & expreſsè diſponit quòd poſthumo ſuo, vel Galcerando fratre ſuo ei ſubſtituto alienante, ſtatim hæreditas ab eo recedat, & ipſo iure tranſeat & perueniat ad propinquiorem cõſanguineum. Nunc etiam alio non dicto, nec Manuel qui nondum conceptus erat, & multò minus actor vocari potuit. ſed ſtatim hæreditas à Galcerando euulſa, ad patruos eius tranſiuit, qui ſoli proximiores erant, & ab illis ad Gaſparem, qui ſolus erat proximior, etiam non ſolùm reſpectu grauati, ſed reſpectu quoque teſtatoris, ita quòd vtraque proximitas in eis qui concurrentibus carebãt, concurrebat: quantò fortius, quando teſtator addidit etiam hanc qualitatem perſonæ deſignatiuam, qui in tali caſu reperietur? Ergo Manuel qui tunc non reperiebatur, & fortius actor non ſolùm non vocatus, ſed diſertis verbis perpetuò excluſus. Extitit ergo conditio fideicommiſſi in perſona Galcerandi, ſed non ad commodum Manuelis, & multò minus actoris. Sed ad commodum patruorum, & rurſus in horum perſonis contraucientibus mox ad commodum Gaſparis de Arinyo extitit.

Diluitio obiectorum.

81 ¶ Quod autem obiter ſup. nn. 2. dicitur, iterum extitiſſe conditionem in perſona Manuelis, recitatio eſt obiectionis actoris falſa & ridicula, per not. ſuprà, nu. 65. non repetendo: Quia Manuel nunquam vocatus fuit, nunquam ius habuit, nunquam inter hæredes vel etiam ſucceſſores fideicõmiſſarios teſtatoris computari potuit, & ſic nec in prohibitione, nec in grauamine: & cum nihil haberet, nihil alienare, nec in aliquo contrauenire potuit. Nec valet quod ſup. nu. 3. dicitur verba, Qui in tali caſu reperietur, non ad tempus, ſed ad cauſam ſeu qualitatem referri: quia imò ad vtrumque referuntur, videlicet ad tempus, & ad qualitatem requiſitam, videlicet vt tunc ſit in rerum natura, & talis, nempe de nomine & armis, & proximior. Cùm ergo actor & eius pater non eſſent in rerum natura, non ſolùm eis deficit tempus: ſed etiam ſubſtantia, & qualitas, quia non entis nullæ ſunt qualitates: ſuprà, num. 59.

82 ¶ Quod autem ſuprà, nn. 4. dicitur, ea verba ad executionem referenda: contra actorem facit, quia teſtator voluit ſtatim executionem fieri, & non pendere: ſed ſtatim perfici, ibi, Perueniat. quod verbum rem conſummatam & executam cũ effectu ſignis

ficat *l.2 §.peruenisse. de hered. vel actio. vend.* & ſufficit vel momento peruenisse, *l. peruenire. de verb. ſignif.* & ſic neceſſe eſt ius quæſitum & radicatum fuiſſe ei qui tunc erat proximior de ſanguine & armis, etiam ignoranti, *l.cum pater.§.ſurdo de legat.ſecundo.*

83 ¶ Rurſus contra actorem facit quod ſup. *num.5.* dicitur, ea verba, *Qui in tali caſu reperietur*, ad hoc eſſe appoſita, vt pluribus ſtantibus proximior qui in ea qualitate tunc reperitur, cæteris præferatur. Hoc enim in ſe verum eſt. Sed primò benè ſequitur, præferetur cæteris exiſtentibus: ergo multò fortiùs præferetur non exiſtentibus. Secundò, quòd perpetuò & cum effectu ad talem, & non ad alium hereditas peruenit, cæteris omnibus, etiam iam natis & multò fortiùs naſcituris perpetuò excluſis, niſi conting: illum qui vocatus & admiſſus eſt contrauenire, quo caſu contingente inſpiciendum erit qnis tunc ſit proximior, & in ea qualitate. Cæterùm, niſi vocatus contrauenisset, nullo fideicommiſſo, nullo demceps onere grauatus eſt, ſed perpetuò pro ſe & ſuis habet.

84 ¶ Tum verba illa, Qui in tali caſu reperietur, denotant extremitatem temporis, ſiue certum determinatum tempus alienationis & contrauentionis Ergo ſuccedunt duæ regulæ. Prima, quòd inſpiciendum eſt illud tempus, tex.in *l.4.in fin. de conditio. & demonſtr.* Iaſon, ſeu veriùs Alexand. in §.*rurſus Inſtit. de actio.* Iaſon in *l. ſubſtitutione. col. 1 de vulg & pupilla.* Secunda, quòd qualitas iuncta verbo, vel certo tempori aut euentui debet ineſſe tempore illius verbi vel euentus *l.in dilectis.q ſe extraneum. de vsual. actio l.ex facto.§.ſi quis autem*, & ibi Alexander in Trebel. *l.72. tium de teſtamento militis.* Alexander *conſ.143. n.1. lib.* 6. vbi in annot. dixi, & in Conſuet. Pariſ §. 38. *num.* 56. Et ſic neceſſe eſt dicere quòd dicta verba referre ad aliud tempus, quàm ad tempus contrauentionis & extantis conditionis, mera eſt contorſio & cauillatio. Tum, dicta verba ſunt manifeſtè depoſita grana demonſtrationis reſtrictiuæ, non autem gratia extendendi vel prorogandi fideicommiſſum illud caſuale, ſed gratia teſtringendi. Ergo non poſſunt operari ampliationem ſubſtitutionis, nec interpretari vt extendantur ad perſonas, quæ tunc non erant in rerum natura, *l. legata inutiliter, de legat 1. l. legata inutiliter de adimend. legat. l. cuntale. §. vlt. de condit. & demonſtr.* Sed ſic eſt quod abſque illis verbis non continebantur nondum nati nec concepti tempore extantis conditionis. Ergo multò minùs continentur adiectis illis verbis reſtringentibus ad eos, qui tunc non ſolùm erant in rerum natura, ſed etiam iam erant debitè qualificati.

85 ¶ Confirmatur, quia illa verba adiuncta per modum conditionis, quæ inducit formam, vtpotè per relatiuum *Qui*, iunctum verbo futuri temporis, quod inducit conditionem, tex.in *l Stichum qui meum erit.* & ibi Bart. Alex & omnes, *de legat.1. l.ſuper ia fia.* & ibi Bar. *de leg.3 l.ſi debitor § veriſimile eſt*, & ibi Bart. *de contrab.emptio. & vendit*, ſiue referat perſonam, ſiue qualitatem vel accidens, gl.in *l.1. C.de ſenten. quæ pro eo quod iuter.* Bar. *in l. 1. col 6. de condit. & demonſtr.* Bar. Imola, in *l.ſi Titius. Cùm ita de leg. 2.* Iaſon in *d. l.Stichum qui meum erit.not.1.* Porro nulla conditio leuis eſt ſolennitatis, Alex in *l.1. in fin. de lib. & poſthu.* Philip. Dec. *c.ex parte M.de appellat.* Sed formam induxit Bald. in *authen. Matri & auiæ col.1. C. quando mulier tutel.off. fungi poſſ.* Alex. *d.l. in fi.* Maria. Soci. *c.ſi diligens. col.5. de foro comp.* Phil. Dec. *conſ.* 132. *n.4.* Forma verò non poteſt impleri per æquipollens. Angel. Peruſ. Alex. in *l. vbi autem non apparet §. illud de verb.oblig* Iaſon in *l. Gallus. §. Idem credendum, de liber. & poſth* Iaſon, Phil. Dec. in *l. certum*, vbi in annot. dixi. *Si certum pet.* Et ſic illis qui non erant in rerum natura tempore alienationis Galcerandi, non ſolùm verba & mens teſtamenti, ſed etiam ſubſtantia, forma, qualitas & accidens, & omnia deficiunt.

86 ¶ Rurſus confirmatur: quia certum eſt de iure, quòd quamuis in ſubſtitutionibus non ſemper inquiratur ſubſtitutum eſſe in rerum natura tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris: tamen requiritur quòd ſic in rerum natura, ſaltem tempore extantis conditionis, vt latè Alexand. *conſ.216. in fin. lib.3.* Socin. *conſ.10. n.12. lib.1.* & omnes vbique. Et cùm hoc concurrit expreſſa voluntas & diſpoſitio teſtatoris qui cæſetur illam claſulam, *Qui in tali caſu reperietur*, appoſuiſſe ad corroborationem iuris communis & communis ſententiæ, prout etiam in dubio ſe illi conformare cenſetur Alexan. Iaſon, & omnes in *l.1. col. 9. de vulg. & pupil.* Alex. *conſ. 55. n. 2.* vbi in annot. dixi *lib.4.* Matthæus Afflict. *deciſio. Neapolit. 44. num.* 20: Philip. Dec. *conſ.157. col.2.* vbi in annot. dixi. Concurſus autem toris cum facto partis vel teſtatoris, multò fortiùs operatur. Alex. in *l. quidam ita. §. vlt. col.1. ad Trebellia.* & in *conſ.53. num.8. lib.7.* vti in annot. dixi Philip. Dec. in *l.1. C. qui admitti.* Et in conſil 41. col. 3. vbi in annot. tetigi. Ltquet ergo ex prædictis, quòd actor nec ex ſua, nec ex patris ſui perſona, nihil omninò prætendere poteſt in vim clauſulæ prohibitæ alienationis & fideicommiſſi caſualis in euentum contrauentionis, & multò minùs prætextu fideicommiſſi gradualis: Quia (vt patet ex tenore ipſius teſtamenti.)

87 ¶ Confutando aliud ſecundum principale obiectum ſuprà, *num.* 6. vnicum tantùm fuit fideicommiſſum graduale, ſemel tantùm factum, videlicet ſi poſthumus naſceretur, & ſuperſtes poſteà ſine maſculis decederet, quo caſu ſubſtitutus eſt Galcerandus, cui nulla facta eſt ſubſtitutio, nullum grauamen: niſi in caſum alienationis in vim prohibitionis in eo tacitè repetitæ, & adhuc nulli fideicommiſſo gradiali fuit locus Defecit enim caſus & conditio, & in vulgari teſtamentum incepit in perſona Galcerandi. Quòd autem Galcerandus nullo fuerit fideicommiſſo gradiali granatus, ſed dontaxat fideicommiſſo caſuali in euentum contrauentionis, patet per verba teſtamenti, in quibus nullum aliud onus vel fideicommiſſum iniectum eſt Galcerando.

88 ¶ Ea enim verba, *Cum conditionibus ſupradictis*, ſubſtitutioni Galcerandi oppoſita, referuntur ad onera & conditiones impoſitas inſtitutioni poſtbomi primo loco inſtituti, videlicet ad eandem prohibitionem alienationis, & ad idem fideicommiſſum caſuale, ſtatim in fauorem proximioris qui tunc reperietur, exequendum in caſum contrauentionis, & mos ea facta: non autem referri poſſunt ad conditiones ſub quibus idem Galcerandus eſt poſthumo ſubſtitutus: hoc enim eſſet non ſolùm abſurdum, ſed etiam impoſſibile: quia aliæ ſunt conditiones quæ imponuntur ipſi inſtituto, vel ſubſtituto: & aliæ ſub quibus quis inſtituitur vel ſubſtituitur: & diametraliter differunt, cùm illæ neceſſariò ſequantur inſtitutionem vel ſubſtitutionem & eius euentum: hæ verò neceſſariò præcedant inſtitutionem vel ſubſtitutionem & eius euentum. Illas teſtator in eodem teſtamento aptè vocat conditiones & vincula: has autem vocat caſus. Patet ibi, *Cum conditionibus & vinculis infraſcriptis.* Ita enim vocat quando loquitur de oneribus quæ imponit inſtituto vel ſubſtituto. Et contra patet ibi, *In quo-libet differorum caſuum ſubſtituto*, &c. vbi conditiones ſub quibus aliquem vocat ad inſtitutionem vel ſubſtitutionem, vocat caſus, & non conditiones. Et rurſus ibi, *Qui in tali caſu reperietur*, caſum vocat euentum quo aliquis ſubſtituitur.

89 ¶ Sequitur ergo neceſſariò, quòd verba *cum conditionibus ſuprafcriptis* inſtitutioni Galcerandi appoſita, referuntur duntaxat ad conditiones & vincula ſuprà impoſita poſthumo primo loco inſtituto videlicet ad prohibitionem alienationis, priuationem & fideicommiſſum caſuale, non autem referuntur ad ca-

ſos, in quorum eventum Galcerandus fuit ſubſtitutus, quia non ſolùm verba & modus loquendi, quo teſtator vſus eſt: ſed etiam mens repugnarent: imò eſſet præpoſtetate, & etiam in eadem diſpoſitione repugnantiam introducere, contra *l. Nam ad ea de condit. & demonſtr.* & actum nullum reddere. *l. vbi repugnantia de reg. iur.*

90 ¶ Sequitur ergo quòd quamuis poſthumo impoſitum ſit fideicommiſſum graduale pro vno gradu vel eventum tantùm, ſi ſupereſtes poſteà ſine maſculis moreretur: tamen tale fideicommiſſum non eſt impoſitum Galcerando: ſed duntaxat ei impoſitæ ſunt conditiones & vincula prohibitæ alienationis, priuationis & tranſlationis ipſo iure in alium tunc proximiorem, ſi contueniret. Cùm igitur actor non poſſit otiti ex fideicommiſſo caſuali alijs acquiſitio ex capite alienationis factæ per Galcerandum: multò minùs niti poteſt ex prætenſo fideicommiſſo graduali per obitum Galcerandi, quia Galcerandus nullo tali fideicommiſſo grauatus fuit.

91 ¶ Et dato præſuppoſitiuè loquendo, quòd tali gradoſi fideicommiſſo grauatus fuiſſet, intelligeretur caſu quo interim non alienaſſet, alias fideicommiſſi gradualis ſpes præcepta eſſet. Nihil enim per obitum Galcerandi ſopereſſet, nihil inueniretur, vtpotè omni hereditate iam ad alios per ptiuationem Galcerandi tranſlata, & ſic ſoluto eſt ad omnia contenta ſuprà, *num.* 7. & 9. 10. 11. 12 13 14. & 15.

92 ¶ Et ſic impertinens eſt, quod ſuprà, v. 16. dicitur, qualitatem maſculinitatis, operati vt filij maſculi in conditione poſiti, eenſeantur vocan & diſpoſitione. Tum, quia etiam ſi verum eſſet, non idem ſequitur de filijs maſculis Galcerandi, quia hi nullo modo ſunt, nec in conditione quidem, & de eis nulla ptorſus facta eſt mentio Ergo per locum eonuerſione argumenti & eadem contrariorum diſciplina, ſequitur & concluditur filios vel alios deſcendentes Galcerandi vocatos non fuiſſe, nec ei per obitum gradualiter ſubſtitutos. Ergo nec actor, nec eius pater vllo fideicommiſſo graduali niti poſſunt.

93 ¶ Tum, quia illa opinio, de qua ſuprà *n.* 17. falſa eſt, & communitet reprobata. Nulla enim lege, nulla concloden tatione fulcitur, ſed in falſo & ruinoſo, imò reprobato fulcro phantaſi x. Guido Papæ *q. Delphi.* 184. Et quàm hæc opinio ſit falſa patet: quia eſt contra regulas iuris, in *l. ſi quis ſub conditione*, ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. in *l.* 1. §. *Item ſi ita ad legem Falcid. tul. obligationum ſeie.* §. *pe. de actiou. & obligat.* cum ſimilib. & etiam contra omnes textus in toto corpore iuris de hac te loquentes: vbi loquentes, vbi poſiti in eondinone remanent inuitati ab inteſtato tantùm, ſi hoc eis contingat: non autem ſunt in diſpoſitione nec vocati in teſtamento, text. in *l. vel ſingulis, inſt. de vulg. & pupill.* in § *vel ſingul. inſtit eod. text.* in *l. Lucius 2. de hered. in inſtit.* in *l ſi quis ita inſtituatur heres, ſi legitim.* & ibi gloſ. *de hered. inſtit.. in l. poteſt*, cum l. ſeq. *de vulg. & pupil. ſubſt.* in *l.* 1. *C. de pact.*

94 ¶ Ad hoc etiam text. in *l. filius fam.* §. *Cùm quis, de leg.* 1. vbi dicitur impertinens eſſe an liberi ſint heredes, vel non, quando quis grauatus eſt teſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, & ſic apertè innuit liberos grauati in conditione poſitos, non propter hoc eſſe vocatos, & nihilominùs ſioe alias ſint hetedes, ſiue non, hoc eſt etiam ſi grauatus bona alienaoerit, vel alius teliquerit, deficere conditionem fideicommiſſi quandiu ſuperſunt aliqui liberi, etiam ſi neque bona habeant, neque actionem ad illa, vt tenent Batt Bald. & omnes in *d.* § *rium quis.* latè Philip. Corn. *conſ.* 180 *col.* 4. Laoren. Calca *conſ.* 69. *col.* 3 Alexand. *conſ.* 139. *lib.* 6 & eſt text in *l. iubemus.* §. *ſin autem* 11. *C. ad Trebell.* Et in tantum verum eſt filios poſitos in conditione, non tamen eſſe in diſpoſitione, nec vocatos, vt procedat ſiue in conditione expreſſa ab homine, vt in præfatis iuribus,

A ſiue in tacita à lege, vt in *l. cùm auus de condit. & demonſt.* in *l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* in *l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis.*

91 ¶ Et quamuis illi text. non loquantur expreſsè ſiue qualitas maſculinitatis expreſſa ſit, ſiue non: tamẽ ſatis eſt quod generaliter & indiſtinctè loquantur, & ſic generaliter & indiſtinctè debent intelligi. *l.* 1. §. *generaliter autem, de legat. præſtan. l. de pret. de publicia. in rem actio.* Ita etiam intellexit, docuit, ſcripſit & cõſuluit fidelis antiquitas, vt patet apud Oldradum etiam in longè fortionibus terminis, in *conſ.* 21. Thema tale eſt, *teſtator*, quem ad verbum ſequitur Ioan. Andr. in *addition. Speculi, tit. de teſtam.* §. 1. *in fin.* Albert. Roſates in *cap. de vul. & pupilla.*

B 96 ¶ Et generaliter quòd hæc procedant, etiam addito in ſubſtitutione verbo *Maſculus*: tenuerunt omnes antiqui vſque ad præſatum Guido. Papæ. Cuius primùm fuit noua opinio, ſed in ipſo ortu ſuo bis etiã in iudicio contradictorio, etiam authore ſuo præſente, qui eam defendere non potuit, reprobata, vt ipſemet Guido. Papæ teſtatur *q. Delph.* 600. Arreſto Senatus Gratianopolitani contra iodicatum, quòd liberi maſculi ro conditione poſiti, etiam qualitate maſculinitatis bis expreſſa, non eſſent vocati nec ſubſtituti, ſed ab inteſtato zelicti, etiam inter nobiles, & in teſtamento nobilis, & rurſus in teuſione eiuſdem proceſſus ita fuiſſe ſe præſente, & quidquid potuit allegante, iudicatum

C 97 ¶ Et quamuis à tempore Guidonis Papæ pauci quidam conſulendo in fauore clientum ſuorum nouam illam opinionem Guidonis Papæ, non tam ſerò approbando, quam pro tempore & occaſione vtendo, ſequi videantur: tamen omnes reprobant in Lecturis, vbi ſine affectu priuato loquuntur, vt Alexand. in *l. ex facto. ad Trebell.* Andr. Alciat. *in l* 1. in verbo *ſint liberis. C. de pact. & in tractatibus* vt Angel Aretin. in tractatu *de teſtam.* verbo, *Si deceſſerit ſine liberis maſculis.* Imò etiam maior & ſenior pars, & ferè omnes conſulendo, vt Alexand. *conſ.* 105 *lib.* 1. *conſ.* 185. *lib.* 2. Socin. *conſ.* 72. *lib.* 3. Philip. Corn. *conſ.* 146 *col.* 2. *lib.* 2. Franc. Curt. ſenior *conſ* 42. Philippus Decius *conſ.* 287. *conſ.* 196. *in fin.* Iaſon *conſ.* 89. *conſ.* 140. *lib.* 1. *conſ.* 35. *lib.* 2. Stephan. Bertran. *conſ.* 223. *lib.* 2. Ludouic Gozadinus *conſ.* 14. *num.* 2. Petr Paul. D Pariſ. *conſil.* 27. *num.* 28 *cum ſeq. lib.* 2. Hiero Gratus *conſ.* 3 *col. vlt. lib.* 1. vbi dicit minimè curandum de deciſione Guido. Papæ *q.* 184 quia etiam contra ſententiam reportauit.

98 ¶ Quinetiam Doctores illi ſuprà, *num.* 30. pro actore citati, qui obiter dictam nouam opinionem Guido Papæ, tanquam in rem clienteli facientem citsuerunt, eandem melius ſcribendo & conſulendo in fortionibus terminis reprobauerunt, vt Philippus Cotneus, & Philip: Dec. Iaſon. Ludou. Gozad. Hieronym. Grat. in locis nnpet allegat. Carol. Ruinis in locis infrà, *num.* 104. citandis. Ayoo. Craneta, *conſ.* 98. His addi poſſunt, quæ contra dictam opinionem ante quindecim annos ſcripſi in *annot. ad Philip. Dec. in conſ* 270. *conſ.* 318. & *ad Dec. in l.* 1. *col.* 3. *num.* 16. *C. de pact.*

E 99 ¶ Ad coniectitas de quibus ſup. *nu.* 18. 19. 20. 21. 22. impertinens eſt diſputare, cùm filij Galcerandi nullo modo ſint nec in conditione quidem, vt ſuprà, *num.* 83. Et ſic multò minùs nepotes. Præterea, nulla dictarum coniecturarum poteſt filijs Galcerandi adaptari. Non prima, ſuprà, *num.* 19. quia non fuerunt grauati, nec vlla de eis mentio facta fuit, nec in honore, nec in onere, quanquam nec illa quidem concludat, vt dixi in *annot. ad Alex. conſ.* 64. *lib.* 5. & per Cort. ſeniorem *conſ.* 42. col 5. Stephan. Bertran *conſ.* 82 *lib.* 1. *conſ.* 223. *lib.* 2 10 primis impreſſis per Simonem Vincentium, & latè Ioan. Imol. in *c. Raynutius*, in materia compendioſæ, *de teſta.* & in *l. Centurio*, vbi

reſpondet rationibus in contrarium adductis, *de vulg. & pup.* Nec ſecunda, ſup. *num.* 20. quia eorum reſpectu teſtator ad nullum gradum ſubſtitutionis proceſſit. Imò ſubſtitutionis fideicommiſſariæ vnum tantùm gradum vel caſum fecit, videlicet de poſtbumo ad Galcerandum primum, vltimum & vnicum ſubſtitutum. Cæterùm, prohibitionis extenſio, gradus non facit, nec fideicommiſſum, niſi in caſu contranentionis, de quo ſatis profligatum eſt.

100 ¶ Adhuc illa ſecunda coniectura, ſup. *num.* 10. meritò reprobatur per antiquos, medios, & nouiſſimos. De antiquis pater per Oldra *q.* 21. vbi teſtator habens fratrem & ex altero fratre præmortuo neposem, & ex altero fratre præmortuo tres nepotes, inſtituit eos in ſtirpes, deinde dixit: Si aliquis heredum meorum ſine filiis aus nepotibus, aut deinceps deſcendentibus & maſculis decedat, eius portio deuoluatur ad coheredes ſuperſtites, vel eorum hetedes: dum tamen ſins maſculi, & ex maſculis ſecundum rectam lineam deſcendentibus. Mulieres aotem & ex mulieribus deſcendentes penitùs excluſit, quibus certas ſummas pro dote dati voluit. Deinde ſtatuis, quòd ſi omnes præfati heredes nollent dictas doses fœminæ vel fœminatum defuncti eatum patri ſoluere, quòd tunc ea portoo deuoluatur ad Eccleſiam Romanam, quam cum eodem onere ſubſtituis. Rurſus & tertiò ſtatuis quòd ſi nec Eeclefia, nec dicti heredes, ſcilicet maſculi legitimè requiſiti, voluerint ſoluere dotem vel dotes, tunc ea portio deuoluatus ad filtam vel filias defuncti ſine maſculis, quas ſubſtituit vt nubaut ſi voluerint cũ ea portione. Quartò & vltimò ſtatuis, quòd ſi contigeris omnes ptædictos heredes abſque filiis aut nepotibus, vel deinceps maſculini ſexus deſcendentibus ex maculis moti, vs bona ſua deuoluantur ad Eccleſiam Romanam.

101 ¶ Eece primò, quòd facta eſt ſepties mentio maſculorum, deinda lineæ maſculinæ gradualiter, & omnes fœminæ & ex fœminis deſcendentes perpetuò excluſi. Es non computata inſtitutione maſculorum in ſtirpes, proceſſit teſtator ad quatuor gradus ſubſtitutionum: & samen poſt quam contigiſſet, ſeſtatorem in ea voluntate moti ſuperſtiobos dictis, fratre & nepotibus, & poſteà vnus oeporum deceſſiſſes, relictis quatuor filtis maſculis, quotum duo poſtea ſine liberis obierunt: tertius autem relicta vnica filia: & quartus ſine ptole, inſtituta dicta nepse, à qua maſculi deſcendentes ex alis maſculis inſtitutis veodicabans ex ſubſtitutione, offerentes dotem seſtamentariam: decidit Oldrad. hanc oeptem ſeu proneptem abſoluendam, & quòd omnis illa ſubſtitutio expirauis in perſona aui dictæ neptis inſtituti, qui deceſſit quatuor liberis maſculis ſuperſtiubus, quicquid poſteà de illa contigent: quia non eſt verum inſtituutos obiiſſe ſine liberis maſculis, & ſic defecta prima ſubſtitutione, teliquæ omnes inde dependentes cortueruns. quia licèt maſculi fuerins, etiam ſepties repetita huius qualitasis mentione, & fœminis expteſſim excluſis, poſiti pluries in conditione: tamen non ſunt poſiti in diſpoſitione, & ſequuntur Ioan. Andr. & Alberic & omues antiqut in locis præfatis.

102 ¶ Idem in ſimilibus etiam ſortioribus terminis Doctores poſteà ſæculo altero ſequuri, in queis potiſſimùm Alex. *conſ.* 185. viſo *teſt. lib.* 2. in hac ſpecie, Richardus ſeſtator catens filiis, inſtituit Sinibaldum agnatum ſuum ex fratre nepotem, & eiuſdem Sinibaldi liberos maſculos. Es ſi Simbaldus decederet ſine filiis maſculis ex eius corpote legitimè deſcendentibus: aut ſidecederet cum filiis maſculis, deinde omnes eius filij decederent quandocunque ſine filiis legitimis & naturalibus, tunc & tn quoliber dictorum caſuum ſuos heredes eſſe voluis, & dicto Simbaldo & filiis maſculis Sinibaldi, ſubſtituit Philippum. Contigit, quòd Sinibaldus ſucceſſit teſtatori, & teliquit Antonium & Iulianum filios, Amonius autem teliquit Iacobum. Nunc iſte Iacobus non vuls heres eſſe Antonij patris ſui, nec Iuliani patrui ſui ſine liberis maſculis defuncti, ſed vuls vendicate bona iotę ſubſtituriouis tanquam ſubſtitutus patri ſuo & patruo ſuo, ſiue tanquam per mottem eorum, ſiue alius maſculus mortuorum vocatus. Es Alex. ibi copioſiſſimè & eruditiſſimè allegas quæcunque adduci poſſunt pro Iacob. per 13. undamenta: & nihilominus contrarium decidit per 10. vel 12. alia, & omnibus contrariis reſpondet, & omnes vbique ſequuntue, & ipſe Alexand. ad illud conſilium ſe remittit in *conſ.* 12. *num.* 10 *lib.* 3.

103 ¶ Quòd ſi ſub tot tantiſque clauſulis tamen dictus Iacubus toties in conditione maſculorum poſitus non eſt vocatus: igitur in præſenti themate filij maſculi dicti poſthumi ſi natus fuiſſes & ſuperuiviſſet, & maſculos reliquiſſet, nullo modo fuerunt vocati, ſed relicti ab inteſtato, & multò miùs vocati filij Galcerandi, de quibus teſtator, nullum verbum fecit. Idem decidis Alexaod. *conſ.* 108. *viſo themate, lib.* 2. de quadam Lucia, quæ prætendebat ſe ſubſtitutam ex teſtamento ani ſui, & in *conſ.* 199. de quadam domina, quæ ſe ſubſtitutam prætendebat ex teſtamento proaui ſoi. Qom (quod notabilius eſt) idem Alexand. togatus vs pro nepote ex maſculo conſuleret, tanquam ex teſtamento aui ſubſtitutus eſſet patruo, etiam ingenti hooorario oblato, recuſauis: quamuis dictus nepos eſſes bene positus in condinone, & rationes conſilij denegati ad conſultosem tranſmiſit, quæ habentur *conſ.* 202. *lib.* 7.

104 ¶ Et adhuc in ſortioribus terminis idem decidis Alex. *conſ.* 139. *lib.* 6. in ſubſtitutione, in qua poſt moltos gradus erans verba, quòd bona remanerent propinquioribus, & ſic ſemper de gradu in gradum, & quòd nunquam ſecederens de parentela: & tamen decidit quòd defecto primo gradu, omnia deficiunt: & quòd omnes gradus ſunt facti & limitati in caſu quo eueniat conditio primæ ſubſtitutiònis, *l. poſt aditam. C. de impub. & aliis ſubſt. Lex facto. §. pen. ad Trebell.* Idem Socin. *conſ.* 61. *in fin. cont.* 104. *n.* 8. *cum ſeq. conſ.* 2 6 *col. vlt. lib.* 3. Laoren. Calca. *conſ.* 20. *col.* 3. Franciſc. Curt. Iunior. *conſ.* 45. *num.* 19.

105 ¶ Es ex nouiſſimis recentis memoriæ iidem decidunt laſ. in *l. ſi quis, n.* 5. *cum ſeq. C. de inſtitut. & ſubſtit.* Philip. Dec. in *l. poſt aditam, num.* 2. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* & *conſil.* 218. & alus multis conſiliis, quæ breuitatis cauſa prætereo. Ita etiam in ſimilibus, imò ſortioribus terminis expreſsè conſuluis Carolus Ruinos *conſ.* 92. *incipien.* Caſus de quo lib. 2. vbi maset filios ſuos maſculos inſtituit, & poſt eorum morsem voluis bona peruenire ad filios ſeu nepotes maſculos deſcendentes ex eis. ſed caſu quo maſculi non extatent, eóſque deficere contingeret, voluit peruenite ad fœminas, quas hoc caſu ſubſtituit, Quæſitũ fuit, an nepotes eſſent gravati erga pronepotes maſculos, vel adinuicem? Videbatut quòd ſic, quia non ſolùm poſiti ſuns in conditione: ſed etiam ſaltem nouiſſimi grauati, & ſub verbo *maſculis*, & digreſſum erat ad plures gradus ſubſtitunonom. Tom, quia aliàs pronepres & aliæ deſcendenses fœminæ, vel alij cauſam habentes, non admitterensus quandio extarer vnus maſculis delinea, excluſis filiabus cæteris, & generaliter concuttebans omnes rationes quæ in præſenti pro actore allegatæ ſunt.

107 ¶ Quibos non obſtantibus decidis Cat. Ruinus quòd quamuis primi deſcendentes qui seperiuotur extare poſt obitum filiotum primi gradus inſtitutorum, ſint vocati: tamen non ſint grauati erga maſculos ex ſe deſcendentes, ſed quòd ad introducendum fideicommiſſum ſucceſſiuum inter ſingulos deſcendentium, non ſufficiebas expteſsè ſubſtituere nepotes deſcendentes maſculos, vel etiam ſimpliciter quoſcun-

quoſcunque deſcendentes maſculos: ſed neceſſe erat addere: Et poſt obitum eorum naſcituturum ſubſtituo quoſcunque nepotes maſculos ex eis naſcituros, & ſucceſſiuè de gradu in gradum quoſcunque deſcendentes maſculos in infinitum, prout exemplificat idem Caſol. Ruinus *conſ.* 175. poſtquam Ang. *lib.* 3. Et ſecundum eum, non obſtat quòd ſub illis verbis, putà: Moriente Goliermo, omnes eius liberos maſculos ſubſtituo, comprehendantur omnes cuiuſcunque gradus deſcendentes maſculi deficientibus primis. Quia verum eſt vulgariter & ſemel tantùm: ſed prioribus ſemel admiſſis vlteriores excluſi ſunt, *l. poſt adiſam. C. de impuber. & aliis ſubſt. tut.* Et quamuis faciant deficere alteris fideicommiſſum: tamen non ſunt vocati, vt etiam decidit Raphaël Cumanus in *l. cùm iſta. §. in fideicommiſſo, d. legat.* 2. Socin. *in l. Gallus.* B *§. quidem reſtè, de liber. & poſthum.*

107 ¶ Adhuc in prædicto caſu Ruini omnes erant deſcendentes teſtatoris, quanto minùs igitur vocati videntur, quando non ſunt deſcendentes? prout etiam in ſortientibus terminis Philipp. Dec. *in conſil.* 412. vbi filij filiorum non ſolùm erant poſiti in conditione ſed etiam grauati: & adhuc ſimul concurrebat prohibitio cauſata cauſa expreſſa, quia voluit dicta bona durare in eius familia: tamen nihilominùs decidit quòd non videntur inuicem grauati: ſed quòd poſſunt interim filiabus relinquere. Imò multò fortiùs decidit quòd licèt bona ſubiacerent fideicommiſſo de teſtituendo hoſpitali deficientibus filiis & filiorũ filiis, tamen interim pendente tali conditione non prohibentur alienari: tantùm abeſt vt inuicem dicantur ſubſtituti, vt erga deſcendentes maſculos, etiam in conditione poſitos grauati, & idem omnes ferè Doct. vbique.

108 ¶ Ex quibus etiam liquet ſolutio ad obiecta, ſuprà *num.* 11. 22. Ad tertium verò principale obiectum, ſupr. *num.* 23 24. 25. & etiam ſup. *num.* 29. patet ſolutio, non ſolùm ex limitatione iuris communis ad natos tempore conditionis, ſed etiam ex limitatione teſtatoris, ſup. *n.* 78. 80. 84. Quarum verò principale obiectum, ſup. *n.* 26. non probatur in *d. l. cùm iſta. §. in fideicommiſſ.* nec alibi: quia *d.* § benè probat non extendi fideicommiſſum ad vlteriores, niſi quatenus expreſſum ſit: ſed nullo modo probat extendi ad eos qui non ſunt in rerum natura tempore fideicom- D miſſi cedentis & cõdimnis exiſtentis, ſed hoc tenuquit in aliis regulis iuris, quibus adhuc opus non eſt ſtante expreſſa limitatione teſtatoris ad eos qui tunc reperiũtur. Et imaginarium abſurdum de quo ſup. *n* 27. præſupponit fideicommiſſum graduale ad vlteriores, quale hic nullum eſt. Ad allegata ſup *n.* 30. 31. ſatis eſt nos non eſſe hic in terminis huiuſmodi fideicommiſſi, & inſuper ſtare limitationem teſtatoris ad tunc exiſtentes, & conſilium Beittan. ſup. *num.* 35. ſpecialem habere rationem ex qualitate perſonarum: quia Syluestrum ſpurium non poterat inſtituere, ideò inſtruit vxorem velut cuſtodem vt reſtitueret poſteris teſtatoris legitimè naſcituris ex ſpatio ſuo. Ad quintum principale obiectum, ſup. *n.* 32. 33 dico, quòd non procedit, niſi dato concurſu eodem tempore conditionis extantis, qui ex hypotheſi defecit.

109 ¶ Ad primum argumentum de mente teſtatoris ſoprà *num.* 34. quia filias & neptes proprias fauore maſculorum, etiam collateralium excluſit: Reſpondeo quòd illum argumentum à ratione & fauore agnationis conſeruandæ non poteſt trahi nec extendi vltra gradum & perſonas expreſſas, vode non ſequitur, Proprias filias excluſit, ergo excluſit neptes, niſi in eodem gradu & caſu quo filiæ ſunt excluſæ, vt in *l. ſi vinea. §. in nepotibus. C. de bon. matern.* vnde ſi poſthumus natus fuiſſet, & ſuperuixiſſet habens filias & non filios, vel neptes ex filia vel filio præmortuis, & alienaſſet in extraneum: ſicut excluderentur eius filiæ ſi viuerent, per proximiorem de nomine & armis, tuoc exiſtentem & vocatum: ita & neptes, quia eſt idem gradus & etiam ſunt eædem perſonæ grauati & honorati, ſicut eſſent ſtantibus filiabus primi gradus. Pariter ſi poſthumus ſuperſtes non alienaſſet, ſed mortuus fuiſſet relictis neptibus ex filia vel filio præmortuis, & ſuperſtite Galcerando: quemadmodum filia poſthumi ſuperſtes ſalua legitima & Trebellianica, excluderetur per Galcerandum: ita & neptes, quia reſpectu grauati & honorati, identitas eſt gradus & perſonarum.

110 ¶ Secùs, ſi poſthumus non contraueniſſet: filias tamen vel neptes reliquiſſet præmortuo Galcerando: quia tunc filiæ vel neptes patri vel auo ſuo in dictis locis & caſtris liberè ſuccederent: non enim excluderentur ex capite alienationis ſeu contrauentionis, quæ facta non fuit, nec per ſubſtitutionem Galcerandi, quæ caduca fuiſſet, nec ad filios quidem maſculos Galcerandi tranſmitti potuiſſet, *l. vnic. § ſin autem aliquid. C. de cad. tol. l. ſubſtit. quæ nondum competit. de acquir. poſſ. domi. l. in cui. in princ. de action. & obligat.* reprobata gloſ. in fin. Ibi per omnes Doct. in *l. 1. C. de his qui ante aper. tabul.* Alex. in *l. cùm ex ſcripto, col.* 1 *de vulg. & pupil. & conſ.* 165. *n.* 4. *lib.* 1. *conſ.* 150. *n.* 2. *conſ.* 52 *nu.* 1. *lib* 6. Socin *conſ.* 74. *lib.* 4.

111 ¶ Vnde quemadmodum fideicommiſſum quantumcunque præciſum non tranſmittitur, nec ad filios quidem, etiam in linea directa ipſius teſtatoris, vt dictum eſt, & imò minùs in linea collaterali, niſi quatenus & quouſque præmortuo ſubſtituto deſcen- C dentes ex eo, vel alij eodem caſu vocati ſunt: ita prohibitio alienationis quantumcunque præciſa, non impedit prohibitum habere filias heredes ab inteſtato, vel quibuſcunque ſibi ſuccedentibus ab inteſtato relinquere, vel etiam eoſdem heredes inſtituere, vt tenent Doct. in *l. voluntas* 1. *C. de fideicom.* Alex *conſ.* 55. *lib.* 1. *conſ.* 155. *lib.* 2. *conſ.* 5. *conſ.* 59. *lib.* 3. Socin. *conſ.* 127. *col* 7 *lib.* 5 Franc. Curt. ſenior, *conſ.* 46. *col.* 54. Philip. Dec. in *l.* 2 *nu.* 92. *de reg. iur.* In conſil. 287. nu. 12 Matth. Afflict *in conſtitut. Neapolit. lib.* 3. *de reuoc. alienatio. num.* 5. 17. 21. *& conſtit. ſeq. num.* 8. niſi teſtator eodem caſu prouiderit & expreſſerit ſe velle bona ad agnatos deuolui, non ſolùm in caſum alienationis, ſed etiam in caſum ſucceſſionis ab inteſtato: vt tenet gloſſ. & Doct. *in l. pecu.* §. *fratre de leg* 2. Doct. in *l. filiumfam.* §. *diui de legat.* 3. *in l. Si ita quis.* §. *ea leg. de verb. oblig.*

112 ¶ Sed hic vt ſolam perſonam Galcerandi, & nullum alium ſubſtituit: ita tantùm heredem ſuum alienare prohibuit: non autem prohibuit relinquere venientibus ab inteſtato. Ergo filiæ poſthumi liberè ei ſuccederent excluſis etiam filiis maſculis Galcerandi præmortui, & pariter ſi poſthumus ſuperſtes relictis filiis obiiſſet, etiam ſuperſtite Galcerando, in perpetuum expitaſſet ſubſtituto, etiam ſi poſteà filij poſthumi, ſuperſtite adhuc Galcerando, ſine liberis deceſſiſſent, vel relictis filiabus, quæ liberè patrimonia in dictis caſtris ſucceſſiſſent, per prædicta, quæ iuris ſunt exploratiſſimi & indubitati, iuxta verba Scæuolæ in *l. quæris, de nat. reſtitut*

113 ¶ Et ſic non valent argumenta à fauore agnationis etiam expreſſo, & ab incluſione maſculorum & ex- E cluſione fœminarum ſup. *n.* 31. *n.* 36. quia reſtringuntur ad gradus & perſonas expreſſas & ſpecificatas. Bal. in *l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit.* Alexand *conſ* 80. *col.* 4. *lib.* 5. Philip. Dec. in *l. ſi quis nec tamſam, in princ. n.* 4. *ſi cert. pet. in l.* 2. *C. de in ius voc. in l.* 1. *num.* 3. vbi in annot. tetigi. *C. de ſucceſſ. edict. & in conſ.* 71. *conſ.* 58. *n.* 7. *conſil.* 346. Iaſon *conſil.* 163. *col.* 2. *lib.* 1. Aut. Rub. *conſ.* 94. *in fin. conſ.* 98. *conſ.* 120. *in fin.* * Hiero Grat. *conſ.* 27. *in fin. lib.* 1. Nec obſtant allegata Bar. ſup. *n.* 35. quia Bar. in *d. l. liberorũ*, & in *d.* §. *videndum*, loquitur de diſpoſitione legis & ſtatuti ideò

non debet facilè extendi ad diſpoſitionem hominis, A vt vult Hieio. Gratus *conſ. 2 col. 3 lib. 1*

114 ¶ Quinimò ipſemet Batt. in *d. liberorum, col. 4. n. 12.* vult expreſsè, quòd etiam vnica vel expreſſa ratio ſtatuti non ſit ſufficiens argumentum ad faciendam extenſionem contra ius commune. Et quòd ſtatutum excluſiuum fœminarum, reſtringatur ad perſonas in eo nominatas, latè tradit Phil. Dec. *in cõſ 615. & conſ. 618.* Igitor multò facilius reſtringitur diſpoſitio hominis, in qua non tam de facili fit extenſio, vt in diſpoſitione legis: vt latè tradit Ioan. Imol. in *l. ſi verò. § de viro ſolu. matrim.* Catol. Ruinus *conſ. 49. num. 4 lib. 1.* Alciat. *de verb ſignif. lib. 1.* diai in annot. ad Philippum Decium, *e. translat. lect. 2. in fin. de conſtitution. & in conſuet. Pariſienſ. §. 57. numero 27.*

B

115 ¶ Ex quibus etiam patet ſolutio ad obiectionem ſecundam tacitæ mentis, *ſup. num. 16.* de commemoratione & contemplanone nominis & atmorum: quia non indocit diſpoſitionem vltra perſonas nominatas, nec nperatur fideicommiſſum in tem, niſi quatenus diſponendo expreſſum eſt, & non aliis perſonis, nec aliis caſibus ab eis expreſſis. Imò etiam ſi de voluntate conſtaret, non ſufficit, niſi diſpoſuerit, *l. quidam cùm filium, de hered. inſtituend.* & Bald. & Imola ibi. Paol. Socin. *l. in ambiguo. de reb. dub.* Et quod teſtator non loquitur, velle nnn præſumitur, *d. l. in ambiguo. Labeo in fin. de ſuppellect. legat.* Bald *10 l. 1. §. ſin autem ad deficientes. C. de cadu. tol.* quia ſi gradualiter ſubſtituere cogitaſſet, & id voluiſſet, faciè expreſſiſſet: & quia non expreſſit, noluiſſe cnlligitur, *c. ad audientiam, in fin. de decimis.* Philipp. Dec. Franc. Curt. *in l. cum quid, col. 1. col. 3. ſi cer. pet.* Dec. *conſ. 5. conſ. 89. conſ. 211. in fin.* & vbique. Ex quibus etiam nnctis not. 3 *num. 83.* pater ſolutio ad nbiecta, 3. num. 37. 38. 39. 40.

116 ¶ Et pariter ad obiecta, numeris ſequentibus de qoalitate tei, perſonarum, & cooſuetodine regionis nobilium, quæ non concludunt nec diſponunt. Præterea conſtat nullum eſſe fideicommiſſum graduale: fideicommiſſum autem caſuale in caſum contrauentionis limitatum eſſe ad illum qui tunc erit io terum natura, in qualitate requiſita, conformitet ad communem ſententiam & iuris communis diſpoſitionem, & ad tcatum, & ibi Bar *de ἰδιωγραφῆ* io *l. pater ſi. D tium. § filiam de legat. 3.* & pet eadem patet reſponſin ad allegata ſuprà, *num. 53. 54.* Ad ſeptimum, *ſuprà num. 48.* de opinione Iaſonis, *conſ. 4. lib. 1.* Illa falſa eſt & ſatrnina hoc eſt, nuſquam telata, nec recepta, vt in ſimili pungit Bal in *l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. per l. 1. in fin. de Senator.* & quem Iaſon citat Angeli locum, nuſquam reperitur. Quid? quòd illa deciſio eſt formaliter contra textum rotundum in *l. 1. §. Item ſi ita. in fin.* ibi. *Si heres penum non dederit, decim dato*, quia hic pœnus nnn eſt legata ad legem Falcid. Ergo etiam in legatis particularibus poſiti in conditione, non ſont in diſpoſitione: & ſomniauit Iaſon.

117 ¶ Ad conſilium Anchatani 27. ſupià *nu. 49.* eius deciſio falſa eſt, etiam pér argumenta quæ col. pen. contra ſe citat ad probandum quòd ſubſtitutio de duobus antiquioribus de domo de Caleagnis debet reſtringi ad duos proximos, & non extendi ad duos alios vlteriores de familia. Et ſic quòd ex quo dun primi antiqoiores poſt agnitionem repudiarunt, non debet fieri deuolutio ad duos alios vlteriores de dicta domo, ſed tanquam illa ſubſtitutione extincta debent bona remanere penes filiam vel alios heredes, aut cauſam habentes heredum teſtatoris ſine nnere, prout in ipſo eodem themate rectè & iuridicè conſoluit Bal. *conſ. 46.* verba inſtitutionis, *& conſ. 47.* Audriolus de Calcagnis lib. 1. vltimæ impreſſionis Lugdunenſis, vbi in eodem teſtamento & eadem ſubſtitutione duorum antiquiorum de domo & progenie ſua de Calcagnis & eiſdem oneribus, decidit fideicommiſſum extinctum in duobus primis antiquioribus, & benè. Et ſic grauiter errauit Ancharanus, qui in lecturis & conſiliis vbique ſolet doctrinam Baldi præceptoris ſui admirari & ſeqoi, & veriſimiliter dicta conſilia Baldi non viderat, à quibus ooo ſuiſſet aoſus diſcedere. Et ſic quicquid pro actnre laborioſè allegatur, facilè contra eum tetotquetur.

1.8 ¶ Ad vltimum ſoprà *num. 50.* ridicula eſt prima ſoluno ſeu potiùs euaſio ad nouellam 59. *de reſtit. fideicommiſſ.* quòd actor ſit tantùm in tertio gradn. Tum, quia ex hypothipoſi genealogiæ liqoet quòd reſpectu teſtatoris eſt io quarto: reſpectu vetó filiorum Gaſparis in octaun: reſpectu pto nepotum Gaſparis io decimo gradu. Tum, quia ſatis perſpicuum eſt: & text. eſt rotondus, d. nouellæ, quòd hi grados numerentur ex parte grauari duntaxat, & non fideicommiſſarij, ſeu actoris, qui in hypothcſi dictæ nouellæ erat in primo gradu filius & hetes immediatus teſtatoris: & tamen excluditur. Imò ridiculum eſſet, gradus illos inire ex parte fideicommiſſarij, qui poteſt eſſe extraneus, nec curamr quoto, ao milleſimo gradu, an nullo modo attio eat teſtatori, vel primo inſtituto, vrio dicta nouella, moheres illæ teæ, penitùs extranez erant. Atqui Manuel pater actoris nonquam fuit heres vel ſucceſſor, mediatus vel immediatus teſtatoris, nunquam habuit ius, nunquam granatus. Et ſic neceſſe eſt enmputate gradus per eos ad qoos ſuie ius deuolutum, videlicet à teſtatore ad Galcerandum: C à Galcerando propter ſuam contrauentionem ad eius patruos, & ab illis propter contrauentionem ad Gaſparem, qui tertium gradum fecit, & ab illo ad eius filios, qui fuerunt in quarto gradu, & in quibus bona fuerunt libera, & omne fideicommiſſum extinctum: & ſic nulla ſuperſit qœſtio.

119 ¶ Ad ſecundam autem euaſionem ſup *num. 51.* dico falſam eſſe deciſionem dicti Iacobi Beluſij. Nullo enim iure probatur, imò eſt contra text. dictæ nouellæ in ſortionibus terminis, & eam ante quindecim annos reptobani in aonotationibus meis ad Alexand. *conſ. 56. lib. 1. & in annot. ad Philip. Dec. conſ. 481. num. 9.* tametſi multi granatim & coturnatim (vt temerè aliorum opninnem ſequentibus, gruum morem exprobrat. Feli. in *c. extrà de conſtitution.*) ſequuntur, & grauiori flagitio Angelum Peruſ. *in d. nouel.* & alios, qui nunquam de hoc loquuti ſunt, tanquam erroris ſui falſos conteſtes addocunt.

120 ¶ Et turpiùs quidam, vt ſop. *num 52.* ampliant ex eo ſolo, quòd impersonaliter dixerit teſtator, *Prohibeo ne alienes.* poſt Bar. in *l. Lucius, in prine. de leg 3.* & ſequitur Iaſon in *l filiumfam. § dini. lectu. 1. n. 110. 9. 11. & lectu. 1. num. 148. 149* Sed Bar. *d. l. Lucius*, hoc non ioteodit: & quamuis citet auten. *de reſtit. fideicomm.* tamen non ſequitur, quòd intendat porrigere vltra tertiom gradum. Ideò Iaſon in boc ſaniùs loqoens in *l. vlt. num. 5. C. d. hered. inſtit.* reſtringit illud dictum Bar. infra quartum gradum.

121 ¶ Adhuc illud dictum Bar. falſom eſt: Quia in odioſis appellatinne heredis noo venit beres heredis, E tus in *l. ſecundum, verſic. Item in lege*, & *verſic. item dicitur. de verb. ſignif.* ſed huiuſmodi prohibitin eſt odioſa. *l. dudum. C. de contrab. empt. io. l. 2. Si à parente quis manumiſ. fuerit.* Ergo etiam indefinita prohibitio heredis teſtringitur ad primum, quemadmodum prohibitio facta filus indefinitè, teſtringitur ad filios primi gradus: contra regolam *l. inſta appellatione l. filii de verb ſignific.* & eſt text. *and. nouella*, & vbi Ang. Petuſ Alex. *conſ. 1. nu. 13. lib. 1. conſ. 137. num. 5. lib. 6.* vbi in annot. dixi: & ad Philipp. Dec. *conſ. 377. num. 5.* ita etiam in ſimili de pœna multæ conſulunt Phi- F lip. Corn.

122 ¶ Et quia vetus & generalis verſio Nouellarum ſcrè à mille annis, præſertim, etiam dum per puellas

libri noſtri ſcriberentur, & liber ille non legi, ſed ne- A gligi ſoleret, adeò corrupta fuit, vt quidam falsò putarent eſſe recentem verſionem, quòd clarè & nouè conuici in *tractat. commerc. & vſura, q.* 1. *n.* 67. & clariùs ſuper *l. Lucius, de vulg. & pupill. num.* 20. cum ſeq. in tertia lect. Dolana.

121. ¶ Libet breuiter ex veris hypotheſin dictæ nouellæ explicare, vbi Angel. putauit eſſe ſeptem filios, ſed erant tantùm quatuor, videlicet Conſtantius, Anthemius, Callipius, & Alexander, filij Hierij teſtatoris ab eo inſtituti, & certa ſibi prælegata loca è nomine & familia alienare prohibiti, iuſſique filiis & nepotibus ſuis relinquere. In codicillis autem ampliata eſt alienandi prohibitio, reſpectu ſuburbij Conſtantinopolitani, in quo Hierius nepos ex Conſtantino filio ſpecialiter ſubſtituitur, cum prohibitione ſpecifica alienandi facta, non ſolùm eidem nepoti, ſed etiam eis qui ex eodem teſtamento vel codicillis, vel ex teſtamento dicti nepotis, in eodem ſuburbio ſucceſſerint, addita hac expreſſa ratione, Propterea quòd hoc ipſum ſuburbium per omnia & perpetuò velim permanere in familia mea, neque vnquam de nomine meo egredi. Rurſus eidem nepoti, ſi ſine liberis ante patrem decederet, patrem ſubſtituit ſub hac eadem conditione, ne vnquam de familia mea, meóque nomine abalienentur. Mortuo teſtatore telictis dictis filiis, obiit Conſtantinus, relicto Hierio iuniore, qui alienata domo Thenpoli, hoc eſt Antiochiæ ſita (Hæc enim in honorem primi Chriſtiani nominis à primis Chriſtianis Imperatoribus ita vocata fuit, B vt patet in conſilius vniuerſalibus, Conſtantinopolitano I. Epheſino I. & Chalcedonenſi, & in nouell. Iuſtiniani) domum & ſuburbium Conſtantinopolitanum, tranſmiſit filio Conſtanti, qui poſteà obiit, telicta Maria vxore prægnante: ſcripto teſtamento, in quo ſiue infans non naſceretur, & impubes obiret, tam vxorem quàm alteram Mariam matrem ſoam inſtituit & ſubſtituit.

124 ¶ Contigit naſci filiam, cui impuberi morienti, mater eius & auia paterna ex pupillari ſubſtitutione ſucceſſerunt, à quibus præfatus Alexander primi teſtatoris filius dictæ filiæ propatruus ſuburbium vendicabat in conſiſtorio Imperiali, in quo ambæ Matiæ abſolutæ ſunt, & ea ſententia ad neceſſitatem legis generalis redacta, ne huiuſmodi diſpoſitiones & prohibitiones quartam excederent, id eſt, attingerent vel obligarent generationem, nec ad commodum quidem filij primi gradus ipſius teſtatoris. Iam quàm in portionibus terminis ſimul, palam eſt: quia nihil eſt in teſtamento Ioannis de Arinyo, faciens pro actore, nec ſubſtitutio quidem cum repenia prohibitione, quin ſit in teſtamento dicti Hierij, in quo multa erant militantia pro Alexand. actore, quæ non ſunt in hoc teſtamento.

125. ¶ Primò, quia ibi actor erat filius teſtatoris, hic autem eſt pronepos ex fratre. Secundò ibi, actor erat in linea directa, hic in collaterali: ibi in primo gradu teſtatore, hic in quarto gradu. Ibi erat heres immediatus teſtatoris, hic verò non eſt illius heres nec heres heredis. Quintò fideicommiſſa gradualia dicti ſubſtitij protendebantur adeſque pronepotes teſtatoris ſucceſſiuè, hic verò vnicum fideicommiſſum vnius caſus & vnius gradus de poſthumo to Galcerandum tantùm. Sextò, ibi prohibitio facta erat cum tatione expreſſa, ne ea res vnquam de familia & nomine teſtatoris abalienaretur. & rurſus pteſſiùs & expreſſiùs appoſita & expreſſa per verbum, *volo* diſpoſitiuum, per omnia & perpetuò permanere in familia mea neque vnquam de nomine meo egredi. Septimò, ibi, Actor erat in rerum natura tempore teſtamenti & mortis teſtatoris patris ſui, & adhuc tempore mortis pteneptis ſtatris ſui, ſiue tempore extantis contrauentionis nepotis, ſi qua fuiſſet per inſtitutionem pupillarem extranei. Teſtamentum enim Conſtantij, teſtamentum erat dictæ pupillæ. *l. patris. l. ex pupillari. de vulg. & pupill. ſubſtitutio.* Quæ omnia hîc deficiunt, quia talis cauſa non fuit expreſſa in hoc teſtamento. Et dato quòd tacitè intelligeretur, tamen non intelligitur cum tali perpetuitate, quòd perpetuò permaneat in nomine & familia, & nunquam de illa exeat: & ſic intelligetur, id, quod non. Vel etiam ſi expreſſum fuiſſet, adhuc non poſſet extendi vſque ad quartum gradum incluſiuè, reſpectu rei ſeu grauati: ſed in quarto gradu res libera eſt, in quocunque grado vel qualitate actor ſit: quia non reſpectu actoris, ſed reſpectu grauati gradus computantur. Igitur hic ſeptuplicitet ſumus in ſottioribus terminis.

126 ¶ Ita etiam pluries in ſupremo Pariſiorum Senatu, & Curia Franciæ iudicatum fuit etiam in ſubſtitutionibus gradualibus, vt pro nobiliſſimo & generoſiſſimo Principe Borbonio Rupis Guyonis, contra potentem dominum Trimollium. Et in debilioribus terminis ita reſpondit Bonifarius Amerbachius Iuriſconſult. Baſilienſis & elegans. nec prece nec pretio adduci potuit à Chriſtophoto Duce Vvirtembergenſi, vt contra text. euidentem dictæ nouellæ conſuleret. Ego verò cùm in quibuſdam iniuſtis cauſis præfati Chriſtophori, nec ſubſcribere quidem voluiſſem, & tandem etiam Comiti Georgio patruo eius perfidioſiſſimo, ſuiſq; admiriſtris præſentibus, & dira comminantibus, me mori malle, quàm malis cauſis ſcienter ſubſcribere profeſſus eſſem, ita carceres cotiectus ſum, bonis & libris (quos poſteà vno, De muneribus & honotibus, à me compoſito furtiuè retento mihi vendiderut) nedum ſtipendiis debitis ſpoliatus. Sit illis petfidia, & rapina eorum in perditionem, vindice Deo, qui me defunctæ coniugis miniſterio, menſæ capnoitatis barbaticæ quinto eripuit. Quod autem tuper *num.* 123. aliter quàm vetus vulgata, & Haloandri verſio habeat, vertit infantem, conſultò feci: Quia *νεῆτιον*, cùm neutrius generis ſit, tam fœminam quàm matrem propriè comptehendit: & in confeſſo erat ambas Marias ſubſtitutas eſſe puellæ ex partis eius teſtamento.

127 ¶ Cæterùm in allegatis pro actore non repetij conſilia quæ pro eo in themate citantur. Ad quæ breuiter, reſpondeo quòd loquuntur duobus concurrentibus Primò, quando tota familia fuit in perpetuum ſucceſſiuè in diſpoſitione poſita & vocata. Secundò, quando conſtat naſcituros, etiam ſi tempore conditionis extantis non eſſent concepti: nec proximiores, tamen præ cæteris ordine genituræ vocatos, & quando non eſt alius ius quæſitum, quæ omnia hic deficiunt, vt patet in d. conſ. Paul. 247. lib 1 vbi teſtator vocauit filios filiorum gradatim: col. 5. & col. 5. Ideò filij conſentientes non potuerunt hoc facere in præiudicium filiorum ſuorum naſciturorum, qui expreſsè & ſoli vocabantur. Ita etiam loquitur Philipp. Dec. in *d. conſ.* 18. videlicet, in fideicommiſſo & prohibitione facta ſine conſenſu ſuorum filiorum, & deſcendentium ex eis, vtque bona ſemper ſint apud ſuos filios, nepotes & deſcendentes, & ſic eant de herede in heredem deſcendentium teſtatoris: vt patet ex contextu dicti conſilij. Ita etiam intelligitur Franc. Ripa. in d. §. *diui num.* 17. Socin. iunior in loco allegato. Sed hic non deſcendentes naſcituri, ſed promiſcuè & indifferenter, ille ſolus qui in tali caſu proximior inueniretur, vocatos eſt, & ſic dicta conſilia non ſunt ad rhombum. Præterea præfati Doctor. non dicuot naſcituros vocari vſque ad quartum gradum, ſed loquuntur & intelliguuntur ſecundum ius, videlicet infra tertium gradum incluſiuè. Loquuntur etiam de deſcendentibus teſtatoris tantùm. Actor autem extraneus eſt, & venit diu poſt fideicommiſſum ad alios expreſſa diſpoſitione teſtatoris vocatos tranſlatum, & qui tertium gradum expleuerunt: & nunquam po-

tuerunt in eo, nec in eius parte verificari verba testamenti, in quibus fundari nititur.

Ex quibus liquet, causam illustrissimi Ducis & Comitis omni dubitatione superiorem esse, nec opus esse de Trebellianica præfato Galcerando venditori (vt primi gradus heredi) debita, nec prohibita, nec de temporis plusquàm longissimi præscriptione, à tempore dictæ venditionis, eiusque laudatione & approbatione disputare, & omninò partes bonorum & prudentum iudicum esse in absoluendo.

ET ITA CENSEO. In quorum fidem propria manu subscripsi, & gentilitiam σφραγίδα apponi iussi. Parisiis Caleo. Martij, anno τῆς Κριστογονίας sesquimillesimo quinquagesimo nono. Sic signatum cum sigillo.

Subscripserunt doctissimi & consultissimi in eodem Senatu causarum Patroni.

ANNAS TERRERIVS, Chapparum & Pifontij dominus.

FRANCISCVS PORTANVS.

IACOBVS CANAYVS.

FRANCISCVS MARILLACVS.

Cùm præcedens consilium mense Maio M. D. LIX. à quibusdam prauis & vecordibus combustum fuisset, mox bonorum & cordatorum Hispanorum fauore reuixit: qui rursus ad eundem Auctorem pro consilio sequenti & ampliore iuris satisfactione contra consil. 27. Petri Ancharani miserunt.

CON-

CONSILIVM SECVNDVM
ANALYTICVM EIVSDEM AVTHORIS.
DE EADEM RE.
EPITOME.

1 *Consil. Anchara. loquitur quando sequentes duo antiquiores erant nati tempore extantis conditionis: aliàs secùs, & sic impertinens est, 2.4 5.7.9.11.*
3 *Indefinita aequipollet vniuersali in testamentis.*
6 *Petr. Anchara. malè consuluit.*
8 *In fideicommissis & legatis locus est substitutioni vulgari.*
10 *At hic nõ de vulgari sed de fideicõmisso agitur.*
12 *Verum thema consil. Anchara.*
13 *Duæ potissimæ quæstiones in consil. Anchara,*
14 *Priorẽ prætermisit Anchar. vtrãq. decidit Baldus. Impuberis renunciatio iurata nulla est: adulti verò per in integrum restitutionem resoluenda.*
15 *Fideicommissum non aperit his qui non extant tempore extantis conditionis. 21.*
16 *Error Petr. Anchara. 19.20.33.*
17 *Locus ab authoritate.*
18 *Laus Bald. Perusini.*
20 *Aliud substituere descendẽtes vel seniores aliud & descendentibus vel senioribus substituere. 23.*
22 *Fideicommissum non præsumitur: sed odiosum, & restringendum.*
24 *Fallacia petitionis principij.*
25 *Aliud relinquere familiæ vel generi: aliud certis vel incertis de familia vel agnatione. 33.*
26 *Relictum familiæ, intelligitur vulgariter & non per successiuum fideicommissum. 27.*
28 *Valet relictum in certis personis.*
29 *Nomen progenitei vel officii, est demonstratio limitata.*
30 *Declaratur reg. Propter quod vnumquodque tale, &c.*
31 *Fauet agnationis restringitur ad personas expressas.*
32 *Fideicommissum caducum remanet sub onere sibi impositi.*

REPETITA consultatione pro Illustrissimo Duce Villæ Hermosæ super puncto transmisso propter aduersum consilium Petri Ancharani, quod argumentando citam in priore consilio, *num.* 49. & breuiùs, quàm pro tantæ rei mole videatur, *num.* 117. perstringendo dilui: equidem fateor dictum consilij Ancharani non fuisse allegatum in themate consultationis, super qua copiosè satis, vt mihi videtur respondi. Sed omnem lapidem mouere rogatus eram, veritatis & iustitiæ penitùs & libetè discutiendæ gratia. Nunc ergo pleniorem super hoc iuris satisfactionem edere iussus.

1 ¶ Dico primò dictum cons. Ancharani, etiam si verum, non erronem esset, nihil impetrenturum concludere, sed prorsus à nostro themate & præsenti quæstione distare. Patet primò, quia in themate & casu in quo Petr. Anchar. dicto cons. 17. consuluit, duo illi sequentes antiquiores, de quibus ibi quærebatur, iam erant nati, & in rerum natura, tempore quo priores duo antiquiores per propriam repudiationem exclusi sunt. Quamuis enim sequentes illi non essent nati tempore mortis testatoris, vt imperfectum themа Ancharani suppletur ex scriptis Baldi super eodem them. *cons. 46. in fi. lib. 1.* tamen illud constabat, eos esse natos tempore repudiationis seu contrauentionis & abdicationis priorum antiquiorum. Et sic locus erat disputationi, an sequentes illi essent vocati vel non. & prioribus substituti vel non?

2 ¶ At si nec tunc quidem nati fuissent, nulla fuisset quæstio, nulla dubitatio, quin nec vocati essent, nec substituti: vt patet in cons. Anchara. & Bald. Atque hic liquet ex hypothesi, actorem non solùm non fuisse conceptum, nec narum tempore cõtrauentionis factæ per Galceandum: sed nec Manuelem quidem patrem suum fuisse tunc conceptum, sed diu pòst. Igitur, etiam secundum sententiam & mentem prædicti Petri Ancharani, & omnium doctorum vbique nunquam fuit nec est dictus actor vocatus nec substitutus.

3 ¶ Secundò quia in themate Petri Ancharani substitutio eorum antiquiorum de domo, facta erat simpliciter, absolutè & indefinitè: & sic verba substitutionis conuenire poterant & adaptari antiquioribus, non lùm primi, sed etiam secundi vel vlteriorus gradus, prout indefinita omnes comprehendit etiam in testamentis. *l. si plur. in princ.* vbi Bart. Imol. & omnes *de leg. 1. l. si plur. gradus. de leg. 3.* Merito poterant ibi disputari, & locus esse quæstioni, an post duos primi loci antiquiores succederent & vocarentur sequentes secundi loci duo antiquiores?

4 ¶ Cui quæstioni aut disputationi nullus locus esse potest in casu quo de agitur. In quo secura alienatione prohibita, vel contrauenione, non substituitur aut vocatur proximior consanguineus simpliciter, absolutè & indefinitè, sed limitatè, videlicet, Is demum propinquior, qui in tali casu reperietur: id est, qui tempore fideicommissi extantis in rerum natura ent & proximior erit conformiter ad ius commune: in *l. si cognatis. de rebus dub.* Igitur non solùm de iure com-

muni, ſed etiam ex tenore teſtamenti limitatio exigitur, vt is proximior, qui ſe vocatum contendit, fuerit talis & in rerum natura tempore conditionis extantis.

5 ¶ Multùm ergo abſumus à caſu themaos & mente Petri Ancharani, qui etiam ſi verum ſcripſiſſet in eo artic. *d.conſ* 27. tamen nullo modo congrueret, nec ſuffragaretur actori, quin ponùs illum excluderet, vtpote cui non congruunt, ſed diſconueniunt in præſenti caſu verba ſubſtitutionis, ibi: Qui in tali caſu repertitur: & ſic nec diſpoſitio cõgruere poteſt. *l ita autem, in princ. de admi. ſt. tut. l. 4. §. roties. de dam. infect.*

6 ¶ Quòd ſi verba congruere poterant in themate Anchatani, & tamen ille in caſu ſuo malè conſuluit ſequentes admitti, quantò minùs admitti poſſunt in præſenti caſu, in quo etiam verba ſubſtitutionis diſconueniunt, imò repugnant: Illud in iure exploratiſſimum eſt, teſtatorem non voluiſſe, ſaltem non diſpoſuiſſe, quod non dixit. Igitur multò minùs: cõtra quem dixit: *l. Labeo. ff. de ſuppel. l. 3. de reb. dub. l. quoties in princ. l. quidam cùm filium de hered. inſt.* Atqui ſic teſtator non dixit de quouis proximiore, vt in themate Anchatani, ſed de proximiore, qui in tali caſu repetietur: vt ſic non ſolùm de alio non dixit, ſed quemuis alium qui in tali caſu non reperietur, excluſit. Igitur actori non ſolùm deeſt, ſed etiam repugnat diſpoſitio teſtatoris.

7 ¶ Tertio rectè inſpiciamus punctus quæſtionis & dubitationis Anchatani in dict. *conſ.* 27. *col.* 1. *art.* 6. ibi, poſtquàm igitur. Vnde tota prætenſa obiectio fluit: & clarè apparebit Petrum Anchatanum ibi non dubitare nec diſputare de ſubſtitutione fideicommiſſaria, de qua hìc tantùm agitur, ſed ſolùm de ſubſtitutione vulgari. de qua nullo modo agitur. & ſic deciſio Anchatani, tametſi non eſſet falſa, ſed vera, tamen prorſus eſt impertinens.

8 ¶ Patet, quia iuris eſt exploratiſſimi, non ſolùm in directa hereditate vniuerſali vel eius quota ſed etiã in fideicommiſſis vniuerſalibus & particularibus, quinetiam in ſimplicibus legatis fieri poſſe ſubſtitutionem vulgarem, & pariter in donationibus cauſa mortis, videlicet, ſi ille non capiat, ſiue quia oolit, ſiue quia non non poſſit ſiue quia præmoritur, talis capiat, & idem de tali. Deinceps text. in *l. vt heredib.* vbi Bart. Imol. & omnes *de legat. 2.*

9 ¶ Quòd autem Ancharanus ibi in eo ſexto articulo, non tractet de ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſed de vulgari patet, quia loquitur, quærit & diſputat noo in caſum, quo illi duo priores antiquiores acceptaſſent cum effectu, quo caſu expitaſſet vulgaris, nec locus eſſe poſſet, nec fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, ſi tamẽ de ea conſtaret. *l. poſt edit. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Sed Ancharanus loquitur, quærit, & diſputat in caſu, quo contigit duos illos primos antiquiores repudiaſſe ſubſtitutionem vel fideicommiſſum, de quo agebatur. Patet in dicto *conſ. col. 2. in princ. 5. articuli* ibi, Quæritur in ordine dubiorum, ſcilicet de vtribus repudiationis factæ per Nicolaum, & Franciſcum antiquiores, qui erant illi duo antiquiores: vt patet in toto conſ. Ruſus, patet inuito dicti art ibi, *poſtquam igitur propter dictam repudiationem iſti ſunt excluſi.* Loquitur autem de dunbus primis antiquioribus: & phraſis totius conſ oſtendit, & tertiò ibi, *per repudiationem Nicolai & Franciſci, eſt denolutum ad ſequentes*, id eſt, per vulgarem ſubſtitutiooem. Quartò ibi, per repudiationem primorum. Ergo in vim vulgaris, quæ in his fideicommiſſis quantumuis obliquis locum habere poteſt. Igitur conſ: illud Petri de Aucharano *vide eius tract ibi*, ſed prorſus *ἀσυμβίβαστον* ad caſum & thema de quo quærimus.

10 ¶ In quo nullo modo de vulgari, ſed de mero prætenſo fideicomiſſo agitur. Galcetandum enim non repudiauit, ſed acceptauit: & quandiu voluit, finitus eſt, nec fuit excluſus vulgariter per repudiationem, ſed per alienationem dudom poſt ius quæſitum factam. Cùm ergo actor nullo modo veniat ex vulgari, ſed ex meto prætenſo fideicommiſſo.

11 ¶ Præfatum conſilium Ancharani nihil prorſus in rem eios facit: vt potè penitus diſparatum, & in prorſus diuerſo caſu loquens. Nec etiam allegatum fuit. eò quòd obſtaret, aut neceſſe foret illud diluere, ſed quò plenior eſſet diſcuſſio: nec his quidem omiſſis, quæ à temoris accidere videnut: tametſi prorſus diſſideant: quæ cauſa fuit, vt io eo (quippe minùs pertinenti) diſcutiendo breuior fuero. Nunc, vtex abundanti oſtendam deciſionem illam Petri Ancharani falſam & etroneam eſſe.

12 ¶ Præmittenda eſt ſpecies facti, ſuper qua Ancharanus conſuluit: quæ talis eſt, vtex eius conſilio, & duobus conſilus Baldi præceptoris ſui, teſulitat: Andriolus de Calcagnis, quatuor habens filios maſculos, & duas filias, teſtatus eſt: & Anaſtaſium, Thiberueium, & Macrobium, filios ſuos naturales & legitimos hetedes vniuerſales æqualiter inſtitut, & inuicem ſine filiis legitimis & naturalibus deſcendentibus ſuperuioentes vel ſuperſtitem ſubſtituit. Supponitur enam, qoòd quattus filius fuit in aliquo inſtitutus: & fratribus, ſi ſuperſtes eſſet ſubſtitutus, & filiæ particulariter inſtitutæ. Poſtremò addita hæc clauſula, Item legauit, qnòd in caſu, quo omnes dicti filij maſculi ipſius teſtatoris decedant nullis relictis filiis legitimis & oaturalibns, tunc & eo caſu aduenient, fecit & inſtituit ſibi heredes vniuerſales in omnibus & ſingolis ſuis bonis mobilibus & immobilibus, & rationibus, duos antiquiores de domo & progenie illorum de Calcagnis. Deinde mortuo teſtatore deceſſetant omnes eius filij maſculi poſt aditam hereditatem & ſine liberis. Duo autem extabant antiquiores de domo & progenie de Calcagnis, videlicet Nicolans & Franciſcus de Calcagnis, qui hereditatem aduertunt. Deinde repudiarunt tanquam damnoſam, teſtmatis ſibi debitis, & particolariter legatis in teſtamento: & promiſerunt non contrauenite dictæ renunciationi coram Notario recipiente pro his quorum inteteſt. Poſtcà Ioanna & Martha filiæ teſtatoris mediante certa quantitate pecuniæ renunciauerunt omnibus iuribus realibus & perſonalibos in bonis Andreoli patris: nec non matris, & fratrum ſuorum, & ea ceſſerunt præfatis Nicolao & Franciſco, cum iuramento. Sed vna dictarum filiarum pupilla erat, quæ iura ſua vẽdicabat à dictis Nicolao & Fraociſco ceſſionatiis, ſeu emptoribos hereditatis, & ſimul inſurgunt duo de domo & progenie de Calcagnis, qui ſunt antiquiores profatos Nicolaum & Fraciſcum, qui fideicommiſſum repodiarunt.

13 Hinc multæ ortæ ſunt quæſtiones: quas ad ſeptem reuocat Petrus Ancharanus in dicto conſil. 27. Duæ etiam *vel ad.*

Prima an dicta filia quæ tempore ceſſionis pupilla erat, poſſit tanquam hetes patris, matris, & fratrum bona vendicare? I.

Secunda, an duo poſtetiores antiquiores debeant ad fideicommiſſum admitti, duobus primis anoquiotibus per repudiauonem ſuam excluſis? hæc eſt veta ſpecies facti & ſumma quæſtionum, qoam ex præfatis duobus conſilus Bald. & dicto couſil. Anchatani fidelitet collegi. II.

14 ¶ Et priotem quidem quæſtionem ſilenoo tranſmittit Ancharanus, vtpotè exinanitam per ſecundam, vt hanc pro poſteriotibus antiquiotibus decidit Vtrãque verò attngit & decidit Bald. videlicet, dictam filiam debere admitti propter nullitatem iuramenn, & ceſſionis, cùm eſſet impubes. Et inſuper ſi adulta fuiſſet, debere in integrum reſtitui: quia in dicta ceſſione non fuit cemorata de beneficio reſtitutionis in integrum, de quo fieti debet mentio ſingulatis *l. illud. §. ſi talis de minoribus.* Dyous in *l ſecundum. de verborum obligat.* Citat etiam Ioan. Andr. & dicit hanc

hanc eſſe communem opinionem.

15 ¶ Ad ſecundam verò quæſtionem decidit contra dictos ſequentes proximiores, & eos & ſequentes poſt eos penitus excluſos: quia tempore mortis non erant proximiores. *l. ſi cognatos de reg. iur. & arg. not. in leg. 1. in fin. de leg 3.* vt patet apud Bald. *conſ. 46. 4. lib 1.* nouiſſimæ impreſſionis Lugdunenſis, per Vincentium de Portonariis.

16 ¶ Contrarium ex diametro cenſuit Ancharanus, videlicet, duobus primis antiquioribus excluſis, fideicommiſſum deuolui ad ſequentes duos alios antiquiores. Et inſuper addit, ſic eſſe obſeruandum in infinitum de ſecundis duobus antiquioribus, in tertios, & deinceps, quaſi ſit fideicommiſſum relictum familiæ, in quo proximi ſucceſſiuè & gradatim videntur inuitati. *l. cùm ita. §. in fideicommiſſo de legat. 2. pet. §. fratre. verſic. quid ergo. eod. tit.* Nonne videndum eſt vter iuſtiùs arma induerit & conſuluerit.

17 ¶ Quòd ſi locus ab antiquitate valeat, quem Theologi paſſim admittunt, nec apud Iuriſconſultos ſpernitur, nemini dubium erit, quin excellentiſſimo illi Philoſophiæ, Iuriſprudentiæ, præxiſque peritiſſimo Baldo Perufino deferendum ſit. qui, etſi tandiù (vt ab antiquariis accepi) ad ius noſtrum expreſſendum venerit: tamen eò inſtructior aduenit, nempe philoſophicis Ethicorum, Politicorum, quin etiam Phyſicòrum, & Mathematicorum doctrinis imbutus (quo nullus noſtrûm ſtomachatur) vt eius ſcripta teſtantur. Quidquòd ſi vnquam authoritas præceptoris præſtet diſcipulo, maximè hîc præcellet authoritas Baldi Perufini Perto Ancharano Bononienſi diſcipulo ſuo qui etiam in lectionibus ſuis paſſim authoritate Baldi, vt longè præcellentis, ſemper ſuſpicit & ſequitur.

18 ¶ Vixit autem Baldus vſque ad annum Domini 1140 cùm ante quinquaginta annos tempore Bartoli, ingenij ſui acumen oſtendere cœpiſſet. Quare multos eximios habuit diſcipulos: in quibus Paulus Caſtrenſis: qui conſ. lib. 2. conſ. 164. incip. in præſenti cauſa, quæ vocatur Maioricæ Hiſpalenſis, *nu.* 1. teſtatur, eum multo tempore vixiſſe, & magnorum etiam regnorũ conſuetudines ſciuiſſe, ſéque diſcipulum eius fuiſſe, & eius prætogatam eſſe authoritatem in iudicando, tenet in *conſ.* 152. *n.* 3. *lib.* 2. Idem tenet Alex. in *leg. 2. in prin. col. 4. de vulg. & pupil.* & ait Raphael Fulgoſius *conſ.* 26. *in fin.* Iudicem tuiò & ſine reprehenſione ſententiam Baldi ſequi in iudicando. Idem Philip. Dec. *conſ.* 281. *col.* 2. vbi addit, Neſcio quiſnam viuentium ſit, qui quantum ad authoritatem ſimpliciter Baldo adæquari poſſit, &c. vt præteream quod Ludou. Roma. ſingulari 315 Iaſ. *l.* 1. C. *de ſumma Trinit.* & alij alibi de authoritate & præcellentia Baldi tradunt. Fuit autem Petrus Ancharanus longè inferior, imò eius diſcipulus, vt ex ſuis ſcriptis liquet.

19 ¶ Sed etiam ſi pares eſſent, vt miſſam faciamus authoritatem, Baldus breuibus & concludentibus rationibus & textibus vtitur: Contra verò Ancharanus longo verborum molimine, ſed nullo textu, nulla concludenti ratione: Baldus certo & iterùm deliberato, nempe geminato conſilio, At Ancharanus ſemel tantùm conſultus dubitanter & vacillanter reſpondit. Teſtatui enim ſe valdè dubitare, an iſta ſubſtitutio reſtringatur ad duos antiquiores ſolummodo: an verò duobus primis antiquioribus excluſis deuoluatur ad ſequentes. Cùm ergo ipſemet dubitauerit, imò etiam valdè dubius fuerit, qui ſanæ mentis potuit ſuper eo certum iudicium fundare? ſed priuſquàm ſingulas eius rationes ſigillatim excutiamus, quæſtionem ipſam in rem præſentem (fidelibus & ſequeſtris oculis expoſitam) adducamus: Nudam ipſam veritatem omni ſine affectu, ſine argumento circumſcripto vel ſuſpenſo, intuentes.

20 ¶ Teſtator ait, *Decedentibus filiis meis ſine liberis, ſubſtituo duos antiquiores de domo & agnatione mea.* An duo primi tantùm videantur ſemel ſubſtitui, an verò poſt eos etiam duo alij, & deinceps gradatim & in infinitum? Quis non videat ſemel tantùm duos priores vocatos, nec grauatus eſſe ſequentibus, ſed liberas manus habere? Quemadmodum ſi quis eodem caſu vel deficientibus quandocunque deſcendentibus ſuis, ſubſtitueret deſcendentes fratris ſui, vel patroni ſui? An diſcemus, deſcendentes deſcendentiom ſubſtitutos, & in infinitum ſemper futuris deſcendentibus grauatos. Abſit imò poſtquàm ſemel extante conditione fideicommiſſi deſcendentes proximiores dicti fratris vel patrui, qui tunc erant in rerum natura, vocati fuerunt, & fideicommiſſum obtiouerunt, impletum fuit & conſumptum, & illi liberè habent, & liberè diſponere poſſunt: nec temerioribus deſcendentibus ex ſe, vel ex aliis ex dicto fratre, vel patruo reſtituere tenentur. Et hoc ſenſus communis oſtendit, & ipſa luciditſimæ veritatis euidentia; vt ſi quis dubitat, non tam ratione indigeat, quàm ſenſu. Atqui in præſenti quæſtione eadem ratio eſt

21 ¶ Idem, ſi teſtator dixerit, Subſtituo heredes Titij, vel filios Titij. Quamuis enim benigna interpretatione admitu poſſit, vt præmortuis heredibus primis, vel filiis primi gradus cenſeantur inuitati heredes hæredum, vel nepotes, ſcilicet qui tunc ſunt, & reperiuntur in rerum natura, quando extat conditio fideicommiſſi. *l. ſciendum. l. inſta. de verb. ſignif.* tamen ſemel tantùm intelligitur, videlicet, vt tantùm qui tunc ſunt, inuitati ſunt, non autem deinceps ſucceſſores eorum, vel deſcendentes ex his: quia teſtator non addit, Et heredes heredum, vel filios filiorum: & ſic vnum tantum ſubſtitutionis gradum, & non plures fecit, ſemel tantùm heredes vel filios filij, qui tali caſu vel extante conditione reperiuntur, ſubſtitutio autem eos grauauit, nec ſubſequentes vocauit: quia non diſpoſuit.

22 ¶ Nec diſpoſuiſſe præſumitur, niſi ex verbis eius clarè colligatur. ſubſtituto enim fideicommiſſaria, onus eſt, & odioſa, nec præſumitur: Alex. *conſ.* 17. *n.* 5. *lib.* 3. Philip. Dec. *conſ* 89 *col. vlt. conſ. vlt. conſ.* 339. *in fin.* vbi in annot. dixi. Et fauorabilis eſt eius extinctio vel reſolutio: vt in dubio contra fideicõmmiſſum iudicandum ſit. Ang. Peruſ. in *l. qui Romæ. §. duo fratres* & ibi Alex. *col.* 11. *de verb. oblig.* Rota *deciſ.* 864. *teſtator. in fin. in antiq.* Socynus *conſ.* 113. *col.* 10. *lib.* 1.

23 ¶ Idem ſi teſtator ſubſtituit ſuos: quia ſemel tantùm intelligitur de his qui in tali caſu reperiuntur, etiam ſi de conſanguineis proximioribus intelligatur: vt apud Paul. *conſ.* 404. *lib.* 1. Idem ſi dixit, Subſtituo proximiores de patentela: vt apud Paul *conſ.* 392. *lib.* 2. Idem ergo cùm dixit, *Subſtituo duos antiquiores de domo & agnatione*, vel progenie, vt hîc. Item ſi dixit: Subſtituo ſeniorem de tali domo vt memini me in prouincia conſuluiſſe in fortioribus terminis: videlicet, Teſtator inſtituit Domptum: cui ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit Hugonem: & ſi ſine liberis Hugo deceſſerit, ſubſtituit Iacobum: cui ſine liberis decedenti ſubſtituit ſeniorem de tali domo. Domptus heres fuit, & mortuus ſine liberis, & Hugo accepit bona. ſed viuente Hugone, obiit Iacobus abſque liberis poſteà ſimiliter abſque liberis moritur Hugo. Tum ille ſenior tunc inuentus, petiit bona ex fideicommiſſaria ſubſtitutione. RESPONDI, quòd benè: & obtinuit quia non defecit, ſed extitit eius conditio. quamuis enim fideicommiſſum ſit factum caducum in perſona Iacobi: tamen temaoſit apud Hugonem cum onere. Sed poſtquàm ſubſtitutio peruenit ad ſeniorem, ceſſauit, nec fuit ille grauatus aliis ſenioribus, quamois ſubſtitutio à multis præcedentibus ſubordinatis gradibus dependeret.

24 ¶ Superest, rationes ſeu potiùs occaſiones dubitationis Ancharani ſpeciatim diluere. Prima eſt, vnum præſuppoſitum, quæ præſupponit iſtud eſſe fideicommiſſum relictum familiæ, in quo proximi ſuc-

ceſſiuè & gradatim videntur iouitari, vt in *l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. l. peto* §. *fratre. verſic. quid ergo. de leg.* e & ſic per repudiationem Nicolai & Franciſci deuoluitur ad ſequentes, & deioceps in infinitum. Solua, quòd ea ratio eſt *σοφισμὸς*, quam Logici vocant fallaciam petitionis principij. Debuit enim priùs probare, & non vt probatum aſſumere quod præſupponit, videlicet, ſubſtitutionem qua de agitur, eſſe fideicommiſſum relictum familiæ. hoc enim falſum eſt.

25 ¶ Quia aliud eſt relinqui familiæ vel generi, aut agnationi: vt in *d.* §. *in fideicomm.* aliud relinqui certis vel incertis perſonis de familia & egnatione. Priore caſu legatum fuit corpori per nomen collectiuum: vt in *l. vlt. C. de verb. ſignif.* Secuodo vero caſu, relictum ſit perſonæ ſingulari, vel perſoois ſingultribus per nomina ſiogularia: vt quando legatur primogenito vel antiquion filiorum franis, vel duobus antiquiotibus filiis fratris, vel duobus antiquioribus nepotibus patrui, vel fratris: tunc enim nihil relinquitur familiæ vel agnationi, ſed aliquibus perſooie de egnatione, & conſequenter nullum inſurgit fideicommiſſum graduale, prout nullo iure cauetur, & nullus glo. & Doct. tenuit.

26 ¶ Secundb dico, quòd etiamſi conſtaret hic (videlicet to themate Anchatani) relictom eſſe familiæ: tamen intelligeretur vulgariter inter proximos de familia tempore condirionis extanns, non autem deinceps iure fideicommiſſi gradualis in infiuitum, quandio eſſent aliqui de familie: niſi vltra illa verba, eſſet aditum vel expreſſum à teſtatore, quòd volebat bona perpetuò remauere in familia: vt ſignanter loquitur: & addit tex. *in l. peto.* §. *fratre*, ibi, *Petiit ne domus alienaretur, ſed vt in familia relinqueretur.* de *leg.* 2, per quem limitari debet & declarari text. in *d.* §. *in fideicomm.* in *l. cùm ita. eod. tit* Ita tenet Raph. Cu. in *d.* § *in fideicomm.* Socyo. *in l. ſi cognatis. vol. 7. n. 17. de reb. dub.* Aot. Rub. in repet. §. *quidem reſtè. col. 24. in l. Gallus. de lib. & poſth.* Car Ruinus *conſ. 52. lib. 2.*

27 ¶ Hinc in formoribus terminis decidit Steph. Berttrand. *conſil. 328.* Venio ad ſecundum, lib. 2. Teſtator dixit: Inſtituo heredem ſeu heredes, vniuerſalem & inſolitum primogenitum meum, & poſt eum, Petrum & Ioannem fratres eius, filios nepotes teſtatoris. Cenſuit Bertrand, quòd bi nepotes ſunt tantùm ſubſtituti vulgariter, ſiue otdine ſucceſſiuo per modũ vulgaris inſtituti. Secùs, ſi teſtatot dixiſſet: Et poſt eum quandocunque, &c. quia tunc poſſet intelligi nepotes eſſe ſubſtitutos, nedum vulgariter, ſed etiam vocatos per fideicommiſſum in vim compeudioſæ, ratione verbi habentis tractum temporis. Idem tenet Steph. Bertraod. *conſ. 357.* viſo conſoltationis. eodem libro. Et hæc ex abundautia ducta ſint.

28 ¶ Secunda ratio Ancharani: quia relictum eſt duobus de progenie, ſine expreſſione nominum. ergo progenieri relictum eſt: quia nomen agnationis fuit expreſſum & ſuppreſſa nomina perſonarum. Sed hæc ratione non concludit. Poteſt enim relinqui perſouis iocertis vel certie ſuppreſſo nomine: & tamen oon eſt relictum factum corpori, ſed perſonæ. §. *incertis autem inſt. de leg.*

29 ¶ Tertia, quia hoc caſu teſtetor videtur magis couſideraſſe domum & progeniem ſuam, quàm perſonas legatariotum, quas ooo expreſſit. *l. qui habebat, de reb. dub.* SOLVE, non concludit eſſe relictum progenieri: ſed tantùm concludit, quòd niſi ſint de progenie, oon ſunt vocati, etiamſi nomina eſſent expreſſa. tex. in *l. ſi pater. C. de bered. inſt. in l. eam quam. C. de fideicomm.* quia nomen *progenieri*, eſt demonſtratio limitatiua: vt & in dicta. *l. qui habebat.* nomen officij, eſt demonſtratio limitatiua, & ſemper eſt relictum factum perſonæ, vt etiam probat *d. l. qui habebat.*

30 ¶ Quarta ratio, Propter quod vnumquodque tale, & ipſum magis tale authen. *mulèd magis. C. de ſacroſanctis Eccl.* non procedit, niſi quando inſertur de cauſa in cauſam, vel contrà: & ibi Iacob. Buttigat Vel quando diſponitur duntaxet ad commodum eius, cuius fauore & cootemplanooe fit, aliàs ſecùs. Vnde ſi quis amote ſororis leget ſingulis eius liberis centum, non tamen tantumdem cenſetur ſotori legaſſe: nec legata ſotori quæruntur, ſed illis duntaxat, quibus relicta ſunt liberè & ſine alio onere.

31 ¶ Quinta ratio quòd affectio agnationis & domus conſetuandæ, viſa fuit vtilis & moribus hominum conueniens. *Inſtit de bered. quæ ab inteſtat. deſinunt.* §. *item vetuſt. & de legit. agnat. ſucceſſ. in prine.* & §. *quod fœminas.* quia deeſt minor. diſpoſitio enim & fauor agnationis reſtringitur ad perſonas de quibus teſtator locutus eſt. Iacob. Buttigat. Bald. in *lib. 1. C. de ſucceſſorio edicto.* Phil. Dec. *conſ. 261. conſ. 390. conſ. 688.* Tum quo magis agnati remotiores ſunt, eó minor eſt in illis tano. Bald. Alex, *l. 1. C. de ſucceſſ. edicto.* Alex. *conſ. 67. lib. 1.* Philippus Decius *conſ. 261. col. penult.*

32 ¶ Sexta ratio, à quelitate oneris fideicommiſſo ſubiuncti. Cùm ergo legatum ſit perpetuum reſpectu pauperum, ſimiliter debet eſſe perpetuum reſpectu duorum antiquinrum de progenie: quæ perpetuitas non poteſt in duobus primis conſiſtere, oiſi inducto graduali fideicommiſſo. Sed hæc ratio per quàm ridicula eſt. Cùm enim onus dandi perpetuò ſingulis mẽſibus medimnum frumenn pauperibus non ſit impoſitum nominatim, ſed ſimpliciter ipſi fideicommiſſo, huius fideicommiſſo patiter exrit conditio, & conditio legati pauperum. Et ſic quantumuis fideicommiſſum non ſit graduale, nec deuoluatur ad ſequentes, ſed extinguatur per repudiationem fideicommiſſariorum, & ſic remaneat heredibus: tamen remanet cum dicto onere alij reſtituendi: ipſi & eorum heredes perpetuò manent obligati, & res fideicommiſſi hypothecatæ ad illud legatum pauperum.

33 ¶ Reliquæ cauſificationes Anchar. ſpecificam dilutionem non merentur: quam quius ſtudioſus ex prædictis facilè ſuppeditare poteſt. Nimis ergo io hoc etticulo deſipuit Anchatanus, quem nominatim teprehendit Aymo Crauetа, *conſil. 180.* in ſubſtitutione facta de proximiore generis in gradu perentelæ: quæ cùm ſemel effectum habuiſſet, deinde ſequens in gradu ex teſtamento vendicaret, & io prime inſtantia obtinuiſſet prætextu *d. conſil. 27.* Anchatani: reſpondit Aymo, malè iudicatum, & reum abſoluendum, dicens: quòd teſert dicete, Subſtituo illos de genere, vel de parentele, ſeu genus parentelam, vel familiam: vel, Subſtituo proximiorem mei generis in gradu parentelæ. Quia primo caſu ſunt nomina collectiua, & non ſolùm effectio, ſed etiam diſpoſitio habetur ad omnes. Ideò veniunt ſucceſſiuè & per fideicommiſſum: ſecùs in ſecuodo caſu, vbi nomen appellatioum teſertur ad vnum prupinquiotem. Et ſic quamuis poſſint plures eiuſdem gradus concurtere ſimul: vt per eundem. Crauetam *conſil. 161. col. 1.* vel primo repudiante ſequene admiti vulgariter, non tameo per fideicommiſſum, ſiue vni proximiori, ſiue duobus proximioribus relictum ſemel acceptatum confirmetur, inter gradualem haber ſucceſſionem.

E quibus veritas prioris noſtri conſilij ſatis eſt propugnata, & ſatis ſuperque vel criticie & ſcrupulosis ſatisfactum. tergiuerſantibus autem & ignaris nunquam ſatisfieri poſſit.

Et ita cenſeo. Iu quorum fidem, propria manu ſubſcripſi, & gentilinum ſigillum infixi. Pariſiis 15. Calendas Ianuarij 1559. C. M.

CAROLI

CAROLI MOLINÆI,

FRANCIÆ ET GERMANIÆ I. C.

ET IN SVPREMO, PARISIORVM SENATV ANTIQVI ADVOCATI.

CONSILIA DVO:

I. Super facto Concilij Tridentini.
II. Super commodis vel incommodis nouæ factæ, seu factitiæ Religionis Iesuitarum.

Beatus vir qui non abiit in Consilio Impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit, sed in lege Domini voluntas eius, & in ea meditatur die ac nocte. Psal. 1. 1.

SVPER FACTO CONCILII TRIDENTINI CONSILIVM.

CONSVLTVS subsignatus, qui 7. 8. & 9. Sessiones Tridentini Consilij Parisiis cum regio priuilegio editas, sibi 13. Februarij 563. à prudentibus, eximiis & illustribus sanctioris Concilij viris, quærentibus num admittendum vel dimittendum & repudiandum esset illud Concilium, exhibitas accepit & perlegit: necnon sex eiusdem Concilij Tridentini Sessiones Coloniæ anno 1551. postea item Antuerpiæ excusas: tum res subiectas harumque circunstantias qui diligenter expendit, censet Tridentinum istud Concilium in Franciæ regno non posse nec vllo modo debere admitti. Quod fieret contra Deum, veteres sanctas Synodos, Maiestatem Regiam, iura Regni, constitutionum & edictorum auctoritatem, Parlamentorum dignitatem, decreta Franciæ, ordinum iura, priuilegia & immunitates Gallicanæ Ecclesiæ. Quoniam verò, in re tanti momenti, Rempublicam spectante, non simplici responso, sicut in priuatis consultationibus viendum est: rationes etiam expetitas addere consulto visum est, quæ istius Concilij Tridentini nullitates, abusus, & reiectionem demonstrant.

I.

Adrian VI. Conuentus Noribergensis anno 1523.

Papa R. Adrianus VI. quum anno 1523 per Franciscum Chetogatum Legatum à Latere in Conuentu Noribergensi agnouit & fassus est, Ecclesiæ Romanæ sedem esse corruptam, deprauatam, omnino

A immutatam & inuersam: à Romanis Pontificibus Ecclesiæ corruptionem profectam, & inde in omnes Ecclesiæ Romanæ Prælatos effusam esse: iampridem Ecclesiasticos viros à via discessisse, nec inter illos quemquam esse qui faceret bonum: à sede Romana initium, castigationem & reformationem inchoandam esse. In eam rem Chrysostomi iudicium proponens, nempe, Seruatorem nostrum de Ierosolymorum salute cogitantem, & à templo fecisse initium, vnde vendentes & ementes eiecit, sacerdotum peccata primùm aggressus. Ideo Adrianus Oecumenici & liberi Concilij Ordinibus imperiorum spem fecit: in quo per consequens Pontifex Romanus & Romanæ Ecclesiæ addicti præsidere non debuerunt: alioqui vanum & irritum fuit Adriani promissum.

I. Concilij liberi promissum.

II.

B Clemens Adriani successor (à quo Germaniæ Principes & Ciuitates liberæ ad futurum Oecumenicum Concilium prouocarunt anno 1530. Augustæ, proposita fidei suæ confessione & Ecclesiasticæ reformationis formula) expresso diplomate Germanis Concilium œcumenicum & liberum intra biennium est pollicitus. Quod ni indiceretur, potestatem eis fecit, vt iuxta fidei confessionem & reformationem conuentui Augustano exhibitam viuerent.

II. Concilij liberi promissum.

III.

In cuius prouocationis, coram Cæsare anno 1540. Vvormatiæ Vangionum renouatæ, nec non in pro-

Pauli III. artes.

missionia Adriani, Clementis, item & promissionia A ab eodem propositæ, contemptum, Paulus III. horum successor, motu proprio Concilium suum, quod œcumenicum falsò nominauit, Mantuæ, quæ vrbs est Italiæ, multis nominibus suspectæ, indicere ausus est. Deinde, te infecta, Vicentiam, Vcoerorum oppidum nequicquam illud transtulit: imo in incertum tempus & locum retecit. Tandem, vt tutius rem gereret, ex Italia Tridentum vsque Venetæ ditionis & Italiæ finuimum oppidum Concilium istud transtulit, & patente diplomate assignauit 13. Decembris 1545. vnica voluntate sua fretus. Ioitium vt faceret, tsea Cardioales, paparut planè addicti, qui Paulr locum tenerent, summissi sunt. Et sanè duo priores tandem Pontifices Romani creati sunt: ter- B tius sedem illam suo tempore conscendisset, sed repulsam passus est sycophaoticia attibua Cardinalia Cataffæ, qui sedem occupauit, excluso illo tertio, nempe Reginaldo Paulo, qui dictis & scriptis acerrimum, quo in reformationem & doctrinam Euangelicam ferebatur, odium abundè professus, Angliam patriam suam repetens anno 1558. è viuis sublatus est.

IV.

Idem Paulus III. tribus illis Vicariis suis duos alios Cardinales Legatos à latere adiungit, & misit, non vt hac in parte veterum Conciliorum formam observaret, in quibus Rom. Ecclesiæ Episcopus minimè præfuit, sed veluti primatus, aut nouus Patriarcha, Patriarchaa antiquiores, aut Imperatoris Legatos in sede celsiore, Romani autem Præsulis Vicarios imis subsellijs locatos intuebatur: sed vt tantùm procuratores & rerum iospectores inmitteret. C

V.

I. Nullitas Concilij Tridentini. His de causis Concilium istud nullum est. Solo enim Rom. Pontificia decreto nititur. Is autem reus est, accusatos, vocatus ad reformationem, & á quo pronocatum est. Noo eius ideo fuit, Concilium indicere proprio motu: multò minus in eo præsse: cùm impossibile sit, & ius omne diuinum, oaturale, humanum cuctrat, qoicunque reus in propria causa iudex esse præsumit.

VI

Quæcunque etiam Ecclesiasticæ historiæ, veterumque Tbcologorum scripta eatant, nec oon Conciliorum romi duo priores, Colooiæ anno 1550. editi, perspicuè demonstrant, Romaoum Episcopum D nunquam Concilijs Oecumenicis præfuisse, sed sub præside Cæsarco interfuisse: oec huiusmodi Concilia vnquam Romani Episcopi authoritate vel mandato, sed Cæsarum & summorum Principum edictis fuisse coacta: alioquio congregationes & Synodi nullius momenti habitæ sunt, teste Hieroovmo, qui Rufino Concilium obtcodeori sespondit, In ptimia indica à quo CæsareConcilium illud sit iodictum anno 560. Iostinianus Impetator, in Nouella 123. de Conciliis Ecclesiasticis leges tulit.

VII.

II. Nullitas Altera Nullitat. Prouocatorcs, nempe sacri Imperij Elcctores nonnullos, & libetas ciuitates Germanicas prætermisit Rom. Pontifea. Non aduocatis autem aduocandis, nullitas est, quæ ius diuinom, naturalc, humanum, impugnat. E

VIII.

III Nullitas. Non modò autem prætermissi & neglecti, quinimo excluſi sunt, ad Concilium admissis Papæ & Ecclesiæ Romanæ coniuratis: ideo nominc Concilij cœtos biciodigous ceoserut: quum sit authorum mali rotius conspiratio, dedecus & deprauatio. Illi enim, ecu capita, priores ad emendationem vocabantur, voce directa Adriani VI. Dein aperta eiusdem Coocilij Tridentioi confessiooe, à primæ sessionis apud Colontenses aditæ principio.

IX.

Hæc porrò nullitas est notoria, quòd ad istud IV. Nullitas. Tridentinum Concilium quicunque vocati sunt, vt deliberatiuam seu simpliciter consultiuam vocem haberent, pronocatorum aliorùmque reformationem postulaorum, omnium, item obnixè perentium vt Concilium illis concederetur, hostes erant infensissimi. Inimicorum autem & aduersariorum cœtus Concilium dici non potest: eorúmque decreta omni iure nulla suot.

X.

Illud autem non ferendum, quòd hostes eorum V. Nullitas. qui reformationem postulant iudices fuere, verùm etiam Rom. Pontifex solus præses & vnicus rerum arbiter per Legatos adfuit, quemadmodum ex initio, progressu, & Concilij fine apparet. Quæ nullitas est manifestissima. VI. Nullitas.

XI.

Alia sequitur, duobus Conciliis, Constantiensi VI. Nullitas. nempe & Basiliensi, damnata nullitas. Hæc Concilium supra Papam & Ecclesiam Romanam esse statuerunt, secus sentientibus hæreseos & schismatis notâ inustis, eorundémque sententiâ, ceu erronea & falsa, palam reiecta, nccooo non Pontifice & Ecclesia Romana Decretis Concilij œcumenici seuerè obligatis. Inde sequitur, Concilium Tridentinum hæreticom & schismaticum esse, quoniam Papam supra Concilium esse pronunciauit, & in omoiboa summum statuit. Quapropter quicunque Concilium istud admittit, hæreseos & schismatis labe pollotur.

XII.

Præterea, quum Tridcoti Concilium istud per bi- VII Nulli- ennium hæsisset, sex Sessionibus taotùm habitis, ab tas. eodem Paulo III. Booooniæ translatum est, vbi suspeosum & derelictum iacuit, ante & post Pontificis illius obitum: adeo vt interruptum & sine effectu permanserit. Qui interfueroot tunc temporis, ex quotum numero fuit D. Espeosæus, vir nobilis & etuditus, ingenuè tum viua voce, tum scriptis, fassi sunt, omnes ad Coocilium Bononiæ vocatos otio tantùm iodulsisse.

XIII.

Addo, Concilium istud mansisse nullum, extinctum, finitum: quuio enim oeque Cæsaris, oeque VIII. Nullitas. Regum & Principum Christianorum, neque Ecclesiæ, vel præcedentis alicuius Concilij nomine, sed vnius Pauli III. præsidis & omnia io eo disponentis, & à cuius nutu peodebant omnes, esse iodictum: in Pauli III. morte morruum esse constat. Pront, virtusqueiutis censurâ, voluotas morte finitur. l. 4. ff. locat. C. ex literis in fi. cxt. de constitut. c. si gratiosè, de rescript. io 6. Dominic. de sanct. Geminia. in C. si delegatus, de offic. deleg. in 6. Florian. de S. Petr. in l. 4. ff. de scruit. Iudo. de Gozadinis, cons. 52. Philip. Dec. cons. 108. vbi io annotat. dixi. & super regu. Caocellar. 18. de confirm. resigoant. num. 359.

XIV.

Quinctiam, stante isto Trideotino vel Bononiensi Concilio, Papæ qui Paulo III. successit electio neque ad Cardinales, neque ad eorundem Collegiũ, sed ad Concilium pertinuisset. Quum enim supra Papam & Ecclesiam Romanam Concilium œcumenicum emineat, intercueniente (quandiu Concilium illud celebratur) Pontificis obitu, sedéque Romana vacante, nom Papæ electio, prouisio, institutio, oon ad Collegium Cardinalium, vt qui inferiores sint, sed ad Occumenicum Coocilium pertinet. Nec enim Cardinales à seipsis hac potestate gaudent, neque olim vsi sunt: sed taodem eia à Concilio tributa est, sicuti constat ex Clem. nc Romani de electio. Nec momento talem authoritatem impetrarunt, sed gradatim, initio facto circa annum 1079. teste decreti dist. 23. C. 2. Durante igitur Concilio, ius illud X. Nu

oon ad Cardinales, ſed ad Concilium pertinet. Et ita ſeuttunt Theologiæ Doctotes omnes, vt Iacob. Alm. in ſermone de poteſtate Eccleſ. c. 9. ſequeot. Ioan. Geſon in tract. de poteſtat. Eccleſ. & rurſus in tract. de auferibilitate Papæ ab Eccleſia, vbi & eoneordiret alij tenent, quòd ſtante vero genetali Coocilio, illius ſolius (& non Cardinaliom) eſt electio, quouis modo vacet. Nec eſt mirum: quia tale Concilium eſt ſupra Cardinales, imò etiam ſupra Papam, & primitiuam habet poteſtatem immediatè à Chriſto, ſecundum Theologos: prout etiam definitum eſt in Concilio Cooſtaotienſi & Baſilienſi: & habetur in Pragmat. tit. de authorit. & poteſt. ſacror. Coocilior.

XV.

XV. Nullitas. Præter eam Theologorum ſententiam, idem definitum eſt à Concilio Cooſtantienſi Seſſ. 14. & 39. accidente verò Pauli III. morte, & toto triineſtri ſede vacante, nullus esmen Bonooiam, Italiæ & patrimonij papalis oppidum, ad noui Pontificis electionem acceſſit: neque Concilium Bononienſe de ea re eogitaut, quod minimè prætermiſiſſet, ſi verum fuiſſet & manſiſſet Concilium. Quum verò nollum eſſet, ipſemet Paulo III. ſpirante, extinctom autem iaceret, iſto iaeente, qui viuens Tridento Bononiam ſuos delectos tranſportatat, quum neque huic Concilio finem imponere, neque diſertis verbis ſedem aliam indicere vellet, hactraoſlatione & deſertioone tacitè reuocauit. Sin mious, vocantis & traoſferentis morte finitum & planè extinctum eſt. Ideo ad illud Concilium confugere nec decuit nec poſſibile fuit. Vnde illud omnino ſuppreſſum & aboliţum eſſe conſtat. Nihilomious tamen anoo 1551. Iulius III. Trideoti Coocilium continuauit, vt ex Bolla Pontificia, 14. Nouembris 1550. appatet. Hinc noua naſcitur nullitas, circa finem tertij tomi Coocilioium. anno 1552. cora & ſtudio Pontificij mancipij cuiuſdam Franciſcani, qoi nomen ſoum inttio præfixit, collectorum & editorum, ſatis apertè detecta.

XVI.

Quum eoim Concilium Tridentinum finitom & mortuum eſſet, continuari oon potuit: & quicquid ſupet eo conſtructum eſt, ædificium ſine fundamento apparet nulláque ſunt quæcuoque in eo decreta fuere: c. principatus, 1. q. 1. l. egi tecum, ff. de except. rei iudicat. De nouo etigendom fuit, ooo ſupra fundamentum euerſum continuaodum: l. ſed & ſi maoente precario. ff. de precar. Canoniſt. in c. bi qui authoritate de præbend. in 6. Specolar. in tit. diſtioo. §. nuoc videamos, verſ. ſcias. Bald. in l. 1. in fi. C. de temporib. & reparat. appellatioo. Ioao. Andr. in addirioo. Specol. tit. de appell §. 7. Bald. Conſil. 50. lib. 5.

XVII.

Et ſi verò nouum iſtud Coocilium Tridentinom ex capite nullæ & vtioſæ coorinnationis, oullom haud eſſet, prædictis aliis nullitatibus, quæ nouo vt & veteri conueniuot, euerritur.

XVIII.

X. Nullitas. Occurrit alia oullitas, Henrici II. edicto promulgata. Is euim regni ſui, Delphinarus item & Prooinciæ Epiſcopos retinuit, ne Tridentom irent: neque Legatos ſuos ibi adeſſe voluit. Immò verò Tridéti & paſſim to Germaoia per delectos varios aono 1551. proteſtatus eſt & palam diait, nouum Concilium, à Iolio III. Trideoti reoouatum, nullum & fruſtra inſtaurarum, illegitimum, nec publicom, nec œcumenicum eſſe, ſed cœrum prioatum, in quorundam commoda, non in publicam ſalutem, collectum: cuius decretis Franci minimè tenerentur: ac propoſitum ſibi eſſe remediis, quantum feret opus, à ſuis neceſſortibus in eiuſmodi caſibus adhibitis vti. Ideo Coocilium Trideotinom uullo modo admittendum;

alioquin edictis, proteſtationi, nomini Sereniſſimi Regis Hentici II. iniuria, poſt eius obitum, grauis inferretur.

XIX.

Pontificis fœdus contra Francię Regem.

Notum eſt etiam Iuliom III cum Cæſare aduerſus Franciæ Regem iniiſſe fœdus: Regi item bellum indixiſſe & intulille Mirandulæ & alibi: præterea multos ſibi addictos in ipſo Franciæ regno ſubornaſſe, vt Regis dignitatem & edicta palam conuelleret ot, atque Pontificis authoritati ſubiicerent: tum vt Nobilium ordinem & populum timore percuterent. & ab officio ſolito aoerterent, vt Regi militare & Pootificis ambitionem, atque inuaſionem retundere vellent quemadmodum Pariſiis hoc accidit anoo 1551. & 1552.

XX.

Iulius iſte III. qui ſolus per Legatos præerat & imperabat Concilio ſuo Tridentioo, quicquid libuiſſet in Regis & regni Galliæ, nec noo Eccleſiæ Gallicanæ præiudicium conſtituere, & ſeditiones in Regem, expetientia teſte, exeitare potuit. Quamuis autem nulla ſeſſio facta vel publicata ſit in eo Concilio, dum vixit Iulius III. oon ceſſarunt tamen factiooes Pontificiæ. Eaempli gratia. Laudatæ memoriæ D. Iacobus de Ligneris, Senator integertimus, poſtea magoæ Curiæ Præſea, qoom Trideoti Legatus à Rege adeſſet meoſe Maio 1550. accepit à Iulij vices gerente commentatia, quæ plotimos articulos de eaſibus variis aduerſus Pootificem gregaléſqoe ſuos Tridentioos, intiſdictiooem & Cutism Romsuam, vt conquerebantur, per Regis edicta, regalia iuta, aliáque ſcita conſcriptos, continerant. Quæ oblata idem de Ligneris conſtanter repudiauit, dicens horom ſuom Regem minime teneri, nec velle iſtis Trideuti congregatis deferre obedieotiam.

XXI.

Non vnos de Lignetis, ſed plures alij teſtati ſunt, & memoria recens eſt, ſubdoli cuiuſdam artificij, quod in eodem Concilio, Paolo III. regnante apparuit, anoo 1546. Articulus de Epiſcopotum & Curionum reſideotia quum reſtituius eſſet, vt ex iure diuino conſtatus ſtatuerctor, ita vt de eo Pootifex Romanus diſpenſare non poſſet, Pauli iſtius Legati, Cõcilio præfecti, qootum vnus fuit Regioaldus Paolus Anglus, quum viderent Franciſcum I. Franciæ Regem decretum illud maximè probare, cui etiam Hiſpani quidam Epiſcopi conſcientiæ ſenſu quopiam tacti aſſentiebantur, ad Pontificem ſcripſerunt, auxilium petentes aduerſos decretum. Ille verò ad ſeſquimenſem decreti conclufionem ampliari iuſſit. Quod quum ficret, interea temporis conſtituti ſunt & collecti à Pontifice circiter 40. leuis armaturæ milites, ſeu tenues Epiſcopi in Apulia & Sicilia, naulbos celeriter impoſiti, & Trideotum vſque, fidi ducis operà tranſlati, quos Concilium neceſſariò reciperet, & corporis ſui membra, ſub Papa Romano capite faceret. Iſti verò aliorum omnium Epiſcoporum nomioe quàm primom vocifetati ſunt, nihil aliud ſumus præterquam creaturæ & mancipia ſaoctiſſimi Patris, vnici paſtoris, & ſolius veri Epiſcopi, ſolummodo vocati ad particulam quandam ſuſtinendam ſollicitodinis quæ illum præmit, quantum voloerit: oec eoim poſſumus aut debemus ei ponere legem.

XXII.

Ita numero vinceotes & freti fauore Legatorum, peues quos eooclufio, nomine Pontificis, erat, ſaoctum de reſidentia decretum repudiamm eſt; eontrarium verò receptum, quo iubentot ſinguli placitis & diſpenſationibos Pootificiis dare locum. Hac via non ſolùm antiqoorum Conciliorum, decreta, reſidentiam præcipientia, antiquata violatáque ſunt, verùm etiam ius diuinum abrogatum eſt, quo huiuſmodi reſideotia ſub pœna peccati grauiſſimi iomngitur,

Leuitic. 8. ad 6. ibi, die ac nocte manebitis in tabernaculo, obſeruantes cuſtudias Domini, ne moriamini: ſic enim mihi præcepum eſt. Sed vt facilius perſpiciat lector, veritati & piæ libertati aditus omnes hoc in Concilio fuiſſe clauſus, Epiſcopus quidam repertus eſt, qui auditis ſupetbiſſimis & blaſphemis conceſſis Papæ titulis, monuit, & alios ad ſanioremmentem tcuocate ſtuduit, vnico prælato ex 17. cap. Ioannis teſtimonio, quo Pater Dnmini noſtri Ieſu Chriſti ſanctus cognominatur. Atqui (ille inquiebat) nihil pontificius familiarios quàm ſuum Papam nomine ſanctiſſimi compellare: quod de veto Deo in tota ſcriptura dictum haud apparebit. Ideo deeebat nomen Sancti, non ſanctiſſimi, Papæ tribuere, nec amplioremitutulum, quàm Deo ipſi, concedere. Arqui exigua illa reſtrictio eaclusa eſt, & Papa de retota certior factus, Epiſcopum illum Romæ vocatum fatellitibus ſuis de gradu dencriendum & durirer tractandum propinauit.

XXIII.

Idem Paulos Cardinalis, Legatorum à latere tertius, libtum euulgauit de Concilio, quod omni ſpoliat authoritate, vni Pontifici tributa, diceodo quæſtionne quinta, Catholicam Eccleſiam in Concilio partem vel authoritatem nullam obtinere, ſiue prohibendum, ſiue quod à Concilio in deliberationem poſitum eſt, definiendum ſit: omne ad vnum Pontificem, Chriſti Vicatium, & in medio diſperſatum ouium conſtitutum, obtinere: qu. 14. 15. 16. Nihilominus tamen Concilium illud œcumenicum vocari, quòd Eccleſiam repræſentet Catholicam: & in ea vocem obtinere deliberatiuam quotcunque priuilegio à Romaoo Pontifice donantur. Et ille eſt ſpiritus Bullæ 13. Decembtis 1545. emiſſæ, quia Paulus III. Concilium ſuum œcumenicum oomioat, quòd in eo ſedeant illi quibus & quatenus ſedere permiſit. Quandoquidem verò teoentur omnes diem illum feſtum celebrate humilibus & deuotis preculis, ieiunis, elecmoſynis, iis cuoctorum peccatorum plenatiam remiſſiooem, vbiqoe locorum concedit, quam diebus Mercurij, Venetis, Sabbati bollæ promulgationem proximè ſequeotibus, lucraoouotur.

XXIV.

Qoæſtiones verò ſexageſima ptima, idem Paulus Cardinalis ſubiicit, Chriſtum magnifica quidem Petto, nec non Petri ſucceſſoribus, eſſe pollicitum, quæ in Petri perſona oon adimpleuit, ſed poſt trecentos annos illius mottem conſequutos, quando Petri catbedta ſupra thronos omnium Cæſarum, Regum, Principum & Magiſtratuum mundi coram omnium oculis Romæ ſcilicet erecta eſt. Verba etiam Chriſti ad Petrum, homines viuos capies, poſt hac, io Sylueſtri Conſtantinum Lucrantis perſona completa fuiſſe. Subiicit prætetea Paulum ipſum faieri, 1. Coſtotb. 1. ſui temporis Eccleſiam ex puſillis & infimæ conditionis hominibus conſtitiſſe, paucos tunc in ea fuiſſe ſapientes, potentes, nobiles: contratium autem appatuiſſe Sylueſtri ſæculo, ſicuti refert qu. 64. ſubſtratis fuodamenti loco, commentis de lepra, ablu rione & donatiooe Conſtaotini, quibus reſtitutionis nomen tribuit, tepudiatis tamen ceu fabuloſis à Platina nec oon aliis Pontificum fautoribus vel tantillo prædtis iudicio. Hac tatione Paulus Cæſates, reges, ptincipes omoes, ſeruulos & pediſſequos Pontificis conſtituit.

XXV.

Decretom etiam ptimæ Seſſioois Concilij Tridentini, Coloniæ ad Rhenum editæ, & 7. Ianuarij 1545. habitæ iubet vt ſoli Epiſcopi Sacetdotes, aliis eaplosis, Concilio interſint: hinc ſequitur Theologos & cunctos qui oleo Pontificio non peruncti ſunt excludi: ex vnctis autem admitti, qui Legatis à latere A grati eront: horum enim in ſingulis ſeſſionibus necurrat mentio, ne quis aliam authoritatem & voluntatem in Concilio, præter Pontificiam, cogitet.

XXVI.

Non poteſt igitur Concilium dici vel reputari, ſine veritatis abnegatione manifeſta, & Scripturæ ſacræ falſatione. Etenim Concilium illud, in ſeſſione tertia die quinta Aptilis 1545. ante Paſchatis feſtum habita, ſcriptis canonicis Propbetarum & Apoſtolorum admiſcet & æqualia facit agrapha quædam, quæ traditiones noo ſcriptas appellat. Sed tameſi Apoſtolorum ſæculo verbum Dei viua voce traderetur, oec ſcriptis ita conſignatum eſſet, vt tandem fuit ab ipſis Apoſtolis, ad quos Eccleſiæ recurrebant: Act. 10. B & 15. cap. voluetſa tamen eorum doctrioa, & quod de verbo Dei tradendum erat, ab ipſis & ab Euangeliſtis à Chriſto delectis eſt literis conſigoatum, nouique Teſtamenti Codici, libris canonicis Teſtameoti veteris adiuncto: in quibus quæcunque Deus noa ſcire vult ad ſalutem, & omnis Apoſtolica doctrina, continentor, eatra hanc faciam ſcripturam ab annis 1500. nulla quærenda eſt Diuina vel Apoſtolica doctrina. Idem communi conſenſu docueront S Eccleſiæ primitiuæ Doctores martyres, ioter quos Diuus Cypriaous occorrit, anno poſt Chriſtum 250. lib. 1. epiſt. 1. vbi quasvis conſuetudines & traditiones reiicit, Scripturæ ſanctæ nos prorſus adhærere iubens. quod referrur à Gratiaoo, diſt. 8. C. ſi ſolus. Et ante eum Tertullianos, oec non alij. C

XXVII.

Hieronymus item in Pſal. 86. Deus nos alloquitur per ſcripta Apoſtolorum quos elegit. Videte quid dicat, qui fuetont, non qui ſunt, vt exceptis Apoſtolis quodcunque poſtea dicitur ſbſcindatur, nec habeat poſthac authoritatem. Quamuis ergo ſanctus ſit aliquis poſt Apoſtolos, quamuis diſertus ſit, oon habet authoritatem. In 5. cap. Oſeæ, transferunt priocipes Iuda terminos, quos poſuerunt patres eorum, quando immutant mendacio veritatem, & alind prædicant quàm ab Apoſtolis acceperunt. Refertur à Gratiano, cauſa 24. q. 3. can. 33 in 3. & 29. cap. D Eſaiæ iſtius modi impoſtores cauponibus aquam vino admiſcentibus aſſimilat: & in 23. cap. Ieremiæ furibus paleam cum ſtumento confuodeotibus. Auguſtioos autem eos comparat malis viris qui ſtateras, poodera, menſuras, doloſas adhibent, ſubüciens nibil in Religione meoſurandum vel ponderandum præterquam ea ſcripturis: lib. 1. cap 6. contra Dooatiſt. tom 7. & à Gratiano refertur cauſa 24. q. 1. c. 21. & Diſt. 9. c. Ego ſolis, ex epiſt. 19. ad Hieronym. tom. 2. Idem occurrit epiſt. 48. ad Vincent. & ibi ſubiicit multos nomen Apoſtolorum ementitos, vatia finaiſſe, ſolis autem Scripturis ſaoctis eſſe inhærendum. Quod paſſim repetit, præſertim lib. 3. contra Maxim. Arianom, lib. 2. de Bapt. contra Donatiſt. cap. 3. lib. de Vnit. Eccleſiæ, cap. 16. vbi alias reuelatiooes, narrationes & miracula explodit. Idem E præſtat Chryſoſtomus Homil. in Matthæum, docens Eccleſiam per ſolas ſcripturas quærendam & cognoſcendam eſſe. Idem ſæculis ſequeotibus ſcripſit Gregorius cognomento magnus, Romanus Epiſcopus commentariis in Ezechielem & Iobum, aſſerens hæreſeos labe inquinatos qui extra Scripturas S. aliquidin Eccleſia docent aut proferunt. Traditiones externas de politia Eccleſiaſtica, ad fidei & doctrinæ ſubſtantiam minimè pertioeores, excipio, quæ etiam conſcientiis vinculum iniicere nequeunt. Nec enim conſcientia obligari poteſt præter quàm à ſolo Dei verbo Scripturis ſacris plenè comprehenſo, ſicuti recte docet Ioannes Getſon, præſtantiſſimos Theologus Pariſienſis, qui ante 130. annos floruit, lib. de vita Spirituali animæ, lect. 4. Coroll. 1.

XXVIII.

Canoniſtarum principes, tametſi Pontifici Romano prorſus addicti, coguntur dicere in rebus fidem ſpectantibus, ſententiam priuati & metè Laici, ipſius Pontificis & Concilij opinionibus eſſe præferendam, quatenus melioribus rationibus ex vtroque Teſtamento deſumptis nititur. Hæc eſt deciſio Abbatis & Archiepiſcopi Panormitani in C. ſignificaſti, col. penult. extr. de electio. Hac de cauſa in Conciliis docti quilibet, etiam laici, ſunt admittendi, quemadmodum in antiquis Conciliis obſeruatum fuiſſe liquet.

XXIX.

Ideo reiiciendum eſt Tridentinum Concilium ex ſolis vnctis & coniuratis Papæ conflatum, à ſolo illo Rom. Pontifice, cui omnia deſert, cæteris Epiſcopis excluſis, omnino pendens, ſacris & Canonicis ſcripturis, traditiones Euangeliſtis & Apoſtolis ignotas admiſcens & adæquans. Decretum & Concilium huiuſmodi hæreticum eſt: quod ſufficit ad plenam eius reiectionem, nec neceſſe eſt in præſentia, ne prolixiores ſimus, multos errores quibus ſcatet annotare: ſicut ad finem primi decreti quartæ Seſſionis 17. Iunij 1546. pro fide articulo neceſſario decernunt, concupiſcentiam Spiritui ſancto repugnantem non eſſe peccatum.

1. Decret. 4. Seſſ.

XXX.

Seſſione quinta, 13. Ianuarij 1546. habita, Coloniæ edita anno 1551. art. 9. pro fide articulo decernunt neminem, quandiu in hac mortalitate viuitur, niſi ex ſpeciali reuelatione ſcire poſſe ſibi per gratiam Dei peccata eſſe remiſſa, quorum 30. articulo, purgatorium aliam extra Chriſti ſanguinem conſtituunt.

Seſſ 5. art. 9

XXXI.

At Seſſione ſexta 3. Martij ſequentis, Can 9. tit. de Sacramentis, articulum fidei aſſerunt, quod Dei gratia ex opere operato conferatur, nempe operis humani merito, minimè verò per fidem. Et can. 1. de baptiſmo, eorum ſententiam qui baptiſmo Ioannis, vt Chriſti, peccata remiſſa docent, ſanctam orthodoxam veritatem Euangelio comprehenſam, iniuſto anathemate feriunt.

Seſſ 6. c. 9.

XXXII.

Eadem Seſſione Can. 9. de Sacramentis, & ſeptima quæ poſt 17. annos eſt habita, nempe 15. Iulij 1563. cum Regio priuilegio Pariſiis & Antuerpiæ excuſa, Can. 4. temerarium & impium anathema pronunciant in multorum veterum & celebrium Theologorum ſententiam, qua fiat ſacramentum eſſe delebilem affirmant, Cuiuis ſuprema ſtatuto confirmatam anno 1549. Nam edicente curia, clericus quidam Tholoſanus, figilli regij corruptor, patibulo affixus & ſtrangulatus eſt, in Auguſtinianorum Pariſienſium crepidine, nulla characteris clericalis ratione habita. Hùc autem, nonnulli, vt Aquinas, in mente: alij in voluntate eum Scoto, alij (vt Alexander Alenſis & Bonaventura in 4. Sent. diſt. 6.) in tota anima: quidam cum Biele ibid. dub. 3. in eſſentia animæ conſtituunt. Alij habitum vocant, alij qualitatem: nec mirum quod ita diſſideant & dubus opinionum fluctibus ferantur. Nullo enim Scripturæ ſanctæ nituntur firmamento: hæreticique familiare illud eſt, pro articulo fidei ſubſternere, quod non perſpicuè in S. Scripturis continetur, teſte Gregorio Magno, commentat. in Ezechielem.

XXXIII.

In eadem porro Seſſione ſeptima, duabúſque ſequentibus alia maioreſta nollitas eſt obſeruanda. Sicut enim Tridentini Concilij continuatio, poſt eius abolitionem, triennio toto elapſo, renouata, ſtudio Iulij III. per diploma Romæ datum 14. Nouembris 1550. nulla eſt rationibus ſupra productis; eò ma-

11. Nullitas.

Agis nulla eſt eiuſdem Concilij prætenſa continuatio, cum tribus poſtremis Seſſionibus ſub Pio IV. habitis. Quamuis enim per legatos ille ſolus præfuerit, & vt iudex pronunciauerit, nulla ratione ibi continuatio, vel noua erectio, vel expreſſum diploma, multò minùs Cæſaris, Regum & Principum auctoritas aut mandatum apparet. De noua Concilij indictione nullum verbum. Quod ſi Concilium à Iulio III. legitimè inſtauratum eſſe demus, tamen eiuſdem Iulij morte interueniente menſe Aprili 1555. extinctum eſt. A quo tempore regnarunt alij duo Pontifices, Marcellus II. & Paulus IV. per quatuor annorum & trium menſium ſpatium, quibus ſuperſtitibus nulla Concilij mentio audita eſt, nec audiri potuit, quum planè ſublatum eſſet Iulij exceſſu. Quapropter, annis & menſibus illis elapſis noua erectio conuocatióque fuit inchoanda, quod omiſſum rem totam nullam eſſe pronuntiat. Id verò ex Concilij concluſione patefit, ſolis nominibus Pauli III. Iulij III. Pij IV. ſubiectis. Fatentur enim per totum Marcelli II. & Pauli IV. quadrienuium nulla authoritate, conſenſione, vel approbatione valuiſſe: erectione verò & approbatione noua caruiſſe, per conſequens quicquid actum eſt manifeſtò nullum eſt.

XXXIV.

Vt ad nullitates & errores particulares reuertar, quod Concilium Tridentinum, c. 4. ſtatuit, in Epiſcoporum, Preſbyterorum & aliorum Eccleſiæ miniſtrorum ordinatione, non vocandum eſſe populum, Regem Cæſarem, neque horum conſenſum authoritatemve requiri aſſerit veteres canones. Caroli Magni & Ludouici Pij, Franciæ Regum, & Cæſarum, capitula, Epiſcopos à Cleto & populo, non alia ratione eligendos & ordinandos ſtatuentia, directè impugnat. Nomen populi Magiſtratus complectitur, ſicuti tum in primitiua Eccleſia, tum ſæculis ſequentibus obſeruatum eſt, id teſtantibor Canonibus & Synodis, à Gratiano collectis anno 1160. Statutum illud refert Gratianus, Cap. facrorum, diſtinct. 63. Idem refert Anſegiſus Abbas, lib. 1. c. 77. capitularium ſeu decretorum Caroli Magni & Ludouici Pij.

XII. Nullitas.

Capitula Caroli Magni & Ludouici Pij de Epiſcoporum ordinatione.

XXXV.

Quinetiam Leo I. Romæ Epiſcopus epiſt. 87. al. 89. edicit referente decreto Grat. diſt. 63. c. 27. Vota ciuium, teſtimonia populorum, honoratorum ſtabilitum, electio clericorum in ordinationibus Sacerdotum expectentur, verba epiſtolæ Leonis ſunt, tenestur ſubſcripti Clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis. Qui præfuturus eſt omnibus, ab omnibus eligatur, addit Gratianus, per pacem & quietem Sacerdotes, qui præfuturi ſunt, poſtulentur: teneatur ſubſcriptio Clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis. Idem vult Cæleſtinus I. paulò ante Leonem, epiſt. 2. c. 5. quæ à Gratiano repetitur. diſt. 63. c. 26. Cleri, plebis, & ordinis, conſenſus & deſiderium requiratur. Gelaſius I. qui triginta annos poſt Leonem ſedit Romæ, diſt. eadem 63 c. 11. in electione Epiſcopi populum adeſſe iubet: quod ſæculis ſequentibus obſeruari curarunt Gregorius Magnus, epiſt. lib. 5. c. 69. epiſt. 30. Grat teſte, diſt 63. c. 10 Quanto, vbi inter alia legimus: defuncto Laurentio Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopo, ſua nobis relatione clerus innotuit in electione ſe filij noſtri Conſtantij Diaconi vnanimiter conſenſiſſe. Sed quoniam eadem non fuit ſubſcripta relatio, ne quid, quod ad eandem pertinet, omittamus, huius ideireo præcepti auctoritate ſuffulcrum, Genuam re proficiſci neceſſe eſt. Et quia multi illic Mediolanenſium coacti barbaricæ fetitate conſiſtunt, eorum te voluntatem oportet, conuocatis eis in commune, perſcrutari. Et ſi

Cæleſtinus I. Gelaſius I. & Gregorius Magnus.

oulla eos diuersitas ab electionis vnitate distermoiat, siquidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluotates, atque consensum perdurare cognoscis, &c. Testis Gregorij antea fuerat deprauatus: oam pto conuocatis eis (scilicet ciuibus & laicis fugituis) in comiouni, sciolus quidaio reposuesat conuocatis clericis in communione. quod ex atchetypo falsum deprehendi, & ooua mea editione anoi 1558. sestitui. Prætetea patet es Ecci. historus electioooe populi Ambrosium Mediolani Præfectum, nec dum pet baptisma fidelium communioni adiunctum, ad Episcopalem sedem euectum futile.

XXXVI.

Testatur ideon Gregorius magnus lib. 4. c. 59. epist.15. consensum Imperatoris, vi & plebis requirt: sicut exiat in ead. dist. C quia igitur, & C Salernitanæ. Vide etiam lib.2. c. 58. epist 34. & in eandem sententiam, 12. Synodum Toletanam, c. 6. reper. dist. 63. c. cùm longe, in Hispania obseruatam, teste M. Gulielmo de Moor. Serrai Hispano, comment. in Pragmaticam Sanctionem, fol.37. col.4. adueisus ista, ius iiem & priuilegia populi Christiani, nec non Principis authoritatem, conspirat Tridentinum illud decretum, & Canon. 7. Sessionis.

XXXVII.

Iure diuino, Ecclesiæ primitiuæ constitutione, & seculis aliquot sequentibus, certum est popnlos & magistratus Christianos, iure & potestate eligeodi snos pastotes Ecclesiasticos communibus suffragus vsos fuisse. Id nobis eripere studet Tridentioi Concilij decretum, vt Romam Pontifici, vel sernis eius, aliis quibuslibet exclusis, omnia deferantur. Hac via isti in alieno regno congregationem & politiam hominum, Regem minimè audientium, imò in regni subditos potestatem vsurpantium, erigunt, & ad suas partes pertrabnnt. Quod est intoletandum.

XXXVIII.

Quimmo, non tantùm ius diuinum Canones isti ferunt, verùm etiam vsum & consuetudinem veteris Ecclesiæ, primitiuæ & sequentium ætatum acriter oppugnant. Deinda, veiustiotes Canones comminuunt: Caroli Magni & Ludouici Pij capitula lacerant: Christiani populi libertatem tolluot: iura & Priuilegia regni Franciæ annihilant: in regiam Maiestatem insurgunt, & speciatim adoriuorut statutum celebre, regni iribus ordinibus solenni modo conuocatis & id postulamibus, assentientibus regiæ prosapiæ Principibus & sanctiotis Consilij Senatoribus Aurelianæ congregatis, anno 1560. sancitum, in summa Curia approbatum & publicatum die 13. Septembris 1561.

XXXIX.

Hac trium Regni Ordinum constitutione, & Pragmatica Sanctione Regia, cap 1. art.1. præcisè ilarum legimus, vt Episcoporum, Archiepiscoporum, per consequens Primatuum & quorumuis Diœcesanorum electio ab Ordinibus, & Maiestate Regia, deineeps hac ratione fiat: nempe Archiepiscoporum per Episcopos prouinciæ & capitulum Archiepiscopalis Ecclesiæ, conuocatis duodecim nobilibus, à Diœcesios nobilium ordine toto delectis: conoocatis iiem duodecim honestis ciuibus io municipali curia eiosdem Archiepiscopalis, aut Episcopalis, vel Primatialis. Hi tres ordines concurroni. Prætetea, vuli constitutio illa solennis, vt cesta die conueniant delecti, & tres homines idoneos, veterom Conciliorum canonibus approbatos, non autem ad Tridentioi concilabuli formam adornatos, nominent, & per legatos sistant Regiæ Maiestati, quæ es tribus vnum eliget, futurum functionis vacantis admtoistrum.

XL.

En tibi, Lector, trium regni Ordinum & suprema Maiestatis Regiæ, consentientium constitutionem, Pragmaticæ modis omnibus absolutæ, & Bituricensem Pragmaticam, à summa Curia receptam, longè superantis, forma stabiliam; quam biennio nondum absoluto d ffringere, tollere de medio, ad nibilum redigere Tridentini studuerunt, si eorum decretis locus est in Francia. Sed aliquid grauius sequirnt. Nam hac via publica fides, in Regia Maiestate iustitiaque subsistens, ab ipso regni principio vtolatur & exscindrur: vnde procedit incertus status, & regiæ dignitatis contemptus, atque tdeo interitus: quum decreta regia firmissima & veluti stella polt arcticies. se debeani: teste Bald. coosil.327. pridie, oum.4. lib. 8. secundum nooam, & coosil. 277. lib. 3. secundum veterem impressionem allegaos illud Psal. quæ proceduot de labiis mea noo faciam irrita: & illud Dauidis, 2. Reg 23. fisum est quid loquutus sum: præsertim autem sub tnitium regni, quo constatotiæ suæ spem luculentis exemplis facete teoerut. His de causis Tridentina decreta suot inadmissibilia, nisi quia primùm Maiestati tuitutiæque regiæ, quam constantissimam & perpetuò esse oportet, vim toferat, ttium Franciæ Ordinum authoritatem, suprematæ Curiæ dignitatem Christiani populi libertatem, capitulorum Caroli Magni, Ludouici Pij & successorum veritatem, Canones veietes, antiquarum Ecclesiarum formulas & consuetudines, iuraque diuina pedibus superbè conteiere velit.

XLI.

Eodem Canone tertij Decreti septimæ Sessionis ad presbyteratum promouete eum qui 25. annum attigerit cooeditur. Atqui ante triennium Ordinum Francicorum decreto, in summa Curia publicato, 30. annus præscriptus est. Quod si Trideotini audiantur, sileant Regni Ordines, Regis & Parlamenti solennis conuocatio atque sanctio taceat. Decret. 3. Sess. 7.

XLII.

Quarto einsdem septimæ Sessionis decreto Concilium istud inuolat in reditus Fabricæ Ecclesiarum, ius Prælatis tribuit, iubéq; partem tedituum rapiant: qua ratione fundatorum consilium euertunt, regis magni Eleemosynatij, iodicum regiorum cogoitionem, & veterum edictorum segiorum cognitionem, & veterum edictorum regiorum præscripta conuellunt. Inter hæc exrat edictum Caroli VI. anno 1385. à me repositum 3. parte stili Curiæ Parlamenti, tit.37. extani etiam eiusdem Curiæ decreta, quorum nonnulla veiusta parte 5.q.187. q.227. & 16. part. art.37. recitantur. His omnibus Fabricarum & reparationum Ecclesiasticarum cogoitio regiis iudicibus (ad quos pertioet) defertur, eorumdémque censuram Prælati subire debent: idque iure diuino, 4. Reg. 12. & 2. Paralip. 24. Decret. 4. Sess. 7.

XLIII.

Decreto quioto Concilium duobus Episcopis, totidémque sui capituli Canonicis & Presbyteris vel Clericis, potestatem facit vsurpandi partem reditus Xeoodochiorum & decimarum feudalium ad Laicos pertinentium. Qua in re dignitatem Regiam, magni Eleemosynatij iurisdictionem, constitutionum Regiarum in summa Curia poblicatarum & acceptarum authoritatem manifestè inuadit. His enim, rerum einsmodi cognitio, ratio, decisio, ad regios iudices deferiur, simúlque probibetur, oe quis fructus, ad vsus alios traosferat: & si qua fiat prouocatio, ab eadem Curia immediatè iudicetur: idque ex Francisci I. edicto: ad Fontembellaqueum dato 12. Decembris 1543. io summa Curia promulgato pridie Calendas Ianuarias. ex alio item edicto Sangermaoo 15. Januarij 1545. io eadem Curia 4. Februarij publicato: oec noo testio, 19. Maij 1544. & quarto 16. Februarij 1546. io Curia promolgatis. Prætatea ad Fontambsllaqueum mense Aprili 1561. aliud edictum Ca-

roli IX. eiuſdem formæ ſancitum eſt. Quantum ad decimas attinet, iſti in facultates atque dominia tertij ordinis, & priuilegia Nobilibus à Philippo Auguſto conceſſa rapaces manus inficiunt.

XLIV.

Quoad puerorum inſtitutionem, Tridentini in aliorum, præſertim laicorum, facultates inuolant, & huius materiæ cognitionem Epiſcopis deferunt: poſthabito trium regni Franciæ Ordinum ſtatuto, à Carolo IX. rege ſancito, & Curiæ ſummæ approbatione 9. art. ratio habito, quo iubetur vtbium maioribus, ſcabinis, Conſiliatis & Capitaneis, vt ibi interſint. Id autem Tridentini infringent, ſi audiuntur: & Regis eſt authoritas omnis & iuriſdictio totius reformationis in Gallia. Nec ſub reformationis ſpecie poteſt illud Concilium leges vel decreta promulgare, alioquin in Maieſtatem Regiam, in tres regni Ordines, nec non in Eccleſiæ Gallicanæ libertatem conſpirat. Crimen eſt Maieſtatis, Eccleſiaſticos ſeu regulares vel ſæculares huius regni clericos, à regia iuriſdictione, ſtatutorum edictorúmque obedientia ſubducere, quod ita Concilio placeat & Pontifici Romano, quem vnum Tridentini dominum venerantur. Hac ratione veteta Concilia à Francis recepta rollunt, & secens illud vt ſtabiliant, alia quæcunque ſepelire conantur.

XLV.

Seſſione octaua, Can. 7. graui cum iniuria D. Ambroſij Eccleſiæ Doctoris vt & veterum, nec non Doctiſſimorum huius ſæculi Theologorum, nominatim Eraſmi, & Thomæ de Vio Cardinalis Caietani, ſententiam, quamuis textui Euangelico, Matth. 19. analogam, anathemate feriunt. Nec enim tantummodo de thori ſeparatione, tunc ignota, verùm etiam de toto diuortio loquitur. Cæterùm ſuperſtitioſa hæc opinio, partem offendam, in caſu adulterij, non poſſe fieri liberam, & ad alias nuptias accedere, ſcandala grauiſſima inuexit, quæ Tridentini metuo detectati fuiſſent, niſi eos ſuperſtitionis cultus à veritatis & æquitatis amore deterruiſſet.

XLVI.

Eiuſdem Seſſionis decretum 1. de coniugiorum reformatione, monſtrum parit, coniugia filiorum & filiarum familias, clandeſtina, ſine conſenſu, contra parentum authoritatem, in laudatatum & antiquarum legum ciuilium dignitatem & honeſtatem publicam contracta & ritu ſolenni peracta comprobãt. Contrà l. 4. ff. de ritu nuptiar. l. nec filium, C. de nupt. §. 1. inſtit. eod. tit. item in Reipublicæ contemptum & vererum doctorum ſententiam, nec non M. Ioannis Coraſij, in Parlamento Tholoſano Conſiliarij, comment. in l. Paulus, ff. de ſtatu hom. & in miſcellan. lib. 1. c. 17. Ita iubent etiam Canones annqui, c. non omnis, & C. honorandus parentes, 31. q. 2. quos Concilium Tridentinum imitari, non deprauare debuit. Iſaaci Patriarchæ filius Eſau, quamuis impletos annos quadraginta natus, quod non conſentientibus parentibus vxorem duxiſſet, indignationem eorum incutit, Moſe teſte, Genes. 26. & 27. ca. quod ei peſſimè ceſſit. Contrà Iacobus, voci parentum auſcultans, & totidem vitæ ſpatio iam emenſo, iuſſu Iſaaci & Rebeccæ de nuptiis ineundis cogitauit: & ſanè particeps factus eſt fœderis cum Abrahamo initi, Geneſ. 28.

XLVII.

Pars media decreti eiuſdem de coniugiorum reformatione, Gallicæ pacificationis edicta violat, quæ coniugia in Eccleſiis reformatis ſolenni ritu ſancita, probant. Tridentini verò nulla iubent eſſe, quòd benedictione ſacrificali Pontificij caruerint. Ita pacificationis edictis iſti refragantur, bellum ciuile redintegrant, & recèns ſopitam miſeriarum noſtrarum flammam excitant, ſi decretis nouis fidem addimus.

XLVIII.

Capite primo reformationis Eccleſiaſticæ, ſeſſ. 8. Concilium Tridentinum prouiſiones Epiſcoporum & Prælatorum Rom. Pontifici in conſiſtorio ſuo ſedenti deferr. quod directè veteres Canones, Synodos, Caroli Magni & filiorum eius conſtitutiones, Ludouici IX. cognomine ſancti Pragmaticam, in teſtia patre ſtylt ſummæ Curiæ, tit. de election. deſcripiam, & trium Galliæ Ordinum ſanctionem conuellit nec non eiuſdem articulum 2. impugnat, qua ne quis autem atgentùmve Romam ex Gallia transferat, ſeduló cauetur.

XLIX.

Eiuſdem reformationis C. 1. Archiepiſcopis & Epiſcopis ſuæ Diœceſeos Eccleſias & Parœcias per generalem ſuum Vicarium, ſi forte ipſi non poſſunt, viſitare Concilium concedit iuxta decretalium, Sexti & Clementinarum leges. Atqui triennium antea, regni Ordines ſtatuerant, vt præſentes Epiſcopi hanc viſitationem perficerent, cautione adhibita de impenſarum moderatione. Quorſom autem hæc conſtitutio, ſi ius Pontificium reponentes Tridentini audiantur?

L.

Præterea Concilium iſtud & ius Pontificium Ordinarijs nullam auctoritatem concedit viſitandi vel coercendi eos qui immunitatibus donati dicuntur: quod & conſtituunt atque iubent Regni Ordines art. 21. cunctis oppoſitionibus & prouocationibus reiectis, quarum ſine cuiuſquam præiudicio, retinet & ad ſanctius Conſilium Rex cognitionem euocat. Atqui hæc omnia, nec non auctoritas & Regia Maieſtas, admiſſo iſto Concilio, tolluntur.

LI.

Caput quintum reformationis Eccleſiaſticæ multas continet vſurpationes in vererum Canonum, Regiæ dignitatis, Gallicanarum Eccleſiarum libertatis, Pragmaticæ Sanctionis & concordatorum præiudicium manifeſtum. Vererum Conciliorum Canones, 6. q. 4. c. ſi quis Epiſcopus, & 3. & 2. c. ſi inter Epiſcopos: & c. ſi quis Epiſcopus criminaliter accuſatus: & c. ſi Epiſcopus. 11. q. 3. actionum criminalium cuiuſcunque Epiſcopi, in caſu hæreſeos, exauctorationis, degradationis primam cognitionem deferunt vel Epiſcopis regionis, vel Synodo Prouinciali, non autem Epiſcopo Romano, præterquam in ſua Diœceſi, quæ non longè vltra Romæ ſuburbia extenditur. Quos veteres Canones Petrus de Alliaco, Cameracenſis Cardinalis in tractatu de reformat. Eccl. Conſtantienſis Concilij tempore conſcripto, confid 3. renouandos & ad vſum reuocandos eſſe cenſuit. At nouum Conciliabulum Tridentinum Epiſcopo Rom. in ſolidum & omnino, cæteris omnibus Epiſcopis & Synodis excluſis, ius illud tribuit; ſancta decreta, poſtiam antiquam, & Eccleſiæ libertatem hoc artificio planè abrogans.

LII.

Nec valet quod obſicitur Caroli VII. Pragmaticam Biturigibus conſtitutam, & concordata, titul. de cauſis, magnarum actionum ſeu cauſarum, earum nominatim quæ in iure exprimuntur, reſeruationem ſpecialem continere. Etenim cauſas Epiſcoporum, ſi perſonæ ſpectentur, hæc reſeruatio complecti non poteſt, præſertim in hæreſeos crimine. Et decreti illius de cauſis interpretatio ex Baſilienſis Concilij contextu, ad quem expreſsè refertur, petenda eſt. Atqui Baſilienſe Concilium nullas cauſas, quàm Eccleſiarum immunium, & vni Romano Epiſcopo immediatè ſubiectarum, ptæcipuas de earundem priuilegiis quæſtiones excipit: cauſas autem grauioris vel leuioris momenti perſonarum Eccleſiaſticarum, ſiue de earum fortunis, ſiue fama vel capitibus agatur, minime genuum. Ita cenſet gloſa Pragmaticæ tit. cod.

de cauſis, in verb. denoluit, vbi referri, quamuis per decretales libri ſexti, quem collegit Bonifacius VIII. Franciæ capitalis hoſtis, in c. quamuis, & in c. copientes, de elect quæuis cauſæ de electionibus Eccleſiarum Cathedralium, reputentur inter maximas, quarum cognitio ad Curiam Romanam deferatur: at ſtamen illud minimè obſeruari præter quam in Eccleſiis immunitate gaudentibus. Et certè nuois notum eſt, ferraginem illam Bonifacij VIII in Franciæ nunquam receptam fuiſſe quatenus libertatem & immunitatem Eccleſiæ Gallicanæ euiſdémque membrorum libertatem, Regis iura ſæcularemque iuriſdictionem impugnat. Quinimo, ſemper obſeruatum eſt, perſonarum immunium reſpectu, neque Eccleſiaſticos oeque laicos Francos, extra regnum quamuis ob cauſam debere vel poſſe abſtrahi. Ita iudicatum in cauſa Poncherij Pariſienſis, Hangeſti Noviodunenſis, Pamerienſis Epiſcopi, & aliorum: quos dum Pontifex Romam citare ſtuduit, ab huiuſmodi conatu, tanquam abuſiuo, diſertis verbis conſtat prouocare. Horum appellationes receptæ ſunt à Franciæ Parlamentis, vnde manarunt decreta prouocationes confirmantia, & Canonibus œcumenicæ Synodi Conſtantinopol. & Carthag. nec non Gratiani 3. q. 8. per totum conformia.

LIII.

Tomo primo Conciliorum legimus Maximum Valentiæ Epiſcopum, à Clericis vibis & prouinciæ grauiſſimis ſceleribus & bæreſeos crimine Romæ accuſatum coram Bonifacio I. qui cognitionem cauſæ illius reſpuit, ne ſancta decreta violaret & Eccleſiæ Gallicanæ priuilegiis adferret præiudicium. Sed literis ad Galliæ Epiſcopos ſcriptis, non per legatum, neque iuſſa ferens, ſed monens, perſtit vt Synodum prouincialem conuocarent, eorus auctoritate diſſidium illud in Prouincia, quæ eſt Delphinatus pars, componeretor. Gratianus Bonifacij epiſtolá retulit cauſ. 3. q. 9. c. 10. quam Canonistæ corrupera ot, legentes, decernimus noſtrom, ſed falſo. Nam ita ſcripſit ille, decreuimus veſtrum debere inira prouinciam eſſe iudicium i quemadmodum ex eiuſdem Tomi Archetypo, Coloniæ anno 1551. edito, pag. 492. oon autem ea Pontificis iudicio, delegatione, decreto vel auctoritate, colligere facile eſt.

LIV.

Idem diſertis verbis ſtatuit ſecunda Synodus œcumenica, Conſtantinopoli habita, eodem tom. 1. pag. 406. Patres vno conſenſu definiunt & ſtatuunt, ſi quid iocidat in prouinciis, Eccleſias & Eccleſiaſticos reſpiciens, id finali prouincialis Synodi iudicio eſſe terminoandum. Idem conſtitutum legitur à Mileuitano Concilio, cui D. Auguſtinus interfuit: art. 22. ſicut refert Tomus iſte 1. Concil. pag. 484. Actis Mileuitani Auguſtinus Hypponenſis Epiſcopus & alij Epiſcopi omnes ſubſcripſerunt. Concilia Aphricana, quibus idem Auguſtinus adfuit, eandem inlere ſententiam. His Sanctorum Patrum conſtitutionibus veteres Romani Epiſcopi honorem deferebant, nec de harum mutatione vel deprauatioue cogitabant; c. contta, c. prima ſalus, c. hac conſona, c. ideo permitteote, 25. c. q. 1. Imò profitebantur & ſolenni iuramento Franciæ Regibus, eorumve legatis præſtito, promittebant, ſe has conſtitutiones diligenter obſeruaturos: c. ſatagendum, 25. q. 1. Sed præſertim pollicebantur obſeruationem Concilij illius Conſtantinopolitani, quod inter quatuor vniuerſalia numerarur, vt ad Gregorium Magnum & ſequentia ſæcula, priuſquam cathedram ſuam conſcenderent, admittebant & obſeruandum maxima cura inculabant, ſicut quatuor Euangeliſtarum ſcripta, teſte ipſo Gregorio Magno, Gratiano item, c. ſicut ſancti, diſt. 15.

LV.

Quapropter Theodoſij Concilij reformatio, diſformano turpis apparet: vt quæ non modò veteres Synodos & Canones eortumpit, ſed etiam toti Eccleſiaſtico ordini maculas & labes infert. Id aotem neque Pontifex ipſe poteſt, multò minus Concilium, quod ſe Pontificis mancipium profiteiur. Neque vetò malè verſantea & apiſcopos emendaret Epiſcopos, quin potius eorondem peccata effrenſque licentiæ fores panderet. Epiſcopus enim ſi reprimi & propter ſcelus admiſſum punni non debet, præterquam à Pontifice cuiáque Papali; ſi ſcelere gaudet, ad omnem nequitiam parrandam facilè deuoluetur, poſthabito omnium hominum pudore, magiſtratus item cuiuſcunque reuerentia ſecuiè neglecta. Dummodo Papæ vel alicui Romano aulico placeat, feliciter omnia cadent, ſi verò frugi eſt, & melioti coodnione dignus, Pontifice pontificiſque ſubiicietur & applaudet tandem, niſi malè audire, Romam italin, & ſycophantarum artibus opptimi velit. Hac tatione, impunitas & audacia malos euehn, dum probi territi in ſeruitutem rediguntur. Nemo neſcit quàm grauiter Cutia Romana in eos, quos vel tantillum liaber ſuſpectos, fœuiat.

LVI.

Deinde non tantùm eripitur Eccleſiæ Gallicanæ, quam obtinet, in Synodo ſupta cuiuſuis prouinciæ regni Epiſcopos authoritas & iuriſdictio: verũ etiam iuri regio, nec non eiuſdem Maieſtati vis infertur. Nec enim qua fruitur in regni ſui Epiſcopos poteſtate Canones vetetes regem ſpoliarunt: præſertim in caſibus læſæ Maieſtatis, & priuilegiatis, ſed tantummodo rigorem temperarunt: nempe vt ex prouincialium Epiſcoporum ſententia, rex iudicium ferat in reos Epiſcopos, ſicuti Galliæ hiſtoriæ teſtetuot: intet quas Gregorij Taronenſis occurrunt monumenta. Is enim lib. 10. cap. 18. refert Chilpericum, Clodouei quiorum ſucceſſorem, in carcerem conieciſſe Rhemenſem Epiſcopum Ægidium, maieſtatis reum, Metimque miſiſſe, vbi Epiſcoporum conuocatorum ſcotentia de gradu deiectus & Argentoratum relegatus iſt.

LVII.

Item factitatum de Prætextato Rothomagenſi Epiſcopo ſub eodem rege. Similiter Guntramus, Burguodiæ Rex, Chilperici patruus, duos alios Epiſcopos in vincula coniectos, atque Laoduoum deductus, per Synodi prouincialia ſententiam exauctorari curauit. Deſiderius Viennenſis Archiepiſcopus, in prouinciali Synodo Cabillonenſi ad Aratim, ab eodem Guntramo Rege conuocato exauguratus, & in eius ſedem alius euectus eſt: neglecto atque omiſſo Romano Epiſcopo, ad quem neque Synodus confugit, neque Archiepiſcopus ante vel poſt electionem prouocauit. Eandem viam calcauit Ludouicus Pius, Epiſcopos qui in ipſum conſpirauerant perſequens. Deinde filius & ſucceſſor eius Carolus, cognomino Caluus, ita Laodunenſem Epiſcopum excepit. Teſtes nobis ſunt Aimoinus Monachus. Addo Vienoenſis, & Vincentius Bellouacenſis in hiſtoriali ſpeculo.

LVIII.

Idem præſtitit Conſtantinus in Imperio, quum de litium & diſſidiorum inter Eccleſiaſticos Epiſcopos præſertim iudicio ageretor. Nec enim taotùm per præfectos limitaneos, proconſules & prouinciarum adminiſtratores, prima cognitio excotiebatur: vetùm etiam ſi quis prouocatio fieret à ſynodalibus ſententiis, Imperator ipſe de re rota inquirens, vel iudicium præsnè ferebat, vel per delectos, quos nominaret, litem componebat oomem. Adeò vt Epiſcopus Romanus, cum alius ab eodem Imperatore delegatus, manos commiſſum & acceptum exercuit, atque poſtea paſſus eſt vt à ſua ſententia ad Conſtantinum prouocaretur, qui per eundem vel alios nominatos de ſumma negotij decerneret. Id Eccleſia pro-

bauit Catholica, Auguſtinus item, Eccleſiæ doctor, centum annos poſt Conſtantini obitum huius principis actiones deciſionéſque deſcribit & approbat, aſſerens Conſtantinum harum rerum idoneum fuiſſe iudicem: ſicuti conſtat ex eiuſdem Auguſtini epiſt. 68. 162. 163. 164. 165. tom 2. & retract. lib. 1. cap. 21. Illud ipſum Nicephorus lib. 7. cap. 43 ann. 820. poſt Conſtantinum teſtatur anno autem Chriſti 560. idem præſcripſit Iuſtinianus Imp. de perſonis, primilegiis & rebus Eccleſiaſticis leges ſanciens, quæ in Codice & Nouellis continentur. Ibi de Clericorum promotionibus, beneficiis, reſidentia, mulctis, beneficiorum priuationibus, ſi conſtitutiones imperatorias violãt, prolixè agitur, vt & de exemptionibus cauſas ob peculiares conceſſis, ſed non in actionibus criminalibus, in quibus coram Cæſareis iudicibus adſtare Eccleſiaſticis renebantur. His legibus autem tum Romani rum Conſtantinopolitani Patriarchæ parebant, teſte Gregorio magno Rom. Epiſcopo, qui din poſt Iuſtinianum vixit, & Cæſaris legibus obtemperauit. Qua de re plura qui cupit, libium quem de origine, progreſſu, præcellentia regni Franciæ ſcripſi perlegat, num. 160. 161. 162.

LIX.

Similiter Carolus Magnus præter quinque Concilia quæ in Gallis indixit & haberi iuſſit (vt conſtat eiuſdem libri numero 100.) inſigne celebrauit Francofurti anno Chriſti 794. regni ſui 16. Ibi damnata eſt conſpiratio quæ Niceæ in Bithynia, ante quinquennium, ſub Irene Conſtantini V I. matre facta fuerat. Hæc autem Irene, in contemptum ſeptimæ Synodi Oecumenicæ Conſtantinopoli circa annum 754. habitæ, ſuam illam factionem Concilium vniuerſale ſeptimum appellauit. Conſtantinopolitana Synodus tuata ſanctum Scripturarum mandatum, & primitiuæ Eccleſiæ authoritatem, imagines Dei, Sanctorum, Sanctarum, religionis ergo erectas & cultas, improbauerat & è templis eiecerat. Illam verò idnlolattriam Irene reſtruit Conciliabuli iſtius auxilio, reipſa Synodum Oecumenicam tollens, quod iconolatras diſertis verbis improbaſſet: ſicuti colligimus ex tertia Conciliabuli Irenici ſeſſione, pag 495. ad finem col. 1. Tomi 2. Conciliorum, Coloniæ editorum. Seſſione ſexta verò cauſæ impulſiuæ Synodi VII. recitantur in manifeſtis ſcripturæ locis & veterum Theologorum teſtimoniis fundatæ, nihilominus tamen à Conciliabulo putidis nugis, mendacibus miraculis, & inſulſis narrationibus improbatæ. Irenes factum turbas maximas Eccleſiæ dedit: & inter cætera notum eſt eam, vulpinis & leoninis artibus vſam, Imperij Græci exercitum collegiſſe, vt Arabes Aſiam ingreſſos repelleret. At repente iconoclaſtas & idolorum hoſtes armis ſpoliatos eiecit ex Græcia: deinde Conciliabulum indixit, quemadmodum Paulus Diaconus, quamuis ſuperſtitioſus, quitum viuebat, refert lib. 22. & 23. Tanto huic ſcandalo Carolus Magnus vt occurreret, in Synodo Francofurtenſi Irenes Conciliabulum improbari damnatique, ſeptimam verò Synodum Oecumenicam approbari, & in priſtinum ordinem atque honorem reſtitui, curauit. Quæ omnia monachus quidam pernetuſtus monaſterij Prunienſis in Diœceſi Leodienſi tetulit lib. 2. de tẽporibus. Præterea Carolus Magnus, ad euidentiorem Synodi notitiam & approbationem opus eximium, quatuor libris diſtinctũ, ſcripſit, & edidit, aduerſus iſtud Conciliabulum in Græciæ partibus pro imaginibus adorandis ſtolidè & arroganter geſtum. Imagines approbat Carolus, ſed hiſtoricas & tantùm ad memoriam non fabuloſas neq; ſuperſtitioſas. His libris autem errores, hæreſes, commentitia miracula, falſæ narrationes Irenici Conciliabuli, quamuis à Rom. Pontifice, Adriano I. comprobati (cuius Legati interfuerunt, non autem præfuerunt, Tharaſius enim Conſtantinopolitanus Patriarcha, Præſes in co fuit, vt acta demonſtrant) prolixè ac ſolidè refelluntur. Porrò Claudius Epiſcopus Tautinenſis reipſa Synodi Francofurtanæ decretum eacquens, tota diœceſi ſibi eommiſſæ ſtatuit ſtatuiolatriam & imaginum cultum aboleuit. Circa illud tempus idem conſtitutum eſt in Elibertino Concilio, nempe Elibetis prouinciæ Granatenſis ciuitate habito.

LX.

Carolus VII. regio diplomate Decembris 29. anno 1440. à Curia Pariſienſi promulgato, narratis cenſuris & interdictionibus variis Papæ Eugenij IV. & Concilij ab eodem erecti, quibus monetum Eccleſiaſticorum in Gallia ceſſationem & vacantiam inducere ſtudebant: regni ſui quibuſcunque iudicibus edixit, ne bullas vllas monitionis, ſuſpenſionis, interdictionis, declarationis de inhabilitate, & vacantis beneficij prouiſione aduerſus Franciæ Prælatos publicari & ſecundum illas agi permitterent. Secus agentes declarauit tanquam perduellos & pacis corruptores punitione dignos.

LXI.

Eiuſdem Curiæ Conſilio, Ludouicus XI. edictum emiſit prolixum aduerſus plurimas vſurpationes ac iniquitates Pontificum & Curiæ Romanæ, 1464. menſe Septembri, quod innouauit & amplificauit menſe Auguſto, 1478 Curiæ autem Pariſinæ conſtitutione ſolenni, menſe Decembri 1468 inſtante generali Procuratore regio, & Carreo quodam in actione de Niuernenſi Decanatu, prohibitæ ſunt bullarum impetrationes & exhibitiones pro beneficiis, vt vocant, Eccleſiaſticis. Quoniam verò Lotillus, Carreti aduerſarius, á Niuernenſi Diœceſi & oppido interdictum obtinuit, ſanciuit Curia interdictum illud abuſiuum ac nullum eſſe: ſimúlque conſtituit vt Lotillus & Veſuntius Officialis, interdicti preco, in cæteres conuerentur.

LXII.

Atqui Concilium Tridentinum Regi, regiis Magiſtratibus, nec non regni Epiſcopis, Conciliis prouincialibus, totique Eccleſiæ Gallicanæ omnem iuriſdictionem & animaduerſionem in Franciæ Epiſcopos & Clericos apertè eripit: adeò vt Epiſcopus omnium ſceleſtiſſimus, vel hæreſiarcha, Pontifice vel tantillum aduerſante, maneret intactus & ſacer: contrà pietatis & iuſtitiæ cultor, ſcientiâ, vitâ, exemplo illuſtris, ſi quid in pontificiis ſuperſtitionibus & opinionibus emendandum, vel in primilegiis regiis omni ex parte approbandis, beneficiorúmque conferendorum iure cuſtodiendo quidpiam aſſereret, primæ cognitioni Romanenſis Curiæ ſe iſtere eogotur, vbi tanquam hæreticus damnatus tolletur do medio.

LXIII.

Pugnant etiam Tridentini contra decretum de eauſis in Pragmatica & concordatis, ex Baſilienſis Concilij conſtitutione ſtatuentibus, ne quis Romam pertrahatur, ſed vt lites in regionibus ſuis decidantur. Vnam de interlocutoriis, duas de ſententiis definitiuis prouocationes permittit. Actiones criminis autem, Epiſcoporum reſpectu ab hac conſtitutione nullo modo ſunt immunes: ideo in ſuo ſtatu relinquendæ, nec Rex, Epiſcopi, regni Magiſtratus & Eccleſia Gallicana ſuis priuilegiis fuerunt exuendi.

LXIV.

Præterea, certum eſt Franciæ Reges, ab omni æuo, longe priuſquam Pontificiæ decretales eatarent, (ſicuti in conſuetudines Pariſienſes ad art. 37. finem ſcripſi anno 1555.) ius Regalium obtinuiſſe non modo in maximam partem Cathedralium Eccleſiarum regni, vt ſede vacante pleno iure munera Eccleſiaſtica conferrent in ſequens triennium, Ludouici XII. renouato edicto: verum etiam in plurimas alias Ec-

cleſiaſticis plenum & perpetuum poſſediſſe confeteo-
darum dignitarum, præbendarum, functionum om-
nium: ius item ſummæ iuriſdictionis obtinuiſſe circa
petitorium & poſſeſſorium eorumdem, Curis Ro-
mana planè excluſa Eccleſiaſticis item & Pontifice
ipſo ita repudiatis vt de preuentione vel deuolutio-
ne nihil quicquam ohtendere poſſent, atque ab om-
ni cognitione petitionis vel poſſeſſionis beneficio-
rum, vt vocant, prorſus aſſerentur. Habuerunt item
Reges noſtri de poſſeſſione aliorum omnium benefi-
ciorum, priuilegiorum & rerum Eccleſiaſticorum
regni cognitionem plenariam, cunctis iudicibus Ec-
cleſiaſticis delectis & ſilere iuſſis. Hæc autem Rega-
lium iura tollerentur & euaneſcerent, in Regiæ Ma-
ieſtatis, iuſtitiæ ſæculatis, & Parlamentorum regni
præiudicium, ſi Tridentinum Concilium admitteretur.

LXV.

Rex Philippus, cognomine Pulcher, de decima-
rum infeudatarum & inſolitarum, quarum cogni-
tionem ſuis tribuit iudicibus, edictum prorulit. quo
tempore Egidius Romanus, Bituricenſis Archiepi-
ſcopus & Theologiæ Doctor, ſolidis rationibus, quæ
in ſummæ Cutiæ regeſtis leguntur, oſtendit ius illud
ad Eccleſiam Gallicanam pertinere, quod Pontifex
Romanus violare nequit: ſi quid autem diſſidij ſub-
oriatur, Synodorum prouincialium ſententia termi-
nandum eſſe: Pontificem Romanum verò rectùm
monere & hortari poſſe, ex Concilij Conſtantino-
politani, aliorum item Conciliorum & Canonum
ſupra citatorum præſcriptos aſſerit.

LXVI.

Franciæ ſtatutis, quæ in Curiæ regeſtis extant, le-
gati Pontificij arcentur à regno, nec mandatorum
ſuorum diplomatis authoritatem conciliare poſſunt,
niſi prius impetrata à Rege venia, quem ſcripto con-
firmant nihil ſe effecturos niſi com bona eius venia,
& quoto temporis ſpatio decreuerit. Præterea cu-
riam diplomata illa viſuram & ſuo ſtatuto confirma-
turam, quod his conditionibus appooitur, vt priui-
legiis regni, Eccleſiæ Gallicanæ & Francorum immu-
nitatibus oullum fiat præiudicium. Iſta verò oblite-
rarentur, vt & prouocationes omnes ad ſuptemam
Curiam, Concilium Tridentinum ſi admitteretur.

LXVII.

Cap. 12. Concilium iſtud ad regimen Patrœciatum
& aliorum functionum Eccleſiaſticarum homines 25.
annorum admittit. Atqui ex Ordinum regm conſti-
tutione, art. 55. nnui triginta impleti requiruntur,
eum ſacratum Literatum peritia coniuncti, coius
apud Tridentinos alium ſilentium. Horum verò de-
cretum ſi admittas, non modò corrigitor, ſed corrut
ordinum, Regis, Curiæ ſuptemæ authoritas.

LXVIII.

Cap. 13. Concilium idem Pontifici concedit, vt
ſimplicia beneficia, quæ vocat, Epiſcopatibus vniat:
quod Conſtantienſi & Baſilienſi Conciliis, Pragma-
ticæ ſanctioni, Concordatis, multiſque ſummæ re-
gni Curiæ Arreſtis repugnat, quæ Ordinarijs hanc
poteſtatem tribuunt, neglecto Pontifice, pontificó-
que Legato, etiam ſi reſideret in loco cuius mentio
fit. Contra eiuſmodi coniunctiones tutæ habentur à
Concilio Tridentino.

LXIX.

Cap. 19. indulta, quæ rege rogante, Parlamentis
Franciæ, Collegiis, Academiis & quibuſuis regni
ſubditis conceſſa ſunt, abrogantur: vt & mandata
in eum finem conceſſa & concedenda, quamuis à
Pragmatica & concordatis comprobata.

LXX.

Cap. 20. Academiarum Conſeruatores Eccleſiaſtici
& priuilegiis regni gaudentes ſæpeliuntur, omnique
cauſæ cognitione, remittatur, ſi Tridentinis adhibe-
tur fides. Tantùm cauſæ mere perſonales aduerſus
laïcos, de quibus iſti Conſeruatores, & regni priuile-
gio cognoſcunt, excipiuntur.

LXXI.

Seſſionis nonæ Canon 8. de Regularium, vt vo-
cant, reformatione, arcet eos à quacunque declara-
tione & diſpoſitione facultatum acquiſitarum, mo-
bilium vel immobilium: ſed indiſcriminatim iſtæ ha-
duntur Abbati vel Abbatiſſæ, Conuentuſque Mona-
chorum vel Monialium propriæ fiunt. quod euiden-
ter abrogat & euertit conſtitutionem Ordinum
Franciæ, art. 19. qua ſtatuitur, licere maſculis Mo-
nachis ante 21. annos profeſſis, monialibus ante
20. annos, profeſſos iſtos monachos vel moniales de
ſua portione hæreditaria, quæ iam accidit aut poſt-
ea accidet, in linea directa vel collaterali, poſſe ſcri-
pto cauere, in commodum eorum conſanguineorum,
quos nominare libuerit, non autem Conuentuum.
Quod cum veteribus Canonibus aduerſus vitæ mo-
naſticæ profeſſores, diutius liberos ad ſe pellice-
ſes, ſatis conuenit. Nam horum facultatibus iſti mo-
nachi abſtinere iubentur, ſicut Caroli Magni tem-
poribus ſtatutum eſt in Concilio Moguntino, quod
Gratianus retulit 16. q 7. ca. Conſtituit, & 20 q 3.
ad finem.

LXXII.

Capite 3. eiuſdem reformationis. Seſſ 9. Monachis
mendicantibus bonorum immobilium vt vocat pro-
prietatem & poſſeſſionem Tridentini permittunt:
quod nunquam in Gallia receptum eſt, imò non tan-
tùm Concilij Vienenſis decreto, anno 1310. verùm
etiam ſummæ Curiæ veteribus pronuntiatis eſt pro-
hibitum. Inter quæ occurrit vnum, 14. Martij 1585.
quo Mendicantium quatuor ordines annuum ex præ-
dio prouentum petentes, vt incapaces & non admit-
tendi excluſi, & pecuniæ litis perſoluendæ mulctati
ſunt, extat pronuntiatum illud inter veteres Curiæ de-
creta, part. 5 q. 16. Nuper, nempe anno 1558. aliud
decretum in Franciſcanos Cenomanenſes, iudicij
quod Præfecturæ monſtrchia, in Franciſcanorum
commodum reddiderat die 9. Februarij 1556. à Pre-
ſidiali Curia Cenomanorum confirmatu, editumeſt
& iudicium iſtorum ſententiæ ad nihilum redactæ
ſunt, Regio Procuratore, qui ad Parlamentum pro-
uocaret, & acceptus fuerat, inſtante: ſimul tamen
conſtitutũ eſt, vt Iulianus Malletus, qui ad Parlamen-
tum appellaueras, ſummam controuerſiam, eleemo-
ſynæ nomine perſoluetet. Atqui Concilio Trideo-
tino recepto, ſtatuta, decreta, conſtitutionéſque re-
gni neceſſariò abolentur: quòd ne à legitimo qui-
dem Concilio fieri poteſt.

LXXIII.

Canone 6. prædictæ reformationis Regularium,
eadem Seſſione 9. Cooeotdata & domoationis iura
ad tegem prtinentia illi eripiuntur. Septimo Can.
Ordinum conſtitutio de triennali adminiſtratione
Abbatiſſarum & Priorum Monialium, irrita fit.

LXXIV.

Iſtius reformationis Canon 8. corroborat, multi-
plicat, adauget Synodos & generalia Monachorum
capitula, ac quicquid in eis ſtatuetur, non ſine mani-
feſto periculo confirmat. Nam eiuſmodi homines io
ordinum ſuorum commoda conueniunt & conſpi-
rant, vt iugo iudicum ordinariorum, Regis, & quo-
tumuis magiſtratuum excuſſo, Romano Pontifici,
quem vnicum & ſummum Monarcham conſtituunt,
ſtabiliatur imperium. Atqui multis tum Parlamen-
tum maioris Conſilij decretis eiuſmodi Capitula a-
buſiua pronontiata ſunt. Et ſanè ſuperſtitionem in-
gentem fuerunt ſaſtúmque inexplebilem. Adeo vt,
quum anno 1538. non pauci Cardinales, Archiepiſco-
pi, Epiſcopi, Niſſæ (oppidum eſt Sabaudiæ Ducis,
ad Prouinciæ fines) congregati, rigidis monitis &
cenſuris Pauli III. adiurati eſſent vt liberè difforma-

tiunum Ecclesiæ causas & remedia proponerent, vnanimes responderont. Monachos, ordines & conuentus Monasticos, tanti mali esse primariam scaturiginem: remedium in eo consistere, vt de medio ordines isti tollerentur: iubentes nullum deinceps ad eiusmodi professionis admittendum, viam olim professis aperiendam, si vellent: Culluquia & capitula generalia futurum esse etiam prohibenda.

LXXV.

Canon 12. alium continet abusum, ius Episcopu concedens dies festos nouos instituendi: id quod multis summæ Cutiæ decretis, & pruincialis Synodi Senonensis, apud Anguſtinianos Parisiis ann. 1527. Antonio Du Prat, Archiepiscopo Senonensi, Pontificio Legatu, habitæ sententia, reprobatum est. Nec enim solius Episcopi, sed etiam totius populi & superiorum est, id constituere, sicuti factum legimus 1. Macchab. 4. ad capitis finem.

LXXVI.

Canon 15. mouachus professionem ad finem sexdecim annorum permittit, obliterans Ordinum regni constitutionem, art. 19. qua triennium ante Sessionem illam 9. professionis tempus viginti quinque annorum impletorum circulo, quo ad masculos, & viginti, fœminarum respectu, termioatur. Canon 16. nouam Iesuitarum religionem admittit, contra generalem Synodum anni 15. & cap. postremi Extr. de religios. Domin. prohibentem, contra Franciæ statuta, nec non Parlamenti Parisiensis nuperum Arestum, consultationem item & resolutionem Nissæ factam anno 1538. Petrus de Aliaco Cardinalis, qui antea floruerat, in lib. de Ecclesiæ reformatione, confider. 4. scripsit, nullam religionem Monasticam admittendam esse: imò iam receptos, præsertim mendicantium, ordines explodendos. Nihilominus tamen Iesuitæ hoc anno 1563. & 1564. Parisiis vidulantur, atque ædes in curia Lingonensi ad D. Iacobi vicum construunt, ibi illiberia sua celebrant coouentucula, disertis verbis quasseunq; superstitiones Pontificiásque idolomanias euulgantes, eo præcepto, quòd à Concilio Tridentino probati sint & commendati: cuius etiam decreti executioni mandate, ad praxim ducere, & Francis obtrudere, atque vcoeni efficacissimi poculum degustandum propinare studient, ad Edictorum pacis abolitionem, seditionum recèns extinctarum tedintegrationem, in regiæ autoritatis & quorumuis eius Magistratuum pernicio-sum contemptum.

LXXVII.

In eum finem, Canon postremus reformationis istius Regularium, præcipit cunctis Regibus, Principibus, Reipublicis & Magistratibus, vt, obedientiæ virtute Concilij decretis omnibus pareant, eorundem authoritatem promoueant, & illa fideliter exequi curent Episcopi, Abbates, ordinũ atque regularium Magistri. Hac ratione Tridentinum non modò Pontifici suóque Concilio, verùm etiam Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Magistris generalibus vel particularibus omnium regni conuentuum Regis subditorum non dominorum, iure diuino Rom. 13. & 1. Petr. 2. descripto. Regem ipsum subiiciunt, perniciosoque minimèque ferendo errore acti, nec enim tantummodo statum Ecclesiasticum à regis subiectione diuellunt, ad minores clericos suam illam authoritatem extendentes, vt nouum Regnum sub Pontificia monarchia erigant: verùm etiam regem, regnũ, regnique ministros huic ordini Ecclesiastico subiiciunt, nempe Francos Papæ mancipiis, eiusdémque seruorum seruis subditos esse iubent.

LXXVIII.

Grauior in Canone 2. decreti reformationis generalis in eadem postrema, nempe 000a Sessione, error occultit, cuoctis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliísque omnibus, qui iure vel consuetudine sententiam dicunt in prouinciali Synodu, præcipiens, vt quamprimum palam recipiant quicquid definitum & constitutum est à Tridentinis Patribus, & hæreseos damnent quicquid isti pronunciarunt hæreseos labe pollutum: dein anathemate feriant quicquid Canones Papales & Concilium detestantur atque anathematizant, professionéque publica veram Romano Pontifici iurate obedientiam vrgeant.

LXXIX.

Ita sub larua reformationis latet omnium tetterrima deformatio: nec in tot Sessionibus Tridentinis error vllus emendatur, sed plus quam antea confirmantur & multiplicantur singuli abusus, appositio Concilabuli sigillo. Atqui ad eam rem & ad eum finem Concilium istud institutum est, ab Imperatoribus & Principibus nullo modu conuocatum, neque eorundem præsentia & præsidentia confirmatum, quemadmodum in vetustioribus Conciliis obseruatum est, vbi Romanos Episcopus frequens adfuit, nunquam præfuit. Contrà præfuit solus in Tridentino, per tres propontifices & multos Legatos, vndu maiùr facta est inclinatio rerum. Nullus eorum interfuit istos Cardinales, Præfectos & Legatos interfuit, nisi Papæ iuratus, regni Pontificij traditionúmque Romanensium promotor peruicax. Nec enim cuiquam eorum animus defuit conscendendi thronum Pontificium, etenim duo Concilij præsides eo peruenêre. Absit igitur vt Concilium istud reformationis nomine dignemur: quin potius deformationis augmentum & incrementum appellamus.

LXXX.

Præterea, reformandarum Academiarum delectis præcipit, vt quanta fieri poterit diligentia decretorum Tridentinorum per Academias omnimodam receptionem procurent: Magistri & Doctores in eis doceant & interpretentur de Catholica fide iuxta Concilij decreta, & solenni iuramento singulis annis Calend. Ianuarij præstito astringant. Deinde in omnibus templis Concionatores noo aliter populum instituant. Res non modò pernicioſa, sed etiam vulgus ad seditionem & perduellionem concitans in Regem, nisi Papæ Papalisque Concilij seruus fiat, quemadmodum multi Concionatores, Parisiis palam perioloſè & pernicioſè prædicarunt. Ita Papisticum Concilium Regem & supremum dominum nostrum in Francia seruum, apparitorem, & lictorem Pontificium esse iubet, quem eò adigit vt fidem à Papa propositam admittat & sequatur, nec vltra sapere cogitet: quicquid ea opposito Regibus præcipiatur, Deuteron. 17. 18. Iosu c. 8. & Salomon Rex sapientissimus Prouerb. 25 1. testetur bonorem regum in eo consistere, vt verbum (Dei) petuestigent.

LXXXI.

Sequitur alius error Canonis tertij, permittentis & decernentis monitiones & excommunicationes ad ea reuelanda & recuperanda quæ amissa vel furto ablata sunt. Contra Parlamentorum regni sanctiones innumeras. Atqui Concilio Tridentino admisso pronuntiata illa rescindenda sunt, abusus autem (nempe quæ nigra sunt pro albis supponentes) excipientur, in regiæ sæcularisque iurisdictionis diminutionem & præiudicium. Concilium verò neque abusus emendat, imò verò, quotquot præterita tria vel quatuor sæcula retexerant, instaurat & reponit. Regnante enim Philippo Valesio, causam agente M. Petro de Cugneriis, regiarum causarum Patrono, Curia pronuntiauit in Cardinales & Episcopos seorsim, eò quod in Regem & statum sæculatem multa ausi essent minime ferenda.

LXXXII.

Canone sequenti occurrunt alij errores: concedit

enim vniuerſis iudicibus Eccleſiaſticis vt laicos condemnare, mulctis pecuniarijs agere. bonorum mobilium ablatione & venditione, perſonarum ipſarum incarceratione, per Epiſcoporum, Prælatorum, Officialium & aliorum apparitores. Atqui in Francia Eccleſiaſtici in ſuos ſodales, multò minus in laïcos talem iurisdictionem haud obtinent. A

LXXXIII.

Canon ſequens alium errorem continet, vniuerſis Eccleſiaſticis tum ſæcularibus tum regularibus permittens, & in generalem catalogum, quem fidelium probrorè cognominant, ionumera pene ſeruitia & aouiuerſaria, quæ decantare nequeunt, reponere poſſint: fundationibus, prædiis, reditibus occupatis, neglectis hæredibus ſeductis. Atqui ceſſantibus donationum cauſis, ceſſant earundem effectus, ex ciuilis & Canonici iuris diſpoſitione, l. 5. & 2. C. de donation. quæ ſub mod. l. vlt. C. de reuocand. donat. & l. verum in fi. eatr. de condition. appoſit. vbi verba tali conditione, tam de tacita quàm de expreſſa intelliguntur & gloſſa to C. verum, addit, quod etiam ſi eſt facta ſub modo quamuis non reuocetur, quandiu ſeruatur modus, tamen poſtquam non ſeruatur, poteſt reuocari. Atqui neque functio, neque modus ſeruatur, ſi in catalogum, quem fidelium vocant, reponatur. B

LXXXIV.

Canon 8 in Regis, magni item eius Eleemoſynarij, & iudicum regiorum iuriſdictionem peccat, de Xenodochijs & Noſocomijs titularibus & aliis, adminiſtrationum rationibus, contra laicos, quibus adminiſtrationem eripit, pro arbitrio ſtatuens. Iudicum regiorum autem, & magni Eleemoſynarij iuriſdictio, non tantùm laicos, ſed etiam Eccleſiaſticos ex conſtitutionum Regiarum præſcripto, complectitur: quæ à Tridentino Concilio fiunt iritæ. C

LXXXV.

Canone nono generalis iſtius reformationis, Concilium falcem in patronatus laicos immittens eos exſcindit, niſi patroni laici authentico ſcripto comprobent præſentationes continuatas & ad effectum per annos quinquaginta perductas eſſe: aliáſque probationum ſpecies reiiciens, patronos iſtos neque vocatos, neque auditos iure ſuo tam petitorio quàm poſſeſſorio ſpoliat. Atqui Concilium iſta minimè tractare, multo minus iudicare debuit. Iuſuper definitiuè & abſolutè, tum in poſſeſſorio, tum in petitorio quoſuis patronos laicos aliis omnibus priuilegijs & commodis mulctat, etiam ſi iure fundationis, conſtructionis, vel expreſſæ dotationis ea retinuiſſent. Hac ratione non modò in bona Nobilium aliorúmque regnicolarum temporalia, quorum ius patronatus eiuſdémque emolumenta partem conſtituunt, verùm etiam in iuriſdictionem ſæcularem ciuitatum, nobilium, iudicum regiorum & Parlamentorum, manus inijciunt Tridentini: quod nullo modo, vt omni ex parte à recto diſcedeos, ferendum eſt. D

LXXXVI.

In peius proficiens, ad finem Canonis illius noui, Concilium vniuerſis ordinarijs & Officialibus Eccleſiaſticis, in hac parte iudicibus Papæ delectis, autoritatem & inſtribuit cognoſcendi, de patronatuum laicorum iure & poſſeſſione, qui ab annis quadraginta per fundationem, dotationem, vel conſtructionem acquiſiti ſunt, & de recepta acquirentur. Hos autem permittit aboleri, niſi delectis non omnino neceſſarij videntur: non obſtantibus priuilegijs, conſtitutionibus, conſuetudinibus, vel quibuſcunque veteſtiſſimis poſſeſſionibus. Omnium certè vſurpationum Iuriſdictionis & Monarchiæ Regiæ, adéoque totius ſtatus ſæculatis, hæc eſt abſurdiſſima nec non grauiſſima. E

LXXXVII.

Canone decimo nouos iudices delectos, cognomine Apoſtolicos, in vnaquaque Diœceſi Concilium erigit, ordinariiſque Eccleſiaſticis eos eligendi facit poteſtatem, inſcio neque approbante Rege: quorum nomina & conditiones ad Papam mittantur. Huic (ſi modò ei grati ſuot) ante omnia, iuramento fidelitatem promittent aduerſus omnes. En nouum commentum, Papalium que iudicum & magiſtratuum, noo Regiorũ ſubditorum, multiplicatio.

LXXXVIII.

Canone duodecimo declarat Concilium decimas Eccleſiaſticis deberi iure planè diuino, ac ſi adhuc viueremus ſublege ceremoniali & polinca Moſis, ſub qua Leuitis haud licebat terræ vel minimam poſſidere particulam, iure hæreditaris, emptionis, aut alio modo Decretum illud non tãtùm aduerſatur Theologorum ſententiæ, ſed etiam communem Canoniſtarum & Doctorum Papalium opinionem impugnat, confitentium decimas conſuetudine deberi, ea. in aliquibus, exit. de decimis. Concilium Tridentinum ſi ſequeris, decimæ vbique & de omnibus perſolueudæ ſunt, alioquin anathema eſpectandum: nec minuendæ propterea fundationum, ſeu inſtitutionum piarum, vt vocant, Anniuerſariorum, & aliarum exactionum perſolutiones.

LXXXIX.

Decimo ſeptimo Canone Epiſcopo iubet eſſe elato animo, vetat humiles eſſe, nec vult Regibus & Principibus ſe ſubmittat: iubet gradus & dignitatis Epiſcopalis non tantùm in templis, ſed in plateis & palatijs eſſe ſtudioſos. Principibus aliiſque omnibus præcipit, Epiſcopos vt patres reuereantur. Antea item, nempe eiuſdem Seſſionis Canone ſexto, idem Concilium conſtituit, vt Epiſcopis cunctis in locis primatus honor & quidquis agendi poteſtas deferatur: contra dictum Chriſti, Matth. 23. & Luc. 20. vbi Chriſtus noa vitare docet conſortium luporum, qui Religionis larua tecti rerum adminiſtrationem omnem vſurpant. Hac via Romani Epiſcopi, mutatis prioribus veſtimentis humilibus, purpuram induerunt, & arrepto ſceptro, honores ſummos, ſalutationes, cathedras, & rerum habenas, amplectuntur, tanquam de rebus dubijs conſulti ſententiáſque dicturi. Conſilium tandem 10 mandatum transformatum & ira vbit, imperij, atque Italiæ dominium vſurpatum.

XC.

Canone 19. edictum Philippi, cognomine Pulchri, de duellis Concilium abrogat, quamuis in Parlamenti regeſtis & ſtilo, cap. 16. inſertum, & commentario Guidonis Pap. in deciſion. Gratianopolit. 517. illuſtratum. Alium abuſum Tridentini inuehunt, Regi iuriſdictionem, regiam autoritatem, maieſtatem, dominationem, ſupremum gradum in eo loco, vbi neceſſaria & inexcuſabili de cauſa duellum permiſerit, iuxta maiorum ſuorum placita, auferentes. Etſi verò permiſſionem nullam eſſe daremus, non puſſunt Concilia Regem, Cæſarem, Principem vel dominum vllum ſua iuriſdictione & dominatione ſpoliare: idemenim eſſet ac ſi ex Rege nihil fieret. Attamen ita procedit Concilium Tridentinum, Papæ mancipium, cuius poteſtatem adhuc ampliorem agnoſcit. Quod ſi admittitur, ſtat illud ratum, in manu Papæ Regis iuriſdictionem, poteſtatem, dominationem, Coronam, regnum ita conſiſtere, vt vel omnino ſupprimere, vel ei alium Regem ſubſtituere poſſit. Ita diplomate aperto, & Romæ publicato, die 28. Septembris 1563. Papa Nauarræ Reginam coram tribunali ſuo perſonaliter citauit, & ni iuſſis pareret regno abdicauit, bonis mobilibus & immobilibus vniuerſis quocunque in loco ſitis ac poſitis primo occupanti concedit: ſicut idem omnium abuſiuè patratum

tratum fuerat à Iulio 3. aduerſus eiuſdem reginæ a-uom. Hic conatus iniquus ad finem duceretur, ſi Tridentinis habetur fides: & ita Regis Catoli IX. iuſta proteſtatio & appoſita admonitio nulla eſſet atque abolita: Rex etiam & Fraociæ regnom Papæ ſubiiceretur.

XCI.

Vicesimo Canone cunctis Principibus & domioia Concilium edicit decretorum & Conciliotum io fa-ootem Cleti & iuriſdictionis Papalis ante habitorum. Aduerſus eos decretales & conſtitutioones Pontificias, in Concilio ſuis ſcriptas renouat. Ita Tridentini quaſuis machinationes & ſanctiones vſurpatorias Romanorum Pontificum, ptidem in Fraocia Regum edictis, Ordinum conſtitutionibus, & ſummæ Curiæ prooountiatis, abrogatas inſtaurant. Eadem mano decreta Bonifacij VIII. Franciæ boſtis, iora regia imminuere, Cleticorum, Sacerdotum, Prælatorum Gallicanorum immuoitates ſtabilire ſtudentis, ne ſcilicet Regi decimas aur ſubſidia ſuorum beneficiorum vel patrimoniorum perſoluant, audacter repoount, conſtitutionem Ordinum Aorelię factam ſub Catolo I X. regni Conſilio ſanctiore adſtante reddunt inutilem. eiuſdemque Bonifacij decretalem de ſuperioritate & præeminentia Papali in Franciæ Regnum, atque quaſuis Pontificias vſurpationes confirmant.

XCII.

Tandem Canone vigeſimo Primo, qui eſt poſtremos, quicquid per octodecim annos à Paulo III. ad annum 1564. geſtum eſt, Concilium authoritati Pontificiæ, quæ eſt & erit, planè ſubiicit: adeò vt quamuis in Papatu cleróque Pontificio innumeræ corruptelæ & vſurpationes appareant, de quibus obſeruatoda correctio ſperabatur: tameo Concilium nullam emendaoit, imò verò priores omnes confirmauit & io integrum teſtituit.

XCIII.

Quioeriam potentiam & Dominationem pontificiam maiorem efficit, Papam ſupra Concilia, dein ſupra quoſuis Imperatores, Reges, Principes indiſcriminatim & abſolutè exaltat. Attamen ex omnibus hiſtoriis abuodè conſtat, ſub Eccleſiæ primitiuæ initiis, & ſeculis aliquot ſequentibus, Romanos Epiſcopos Cæſarum, Regum, Principum mandatis paruiſſe. Quòd ſi poſtea celſiorem dignitatis gradum conſeenderuot, in Euangelij cootemptum, per vſurpationem, fallacias, multiplicem hypocriſin, tandem vi aperta totum id perpetratum eſt. Regibus & Cæſaribus Franeis, deinde Germanicis Cæſaribus, Otthooi I. II. III. Heurico I. II. V. Conrado, ſubditi fuere. Quamuis autem poſtea, ſeditionibos & armis impetum Germanicom oppreſſeriot, tamen Fraociæ Reges nunquam Pootificibus Romanis obediuerunt, præterquam in eo quod eooforme fuit primit Oecumenicis Coociliis, quorum curam, & libertatis Eccleſiarum Gallicanarum protectionem ſuſceperunt, neque conſtitutiones & decretales Pontificias, Cooeiliáque dein habita receperuot, oiſi quatenus eum Eccleſiæ Catholicæ conſtitutionibus cooueneruot, abſque ptiuilegiorum & immunitatum Eccleſiæ Gallicanæ præiudicio. Itaque qui Tridentioum Cooeilium cenſent admittendum eſſe, ij antiquum Franciæ & Gallicaoæ Eccleſiæ ſtatum à fundameotis euertont. Omitto quòd in eodem Concilio, Regis Caroli IX. legati de gradu deiecti, oeglecti, & probrosè Tridento eiecti fuêre. Regis & Eccleſiæ Gallicaoæ propoſitiooes ibi neque lectæ, oeque aoditæ, neque intellectæ ſuot. Rex dignitate & maieſtate ſua, quæ ab omni memotia ad eum pertinet, ſpoliatus eſt: nec auditi ſunt ipſi extranei & Doctores Italici, inter alios eximus Baldus, qui Conſil. 418. lib. 1. veteris editionis, nouæ autem, Conſil. 218. lib. 3.

A aſſerit Franciæ Regem, ſupra omnes Reges Chriſtianos libertatis & gloriæ geſtare coronam. Cooſilio 417. vel 217. aſſirmat ves illa Francica eſſe ptiota, quæ oulla alia honote præcedere iicqueunt. Quineriam Romanæ Rotæ vel Curiæ auditores, vt Bonifacius de Vitalinis in Clementinarum præfatione fatentur, ſi de Rege ſetmo fiat, de Franeico, non de alio quoeunque, tuncagi. Ar Coneiliabulum illod Tridentinum Regem antiquo ſuo honore ſpoliare ſtuduit, eum alij poſtponens, qui ſæculis multis poſt diadema Francicum etectus & à Sarracenorum tyranoido ereptus eſt, vt ad fidem Catholicam per auxilium & magnam magni Catoli manum adduceretur. Quod vtinam Nobilitas & plebs Francica diligenter obſeruet.

B

XCIV.

Præterea, ſi Tridentinis fides adhibetur, Philippi cognomine Auguſti & ſanctioris Franciæ Conſilij factum itritum fuit, quo ptouocatio facta eſt de Innocentio III. ad futurum Concilium. Qua rarioce Rex Aquitaoiam, Tutonenſem ditionem, Northmaniam recupetauit ab Anglis, quibus Innocentius ille fauebat. Concilij Tridentini autem detetmioatiooe, œcumenica Synodus Papæ inbiicitur: à Papa verò ad inferiotem prouocatio nulla fieri poteſt.

C

XCV.

Exſtincta item eſſet Academiæ Pariſienſis de Pio II. ad futurum Concilium, ſub Ludooici XI. inita prooocatio, cuius Ruberius Gaguinus, qui tunc flotebat, meminit. Altera etiam eiuſdem Academiæ in Bernardinorum Collegio ſub finem anni 1517. congregatæ à Leone X. ad Concilium œcumenicum ptoximum prouocatio. Eadem præterea prouocatio Capituli Pariſieoſis tunc temporis intetiecta. Quæ omnes nullæ manerent, ptouocantibus minimè audiris, ſi Concilium Tridentinom admittitur.

D

XCVI.

Ad idem Concilium œcumenicum prouocatio à Papa Clemente VII. in Comitiis Augoſtanis anno 1530. facta pet Saxoniæ Docem ſaeti Imperij Electorem, Marchionem Brandeburgicum, Ducem Luneburgenſem, Landgrauium Haſſiæ, aliósque Principes, ciuitates & Ordines Imperij Coronæ Franeiæ fœderatos, quando Cæſari & Papæ Legatis ſuæ fidei & formulæ reformationis, quæ Auguſtana dicta eſt, confeſſionem, poſtea ſolenni quadam ratione, anno 1540. VVormatiæ repetitam, obtulerunt.

E

XCVII.

Concilium iſtud qui admittet, non modò ſummam Regis Maieſtatem, verùm etiam Franciæ Ordinum authoritatem, Populi iura & ptiuilegia, Eccleſiæ Gallicanæ libertatem abrogabit, & Franciam obedientiæ Papalis ptouinciam conſtituet, Regem in Germaniæ Principes, proteſtantes Franciæ, regnorúmque vicinorum (à quibus priſtina libertas & potentia eum ceformatione Euangelij aduerſus Pontificis curiæque Romanæ vſurpationes receptæ ſunt) veteres confederatos atmabit. Ideo quicunque Regi receptionem Trideotioi Concilij ſuadent, neque Regem reſpiciunt, neque Deum ecoerentur, neque Dei verba & præcepta obſeruant. Si verò Regis ſubditi dicuotur perduelles ſunt & rei maieſtatis.

XCVIII.

Illud quidem ootatu dignom eſt: ſed aliqoid amplius addendum, Papæ ſubditos, vel iutamento, vel beneficiis impertatis aut impettandis, vel ſuperſtitioe propria deuinctos, oooquam ſe maieſtatis reos arbitrari, quod Regis ſui iura aufetant, quæ Romano Pontifici largiaotue. Papam enim Rege maiorem & ſupetiorem putant, & ſe iſti potius quàm Regi adſtrictos opinantur: Regem minutum quendam Prioeipem, qui per vices dominetur ex Virgilij verſu dicentes, nempe.

Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.
Papam ſuum etenim pro Ioue habent, & Papali ſententiæ, atque Viennenſi Concilio in Clem. Paſtoralis, de reiudic. nituntur. Ibi dicitur imperij vaſallos crimine rebellionis & maieſtatis haud eſſe reos, ſi pro Pontifice Romano aduerſus Impetatorem ipſum pugnant. In eadem ſunt ſententia quorquot Canoniſtæ dicuntur, Bartolus etiam Iuris Ciuilis interpres, in extrauag. Qui ſunt rebelles, in verb. rebellando, col. 2. ſed excuſatum ſe haberi petit in proœmio D. quod hæc in Papali ditione ſcripſerit. In Gallia multi viuunt iuris Pontificij ſiue Canonici Doctores, qui ranquam victoria adepta triumphum canent, admiſſo a Rege Concilio Papali. Inde etiam oritur maius quàm putatur periculum, in animatum & Gallici ſtatus politici, perniciem. Status ille verò Regis ſolius eſt, cuius rotunda corona hdem facit ſe indiuiſibilem eſſe & manere: cui ſi rimula fit, randem (quod Deus aoertar) diffringetur & ad nihilum redigetur.

XCIX.

Concilij iſtius receptionem quicunque adcò vrgent, & Regem ad id patiendum impellunt, ſe tentatores, inſidiatores & Papæ procuratores eſſe demooſtrant. Concilij enim Tridentini concluſio haud Concluſio, ſed ſuſpenſio dicenda eſt. Nam vltimo Canone, quum omnis illa cohors, ea igua numero, Papam iudicem appellaſſet, eius Legati reſpõderunt, ſe Concilio imponere finem, cuius confirmationem A à Papa quamprimùm peterent: ac ſi dicerent, omnia ſuſpenſa manere, atque pendere ab abſoluta Romani Pontificis voluntate: ſed interea temporis omnes diſcederent, & apud ſuos ſe reciperent.

C.

Hæc noua & planè inaudita eſt agendi formula. Quid igitur iſti faciunt, Regem Catolum IX. (tunc iuuenem) de nouitatis imperfectæ receptione (id eſt corpore, capite & vita priuato) ſollicitantes? Nec enim confirmationem oſtendunt à Pontificis arbitrio pendentem: ille verò quando & quomodo volet, eam denegare vel in aliam formam mutare potetit. Nonne hæc eſt Regis tentatio? Ab his tentatoribus Rex liberetur: Amen. His omnibus expenſis, B Conſulrus ſubſignatus concludit, Concilium illud Tridentinum neque poſſe, neque debere recipi, receptionem illius & approbationé oppugnare Deum, Ieſu Chriſti in Euangelio beneficium, antiquiſſima Concilia, Maieſtatem Regiam, iura Regalia & edicta regia vetera & recentia, libertatem & ptiuilegia Eccleſiæ Gallicanæ, Ordinum, Parlamentorum Franciæ, & iuriſdictionis ſecularis auctoritatem. Conſultum Pariſiis circa Februatij finem, anno Domini M. D. LXIII. iuxta Francicam computationem: per me D. Carolum Du Molio, ſactarum Literarum Profeſſorem, vtriuſque Iuris Doctorem, Regiæ Nauatræ Conſiliarium & à Libellis ſupplicibus Magiſtrum.

Sic ſignatum,

C. DV MOLIN.

CAROLI MOLINÆI,

FRANCIÆ ET GERMANIÆ I.C.

ET IN SVPREMO PARISIORVM SENATV

ANTIQVI ADVOCATI,

CONSILIVM.

Super commodis vel incommodis nouæ ſectæ ſeu factitiæ Religionis Ieſuitarum.

CONSVLTVS ſuper commodis vel incommodis nouæ ſectæ ſeu factitiæ Religionis Ieſuitarum: an ſit è Repub. eam in hoc regno & præſertim in alma Vniuerſitate Pariſienſi admitti: Attentis variis huius rei circumſtantiis, maximè vt noua opera ædificetur: nouas lectiones & lecturas inſtituant: Collegium nouum erigant: quin etiam Eccleſiam nouam, non paucos interim otioſos exteros, præſertim Italos & Hiſpanos, ſub ſuæ ſodalitatis profeſſione alliciendo & alendo: Chriſti vnici Redemptoris nomine imprimis inuocato, breuiter & concluſiuè, vt in re ſatis clara, reſpondendum duxi: Non ſolùm id non eſſe è Republ. ſed contra Rempubl. & vtilitatem communem huius Regni præſertim Vniuerſitatis Pariſienſis, quæ omnium Academiarum primaria eſt. D

Primùm Ieſuitæ illi nouam Religionem & inſtituunt contra antiquos Canones etiam Conciliares: quibus veritum eſt nouam vllam Religionem erigere, ſed receptos & approbatos conuentus ſubire: alioquin non eſſet finis nouarum ſectarum & adinuentionum, ad expilationem populi Chriſtiani, turbationem & confuſionem ordinis Eccleſiaſtici, qui certis in ſtatis ſuis finibus contineri debet. Vt eſt tex. in c. vlt. de Religioſ. domibus. Quod deſumptum eſt de Concilio generali ſub Innocentio III. Romæ habito anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto.

Secundò, & nominatim, hoc eſt contra Arreſta ſupremi Pariſiorum Senatus: quibus præfati Ieſuitæ iam non ſemel repulſi ſunt, non ſolùm vt ignoti, ſed etiam vt peregrini: Imo etiam vt incapaces totius & Iuris & tituli collegialis huiuſmodi ſecta & Religione factitis à tanto Senatu reiecta.

Tertiò, contra ſolenne Concilium & concluſionem lõga & matura deliberatione facta Nicææ menſe Iulio anno ſeſquimilleſimo trigeſimo octauo, à nouem ſelectis præſtantiſſimis & doctiſſ. viris. Quorum quatuor erant Cardinales, reliqui Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, à Paulo III. Põtifice Romano

congregatis & diris adiutaris, vt absque vlla dissimulatione veritatem ediceret, & cõsilium darent ad iudicandum & corrigendum abusus & medendum morbis Ecclesiæ: Qui inter alios abusus corrigendos, censuerunt prohibendam esse admissionem nouorum religiosorum etiam in conuentualibus iam receptis ordinibus: Sed omnes qui tum nondum erant professi abigendos & expellendos: & multò minus nouos coouentus erigendos, etiam ordinum vel Religionum approbatarum: & multò minus nouas factitias Religiones admittendas. Idem ante eos censuit Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracesis in suo libro de Reformatione Ecclesiæ, edito in Concilio Constantiensi considerat. Idem ante eos censuerunt Archiepiscopus Armacanos & Gulielmus de S. Amore sacræ Theologiæ Doctor insignis quondam in Schola Sorbonæ huius Academiæ, quem Ioannes Gerson eiusdem Academiæ & Scholæ Doctor excellentissimus summis laudibus euehit.

Quartò contra bonum publicum totius regni nimis iamdudum multitudine conuentuum grauati, vt res ipsa clamat. Quod si noua hæc secta ad nouum vouum conuentum exigendum admissa fuerit, mox per totum regnum serpet non solum sumptu & onere populi, sed etiam Ecclesiarum regni detrimento & grauamine luculento. Cuius rei recens extat exemplum quod à leuiori principio ooodum 70. annorum habuit. Anachorata ille Franciscus à Paula, qui sub obitum Ludouici vndecimi venit in agrum Turonensem, vbi cùm sua iogetæ terræ emisser, obiit: famulis eius peculio magistri non contenti quanam arte intra viginti annorum multa nouæ suæ Minimorum sectæ monasteria amplè dotata in Gallijs ædificarunt? Iesuitæ, isti vt malus & angustius sese habete principium gloriantur, ita maiores spiritus colligunt, & maiora sese breui facturos sperant & tractant. Principiis igitur ponissimum obstaodum.

Quinrò non solùm tam est contra commoda publica, sed etiam vergit in magoum periculum Regni, nempe deregendorom & reuelandorom passim secretotom exteris. Multos enim ooo solum commorantes, sed etiam identidem communicaotes alliciuot & alunt Italos & Hispanos, & qoosuis exteros: Nimis opportuna res exploratoribus secretis Regni reuelandis: quod vt suspectum & periculosum, omni animaduersione & prohibitione digoum censuerunt antiquæ & politicæ leges. l. omne delictum. §. Exploratores. pand. de re milit. l. mercatores. C. de comm. & mercat. Adeò vt hac ratione etiã rite electi Episcopi repelli possint. vt post Ionocentiom, io c. cum superis traduot. Ibi Panor. col. 3. Fel. col. 4. carta de appell. Innoc. io c. quod ficor. & ibi Panorm. eatr. de Elect. & in c. cum terra. eo. tit. Dominic. de S. Gemin. toc. in nouo. col. vlt. 21. dist. Zangel. in extrauag. execrabilis. in verb. dioetsorum Ragnorom. sub tit. de præb. Quantò fortius excludi possunt noui Monachi.

Sextò, istud est contra ius publicum, quo nouorum collegiorum erectio prohibetur. Et in summa omne collegium illicitum est, nisi specialiter approbatum appareat. l. 1. collegia. §. Io summa. pandect. de coll. illic.

Porrò collegium illicitum vsurpans non minori pœna tenetur, quàm tenentur hi qui hominibus armatis loca publica vel templa occupant. leg. 1. pandect. de colleg. illicit.

Et collegium non specialiter approbatum, nec passiuam quidem testamenti factionem habet. l. collegium. C. de hæred. instituend. Non obstat. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. quia loquitur de publico & ordinario ministerio Ecclesiæ, seu collegio catholico, siue Romæ siue alibi per totuersalem Ecclesiam Christianam, cui ante Constantinom noo licebat aliquid legare, nec Ecclesiam Christianam hæredem instituere. quod cum Lucina matrooa fecisset Maaentiua, qui tum ante aduentum Constantini Romæ rerum potiebatur, eam releganit: teste Platina in Marcello. Quod Constaotinus deuicto Maaentio factos Imperator corteait. d. l. 1. ad populum lata, quæ non est facta nisi in fauorem Ecclesiarum Christianarum, & ministerij ordinarij. Io Ecclesia nulla erant cœnobia: nulla collegia: nisi Episcoporum & Parochorum, qui in locum Apostolorum & discipulorum Christi successerunt. quod nullo modo dici potest de cœoobiis seu monasteriis postea institutis, quæ manent sub Regula prohibitiua & sub geoete collegiorum illicitorum, nisi de speciali approbatione appareat. l. 1. & 3. pandect. de colleg. illicit. Et sic nullo modo includi possuot nec connoeri sub gratia & promissione d. l. 1. quæ adhuc propter abusum clericotum Ecclesiæ Romanæ, facultatibus morientium insidiantiom, reuocata fuit per Valentinianum, & Valentem Imperatores, tempore beati Hieroonymi qui eam legem laudat, propter sordidam & insatiabilem auaritiam clericorum & monachorum Ecclesiæ Romanæ: quam auaritiam valde deplorat & detestatur in epistola secunda ad Nepotianum tomo primo epistolarum suarum: qui si viueret non minus deploraret & execraretur sordidum quæstum & auaritiam dictorum Iesuitarum, qui preces suas & suffragia venditant. Non enim alium habent reditum: & tamen nec manibus operari volunt, vt exemplo beati Pauli iubet S. Augustinus in libro suo de opete Monachorum: Nec se aliis antiqois approbatis conuentibus submittere, vt sacri Canones iubent. c. vltim. de religios. domibus. Sed sibi solis nouum regnum erigere, idque stipe simplicium, quod vetat & maledicit Christus Matth. 23.

Septimò. quod in medio ipsius Academiæ, siue eius permissione, de facto construant nouam Ecclesiam, nouum collegium, nooos lectores, & nouas lectiones: Nec volnor eidem Academiæ subiici. sed nouum collegij & exercitij caput erigere. Quod non solum moostruosum est, sed seditiosum, & contra Ius publicum. l. 1. §. huius studij pandect. de Instit. & iur.

Octauò, Academia Parisiensis abuodat multis congruis & approbatis Collegijs, & ab antiquo fundatis, etiam plosqoam sufficientibus. Imò quædam superflua sunt: Et sic multò minus admitti & tolerari debet collegium nouum Iesuitarum.

Nonò, sine authoritate Episcopi, & approbatiom Doctorum Theologiæ concionãtur, & nouum suum Catechismum quasdam superstitiones continentem, plebi & etiam mulieribus, & omnibus promiscuè obtrudunt, vt de industria sese ingerete videaotur ad dandam occasionem infringendi pacificationis edicta: qua re nihil pernicios esse, & periculum irreparable secum trahit.

Quibos consideratis, Procurator genetalis eiusdem almæ Vniuersitatis Parisiensis iustam causam habet, & pro debito officij debet præfatis Iesuitis nouum opus nunciare: eósque vt ab indebitis illis nouitatibus desistant per legitimoa tramites compellere. Et ita censeo ego CAROLVS MOLINÆVS Franciæ & Germaniæ Iurisconsulrus, & in supremo Parisiorum Senatu antiquus Aduocatus.

CONSVLTATIONS ET PIECES DE MAISTRE CHARLES DV MOLIN.

EXTRAICTES DV LIVRE DE IASON, APPARTENANT à Maiſtre Auguſte Galand, qui auoit appartenu audit du Molin.

VEV les memoires & ouy le recit du fait, & des productions de Maiſtre Guillaume de Caluimont demandeur, contre Marguerite de Farges defenderesſe. Le Conſeil ſonſcrit eſt d'aduis que ledit demandeur eſt bien fondé. & doit obtenir à ſon intention, nonobſtant les objets de la defenderesſe. Conſtat enim primò eum ipſa primitiua origine fuiſſe verum naturalem filium, videlicet ex vnica ſoluta non prohibita, ex ſoluto & non prohibito, & ex voica in domo retenta, & ſic verè, ſtrictè, proprie & antonomaticè naturalem, non autem ſportium nec nothum, quo caſu legitimatio eſt fauorabilis: ſaltem dnobus aliis concurrentibus. Primò, quod tépore legitimationis matet obierat, & ſic non amplius ſupperebat remedium legitimandi per ſubſequens matrimonium: Secundò quod tempore legitimationis non ſuperetat alia proles legitima: quæ omnia ſimul concurrunt: & ſic iſta legitimatio valet, & fauorabilis eſt, & quodammodo debita, & hinc plenè, verè, & non fictè reſtituens naturalibus, & antiquæ ingenuitati, vt talis legitimatos nihil prorſus à legitimis filius differat: Nec iſta legitimatio eſt diſpenſatio nec noua gratia, ſed eſt diſpoſitio iuris communis confotmis textibus ipſis iuris, & beneficium à iure communi datum, *Text. in Authent. Quib. mod. natural. effic. legit. Collat. 6 §. ſi quis vero non habens filios legitimos (ibi) Damus ei fiduciam.* (& ibi) *licet igitur ſicut prædiximus patri ſi legitimam non habeat ſobolem, filios (ſcilicet iſtos verè naturales in quibus tria illa concurrunt) reſtituere naturæ & antiquæ ingenuitati & legitimorum iuri, vt ſub poteſtate eius conſiſtant, nihil à legitimis filius differentes. Ce ſont les propres termes de la Loy, conformément à laquelle eſt ſurenuë la legitimation du Prince auec clauſes tres-amples & fauorables de pleine puiſſance & authorité Royale, non ſeulement du conſentement du pere, mais auſſi luy pourſuiuant, minutant, & faiſant expedier le reſcrit Royal, le faiſant homologuer en la Chambre des Comptes, & payant finance, parquoy ne faut doubter*, quin ex tuoc filios ille verus naturalis to quo rtia illa de iure commoni reqoiſita cócurrebant, concurrentibus inſoper aliis prædictis eit cunſtantiis, factus fuerit verus filius legitimus, & verè tranſierit in patriam poteſtatem, & iuta ſoitatis vetè aſſeeutus fuerit, ſucceſſibilis patri, & pater conſucceſſibilis, ita vt ooo potuerit amplius fraodare patrem, text In d §. *ſi igitur licentia. ibi. & nique fraudare poſſe.* Eſt enim hoc caſu duplex vinculum, & dooum, ſcilicet dooum partis & donum Principis, ſeu naturæ ſimul & legis inquit textus §. *ſi vero ſolummod. Quib. mod. natural. effic. legit.* Quod autem ſemel conceſſum, vt eſt, ooo poteſt amplius reuocari nec per ipſum Principem ſupremum, Capit. *Decet conceſſum. De re iudic. in ſext.* & multò minùs per infetiotem, ſed quam pleoiſſimè interpretandum. *l. vlt ff De Conſtitut. Princip.* Igitur multò minus reuocati poteſt per patrem, qui A eſt ioſetiot, quique ſpecialiter prohibetur abdicaro filium. *Or comme ce poinct de droict eſt clair & indubitable pour ledit demandeur. Auſſi eſt la verité du fait tres-clairement verifiée au procez, partant les obiects de la defenderesſe ſont faux & impertinens: car tout ce qu'elle allegue de droict pour l'odieuſeté & reſtriction de la legitimation parle en autres termes tous divers & contraires: c'eſt à ſçauoir*, vel de legitimatis per oblationem curiæ, qui ſoli patri agnaſcuntur. §. *filium vero. In Authent. Quib. mod. natur. effic. ſui Collat. 7.* Quibus oon poteſt plus telioqui quam telioquatur voi ex filiis cui mious relinquitur §. *Et quoniam varie. Eod. tit.* vel in legitimato per reſcriptum extra B caſum à iure introductum, & ſic legitimatio per viam gratiæ, videlicet quando legitimatus noo habebat qualitates illas, verè naturalis, ſed erat ſpurius, vel quando ſubetant alij legitimè nati, vel quando tempore reſcripti poterat fieri legitimatio per ſequens matrimonium, ita quod opus eſt clauſula detogatoria & cotrectiua ad dicta iura; qoo caſu legitimatio eſt veta diſpeoſatio & non beneficiom à iute commuoi inuentum & conceſſum; meritò iſta vt exorbitans à iute odioſa eſt & reſtriogenda. Ad hoc teducuntur omnia quæ detiute ex aduerſo reallegat, potà quod eſt diſpenſatus & exorbitanter legitimatos, & quod ideo oon effieitur verè legitimus, ſed ſolom fictè. Et quod, ad quid textus in dicto §. *filium vero, ibi per machinationem.* Atqui horum & ſimilium obiectorum oppoſitum eſt ex diametro, *au cas de preſent*, qoia legitimatus per reſcriptum conforme ptæfato iuris communis beneficio (*comme ledit demandeur*) is noo fictè, ſed verè & propriè fit legitimus, ocdum patri, ſed omoibus aſcendentibus, agoatis & cognatis, & propioquis per textus rotundus, to §. *Illud tamen. In Authent. Quib. mod. natural. effica ſui, Collat. 7. Et in §. ſit igitur licentia. In Auth. Quib. mod. naturul. efficiant. legitim. Coll. 6, ibi nihil à legitimis differentes. Et in §. Reliqui igitur, in Auth. Quib. mod. natur. effic. 5. Collat. 7. ita tenet. Specul. to Tit. De ſucceſſ. & inteſt. verſic. Quid de legitimatis. Et ibi. Ioan. Andr. in Additton. Antonius Roſel in d. Tractat. Chart. penult. verſic.* Sed quæro ao legitimatus per C reſcriptum adgnaſcatur. *Ludouic. de Sarzana tractatus. Chart. 15. qu 8* Eſt enim ſemel reſtitutus illi legitimitati quam legitimè nati habét, ſicot libetius qoi teſtitutus natalibus redditur oaturali ingenuitati, & veruı legitimur efficitur, vt in text. ptæallegatis: & vt decidit *Bartol.* to tepetitione *l. ſi in qui. Pro Empt. Collat. 8 num. 17. Et ibi Iaſon. Collat. 47. & ſeq. ff. De Vſucap. Bald. in l. Manumiſſiones. Coll. 1. ff. De inſtit. & iure*, & patri adgnaſcitur ſuus hætes ſibique debetor legitima, & de oeceſſitate debet inſtitui, alioquin tanquam prætietitus tumpit teſtamentum. *Aleæ. Iaſ. in Rubr. ff. De liber. & poſthum.* & in l. 1. Coll. 4. *ff. De Vulg. & pupill. Alexand. Conſul. 2. tib. 1. Conſil. 87. Coll. 5 lib. 20.* Vbi in Annutationibus dixi. *Franciſc. Curt. Senior. Conſil. 16, num. 3. Conſil 17. col. 1. Conſil. 35.*

col. 1. cum ſequenti. *Pet. Anchar. Conſ.* 290. *Jaſ. l.* Cum acutiſſimi C. *De fideicommiſſ. Et in Auth. ſi qua mulier. col.* 10 C. *De ſacroſanct. Eccleſ.* & latè *Conſ.* 202. *Coll* 5. *lib* 2. *in l. qui ſe patris Col.* 3. C. *Vnde liber. Philipp. Decius in l. Liberis.* C. *de Collat. & Conſil.* 399. Col 5 Ibi in annotat. dixi: Et velit poſtea vel nolit patet, qui non poteſt reuocare nec pœnitere: comprehenduntur iſti 10 omni diſpoſitione loquente de filiis vel filiis ſimpliciter vel etiam addito verbo, legitimo vel legitimis, vel etiam verbo naturalibus & legitimis; ſiue enim ſit teſtamentum continens ſubſtitutionem, ſi quis deceſſerit ſine filiis naturalibus & legitimis, legitimati per reſcriptum faciunt deficere fideicommiſſum & in totum excludunt ſubſtitutum, vt tenent Iacob de Arenis quẽ ſequitur Ioann. Andræas in Addit. ſpeculi. De ſucceſſ. ab inteſt. ad finem, Alberic. Alea. Iaſon in l. *Generaliter.* §. *cum autem. C. De inſtit. & ſubſtit. ſub condit. facit.* Angelus in diſputatione incipiẽt. Nobilis quidam genete Col. 23. Pett. Ancharan. In Repetit. c. Canonum ſtatuta q. 14. col. 37. vbi dicit ſe bis ita conſuluiſſe vt patet in ſuo Conſil. 225. Prima facie Ioann. de Imola, in *l. Ex facto.* §. *ſi quis rogatus. ff. Ad S C. Trebell.* vbi atteſtatur hãc eſſe communem ſententiam. Latè Alexand. Conſil. 2. Viſis codicillis lib. 1 quod eſt repetitum in Conſil. 87. lib. 2. Conſil. 121. num. 16. lib. Conſil. 92. Viſo themate in fine lib. 4. Conſil. 5. Attentis narratis, lib. 7. Philipp. Decius Conſil. 258. Cunſil. 284. num. 9. vbi in Annotat. dixi. Idem tenet Cardinalis Alea. poſt Anton de Buxis in Cap. *Per venerabilem.* §. *quod autem, num.* 102. *col* 89. & ſequ. *Qui filij ſint legitim. Et quant aux faicts que la defenderesſe allegue au contraire, ils ſont confutez par la verité clairement verifiée au contraire. Ne ſurrien*, quod in teſcriptis, *je ce mot. Nous diſpenſons. Car il s'entend*, quando nunquam interneniſſet conſenſus partis, quia tunc in telquis diſpenſatur per Principem: *comme ces mots. Et de hæreditate conſ enſu, s'entendent*, quãdo defunctus nunquam conſenſit, quia ſi ſemel conſenſit hæredes non poſſunt pœnitere. *l. Nec revocari. l. ſi ego.* §. *ſed benignus. ff. De Iur. dot.* Longe aliud, *au regard de ceux*, qui ſemel conſeſerunt, *& meſmement du pere*, & maximè omnium, *au cas de preſent que le fils auparauant la legitimation auoit toutes les qualitez requiſes de droict en vn vray fils naturel, qui ſont les trois ſuſdits*, Vt in Auth. Quib. mod. natur. effic. legit. per Io. Andr. in Additione ſpeculi. Qui filij ſunt legib. in Rubric. Et Anton. Butr. in C. Per venerabilem. Col. 27. & ibi Panor. num. 27. qui fil. ſint legit. Bald. in addit. ſpecul. in Tit. De ſucceſſ. ab inteſt. & Conſil. 406. lib. 1. Oldrad. qu. 194. Ludou. Sard. In Tract. De legitim. col. 9. Gloſ Præg. In tot. De Concub. in verbo Concubinæ & verb. Aſſeretur, Alea. Conſ 60. nu. 8. Vbi in Annotat. dixi, lib. 2. & Conſil. 174. num. 5. lib. 5. Ludou. de Sard. in d. Tractatu de legitimat. Col. 9. Stephan. Bertrand Conſil. 135. Quia ſcienti lib. 2. Conſil. 31. Viſo conſultationis lib. 3. Ita quod iſte iam habebat beneficium iuris & capacitatem de qua in Auth. *Quib. mod. natur. efficiant. legit.* §. *Si quis vero.* §. *beeat igitur.* §. *ſit igitur licentia.* § *ſi vero ſolum. modo Conſtitutione* 74. *confimie*, per conſtitutionem ſen Nouellam. 89 §. Reliquitgitur. Quib. mod. natut. effic. ſui. col. 7. *Tellement que*, ſtatim, *que le pere & le Prince ont donné leur conſentement & octroy conforme à ladite diſpoſition & benefice*, iuris communis, ea tunc ins filiationis legitimæ fuit irreuocabiliter quæſitum *audit demandeur*, quod nullo modo reuocatur nec reſtringitur per ſuperuenientiam aliorum filiorum legitimorum & naturalium, niſi eo modo quo iure prius legitimè natorom ceſſante prorſus in hac materia l. *Si vnquam.* C. *De Reuoc. donar.* Et latè decidit Franciſc. Rip. Iu d. l. *Si vnquam, q.* 23. & latius ibi Dnin. Andræas. Tiraquellus Senator amplißimus. *Parquoy moins faut auoir égard à vne procuration dudit demãdeur, car elle ne porte quoy que ce ſoit*, pro iure habilitatis vel ſuccedẽdi, *& encore moins pour preiudicier*, in aliquo, *audit demandeur*, & iuri ſibi quæſito: *parquoy s'entendroit vn conſentement honorable à ce que ledit demandeur priſt tel party, ou tel eſtat du conſentement de ſon pere, & non pas d'vn conſentement onereux derogatif*, intri qnæſito. *Auſſi partant moins faut auoir egard à la procuration du pere*, vt pote *adnenũ*, tempore prohibito & valdè ſuſpecto, nempe nouercalibus delinimentis inſtigationibuſve corrupto: *tant la diſpoſition & preſomption de droict eſt telle* teat. *In. l. Non eſt conſentiendum ff. De inoffic. teſtam. vbi.* dicit Angelus Peruſinus quod valet argumentum à communiter accidentibus, & quod ſufficientem facit probationem in caſu d. l. vbi etiam Paul Caſtr. ait quod præſumptio iuris eſt ea circonſtantia temporis, id eſſe factum nouercalibus delinimentis & inſtigationibus, *& qu'il n'y fant autre preuue*: idem tenent Philipp. Dec. Conſ 279. num. 3. Steph. Bertrandus Conſ. 22. col. vlt. lib. 3. Pariter de nullitate teſtamenti paterni, *appert*, per præducta, tum ea defectu inſtitutionis, tum propter animum corruptum nouercalibus delinimentis, *dont reſulte qu'il faut que le demandeur ait ſa part de la ſucceſſion paternelle comme fils aiſné naturel & legitime*, cum fructibus à tempore obitus, vt pote, *ayant tel droict d'aiſné legitime, & eſtant en telle qualité, & quaſi poſſeſſion longtemps auparauant la naiſſance de ſes puiſnez, & longtemps auparauant que ſon pere ſa fore aagé ſe fuſt remarié.* Nimis inſuſſum eſſet, *d'auoir aucun eſgard au iugement de Bordeaux, car ce ſeroit participer & communiquer aux vices & nullité, donné par ſuſpects & mal affectez, & ſans aucune cognoiſſance de cauſe, ſans aucune conteſtation, ſur le champ, la premiere inſtance à cette fin par eux euoquée, ſans auoir ouy ne receu ne admis ledit demandeur à prouuer ſes faicts, & en le deboutant contre tout ordre & raiſon, ordonnance, ſtile & pratique vſitee.*

Deliberé à Paris le premier iour de Feurier l'an 1565.

AVTRE CONSVLTATION ET DISCOVRS en ſuitte ſur le fait des legitimations.

PRAETER Sacerdos dedit filiæ legitimatæ in matrimonio, in quo valet, quod aliàs non liceret, facit text. *l. Qui liberos ff. De ineaeſt. nupt.*

Spuitus donare poſſunt pro alimentia, *& encore plus*, fauore matrimonij *l. Cum poſt.* § *penult. De iur. dot.* Etiam ſi eſſent immenſa hæredes non poſſunt petere à marito baſtardæ *Bart. l. vlt.* §. *ſi à ſocero. De his quæ in fraud. cred. Conſ.* 119. *Chaſſan. De ſucceſſ. baſta d* §. 1. *verb. Accepti. in Conſuet. Burgund.* Tum quod ſit facta filiis natis & naſcituris, *dudit mariage*, qui ſunt legitimi vt capiant donationem *l. vlt. vbi gloſ. C. De Natur. liber. Specul. l. De ſucceſſ. ab inteſt. & ibi Ioann. Andræas in Addit.* Et ſic matrimus vt certaneus donatarius poteſt capere. *Ioann. Andr. in Add. num.* 4. *Verb.*

Veu le memoire & precedents faicts, le Conſeil ſouſcrit eſt d'aduis que ledit Louis Danier Eſcuyer ſieur de

